



ANNALIUM
SACRI ORDINIS
FRATRUM SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS
TOMUS TERTIUS

AUCTORE P. MAG. ALOYSIO MARIA GARBIO
IN UNIVERSITATE FLORENTINA THEOLOGO,
Et in Alma Universitate Pisana ejusdem facultatis Professore &c.

OPUS POSTHUMUM
Ab Anno MDCXXXIII. Ad Annum MDCCV. Compositum,
E T

A' FR. PLACIDO MARIA BONFRIZZERIO
In Universitate Florentina Sac. Theologiæ Magistro,
EJUSDEM ORDINIS SERVORUM B. M. VIRGINIS DEFINITORE PERPETUO



Perductum ad Annum MDCCXXV.

SUMMO PONTIFICI
BENEDICTO XIII.
FEL. REGNANTI
DICATUM.







LUCÆ, MDCCXXV.
TYPIS SALVATORIS, ET JOANNIS DOMINICI MARESCANDOLI.
SUPERIORUM PERMISSU.

BEATISSIME PATER.



D Sanctiſsimos Pedes BEATITUDINIS VESTRÆ Tertius hic Tomus Annalium Ordinis Servorum B. M. V. humiliter ſiſtit. Auctor ipſius P. Magiſter Aloyſius Maria Garbi reverâ nuncupari poteſt, ac debet; quippè qui potiorem, majoremque laboris, ſtudij, ac ſolertiæ partem in eodem componendo impendit, nec minori quidem diligentiâ Opus ipſum completurus, niſi præpropera nimis, invidaque Mors telam tam bellè, ornatèque diſpoſitam ſua falce ſuccidiſſet. Minimam verò partem laboris in Operis hujuſce implemen-

to insumpsi ego ipse, in nullo quidem cum ingenii, ac eloquentiæ viribus Antecessori meo comparandus, præterquam in amore, ac zelo decoris Ordinis nostri Servorum B. M. V. Quod autem in votis erat eidem Antecessori meo, & quod inopina morte præventus ipsemet perficere neutiquam valuit, idipsum, quasi voluntatis suæ, non minus quàm laboris hæres adimpleo, nempè, ut Librum hunc nomine quoque totius nostri Ord. SANCTISSIMÆ BEATITUDINI VESTRÆ præsentare non erubescam, imò et Justitiæ titulo debeam. Enim verò totus hic Liber VESTRÆ SANCTITATIS proprius quodammodó nuncupari potest, nedum quia multoties à Summa Clementia SANCTITATIS VESTRÆ requisitus, desideratus, jussusque benignè fuerit, itaut de eo, quod de Codice legum suo Ordine promulgato ajebat Imperator Justinianus -- *Omnia meritò nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur*, non immerito dici possit; Sed etiam, ac multó magis, quia Liber idem innumera continet Beneficia præcipua à SANCTITATE VESTRA Ordini nostro Servorum benignissimâ non minus, quàm munificentissimâ largitate collata. In eo nimirùm ab anno 1680. singularis erga nos dilectionis monumenta vestra leguntur; dum adhuc Cesenæ in Ecclesia nostra, & Choro subsellia donata à Domino Cardinali Ursino, Civitatis illius eà tempestate Antistite, recensentur. In eo maximis expensis à fundamentis iterùm erecta Beneventi Ecclesia, et Cœnobium leguntur, quæ Terræmotus impetu corruerant, & adjectis etiam supellectilibus tùm Sacris, tùm prophanis, & adaucto quoque redditu annuo, liberè ab eodem Cardinali Ursino, tunc Archiepiscopo Beneventano, omnia Ordini nostro donata conspiciuntur; & ne quid Religionis nostræ decori deesset, in eo pariter Beneventano Cœnobio scientiarum studium erectum visitur, Magistri aliundè conducti, Juvenes Studentes etiam è longinquis partibus invitati, quibus eadem benefica Domini Cardinalis Ursini manus expensas itineris, multaque alia subministravit. At enim quid dicet Lector, quando in eodem hoc Tomo perleget quisque Cardinalem Archiepiscopum Ursinum ad Conventum nostrum Beneventanum advolasse, ut uni moribundo ex nostris Juvenibus Studentibus Fr. Lotharingo Carlieri Florentino extrema pietatis Officia exhiberet, nec antè ex ejus Cella discessisse, quàm Olei Sancti unctionem proprijs manibus, & Animæ commendationem eidem ministrasset, quin, & defuncto pia manu oculos clausisset? Hæc, & alia permulta beneficia Ordini nostro à Domino Cardinali Ursino collata reperiet in hoc Libro curiosus Lector usque ad annum

Lib. 1. Cod. de Vet. Jur. enucleando.

1723.

1723. At verò si lectionem prosequatur, quidnam quæso non inveniet? Quando idemmet Cardinalis Ursinus, licèt totis viribus repugnans, Summus Pontifex renunciatus, Maximus in beneficijs erga nos, qui priùs erat Magnus, evasit. Leget quidem hisce fermè temporibus excelsa, nobiliora, ac penè Divina in Ordinem nostrum amoris monumenta præstita à BENEDICTO XIII., Mox etenim ab ejus, Orbi universo faustissima Assumptione, postquam DD. Alexandrum Falconerium S. Rotæ Decanum, & Almæ Urbis Gubernatorem vigilantissimum ad Sacram Purpuram promoverat, advertens B. Julianæ ex eadem Nobilissima Familia de Falconerijs Tertii nostri Ordinis Fundatricis Causam Canonizationis, ex emergēti non minimi ponderis difficultate, nimium dilatam, eam quantocyùs expediri mandavit, deputatâ quinque D.D. Cardinalium speciali Congregatione, à qua etiam non multò post ad prosecutionem Causæ tandiù interpolatæ, favorabile Decretum emanavit. Leget insuper amplissimas nostris Septem Dolorum B. M. V. Coronis Indulgentias elargitas omnibus easdem recitantibus Christi Fidelibus. Leget in honorem ejusdem Dolentis Matris Sanctissimæ in singulis Ordinis nostri Delubris pro Defunctorum suffragijs erectas Aras privilegiatas. Leget Indulgentias Plenarias, etiam pro Vivis Fidelibus (quamvis obstante Generali suspensione pro Anno Sancto) in Ecclesijs nostris in formam quoque Jubilæi benignissimè concessas. Leget Orbi Catholico lætissimam, expectatissimamque nostri B. Peregrini Canonizationem sub Tanto Pontifice Sanctissimè decretam, probatam, promulgatamque, quantocyùs pomposa, publicaque Solemnitate perficiendam. Leget subindè Florentinæ Civitati decorosissimam Ordini nostro exoptatissimam approbationem immemorabilis cultus præstiti Sex Nobilibus è Florentia Civibus (nam Septimus B. Alexius, ex Ascendentibus Eminentissimi Falconerij, debitum suum honorem non multis ab hinc annis jam accepit) qui unà simul, inaudito forsan exemplo, ad fundationem Ordinis Servorum B. M. V. feliciter non minùs, quàm gloriosè conspirarunt. Quibus etiam idem Card. Ursinus antea efficacissimis, & amore, ac devotione erga Ordinem nostrum plenis (quas posuimus) apud Innocentium XIII. P. M. glor. mem. laudes addiderat, et eorum Canonizationis causam enixè commendarat. Legere tandem poterit, quod et ipsa Roma vidit, in pręsentis Jubilęi decursu Pœnitentiarios ex nostris electos, in novissima Synodo Lateranensi Theologos ex Ordine Servorum assumptos; Infulam quoque Eugubiensem hisce diebus Generali nostro P. M.

Soste-

Softeneo Maria Cavallo in Quirinali Sacello spontè proprijs manibus collatam inveniet, Ordinique nostro, paterna nimirùm solicitudine, deputatum Insignem Virum P. M. Jo. Petrum Pieri ad futurum Sexennium Priorem Generalem; ac demúm talia, tantaque perleget in Nos collata beneficia, ut nisi certò rem sciret, ambigere utique posset, utrum BENEDICTUS XIII. PONTIFEX MAXIMUS assumptus fuerit ex Ordine Servitarum, an (uti reverâ est) ex Illustrissimo Prædicatorum Ordine. Id unum profectò Nos omnes Mariæ Servi devinctissimi SANCTITATI VESTRÆ protestari ingenuè possumus, imò tenemur, illud Tobiæ Angelo suo Benefactori eximio, *Per Te bonis omnibus repleti sumus*.

Tob. 12. 3.

En igitur, BEATISSIME PATER, quanta Justitiæ obligatione Servitarum Ordo in hoc Annalium suorum Libro, quem præsentat humiliter SANCTITATI VESTRÆ, quod suum erat, eidem reddit, non donat. Authores verò Libri ejusdem, nedum cogniti SANCTITATI VESTRÆ, sed etiam ejusdem Benignitati devinctos se demississimè profitentur, gloriantur. Enim verò Garbius, dum in humanis esset, plura, & magni ponderis dubia circa hos Annales cum Archiepiscopo Beneventano D. Cardinali Ursino calamo conferebat; & ab eodem vicissim humanissimas responsivas (quæ adhuc apud nos sunt) accipiebat. Ego ipse vero id à Clementissima VESTRÆ SANCTITATIS Beneficentia consecutus sum, ut Opuscula varia à me pro Animarum profectu in lucem edita, nedum perlegere, sed & commendare SANCTITAS VESTRA dignata sit. Hæc fortia motiva sunt, BEATISSIME PATER, quibus ego, & Antecessor meus, Ordinis totius etiam nomine, Librum hunc ad Solium MAJESTATIS VESTRÆ præsentare ausi fuerimus, sperantes, ut sicut nos novis semper muneribus cumulare non cessavit, ità, & humile donum hoc in sinum ALTISSIMÆ PROTECTIONIS VESTRÆ receptura sit. Unum addat enixè mihi petenti beneficium, ut ad deosculandos in Spiritu Sanctissimos Pedes provolutus, Apostolicæ, perpetuæque Benedictionis particeps fiam.

SANCTITATIS VESTRÆ

Humillimus, & Obedientissimus Subditus
Fr. Placidus Maria Bonfrizzerius
inter Servos Mariæ minimus.

LECTORI BENEVOLO
BONFRIZZERIUS.



Axima quidem Ordinis nostri jactura defecit in ipso ferventiori Operis cursu, numquam satis laudandus Antecessor meus Garbius, qui singulari conatu, & labore propemodum admirabili Tertium hunc Historiarum Tomum jam Typis ad annum 1658. commissum, ac materiarum dispositione ab ipsomet ad annum 1705. protractum pluribus, etiam congestis, sed non digestis notitijs ad annum 1718. illum perducere contendebat; & fecisset profectò, nisi subito interitu raptus ex hac vita migrasset, omni prorsùs commendatione meritissimus. Eo igitur defuncto, Pater noster Generalis P. Magister Sostheneus Maria Cavalli Religionis suæ decori attentissimus, Opus istud imperfectum nullatenus remanere passus est, quamobrem de Successore Annalista seligendo statim cogitare cœpit. At verò divinum morem in hoc imitari visus est, *infirma nempè eligendo*. Cùm etenim in Ordine nostro doctiores, ac eruditiores Viri nullatenùs deessent, qui huic muneri satisfacere mirificè valuissent, me tamen omnibus eloquentiæ, ac eruditionis subsidijs omninò destitutum, ac ideò summoperè reluctantem eligere placuit ad opus hoc absolvendum, neque ullam è pluribus à me deductis excusationibus admittere dignatus est, quin juberet, ut ad opus incessanter perficiendum ingenium, quantumcumque parvulum, & manus apponerem. Absterrebant equidem imbecillitatem meam à tam laborioso non minùs, quàm periculoso opere, tum illud à Quintiliano (lib. 1.) datum omnibus Scriptoribus monitum, eam esse nimirùm nostrorum temporum delicatiorem trutinam, *ut vix quidquam tutum litteris committi possit:* tùm vel maximè deterrebat necessitas comparationis inerudit Styli mei cum elegantia, verborumque ubertate, qua prædecessores Annalistæ Gianius, & Garbius historiam texuerunt. At non minùs dissuadebant plurimæ, nec parum inter se dissitæ occupationes mihi demandatæ, & à quibus nullatenùs, neque hoc tempore, abstinere datum erat, quæ vacuam ab externis Curis mentem, qualem ad historiarum, maximè Annalium vasti Ordinis Scriptionem omnes requiri fatentur, nullo modo relinquebant. His omnibus addebatur ætas mea grandior, ac multis jampridem Curis defatigata, proindèque illo virili mentis ardore destituta, qui ad scribendum apprimè utilis, imò necessarius omninò est. Quæ dicta volui, Amice Lector, non ut apud te laudem obedientis aucuper, sed ad hoc tantùm, ut si quæ mendosa, inerudita, & malè disposita legendo repereris, non statim indigneris, sed imbecillitati ingenij mei, varijsque distractionibus benignè compatiaris, ex eo, quia non voluntariè, sed coactè calamum acceperim. Equidem Garbio tota laus Operis debetur, cui etiam opus ipsum, quamvis majori ex parte posthumum inscripsi, quippè qui maximam laboris partem, nempè usque ad annum 1705. in scriptis, quamvis non adhuc benè purgatis confecerat, aliasque lucubrationes ad annos alios posteriores impolitas

litas

litas adornaverat. Excellentis hujus Viri vitam (ficut ipse de Gianio fecerat) hic attexere meditabar ; at re meliùs perpensa cum amicorum consilio, loco vitæ, Orationem funebrem ab eruditissimo P. Magistro Julio Antonio Maria Reboredo compositam, & in ejusdem exequijs coram Universitatis publicæ convocatis PP. Theologis concinnè recitatam hic apponendam duxi ; ex ea nimirùm animi dotes, Personæ dignitates, gestaque tanti Viri faciliùs dignoscentur. Unum illud fortasse miraberis, Amice Lector, cur hujus Tertij Tomi historiam in medio præsentis anni 1725. veluti absciderim, cum eodem Anno Sancto, & in reliqua ejusdem parte tot agenda, describendaque superessent, quæ majori Gloria Tomum ipsum coronare potuissent; sed rogo Te, ne mihi protinùs succenseas, antequam hujus meæ resolutionis motiva perpendas. Primò itaque scias oportet Instantiam Clementissimam Summi Pontificis feliciter Regnantis Benedicti XIII., cui opus meritò dicatum est, ut tertius hic Tomus antequam annus hic Sanctus di'aberetur, in lucem prodiret, quod utique fieri minimè poterat, si solemnia Canonizationis B. Peregrini, & Cultus sex ex Septem B.B. Fundatoribus attendi deberent, quæ, ut apparet, nonnisi in fine Anni hujus, vel forsan in principio futuri anni 1726. procul dubiò complebuntur. Secundò id ipse advertebam, quòd nec ipsemet Gianius ex legitima causa compleverit in sua Historia annum 1609. quòd utique postea præstavit Garbius. Quinimmò gloriosus hic idem stimulus erit Successori meo ad scribendum, si tàm nobile initium desumat quartus historiarum Tomus à tam celebri Canonizationum solemnitate, & S. omine in Anni Sancti hujus residuo calamum Scriptor assumat. Neque timendum ullo modo sit, quòd aliqui (utique bono zelo) pavebant, ne tantarum memoria rerum peritura sit. Etenim Religioni nostræ solemne semper illud fuit, ut hæ Canonizationum solemnes pompæ in separato libello describantur, & ad perpetuam posterorum memoriam Typis publicentur. Accipe igitur, Benigne Lector, excusationem meam, & redona mihi compassionem tuam. Si quid laudabile in hoc libro reperias, totum Garbio, ejusque singulari diligentiæ tribue. Siquid verò minùs aptè, minusque eleganter descriptum appareat, mihi soli attribue, & excusa, quia coactus, & non volens scripsi. Vale.

ORA-

ORATIO FUNEBRIS
HABITA A' P. THEOLOGO ROBOREDO
IN MORTE
P. THEOLOGI GARBIJ.

SI Viri Pietate insignes, quos ad illustrandam, amplificandamque Christianam Rempublicam natos esse credimus, cæterorum more Mortalium in Terris vitam agerent, quemadmodum eos communi Viventium pœna implacabilem Mortis Tyrannidem experiri vulgus existimat, liceret mihi hodie, Patres Amplissimi, Vos omnes ad publicum mœrorem hortari. At cùm animo sponte occurrant præclaræ Dotes Excellentissimi Patris Magistri Aloysij Mariæ Garbij hujus Almæ Universitatis Decani, cùm ille pulcherrimarum Virtutum exercitatione ad Nominis immortalitatem contenderit, cùm à vulgari hominum turba semotus hoc suo exemplo præstiterit, ut nec hæreamus caducis, nec adversa, aut tristia reformidemus jam mihi persuadere non possum, cur hodierna die in tanti Viri Morte lugere debeamus, quamvis Pietas, & communis Amor, nostræque Universitatis jactura hoc exposcere videantur. Expellite, Patres Amplissimi, omnem ab animis vestris mœrorem, & si quæ ad tantum funus non vocatæ festinant lacrymæ., eas tanti Viri percepta cognitione non admittatis. Eorum est Mors deploranda, quorum vita miserrima extitit, & qui nihil præter vitam ipsam commune cum præstantissimis Viris habuerunt, qui Sacrosancta Jura Naturæ cupiditatibus violarunt, æterna bona, quæ nec temporum vicissitudo carpere, nec Hominum invidia auferre potest vulgari lucro caducarum rerum postponentes. Lugeant quicumque viderint mori homines in tempore non suo, & illis persolvantur momentanea tributa doloris, quos otio torpentes, & certaminis ultimi ignaros, Mors deprehendit, oppressit, attrivit: Ne imitemur, Patres Excellentissimi, crudelem vulgi miserationem, qui Illustrium Virorum funeribus lacrymas se debere existimat, cùm Immortales debeat laudes rependere. Sequamur potius eorum consilium, quos vigiles funerum ignes ad non interituram virtutem inflammant, atque ad firmissimam spem promissæ immortalitatis accendunt, qui sedulò cogitant, non quæ cum lugente Plebe lacrymarum subsidia ab imis præcordijs exposcant, sed quibus Coronis optimorum Virorum sepulchra debeant exornari.

Sed jam vereor, Patres ornatissimi, ne eximiæ præclarissimi hujus Nostri Theologi Aloysij Mariæ Garbij Virtutes vestri amoris officia retardent, quæ enim non modò Servorum Virginis Matris Familiam, sed Religionem Christianam, non modò hanc Urbem, & celeberrimam Universitatem nostram, sed Pisanam quoque, & universam ferè Italiam suavissimo odore conspersenint, quæ ultima etiam vitæ momenta consecrarunt, nonne adetunt chara pignora Hominis properantis ad immortalitatem pretiosissima myrrha incorrupti decoris flagrantissimo balsamo æternæ famæ condituræ? O qualem jam video adstare Charitatem cœlestibus flammis coruscantem, fulgentissimo Syderum diademate coronatam! Illa ad Vos, inquit, ego ego illa sum, quæ Aloysium Garbium, quem veluti amissum Decanum vestrum plorabatis in tenera adhuc ætate ad veram gloriam inflammavi. Illum ego distraxi à charissimorum Parentum complexu, à jucundo Amicorum consortio, ab illecebris blandientis fortunæ. Illum huc adduxi meliori forte fruiturum. Quadraginta sex annos Sacramento Religionis adstrictus cœlestis Militiæ stipendia promeruit. Quòd mea hæc initia sint, narrent Virtutes, quas ut meæ sagittæ altiùs insigerentur ad perpetuum fœdus, ac societatem adscivi. O quàm feliciter, quàm expeditè, quàm promptè ab illo jacta sunt Humanarum, Divinarumque scientiarum fundamenta, comite, ac Duce Sacrosancti Numinis timore; quàm amplam, quàm spatiosam sub tanto Præceptore sibi aperuit viam ad Nominis immortalitatem! Vos ego obtestor hujus almi Cœnobij Proceres, & quis Vestrum illius probitatem non laudavit, non commendavit ingenium, quod in primo Juventutis flore hos maximos gloriæ fructus, quos copiosè cœpistis, jam promittebat! Vidistis Juvenem non Rhetoricis Præceptis tantùm imbutum, sed Græcarum etiam Literarum peritia ornatum, & qui non tam

studeret, ut sciret, quàm ut studijs suis alios instrueret, erudiret, & sancta quadam æmulatione ad non interituram gloriam inflammaret; illum vidistis in tenera adhuc ætate occultiora quæque naturæ secreta revelantem; Illum audistis exponentem quidquid erat in Geometricis rebus arduum, in ambitu Cœli difficile; Illum Pisana Universitas, non tam admirata est Philosophiæ Præceptorem, quàm Theologum insignem hoc in almo Templo cum Sapientissimis Viris Sacra Dogmata propugnavit, cùm jam prius Decanatus Officio fungeretur. Personant adhuc sacri isti Parietes ejus laudibus, qui mœstissima hac pompa sua, Nos videntur ad lacrymas excitare; Vos Ego adiuro, Amplissimi Patres, per Venerandos nostrorum Theologorum cineres, & si quid aliud est sacrosanctum, & pium, quod liceat obtestari, ne credatis me hodie Oratorum more de tanto Viro loqui, ne putetis me rapi Orationis æstu, & ingenio Virtutes, non ipsa veritate commendare. Non loquor de incognito Viro, cujus famam mors extinguere, aut oblivio delere possit; de illo loquor, cujus Virtutes indelebilem quandam vivam, & sempiternam Imaginem in animis vestris reliquere; de illo loquor, cujus extant præclarissima monumenta, & cujus calamo extincti Heroes reviviscunt, & Nostra Servorum Familia illustratur. Hoc unum dolendum, quòd ad aliorum Vitam non diu vixerit, & quòd invida Mors ab erudita manu calamum arripuerit; sed illatas à Morte injurias Fama vindicabit, atque ex ipsis cineribus, veluti ex fœcundo semine sapientum, exorietur qui scribat, & narret, & qui gloriosis vestigijs insistens Posteritati tradat Viros sempiterna sæculorum memoria dignos. Sed quò trahor, quò nunc inusitato impetu rapior! An silentio præterire possum cæteras hujus tanti Viri dotes, quarum singulę facundum Oratorem desiderant? Valete ingeniorum ornamenta, valete; Valete Philosophorum Dogmata, Theologorum altissimæ contemplationes. Quid Nobis proderunt Sapientiæ Thesauri, si scientia Sanctorum destituti ignoremus Vias Vitæ, quas nos in Cathedra Crucis Divinus Magister edocuit, & suo exemplo instruxit? Quid sine Pietatis Magisterio Magistri? Illa sola est, quæ veluti Aquila ad splendidissimum Luminum Patrem Amatores suos dirigit, donec conquiescant, & ubertate cœlestis Capitolij recreentur; illa sola est, qua ex hoc infirmo Domicilio erigimur, sublevamur, & cui adhærentes etiam si moriamur non morimur. Quanta in animo Aloysij Garbij Pietas insederit, nemo est qui ignoret. Quis enim illo in Divino cultu promovendo diligentior? Quis tàm assiduus in laudibus Deo persolvendis; Quis illo amantior decoris, ac nitoris Domus Domini? Salvete sacra Pignora Virginei decoris, gloriosa monumenta, & pignora immortalitatis, quæ Virgo Juliana Falconeria amore languens, & ad æterni Sponsi Thalamum recepta Nobis reliquit, salvete; & quæ prodigiorum signis, Miraculorum vocibus Sanctitatem Virginis declarastis, dicite nunc, quanta in Decano Nostro extiterit Pietas, quantus amor Divini cultûs in hoc vigilantissimo Præside. Ille, ille vos adversus Mortem, veluti trophæa extulit, dum Pisis moraretur, & quidquid adversus morbos, qui veluti effractis carceribus sese in miseros Mortales effundebant, à Vobis actum est cunctis admirantibus ejus solicitudine, Fide, ac Pietate obtentum esse præcognovimus. Scimus Virgines Sanctis præceptis instructas; ejus exemplo confirmatas Divino amore exardescere; scimus quantum ad vitia declinanda ejus exempla profuerint, et quo zelo, quo ardore ad Deum laudandum alios excitaverit. Hæc scimus, & vidimus, & testamur. Quoties illum orantem, & excubantem Astra matutina salutarunt? quoties cœlestium Spirituum æmulator Divinis commercijs assuetus nullam studijs, ac laboribus putavit requiem esse concedendam, sed etiam labore oppressus in Domino suo requiem requirebat, et in hæreditate Domini morabatur. Videte, Patres Amplissimi, videte, quàm amplus, quàm immensus mihi hodie apetiatur ad dicendum campus; sed quid dicam, cùm invida Mors, & vobis Decanum, & Nobis Præsulem, Mihi & amicum, & tempus abstulerit. Hoc unum dicam, Amplissimi Patres, hæ funestæ, horridæque Imagines, quæ hujus Virginei Templi lætitiam quodam Mortis horrore, & mutare, & turbare videntur, fallunt animos vestros, dum oculos pungunt, & lacrymas volunt excutere. Non est mortuus Aloysius Maria Garbi, illius non est Mors deploranda, adhuc vivit. Illa, quæ jacent sunt spolia, quæ spiritus de morte reportavit. Nunqnam moriuntur, qui etiam morientes adhærent Deo: ille mortuus est, dum oraret, imo raptus est ne moreretur. Cessent igitur lacrymæ, & Vos, Patres Amplissimi, qui adestis, spargite flores, & tumulum coronate; Est enim etiam in Tumulo Aloysius Maria Garbi gaudium, & Corona vestra.

IN-

INDEX
LIBRORUM, ET CAPITUM,
Quæ in hoc Tertio Tomo Sac. Annalium Ord. Serv. B. M. V. continentur.
CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER PRIMUS.

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER II.

CEN-

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER III.

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER IV.

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER V.

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER VI.

CENTURIÆ QUINTÆ

LIBER VIII.

✠ † †

P. Ge-

De

DE mandato, ut supra in Primo Tomo &c. Vidit Dominicus Maria Martini Sac. Theol. Doct., & Præpositus Ecclesiæ S. Mariæ Filiorumcorbi Opus Excellens præclarissimorum Annalium Servorum Beatiss. Virg. Mariæ non satis tunc laudatum, & dignum admiratione legendum ad Gloriam Virginis Dolorosæ, ad venerationem dictæ Religionis, & pietatis, & devotionis augmentum.

IMPRIMATUR.

Octavius Archidiaconus Sardi Vicarius Generalis.

Jacobus Orsucci Illustrissimi Officij super Jurisdictione Præpositus.

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,

AUCTORE
F. ALOYSIO MARIA GARBI FLORENTINO,

Liber Primus,

CONTINENS AB ANNO MDCXXXIII. USQUE AD MDCXXXXII.



Indulta Sedis Apostolicæ Priori Generali, & Procuratori Ordinis de novo concessa referuntur. Item traditio de Imagine Pueri Jesu apud Moniales nostras Perusij; et memoranda quædam de Cœnobio nostro Lucensi.

CAPUT PRIMUM.



Uintum Ordinis nostri Seculum, quo non pauca recensenda occurrunt eidem Ordini perhonorifica, auspicatur exordia, quæ Coronidem Quartæ imposuere. Absolutis Generalibus Comitijs Dionysius Prior Generalis, & Angelus Maria Procurator Generalis Summo Pontifici humillimè supplicarunt, quòd juxta Pauli Papæ V. Indultum anno 1619. emanatum in Magistratu ad sexennium confirmaret, ijsque Sanctitas Sua benignè annuit, quemadmodum constat ex sequentibus Literis. 1.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias à fel. rec. Paulo V. Prædecessore nostro emanarunt Literæ tenoris subsequentis: videlicet: Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Cùm, sicut Dilecti Filij, &c., prout in his Annalibus ad annum 1619. l. 8. c. 4. Cùm autem Dilecti Filij Dionysius Bussottus Prior, & Angelus Maria de Perusio Procura-

A *tor Generalis dicti Ordinis, ejus nomine nobis humiliter supplicari fecerint, ut celebrationem Capituli Generalis hujusmodi per dictum Paulum Prædecessorem ad quodlibet sexennium, ut præfertur, extensam, ad singulum quodque sexennium reducere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos tam expensis præfatis, quàm incommodis ex triennali Capituli Generalis hujusmodi celebratione provenientibus obviare,*
B *dictique Ordinis felici, atque prospero Regimini, quantùm cum Domino possumus, consulere volentes, præinsertas dicti Pauli Prædecessoris Literas Apostolicâ auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, necnon electionem dicti Angeli Mariæ in Procuratorem Generalem ad triennium, reservato tamen nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito, factam, ad sexennium, æquè ac electionem*
C *dicti Dionysii Prioris Generalis cum omnibus Privilegijs, Gratijs, & Indultis in præinsertis dicti Pauli Prædecessoris Literis expressis, & servatâ illarum formâ, & tenore extendimus, & ampliamus. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, quæ in dictis Literis concessa*

Urb. 8. confirmat Indult. Pauli V. de celebrando Cap. Gener. de sexennio in sexenn.

sunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 19. Decembris 1633. Pontificatûs nostri anno XI.

M. A. Maraldus.

Facultas creandi 12. Magistros in S. Theologiâ extra Cap. Gen.

Facultas pariter eidem Dionysio Generali collata fuit die 19. Decembris ejusdem anni creandi duodecim Magistros extra Capitulum Generale, prout constat ex Indulto sequenti.

A tergo:

Dilecto Filio Dionysio Bussotto Priori Generali Ordinis Fratrum Servorum B. M. V.

Intus:

URBANUS PAPA VIII.

F

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem: Cùm sicut Nobis nuper exponi fecisti, istius Ordinis Servorum B.M.V. Professores ad Magisterij in S. Theologiâ gradum pro tempore promoti nullis omninò Privilegijs, vel exemptionibus à Choro, Refectorio, seu Jurisdictione Superiorum gaudeant. Nos cupientes, ut debitus virtutis honor Religiosis Ordinis prædicti, qui in artibus, & S. Theologiæ studijs cursum perfecerunt, ac aliàs digni, & idonei sunt, tribuatur, ut numerum alij ipsorum exemplo ad Sacrarum Literarum studia in dies magis, ac magis excitentur, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi durante tuo Prioris Generalis dicti Ordinis Officij munere, 12. ejusdem Ordinis Professores, si prævio rigoroso examine ad hoc reperti fuerint idonei cum assistentiâ quatuor ipsius Ordinis Professorum in S. Theologiâ Magistrorum arbitrio tuo, vel alterius promoventis eligendorum, servatisque aliàs ex præscripto Constitutionum ejusdem Ordinis Apostolicâ auctoritate confirmaturum servand. ad magisterij in S. Theologiâ hujusmodi gradum, & extra Capitulum per Te, vel alium promovendi, illisque Magisterij, & Doctoratûs Insignia conferendi facultatem auctoritate prædictâ tenore

G

præsentium concedimus, & impartimur, ac ipsis sic promovendis Magistris, postquam, ut præfertur, promoti fuerint, ut omnibus, & singulis honoribus, privilegijs, favoribus, prærogativis, præeminentijs, antelationibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, quibus alij ejusdem Ordinis in S. Theologiâ Magistri, & in publicis studiorum Generalium Universitatibus ad hujusmodi gradûs promoti de jure, usu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & absque ullâ prorsus differentiâ uti, frui, & gaudere possint, & debeant, perinde ac si ad hujusmodi gradûs in similibus studiorum Generalium Universitatibus promoti fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, &

H

E

Delegatos, & Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, necnon Universitatum, & juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis, statutis, & Consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

F

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 19. Decembris 1633. Pontificatûs nostri anno undecimo.

M. A. Maraldus.

Angelus Maria Bindi, & Gherardus Baldi de Flor. in Univ. Pisanâ Professores.

Sciendum insuper est, quòd Dionysio præfato suffectus fuerat Pisis ad Lectionem sacræ Theologiæ in almâ illâ Universitate habendam, quam ipse diù honorificè habuerat, P. M. Angelus .2. Maria Bindius de Florentiâ. Eodē anno 1633 à Serenissimo Magno Duce Logicæ in eâdem Universitate explicandæ decernitur P. M. Gherardus Baldi pariter de Florentiâ, qui deindè anno 1638. S. Theologiam ibidem interpretandam suscepit. Vir sanè summis laudibus ornandus, de quo ad

G annum 1660.

Recolenda modò occurrit hoc eodem anno veneranda .2. quædam traditio silentio nullatenus prætereunda, quatenus ipsam ratam, & authenticam habere voluit D. Lucas Albertus Petti Tudertinus Protonotarius Apostolicus, & Monialium Ordinis nostri, quæ vulgò Pauperes dicuntur, Perusij Confessarius. Itaque Lucas Albertus præfatus diligenter interrogatâ Moniali quadam ejusdem Monasterij octogenario majori, scilicet Sorore Flaviâ Martinelli annorum 83. super traditione, quæ jampridem in vulgus invaluerat de quadam Pueri Jesu figurâ, summâ ibidem veneratione habitâ, hæc adamussim ex ipsâ se cognovisse testatur. Flavia prædicta, quæ in

H eodem Monasterio solemnem emiserat Professionem anno 1562., narravit, quòd eo temporis ibidem degebant Moniales sequentes, Soror Baptista . . . . . . annorum circiter 80., Soror Domitilla Gratiani annorum circiter 60., eáque haud mediocriter Doctrinis exculta, quæque proinde maximè celebris coram summo Pontifice, summâ Sanctitatis Suæ admiratione, & incredibili voluptate latinam habuit, & quidem elegantissimam Orationem. Præterea Soror Seraphina Innocentij annorum 80.; Soror Laura Maria Sperelli ejusdem ætatis, & Soror Euphrasia Vibia cæteris omnibus senior. Addidit insuper Soror Flavia prædicta, quòd Moniales præ-

fatæ

fatæ unanimiter afferebant, se à suis quoque Majoribus, & per ipsas ab earum quoque longè majoribus, adeoque per traditionem 250. circiter annorum eodem semper tenore propagatam accepisse, quòd cùm in hoc Monasterio 250. circiter annis antea degerent de Familiâ priores illæ 12. Pauperes ad ejusdem fundationem, vitamque Religiosam instituendam designatæ, singulari morum sanctitate, & exactâ regulæ ipsis propositæ observantiâ, quæ Civitati exemplo, & ad pietatem incitamento minimè vulgari videbantur, die quadam ad Portam Monasterij, nescio quis pulsavit, tunc positam, ubi nunc est Claustrum cisternæ. Cùm verò Janitrices responderent, & quid adesset, interrogarent, nullum accepere responsum, quapropter Portam ipsam aperientes, ut quid contingeret, intelligerent, Mulum quendam ibi videre duabus arculis onustum, è quibus alteram ipsæ secum detulere; interim verò dicto citius Mulus cum alterâ arculâ evanuit, quæ vulgò traditur ad Monasterium de *Monteluce* Perusij eâdem prorsus horâ delata pariter fuisse. Statim verò à prædictis nostris Monialibus reseratâ, prout par erat, arculâ, ligneam Pueri Jesu figuram deprehendêre, dexterâ Orbem regentis, Sinistrâ verò tres digitos elevatos habentis, ac si benedicere vellet, crinibus capitis eleganter dispositis, duos è parte superiori dentes ostendentis gestientis animi significatione, pedes nudi, ligneæ tamen basi ad instar pulvinaris rubro colore distinctæ superpositos, altitudinis palmorum duorum, ac digitorum quinque; quæ sanè figura Christum Dominum exprimere communiter habetur, cùm adhuc Puer cum hominibus diversaretur. Hæc Statua laneâ veste minimè recenti indura erat filo serico elaboratâ flosculis quibusdam intertextis; infra vestem verò subucula erat linea coloris albi, argenteam capite gestans Coronam. Hæc igitur Pueri Jesu figura tanquam Cœlo delapsa ad hæc usque tempora summâ jugiter veneratione intra eandem arculam conservata, pluribus à Deo ab illis usque diebus illustrata fuit miraculis, quæ proinde, vel ejus saltem indumenta ad infirmos passim deferuntur, qui Jesu opem implorantes mirabiliter convalescunt. Quæ quidem de Pueri Jesu statuâ Monialibus nostris dono divinitùs datâ retulisse sit satis; quæ verò de alterius Pueri figurâ ad Monasterium de Monteluce delatâ idem Lucas Albertus conscripsit, utpote ad nos minimè spectantia, curæ mihi non est Annalibus istis inserere. Unum illud ad rem nostram erit referre, quòd Moniales etiam Monasterij hujus *de Monteluce* ab eodem D. Petri super hac re inquisitæ unanimiter eadem prorsus asseruere de Puero nostro, quæ hactenus ab eodem relata scribebâ, seque pariter eadem à Senioribus ejusdem Monasterij Monialibus eâdem omninò serie accepisse.

Pueri Jesu Figura divinitùs defertur ad Moniales Pauperes Perusij.

Hoc eodem anno 1633. Lucensis .2. nostri *Annal. Tom. III.*

A Cœnobij Patres ab Excellentissimo illo Collegio obtinuere Jus honorificum, quo antea potiebatur Cathedralis illius Capitulum, cantandi solemniter Missam, & Vesperas in Festis solemnioribus in Palatij Capellâ, ubi ab anno usque 1541. à sacris deputati fuerant, & in eo munere confirmati anno 1631. Ex quo autem ab anno 1254., quo de ejus origine vix aliquid diximus, insignis hujus Cœnubij incrementa, quæque in ejus honorem maximè cedunt recensenda hic putavi. Sciendum igitur est, quòd in primis anno 1267. D. Bandinus Spinabelli Notarius eximiâ erga Ordinem nostrum, ejusque Fratres, qui singularia pietatis, ac Religionis ibidem præbuerant specimina, devotione affectus VI. Kalendas Junij bonorum omnium suorum hæredes eos B tunc fecit, præsentibus Priore Loci, ac tribus alijs Fratribus, Michaele nimirum, Theobaldo, ac Bonacursio. Hæc igitur Bandini donatio Cœnobij nostri in eâ Urbe exordium auspicata fuit, licèt admodum exile, priore illâ ædiculâ dirutâ, & S. Michaelis nomine in titulum S. Mariæ commutato. Longè verò majus incrementum in dies suscepit, morumque Religione non minùs, quàm fortunarum copiâ affluere cœpit, cùm B. Joannes Francfordiensis, de quo Gianius Cent. 1. l. 3. c.19. & juxta editionem 2. c. 21. ejusdem Loci administrationem anno 1271., seu B. P. Philippi, cujus erat Alumnus, sive aliorum Patrum jussu receperat, ac diutius exercuerat. Vir enim iste Divino cultui addictissimus, præter C assiduas Conciones, quas habere consueverat, præter illustria sanctitatis exempla, & Religiosæ vitæ Instituta, pallium illud B. Philippi, quod eò ex Alemanniâ detulisse loco citato Gianius testatur, quodque passim infirmis adhibere solebat, tanquam ægrotantium Puerorum remedium, Lucensium animos erga hunc Ordinem adeò devinxerat, ut non modò ex privatorum eleemosynis, verùm etiam ex publicis Senatûs, & Populi proventibus, ac privilegijs quotidie magis augeretur, quæ DD. illius Reipublicæ Antiani, accedente consensu D. Castruccij Anteiminelli Principis amplissimo diplomate confirmarunt die 24. Octobris anno 1316. Quo planè Senatûs exemplo, & rarâ Fratrum religione permo- D tus D. Azzolinus Simonetti anno 1348. mille Florenos eidem Loco devovit; è quibus bis centum pro ædificijs, reliqui verò octingenti pro 12. Fratribus alendis deservirent. Quæ cùm ita forent, D. Berengarius Episcopus hujus Legati Commissarius anno 1361. mandavit F. Bernardo Lucensi Priori de Ecclesiâ recens ædificandâ in augustiorem formam Gloriosæ Virgini Deiparæ dicandâ. Hujusmodi suffultus præsidijs hic Locus litteris, ac pietate; summopere profecit, Virosque præclaros Ordini, & Patriæ produxit, de quibus sparsim inter Annales; præ cæteris autem Hieronymum Ordinis nostri Generalem, in quo summa prudentia in eodem administrando,

Honorifica de Conv. Lucensi.

Eccl. publicis impensis augustior ædificatur

do, & præcipua sapientia in Divinis Dogmatibus explicandis, mirum in modum decertabant, cujus proinde gratiâ Senatus ille munificus æquè ac pius collabentem illam præ vetustate Domum in elegantiorem formam ære publico restituit, prout indicant verba sequentia in lapide exculpta.

Domum hanc vetustate collabentem à solo ad summum Respublica hæc nostra Lucensis, consueta pietate ad Sacra, piaque Loca impensis publicis plusquam duorum millium Florenorum magnificè instauravit 1527. Generali Hieronymo Lucensi Religionis Servorum moderatore.

Optimè igitur, & ædificijs, & morum sanctitate, Literarumque præstantiâ jugiter in dies perseveravit Religiosa hæc Domus, Viris illustribus, & Ecclesiæ Præsulibus ornata, de quibus per Annales, & Historicos nostros satis abundè dictum videtur.

Quod verò spectat ad Ecclesiam memorandum utique est, quòd in ampliorem formam jampridem redacta nostris hisce temporibus, quibus hæc scribimus, anno scilicèt 1720. instaurata jugiter in dies elegantissimè conspicitur, tum quoad laquear, tum quoad Altaria sibi invicem conformia præ Tabulis egregiè pictis, & marmore illustria, quorum pleraque ejus Urbis Primarij Ordinem nostrum singulari benevolentiâ complexi à fundamentis erexere, quædam verò, sicut & laquear eximiâ arte fabrefactum ab eodem Petro Giâbelli Pisano, qui paulò ante opus consimile perfecerat in Ecclesiâ D. Annunciatæ de Florentiâ, ex annuis Cœnobij redditibus non sine ingenti studio, & industriâ difficultate quacunque superiores construxerunt ejusdem Cœnobij Fratres. Memorandum adhuc magis est, quòd vehementer ibidem viget erga Virginem Matrem devotio, hinc solemni ritu quotannis celebratur Festum Expectationis Partûs ejusdem Virginis à die 16. Decembris ante Festum Nativitatis Domini, in quâ celebritate persolvendâ magnus fit Populi concursus, tum ad Sacras Conciones percipiendas, tum ad Divina inter Luminaria, & Musicos concentus persolvenda, quam sanè piam consuetudinem identidem in Ordine nostro renovatam ab antiquis Patribus ubique Locorum nostrorum institutam fuisse probandum videtur. Prætereà singulis diebus Festis Venerabilis Eucharistiæ Sacramento ad Altare B. Virginis Dolorosæ publicæ venerationi expósito pari Populi confluentiâ post Vesperas recoluntur ejus Dolores, & Dominicâ Tertiâ Septembris de more insigni pompâ eorundem celebrantur solemnia, cùm & ibi viget Societas Habitûs ejusdem Virginis Dolorum; quamobrem minimè mirandum, quòd & piæ Mulieres Tertij Ordinis Habitu indutæ consortium illud inierint, de quo ad annum 1659. Hujus Ecclesiæ celebritati accedunt Sanctorum Reliquiæ, quas dono dederat Generalis Callistus Puccinellius ann. 1666. Item præter plurimas alias venerabilis est B. P. N. Philippi chlamys, quem infirmi quicunque sibi valde propitium experiuntur. Insuper duo Ossium fragmeta è corporibus Beatorum Joachimi Piccolominei, & Francisci Patritij Senensium extracta in argenteis thecis honorificè reposita, & authenticis Literis instructa æquè ac reliquæ hactenus recensitæ. Accedit & sacra supellex, sivè quoad argentea, sivè quoad serica Sacerdotalia indumenta, & ad Ecclesiam ornandam aptissima, studio potissimùm ejus Cœnobij Patrum comparata, maximè verò Hieronymi de Luca religione morum insignis, alterius à Generali Hieronymo superiùs memorato; hujus enim industriâ, & charitatis exemplo permoti Viri quamplures nobiles, quorum ipse erat à Confessionibus, largas eleemosynas ad opus hoc promovendum contulere, eique acceptum referendum est Hospitium cum Ecclesiâ Sanctissimi Crucifixi in Vico Mozzani huic Cœnobio adnexum, de quo ad annum 1608.

ANNOTATIONES IN CAP. I.

1 *Ex Reg. Gen. in Arch. S. Marcelli de Urbe.*

2 *Ex monum. illorum Conv.*

Prosequitur perturbatio Jurisdictionis in Domo Regulari Oenuponte.
CAP. II.

Exauctoratâ Subpriorissâ nova Turba excitatur.

Cum[1] Diœcesanos Brixinenses inter, atque Servitas ferventiùs indesinenter agitabatur controversia pro Domûs Regularis Oenip. jurisdictione, prout ad ann. 1631. dictû est, quàmplurimæ identidem Turbæ, non sine Populi Oenipontani offensâ, & insigni Sororum infamiâ excitabantur; potissimùm verò cùm Serenissima Soror Anna Catharina ruinam fundationis, & Jurium præjudicium à Domo avertere studens juxta Constitutiones pro Regularibus ratihabitas, veteri exauctoratâ, aliam, eamque magis idoneam substituit Subpriorissam. Cùm enim huic actui Vicarius Generalis Archangelus Serenissimæ, & suâ præsedisset auctoritate, unàque de re familiari administratâ, exauctoratam è mente Serenissimæ rationem reddere jussisset, ad ejusmodi postulata formidantibus etiam affectis iterum memorato Ministro urgente pro Episcopo adversus Ordinem conclamatum fuit; Minister enim in hujusmodi rationum exhibitione me-

metuere valde debebat, quippequi non mediocriter, neque prorsus legitimè è Domûs Regularis fortunis suas noverat adauctas; Tumultus autem iste paucas inter Sorores constitit, easque neque Deo valdè acceptas, atque proinde inopes consilij, & virtutum præsidio destituras. Hæ quidem turbæ Diœcesanis perjucundæ acciderunt, qui jurisdictionis aliàs memoratæ in Domum Regularem desideria quantumlibet sopita etiamnum fovebant, quapropter Subpriorissæ exauctoratæ sententiâ per Ministrum prædictum intellectâ è Canonicis alter exauctoratam alioqui, modis etiam incongruis adhibitis, pro virili contendit, dejectâ etiam Campanulâ, quæ prædictæ Domûs in limine exteros advenisse significabat; Intererat autem etiam Comitijs nostris Provincialibus Oeniponte eo temporis habitis; verùm nihil se proficere senlés Brixinam celeriter abierat, & duos inde secû adduxerat, qui sibi in tanto negotio præsto forent; statim ac omnes hi Oenipontem pervenere, ipsis hujus anni 1633. Kalendis Junij Sororibus Regularibus instruendam à se visitationem, ritu Canonico denunciarunt; sed jussu, & auctoritate Serenissimæ Sororis ab ijs, quorum intererat, acerrimè contradicebatur, jam enim totum negocium Romam delatum esse, & ad Sedem Apostolicam, absque cujus expresso mandato se nullatenus actum quemcunque jurisdictionis à Diœcesanis admissuros; quibus auditis Diœcesani Domum re infectâ redière. Non ideò tamen acquievere, sed Serenissimæ Sororis auctoritatem, & nomen loco larvæ concipientes, terroribus, ac minis rem aggressuri ad Ecclesiæ Sanctimonialium valvas excommunicationis monitorium affigunt, minimè habitâ Serenissimæ Claudiæ Archiducissæ prudenti dehortatione, quâ seriò commonebantur, ut vellent oritura inde gravissima incommoda juxta prudentiæ momenta perpendere, se quidem omninò confidere, nihil illos omninò acturos. Antequam verò Monitorium illud suffigerent, in Parochiali D. Jacobi Templo, quò ad habendam supplicationem, cum Archiducissâ Claudiâ, & universâ ejus Aulâ, conventurus erat Populus, Divinis crepeirâ luce vix peractis confestim publicarunt. Continebat scriptura illa gravem ignominiam contumaciæ Sororibus sinistrè imputatam, adiecto sea dierum termino, quo elabente, nisi monitoribus morem gerere decrevissent, de se conclamarum esse non ignorarent, à quibus minis tamen Serenissima Soror Anna Catharina eximebatur, tametsi hujus operâ duntaxat se Domo Regulari arceri probè novissent. Lectis igitur, & palàm affixis bis tabulis explicari via potest, quænam in Populo Oenipontano frequentissimo jactatæ fuerint voces, æquè variæ juxta varietatem affectuum, prout in incertis, ac subitis fieri solere experimur. Neque hic Diœcesanorum tentaminibus modus, quin etiam

Diœcesani jurisdictionem tentare nituntur, sed frustra.

Monitorium adversus Moniales publicat.

A in ipso D. Virginis Præsentatæ Templo è Regione Oratorij, ubi Serenissima Soror Divinis auscultabat; postquam ad aram faciens Sacerdos Sacrum D. Joannis Evangelium perlegerat, & Missam absolverat, idem Monitorium elatâ voce evulgarunt, ex quo Religiosissima Princeps adeò consternata toto corpore fuit, ut ad Conclave suum Sororum manibus deducenda fuerit, ubi reliquum diei singulis inter & lachrymas exegit, & irreverentiâ illâ eousque indoluisse fertur, ut Monitorium ipsum è valvis amovere pararit, sed prudentiâ duce abstinuit, rei ipsius momenta meliùs perpendere decernens. Interim Serenissima Claudia ægerrimè sentiens hujusmodi tentamina, maximè verò famosum in hoc negotio adversus Servitas editum
B libellum, Ministro memorato Auctore, qui proinde suo capiti consulens inde recessit, Episcopales iterum gravissimis rationibus dehortabatur, ut ab incœpto desistere vellent, sed frustra, propterea Regulares ad tertium à publicatione Monitorij diem inclinantes, ut se ab hac vexatione redimerent, eos jam intra Domûs limina admittere non renuebãt; verùm Serenissima Soror re intellectâ Sororum conatibus eodem die opportunè obstitit, convocatis ad se delegatis, quibus audientibus coram Notario, ac Testibus scripturam quandam longiusculam eidem Notario exhibens hæc habuit: *Eja age, clarâ voce lege, Ego enim, quia larva, legere non valeo* (ita notare voluit Adversarios, qui auctoritatem,
C & nomen ejus, ut diximus, veluti larvam habebant). Argumentum autem exhibitæ scripturæ hoc erat; Quòd cùm Visitationem Domûs à Serenissimâ suâ Matre, & à se fundatæ tot modis impugnari cernere debeat, ipsam verò Austriacæ Familiæ suæ jura gravissimè afficiat, hinc se quoque eas sibi nunc partes sumere decrevisse, quibus eadem jura omni studio defendat, nec ullatenus permittat, ut absque suâ, & Augustissimi Cæsaris approbatione quidpiam Domui ingratum fiat. Perinde sibi futurum assentient, vel dissentient Sorores, vel Fratres Ordinis; quocirca ad evidentem suum hunc animum demonstrandum, ipso lectionis actu à Subpriorissâ, & Janitrice ideò ad se vocatis claves Domûs
D confestim pluries exegit, illisque genu flexo satis importunè rem deprecantibus cum stomacho petitas extrusit claves, & vacuas remisit. Opponebat insuper Adversarijs inurbanum erga ipsam eorum agendi morem, quod speciatim in scriptis larvam se compellare veriti non fuissent; sibi proinde optimè consulturos, si propediem ab attentatis resilientes, quibus tantùm dedecus innoxijs Sororibus inussissent, palinodiam canerent, ac Monitorij deinceps minis supersederent, sin minus cogendam se ad fundationem abolendam, suámque unà, & Sororum innocentiam Urbi, & Orbi manifestandam. Hæc licèt optimè dicerentur, satis tamen esse non potuerunt,

Serenissimæ Soror maximè dolet de monitorio.

Resistit exhibendo scripturam.

runt, quin Adversarij in sententiâ persisterent, prosequerentur molimina, & Monitorium E rursus affigerent.

Intereà exactis dierum terminis in Monitorio præfixis, denegatis etiam reverentialibus, ut vocant, Apostolis, declaratæ fuere Sorores anathematis vinculo eo ipso innodatæ esse. Hæc declaratio nulla quidem de jure erat, nihilominus tum Sorores, tum Serenissima absque morâ lapidem omnem moverunt, ut ab hoc vinculo innodatæ non fuisse declararentur, irrito tamen conatu, publicum enim ac pridie in Canonicâ Oenipontanâ formatum anathematis Edictum inaudito illic exemplo, ad utriusque Ecclesiæ, Parochialis videlicet, & Sanctimonialium fores pependit horâ septimâ Matutinâ 7. Kalendas Augusti hoc anno 1633. Hic referre non F vacat quàm importunum omnibus fuerit, & omnes offenderit Edictum hujusmodi; hoc enim cuivis facilè erit conijcere ex communi omnium consternatione, quæ ex Monitorio hujus Edicti prodeo mo ortum duxisse dicebatur, momenti quidem maximi res erat, nam viginti septem Sanctimoniales impactæ culpæ exortes hoc fulmine æquè improvidè, ac innocenter diffamatæ haud mediocriter anxiæ erant, licèt illud nullum esset, ut diximus, quatenus in causâ propriâ, & contra Decretum Congregationis Concilij Tridentini, factamque publicè ad Sedem Romanam appellationem vibratum. Hoc tamen præstare non poterat, quòd Sorores his ictibus impetitæ subtimido non essent animo, hinc consulenda fuere remedia, quibus vani terrores, & scrupuli eximerentur, & Romam appellare necesse fuit. Quoniam verò res ipsa exigebat præsentaneum remedium, ad Paridem Metropolitam Juvaviensem delatum fuit, qui non modò certis, & publicis in Consistorio suo 12. Kalendas Augusti ejusdem anni 1633. formatis Tabulis ejus temporis Brixinensem Episcopum Guilielmum in lite pendente tertiùm pro dicendâ causâ ad suum Tribunal in jus vocavit, verùm etiam alteris Tabulis anxias super anathemate Sorores, si quo inde tenerentur vinculo, plenissimis verbis absolvit; commotus utique, ut illæ memorant, emergentium damnorum, impedimentorum, scandalorumque magnitudine, præsertim verò gravi animorum perturbatione, ut ad quietem longè faciliùs componerentur, ideoque prædictæ absolutionis Tabulæ fide Notarij firmatæ 9. Kalendas Augusti ad Valvas Ecclesiæ Parochialis, & Sororum, amotis inde anathematis ejusdem Edictis, sunt postliminio affixæ. Dum hæc agerentur, & securiori Sororum conscientiæ Archiepiscopali declaratione consulebatur, vix sexdecim diebus elapsis, vetus Subpriorissa turbarum caput, & fomes, in cujus Magistratu suffecta fuerat alia, prout paulò ante dicebam, prætensum officium, postquam adeò restiterat, ultrò tandem novæ Subpriorissæ cedens, certis quibusdam cum Serenissimâ, & Sororibus benignè firmatis legibus ex animo deposuit, illam eò inducente Reverendo D. Erigogo (hoc anagrammatico nomine adumbrabatur Georgius) Abbate Ordinis cujusdam celeberrimi, qui hoc anno 11. Kalendas Julij ab Ordinis nostri Vicario Generali Priore Oenipontano, ac toto D. Josephi Conventu in hanc controversiam Judex Conservator constitutus, rem præclarè semper gesserat, quoad præter expectationem in transversum actus ingenium, quò antea in Adversarios, prout par erat, usus fuerat, in Electores suos perperam convertit, quemadmodum è paulò post dicendis constabit ad annum 1636. Fuit autem ultronea hujusmodi Subpriorissæ abdicatio, tametsi rata cæteroqui novæ Subpriorissæ permansisset electio. Subinde Ferdinandus II. Imperator totius controversiæ certior factus pro Austriacâ suâ in Domum Regularem auctoritate datis Viennâ Literis idibus Augusti Brixinensem Episcopum monuit, ne per Delegatos ulteriùs, donec ipse de toto negocio pleniùs edoceretur, prædictæ Domûs Sorores auderet perturbare. Quin etiam Sorores ipsæ veteribus simultatibus inter se, atque Servitas abolitis, vigore quarundam recèns initarum pactionum in novam coaluere necessitudinem, & amicitiam, & omnes expensas, quas Romæ in prosequendo Regularium negocio fieri oportebat, Servitis liberaliter polliciræ fuerunt. Interim Summus Pontifex in Urbe Judicem Commissarium constituit pro utraque parte Philippum G Pirovanum J.U.D. Capellanum suum, & Sacri Palatij Causarum Auditorem. Hic statim editis ad utramque litigantium partem compulsorialibus, tum unam, tum alteram de Judice compulsoriali sibi de more providere mandavit. Quamobrem electo pro parte D. Episcopi, & Capituli Brixinensis D. Joanne Paulo Ciurlettâ Episcopo Bliensi, & Cathedralis Tridentinæ Canonico, Vicarius Generalis Ordinis pro suâ, Sororumque parte D. Paulum Abbatem Monasterij D. Joannis in Staubs Ordinis Cisterciensis, & supradicti Abbatis Thomæ successorem nominavit. Hi ergo Delegati Apostolici, & compulsoriales Judices suo utrinque munere diligenter H fungentes, quidquid è re partium futurum erat, compilaruot, ac ad Romanam Rotam transmiserunt, in quâ omnia, ac singula revisa, ventilata, & ponderata fuerunt, ac tandem prodijt decisio, prout ad annum inferiorem videbimus.

Sorores declarâtur excommunicatæ.

Affigitur publicè Edictum Anathematis.

Declarantur Sorores anathemate non obstrictæ.

Causa trâsmittitur ad Rotam Romanam.

Itidem hoc anno Summus Pontifex Urbanus VIII. Ordinis nostri tranquillitati .2. prospicere volens, cujus Professores ægrè ferebant Defunctorum suffragia non pro omnibus quarumlibet Provinciarum Fratribus juxta legis præscriptum cap. 3. de Mortuorum suffragijs, sed propriæ tantùm Provinciæ juxta Indultum Pontificium anno 1624. die 15. Septembris emanatum, neque singulis annis

Capi-

Capitulum Provinciale congregandum esse pariter juxta Constitutiones nostras cap. *de Capitulo Provinciali*, sed singulo triennio, prout indulserat Summus Pontifex anno 1624. Indulta hujusmodi revocat hoc anno per Literas Apostolicas sequentis tenoris.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Saffragia Fratrũ Defunctorũ per totũ Ordinem fieri, & Capit. Provinciale singulis annis mandatur.

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Dionysius Bussattus Florentinus Prior Generalis Fratrum Ordinis Servorum B. M. Virginis, quòd alias cùm inter cætera dicti Ordinis Regularia Instituta Apostolicâ auctoritate confirmata uno caveretur expressè, quòd pro salute animarum dicti Ordinis Professorum Defunctorum suffragia in universo Ordine prædicto fierent, & alio, quòd Capitula Provincialia pro Priorum, Lectorum, Curatorum, & aliorum Officialium à Definitorio Provinciali dependentium electione, singulis annis celebrarentur, quidam Vicarius Generalis dicti Ordinis ex merâ suâ voluntate dictis duobus Statutis ab hac S. Sede derogari procuravit, ita videlicet, ut suffragia prædicta nonnisi in Provinciâ, in quâ quis dicti Ordinis Professor obierit, fiant, & Capitula Provincialia hujusmodi non quolibet anno, sed singulo quoque triennio celebrentur. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, tam ut animarum Professorum dicti Ordinis Defunctorum saluti, quàm ut felici dictorum Officialium electioni, ipsiusque Ordinis statui, & guberno peramplius consulatur, dictus Dionysius Prior Generalis, totusque Ordo præfatus plurimùm cupiat dicta duo statuta ad primævam eorum regularem observantiam auctoritate nostrâ reduci; Nos piis ipsius Dionysii Prioris Generalis Ordinisque prædicti votis, quantùm cum Domino possumus annuere, ipsumque Dionysium Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus suffragia pro animabus Defunctorum Professorum d. Ordinis in toto eodem Ordine fiant; & si dicti Ordinis Professores Sacerdotes legitimè impediti tres Missas ab iisdem Regularibus institutis præscriptas celebrare nequiverint, Orationibus saltem, videlicet Officio 9. Lectionum animabus eorundem Defunctorum succurrant. Præterea Capitula Provincialia annuatim celebrentur, ut priùs, ac fieri, & celebrari respectivè debeant; & propterea Priores, Lectores. Curati, & alii Officiales à d. Definitorio Provinciali dependentes juxta Constitutiones Ordinis eligantur; & jam in vim dictæ derogationis in anno 1632., & 1633. per suffragia secreta in eisdem Capitulis electi juxta easdem Ordinis præfati Constitutiones electi censeantur, præsentesque Literas, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari debere, irritum, & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium statuimus, & determinamus, ac respectivè decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis tenore præsentium pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Novembris 1633. Pontificatûs nostri anno undecimo.

M. A. Maraldus.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

1 *AUgust. Romer Serv. Mar. lib. 7. cap. 5. & seqq.*

2 *Ex Reg. Gen. in Arch. S. Marcelli de Urbe, & ex Reg. Thusciæ in Arch. D. Annunciatæ de Florentiâ.*

N O T Æ.

COntroversia Oenipontana, quæ cæteroqui referenda erat Tomo 2. l. 9. cap. alt. hoc cap. relata est, utpote à decisione non distrahenda, quam sequenti Cap. omnino proponere debemus.

In Rotâ Romanâ deciditur pro Servitis in Causâ Jurisdictionis Oenipontanæ.

C A P. III.

POstquam Delegati Apostolici, & Compulsoriales Judices, sicuti diximus ad annum 1633. proximè superiorem, acta quæcunque in Causâ Oenipontanâ jurisdictionis in Domum Regularem compilarunt, & ad Rotam Romanam transmiserunt, præter alia, eaque plurima studia ad hanc rem conducentia Romæ, & alibi adhibita, pluribus iterum actum est apud Sedem Apostolicam à Serenissimis Sorore Annâ Catharinâ, & Archiducissâ Claudiâ per Cornelium Henricum Motmanum Pontificis Capellanum S. R. Rotæ Auditorem, S. C. Majesta-

jestatis, & Regis Hungariæ Consiliarium, ut si viâ Juris exemptiu Domûs defendi non possit, viâ saltem gratiæ à Summo Pontifice haberetur, quamobrent Augustissimus etiam Cæsar consideratis omnibus considerandis, ac Sanctitati Suæ propositis propriâ Intervénit Epistolâ, quâ minimè tamen vel expectatâ, vel attentâ, ubi tandem ad ferendam sententiam diù in Rotâ agitatam procedendum fuit Judice Pirovano 5. Idus Junij hujus anni 1634. contra D. Episcopum pro Servitis prodijt decisio; Episcopo nimirum Brixinensi petente manutentionem in quasi possessione exercendi jurisdictionem Episcopalem super Domo Regulari, ejusque Sororibus, responsum fuit, non esse dandam. Hoc habito responso, dum Serenissima Claudia 7. Idus Julij dignas Summo Pontifici gratias agit, & iterum ipsum urget precibus pro exemptione Domûs Regularis ab Ordinario; acerrimè ex adversâ parte reclamatum fuit, ac propterea negotio ad trutinam iterum expenso, auditis iterum utriusque Partis Advocatis, libratisque novis eorum rationibus, post quinque Menses à priori decisione 3. Idus Decembris juxta negotij momentum, & justitiæ regulas conclusum in Rotâ fuit, standum esse in decisis sub die 9. Junij præteriti. Hic verò non importunum arbitror, & injucundum Lectori decisionem ipsam, utpote doctissimam hisce Annalibus inserere, & unà Posteros edocere stabilitatem prætensæ jurisdictionis.

Itaque Decisio hæc Ordini nostro favorabilis bis repetita in eo potissimùm innititur, quòd PP. Servitæ exhibent titulum, & docent de possessione eorum jurisdictionis super Domo prædictâ Regulari, nam etsi vera sit conclusio, quòd Ordinarij habent fundatam intentionem de jure communi in jurisdictione omnium Monasteriorum Regularium intra suam Diœcesim existentium *cap. pen. de Relig. Dom. Glos. in cap. conquerente in verb. Jurisdictionem de off. Ord. Dec. in cap. fin. nu. 6. in 4. notab. de confir. util., vel inutil., & etiam ex solâ juris assistentiâ in jurisdictionalibus non soleat denegari manutentio Ordinarijs cap. cum personæ in fine de privil. in 6. capit. dec. 189. nu. 7. Seraph. dec. 1449. num. 1., & in recent. par. 2. dec. 382., & 493. cum alijs allegatis.*

Attamen vera etiam est declaratio, quando allegatur titulus exemptionis, vel privilegium, & exhibetur, ac de possessione docetur, tunc Regulares, dum cognoscitur de relevant à titulorum in eorum libertatis, vel exemptionis legitimâ possessione turbari non possunt, ut admittitur in 2. parte eiusdem Capitulii: *Cum Personæ de privil. in 6., & comprobant Anchar. ibidem nu. 2. Gemin. in §. fin. nu. 3., & 4. Franc. nu. 2. Et Rota hanc declarationem semper est sequuta utroque concurrente, nempe titulo, & possessione dec. 491. nu. 4. & 5., & 615. nu. 2. par. 1., & 682. num. 5. par. 2. recent. Seraph. dec. 1278. in fine, & 595. nu. 3., & 4. idem fuit dictum in Aprutinâ Ju-*
risdictionis 9. Junij 1606. coram D. Cardinali
E *Pamphilio in Constantien. Jurisdictionis 16. Novembris 1607. coram Episcopo Atrebaten., & in Lauretanâ Jurisdictionis 2. Maij 1631. coram D. Durano Episcopo Urgellen.*

Titulus autem ad hunc effectum per Religionem exhibitus visus fuit sufficiens, cùm deducatur ex Constitutionibus Summorum Pontificum Urb. VI. Innocentij VIII., & aliorum, in quibus nedum Fratres Servitæ eximuntur à Jurisdictione Ordinariorum, & immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur; sed & omnes Sorores Mantellatæ, Pinzochoræ, ac Tertiariæ nuncupatæ subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis cum derogatione Concilij Generalis, quæ specialis Protectio semper eximit privilegia-
F tos à jurisdictione Ordinariorum cap. ex parte i. 1. ibi privilegium nobis Apostolicum ostenderunt *de privil. cap. si Papa eodem tit. in 6. cap. 2. de integrit. restit. cap. cum tempore de arbitr. Dec. cons. 152. nu. 2. Put. dec. 115. in fine lib. 3., Seraph. dec. 1025. num. 5. & seq.* Præterea desumitur idem titulus ex Constitutionibus hujus Domûs Regularis à Sede Apostolicâ confirmatis, in quibus præsupponitur exemptio, & obedientia, & jurisdictio debita Generali Ordinis, & ejus Vicario, & alijs Superioribus assignata.

Non obstat, quòd Sorores hujus Domûs Regularis non comprehendantur in dictis privilegijs, aut Constitutionibus, quia dum cognoscitur de comprehensione, non debent
G Servitæ privari eorum legitimâ possessione secundum terminos ejusdem Capituli *cum personæ de privil. in 6.*

Quò verò ad possessionem benè probatur ex actibus positivis, qui dantur, nempe ex Visitatione factâ per Vicarium Generalem Ordinis sub die 22. Junij 1627. Summ. Religionis num. 16. in quo quamplures Ordinationes factæ fuerunt concernentes utrunque statum temporalem, & spiritualem, quæ procul dubio inferunt jurisdictionis exercitium *cap. consequente de off. Ordin. Socin. de visit. num. 4. vers. 14. Rot. dec. 195. num. 2. par. divers.* Dantur prætereà admissiones ad Habitum, & Votorum emissiones in manibus Superiorum Religionis, quæ propter obedien-
H tiam promissam, & subiectionem P. Generali probant jurisdictionem *Iservia, Alvarottus, & alij in cap. 1., qualiter Vassallus præstare debeat Domino fidelitatem, Natt. cons. 636. nu. 65. lib. 4.* Ac demum dantur confirmationes factæ per Vicarios Generales Ordinis quoad Sorores, quæ in eâdem Domo solent officia exercere, qui actus confirmandi Officiales electos semper pendent à jurisdictione Ordinariâ superiorum, vel delegatâ à Sede Apostolicâ per Privilegia, ac Constitutiones Summorum Pontificum.

Non obstat, quòd Ordinarijs denegetur manutentio contra allegantem titulum, & possessionem solummodo, quando nituntur

sola

solâ Juris assistentiâ; sed quando ex parte eorundem concurrunt etiam actus possessorij, ut in præsenti præsupponitur, tunc non esse denegandam manutenrionem in quasi possessione jurisdictionis *Bald. in cap. querelam num. 23. in fin. de elect. dicens* per actum minimum conservari totum. & idem videtur firmatum in *Theatinâ jurisdictionis, quæ est 382. par. 2. recent.*

Quia cùm actus dati pro D. Episcopo fuerint expressè contradicti, vel pro parte Sororum, vel pro parte Religionis, & causam illi dederint, nulla potuit ex eis acquiri valida possessio. *Rot. dec. 165. num. 5. par. 4. divers. & 30. num. 1. par. 2. recent. Afflict. dec. 395. num. 7.*

Nam Visitationi anno 1628. 13. Januarij fuit contradictum, & seu potius dissentientibus Priorissâ, & alijs Sororibus sibi admissa, & de eâ non constat, nisi ex relatione Commissariorum, quibus absque testimonio Notarij de actibus visitæ rogati non solet plena fides adhiberi. *Annibal Roccbus de Visitat. in verbo creare posse fol. 304. Lucas Antonius Resta in direct. visitat. cap. 5.*

Literæ pariter Archiducis Leopoldi non conferunt ad probationem actûs possessorij, quia vigore illarum Ordinarius jurisdictionem in Domo prædictâ non exercuit, nec exercere poterat, ex quo in eisdem reservatus fuit articulus jurisdictionis inter eundem Ordinarium, & Servitas per Sedem Apostolicam decidendus, cum quâ reservatione cessabat facultas ex Literis prætensa.

Et ita utraque &c.

Et hæc quoad primam decisionem, quæ verò ad secundam pertinent sunt, quòd Ordo Servorum docet de titulo exemptionis ab Ordinario ex Constitutionibus Summorum Pontificum, & possessionem probat ex actibus in summario datis, cum quibus pendente judicio super exemptione privari, vel turbari non debet in ejus possessione, secundùm dispensationem secundæ partis *cap. cum persona de privil. in 6.*

Non obstat, quòd inhærendo etiam declarationi dicti Cap. *Cum Persona*, si inferior sit manutenendus adversus Ordinarij jurisdictionem, quando exhibetur titulus, & probatur possessio; *Seraphin. decis. 1278. in fin. Rota decis. 491. nu. 4. 685. num. 2. par. 1., & 382. num. 5. par. 2. recen. cum alijs allegatis in primâ decis.*, attamen quia pro parte Fratrum docetur de possessione, quæ tempus 40. annorum absque controversiâ attingere non potest, ex quo erectio Domûs, de quâ agitur, contigit de anno 1612. dicebatur semper deficere possessionem ex dispensatione ejusdem Capituli *Cum persona*, & fundatam remanere intentionem Ordinarij in solâ juris assistentiâ, datâ impossibilitate probationis quadragenariæ præscriptionis, prout in consimili casu dicitur consideratû *in Sutrinâ Jurispatronatûs coram D. meo Decano in ejus impressis 100.*

A Quia cum distinctione responderunt Domini, quòd aut inferior excipiendo contra exemptionem à jurisdictione Ordinarij exhibet titulum, & talem, qui egeat probatione præscriptionis, & sic possessione 40. annorum, & tunc si destituatur possibili probatione, quia remanet cum solo titulo colorato, & minùs apto ad obtinendum in petitorio, difficultas est relevans, aut inferior exhibet titulum ex se aptum, & sufficientem, & tunc possessio destituta possibili probatione quadragenariæ non impedit manutentionem inferioris, ut bene se declarat *Text. cap. Cum persona* in ultimis verbis, nam si sufficit titulus, multò magis si concurrat possessio Religionis, in quibus terminis non dissentiit decisio supra allegata *Sutrina Jurispatronatûs.*

B Titulum autem per Religionem exhibitum esse sufficientem, Domini existimarunt, quandoquidem illum deducunt ex Constitutionibus, & privilegijs Summorum Pontificum, ut in primâ decisione fuit firmatum, nempe Urbani VI., & Innocentij VIII., in quibus, & Fratres Servitæ, & omnes Sorores Mantellatæ, Pinzochoræ, Oblatæ, & Tertiariæ nuncupatæ eximuntur à Jurisdictione Ordinarij, & subijciuntur Generali, & Superiori Ordinis, & immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiuntur, unde cùm istæ Mulieres sint de genere Tertij Ordinis, sive ex unâ specie, quia Pizochoræ, sive ex aliâ, quia Mantellatæ, semper sub suo genere Tertij Ordinis comprehenduntur, & sic privilegijs exem-

C ptionum gaudent, tanquam receptæ sub protectione Sedis Apostolicæ *cap. ex parte in primo de privil. cap. si Papa eod. tit. in 6. c. cum tempore de arbitr. cum alijs in ead. decis. allegatis.*

Non obstat, quòd Mulieres hujus Domûs non sint de gremio Ordinis Servitarum, ex quo non sunt Mantellatæ, neque Pizochoræ, aut Oblatæ, nec Tertiariæ, sed constituant tertiam speciem, cùm utantur diverso Habitu, & vivant juxta proprias Constitutiones à Paulo V. approbatas, habeant diversum nomen, atque diversum modum profitendi. Ex quibus omnibus distinguitur diversitas Religionis. *Gemin. Consf. 41. nu. 1. Anchar. consil. 321. nu. 1. Navar. cons. 6. num. 12. vers. 4. de*

D *stat. Monach.*

Quia Geminianus, & Ancharanus allegati, bene se explicant distinguendo species Regularium. Quidam enim sunt verè Religiosi, & habent de necessitate, & dispositione eorum regulæ certum Habitum specialem in colore, & formâ totam tangentem personam à capite usque ad talos, & in his non licet alicui Professo talem Habitum transformare, quia videtur quasi de substantiâ suæ Religionis secundum *glos. in vers., vel Habitûs in clemen. 1. de elect.* Quidam autem vocantur Fratres de Pœnitentiâ Tertij Ordinis, qui potiùs quendam modum vivendi à Papâ approbatum dicuntur habere, quàm Regulam, & isti pro-

propter aliqua signa Habitûs non recipiunt diversum nomen, aut diversam regulam à Tertiarijs, sed tantummodò tenentur parere suo Superiori, & observare contenta in eorum modo vivendi, & de istis propriè agitur, quæ obtinuerunt à Paulo V. approbari Habitum, & modum vivendi, & ad effectum, quod intrent privilegia, videndum est an fiot subiectæ Superiori Generali Fratrum Servitarum, quod visum fuit, non posse dubitari ex tenore Constitutionum, quæ ab eodem Paulo V. fuerunt approbatæ, quia vestiuntur in Sacello, aut Oratorio Domûs, Patri Generali offeruntur, Professio emittitur in manibus Superiorum Fratrum Servitarum; punitio incorrigibilium mandatur fieri assentientibus Generali, seù Vicario, & Subpriorissâ; unde cùm prædicta inferant ad subiectionem, & jurisdictionem Servitarum, semper intrant privilegia exemptionum.

Non obstat, quòd obedientia Superiori præstita, ubi non agitur de Religione expressè approbatâ, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importet exemptionem ab Ordinario. *Navar. cons. 6. num. 22. de stat. Monach. Sanchez super decalogo lib. 5. cap. 1. nu. 19.*

Quia si approbatio Papæ non concurrat, quæ sola potest eximere à Jurisdictione Ordinarij, *Cassad. dec. 6. de privil. Gabr. de indic. Conclus. 4. num. 91. Gonzal. ad reg. de Mens. Glos. 56. nu.* 18. voluntaria promissio obedientiæ Superiori Servitæ non eximeret à jurisdictione; Cæterùm, quia supervénit, & modus earum vivendi subiectivè ad Superiores Servitas fuit approbatus, inde privilegia exemptionis intrant, quibus si juvantur Pizocheræ, & Oblatæ, quæ non emittunt Professionem solemnem, multò magis Mulieres hujus Domûs gaudere debent, quæ se obligant vovendo obedientiam, & Castitatem, & in perfectiori statu positæ sunt.

Non obstant, quæ replicantur contra actus possessorios in primâ decisione ponderatos.

Quia, quoad veritatem facti, impugnari non possunt; nam ex actibus datis benè justificantur Visitationes, Ordinationes, votorum emissiones in manibus Superiorum, & confirmationes Officialium.

Non obstat, quòd etiamsi Fratres Servitæ, aliquos actus in istâ Domo exercuerint, non tamen quasi possessionem exemptionis acquisiverint, non docti de scientiâ, & acquiescentia Episcopi *lib. 2. C. de Servit. Rota dec. 109. nu. 11. par. 2. divers., & 382. nu. 3. par. 2. recent.*

Quia attentâ approbatione Apostolicâ quoad modum vivendi, & vovendi, & subiectionis, cum quâ intrant alia privilegia Religionis, ex quibus desumitur titulus, non requiritur neque scientia, neque acquiescentia Episcopi. *Castren. in l. Servitutes la grande num. 9. ff. de servit. Covarrv. in cap. possessor. §. initium num. 8. vers. secundus textus Cepol. de servit. Urb. præd. cap. 20. num. 5.*, & eò minus, prout in præsenti, ubi tractatur de Summarissimo retinendæ, & agitur de nudo facto: *Rota dec. 17. nu. 7. par. 2. div., & 685. nu. 4. par. 1. recen. & coram Sa. me. Greg. XV. decis. 249. nu. 10., & 283. nu. 8. per Adden.*

Demum non urgent, quæ dicuntur de admissione ad Habitum, ex receptione votorum, quasi isti actus non relevent ad acquirendam exemptionem, dum Episcopus non prætendat habere jurisdictionem, ex quo nedùm ex Constitutionibus particularibus hujus domûs, sed etiam de jure cõmuni receptio Monachorum, & Monialiũ spectat ad ipsos Regulares, & in eorum manibus vota emittuntur, quia possunt aggregare Religioni *c. fin. de reg. in 6. Lapus alleg. 31. Sanchez super Decalogo lib. 5. cap. 4. nu. 78. Navar. cons. 6. nu. 20. de Stat. Monachorum*; distinguens actus superioritatis ab actibus jurisdictionis.

Quia etsi prædicti actus possent considerari indifferentes, quando emanassent sine auctoritate Apostolicâ, & non apti ad acquirendam exemptionem, attamen ubi præcedit approbatio sanctæ memoriæ Pauli V. circa Habitum, & modum vivendi cum subiectione P. Generali Servitarum, exindè intrant Constitutiones Urbani, & Innocentij super exemptione Mulierum, Sororum, quocunque nomine nuncupentur, & illi actus subiectionis per Papam certæ Religioni indulti eximunt Sorores à jurisdictione aliorum *cap. si Dominus 11. q. 3. cap. quid culpatur 23. q. 1. cap. quisquis præceptis §. qui præcipitur 14. quæst. 1.*

Et ita fuit resolutum utraque &c.

Hac igitur secundâ decisione pro possessorio impetratâ Ordo noster pro petitorio parum anxius erat, sed quiescentibus Adversarijs ipse quoque acquievit. Itaque Deo, ac Deiparâ faventibus Jurisdictio in Domum Regularem perperam ab alijs quæsita, & graviter attentata, pro virili propugnata post tot discrimina Servitis tandem, quibus vel ab origine competebat, addicta, & adiudicata nun sine maximis utrinque accidentibus incommodis firmata fuit.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

A *Ugust. Romer. Serv. Mar. lib. 7. cap. 15. & 16.*



Core-

Coronatur ſolemniter B.V.M. Imago apud Forum Cornelium. Transfertur ſolemniter Imago B.V. ad Eccleſiam novam Camulij, & contingunt Prodigia. Transfertur etiam Imago B.V. de Obe. Erigitur in Prioratum Cœnobium S. Joſeph de Maſiâ. Elector Colonienſis admittitur ad Participationem, eíque datur facultas diſpenſandi Habitum, ſicut cuidam Sacerdoti, cui commendantur noſtræ quædam Sorores. Refertur obitus Virorum Illuſtrium, & votiva oblatio Magnæ Ducis Ætruriæ Chriſtinæ.

C A P. IV.

ORdinis noſtri Patres, & univerſa Gens Imolenſis ſingularis beneficentiæ memores, quâ ipſos, ſuamq́ue Regionem proſequuta fuerat B.V. anno 1632. peſtiferam luem arcendo, ad cujus Imaginem ibidem in Eccleſiâ noſtrâ ſummâ veneratione habitam ſolemni ſupplicatione, iteratisq́ue votis confugerant, ſicuti dictum eſt, pluribus hinc inde eleemoſynis collectis argenteum, idemq́ue deauratum Diadema eidem B. Virginis Imagini imponendum compararunt. Subinde verò die 2. Julij hujus anni inſigni ſolemnitate Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D.D. Ferdinandus Millini ejuſdem Urbis Epiſcopus, Eminentiſſimi quondam D. Cardinalis Millini ex Fratre Nepos Epiſcopi pariter Imolenſis Diadema ipſum prædictæ Sacræ Imagini impoſuit, quæ deinde religioſiſſimâ pompâ per Urbem circumducta, comitantibus frequentiſſimo concurſu tum civibus, tum exteris, qui pietate maximâ ducti ſupra ſex millia confluxerant, eleganti ubique apparatu, Muſicorum concentuum, tubarumq́ue clangentium plauſu, tormentorum bellicorum boatu, totius Urbis Campanis feſtivè ſonantibus, quæ quidem omnia tum ad majorem incitabant pietatem, tum non vulgarem animi lætitiam ſignificabant, ad Eccleſiam noſtram delata fuit, ſuæq́ue Sedi reſtituta à Muſicis Cantoribus excepta hymnum *Te Deum Laudamus* ſolemniter canentibus, ut D.O.M., ac Beatiſſimæ Virgini pares gratiæ referrentur, quæ quidem in Tabulis publicis inſerta ad æternam rei memoriam in ejuſdem Urbis Archivo ſervantur. Ne verò quem lateat ex Poſteris illuſtris hæc functio illius Cœnobij Patres lapidi in loco omnibus obvio opportunè poſito hæc inſcribenda duxere.

Coronatur ſolemni pompâ Imago B. M.Virg. Imolenſis.

D. O. M.
Siſte pedem Civis, & Hoſpes.
Albo ſignata lapillo niger hic lapis commemorat
Triennium totum furiali face, graſſante peſte
Debellatâ Populorum ſalute,
Urbem, Agros ſibi Libitina devoverat.
Nullâ necibus lege;
ſpe ſalutis nullâ miſerabili Fato.
Impoſte terrâ, Cœlum tandem aditum
Vigeſimâ ſecundâ Junij Anni MDCXXXII.
Huc ad Virginis Matris Aram ſupplex totum
ſyllæ Forum.
Dictum, factum.
Ad fuſas lachrymas ſiſtitur illicò Lethi Phalanx.
Limocomia, Capitolia Mortis, ſubita ſalus
occupat;
Et ſuis conſepulta funeribus jacet ubique Peſtis.
Solata, lætabunda, votiq́ue rea Civitas
Anno tandem reparati Orbis MDCXXXIV.
Sacrâ Præſulis Ferdinandi Mellini manu
Soſpitalem Deiparæ Imaginem
Agmine triumphali in Forum ſummâ Pietate
deductam.
Sexto Nonas Julij aureâ donavit Coronâ.
Sed & perpetuæ ſoſpitæ obſequia perpetua
devincta Pietas,
Senatus, Populuſq́ue Imolenſis
Hac eâdem die quotannis dona ſacrat, & corda.
Hæc Lector Te ſcire volui. Ora, Lauda. Abi.

In hujus rei honorificæ memoriam, necnon ad gratias referendas pro peſtiferâ lue eliminatâ, quotannis die ipſâ 2. Julij inſigni pompâ, ſive apparatum ſpectemus, ſive Muſicos concentus, ſive in pervigilio ad Veſperam feſtivos ignes, varias per Urbem illuminationes, aliaq́ue lætitiæ argumenta B. Virginis celebrantur ſolemnia, quorum Divinis Officijs intereſſe ſolet ejuſdem Urbis Magiſtratus libras octo Ceræ offerens in grati animi anathema.

Camulij pariter prope Genuam hoc anno die 2. Julij, quæ fuit Dominica Viſitationi B. Virginis nuncupata, quæ eſt titulus noſtræ Illius Eccleſiæ, maximâ ſolemnitate, tum ſacræ ſupellectilis, tum Muſicorum Concentuum, tum Religioſorum quamplurium, & frequentiſſimi Populi, qui è varijs partibus eò confluxerat, plusquam quindecim mille ſub urbanis, conſuetis primùm Eccleſiæ ritibus initiata fuit Eccleſia, deinde ſolemni Proceſſione tranſlata fuit Imago miraculis illuſtris B. Virginis noſtræ *de Boſcheto* ab antiquâ Ædiculâ ad novam Eccleſiam, in quâ ſubinde longè majori pompâ, quàm fieri poterat, Divina primùm celebrata fuere Myſteria. Cùm autem hæc agerentur res accidit memoratu digniſſima, quæ, & in honorem Deiparæ maximè ceſſit, & in eruditionem Poſterorum. Jampridem Laurentius quidam Marchiagni unâ cum Nicolao Schiaffini, & Joanne Bapt. pariter Marchiagni, vulgò dicto *Galuzzo*, eò tranſibat, ubi eò tẽporis recens hæc erigebatur Eccl., prout etiam ad ann. 1612. ipſâ non adhuc ad umbilicum perductâ Laurentius cũ Nicolao ſubijt, ibiq́ue ambo neceſſitatibus quibuſdam naturæ ſatisfecere; eos increpuit Joannes Baptiſta, ac ſi eos minimè puderet turpia hæc ibi committere, ubi celebranda aliquando erat Miſſa; ipſi verò deridentes, *vellem* dixit alter *die illâ mortem oppetere, quâ ſacrum habebitur Sacrificium*; alter verò *ipſâ*

Transfertur Camulij Imago B.Virg. de Boſcheto.

Quidam Eccl. B. Virg. dicandæ irridenter, eâ, quâ dixerant pœnâ, puniuntur.

die mergi vellem in mari: utrunque autem contigit, quandoquidem die illâ, & horâ, quâ primum, ut diximus, sacra agebantur mysteria, Nicolaus è regione Camulij submersus in mari fuit, cùm ex oris maritimis rediret; Laurentius verò miserè obijt, vix elevatâ in Sacrificio Missæ Venerabili Hostiâ, coram P. Joanne Petro Baroni de Bozzolo Ordinis nostri, qui ei aderat in extremo agone.

Trãfertur Imago B.M. Virgin. Gratiarum de Obe.

In Ecclesiâ quoque nostrâ B. Virginis Gratiarum dictâ Ohe in Provinciâ Lombardiæ ejusdem Deiparæ Imago in pariete depicta super Ecclesiæ veteris columnam, inde diligentissimè secta solemni Processione translata fuit ad quoddam Sacellum deinceps pro opportunitate temporum exornandum.

Cœnobiũ S. Joseph de Massâ Carrariæ erigitur in Titulũ Prioratûs.

In Comitijs Provincialibus Provinciæ Genuensis habitis Alexandriæ die 28. Maij hujus anni decrevere Patres, quòd recens Cœnobium S. Joseph de Massâ Carrariæ, de cujus origine ad annum 1619. erigeretur in titulum Prioratûs, adeòque ipsi quoque competerent onera, & honores aliorum hujusmodi Conventuum.

Transmittitur particip. Bonorum Ordinis ad Electorem Coloniensem.

Die 4. Novembris transmissæ fuere Literæ Participationis Bonorum Ordinis ad Serenissimum, & Reverendissimum Ferdinandum Archiepiscopum, & Electorem Coloniensem, qui literis datis apud Bonnam à P. Generali petierat facultatem dispensandi Ordinis nostri Habitum in Diœcesibus tum suâ, tum ejus Suffraganeorum, quæ pariter libenti animo fuit ipsi collata.

Epist. P. Gen. ad Sorores 3. Ord. in Coloniensi Diœcesi existentes cum facultate erigendi Soc. Habitûs.

Præterea certior factus P. Generalis, quòd in præfatâ Coloniensi G Diœcesi Sorores quædam adessent Tertij Ordinis nostri Habitum nostrum indutæ, quæque Literas quasdam Patentes apud se retinebant nostri cujusdam Prioris Generalis de Faventiâ, Epistolâ quadam Pastorali ipsas tanquam germanas sui Filias recognovit, easque commendavit Reverendo cuidam Sacerdoti D. Bernardo Mina de Flandriâ, qui earum curam gereret, donec eò accederet aliquis è nostris Patribus, ipsique facultatem contulit erigendi Societatem Habitûs in Ecclesiâ earundem Sororum, ipsumque admisit ad Ordinis nostri Bonorum participationem.

B. Sabiniani Catalauni Conversi felix obitus, & gesta.

Barchinone beatam obijt mortem F. Sabinianus Catalaunus non sine magnâ Sanctitatis opinione Professione Conversus. Hic virtutum omnium plura dedit specimina, H obedientiæ verò præsertim, & humilitatis; exactissimus erat silentij, & generatim Regularis observantiæ custos. Quotidie suburbia lustrabat longam ubeundo viam, ut à Christifidelibus subsidia emendicaret Religiosis sui Cœnobij alendis necessaria, quin unquam de laboribus, quos proinde subibat, quereretur. Asperum, & acuminatum Cilicium jugiter deferebat, se quàm sæpissimè flagris cædebat; qualibet feriâ 6., postquam eleemosynas ostiatim emendicarat, ædiculam quandam Eremiticam sub vesperam solitarius adibat, quæ leucam unam ab Urbe distabat in Parochiâ, quæ dicitur *de Orta*, ubi totam noctem in Oratione excubabat, seque ad sanguinis usE que effusionem flagellando, de totius Mundi sceleribus eo afficiebatur dolore, ut in lachrymas diffiueret; adhuc vivens plura ad ejus intercessionem perpetravit Altissimus miracula, præsertim verò quoties Orationem Dominicalem recitando febri laborantes curabat. Obijt quinquagenarius hoc anno feriâ quadam 6. Mensis Martij, quâ horâ ad Missam Conventualem Sacra elevabatur hostia; Cilicium carneni subijsse deprehensum est; cùm verò ejus Corpus ad Ecclesiam delatum fuisset ibidem tumulandum, turmatim Populus, isque plurimus ad idem invisendum confluxit, et singuli certatim fragmenta vestium summo studio rapiebant, tanquam Sanctorum reliquias; anno autem proximè sequenti F Incorruptum inventum est, ideòque separatim ab alijs Cadaveribus aliò translatum fuit.

P. M. Angeli M. Bindi Flor. obitus.

Moritur quoque Pisis die 5. Decembris P. M. Angelus Maria Bindi in Universitate Pisanâ S. Theologiæ actu Professor; hoc autem anno Provinciæ Etruriæ Præfectus, de quo ad annum 1633. l.c.c. 1., & in ejus locum ad idem munus sufficitur P. M. Lælius Clerici de Aretio. Serenissima demum Christina Lotharingia Magna Dux Etruriæ D. Annunciatæ de Florentiâ pietate sibi semper constans dono dedit arculam argenteam deauratam haud mediocriter pretiosam, cui in imâ parte sequens est inscriptio.

G
Supplicis imbre uberis Sacro Virginis fœcundæ nuncio, lethali febri restricta Christina Lotharingia Magna Etruriæ Ducissa in ipsius Deiparæ Templo Servatoris Christi Corpori, grati animi ergo incolumis votum voluit anno 1634.

Adriani Mannoctij Fl. obitus.

Ibidem verò moritur hoc anno die 27. Januarij Adrianus Mannoctius Florentini Cœnobij Alumnus, de eodem optimè meritus, quippe qui plurimum decoris, plurimum emolumenti eidem contulit, prout ex hactenus dictis in hisce Annalibus innotescit.

Cosmus è Comitibus Gherardeschæ Episc. Collen. Habitu nostro indutus sepelitur in Eccl. D. Annu. de Flor.

In H eadem Ecclesiâ pariter die 13. Maij, ubi sibi sepulcrum adhuc vivens elegerat juxta Sacellum D. Annunciatæ, tumulatus fuit Cosmus è Comitibus Gherardeschæ Episcopus Collensis, & nuper electus Episcopus Fesulanus ex testamentariâ sui dispositione Sacro Habitu nostro indutus, quem eximiâ veneratione, sicut & Ecclesiam præfatam prosequebatur, cui tum Nepos Comes Hugo, tum Cœnobij Patres, tum Archiepiscopus Petrus Niccolini, qui ad Altare D. Annunciatæ Missam celebravit, tum Ecclesiæ Cathedralis Florentinæ Canonici honorificentissimè parentarunt. Hoc item anno die 21. Maij solemnis habita fuit Cleri totius cum Archiepiscopo Sanctissi-

ctissi-

ctissimæ Crucis lignũ deferente Serenifs. Principib. Magistratibus, & frequentissimo Populo æquè ac superioribus annis ad Ecclesiam D. Annunciatæ Processio, cui 550. libras ceræ albæ obtulere, tum ad recolendam B. V. de Imprunera Translationẽ, quæ anno 1633. Florentiam delata fuerat ad avertendam luem, tum ad gratias agendas pro liberatione ab eâdem lue, quam processionem quotannis in posterum faciendam esse Serenissimi Magni Ducis auctoritate Urbis Optimates decrevere.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

1 EX *monum. Conv. D. Annunc. de Flor. & aliorum respectivè Conventuum.*

2 *Ex Reg. Gen. pag. 4. 171. 172.*

Recensentur plura miracula B. V. M. de Quercu prope Lucinianum.
CAP. V.

Recensentur Miracula B. V. de Quercu de Luciniano.

PLura quidem hoc anno 1634. admitanda patravit Altissimus Gloriosæ Genitricis suæ Virginis intercessione apud sacram ejus Imaginem, vulgò dictam de Quercu prope, & extra Oppidum Luciniani in Valle Clanarum Etruriæ, de quâ, & reliquis eximiam ejusdem venerationem consequentibus non pauca diximus ad annum 1574. Cent. 4. l. 4. c. 4. Quoniam verò admiranda hujusmodi contingere cœperunt ab anno usque 1560. saltem, postquam illud de Muliere, vulgò dicta *la Bigia*, contigerat, quod satis superque retulimus ad d. annum 1574., æquum arbitror, & consentaneum eorundem seriem ab illis temporibus deductam ad hæc usque, & alia protrahere, non eò sane consilio, ut omnia, & singula recenseã, ex quo cùm numero fermè dixerim quocunque superiora contigerint ob insignem Populorum ex variis Etruriæ partibus etiam remotissimis eò confluentium adhuc solemni institutâ Processione venerationem, quarum supplicationum per singulos annos habitarum Elenchus in eâdem B. Virginis Ecclesiâ omnibus obvius apparet, exploratâ singillatim esse non potuesunt, sed quæ potiora colligere, & in scriptis redigere potuerunt illius nostri Cœnobij Patres, & D. Franciscus Renzuoli eo temporis in Oppido Luciniani Archipresbyter, testibus etiam adhibitis.

Crus habens perforatum sanatur.

1 Primùm ergo incolumis omninò evasit die 3. Julij 1564. Lucia Blasij *del Fabbro*, cui Crus erat in pluribus Locis variè perforatum.

Oculorũ usu capta.

2 Die 13. ejusdem Mensis, & anni facultatem videndi liberè omninò recepit Filia quædam Mulieris, nomine Bindæ *di Sarcho*, quæ altero oculorum diu ita laboraverat, ut videndo par non esset, ejusque Genitrix altera è mammis ita graviter affecta, ut de eâdem amputandâ consilium inirent Medici, hoc A grave discrimen B. Virginis ope evasit.

Vesicâ laborãs in naribus, & concламata.

3 Eâdem die sanitatem recuperavit Matthæa Silvestri de Luciniano, cui vesica in naribus erat, speque eandem humanæ artis ope assequendi prorsus destitura.

membris attract. & crura habens distorta

4 Die 14. Philippus Filius Eleonoræ Sebastiani Guadagni de Florentiâ membris variè attractus, & Cruribus distortis, voto B. Virgini emisso integer omninò, rectusque remansit.

Jumenta incurabili infirmitate affecta.

5 Die 16. Sanctes Blasij *de Farnitella* unà cum Coniuge, quam ideo ad Sacram hanc Imaginem venerandam præmiserat, interposito voto, quod si duo quædam jumenta convaluissent ab incurabili quadam infirmitate, quâ laborabant, trabes quasdam ab iisdem ad B ejusdem Virginis Ecclesiam pertrahendas curasset, pristinæ sanitati restituta illicò fuere.

Cruribus pessimè affectus.

6 Eadem die liberè prorsus incedere, ac præ gaudio exilire, & Ecclesiam hanc celersimè adire cœpit Vincentius Francisci Genuensis, qui antea utroque crure pessimè affectus, & mancus, nonnisi ligneis fulcris innixus loco se movere poterat.

Cæcus.

7 Mulieris cujusdam nomine Piæ Coniux Joannes Giorgi de Scrophano cæcus prædictâ die Sacram hanc Imaginem venerabundus accedens unà cum Uxore, ac Deiparæ sese ex animo cum ipsâ commendans visum recepit.

Diù infirma.

8 Die 20. Dominica Laurentij de Marciano ab undecim annis adeò jugiter infirma, ut operi cuique, & seipsam adhuc induendo im-C par esset, sanitatem omnino recuperavit.

Cruribus graviter affectus

9 Die 21. Jacobus Benedicti *di Prato Vecchio* Luciniani degens à septem annis altero è cruribus adeò graviter affectus, ut intumuerit, & pure scatere undequaque cœperit, neque spe ullâ fretus sanitatis recuperandæ stanneum crus eidem superposuerit, & ad Fontem Sacræ huic Deiparæ Imagini proximum accedens, ut aquam inde hauriret, eidemque Deiparæ sese commendaret, quatuor inde exactis diebus incolumis omninò evasit, & ante Sacram eandem Imaginem stanneum prædictum crus in anathema appendit.

Plurib. plagis affectus

10 Die 9. Augusti ejusdem anni Pompeius de Nobilibus Medicus Physicus Senensis octo ab hinc annis in pluribus sui corporis partibus D plagis affectus, cui etiam alterum è cruribus ita tractum fuerat, ut insignis quædam ejus portio amputanda illi fuerit, ex quo mancus, & loco se movendo absque ligneis fulcris omninò impar evaserit, emisso voto Sacræ huic Imagini omninò liber remansit.

Crus habens tumefactum.

11 Die 21. sanitatem penitus recepit Bartholomæus Joannis Vernia de Pientiâ, cui sex abhinc annis alterum pariter è cruribus adeò tumore affectum erat, ut & Febrim indè pati cogeretur, & spe quacunque recuperandi sanitatem se destitutum sentiret.

Membris attractus

12 Andreas Simonis de Tipherno apud Castulonem Florentinum degens, diù membris attractus, & liberè incedendo impar, nisi

ligneis

lignejs fulcris innixus, emisso voto eâdem die liber illicò evasit, & ut gratum animum insigni Patronæ ostenderet plures dies operam suam gratis adhibuit, cùm Ecclesia hæc ædificaretur.

Brachijs malè affecta, & manca.

13 Die 27. Dominica Dominici Gasparis de Radicotte viginti quinque annos altero è Brachijs malè affecta, & manca fuerat, & oculorum usu destituta, verùm interposito voto Sacram hanc imaginem adeundi sanitatem omninò recepit.

Manibus & pedib. malè affectus.

14 Die 3. Septembris Dominicus de Vivaldis de Veronâ quinque annos manibus, & pedibus adeò graviter affectus, ut loco se movere nullatenus posset; emisso autem voto calicem, aliaque ornamenta huic Ecclesiæ offerendi, & in ejusdem cõstructione tres Menses operam suam adhibendi, sese in prdestatim erexit, & liberè coram omnibus incessit.

Intestinorum fluxu laborans.

15 Die 17. Alexandra Juliani de Scrophano, cui intestina defluxerant, sana protinus effecta est.

Costam habens fractam.

16 Die 21. Christophorus Matthæi de Fojano, interposito voto, alteram è costis integram recepit antea fractam.

Oculorũ usu ferè destitutus.

17 Die 1. Octobris oculorum usum, quo ferè destitutus diù fuerat, iterum adeptus est Matthæus Petri de Petrâ malâ.

1565. Dolore iliaco graviter laborãs.

18 Die 19. Aprilis 1565. Vincentius Marinelli Primicerius Ecclesiæ Aretinæ, ut primum lapidem huic Ecclesiæ in fundamentum poneret, accedens, testatus fuit se proximè superiori Augusto Iliaco dolore gravissimè affectum, quin ullum ab arte medicâ reciperet remedium, certiorem factum de admirandis, quæ pro hac Sacrâ imagine perpetrabat Altissimus, emisso voto ipsam adeundi in instanti penitus convaluit.

Morbo Comitiali labor.

19 Die 4. Maij Bartolus Nicolai de Caparzano in Territorio Cortonensi interposito voto operam suam adhibendi in huius Ecclesiæ constructione, à morbo comitiali, quo jandiù sæpe laboraverat, omninò liber evasit.

Apoplexiâ correpta.

20 Die 10. Junij Pasquina Pauli Finucci de Monte Fullonico apoplexiâ jampridem adeò graviter correpta, ut Monstri potius speciem exhiberet, in instanti penitus incolumis evasit.

Oculorũ usu diù orbata.

21 Die 1. Julij oculorum usui, quo vigintiduo Menses orbata fuerat, restituta est Berna Stephani de Martellaccis.

Cæcus.

22 Die 25. Septembris Antonius Martini de Navarrâ in Lombardiâ coram prædicto Archipresbitero testatus fuit, quòd cùm proximè superiori Junio graviter Romæ decubuisset, eo quòd cùm apostemâ amputatum illi fuisset, altera è venis oculorum rescissa casu fuerit, ideòque cæcus omnino evaserat, sed voto emisso Sacram hanc imaginem adeundi, statim ac eò pervénit, voti compos omninò effectus est.

1567. A nativitate cæca.

23 Die 19. Januarij 1567. Filia cujusdam Antonij Andreæ de S. Zolino à Nativitate cæca B. Virgini de Luciniano à Parente suo commendata visum recepit.

1568. Calculis gravissimè laborans.

24 Die 20. Aprilis 1568. Mauritius Jacobi de Monte Presbyter calculis adeò laborans, ut 14. continuos dies mingere non potuerit, cui proinde conclamatum fuit à Medicis, emisso voto, convalescere statim cœpit, eoque brevi se solvit.

1616. Pedibus maximè mancus.

25 Joannes de Luciniano, Joannis, & Martiæ Filius à nativitate pedibus ita mancus, ut ordine præpostero eorundem digiti à parte posteriori calcanei ab anteriori essent, adeòque nonnisi ægerrimè incedere poterat, die 5. Aprilis 1616. feriâ 3. Resurrectionis Dominicæ, quâ Generalis habebatur Processio Habitûs Septem Dolorum B. Virginis, ad hanc ejusdem Ecclesiam decimumquartum ætatis annum agens, summo studio & ipse interesse contendit huic Processioni, coram verò Sacrâ B. Virginis Imagine provolutus commendare ex animo se cœpit, ibique diù moratus, donec solus remanserit, illicò voti compos surrexit, & sanus omninò, rectisque juxta naturæ ordinem pedibus domum hilaris redijt.

Vulneribus lethalibus affectus

26 Eodem anno supremum vitæ discrimen evasit Joannes Jacobi Mannelli Chirurgus, qui viginti duobus vulneribus, & plerisque lethalibus affectus ab hostibus fuerat in Oppido Luciniani, B. Virginis ope, cui ipse, ejusque Coniux maximè se commendarant.

1625. Plurib. affectus vulneribus.

27 Die 8. Decembris 1625. immaculatæ Conceptioni B. Virginis Mariæ nuncupatâ Antonius Antonij Campani de Luciniano, postquam Ecclesiam hanc adierat B. Virginem veneraturus unà cum Francisco Antonio Rosini, Oppidi portam vix ingressus à perditissimo quodam homine, quem ipse perhumaniter salutaverat, verbis primùm pessimè acceptus, subinde pluries pugione impetitus in pluribus Corporis partibus, Gloriosæ Virgini de Quercu sese commendans, quantumlibet humi prostratus jaceret, incolumis prorsus evasit.

Ob infirmitatẽ crurium incedendo impar.

28 Camillæ Sebastiani de Luciniano Filia quædam erat quadriennis, quæ ob gravem quandam infirmitatem cruribus malè affecta ijsdem innixa permanere non poterat. Hanc verò pia ejus Parens sinu suo exceptam ad Ecclesiam hanc detulit, & interposito voto ante B. Virginis Aram collocavit, eique genuflexa suadebat, ut se Deiparæ commendaret; persolutis autem Orationibus surrexit Genitrix, sed unà surrexit & Filia, & cruribus omninò incolumis gratijs Deiparæ actis Domum feliciter redijt.

1630. Monstrosa scabie laborans.

29 Franciscus Herculis Cantelli de Luciniano Presbyter anno 1630. plures Menses monstrosâ quadam, & intolerabili scabie totum corpus laboraverat. Cùm autem nullum ab arte Medicâ levamen sibi comparasset, & pluribus B. Virginis imaginibus voto se obstrinxisset, nihilominus voti compos nunquam evasit; id autem assequutus statim fuit Mense Aprili, ac votum interposuit sa-

cræ

cræ huic Imagini; postquam enim aliquantis-per somno indulserat, mundum omnino se reperit à prædictâ scabie, cujus profectò ingens fuerat copia.

30 Hoc autem anno 1634. plura, uti ab 1634. initio dicebam, admiranda contigere. In primis Antonius quidam Textor in Oppido Luciniani degens ob diuturnam quandam infirmitatem mancus ita cruribus evasit, ut incedere nullatenus posset, nisi fulcris innixus. Die tandem 11. Februarij, quæ Sabbathum erat, coram venerandâ hac Imagine provolutus, seque ipsi etiam atque etiam commendans viribus integrum illicò se sentiens posthabitis fulcris, quæ proximè sequenti die ante prædictam Imaginem appendit, mirantibus omnibus Oppidum, ac Domum liber omninò rediit.

Cruribus mancus.

31 Lucia Petri Textoris prædicti Uxor Panico, eoque gravissimo timore correpta, parique tristitiâ affecta flere semper, & gemere consueverat, à cibo, & potu abstinere, sibi plurimùm invisa alienum à Coniuge, cæterisque Domesticis animum fovebat, & ut omnia uno verbo complectar, suæ mentis impos, cùm accepisset beneficium à B. Virgine de Quercu suo Coniugi collatum, comitantibus Parente, & alijs Consanguineis Ecclesiam hanc adijt, ibique super Altare depositis vestibus, quibus induta processerat, postquam B. Virgini se commendaverat, hilaris illicò surrexit, suique compos omninò reversa domum fuit.

Terrore panico correpta, & mentis impos.

32 Mulier quædam nomine Camilla Sanctis Filia, postquam in Oppido prædicto diu Febri correpta decubuerat, altero è brachiis omninò stupida remansit, subindeque apostema insigne eidem accessit scapulam inter, & pectus, quâ de re vehementissimè cruciabatur. Emisso voto die 5. Aprilis B. Virginem de Quercu enixè rogabat, ut sibi sanitatem impetraret; interim somno indulgens Mulierem quandam audire sibi videbatur dicentem: *Camilla aliò te converte*; ipsâ verò respondente se non posse, illâque iterum idem dicente, evigilavit, seque liberam à quacunque infirmitate invenit.

Brachijs stupida, & apostemate laborans.

33 Joannes Valentini de Monte Alcino in Oppido Luciniani Medicus Physicus gravissimis doloribus Mense Octobri in Osse Ischio afficiebatur, quos paulatim imminui, ac tandem omnino cessare tunc solummodo sensit, quantumlibet plura artis Medicæ opera adhibuisset, cùm B. Virgini de Quercu se commendavit.

Doloribus in osse Ischio affectus.

34 Die 5. Novembris Belisarius Angeli, & Marianus Lazari Clericus de Luciniano testati authenticè fuere, quòd die 10. Junij proximè superioris ad Vesperam in pervigilio Santissimæ Trinitatis plurima lumina, eorumque maximum in medio videre in operimento ante Sacram hanc Imaginem posito, quamobrem stupore affecti, sibimetipsis gratulabantur, quòd insigni hoc prodigio significare voluerit sanctissima Trinitas, cujus solemnia imminebant, quod sibi plurimum in Virgine complaceret.

Plurima lumina divinitùs apparent ante S. hanc Imaginẽ.

A

35 Die 27. Octobris Sacram hanc Imaginem adijt Orsinus Francisci Veltroni de Mõte S. Savino, ibique Crus argenteum appendit, voto se solvens, quo se antea eidem obstrinxerat, si ab apostemate quodam liberatus fuisset, quo in dextero Crure absque ullo artis medicæ beneficio gravissimis doloribus affectus sex annos, & ultra laboraverat.

Apostemate in crure laborãs.

36 Salvator Jacobæ Filius, & Salvatoris Pampani ob diutinam infirmitatem cruribus malè affectus, & mancus, itaut ipsis inniti non posset, quin ullum artis medicæ opus illis prodesset, quinimo ob vehementiam dolorum, diù, noctuque gemere, & ejulare coactus die 15. Novembris adhuc decennis à Genitrice suâ delatus ad hanc Ecclesiam tres continuos dies, ac B. Virgini commendatus, & super Aram Principem depositus statim incolumis, & cruribus integer surgens Domum suam feliciter petijt. Hic ille ipse est, qui deinde Habitu Laicorum in Ordine Servorũ Indutus F. Christophorus Pampani appellabatur, idemque Patribus omnibus hic degentibus Mense Februario 1677. testatus postea fuit.

Cruribus malè affectus

B

37 Die 14. ejusdem Mensis, & Anni Joannes Antonius Francisci Minozzi de Lucinia no fidem authenticè fecit, quòd anno 1627. ejus Filia nomine Francisca oculorum usu ferè destituta B. Virgini de Quercu commendata ipsum feliciter recepit, quamobrem ipsa, ejusque Genitrix nudæ pedes Ecclesiam hanc adiere, voto ibidem se solventes.

Oculorũ usu ferè destituta.

C

38 Insuper fidem fecit, quòd anno 1628. Luciniano Biturgium versus iter faciens gravissimâ febri correptus, & membris attractus adeò fuit, ut nullam sui corporis partem omnino loco movere posset, proindeque spe destitutus recuperandæ salutis, B. Virginis de Quercu vix implorato præsidio incolumis prorsus evasit.

Febri correptus, & membris attractus.

39 Die 5. ejusdem Mensis, & Anni 1634. Mulier nomine Dominica Uxor Dominici *di Livo* in Oppido Luciniani degens incurabili diù laborans infirmitate, & gravissimis diu, noctuque laboribus affecta, itaut nullum corpori suo habere situm posset, nisi valdè incommodum; tandem aliquando unà cum Muliere, cui nomen Rosada Paulini ad hanc Ecclesiam, uti potuit, accessit, ibique habitâ diù oratione surrexit Domum suam reversura. Cùm autem ex Ecclesiâ proximè egressura esset, Campanulam in eâdem Ecclesiâ juxta Altare positam valdè sonantem accepit, quamobrem unâ cum prædictâ Rosadâ iterum redijt causam hujus insoliti sonitûs perceptura, sed neminem prorsus ibidem deprehendentes facillimè sibi suasere, quòd B. Virginis intercessione prodigium illud accidisset, ut intelligerent se voti compotes factas fuisse, quemadmodum reipsâ experte fuere;

Incurabili, & diutinâ infirmitate laborãs.

D

fuere; Lucinianum enim incolumis prorsus rediit, & proximè sequenti die nuda pedes cum eâdem Rosadâ ad Ecclesiam hanc iterum accessit, gratias plurimas B. Virgini actura.

Puer decennis in flumē prolapsus 40 Dominicus Filius Camillæ Sanctis decennis, Mense Junio ejusdem anni 1634. extra Oppidum Luciniani è cujusdam Fluminis Ponte, quod ob immodicam pluviam, quæ tunc supervenerat, valdè intumuerat, in idem casu prolapsus, B. Virgini de Quercu statim se commendavit, ejusque opem expertus maximè fuit, nam super aquas per dimidium milliare, & ultra feliciter abreptus, subductus tandem inde est à pluribus, qui ut ipsi præstò forent eò confluxerant.

Altero oculorū pessimè affectus. 41 Angelus Benedicti Scorgnioni Aretij in Etruriâ, alterum oculorum pessimè affectum habens, ejusdem usu proximè destituendus, adhuc etiam moriturus, B. Virgine de Quercu invocatâ pristinæ sanitati restitutus illicò fuit, & argenteos oculos ante Sacram hanc Imaginem in anathema appendit.

1660. *Variolis adeò laborans ut cōclamatū ipsi fuerit.* 42 Augustinus Filius Marci Joannis, trigesimum quartum ætatis annum agens Variolis adeò scatere cœpit, ut conclamatum ipsi fuerit anno 1660., quamobrem voto se obstringens B. Virgini de Quercu statim convaluit, ac voto se solvit.

1661. *Fluxu intestinorū, & disenteriâ laborans.* 43 Judirta sexennis Filia Salustij Lombardi sculptoris fluxu intestinorum, & disenteriæ gravirer laborans, emisso voto ab eis Parentibus B. Virgini de Quercu anno 1661. statim incolumis evasit.

Stupore correptus dimidiâ corporis parte. 44 Eodem anno Angelina Filia Hieronymi Angeli *de Sinâ longâ* quadriennis, stupore quodam insigni correpta repente fuit dimidiâ sui corporis parte, usque loquendi destituta; verum B. Virgini de Quercu ab ejus Parentibus vix commendata sanitatem illicò recepit.

Terrore insolito correptus pessimè se habēs 45 Hieronymus Angeli Martini *de Sinâ longâ* eodem anno terrore quodam insolito perculsus, ac proinde decumbere coactus, quin ullatenus loqui posset, mortale deliquium ter subiit; verùm ejus Uxor inops diû confilij, voto tandem interposito, Hieronymo annuente, B. Virgini, sanitatem integram adeptus protinus fuit.

1662. *Facultate vidēdi orbatus, & deformis* 46 Anno 1662. Mense Februario D. . . . . de Barellis Lucinianensis pulvere sciopi, quem voluptatis gratiâ venationi indulgens gerebat, ignem casu concipiente, oculos, totamque faciem impetitus, & videndi facultatem amiserat, ac deformis evaserat, provolutus tamen erga Sacram hanc B. Virginis Imaginem, & ipsius opem enixè implorans, & visum, & speciem vultui debitam recuperavit.

1663. *Tumore gutturis malè affecta.* 47 Virginia de Vannis *de Rigo Magno* guttur adeò intumuerat anno 1663., ut respirando vix par esset; Ecclesiam hanc adijt B. Virginis opem imploratura, ibique diu fusa in preces oleo tandem lampadis ante S. Imaginem jugiter ardentis guttur inungens, sana illicò effecta est, antequam ex ipsâ Ecclesiâ evaderet, in summam admirationem raptis omnibus, qui eam associabant.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

Singula hæc Miracula colliguntur partim ex Elencho eorundem in hac Ecclesiâ exposito, partim verò ex alijs m. s. hujus nostri Conventûs.

Magnus Dux Etruriæ petit Balnea S. Philippi, & sanatur. D. Annunciatæ de Florentiâ concedit Urbanus VIII. Indulgentias septem Altarium. Solo æquatur Cænobium, & Ecclesia Ferrariæ. Bononiæ Altari Sanctissimæ Trinitatis superponitur B. Virginis Imago.

CAP. VI.

Serenissimus Magnus Dux Etruriæ Ferdinandus II. molestâ, ac diuturnâ capitis afflictione, aliâque graviori infirmitate laborabat, à quâ liberari cupiens peregrinationis in speciem ad Balnea S. Philippi juxta Montem Tuniarum se contulit hoc ann. 1635; & salutaribus illis aquis ablutus ejusdem Sancti ope statim convaluit, in cujus rei perenne monumentum tota ejusdem series lapidi insculpta præ foribus eorundem Balneorum Peregrinis omnibus obvia, & à me pluries non sine animi jucunditate conspecta exactè describitur. *Ferd. II. Magnus Dux Etruriæ ad balnea S. Philip. se cōfert* Interim verò dum Serenissimus Princeps ita peregrinabatur, per integrum Mensem, quotidie ad Altare ejusdem Sancti in Ecclesiâ nostrâ D. Annunciatæ de Florentiâ publicè expositum erat Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum, ad ejusdem Sancti intercessionem apud Deum Optimum Maximum implorandam pro S. C. S. incolumitate. Generalis Buffotti præcipuo studio Urbanus Papa VIII. eidem Ecclesiæ D. Annunciatæ Indulgentias hoc anno concedit pro 7. Altaribus ab Archiepiscopo Florentino designandis; hæc autem designatio solemni pompâ celebrata fuit, quòd primò Privilegio hujusmodi hæc decorata fuerit Ecclesia. Die 19. Martij Archiepiscopus D. Petrus Niccolini duobus Metropolitanæ Canonicis sibi assistentibus, & alijs Presbyteris comitantibus, necnon frequentissimo Populi concursu, nostram in primis ingressus est Ecclesiam; deinde instituta supplicatione hujus Cœnobij Pattes plateam circumeundo insigni luminum, & sacræ supellectilis apparatu, festivo Campanarum, Tubarum, & Tympanorum plausu, suavissimo Musicorum concentu ad Ecclesiam rediere, singuli per ordinem in Odæo dispositi, insequebatur Archiepiscopus Habitu Pontificali indutus, assistentibus, & comitantibus Canonicis, & Presbyteris prædictis, & Cathedram sibi opportunè paratam ascendit, è quâ deinde iisdem comitantibus, necnon plu-

Indulg. 7. Altar. in Eccl. D. Ann. de Flor.

pluribus è nostris Patribus sacris vestibus indutis, jugiter perseverante symphoniacorum concentu, Altare primùm D. Annunciatæ petijt, & eximiâ gravitate thurificavit, interim juxtà Sacellum appensâ Tabellâ cum hac inscriptione: *Unum ex 7. Altaribus*, quod pariter ad reliqua sex Altaria præstitit: denique ad Altare majus reversus solemni Benedictione Populum dimisit.

Bononiæ Familia de Desiderijs exornandum curavit Sanctissimæ Trinitatis Altare, cui superposita fuit B. Virginis Imago miraculis celeberrima, de quâ recensendum omninò videtur, quòd Archangelus Gianius omisit, sed disertè refert Antonius Masina parte 1. Bononiæ suæ perlustratæ; quòd scilicet Imago hæc olim Altari cuidam superposita erat in primâ nostrâ Ecclesiâ S. Petronij, quam nonnulli venerandam speciali cultu suscepere, qui juxta eandem Oratorium ædificarunt sub titulo S. Mariæ Servorum. Confraternitas hæc anno salutis 1346. in stratam majorem transmigravit, ibique pariter Oratorium juxta nostram Ecclesiam ædificavit. Anno verò 1450. Confratres prædicti in stratam S. Stephani transmigrarunt, ubi insigne Palatium dono ipsis datum fuerat, ibique Eccclesiam à fundamentis excitarunt, necnon Oratorium, & Hospitale pro Peregrinis excipiendis in 4. classes distributis, Viris nimirùm, Mulieribus, Pueris, & Religiosis, quos eximiâ charitate complectebantur cœnam illis parantes, & lectum; discedentibus autem panem adbuc dispensantes, hinc plurimi eò convenire solent Peregrini, adeò ut 14. millia quotannis eò advenisse recenseantur. Itaque eò transmigrantes Confratres prædictam Sacram Imaginem B. Virginis unà secum deferre volebant, illius verò Cœnobij Patribus id minimè ferentibus germanum tantummodò ejus exemplar assequuti fuere, quod in eorundem Oratorio pari veneratione servatur. Confraternitas hæc anno 1593. die 3. Maij annuentibus Patribus Discretis ejusdem Cœnobij Cappam nigram exuit, perpetuò tamen retinuit titulum Servorum S. Mariæ, Ordinis nostri Stemma, & in sui Directorem alterum è Patribus ejusdem Cœnobij. Tanquam specialem Patronum B. Patrem Nostrum Philippum veneratur, cujus Imago superposita est Aræ Principi ejusdem Ecclesiæ. In principio Officij B. Virginem pari lege salutat, ac Ordini nostro concessum est, & coronam persolvit quinque Psalmorum Beatis nostris Fundatoribus revelatam. Quæ quidem omnia nedum ex præfato Masini didicimus, sed etiam ex Libro memorabilium ejusdem Cœnobij, ubi adhuc leginius, quòd cùm aliquando præ imbrium nimiâ copiâ plurima passim imminerent præjudicia, Servitæ unà cum præfatis Confratribus sacram illam Imaginem processionaliter detulere ad 4. Cruces in quatuor Urbis regionibus à S. Petronio erectas. Vix autem prædicta Deiparæ Imago in Ecclesiæ limine comparuit, cùm dissipatis omninò nebulis facta est, & quidem permanens, tranquillitas magna.

Cùm anno 1633. de mandato Sanctissimi D. N. Urbani Papæ VIII. indicta fuisset die 18. Januarij per Auditorem D. Card. Pallottæ eo temporis apud Ferrariam Legati Apostolici demolitio illius nostri Cœnobij, & in usum cederet Arcis, quam Sanctitas Sua ibidem à fundamentis excitare decreverat, etsi plurimùm laborassent Patres, & plurimùm operæ impendissent apud S. Sedem, ne demolitio hujusmodi fieret, quatenus Ecclesia illa, illudque Cœnobium per annos 294. & ultra magno ordinis ornamento Patres incoluerant, & Civium utilitati quàmmaximè conduxerant; die 28. Mensis Martij Hieronymus Paulini publicus Notarius ab Urbe eò missus cum Literis Apostolicis sub datum die 3. Februarij, mandante eodem D. Cardinali Priori illius Cœnobij præcepit, quòd Patres discretos congregaret, quibus congregatis idem Notarius Literas prædictas publicè legit præsentibus Testibus, quibus Literis præfata demolitio præcipiebatur, & D. Cardinali ampla quæcunque conferebatur auctoritas, derogando quoque auctoritati Patrum Generalis, & Provincialis in virtute salutaris obedientiæ, & sub gravissimis pœnis, quâ pariter lege præcipiebatur, nequis è Fratribus absque ejus expressâ licentiâ in scriptis concedendâ indè amoveretur, quinetiam sub pœnâ excommunicationis, alijsque pœnis arbitrariis nihil, vel minimum inde pariter extraheretur, nisi ad Locum Fratribus ipsis designandum transferendum. Denique post varias discussiones, operâ potissimùm P. M. Hippolyti Bazzani de Ferrariâ, qui à Patre Generali huic operi præfectus fuerat unà cum P. M. Hieronymo Gambi in Universitate Ferrariensi Theologo, P. M. Octavio Calcetti, necnon P. M. Nicolao de Ferrariâ, qui eidem operi præfectus fuerat à suo P. Provinciali Provinciæ Marchiæ Tarvisinæ, à Reverendâ Camerâ Apostolicâ septem millia scutorum Monetæ Ferrariensis receperunt Fratres nostri, ut hujusmodi pretio aliud Cœnobium sibi compararent, publico per eundem Notarium instrumento in ejusdem D. Cardinalis aulâ, die 1. Julij 1633. habito, sponsione quoque à Ministris Apostolicis factâ de concedendis ornamentis, picturis, & materialibus quibusdam pretiosioribus, sive ad Ecclesiam, sive ad Cœnobium spectantibus, & facultate nostris Fratribus collatâ Locum alium, prout ipsis libuisset, acquirendi, interpositâ quoque prædicti D. Cardinalis ad hoc assequendum auctoritate. His habitis tandem hoc an. 1635. exequutioni mandata ònino fuit hæc demolitio, ex quo majus pretium ipsis oblatum minimè fuerat, quamvis jussu prædicti D. Cardinalis publico Edicto moniri omnes fuissent de hujus Cœnobij venditione,

Demolitur Ferrariæ Cœnobium cum Ecclesiâ.

quæ ab anno usque 1633. mandari cœperat. Interim verò donec alia nobis è solo excitaretur Ecclesia, necnon aliud Cœnobium, Domos aliquot in viâ, quæ dicitur *della Colombara* stabulis contiguas Seren ssimorum olim Ferrariæ Ducum, P. M. Hippolytus prædictus pretio comparavit, ibíque prout fieri poterat, locum aptavit celebrandis Sacrificio Missæ, cæterísque Divinis officiis appositum. Hujus igitur sitûs nomine Patrum, & Ordinis nostri idem H ppolytus possessionem recepit, & in eodem solemni pompâ primum lapidem posuit pro erigendâ Ecclesiâ Eminentissimus, & Reverendissimus D. Stephanus Cardinalis Durazzi tunc Ferrariæ Legatus unà cum duobus numismatibus aureo uno, altero autem argenteo sequenti inscriptione eidem lapidi impressâ.

D. O. M.

Ferrariæ arcis vallo protenso, Templo Servorum B.M Virginis dejecto, die resurgente Eminentissimus, & Reverendissimus D. D. Stephanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Dorazius Januensis Ferrariæ Legatus, Magnus, Pius, Auctor, & Actor primum solemni Ecclesiæ ritu posuit lapidem anno salutis 1635. 16. Kal. Aprilis Pontificatus Sanctissimi D. D. Urbani VIII anno 12., & Eminentissimo, ac Reverendissimo D. Laurentio Magalotto Cardinali Ferrariensi Episcopo, procurante Magistro Hippolyto Bazz no Ferrariensi Priore, Populo exultante.

Quæ sanè Ecclesia absoluta quoquomodo fuit anno 1668. prout in sequentibus patebit, juxta ideam D. Equitis Lucæ Dainese de Ravennâ Reverendæ Cameræ Architecti expensis Monasterij. Opportunum autem arbitror ad Posterorum eruditionem nonnulla de Ecclesiâ veteri hisce diebus solo æquatâ referre, utpote non prætereunda, quæque colliguntur ex Compendio historico Marci AntonijGuerrini anno 1621. Typis impresso Ferrariæ. Munificentiâ D. Marchionis Nicolai II. Estensis, & Domini Ferrariæ instaurata fuit elegans Servorum B. Virginis Ecclesia jampridem partim diruta, scilicet die 13. Augusti 1375., cujus excidio oppressæ cecidere 26. Personæ, quæ Sacro intererant, quod evasit Sacerdos duntaxat, qui Sacris operabatur, necnon Altare non sine Civium admiratione, cùm præ cæteris magis periclitari deberent. Procedente tempore elegantibus Picturis exornata fuit Ecclesia, præsertim verò celeberrim Ortolani, & nunquam satis laudati Titiani; illius quidem picturâ nativitatem Christi Domini exprimente; hujus verò Angelum citharam pulsantem ante Thronum, in quo B. Virgo residebat. Prætereà in eâdem Ecclesiâ costa quædam erat S. Sebastiani Martyris, quam à Salspurgh detulerat Franciscus Bennius Servita Episcopus Scalensis; erat quoque fragmentum chlamydis S. Philippi, quod variis languoribus affecti insigni pietate moti sibi apponendum curabant. Ibidem quoque P. Elias de Brixiâ magni nominis Concionator Confraternitatem instituit *de Incoronatâ*, vulgò dictam *de Carceratis*; Philippus autem Ferrarius Alexandrinus Societatem quoque Habitûs invexit, cui plurimi, & magnâ quidem religione magis semper, ac magis adhæsere pluribus Indulgentiis illecti, quas deinde Paulus Papa V. anno 1607. eidem concessit; in hac Ecclesiâ Sacris operatus est die 10. Augusti 1598. Clemens Papa VIII. Insuper in eadem Ecclesiâ sepulcrum sibi elegere Viri plures illustres, quos inter præ cæteris commemorat citatus Guerrinius Catum de Catis, qui dictam Ecclesiam ædificarat, & Sacrâ supellectili satis abundè ornarat. Ludovicum pariter Cati celeberrimum Juris consultum, Herculem Cati Cubicularium intimum Cardinalis Hippolyti Estensis, creatum Equitem à Sebastiano Veniero Duce Venetiarum, Secretarium Alphonsi II. Ducis Ferrariæ, qui Politicam Justi Lipsij in Italicum idioma transtulerat. Sigismundum Cati Juris interpretem, & quidem primi nominis, qui eidem Cardinali Hippolyto Estensi tanquam Consultor adhæsit. Renatum Cati Juris pariter Consultum famâ notissimum, Cameræ Ducalis Consultorem, Legatum apud Imperatorem pro Hercule II. Alphonso quoque secundo Ducibus Ferrariæ, & Maximiliano Imperatori maximè acceptum, qui eidem in stemmate Aquilam nigram apposuit. Legatum quoque ad Sanctissimum Pontificem Pium IV., necnon ad Serenissimam Venetorum Rempublicam, ac denique ad Clementem VIII., postquam Ducatus Ferrariæ ad S. Sedem devolutus fuerat. Hujus autem ossa in recens nostrum Sacrarium translata fuere ipsis superposito elegantissimo lapide, eidemque impresso ejus stemmate cum sequenti Inscriptione.

Referuntur quædam insigniora ad Eccl. veterem spectantia.

Viri Illustres, qui sibi sepulcrû elegere.

D. O. M.

Renati Cati Jurisconsulti ossa hìc quiescunt
Defuncti anno D. M. DC. V.
Inferri huc Corpus nullum aliud voluit.

Intus verò

Renatus Catus hoc conditus in loculo est.
Corpore tantùm, nam Spiritus exilijt

Ad

Ad subeundum altum judicium Domini
Doctor Juris non pessimus omni opere
Cunctis prodesse, & nemini obesse studens
Munera gessit, qui plurima, maximáque
Alphonsi Ducis in multiplici obsequio,
Exactis'que annis penè decem dectes
A curis Mundi transijt ad requiem.
Anno Die Mensis

In eâdem veteri Ecclesiâ jacebat quoque Ludovicus Bigo celeberrimus Poeta, qui plura tum Epitarphia, tum hymnos in honorem plurium Sanctorum concinnè composuit; super ejus tumulum hoc erat elogium.

Occupat hic Proles Pictoria, væ Tibi Mundum
Væ Tibi quisquis amas, huc nihil inde feres.
Huc nihil inde feres, guttâ hic à Paupere Dives
Poscit aquæ. Mundum væ Tibi, quisquis amas.

Altero hujus Tumuli capite nudus aderat homo lapidi inni xus sibi faciem manibus operiens sequenti Epigraphe.

Punctum est, quòd vivimùs.

Altero verò Mulier aderat in Navi passis crinibus, sed in altum elatis, quæ malum navis amplectebatur cum hac Epigraphe

Et adhuc puncti minus.

Denique in hujus Ecclesiæ medio tumulatus jacebat P. M. Nicolaus de Perusio Ordinis Nostri Generalis, cujus meminit Gianius Cent. 3. l. 2. cap. 11., & elogium refert lapidi sepulcrali impressum, quod ex veteri hac Ecclesiâ ad recentem translatum fuit, & pavimento superpositum Chori propè januam à latere Evangelij insculptâ ejus effigie; quemadmodum & alia non pauca sepulcralia monumenta insignium Virorum juxta dispositionem Eminentissimi Pallottæ die 30. Augusti 1633. habitam, quæ in recenti Ecclesiâ unicuique prostant.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

EX *monum. eorundem respectivè Conv. colliguntur omnia in hoc cap. contenta.*

Conventûs, & Ecclesia Lucaugiensis in Germaniâ Ordinis nostri prodigiosa origo. CAP. VII.

PLura quidem, eaque insignia Ordini nostro per Germaniam contulit beneficia Serenissima Claudia Medicea. Inter hæc verò maximè recensendum est Cœnobium Lucaugiense, quod ipsa eidem Ordini hoc anno impetravit apud Illustrissimum D. Joannem Georgium Comitem de Orttenburg superiori in Carinthiâ, & Lesiachlensi Diœcesis Aquilejensis Valle, quod cùm Ecclesiam admirandæ originis sibi adiectam A habeat, & Ecclesiæ inditam D. Virginis Statuam miraculis illustrem diuturnâ annorum serie in summâ veneratione habitam usque hodie conservet, res ipsa paulò altiùs, & ab origine est repetenda. Anno salutis 1513. grandæva quædam Mulier Helena nomine ad incitas redacta fuerat, quâ de re in Lucauglâ deinceps mendicato victitans colligendis ostiatim eleemosynis ut plurimùm distinebatur. Interea secundùm nocturnam quietem aliquando eo ipso in loco, ubi miserè suam vitam ducebat, ædificandam fore Ecclesiam somniat. Dubia illa de tali somnio, quatenus cæteroqui pia fœmina erat, rei experimentum sumere decernit, quocirca candelam B quandam accendit, eâ sibi credulitatis præstitutâ lege, quod si ardens candela dicto in loco dextra ignem foveret, non somnium fuisset inane, sed ex certo Divini Numinis instinctu promanasse suadere sibi vellet; sin verò agente vento alliàs ibi validissimo, atque perpetuò ignem excluderet candela, rem totam inane somnium fuisse non dubitaret. Opus igitur semel, iterum, ac tertiò tentatura omnis concepti periculum facit, candelâ semper ignem feliciter conservante, eo planè in loco, ubi adhuc visitur Cœmeterij Sacellum, & olim fertilis tritico seminando ager erat, ex quo triticea spica duos densa digitos futuratum gratiarum non ignobile præsagium in Ecclesiæ thesauro etiamnum reposita custodi- C tur. Exinde non ampliùs dubitans, nec ampliùs cunctata Helena erigendo ibidem Sacello, prout potis erat, tota incubuit, ideò Statuam B. Virginis defunctum in gremio Filium lugentis eximiâ religione consequentibus temporibus cultam, & prodigijs celeberrimam pro eleemosynis colligendis argumentum designat, quâ præ manibus delatâ pagos obiens, & vicos summis precibus, suo molimini opem rogabat. Primùm sanè panpercula Mulier à summis æquè, ac infimis, tanquam phanatica, seù geniali spiritu afflata ubique traducta pro eleemosynis compedes, pro Domo carceres referebat, brevi tamen exploratâ ejus innocentiâ ab ejusmodi suspicionibus purgata, instituti sui tenax Ecclesiam D. Vir- D ginis signo decernere perrexit, ubi demum aliquot ejusdem Pagi secum incolas exoravit, ut collatis pauculis arboribus, & asseribus ædiculæ construendæ sibi copiam facerent. Quâ obtentâ Helena se maximè felicem reputans omnem lapidem movit, ut Sacellum hoc excitaret, quod sanè opere satis tumultuario, nec ullâ morâ interpositâ construxit, & in eo familiare suum D. Virginis simulacrum venerationis ergo collocavit sedulâ, & frequenti oratione eam invisens, quam deinceps plurimi sunt insequuti.

Eccl. Lucaugiensis origo.

Ipsum D. Virginis Simulacrum, quantumlibet molis exiguæ, ad religionem tamen maximopere excitabat, satis enim appositè Deipa-

Deiparæ luctus super mortuum Filium exprimitur, quem ita in gremio maternis brachijs E fovet, ut facio ejus capite in Virgineam reclinante dextram, sinistrâ lævum Filij Brachium fulciat, dextrum verò unà cum manu penes femur sindone contectum recumbat. Cæterùm inanime Christi Corpus anteriore sui parte nudum, posteriore ab humeris telâ albâ pedes etiam ambiente involvitur, circa quos cancellata Matris Chlamys largè superiùs diffusa in oras componitur: Iconis materia lignea est, & coloribus non inconcinnè obducta. Dum igitur hujus Imaginis cultui destinatum ab Helena opus surgit, utique adhuc exiguum, derepente non benè mentis compos quidam B. Virginis Statuam abrepturus suis eam impetit brachijs, suique pene juris F fecisset, nisi Antonius Mayrhoffer faber lignarius coronidi imponendæ præsens amentem à furto avertisset, cujus profectò loco mox integerrimam D. Virginis ope longè feliciorem mentis retulit sanitatem, quemadmodum deinde sibi apprimè constans plurimas Deo, atque Deiparæ gratias referens eorum laudes, & beneficia recensebat. Prodigium hoc recens Helenam maximè incitavit ad opus nihil ampliùs ex se ad idem prosequendum desiderari passa. Quapropter Ioannem quendam à Mandorff D. Gabrielis Comitis Ortenburgici Præsidem, quem in vota sua nec ineptum, nec difficilem fore sperabat, enixè obsecrat, ut manum & ipse admovere velit Ecclesiæ decentis magnitudinis Magnæ G Matri Virgini construendæ, utilia sibi, suisque votis scitulè depromens argumenta. Eò quidem profecerat Mulier apud Joannem, ut rem propiùs ipsemet exploraturus ad locum illum contenderit, cùm verò illuc pervenisset, & Campum tritico florentem, susque, deque obequitasset, & totus in eo esset, ut post designatam pro Templi fabricâ arcam, cætera quoque operi huic necessaria vellet decernere, agricolæ Præsidem stipantes mulierem illam præstigiis fascinari apud eundē criminantes, à conceptâ sententiâ penitus distraxere. Itaque equo protinus conscenso Domum versus viam relegere aggressus, vix ejus dimidium superavit, cùm equus inopinato factus præter morem insolentior sessorem suum excussit, excussumque longo itine- H re stapedibus inhærentem vi maximâ raptavit, quoad super capitis sui discrimine resipiscens Joannes Deo, ac Deiparæ votum statim nuncupavit se revisurum Locum èvestigio, manumque iterum operi eò impensiùs admoturum, quò nimiùm credulus eidem subduxerat. Illicò ad has votivas preces stetit equus, & Dominum facilè admissum priori loco incolumem advexit. Nihil exinde ab incolis illis actum est, quantumlibet adversantibus, & contranitentibus, ipso etiam Deo illis adversante, quòd complures sui damno sentientes sibi meliùs consulere deinceps sunt edocti.

D.Virg. simulacrū describitur.

D.Virg. Prodigium.

Templi fabricæ se opponentes variis pœnis à Deo puniuntur.

Inprimis enim Guilielmus quidam *Colonus in Prato* dictus temerè jactabundus velle se E Sacrario Ecclesiæ Canem suum villaricum præficere, statim hæc in rerum natura foret, Triennium integrum pœnas acerbè luit tandiu defixus lecto, donec obloquutionis verè pœnitens, exsolutâ hìc juxta votum pœnâ vitam piè complevit. Quid verò pejus alteri evénit opus hoc adunco naso despicienti, dum enim hic solum patrium verteret gradum in Italiam facturus, gravi ab Italis accepto vulnere, incendium insuper perpessus cum totâ Domo conflagravit. Prætereà Clericis quoque invisa fuit hæc res, non tamen impunè. Nam Sacerdos quidam ex D. Laurentij Templo illac transiens equo opus hoc cùm derideret, equo derepente ad solum dejectus, mox sub ipso lapsu mentem exuit erro- F neam, spondens se Fabricam illam deinceps validè promovere velle, cui, & cæteri omnes adhæserunt, satis abundè advertentes neminem adversantium Deo hic non pœnas dare, & acerbâ fortunarum jacturâ, & irreparabili boni nominis dispendio, quæ res profectò longè maiorem Loco ipsi religionem conciliavit, & hominum eò invisentium adeò adauxit frequentiam, ut licèt apertis Ecclesiæ fundamentis, cùm Ecclesia erigenda pro sui exhibitione tam frequenti Populo minimè responsura videretur, iis maturè iterum disjectis in eam surrexerit amplitudinem piorum beneficio, quam usque hodie magnâ Peregrinorum satisfactione videmus. Templi testudo potissimùm celebratur elegantissimè con- G camerata, tribus Altaribus ornatur, quorum duo collateralia Divis Candido, & Catharinæ sunt sacra, Princeps autem ara B. Virginis titulo ad Nives, sicut & Ecclesia gaudet. Tituli autem causa in promptu est, ingens nimirùm Nivium copia brumali tempore Vallem Lessachiensem, & Lucaugiæ vicinia annuatim contegens; consecrata verò fuit Kalendis Augusti anno 1516. à Reverendissimo D. Daniele de Rubeis Episcopo Caprulano, & in Patriarchatu, & Diœcesi Aquilejensi Generali Suffraganeo pro Eminentissimo Marino Grimani Titulo S. Marcelli Presbytero Cardinali, & Patriarchâ Aquilejensi. Statua Virginis in sinistro Templi Altari olim posita, deinceps in principem Aram translata Taberna- H culo præ aureis, & argenteis ornamentis illustri clauditur, conspectui tamen exhibenda, ubi Peregrini religionis ergo, quos frequentiores accedere dicebam, per longa plerunque, & plurium dierum itinera, copiam ejusdem petunt. Oppida proximiora septentrionem versus, & alteram Tyrolis partem habet Leontium, ad meridiem Utinum, apud Venetos Patriarchæ Sedem, ab Oriente Villacum Carinthiæ Emporium, & ab Occidente cum reliquâ Tyrolis parte Bruneggium; ex quibus Locis undique Ecclesia ista aditur. Ex his Oppidis minimè remotum est Leontium sex milliaribus germanicis inde distans; adbuc tamen eò nunquam advenire videntur

Nova Eccles. descriptio.

Veneti,

Veneti, & ex Fori Julij Viciniâ, necnon Clagenfurto Carinthiæ Metropoli; quorum istud quatuordecim, illa verò viginti, & aliquot germanicis absunt milliaribus. Tanta est ubique gentium erga D. Virginem Lucaugiensem religio.

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

R*Omer Serv. Mar. lib. 6. cap. 1. & seqq.*

D. Virginis Lucaugiensis nonnulla referuntur prodigia.
CAP. VIII.

CUM admirabilis Ecclesiæ Lucaugiensis origo, de quâ satis capite superiori, quoquoversum innotuisset, & maxima proinde erga D. illam Virginem percrebuisset religio, Comes Joannes Orttenburgicus, ut rei hujusmodi verè memorandæ certiùs apud Posteros consuleretur, optimè consultum existimavit rem ipsam per idoneos Testes ratam habere, & Posteritati commendare; quapropter ab octo ejusdem Loci Incolis maximè grandævis, in quos prolixior ætas majorem rei notitiam poterat contulisse, veritatem ejusdem exactiùs præcepit indagari; quo sanè medio constare meliùs nobis potuere, quæ circa amentem, & Comitis Præsidem contigisse referebam; è quibus prodigijs sicuti Fidelium in Virginem excrevit devotio, ita & Virginis in Christifideles sibi devotos incrementum adepta est beneficentia; hinc factum est, quòd augescente prodigiorum famâ clarior in dies locus ille redderetur. Constat enim ex antiquo Codice, & adjunctis testibus ab anno 1513., quo extruenda Ecclesia tenuè adhuc, & rude sumpserat initium ad annum hunc, sive longo centum, & ampliùs annorum decursu D. Lucaugiensem invocatam opem quàmplurimis contulisse, tametsi per idem ferè tempus nullæ prorsus ejusmodi gratiæ, vel actuariorum incuriâ descriptæ fuerint, vel quod vero similiùs est, jampridem descriptæ incendio postmodum perierint. Itaque D. Virginis ejusdem honori, prout par est, consulturus selectiora nonnulla ex historiâ nostrâ Germanicâ in medium producam, ex quibus quæ desiderantur conijcere poterit Lector. In præsenti capite ea solummodo referam, quæ ad annum hunc usque contigisse exploratum habemus, cætera, quæ consequentibus annis contigere, suo loco descripturus.

Puer à proximo Mortis periculo liberatur

1 Gasparo Hammel ex Carinthiâ septennis erat Filiola, quam sibi mors vendicavit. Mater quidem, ut illam à Morte eximeret, Matri Lucaugiensi plusculis, ijsque rarioribus unà, & charioribus muneribus adhuc vivam devoverat; quod Gaspar iniquè ferens liberalem nimis, ut sibi videbatur, Uxorem graviter increpuit, ac si profusis in Sanctos domesticis bonis, eleemosyna ipsi præ foribus A cogenda foret. Vix autem hæc effutierat Pater, cùm Filiolus alter quinquennis repentino, ac sontico concursus morbo mortem, & ipse obire videretur. Advertit hic hominem fati violentia insolentiam verborum punientis, quâ de re in genua provolutus se D. Virgini supplicem exhibuit, quæ statim Filiolum ab impendente fato absolvit. Anno 1513.

Gravissimo ictu percussus in cranio, & morti proximus recipit sanitatem.

2 Anno Domini 1516. Christiano ex Gossensas Pago Tyrolensi quindecim milliaribus Germanicis à Lucaugiâ distante cranium gravissimo ictu ita divisum fuit, ut de vitâ ipsius nemo non conclamaret; ipso solùm excepto, qui spe in D. Lucaugiensem positâ eò viam sibi per votum aperuit, brevî, si ipsa præsto fuisset, subsecuturus; mox ei cerebrū B occlusum est. Verùm à voto persoluto Domum redux dies vix quatuordecim sanus, & integer permansit, nam recrudescente vulnere, iterum lethaliter decubuit, sed morti proximus, dum ab astantibus preces morientibus ab Ecclesiâ decretæ recitabantur, se moneri sensit interiùs, ut votum ad D. Virginem iteraret. Monito audiit, & illicò iterum retulit sanitatem.

Puella comitiali morbo laborans recipit sanitatem, & Comes illā irridens succedit in morbo, & facti pænitēs liberatur.

3 Comitiali morbo Virgo quædam Bruneggensis stato semper per diem tempore laborabat, spe in D. Lucaugiensem erecta ejus Ecclesiam Adolescente quodam comitata gemebunda, & supplex adibat; Comes ipsam cachinnis insequebatur, ac si mali pertinaciam, cui medendo nulla manus satisfuerat, C Dei, ac Deiparæ non excederet virtus. Ad Aram Virginis tandem provoluta Virgo etiā atque etiam ipsi se commendabat, cùm impetum morbi in limine advertens, exclamavit: *O Maria, quæ loco præes, mihi modò non desis, unicè rogo tantæ molestiæ modum imponas.* Vix ad Virginem ita oravit Virgo, cùm, quod optaverat assequuta est, Comes autem illi in morbo succedens truci protinus ore horrificas egerere spumas cœpit, ubi verò detumuit aliquantisper malum, protervæ pœnitens derisionis ad Sacerdotem accessit, qui peccata sua, prout decebat, confessus, ab iisdem absolutus, & saniora doctus, ab infirmitate quoque dimissus fuit; quapropter actis Divæ Liberatrici plurimis gratiis, hila- D res ambo Domum remearunt, anno 1518.



Incendiū extinguitur.

4 Eodem anno, cùm noctu quadam incendio totus ferè ejus Pagus conflagraret R. D. Haymerandi Parochus Beatissimam Lucaugiensem, ut sibi opem ferret, enixè rogabat, & ignibus quamprimùm restinctis sibi propitiam expertus fuit.

Lethalibus vulneribus affectus incolumis statim evadit.

5 Vitum Schneider Stadelensem ad Muram septem lethalibus vulneribus affecerunt hostes, destitutus ille veluti mortuus, postquam à fatali spasmo sui compos fuit, vota pro salute suâ ad Virginem Lucaugiensem emisit, nec sanè frustra, statim enim incolumis surrexit, eodem anno 1518.

6 Peregrinus quidam in Lucaugiâ iuvenis anno-

Peregrinus ab ictu fulminis, quod Socium prostravit, mirabiliter liberatur.

annorum octodecim unà cum Socio pascendis pecoribus aderat, cùm atrox emersit in Campo tempestas, mugiebant tonitrua, emicabant fulgura, grandines ruebant, & propè extrema imminebant, excusso denique è nubibus terribili fulmine consternatus Deum, ac Deiparam Lucaugiensem invocavit, ejusque opem sensit, nam fulmen, ipso præterito, socium tantùm prostravit anno 1520.

Mulier, cujus gutturi acus inhærebat, opem experitur.

7 In pervigilio D. Jacobi Mulier Trevisana polentam sibi comedendam parabat. Excidit illi non advertenti in polentam acus, quam subinde unà cum acu deglutivit; acus autem gutturi septiduum inhærens, nullâ vi medicâ, vel chirurgicâ propelli potuit, quapropter ad D. Lucaugiensem confùgit, & opem statim omninò experta est anno 1521.

A Larvis exterrita liberatur.

8 Eodem anno Elisabetha Martini Villacensis Filia è nocturnis lemuribus larvam vidit terribilem, & adeò sensibus obstupuit, ut vinculis per biduum integrum coercenda fuerit, ne se in præceps daret. Adfuit autem illi Beatissima Virgo videndā se præbens, & unà comiter ipsam invitans, ut Imaginem suam Lucaugiensem inviseret, si convalescere vellet; annuit illa, & ad D. Lucaugiensem accedente continuò Manes recesserunt.

In pedibus malè affectus integrè convalescit.

9 Anno 1621. Bolsanensis quidam Vinitor nomine Andreas adeò contractus pedes, ut grallis indigeret, votum dicens Virgini Lucaugiensi, & fulcris innitendo ligneis Bolsano exiens vix Lucaugiam appulit, cùm integrè convaluit.

Pueri mortui reviviscunt.

10 Anno 1609., quo nimirum Ordo Seraphicus in Lucaugiâ rem sacram, ut in sequentibus dicetur, etiamnum curabat, Joannes de VVacâ ex Bleiff Filiolum suum à Matre emissum mortuum ad Aram Lucaugiensem attulit, vitam à D. Virgine pluribus astantibus ipsi enixè precatus, paulò post Filiolus colore funebri in vivum converso labella diduxit, lingulam movit, cæteráque viventium propria peregit. Hæc advertens P. Guardianus sacrâ ipsum undâ lustravit, Josephi nomine eidem imposito. Verùm hoc beneficio verè summo in terris contentus Puer oculos iterum plurimis videntibus in Cœlum profecturus clausit.

11. Anno 1628. Brixinâ Lucaugiam delatus fuit alius Infans pariter mortuus, ejus enim parentes Jacobus Soll ex Neodomo, & Elisabethâ Reychlin Divæ illi Virgini ipsum summis precibus commendabant, à quâ verè exaudiri meruerunt, nam temporalem vitam adeptus Baptismi gratiam recepit, quâ vitam sibi comparavit æternam.

12 Anno 1632. Nobilis D. Christophorus VValther ab Herbstenburg Archiducis Ferdinandi Caroli Principis Tyroleos supremus in Pusterlâ Quæstor, & laudatissimi Halæ ad Oenum Parthenonis Regij in Ditione Leontinâ Præfectus ex Coniuge Mariâ Kempterin duos uno partu susceperat masculos, quos Joannis, & Michaelis nominibus insignitos, salutari undâ lustratos 3. Kalendas Februarij
E Joannes Gasparus Franchenreitter Cæsareæ, & Collegiatæ D. Candidi Ecclesiæ Inticensis Canonicus, & ejusdem Capituli Procurator VVilhelmus Franchenreitter in Franhenegg prædicti D. Gasparis Frater pari operâ levarunt. E' duobus hisce Infantibus alter, nempe Joannes octo diebus à partu in cunis deprehensus est mortuus, quod adeò grave fuit Matri, ut nullum conceptæ tristitiæ levamen admittens apud Divam Lucaugiensem pro virili contendit, ut Filiolum ipsa sibi restitueret, & usque eò lachrymis, & precibus Deiparam fatigavit, donec tandem aliquando cœpit extemplo emortuus Infans immutari, nativus illi calor, & color redire, & ita viribus restitui, ut eodem omninò tempore, &
F loco suæ Matris lac, quæ iterum peperisse dici posset, non sine ingenti ejus gaudio sugere potuerit. De die verò in diem convalescens Joannes in Literarum studijs adeò profecit, ut Philosophicis, ac Theologicis eruditus, supremâ quoque Doctoratûs laureâ decoratus Romæ fuerit; quæ verò Parens olim in Lucaugiâ testatus de illo fuerat, suâ etiam postliminio obsignavit fide.

13 Longe mirabilius est, quod anno 1594. contigisse legitur Puerulo cuidam nomine Christiano ex Christi Domini Lavacro sic dicto. Ex utero Matris in tumulum translatus septiduanus jacebat, cùm ejus Parentes Itali Cadobrenses anxiâ quadam religione ducti, quâ prolem suam è tumulo eruerent, & Divæ
G Lucaugiensi vitâ indubiè donandam tantisper sistere animabantur, indesinentibus stimulis perculsi, qualem egestâ terrâ repererunt excerptam in Lucaugiam ablegant; statim verò ac Defunctus Puer eò venit, fusæ sunt humillimæ, sed ferventissimæ preces, quas sicuti sensit Deipara, persensit & Parvulus, nam redeunte in corpusculum nativo vigore paulatim cœpit oculos novæ vitæ indices aperire, eos hinc inde figere, ore deinde recluso spumas egerere, & totam faciem tanquam è thermis rectâ redux magno sudore perfundi. Neque verò hic prodigiorum finis, iteratis enim vicibus singulari omnium admiratione Sacratissimum Servatoris Jesu nomen elatâ voce protulit; quapropter nil cunctatus
H P. Jonas Zvvinckius Ordinis S. Francisci eo temporis ibidem Vicarius coram omnibus Puero adeò patentibus indicijs viventi, ut æternum viveret, collato impigrè baptismo hoc immortale beneficium decedenti iterum infanti in commeatum dedit.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

R*Omer Serv. Mar. lib. 6. cap. 2. & seqq.*

Or-

Ordini nostro conceditur Ecclesia, & Conventus Lucaugiensis.
C A P. IX.

CUM Ecclesia Lucaugiensis in Comitatu Orttenburgico posita claresceret, ut diximus, prodigiis, eoque proinde frequentissimi confluerent ex variis Terræ partibus Peregini, Otttenburgicus Comes Joannes Gabrielis Nepos, cui primùm Comitatum hunc dono dederat Maximilianus I. Imperator, Maximiliani Archiducis Austriæ &c. Consiliarius, Camerarius, & Archiducatûs Carinthiæ Summus Præfectus, qui eo temporis ab exordio nimirum hujus Ecclesiæ è Salamancensi familiâ erat, cui progressu temporis in Comitatu succeslere Familiæ VVindmannica, & Portiana, prout in sequentibus dicetur, ut Ecclesiæ decori, Deiparæ cultui, & Populorum utilitati consuleret, Ecclesiam illam, quæ sui juris erat, religiosæ cuidam Familiæ curandam tradere decrevit. Quapropter perpensis, prout opus erat, & ad Franciscum Barbarum Aquilejensem Patriarcham, in cujus Ditione prædicta manebat Ecclesia, ex ordine præscriptis difficultatibus gravioribus circa rem Divinam faciendam occurrentibus apud illum summo studio egit, ut sacram Ædem filiali lege, quâ Paræciæ D. Danielis subjecta esse tenebatur, jure proprio exemptam, novoque Parochiæ titulo sub certâ limitum determinatione insignire vellet; & ad hoc non modò Regulares D. Francisci de Observantiâ erogationi Sacramentorum, & cæteris ad curam Ecclesiasticam spectantibus plurimùm profuturos offerebat, sed etiam eorundem alimentis, quæ in posterum necessariò supplenda forent, pollicebatur, suo speciatim voto ad id compulsus, quo certos quosdam redditûs pro sustentando 12. Sacerdorum cum Familiaribus Collegio Dei, ac Deiparæ honori devovere statuerat, magno utique ex peregrinantium emolumento. Verùm en ipsæ Literæ ad Barbarum pro renata non injucundæ, avertendo tamen Lectoris tœdio, quoad ea, quæ nos minimè spectant, succisæ.

Literæ Comitis Orttenburgici ad Barbarum Patriarcham Aquilejensem.

Illustrissime, & Reverendissime Domine, Domine Colendissime.

IN parte superiore mei Comitatûs in Lucaugiâ Ædes sacra est appellata ad Sanctissimam Matrem Mariam, quam præclara piorum hominum devotio, liberalisque munificentia opere haud invulto jam olim extruxit, Ministerijsque Divinis ritu Catholico Romano curavit dicandam, ac consecrandam, quæ ipsa etiam Miraculorum celebritate jam inde à primo exordio in regionibus conterminis ita effulsit, ut pares habeat in hoc genere perpaucas, superiorem fortasse nullam. Hæc, inquam, eadem sacra Ædes multas, easque minimè leves patitur incommoditates. Primùm enim Parochiæ D. Danielis A *subjecta est, & ejus Filialis, à quâ tamen quinque milliaribus Germanicis distat, ut populis circa dictam Ecclesiam constitutis, qui satis numerosi sunt, tanto intervallo interjecto, æque sacramenta ministrari, neque in necessitatibus, & repentinis casibus spirituale subsidium suppeditari valeat. Deinde ea est Loci natura, ut sicut à dictâ Ecclesiâ de Lucaugiâ ad Templum Parochiale per Valles numera, profunditate, angustijs difficiles, aquarum præterea defluxibus, & ascensu penè insuperabili accessus magnis periculis non vacat, ita videatur magnopere timendum, ne fit, ut ante facta, vel in posterum facienda spiritualis ministerij jactura non levis. Brumæ verò tempore tanta est vis nivium, eaque frigoris, & Cœli inclementia, ut Sacer-* B *dos (si quem adesse contingit) cum penuria alimentorum conflictans (nam quæ nascuntur in loca, soli angustia, & sterilitate valdè tenuia sunt) subsidium nec suâ, nec alienâ operâ quærere possit. Postremò ea est in vicinis locis hominum religio, idque vitæ pietatis studium, ut excepto hyemis tempore non modò à proximis, sed à remotioribus regionibus Templum hoc Lucaugiense religionis causâ Fidelium, ac piorum frequentiâ ferè assiduè invisatur, ac frequentetur, quòd si Sacerdos præstò non sit, qui sacra peragat, Sacramenta piè accedentibus, & instanter petentibus non exhibeat, futurum sit, ut Divini cultûs ratio, & sacrorum mysteria collabantur &c.* Atque hæc solida certè argumenta, cùm Comes haud otiosè præmisisset, preces C demum suas pro obtinendo Parochiæ jure, & fundanda illic S. Francisci Familia annectit, Ita inquiens *Illis itaque* [puta difficultatibus] *at ratione aliquâ occurratur, summopere Illustrissimam, & Reverendissimam Dominationem vestram rogatam volo, ut præsentem hujus S. Ædis statum lege subjectionis, quâ devincta est Parochiæ S. Danielis, liberare jure novo, proprioque Parochiæ titulo decorare dignetur* (ac paulò post:) *Cùm verò defectus, & penuria sit secularium Sacerdotum, qui ut plurimùm uberiores redditus expetunt, tenuioribus non sunt contenti, satis ad rem aptum, commodumque esset, si commendaretur Ecclesia præfata Regularibus S. Francisci de Observantiâ, salvo Jure Dominationis vestræ Illustrissimæ invi-* D *sendi, reformandi, & modis convenientibus providendi, tam pro cultu præfatæ Ecclesiæ, quàm pro decenti Ministerio Sacramentorum, & tollendis scandalis, ut dictorum Regularium Ministeria, & pietate Fides, & Religio Catholica conservetur, & amplificetur, quæ eorundem operâ deficientibus aliis Ministris, fuerat hactenus restituta &c. Dabantur hæc ad Patriarcham Barbarum anno Domini M.DXCIV.*

His, & aliis consequentibus, studio brevitatis omissis, permotus Barbarus, cùm reipsâ præsens loca illa perlustrando, periculosas, & difficiles vias, necnon maximum locorum ab invicem distantiam expertus esset, humanissimè Comitis postulationi acquievit, ut Ecclesiam

clesiam subiectione Patochiali eximeret, & unà simul D. Francisci Familiæ regendam E committeret: utrunque ex publicis Tabulis liquer in ipso Castro Orttenburg pridie Kalendas Decembris supradicti anni 1594. erectis. En verba, quæ ad rem faciunt, ex ipsis deprompta. *Nos Franciscus Barbarus, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Patriarcha Aquilejæ &c. præfatam Ecclesiam D. Mariæ Lucaugiensis ab Ecclesiâ Parochiali S. Danielis eximimus, exemptam, & liberam in omne tempus haberi, & esse volumus, volentes in eâ Populis intra limites prædictos degentibus* (subintelligitur autem hic Ecclesia D. Radegundis una cum reliquis finitimis Populis, usque ad limites Diœcesis Aquilejensis ab illis partibus, quæ vergunt à meridie ad occasum) *Sacramenta tanquam propriis Parochianis ministrari. Præterea cùm Sacerdotum Secularium penuria F maxima sit, & hanc ob causam multæ his in Locis Ecclesiæ Sacerdotibus careant, dictam Ecclesiam juxta Parochialem erectam Fratribus S. Francisci de Observantiâ commendandam duximus, ac præsenti etiam Decreto omni meliori modo commendamus, & commendatam esse cupimus, &c.*

Consensus Patriarchæ

Itaque Franciscani Patres salvis quibusdam juribus Patriarchali Sedi aliàs non indebitis Dei, ac Deiparæ cultum ibidem in Cœnobio à prædicto Comite Joanne recèns constructo per annos circiter 40. sedulò promovere curarunt, quoadusque strictiorem amplexi vitæ regulam certis deinceps pecunijs in eleemosynarum defectum vivere integrum non fuit. G Ut autem Serenissima Claudia locum Rectore vacuum inaudijt, apud Comitem Georgium de Orttenburg dicti Comitis Joannis Filium, & Gabrielis Abnepotem pro Ordine nostro institit, & ab eo impetravit, ut datis ad Patrem Archangelum eiusdem Ordinis per Germaniam Vicarium Generalem authenticis Literis locum eâ lege, quâ prioribus eius incolis datus fuerat, concederet. Tenor Literarum post præmissam Ecclesiæ per Franciscum Barbarum exemptæ, & S. Francisci Familiæ traditæ mentionem is est: *Nos Georgius Comes de Orttenburg &c. Cùm certis, ac legitimis de causis supramemorati Religiosi Patres S. Francisci de Observantiâ Locum illum, & Parochiam D. Virginis in Lucau- H giâ non ita pridem resignaverint, & deseruerint, Nos piëntissimi Parentis nostri vestigijs inhærere, Deique omnipotentis, ejusque Sanctissimæ Matris semper Virginis Mariæ gloriam, animarumque salutem pari zelo, ac studio, quantum possumus, pro viribus promovere cupientes, præsentibus hisce, ac patentibus Literis nostris notum facimus, ac testamur, quòd Admodum Reverendo, ac Religioso P. F. Archangelo de Florentiâ Ordinis Servorum B. M. V. per Provinciam Tyrolensem Vicario Generali, ejusdemque Ordinis Religiosis in hunc finem à Serenissimâ D. Claudiâ Archiducissâ Austriæ, Dominâ nostrâ Clementissimâ nobis summopere commendatis sæpe dictam Ecclesiam, & Parochiam unâ cum Conventu à sæpius etiam nominato p. m. D. Parente nostro à fundamentis fabricari cœpto, & majori ex parte finito cum omnibus suis Juribus, ac pertinentijs (reservato tamen nobis, Hæredibus, & successoribus nostris Jure Patronatûs, & Fundationis) liberè, quantùm ad nos pertinet, concedimus, ac donamus, ipsosque prædictos Religiosos Ordinis Servorum de dictâ Parochiâ investiendos Reverendissimo, & Illustrissimo Patriarchæ Loci Ordinario, cui jus suum in omnibus, & per omnia salvum, & intactum volumus, omni meliori modo, quo de Jure fieri potest, & debet, nominamus, ac præsentamus. In quorum fidem hasce nostras concessionis, Donationis, ac Præsentationis literas patentes propriæ nostræ manûs subscriptione, ac sigilli appensione munivimus.*

Relicto à Patribus Franciscanis Cœnobio conceditur Ord. nostro.

Datæ in Oppido, & Castro nostro Spitbal superioris Carinthiæ, utpotè solitâ nostrâ residentiâ, die 20. Mensis Julij; Anno post Partum salutarem Beatissimæ Virginis 1635.

Postmodum verò, nimirum undecimo Kalendas Septembris eiusdem anni, aliæ ab Illustrissimo, & Reverendissimo Malatestâ Balleono apud Ferd. II. Imperatorem Apostolico Nuncio Viennâ supervenere, quibus prædicto Archangelo Vicario, donec à Romanâ Sede alia fieret provisio, vel haberetur Confirmatio, copiam omnem facit per Patres suos Parochialia Ecclesiæ Lucaugiensis munia obeundi, eòque religionis ergo commeantium curam omnimodam gerendi, quod constituto quamprimùm 15. Kalendas Novembris ibidem Priore P. Seraphino M. Guarinonio minimè neglectum est. Tenor verò Literarum est, qui sequitur.

Literæ Nuncij Apost. facult. concedē. di PP. nostris Ecclesiæ munia hic obeundi.

Dilecto Nobis in Christo A. R. P. Archangelo Ordinis S. Mariæ Servorum per Comitatum Tyrolis ejusdem Ordinis Vicario Generali salutem in Domino sempiternam. Injuncti Nobis Muneris solicitudo expostulat, ut animarum saluti intra fines nostræ Nunciaturæ degentium, quantùm in Domino possumus, quàm celeriter succurramus. Cùm igitur nobis expositum sit, ac ex Fide digno testimonio constet, qualiter Patres Ordinis strictioris Observantiæ S. Francisci Ecclesiam Parochialem B. Virginis de Lucau Aquilejensis Diœcesis, in quâ degebant, reliquerint, ac nunc illius oves propter Pastoris defectum non modicum in spiritualibus patiuntur detrimentum. Nos ad utilitatem, ac spiritualem consolationem animarum dictæ Parochiali subjectarum, Catholicæ Religionis zelo, vitæ, ac morum honestate, alijsque laudabilibus probitatis, ac virtutum meritis P.V., ac Patrum ejusdem B.V. Servorum Religionis consideratis, Patres prædictos à Te tamen, vel à tuo legitimo successore deputandos prointerim, & usquedum à Sanctissimo D. N. Papâ, vel ab alio, ad quem spectet, altera fiat provisio, vel ad tuæ Religionis favorem exeat confirmatio, curæ spirituali Fidelium dictæ Parochialis Ecclesiæ,

clesiæ, necnon Parochialium functionum exercitio bis nostris præficimus, ac dictarum Ovium A *Pastores, & Rectores per modum provisionis in spiritualibus constituimus. Dantes Tibi, vel successori prædicto auctoritatem illic unum, vel plures Patres Sacerdotes, & Laicos, prout necessitas illius Ecclesiæ requiret, ac unum, vel plures Fratres, quos idoneos judicaveris, super quo conscientiam strictè oneramus, ad ipsius Parochiæ exercitium pro tempore deputandi, cum facultate Confessiones ovium dictæ Parochialis, & quorumcunque ad ipsam devotionis causâ confugientium audiendi, alia Parochorum munia in dicta Ecclesiâ, & Parochiâ obeundi, eleemosynas ad dictam Ecclesiam pervenientes, ac proprios ipsius Ecclesiæ redditûs recipiendi, & omnia, quæ Patribus, & Constitutionibus Religionis permittuntur peragendi.* B *Mandantes etiam omnibus Nobis subjectis, ad quos spectat, ut eos admittant, & pro talibus recognoscant sub pœnis arbitrio nostro, &c. De quorum &c.*

Datum Viennæ Austriæ ex Palatio Apostolico nostræ solitæ residentiæ die 22. Mensis Augusti 1635. Pontificatûs ejusdem Sanctissimi D. N. anno Decimotertio.

M. Episcopus Nuncius Apostolicus

Locus ✠ Sigilli

Franciscus Zinotus Protonotarius Apostolicus Cancellarius

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

A*Ugust. Romer Serv. Mar. lib. 6. cap. 22.* C

Erigitur Societas Habitûs in Ecclesiâ S. Crucis prope Bonnam. Barchinone Patres ad novum Cœnobium transmigrant. Indulta quædam Ordini nostro concessa. Nonnulla de B. Francisco Patrizzi, & Angelo Mariâ Monturfio.

CAP. X.

Erigitur Societ. Habitûs in Eccl. S. Crucis propè Bonnam

CUM Serenissimus Elector Ferdinandus Coloniensis, ut ad annum 1628. diximus, Ecclesiam S. Cruci dicatam prope Bonnam, quâ par erat magnificentiâ è solo excitasset, elegantissimè exornasset, & Sanctorum Reliquijs illustrasset, ut suæ meliùs, & Christifidelium omnium eò reli- D gionis ergo peregrè adventantium pietati consuleret, Societatem Dolorum B. Virginis non pœnitendo successu Instituendam ibidem curavit; ex quo profectò maximum Ecclesiæ ornamentum accessit. Eâ enim tempestate Romanum per Germaniam Imperium martiali furore, & iniquorum fœderum legibus totum miserrimè fervebat; minimè verò Serenissimum latebat, quàm feliciter antidotum hoc religionis erga Deiparam, ejusque gravissimos dolores contra hujusmodi eidem Archiepiscopatui ingruentia mala jampridem Prædecessor ejus Theodoricus adhibuisset, quemadmodum vel hodie antiqua Pictutarū,

scripturarumque monuměra satis superque de- A clarant, quibus sanè testatū fit ab immemorabili tēpore in pluribus Archiepiscopatûs hujus locis consimiles D. Virginis Dolorū Societates viguisse; quæ tamen lapsu temporis Hollandorum iniuriâ, aliorumque perfidiâ, ut plurimùm collapsæ vix sui, vel tenue relinquere vestigium. Hinc prudentissimo consilio Serenissimus Elector tandiù exultantem societatem, et cultum ejusmodi suæ Sedi, pristinoque nitori restituere decrevit, & pro viribus adaugere in prædictâ S. Crucis Ecclesiâ, tanquam auspicatissimo societatum hujusmodi deinceps propagandarum Sacrario, & capite. Cùm autem certior factus fuisset, quòd Ordo Servorum Deiparæ ad hoc speciatim ab eâdem in vertice Montis Senarij pro- B pe Florentiam institutus quadringentis annis antea fuisset, ut Dolorum ejusdem cultum ubique Gentium promoveret, nil cunctatus ejusdem Ordinis Generalem, eo temporis Dionysium Bussottum Florentinum, amicis literis convénit hoc ab illo potissimùm petens, ut Societatem D. Virginis Dolorosæ à se recenter erectam Ordini suo aggregare vellet. Non abnuit utique Generalis, dum modo eodem, quo sui Ordinis Fratres, atque Sorores indui solent, nigro Scapulari uti statuissent. Anno igitur præsenti adoptionis instrumentum à Generali prædicto Româ Bonnam emanavit; quid illo habito factum sit, Nos docent Natales Regij Coloniæ anno prædicto Typis traditi in Mantissâ de S. Sca- C pularis usu, privilegijs, Indulgentijs &c. ibi enim inter cætera hæc legimus: *Sanè ut primum ejusmodi thesaurus à Serenissimo Principe Electore nostro*, Ferdinandum intellige, *per R. D. Joannem Pelckingium Suffraganeum Paderbornensem nobis Coloniam und cum Diplomatibus Romanis, atque Indulgentijs fuit transmissus, tam læto nuncio mirificè recreati sumus, atque ipso Virginis Annunciatæ festo ex mandato Serenissimi Principis in Capitolinâ B. Virginis Basilicâ, horâ Congregationis solitâ, solemni cum gratiarum actione, ac decantato Te Deum Laudamus promulgatio, ac publica Scapularium distributio cœpta est, magno hominum concursu, ac desiderio, ingenti cum reverentiâ sanctum hunc Habitum expetentium. Ac prout* D *quidem 3. die Maij in Festo Inventæ S. Crucis in Monte Bonnensi S. Crucis eodem hoc anno dictum Habitum und cum Aulâ Serenissimus Elector noster Ferdinandus inter Missarum solemnia ab eodem antedicto D. Ordinis Minoritarum Suffraganeo Monasteriensi VVestphaliæ ibidem primus religiosè admodum suscepit, ita nec Coloniæ defuerunt, neque desunt in dies è Clero, ac populo illustres, ac primarij utriusque sexûs homines, qui eodem Sacro amictu se gaudeant præmuniri.*

Serenis. Elector Colon. und cum Aulâ Habitū parvum 7. Dol. B. M. V. induit.

Hæc verò 7. Dolorum B. V. Religio non intra solam Ubiorum Coloniam continere se passa, aliò quoque sese diffudit, & Monasterium VVestphaliæ Reckenick, Bruias, Dor-

7. Dol. B. V. Religio ad plures alias Regiones extēditur.

magen &c. pari devotionis passu excurrens novas pluribus in Locis Colonias formavit, quæ tamen omnes, ac singulæ Societati ad S. Crucem Bonnensem, hæc autem Ordini Servorum, lege ab ipso Electore constitutâ, subijciuntur, & invicem subalternantur. Quamobrem Templo S. Crucis, vel etiam ex hoc Dolorosi, & nigro Habitu spectabilis Instituti augmento plurimùm delatum est, mirum in modum erescente Peregrinorum deinceps ex Coloniensi præsertim, Juliacensi, ac Montensi Ducatu eò confluentium frequentiâ, adeòut Sereniss. imo jubente nova, & ad rem aptissima extra Ecclesiam Ara fuerit excitanda, in quâ Populo ob multitudinem ab Ecclesiâ excluso Divina fierent, ne sacrificij hujus expers ullus Domum suam repetere cogeretur. Præ cæteris autem supplicationibus, quibus certatim Sacra Cruci, eique adhærenti Deiparæ ædes adibatur, palmam facilè ferebat Agrippina Coloniensis. Exordium hæc auspicata fuerat anno Domini 1634. 18. Kalendas Octobris, eodem planè tempore, quo Suecicus exercitus (Rege Gustavo jam ante ad Luzam Saxoniæ Oppidum è vivis sublato) sinistris Bernardi Vivariensis Ducis auspicijs ad Aras Flavias à Ferdinando Hungariæ, & Bohemiæ Rege, postea verò III. hujus nominis Imperatore, opportuno Hispanicarum Copiarum, ac Virium interventu fusus omnino, fugarusque fuit. Septem annos insigni splendore continuavit hæc supplicatio Coloniensium, quibus semper in Sacro illo ad S. Crucem movente agmine tria, vel quatuor hominum millia numerabantur; consequentibus verò temporibus varias subiit vices propter varias hostium incursiones, sed pristino ferè studio, eâdemque pompâ restituta tandem fuit.

Supplicationes ad præd. Eccl.

Postquam Barchinonenses Patres nostri è Cœnobio S. Matronæ extra Barchinonem posito ob aeris inclementiam recesserant anno 1618., & in eandem Urbem sese receperant, ædes quasdam Incolentes, quæ antea *Collegium B. Philippi* dicebantur, & ad formam Cœnobij redigere cœperant, loco iterum cedentes, intra tamen eandem Urbem al ò transmigrarunt, Cœnobium aliud è solo excitantes, cui pro fundamentis primum lapidem posuit insigni solemnitate, & frequentissimo Populi concursu Barchinonensis Episcopus D. Joannes Senris. Transmigrarunt autem Patres non sine magnâ pompâ die 4. Martij hoc anno à veteri domicilio ad prædictum recens Cœnobium jam tum absolutum. Hujusmodi enim transmigrationi adfuit Barchinonensis Episcopus D. Ægidius Manriche; adfuere quoque, qui præerant Urbi, Baldachinum deferentes, Proceribus omnibus comitantibus, præcedente festivo vexillo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; adfuit etiam Paræcia S. Mariæ *del Pino* cum omnibus Clericis, & Presbyteris, necnon sacro Labaro, suoque vexillo, insequente tur-

Transmigrant PP. Barchinonenses ad novum Cœnobiũ in Urbe ædificatum.

E matim frequentissimo Populo, qui eò confluxerat, tum ad celebranda solemnia, tum ad spectandam Ecclesiam mirâ elegantiâ undequaque exornatam.

Cùm hoc anno in Pago, qui dicitur *Montone*, Perusiuni versus honorificè Conciones per Quadragesimam habuisset P. Baccalaureus Felicianus Ordinis nostri, ei Pago Præfecti specimen aliquod grati animi exhibere cupientes ad Reverendissimum Generalem nostrũ Bussotti Literas misere, quarum hic est tenor.

Reverendissimo Padre Signore, e Padrone nostro Colendissimo.

F *Il valore non ordinario, che con la sua Predicazione ha mostrato nella prossima Quaresima in questa nostra Terra il P. Bacc. Feliciano Servita, e la divozione de' SS. Abiti de' Dolori della B. Vergine, che hà esercitata in questo Luogo, hà indotti noi in segno di gratitudine di connumerare con voti favorevoli esso Padre fra nostri Cittadini, e ad ammettere con le altre Religioni anco questa Loro in circolo per le future predicazioni, onde ci è parso darne parte à V. P. Reverendissima, affinchè voglia restar servita all'occasione si porgerà onorare questo Pulpito di suggetto non inferiore al detto Padre, che le ne resteremo con obligo perpetuo. E reverentemente le baciamo le mani.*

Pagi Mõtone Præfectorum Literæ ad P. Gener.

Di V. P. Reverendissima.

Di Montone 12. Aprile 1635.
Divotissimi Servitori
Sei Anteposti.

G

Facultas quoque eidem Generali confertur ab Eminentissimo Cardinali Sacchetto Ordinis nostri Protectore decem annos duratura celebrandi Dietas loco Capituli Provincialis, quoties eligendus non sit novus Prior Provincialis, prout constat ex sequenti decreto.

Julius Titulo S. Susannæ Presbyter Cardinalis Sacchettus Ord. Servorum B.M.V. Protect. F. Dionysio de Florentiâ, & pro tempore existenti prædicti Ordinis Priori Gen.

H *Attentâ impositione pro præsentibus Ecclesiæ necessitatibus à S. Sede Apostolicâ promulgatâ, tuique Ordinis Paupertate inspectâ, eum aliundè ipsius indemnitati consulere summoperè cupiamus, inhærentes facultati à S. Congregatione negocijs Regularium præpositâ die 16. Martij 1635. nobis impertitæ, statuimus, & decernimus, ut durante præfatæ impositionis decennio in Provincijs illâ gravatis, quæ sunt Provincia Thusciæ, Romæ, Romandiolæ, Lombardiæ, Mantuæ, Genuæ, Neapolis, eo duntaxat anno, quo eligendi fuerint Provinciales, Socius, & Definitor Generalis, celebretur Capitulum Provinciale; alijs autem annis inter alteram, & alteram electionem prædictorum Superiorum, seu Officialium recurrentibus in Provincijs hujusmodi impositione pariter oneratis (in exemptis verò, quatenus hac facultate uti velint, ad libitum Generalis, Provincialis, & Socij)*

Facultas celebrãdi Dietas loco Capit. Prov.

Socij) non fiat Capitulum Provinciale, sed statuto tempore à Generali in loco per Provincialem, de consensu tamen Generalis designato, qui sit vel Conventus aliquis major, aut maiori proximus, congregetur Dieta, ad quam solummodò conveniant Generalis, aut ejus Vicarius: Procurator Generalis in suâ nativâ Provinciâ tantùm si velit, Provincialis, Socius, Definitor Generalis, & Definitores Provinciales in proximo præcedenti Capitulo Provinciali de more electi, eâ tamen lege, ut nullus ipsorum possit eligi in Priorem; et si quis hujusmodi officium cupierit non possit adire Dietæ Locum, sed per Mensem ante id significet Generali, qui in dicto casu, & etiam in obitu alicujus Vocalis Dietæ teneatur de aliorum ipsius Dietæ Vocalium consensu supra medietatem suffragiorum coram, si commodè poterit, aut saltem per Literas obtento, datâ tamen votorum paritate pro suo arbitrio supplere numerum ex Provinciæ Filijs, qui in eâ per annum proximè præteritum resederint, sintque ex ordine, specie, & gradu eorum, qui ob prædictas causas Dietæ non interfuerint. Nullus autem cujusvis gradûs, & conditionis extiterit, quovis prætextu, aut quæsito colore accedat ad Locum Dietæ ipsâ durante, sublatâ propterea facultate Generali, & Provinciali sub pœnis ad arbitrium S. Congregationis licentiam concedendi exceptis promovendis ad gradus, & examinandis ad studium, necnon famulis necessarijs. In ipsâ Dietâ fiant omnia, & singula, quæ in Capitulo, aut Definitorio Provinciali fieri debeat, itaut etiam ipse Provincialis renunciet Officio, exeat de Loco Dietæ, in quâ ipso absente aperiantur omnes literæ ad Dietam directæ. Si autem in ipsis repertæ fuerint exceptiones contra Provincialem, procedatur juxta Constitutiones Ordinis cap. 41., sic tamen, ut exceptiones frivolæ, nec sub excommunicationis latæ sententiæ pœnâ reservatâ Nobis, ut generali absolutione ullo unquam tempore, aut quavis causâ revelari possit. Et idcirco qui contra Provincialem voluerit excipere in exceptionum literis alia negotia non permisceant. Mandamus itaque Tibi, & pro tempore existenti Priori Generali, ut præmissorum omnium in præsenti nostro decreto contentorum omnimodam executionem, & inviolabilem observantiam procures.

Datum Romæ die 28. Martij 1635.

Julius Cardinalis Sacchettus Protector

Locus ✠ Sigilli

Jacob Altovita loco Secretarij.

Eidem P.Generali Urbanus Papa VIII. sub datum die 13. Septembris hujus anni facultatem indulget creandi extra Capitulum Generale 12. Magistros, quemadmodum indulserat die 19. Decembris 1633., prout constat ex sequenti Diplomate.

A *URBANUS PAPA VIII.*

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cùm, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum istius Ordinis Servorum B. M. Virginis, ejusdem Ordinis Professores ad Magisterij in Sacrâ Theologiâ Gradum pro tempore promoti nullis omninò privilegijs, vel exemptionibus à Choro, Refectorio, seù Jurisdictione Superiorum gaudeant, Nos cupientes, ut debitus virtutis honor Religiosis Ordinis præfati, qui in artibus, & Sacræ Theologiæ studijs cursum perfecerunt, & aliàs digni, & idonei sunt, tribuatur, ut nimirùm alij ipsorum exemplo ad Sacrarum Literarum studia in dies magis, ac magis excitentur, supplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi durante tuo Prioris Generalis dicti Ordinis Officij munere, duodecim ejusdem Ordinis Professores, si prævio rigoroso examine ad hoc reperti fuerint idonei, cum assistentiâ quatuor ipsius Ordinis Professorum in Sacrâ Theologiâ Magistrorum arbitrio tuo, vel alterius promoventis eligen. servatisque aliàs ex præscripto Constitutionum ejusdem Ordinis confirmatarum servan., ad Magisterij in Sacrâ Theologiâ hujusmodi Gradum, etiam extra Capitulum per Te, vel alium promovendi, illisque Magisterij, & Doctoratûs insignia conferendi, facultatem, auctoritate præfatâ, tenore præsentium concedimus, & impertimur, ac ipsis sic promovendis Magistris, postquam, ut præfertur, promoti fuerint, ut omnibus, & singulis honoribus, privilegijs, favoribus, prærogativis, præeminentijs, antelationibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, quibus alij ejusdem Ordinis in Sacrâ Theologiâ, etiam in publicis studiorum Generalium Universitatibus ad hujusmodi gradûs promoti, de jure, usu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet in futurum, pari modo, & absque ullâ prorsus differentiâ uti, frui, & gaudere possint, ac debeant, perinde ac si ad hujusmodi gradûs in similibus studiorum Generalium Universitatibus promoti fuerint, auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & indulgemus, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, necnon Universitatum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenore præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris,

Facultas creandi 12. Magistros.

ris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 13. Septembris 1635. Pontificatus nostri anno decimo tertio.

M. A. Maraldus.

A tergo.

Dilecto Filio Dionysio Bussotto Priori Generali Ordinis Fratrum Servorum B. M.

Loco ✠ Sigilli.

Patrum D. Ann. de Flor. venerationis argumentum erga Ven. Angelũ Mariã Mõtursium Flor.

Hoc pariter anno Patres D. Annunciatæ de Florentiâ eximiâ veneratione commoti, quâ Angelum Mariam Montursium perpetuò prosequebantur, in loco omnibus obvio, quod dicitur Capitulum Illustris Familiæ de Maringhis in tribus Tabulis egregiè delineata primum quidem, ac tertium à celeberrimo F Picture Francisco Montelatici vulgò dicto *Cecco Bravo*, secundum verò à P. Arsenio Mascagni de Florentiâ Ordinis nostri, tria ejusdem Angeli Mariæ gesta æternitati consulentes exposuere, scilicet, Angelum Mariam coram Imagine Christi Domini è Cruce pendentis genibus flexis orantem; item eundem Angelum Mariam ad pedes Summi Pontificis Clementis VIII. Generalatûs officium ejus auctoritate cogente excipientem. Denique eundem Angelum Mariam in osculo Domini ex hac vitâ migrantem.

B. Francisci Patrizzi Reliquia dono datur Eccl. S. Salvatoris.

Cùm aliquam venerandi Corporis B. Francisci Patrizzi de Senis particulam dono dare decrevissent illius nostri Cœnobij PP. (quonam consilio me latet) Ecclesiæ S. Salvatoris G bonorificè servandam, hoc anno 1635. die 2. Augusti post Vesperas, referatâ Arcâ, ubi præfatum corpus quiescebat, præsentibus omnibus ejusdem Cœnobij Patribus, Magnifico Bernardino Bartolini Archiepiscopi Senensis Cancellario, necnon DD. Quintilio Victorij de Boninsegnis, Petro Mariâ Bartholomæi Piccolomineo, & Ascanio Ravi, post varias consultationes è pectore jampridem aperto cor eduxere, & intra Calicem quendam deposuere, quem concluserunt in loco olei Sancti custodiæ in Ecclesiâ nostrâ designato, ejusque clavem Cancellario prædicto tradidere. Die verò 12. Sacra hæc Reliquia omnibus ritè dispositis translata solemniter in Ecclesiam prædictam S. Salvatoris hoc ordi- H ne fuit. Indictâ opportuno tempore supplicatione omnes fermè Laicorum Confraternitates, & Orphani cum sibi proprijs vexillis interfuere, qui plusquam bis centum cereos ardentes præ manibus gestabant, quod pariter Fratres nostri præstitere. Non defuere huic supplicationi festivi ignes. Per singula magis obvia Urbis compita procedentibus omnibus circumducta solemniter veneranda Reliquia fuit, alicubi obviam ei factis nonnullis lictoribus ardentes cereos gestantibus ab Illustrissimo Senatu missis, cum verò ante Dominorum Urbis Procerum Palatium pervenissent, qui Sacram Reliquiam deferebat substitit,

E eamque de genu venerati fuere D. N. de Forteguerris Capitaneus Populi, & reliqui ejusdem Collegæ, qui proinde ad inferius Palatij limen descenderant. Alicubi quoque splendido apparatu ornari fuere parietes, & singulæ Mulieres Congregationis S. Ursulæ Cereos accensos præ manibus habentes apparuere. Processione completâ Archiepiscopo mandante Sacram hanc Reliquiam illius nostri Cœnobij Prior tradidit custodiendam Ecclesiæ prædictæ Parocho D. Crescentio de Fastiunis, donec singula prout par erat, disposita forent, ubi collocanda perpetuò erat, quemadmodum deinceps collocata fuit; & pluribus clavibus obserata.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

1 *Augus. Romer. Serv. Mariana lib. 8. cap. 9.*

2 *Ex Monum. illorum Conventuum.*

Generalis Bussottus Cœnobia per Germaniam posita visitaturus eò iter aggreditur.

CAP. XI.

Gen. Bussottus invitatus Germaniam petit Visitaturus Cœnobia.

Serenissima Archiducissa Claudia Ordinis nostri decori magis semper ac magis intenta pluries Generalem Dionysium Bussotti perhumaniter excitaverat, ut ad visitanda Ordinis nostri per Germaniam Monasteria sese conferret. Quapropter, ut Serenissimæ Celsitudini suæ obsequeretur Generalis, potissimùm etiam commotus à Serenissimâ Christinâ Lotharingiâ Magnâ Ducissâ Etruriæ habitis Literis Apostolicis à Sanctissimo D. N. Urbano Papâ VIII. ad Ferdinandum II. Imperatorem, Eleonoram Gonzagam Imperatricem, Ferdinandum Ernestum Austriacum Hungariæ Regem, Isabellam pariter Austriacam ejus Uxorem, & ad præfatam Serenissimam Claudiam, habitis quoque Literis S. R. E. Cardinalium Julij Sacchetti Ordinis nostri Protectoris, & Francisci Barberini Sanctissimi ejusdem D. Papæ Nepotis ad easdem Majestates, necnon S. R. E. Cardinales in ijs Regionibus existentes, & ad alios Germaniæ Principes, iter Germaniam versùs suscipiens Florentiam primùm profectus, ubi à Serenissimo Ferdinando II. Magno Etruriæ Duce, & Serenissimâ ejus Sponsâ Victoriâ Roboreâ, necnon à Serenissimâ Christinâ Lotharingiâ præfatâ Literis commendatitijs impetratis, unà cum P. M. Carolo Casinio de Florentiâ eò temporis Socio per Etruriam Provinciali, & in Conventu D. Annunciatæ de Florentiâ studiorum Regente, & P. M. Jacobo M. Antonelli Florentino sibi à secretis, necnon F. Zenobio Converso, postquam vices suas per Italiam demandaverat, donec inde abfuisset, P. M. Angelo Mariæ Berardio Procuratori Generali, die 9. Maij hujus anni Bononiam deinde concessit; ibique Comitijs Pro-

Provincialibus Provinciæ Mantuanæ habitis Veronam petiit, inde Roveretum, obi obvium habuit P. Carolum Fieger Oenipontanum Sacerdotem Ordinis nostri Professum à P. Archangelo per Tyrolum Vicario Generali præmissum, ut Dionysio, & Sociis pro munere Interpretis adesset. Deinde Tridento, Bolzano, Brixinâ, aliisque locis superatis, sex dierum itinere, postquam Veronâ discesserat, feliciter completo, Oenipontem incolumis pervénit. Antequam verò ad Urbem accederet à P. Archangelo Vicario prædicto, & à Patribus Cœnobii VValdrastensis in Arce Materæ per tria milliaria Germanica ab eâdem Urbe distante apud ejusdem Loci Dominum exceptus perbenignè fuit in meridie; deinde verò postquam modicum viæ confecerat currum Serenissimæ Archiducissæ Claudiæ ad id per planitiem paratum conscendit; cum verò Portam Oenipontanam appulisset è curru cum Sociis descendit, & genibus flexis Crucem osculatus est à Patribus Conventûs S. Joseph processionaliter delatam, datoque signo cæteris præeuntibus Generalis ultimo loco procedebat à P. Archangelo suo Vicario, & P. Joanne Petro Mariâ Conventûs ejusdem Priore hinc inde associatus ad Ecclesiam usque, quam post aspersionem aquæ benedictæ stolâ ad collum ex utraque parte pendente magno totius Populi Oenipontani concursu subiit, ipsoque ante Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum flexis genibus orante, interim Patres musico concentu pro ejus incolumitate Deo gratias egerunt, quòd primum iis in regionibus post restitutum Ordinem Priorem Generalem videre contigisset, & P. Hieronymus Maria Stember elegantissimam in hanc rem orationem habuit, quâ expletâ Reverendissimo Generali in cornu Epistolæ Aræ majoris sedenti Patres omnes per osculũ Habitûs successivè obedientiam præstiterunt; deinde per claustrum paramentis sericis eleganter ornatum, Statuis, & carminibus tum latinis, tum Græcis, tum Hebraicis in ejus plausum instructum ad residentiæ Locum duxere, quò statim venit Dominus . . . . . Gondi Florentinus Serenissimæ Claudiæ nomine Reverendissimo Patri de felici adventu gratulabundus; deinceps verò quandiu idem Generalis Oeniponte commoratus fuit, ab eâdem Serenissimâ honorificentissimè habitus fuit, quæ pro regiâ sui liberalitate, de quotidiano commeatu ipsi consulebat. Interim variæ singulis diebus habitæ fuere exercitationes literariæ, nam P. Hieronymus Maria Stember, & P. Dorotheus Maria Theologicas disputationes solertissimè habuere, item P. Ignatius Maria de rebus pariter Theologicis acutissimè disseruit, quod & in philosophicis præstiterunt P. Innocentius Maria VValdrastensis, F. Stephanus Maria, F. Fulgentius M., F. Dionysius M., & F. Clemens M. Clerici Oenipontani, concurrentibus è finitimis Locis Viris doctissimis, ut iisdem disputationi-

P. Gen. Oenip. feliciter pervenit, & à Patribus summo honore excipitur.

A bus interessent, è quibus suo quisque arbitratu argumenta in oppositum proposuere, quibus etiam accesserunt P.M. Carolus, & P.M. Jacobus Maria Reverendissimi Patris, ut diximus Socii.

Diebus aliquot in Literariis hisce exercitationibus exactis Reverendissimus Pater in Cœnobio D. Josephi Oeniponte visitationem instituit, cujus acta diligenter conscripta in Generali Ordinis Archivo reperiuntur apud S. Marcellum de Urbe. Intereà datâ opportunitate P.M. Carolus Vir planè eruditissimus in Ecclesiâ S. Josephi, & Domûs Regularis, necnon in Capellâ Serenissimæ Archiducissæ eloquentissimas habuit Conciones. Visitavit quoque Reverendissimus P. Domum Regularem, cui planè actioni ab Episcopo Brixinensi B reclamatum fuit, ei tamen habita fuit, quæ; par erat, responsio per Literas publicas in jure conscriptas, & manu Notarii firmatas, prout constat ex Actis præfatæ Visitationis Domûs Regularis, quæ in generali præfato Archivo quamdiligentissimè servantur.

Visitat Cœnobium S. Joseph, & Domũ Regularem.

Cùm Abbas quidam Georgius Adelpergensis Ordinis Præmonstratensium Religioni nostræ infensus, & propriæ vacans utilitati contra Ordinem nostrum apud Augustissimos Imperatorem, & Imperatricem, gravissima, & maximi ponderis molimina tentaret, Reverendissimus P. ad aulam Cœsaream unà cum Sociis contendere statuit suæ Religionis jura vindicaturus, consultâ prius Serenissimâ Archiducissâ Claudiâ, quæ & ejus consilium C approbavit, & ad prosequendum iter per flumina Oeni, & Danubii Navim, & alia ad victum necessaria magnificè paravit. Itaque die 28. Junii Reverendissimus P. cum Sociis Italis prædictis, necnon P. Carolo Fiegher, & P. Dorotheo Mariâ iter aggressurus convénit Illustrissimum D. Fridericum Henriquez Catholicæ Majestatis Regis Hispaniarum, apud eandem Serenissimam Claudiam Legatum, qui pariter ad idem se parabat iter, quâ de re unà simul iter facere statuerunt, Halam curru sex equis pertracto petiere, non procul verò Oeniponte Serenissimam præfatam invenere in die Sabbathi ad Ecclesiam Sanctissimæ Virginis Lauretanæ orantem, cui subinde completâ oratione debita obsequia exhibue- D re. Post meridiem Navim conscenderunt, & trium dierum itinere Lintzium venerunt, ubi diebus illis, Augustissimi Cœsares cum totâ Aulâ degebant, ibique Reverendissimus Pater benignissimè exceptus semel & iterum, tum voce, tum scripto apud eosdem Cæsares Ordinis jura vindicavit. Interim verò P.M. Carolus Casinius præfatus in Capellâ Cæsareâ coram illis Majestatibus, universâque Aulâ Concionem habuit in Festo Visitationis Deiparæ, quod requisitus iterum præstitit in proximo die Dominico super Evangelium singulari omnium plausu. Rebus Ordinis optimè gestis, & iisdem periclitantibus opportunè firmatis, post 8. dies Reverendissimus P. cum

Ad Aulam Cæsaream se confert.

P. M. Carolus Casinius concionẽ habet in Capellâ Cæsareâ coram Majestatibus, necnon Viennæ coram Reginâ Hungariæ.

Sociis

Socijs prædictis Viennam petiit, ibique operâ P. Joseph Mariæ Suarez Florentini per Germaniam inferiorem Vicarij Generalis apud Capitaneum quendam de Ripâ pariter Florentinum exceptus quàm humanissimè fuit; qui apud Reginam Hungariæ, & Archiducem Leopoldum Imperatoris Filium, & Episcopum Passaviensem, necnon apud Eminentissimum Cardinalem Diechtristaim, & alios Optimates Ordinem quàmmaximè commendavit, cùm idem P. Vicarius Cœnobium in eâdem Civitate Ordini nostro construendũ jampridem summo studio curasset, & summam pecuniæ ex Principum, aliorumque munificâ pietate collectam ad hunc effectum servaret, de quo fusiùs ad annum 1639. Ibi quoque coram præfatâ Hungariæ Reginâ, Serenissimo Leopoldo, & Cardinali prædicto, necnon frequentissimo Populo P. M. Carolus Casinius in Ecclesiâ Patrum Capuccinorum in Festo D. Bonaventuræ elegantissimam habuit concionem summo omnium plausu exceptam. Elapsis autem octo diebus Reverendissimus Pater unà cum ijsdem Socijs Pragam versus iter suscepit curru vectus, & pluribus superatis periculis, necnon gravissimis animi, corporisque molestijs die Dominico D. Margaritæ Virgini, & Martyri sacro præ summo frigore penè viribus destituti omnes, fausto tamen quinque dierum itinere Pragam appulere ad Cœnobium S. Michaelis, de quo ad annum 1627., & 1631. satis superque, ubi statim à P. Cherubino Mariâ Odale Oenipontano, sed ex Hiberniâ oriundo ibidem Priore, cæterisque Patribus in Ecclesiâ solemniter Reverendissimus P. exceptus fuit, ipsique per Habitûs osculum obedientiam omnes præstitere, gratijs autem Deo actis P. Angelus Maria Flegher pariter Oenipontanus luculentissimam habuit orationem, aliâ autem die Theologicas Theses egregiè propugnavit. Indicta pariter hic fuit Visitatio, & quatuor dierum spatio absoluta, cujus exemplar in Archivo apud S. Marcellum de Urbe servatur. Vidit quoque Reverendissimus Pater in eâdem Urbe Ecclesiam D. Annunciatæ, in quâ apud suggestum quoddam parvum, necnon apud sepulcrum marmoreum in pavimento adhuc apparebat antiquissimum, & penè vetustate consumptum Ordinis Nostri stemma; deprehendit etiam fundamenta Conventûs ab Hæreticis Ussitis unà cum 64. nostris Patribus Comitia Provincialia ibi tunc habentibus, & pro confessione fidei constantissimè ibi stantibus, inauditâ barbarie Incendio absumptis, de quo ad annum 1420., & constat ex historijs Bohemicis, quarum exemplar manu Notarij publici authenticè recognitum, ad latinum idioma translatum, quoad ea, quæ prædictum D. Annunciatæ Cœnobium spectat, à P. M. Jacobo Mariâ Antonellio Secretario præfato traditum fuit Eminentissimo, & Reverendissimo D. Francisco Cenino S.R.E. Cardinali, & Episcopo Faventino, & ex historiâ Ordinis nostri Germanicâ ab Augustino Romer lib. 5. cap. 14. 15. 16. 17., & 18. eleganter descripta. Vidit etiam Reverendissimus P. extra Portam ad Hungariam vergentem in Montealbo Cœnobium aliud titulo *S. Mariæ de Victoriâ*, de quo pariter ad annum 1627. Professionem itidem excepit à F. Vincislao Mariâ solemniter emissam, & F. Bonajunctæ Mariæ Habitum contulit Novitiorum; apud Patres autem S. Francisci de Observantiâ, & Societatis Jesu publicis disputationibus ipsi dicatis honorificè habitus fuit, quem tamen præceteris specialibus honoribus prosequuti sunt Societatis Jesu Patres, nam simul ac ejusdem Pragam adventus Patribus illis innotuit, ac Reverendissimi Præpositi eidem Generalis honorariæ Literæ Româ ad eos perlatæ fuere, quibus Dionysium æquè ac se colere jubebantur, nil antiquius, & sanctius sibi habuere, quàm ut hisce nutibus solertissimè obtemperarent; quapropter misso sejugo pilento, adiunctisque ex Juventute literatiâ duodecim è Comitum, Baronumque Genere selectissimis Adolescentulis, qui advehendum longo ordine, & insigni comitate deducerent ad se invitarunt, ubi ab omnibus præclarâ P. Magistri Rhetorices oratione humanissimè exceptus, Mensæ eorum Principem Locum tenens accumbere, & juxta morem Societatis Convivis tradere recreationis thema peramicè compulsus fuit. Poeticis delicijs Musici quoque accessere concentus, qui exquisitâ instrumentorum, vocumque harmoniâ hilaritatem accumbentibus adderent; & ut omnia uno verbo complectar, nil intentatum reliquere, quo luculentiùs amicitiam significare possent. Id honoris adeò singulare grato animo tribuére nonnulli, quem Societatis Jesu Patres erga Servos Deiparæ servabant, quatenus pro illis in magno quodam negotio alibi neglectis hi steterint quondam, & conclamatam jam palmam ijs conservarint; ex quo D. Michaelis Cœnobium in suis quibusque opportunitatibus amicum semper à Societatis Jesu Collegio subsidium præsto sibi semper fuisse expertum est. Quin adhuc dixerim, quòd Dionysius Generalis Vir fuerit prudentis omninò, & ad graviora quæcunque negotia maximè compositi animi, quem revererentur Fratres, Literatum cultores susciperent, amarent universi. Tandem mutuis de more habitis obsequijs ab Eminentissimo Cardinali ab Harrac Archiepiscopo Pragensi, cæterisque Benefactoribus, & Optimatibus dimissus Dionysius, ijsdemque Ordine nostro commendato, Patre Carolo M. Flegher pro Vicario sui designato, P. Dorotheo Lectore constituto, & Novitiorum curæ Præfecto, Reverendissimus idem Pater unà cum Italis prædictis Socijs, & P. Augustino Mariâ Flegher Oenipontano per Bohemiam, Moraviam, utramque Austriam, & Bavariam Oenipontem redijt, ubi iterum per Mensem circiter in Cœ-

Pragæ à Patrib. solènniter excipitur.

Monumentum apud Eccl. D. Annunc.

Specialibus honoribus decoratur à PP. Societatis Jesu.

Oenipŏtem redit.

nobio

nobio S. Joseph commoratus est, reditum interim in Italiam adornans. Ibi verò cum D. Guarinonio Medico Physico Tridentino Halæ commoranti per publicum Instrumentum, cujus exemplar est in Archivo nostro apud S. Marcellum de Urbe, & in Archivo nostro Florentiæ, convénit de recipiendo Monasterio ad Ecclesiam S.Caroli ad Pontem Oeni prope Halam ab ipso D.Guarinonio ædificandum, de quo pariter ad annum . . . .

P. M. Casinius iterum Conciones habet.

His etiam diebus P. M. Casinius in Ecclesiâ S. Joseph, ac Domûs Regularis, necnon in Gapellâ Archiducalis Palatij, coram Serenissimâ Archiducissâ Claudiâ plurimis Optimatibus, & frequentissimo Populo Conciones habuit in laudem S. P. N. Philippi, cujus Festum per omnes Ordinis Ecclesias magnâ solemnitate celebratum est, necnon in diebus Dominicis super Evangelia.

Honores iterum exhibiti P. Generali recensentur.

Prætereà Reverendissimus P. unà cum Socijs pluries à Serenissimâ in Villâ, quæ dicitur *Ambres*, & in Collegio Societatis Jesu à R. P. Petro Malaspinâ Serenissimæ ejusdem Consiliario, & Confessario, necnon à Legato Hispanico, aliisque Optimatibus ad recreationes vocatus pluribus honoribus cumulatus fuit. Denique in ipso Conventu S. Joseph constituto Philosophiæ, ac Theologiæ studio, cui P. Angelum Mariam Fiegher, quem Pragâ secum adduxerat, præfecit, firmarisque rebus, & Sanctionibus ad Cœnobiorum augmentum, & unitatem morum, ac fraternam concordiam cum totâ Religione servandam opportunis, præstitis Serenissimæ Claudiæ debitis obsequijs, pretiosis, & Sacris ab ipsâ cumulatus muneribus Reverendissimus Pater Deo, Deiparæ, & S. P. Philippo commendatis Patribus, ac Sororibus paterno affectu benedixit, ac subinde ad Monasterium VValdrastense per tria milliaria Germanica Oeniponte distans una cum Socijs aliàs dictis, & P. Archangelo ejus Vicario se contulit, ubi ipsum visitaturus à P. Michaele Mariâ Oenipontano ibidem Priore, & à cæteris Patribus, & Fratribus gratijs in Ecclesiâ Deo actis perhumaniter exceptus fuit, eique per osculum Habitûs obedientiam omnes præstitere. Deinde congregatis Patribus, & Fratribus in loco Capituli Visitationem indixit, servatisque servandis brevi absolvit, cujus acta in Archivo Romæ præfato servantur, ut Italiam quàmcitissimè repeteret, & ita pestiferam luem undequaque grassantem declinaret; quapropter Lucaugiensem Monasterium recèns extructum visitare non potuit, prout revera cupiebat, sed rectâ Italiam versus cum Socijs præfatis, & P. Amadeo Mariâ Oenipontano iter aggressus est, & per Montem asperrimum, qui vulgò dicitur *Janson* quatuor dierum itinere *Lavisium* pervenit, ubi P. Amadeo Oenipontem remisso, dum à Custodibus sanitati præpositis detineretur non sine gravissimis expensis, post festum Natalitium Beatissimæ Virginis per 8. dies decubuit, quo tempore illac transire contigit

Ad VValdrastense Cœnobium se transfert, & perhumaniter exceptus ipsum visitat.

Italiam repetit non visitato Cœnobio Lucaugiensi nuper extructo.

Lavisij à Custodibus sanitati præfectis detinetur, & per 8. dies decumbit.

A Eminentissimum, & Reverendissimum Martium Card. Ginettum Summi Pontificis in Coloniâ ad negotia pacis generalis peragenda Legatum. Deinde validis adhibitis precibus, magnis difficultatibus animi, corporisque afflictationibus, & incommodis non paucis per duorum dierum viam pluribus Custodibus armatis Reverendissimum, & Socios equitantes vicissim servantibus indultum ipsi fuit, ut ad Cœnobium Veronæ, cum Socijs exciperetur, ubi per 18. dies à P.M. Dominico Rimenâ Marchiæ Tarvisinæ Provinciali, & à P. M. Joanne Francisco Ferratesio Conventûs Scalarum Veronæ Priore, cæterisque Patribus ità honorificè, benignè, eoque charitatis genio habiti omnes fuere, ut explicari vix possit. Purgatione peractâ Veronâ, Vin- B centiâ, Patavio, Ferrariâ, Bononiâ brevi in profesto S. Lucæ Evangelistæ Reverendissimus Pater Florentiæ à Serenissimis Principibus, necnon à Patribus, & Fratribus quàmhumanissimè exceptus fuit incolumis, eidemque pro reditu gratulabundi elegantissimas Orationes dixere F. Henricus Antonius Mezzerti de Bononiâ ibidem studij Magister, & F. Julius Arrighetti Florentinus Novitius, de quo speciatim honorificentissima mihi ad annum 1705. habenda erit memoria.

Veronâ pervenit, & honorificè excipitur.

Deinde post Festum omnium Sanctorum unà cum P. M. Lœlio Aretino Etruriæ Provinciali, & PP. Magistris Bonajunctâ Colleschio, & Jacobo Mariâ Antonellio Florentinis Romam profectus est, ubi SS. D. Papam ad ejus pedes C provolutus de rebus omnibus per Germaniam gestis certiorem fecit, & benedictione semel, & iterum acceptâ, necnon præstitis de more obsequijs Eminentissimis, & Reverendissimis Cardinalibus Julio Sacchetto Ordinis Protectori, & Barberinis regnantibus, cæterisque Patronis Etruriæ Provinciam visitaturus Senas Mense Decembri processit.

Romam proficiscitur.

Cum verò Romæ diebus hisce degebat à S. Rituum Congregatione humillimè perijt facultatem celebrandi Missam in toto nostro Ordine pro recolendâ memoriâ B. Virginis Dolorum; Sacra autem Congregatio, prout eidem Reverendissimo retulit Card. Julius Sacchettus, benignè annuit, dummodo placuisset Sanctissimo, quâ de re idem Reveren- D dissimus Missam composuit S. eidem Congregationi exhibendam, si sanctissimus annuisset, & ab eâdem approbandam; quæ rametsi, vel proposita, vel admissa non fuerit, ac proinde in usu non sit, non inutile tamen arbitror eandem hìc attexere, ut Generalis Dionysij doctrina, & pietas ad Posteros omnes transmittatur.

Missa 7. Dolorû B.M.V.

MIS-

MISSA

In Commemoratione Dolorum B. Mariæ Virginis.

INTROITUS.

O Vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus: idcirco ago plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus est à me consolator. *Psal.* Tribulationem, & dolorem inveni, & nomen Domini invocavi. ℣. Gloria Patri, &c.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam suppliciter exoramus: ut, qui Beatæ Mariæ semper Virginis Dolorum memoriam recolimus in terris, ejusdem precibus, & intercessione gaudijs æternis perfruamur in Cœlis. Per Dominum nostrum &c.

Lectio Canticorum.

ADiuro vos, Filiæ Jerusalem, si inveneritis Dilectum, ut nuncietis ei, quia amore langueo. Qualis est Dilectus tuus ex Dilecto, ò pulcherrima Mulierum! qualis est Dilectus tuus, quia sic adjurasti nos! Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, & totus desiderabilis. Talis est Dilectus meus, & ipse est amicus meus, Filiæ Jerusalem. Quò abijt Dilectus tuus, & quæremus eum tecum? Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego Dilecto meo, & Dilectus meus mihi, qui pascitur inter Lilia.

Graduale.

FAsciculus Mirrhæ Dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. ℣. Botrus Cypri Dilectus meus mihi in Vineis Engaddi. Alleluja, Alleluja. ℣. Vadam ad Montem Mirrhæ, & ad collem thuris. Alleluja.

Tempore Paschali.

ALleluja, Alleluja. Sub umbrâ illius, quem desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo, Alleluja. Introduxit me Rex in Cellam vinariam, ordinavit in me charitatem, Alleluja.

Post Septuagesimam Tractus.

POsuit te Dominus desolatam, totâ die mœrore confectam. ℣. Dedne quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem. ℣. Non des requiem Tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

Posset recitari Planctus Virginis Stabat Mater dolorosa, *vel confici Rithmus consimilis, qui communiter appellatur* Sequentia, *ad libitum Sacerdotis recitandus.*

Sequentia Sancti Evangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore, erant Joseph, & Maria Mater Jesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Simeon, & E dixit ad Mariam Matrem ejus: ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Offertorium.

VOcasti Domine ad diem solemnem, qui terreret me, de circuitu, & quem educavi, & enutrivi, inimicus meus consumpsit eum.

Secreta.

TUa Domine propitiatione, & Dolorum B. Mariæ semper Virginis commemoratione, ad perpetuam, atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem, & pa- F cem. Per Dominum &c.

Præfatio.

Et te in commemoratione Dolorum B. Mariæ semper Virginis collaudare, &c.

Communio.

CUi comparabo te, vel cui assimilabo te Filia Jerusalem! cui exæquabo te, & consolabor te Virgo Filia Sion! magna est velut mare contritio tua.

Postcommunio.

SUmptis, Domine, salutis nostræ subsidijs, da quæsumus, B. Mariæ semper Virginis patrocinijs nos ubique protegi, in cujus Dolorum commemoratione hæc tuæ obtulimus Majestati. Per Dominum &c.

G *Color Paramentorum sit potiùs albus, quàm violaceus, quia recolitur memoria Virginis olim Dolorosæ, nunc autem gloriosæ; nam & in Missâ votivâ B. Mariæ tempore Paschali legitur Evangelium* Stabat juxta Crucem, &c., *& tamen color albus adhibetur.*

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

A *Ugust. Romer lib. 5. Cap. 21. & Reg. Gener.*

Nova contra Domum Regularem Oenipontanam excitatur Procella.

CAP. XII.

H HAbitis à S. Rotâ Romanâ pro Ordine nostro decisionibus quoad jurisdictionem in Domum Regularem Oenipontanam, de quibus satis ad annum 1634. cap. 3. unusquisque prudenter suadere sibi poterat superioribus turbis impositum fuisse modum, neque alias imposterum excitandas, verùm non ita se res habuit, Deo Optimo Maximo Ordinis nostri Spiritum in prosequendo cultu Sanctissimæ suæ Matris Doloribus affectæ exercere volente. Tempestas hoc anno excitata fuit à quodam Abbate Regulari, quem anagrammaticè Erigogum, ut alibi diximus, nominat Augustinus Romer. Hic

Hic aquilonares Sveciæ rigores sibi nimiùm infestos subterfugiens securioris aeris gratiâ in Tyrolim Oenipontem multis exulibus cōmune Refugium ad annum 1633. concesserat; initâ ibi cum Servitis necessitudine, occasione nactâ Energumenæ cujusdam Mulieris, & apud D. VValdtastensem sacris exorcismis subijciendæ, loco illi sese perfamiliariter applicuit, ubi tamen cùm subsistere non posset, ad Cœnobium S. Josephi inde se transferens stabilem ibi sedem quærebat, sed frustra. Interea animadvertens quàm graviter Servitæ ab Episcopalibus premerentur, suam illis addixit operam, qui non difficiles in oblatâ gratiâ acceptandâ Viro illo, prout conijcere fas erat, & animi eximii, & integerrimæ fidei benè usi fuere. Neque verò inanis de ejus ingenuitate videbatur opinio, quando Sororibus Regularibus anathemate Brixinensi affectis, Salisburgensem Metropolitam adeundi Auctor, & sublati anathematis mediator fuit, qui felix rerum successus ei coniunctus, quo Subpriorissam exauctoratam cum Sororibus eam à Magistratu deponentibus amicabili lege composuit, magnam eidem apud Serenissimam Annam Catharinam, & reliquas Sanctimoniales conciliavit benevolentiam, præsertim verò apud Sororem quandam nomine Annam Lamixanimiam, penes quam integrum fermè Domûs gubernium residebat; necnon Subpriorissam. His jam sibi adhærentibus, suíque juris factis, brevî compertum est, quò omnia consilij, & auxilij obsequia, quæ indesinenter ipsis præstabat, collimarent, quando nimirùm acquisitis inde gratitudinis ergo honorarijs non contemnendis parum contentus, majora adhuc in dies pro se, suâque Matre Oenipontem vocatâ, & Matri adhærentibus, appetere veritus non fuit, licèt interim addictæ illi Sorores nihil eorum omitterent, vel denegarent, quorum desiderio teneri Erigogum credidissent, itaut infra unius, vel alterius anni cursum collata illi donaria quinque Florenorum millia excessisse compertum fuerit.

Erigogus Servitis insidias molitur, sed occultè.

Nimia hæc in Abbatem Erigogum profusio ab ijs, quorum interesse debuit, diù satis non animadversa, sed paulò post deprehensa, amorem præter omnium expectationem in odium convertit. Hinc pleræque Sorores ab eo se paulatim subtrahentes Vicarium Generalem nostrum Archangelum enixè rogabant, ut gravissimo huic Domûs Regularis incommodo opportunè provideret; ipse verò Archangelus petitioni æquissimæ morem gerens seriò eas commonuit, quas errori huic obnoxias deprehendit. Erigogus de hac re certior factus, veritus ne rerum jacturam faceret, quæ sibi necessariæ erant, alienum se hinc ab impendendis Capitulo Regularium auxilijs apud Consultrices simulans totus in eo erat, ut Sorori Lamixanimiæ callidè suaderet Serenissimam tanquam Domûs Patronam, ac Dominam posse pro libito quæcunque erogare, quinetiam tanquam Confundatricem fundationem ipsam cum Serenissimâ Matre factam pro libito mutare, ac intervertere, tametsi sortita ea non fuerit effectum. Lamixanimia statim ac noxiam hujusmodi persuasionem in animum induxit, incredibili voluptate, Domus verò gravissimis incommodis affecta est, eóque magis, quod Archangelo habitâ Serenissimæ Sororis Annæ Catharinæ ratione, & ob calliditatem Abbatis Serenissimæ nomine cuncta disponentis, huic malo medendo nulla superesset via, quam nō interclusam experiretur, donec Archiducissa Claudia in subsidium vocata post maturum cum varijs Religiosis ideò collatum consilium, apud Cæsaream Majestatem id præstitit, ut Abbati Erigogo à consortio Lamixanimiæ, adeóque Serenissimæ penitùs submoto, Tyroli prorsus emigrandum fuerit. Ille tamen varijs armatus Literarijs documentis è Domo Regulari exceptis clam Viennam se contulit, ubi Imperatore cum Claudiâ iterum concurrente deprehensis importunis ejus agendi modis seriò jussus fuit, ne ampliùs ad Serenissimam Sororem Oenipontem, neque in Tyrolim rediret. Hoc ipsum, ut Oeniponte innotuit, vix inultum permitti potuit, quia animo parum integro à Serenissimâ Sorore, ac longè minus à cæteris quibusdam in hoc negotio ipsi Erigogo adhærentibus exceptum fuit, quemadmodum ex dicendis constabit.

Deprehenditur ejus prava intentio.

Tyrolo emigrare cogitur.

Amoto à Sororibus Abbate, amovebantur simul etiam pro visitandâ Domo obstacula. Cùm ergo hoc anno 1636. Mense Majo instituta fuit Visitatio, Sorores Erigogo non addictæ Vicarium Archangelum in adventu suo intimo gaudij sensu excepere; contra verò addictæ, quippe quæ, quod revera evénit, adversus Erigogum, ejusque Matrem haud pauca incommoda divinare cœperunt; Mater enim Abbatis cum suis Asseclis Oeniponte adhuc degentibus omni prorsus Domûs Regularis auxilio fuit deinceps interdicta. Quo ęgerrimè cognito Lamixanimia sibi valdè metuebat, quare petitis, & impetratis ab Archangelo brevibus in responsionem inducijs, illicò nemine suspicante per fores è Serenissimæ Conclavi ad Claustrum Virginum ducentes furtim evasit, & unà secum deduxit Serenissimam Annam Catharinam, necnon Sororem illam, quæ huic aliàs ad curam corporis familiarem permissa fuerat, quo factum est, ut quæ cæteris unitæ viriliter Diœcesanis contradixerant omnes jam ultrò eorum patrocinium susciperent, magnum utique Serenissimæ exemplum sequutæ; inde verò si perjucundum aliquibus accidit hoc spectaculum Serenissimæ ad Claustrales emigrantis, Domus Regularis contra perturbata jugiter erat prætensionum ergo inhærentem Claustro Principissam sequentium, quibus retundendis penè nullæ Sorores erant, quousque sese interponentibus Augustissimis Ferdinando II., & Imperatrice Eleonorâ, nec-

Vic. Gen. Serv. B.M.V. visitat Domum Regul.

Seren. Anna Catharina cū alijs ad Claustrales transit.

non Sereniſſimâ Claudiâ pro annuis illius, & aſſeclarum alimentis Floreni mille ſexcenti præter aliarũ pretioſarum rerum copiam haud modicam ſint deſtinati, quinetiam cùm hi ſatis non eſſent, duo millia in annos ſingulos aſſignata fuere. Hinc malè feriati quidam homines opportunitate captâ Domum Regularem Principiſſæ quoque nomine, nonniſi quidem ex alienæ proterviæ culpâ laborantis apud Cæſaream Majeſtatem, alioſque Principes variè traducebant, ac divexabant idoneis pro ſe in rem attentatam, ſed valdè infirmis argumentis innixi; quinetiam Summum quoque Pontificem Urbanum VIII. auſu temerario ſimilibus fucis convenire veriti minimè fuerunt, duo ab ipſo Pontifice petendo, ut ſcilicet juriſdictio Domûs Regularis ſecus ac definierat Rumana Rota pro Servitis, in Epiſcopum Brixinenſem transferretur unâ eâdemque operâ cum juriſdictione Clauſtralium poſſidendæ, & ut Sereniſſimæ Annæ Catharinæ integrum foret Fundationem trium Cœnobiorum cum Sereniſſimâ Matre factam pro libito infringere, ac permutare. Cùm autem hæc nullo jure admitti potuiſſent, aliam ad hoc aſſequendum inire viam non dubitarunt Epiſcopalibus adhærentes, nihil penitus intentatum relinquentes, ut Domum Regularem diffamando ſubruerent; quamobrem Ordo noſter ſatis habet cauſæ, cur Deum, ac Deiparam ſummoperè veneretur, cùm eorum ope tot machinas feliciter evaſerit.

Domus Regularis traductur.

Intereà Generalis Ordinis Buſſottus Germanicam Provinciam viſitaturus, ut alibi diximus, Oenipontem vix acceſſit, cùm præter alia, quæ ſibi maximè curæ erant, potiſſimùm fuit Sereniſſimam Annam Catharinam apud Clauſtrales degentem obſequij gratiâ convenire, poſtquam Domum Regularem Idibus Junij viſitare incœperat gratis contradicente Epiſcopali Delegato, & nono Kalendas Julij in Conventu D. Joſephi compleverat. Ubi ergo Buſſottus acceſsûs ad Sereniſſimam, & colloquij copiam petijt, illam poſt multas quidem ambages, & nonniſi coram eo Brixinâ deſtinatis D. Decano Oenipontano, & duobus Patribus Ordinis Seraphici, quorum unus Oenipontani Conventûs Guardianus erat eo temporis Clauſtralium Confeſſarius, tandem aliquando obtinuit. Obtulit Sereniſſimæ Sorori Reverendiſſimus Generalis præter humillima totius Ordinis obſequia, ac Filialem amorem, tanquam clementiſſimæ Confundatrici maximè debitum, certam orationem Senis in Etruriâ occaſione Sacrarum Reliquiarum B. P. N. Joachimi recitatam, & Sereniſſimæ ipſi datâ operâ dedicatam. Item prototypon D. Annunciatæ Florentinæ coloribus nobile non minùs, quàm argenteo ornamento conſpicuum. His addidit numiſmata quàmplurima vivente Pontifice Indulgentijs ditata, quæ omnia Archiduciſſa ſingulari animi ſui ſenſu ſe recipere ſignificans bene ſibi precari Generalem jubebat. Ille verò non ignorans, quonam conſilio Corona præſentium Sereniſſimæ adeſſet, tergiverſari primùm, deinde modeſtè abnuere, ac deprecari; illâ verò iterum unà cum Sororibus Clauſtralibus, & Epiſcopi Delegatis idem ſeriò urgente, perſuaſus benè ſimul, & vale illi dixit. In ejuſdem etiam natalitio die, qui 17. Kalendas Julij D. Vito Sacer erat, Reverendiſſimus Generalis in Eccleſiâ Sororum maximâ, quâ potuit, pompâ, rem Divinam fecit, ac demum reliquis negocijs ex ſententiâ confectis Oeniponte diſceſſit cætera Germaniæ loca luſtraturus, de quo ſatis ad hunc annum cap. 11.

Gener. Buſſottus viſitat Annam Catbarinã apud Clauſtrales.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

F A *Uguſt. Romer. Serv. Mar. Lib. 7. cap. 17. & ſeqq.*

Recens Cœnobium Ferrariæ eximitur à Provinciâ Marchiæ Tarviſinæ, & aggregatur Provinciæ Romandiolæ. Florentiæ benedicitur novum Sacrarium apud D. Annunciatam. Anconæ dimittitur Societas Beatæ Mariæ de Conſolatione.

C A P. XIII.

CUM Ordinis noſtri Cœnobium Ferrariæ ſolo æquatum, ut diximus ad annum 1635. ad Provinciam Marchiæ Tarviſinæ ſpectaret, recens aliud extructum ab eâdem eximere, & Provinciæ Romandiolæ aggregare meliùs conſultum putantes PP. idipſum complere decreverunt; quamobrem ſpeciali ſtudio P.M. Angeli Mariæ Berardi de Peruſio Procuratoris Generalis in Curiâ Romanâ Indultum in hanc rem emanavit à Sanctiſſimo D.Urbano Papâ VIII. ſub datum die 8. Aprilis hujus anni mox exhibendum, quod die 23. Junij ejuſdem anni delatum fuit Ferrariam, cujus hic eſt tenor.

Indultũ SS. D. N. Urbani Papæ VIII.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

H EXponi *Nobis fecerunt Dilecti Filii Fratres Ordinis Servorum B. M. Virginis Ferrarien., quòd ipſi, qui ab eorum Domo Regulari, quam juxta arcem Ferrarienſem habebant, ad aliam Domum Regularem* in via della Colombara *vulgò nuncupatâ dictæ Civitatis ſitam juſſu noſtro tranſlati ſunt, certis rationabilibus ex cauſis à Provinciâ Tarviſinâ ejuſdem Ordinis, ampliùs non reguntur, & propterea Provinciæ Romandiolæ dicti Ordinis aggregari, & incorporari ſummoperè deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt Fratres prædicti, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur eorundem Fratrum votis, quantùm cum Domino poſſumus, benignè annuere,*

illos-

illosque specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Censuris, sententijs, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectũ præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictos Fratres, eorumque Domum Regularẽ dictæ Provinciæ Romandiolæ auctoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuò aggregamus, & incorporamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ Priori Provinciali Provinciæ Romandiolæ prędicto, dictæque Provinciæ Fratribus, & alijs, ad quos spectat, ut præsentes nostras Literas, & contenta in illis omnia inviolabiliter observent, & à suis subditis observari procurent, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum dictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Aprilis 1636. Pontificatûs nostri anno 13.

. A' tergo. foris Locus ✠ Bulli

M. A. Maraldus

cerâ rubeâ impressi circumcinctis chordulâ charta pecudina involuti, in quo Bullo stabat S. Petrus in Cymbâ.

Hoc habito Patres ad executionem ejusdem procedentes Instrumentum aggregationis hujus die 9. Mensis Julij ejusdem anni solemniter de more celebrarunt sequentis tenoris.

Instrum. aggregationis.

IN *Christi nomine Amen, Anno ejusdem Nativitatis 1636. Indictione quartâ tempore Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris D.N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VIII., die verò 9. Mensis Julij Ferrariæ in Conventu infradictorum RR. Fratrum, præsentibus testibus vocatis, & rogatis, videlicet Illustri D. Horatio Magnanino Fil. q. Illustris D. Joannis Philippi de Parochiâ S. Stephani, & D. Hippolyto Augusto Fil. q. D & alijs.*

Cùm sit, quòd Adm. R. P. M. Archangelus de Villanis Mutinensis dignissimus, & quidem meritò Provincialis Provinciæ Romandiolæ RR. Fratrum S. Marię Servorum, in executione, & adimplemento eorum, quæ sibi in Breve Apostolico Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papæ VIII. speciatim sibi demandata sunt sub datum Romæ die 8. Mensis Aprilis anni currẽtis 1636. unà cum Adm. R. P. M. Vincentio de Florentinis de Arimino Socio Provinciali præfatæ Provin- A *ciæ Romandiolæ se Ferrariam contulerit, & in Ecclesiã, & Conventu RR. Fratrum S. Mariæ Servorum ingressus fuerit pro exequendo ea, quæ sibi in dicto Breve Apostolico ab ejus Sanctitate injunguntur, & mihi Notario infrascripto tradito, & in calce præsentis Instrumenti registrato. Ideo ipse Adm. R. P. M. Archangelus tanquam Provincialis antedictus in dicto Conventu existens, & sedens super quandam Cathedrâ ligneâ ibi positâ, Breve Apostolicum prædictum palàm, & publicè coram me Notario infrascripto, & Testibus supradictis in dictâ Ecclesiâ existentibus in præsentiâ infradictorum Patrum Conventûs prædicti exhibuit, & præsentavit, illudque per unum ex infrascriptis RR. Patribus aperiri, & altâ, & intelligibili* B *voce coram dictis Testibus, & RR. Patribus infrascriptis, meque Notario infrascripto aperiri, & publicari mandavit, illud sic perlectum, & publicatum, ab ipsis RR. Patribus acceptatũ successivè, sponte, & ex certâ ejus scientiâ, & omni meliori modo, quo potuit, & potest Ecclesiæ, & Conventûs prędicti etiam omnium, & quorumcunque jurium ab eo, & ex dependentivâ, & cohærentivâ, veram actualem, corporalem, & spiritualem potestatem apprehendit, & adeptus est positorum in Contratâ appellatâ* la Colombara *juxta suos notos confines, in Bonisque prędictis intrando, stando, deambulando, portam Ecclesię prędictę, etiam Ostia, & Fenestras Conventus prędicti apertendo, claudendo, & aquam benedictum per Ecclesiam aspergendo,* C *Campanasque pulsando, & alia quamplura signa faciendo, veram, & actualem potestatem hujusmodi denotantia, & demonstrantia, & hoc animo, & intentione prędictum Conventum, & omnia, & quęcunque jura sua, ac eorum Domum Regularem unà cum Fratribus prędictis aggregandi, & incorporandi Provincię Romandiolę prędictę, & juxta in omnibus, & per omnia seriem, tenorem, & formam Brevis Apostolici prædicti, & non aliter, nec alio modo. Quem Adm. R. P. Provincialem supradictum, ut supra sedentem post adeptam hujusmodi possessionem infrascripti omnes RR. Patres, videlicet Adm. R.P. M. Hieronymus Gambi Theologus publicus; valdè R. P.M. Hippolytus Bazzanus Theologus. Multùm R.P.M. Octavius* D *Calcetta Theologus. Valdè R. P. M. Hieronymus Scarparius Theologus. Adm. R. P. M. Rogus Theologus. A. R. P. M. Nicolaus Toninus Theolog. Valdè R. P. M. Joseph Ursinus Theolog. Admod. R. P. M. Dionysius Theologus. Venerabilis Pater Bonaventura de Amadeis Sindicus, & Procurator Conventûs; Fr. Daniel de Ferrariâ; F. Ludovicus de Ferrariâ; F. Paulus Bottonus omnes dicti Conventûs, & Monasterij RR. Fratrum S. Marię Servorum Fratres ibidem professi pręsentes, & in verum, & legitimum ejusdem Ecclesię, & eorum Conventûs Provincialem, & Superiorem recognoverunt, illique debitam reverentiam, & honorem exhibere promiserunt, & tam eorum proprijs nomi-*

minibus, quàm etiam nominibus omnium, & quorumcunque absentium; necnon & eorum omnium, qui in posterum in dicto Conventu profitebuntur, eidemque promptam obedientiam præstiterunt, & hoc omni meliori modo, quo potuerunt, & possunt, rogantes RR. prædicti Patres me Notarium infrascriptum, ut de prędictis sim rogatus, & publicum conficiam documentum, prout confeci.

Attestor ego Notarius infrascriptus, qualiter retroscripta incorporatio per SS. D. N. Papam Urbanum VIII. Adm. RR. Patribus S. Marię Servorum hujus Civitatis Ferrarię sub datis anno, mense, die concessa, ac facta fuit per me Notarium antedictum, & infrascriptum de verbo ad verbum, ei nihil addens, vel minuens exemplata, illamque fuisse diligenter scriptam, nec in aliquâ sui parte abrasam, nec suspectam, sed illam omni prorsus vitio carere, & esse absque maculâ, quapropter in premissorum fidem hic me subscripsi, & signavi requisitus in fidem.

Ego Alexander de Brancaleonibus Civis, & Notarius publicus Ferrarię hac die 23. Junij 1636.

Locus ✠ Sigilli

Ego Jacobus Dainesius Filius q. Lucę pub. Apostolicâ, & Imperiali auctoritate Notarius, & Civis Ferrarię supradictis omnibus, & singulis pręsens fui, & de eis rogatus, &c.

Nos Alexander Bernardus J U.D., & Locumtenens Generalis in Civilibus Civitatis Ferrarię, totiusque illius Legationis, &c.

Fidem facimus, & attestamur supradictum Magnificum D. Jacobum Dainesium de supradicto Instrumento rogatum fuisse, & esse Notarium publicum Ferrariensem, & in Matriculâ DD. Notariorum Civitatis Ferrarię descriptum, ejusque scripturis publicis, & authenticis semper plenam adhibitam fuisse fidem, & in dies adhiberi in Judicio, & extra. In quorum fidem, &c.

Datum Ferrarię die 11. Mensis Julij 1636.

Benedicitur solemni Ritu Sacrarium Flor.

Florentiæ Reverendissimus D. Petrus Niccolini ibidem Archiepiscopus solemni ritu benedixerat die 13. Martij Sacrarium ab Alexandro q. Vitalis Medices Filio non mediocri munificentiâ plurium millium aureorum impendio recens è solo excitatum. Dimissis ex Ecclesiâ nostrâ Anconæ Confratribus Societatis dictæ *de Consolatione* ad Altare cui erat antea B. Virginis Imago vulgò nuncupata *de Consolatione*, re meliùs consultâ Imaginem ejusdem Beatæ Virginis septem Dolorum apposuere.

Dimittitur Anconę Soc. B.M. de Consol.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

EX *monum. illorum Conventuum.*



E *Eremi B. Virginis Miraculis celeberrimę de Monte Urbano describitur Origo. Moritur P. M. Veglia.*

C A P. XIV.

SIngulari Angeli Mariæ Berardi Procuratoris Generalis industriâ generale consilium Pagi nomine *Tolfa* amplissimam hoc anno facultatem indulsit ædificandi in suâ Ditione Ecclesiam, & Cœnobium ab Eremitis Montis Senarij Ordinis nostri incolendum, ut eorum operâ erga Deiparam cultus magis semper in dies promoveretur. Die verò 8. Junij ejusdem anni S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita copiam fecit oblationes quascunque Christifidelium eidem Virgini erogandas
F hujusmodi fabricæ applicandi. Quibus habitis Eremitarum prædictorum nomine, quia eò nondum accesserant, P.M. Gaspar Volpini eo temporis Prior Cœnobij nostri de Corneto à P. Procuratore Generali ad id delegatus possessionem realem, & corporalem recepit, tum sitûs, & areæ ad ædificium designatæ, tum S. Ædiculæ, in quâ celeberrima B. Virginis colebatur Imago; quæ quidem fusiùs cum ejusdem operis prosecutione exponenda mihi erunt Capite XVI. ad annum 1637. Interim operæ pretium arbitror Ecclesiæ hujus originem altius repetere, & admiranda quæcunque recensere, quæ ad augendum huic B. Virginis Imagini cultum Altissimus perpetra-
G vit.

Summo Pontifice Pio II. Æneâ primùm Piccolomineo de Senis, anno salutis 1462. deprehensa fuit quædam aluminis Fodina prope Pagum prædictum, qui dicitur *Tolfa* in Diœcesi Sutrinâ, & Nepesinâ, à Joanne quodam I.C. Pauli Filio de Castro. Postmodum verò Augustinus Chisius de Senis è Primarijs Urbis Illius Magnatibus auctoritate Pontificiâ rem aluminariam ibidem invexit, prout constat ex varijs monumentis. Ut autem Ministris, & Operarijs obvium esset Sacrificio Missæ interesse, idem Augustinus erigendam curavit S. Ædiculam intra sylvam in loco quodam valdè eminenti Montis Urbani, vulgò nuncupati *de Cibonâ*, cujus Aræ Imaginem
H B. Virginis egregiè pictam apposuit, quæ Throno assidens vestem induta purpuream undequaque ornatam, & gemmis interstinctam cum chlamyde cœruleâ, dexterâ Puerum Jesum regens stantem, suoque lateri innixum, sinistrâ verò malum granatum aliquantisper apertũ ..1. Quoniam verò progressu temporis res hæc aluminaria aliò trãslata fuit, eò quod non ibi præstò foret necessaria aquæ, & lapidum copia, propterea Sacra B. Virginis ædicula Populorum concursu destituta remansit, non adeò tamen, ut in solemnioribus festis eidem Sanctissimæ Dominæ dicatis plurimi ad eam venerandam non accurrerent. Intereà improbi quidam homines (quod ex veteri tra-

Erigitur S. Ædicula, & apposita B. Virg. Imago describ.

traditione ad nos usque non interruptâ serie propagatâ constat) sacram istam ædiculam, ut aleis luderent, subiere; cùm autem ex ijs alter pecuniæ jacturam ludendo fecisset, non modò sacrilegas in Deum, & Sanctos, quemadmodum hisce hominibus familiare esse videtur, protulit blasphemias, verùm etiam Diabolico actus furore lapidem iniecit in faciem Sanctissimæ Imaginis Mariæ lævum è temporibus IIII percutiens, ex quo factum est, ut uberrima sanguinis effluceret copia, quæ genas, & sinum ad gremium usque irrigavit impressâ superstite vulneris hujus cicatrice, & sanguinis specie, quarum etiamnum appatent vestigia. An signum hoc mirabile salutare sacrilego fuerit, isque proinde suum ingemuerit scelus, me penitus latet; illud planè notissimum est, quòd pietati excitandæ in Christifidelibus erga Deiparam satis superque fuit, & ut ad eam humillimè confugerent, quoties illis esset necessitas, & opportunum experirentur præsidium, quod nobis luculentissimè testantur plurima vota ante Sacratissimam illam Imaginem appensa. Quod autem humanarum rerum fert conditio, pietas hæc, & erga Deiparam cultus suas subijt vices, nam valdè deferbuit, neque mediocriter imminuta videbatur Populorum eò advenientium affluentia. Verùm Sanctissima Domina oscitantiam hanc suorum Fidelium non ulteriùs passa recentia impetravit prodigia, ut & præterita in memoriam revocaret, & pietatem simul excitaret.

Ab improbo homine percussa S. Imago uberrimam Sãguinis emittit copiam.

In Pago prædicto *Tolfa* anno Dnm. 1633. Mulier quædam aderat, nomine Margarita Tiphernas, quæ jandiu nefario Spiritu obsessa plurimum laborabat, quin adhuc a tantâ calamitate vindicare se posset. Fortè quadam die, secundâ nimirum Pentecostes 15. Mensis Maij præter consuetudinem vexata erat à prædicto nequissimo spiritu, ac si prævideret ipse supremum sibi eâ die instare discrimen; ideò pietate ducti nonnulli ipsam duxere ad Sacratissimam Imaginem Deiparæ *de Cerbonâ*, non sine ingenti nequissimi Spiritûs resistentiâ, qui sibi manus conserendas esse prænoverat, cum muliere illâ fortissimâ, quæ ipsi jampridem caput contriverat. Plures Margaritam insequebantur non deterriti magis ab insolitis Dæmonis conatibus, quàm in spem maximam erecti, quòd Spiritum illum nefarium fugatura esset Deipara; ac reverâ illos minimè fefellit eventus, vix enim Sacellum Virginis subijt Mulier, cùm varijs huc, & illuc acta furoribus, horrendisque ululatibus impia verba proferre cogeretur, victus denique à ferventibus precibus, & singulari astantium fide nequissimus spiritus à Sanctissimâ Dominâ fugatus fuit, & Margarita libera prorsus evasit; quæ finguit, & quidem plurimi, non sine magnâ admiratione animadvertentes in lachrymas ubertim soluti, plurimas Deo, ejusque Sanctissimæ Matri laudes canebant. Famâ hujus miraculi per-

Mulier jandiu nefario Spiritu obsessa liberatur.

crebrescente, & per finitima loca diffusâ ad A sacram illam Ædiculam catervatim confluebant varijs languoribus affecti opem Virginis humillimè imploraturi, & prout eorum exigebat fiducia ipsam inde ferebant. Plurimi etiam absentes in eorum necessitatibus ad eandem Virginem confugientes sibi propitiam miris quoque modis experiebantur. Tribus diebus vix exactis, ex quo B. Virgo apud hanc suam Imaginem miraculis conspicuam se præbuit, cùm non absque speciali Dei dispositione eò convénit Eminentissimus Cardinalis Joannes Baptista Pallotta, desiderio actus mirabile illud ædificium ad rem aluminariam spectans invisendi, nisi veriùs dixerim Divino actus impulsu, ut singularibus prodigijs oculatus testis interesset. Cùm enim B palatium rei aluminariæ subijsset, certior illicò factus fuit de celeberrimâ Virginis Imagine recèns deprehensâ, & ut eandem validè protegendam assumeret enixè rogatus. Hoc planè Eminentissimus Dominus magnâ animi sui voluptate percepit, pollicitus se proximè sequenti die venerabundum ad eandem Imaginem profecturum. Quamobrem vix illucescente die ingenitâ erga B. Virginem religione commotus ad Sacram ejus Ædiculam se contulit, Ministris omnibus, & reliquis ipsum comitantibus; cùm autem frequentissimum Populum valdè quoque diluculò eò confluxisse adverteret, totus statim fuit in admirandis Dei, ac Deiparæ operibus summâ veneratione prosequendis. Sacris ibidem C operatus est, postea verò à plurimis ejus Pagi Primarijs, qui eò convenerant, postquam debita ipsi præstiterunt officia, enixè iterum rogatus fuit, ut Imagini illi miraculis illustri præstò esse non gravaretur. Neque verò valdè in hoc assequendo laborarunt, quia Eminentissimus Dominus eximio erga Deiparam studio incensus hilarem se, ac promptum exhibuit ijs omnibus peragendis, quæ ad augendum ejusdem Dominæ cultum conferre posse viderentur, præ cæteris hæc dicens ad rem nostram maximè accommodata: *Locus hic profectò excitandæ Eremo aptissimus est*; & ferè meditabundus post pauca iterum ait: *Eremitis Montis Senarij propè Florentiam degentibus valdè congruit hic Locus, & Loco huic maximè* D *congruunt prædicti Eremitæ; statim ac Romam pervenero, Sanctissimum Dominum* (eo temporis Urbanum VIII.) *& Cardinalem Julium Sacchetti Ordinis Servorum B. Virginis Protectorem super hac re conveniam, ipsisque animi mei consilium aperiam.* Cardinalis hujus Pallottæ verba rebus magnificentiora minimè fuere, nam quæ pollicitus fuerat Romæ apud prædictos complevit, ac deinde rei manû admovens plurimùm operæ contulit, Cardinalem quoque Sacchettum ceteroqui pijssimum excitans ad amplissimum hoc opus, construendi nimirùm Ecclesiam decentiorem, & Eremum unà secum perficiendam.

Hujus S. Imaginis beneficentia.

Emin. Card. Pallotta S. Imaginem veneratur, & Eremum ibi construere designat

Interea certabant, ut ita dicam ad invicem

Dei-

Deiparæ in conferendis beneficijs, miraculisque perpetrandis benignitas, & Populorum erga Deiparam religio; frequentissimæ jugiter Confraternitates è finitimis Pagis, & Oppidis venerabundæ confluebant, & humillimè supplices ad Sanctissimam hanc Imaginem, aut emissa vota pro beneficijs acceptis soluturæ; quæ quidem obsequia eâ pietate, eâ animi commotione, ijs gemitibus, & lachrymis religiosæ illæ Turbæ præstabant, ut cæteris admirationi non mediocri forent. Quoties autem coram illis, quod persæpe contingebat, varijs affecti languoribus sanitatem illicò recuperabant, in integrum restituebantur claudi, à Dæmonibus obsessi liberabantur, & alia hujusmodi verè admiranda fiebant, tunc revera elatis vocibus singuli Deo, ac Deiparæ benedicebant, fusis uberrimè lachrymis, pectora sibi percutientes, nonnulli quoque superiora scelera publicè detestabantur, omnes denique corde compuncti, sibique meliùs consulentes Domum suam repetebant. Cùm autem hæc agerentur, prodigiorum hujusmodi fama ad Reverendissimum quoque Dominum Sebastianum de Paulis tunc Sutrinum, & Nepesinum Episcopum propagata ipsum vehementer commotum ad visitandam personaliter excitavit S. istam Ædiculam in ejus Diœcesi sitam, & quæcunque audierat suis oculis comprobanda. Cùm eò pervenisset, & frequentissimum Populum advertisset ad celeberrimam hanc Imaginem venerandam confluentem, quo spiritu ductus ignoro, pluribus asseribus Ædiculam claudi præcepit. Cùm verò parabantur huic Decreto exequendo opportuna, Reverendissimus Dominus ad Altare illud B. Virginis Sacris operatus, reque meliùs consultâ, Divinumque Consilium longè certiùs assequutus, à superiori decreto non sine omnium admiratione resilivit, & Sacram ipsam Æediculam consuetis Ecclesiæ ritibus initiavit, cujus rei perenne monumentum in eâdem Æediculâ lapidi impressum reliquit in hunc modum: *Sacellum hoc in honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ de Cibonâ, Sebastianus de Paulis Episcopus Sutrinus, & Nepesinus dicavit, benedixit, & in eodem celebravit die 8. Junij anno Domini* 1634. Ut autem prædictum Sacellum debitâ custodiâ fraudatum minimè esset, & sacra ejus supellex fideliter servaretur unà cum eleemosynis, alijsque Piorum oblationibus, curam hanc Vicario suo Foraneo, necnon duobus Civibus integritatis notissimæ demandavit, qui quàm libentissimè Reverendissimo Domino obsequentes in honorem Beatissimæ Virginis, quo solùm commovebantur, quin aliam mercedem exigerent, plurimùm diù laboraverunt, & muneri sibi commisso pares plurimum operæ contulerunt. Duo millia, & bis centum scuta brevi ex Piorum eleemosynis collecta fuere, quæ à prædictis Custodibus, ut eorum securitati meliùs consuleretur, apud Gubernatorem rei alumi-

Populorum Religio erga S. Imaginē.

Visitans Episc. S. Ædiculam claudi imperat, & à decreto postea resiliens benedicit.

Colliguntur eleemosynæ pro ædificandâ Ecclesiâ, & Cœnobio.

nariæ ætate illâ Franciscum Covoni Virum E nobilem Florentinum deposita fuere opportuno tempore eroganda, quoties nimirum Ecclesia, atque Cœnobium juxta DD. Cardinalium Sacchetti, & Pallotta ideam à fundamentis excitari cœpissent, qui sanè optimè consultum putarunt operi tot votis expetito manum quamprimùm admovere, ex quo jam tribus ab annis Beatissima Virgo prima ibidem dederat admirabilis potentiæ suæ specimina.

Itaque Cardinales prædicti habito quoque consensu Sanctissimi D. Urbani VIII. Ecclesiam B. Virgini nuncupandam non eo in loco ædificandam censuerunt, quo Sacra illa fuerat Ædicula, ob angustiam Loci, & aeris intemperiem, sed in amœno quodam colle haud F procul ab ipsâ Ædiculâ sito, quem proinde D. Thesaurario Reverendæ Cameræ Apostolicæ jubente Magistratus Tolfetanus duobus prædictis Custodibus jure possidendum tradidit. Post hæc præcipientibus, ac dirigentibus prædictis DD. Cardinalibus, quæ ad ædificium inchoandum necessaria videbantur, Operarij eidem præfecti adornabant, hoc verò nonnisi anno proximè sequenti, quo primùm Eremitæ è Monte Senario huc advenere, inchoatum fuit, de quo proinde ad annum illum erit deinceps agendum.

Recolenda pariter hoc anno est, & dignis laudibus prosequenda Imago quædam B. V. Mariæ Dolorosæ in pariete depicta apud agium intra Clausuram .r. Cœnobij nostri G Spoleti juxta viam publicam: cùm enim die 8. Julij Filiolum suum cæcum à nativitate ad hanc venerandam detulisset Mater, quem ad alias Sanctorum Imagines, aliaque pia Loca eodem consilio detulerat, ac B. Virginem enixè deprecaretur, sicuti jugiter deprecari solebat, ut facultatem videndi Filio suo impetraret, de repente Filius; *O Mater mea* inquit, *quàm speciosa est hæc B. Virginis Imago!* Tum genitrix, *quidnam est hoc? Videsne Fili mi?* mox Filius, *utique video*. Cùm verò præclatum hoc miraculum in vulgus invaluisset, certatim omnes eò confluere cœperunt Sacram illam Imaginem de genu supplices venerari, & larga subsidia conferre, quorum ope prædictus ager undequaque muro cirH cumdatus fuit. Tempore quoque ineunte Princeps Pamphilius Ecclesiam ibidem à fundamentis excitandam curavit, qualis etiamnum visitur, cæteroqui parvulam, neque parem tanti Principis munificentiæ, qui cùm eandem vidisset omninò absolutam vehementer indoluit, & de Procuratore suo graviter conquestus fuit. Cæterùm Populi erga Sacrã hanc Imaginem veneratio jugi tenore semper increvit, quamobrem Civitatis illius Proceres, ut eadem faciliùs adiri posset ab omnibus intra ejusdem Civitatis mœnia Portam aperiri de novo mandarunt; quæ proinde nomine, ac titulo B. Virginis 7. Dolorum vulgò circumfertur; quod autem beneficentiam Deiparæ

Spoleti in nostro Conv. Imago B. V. M. Dolor. miraculis illustris.

paræ

paræ experiatur ibidem Populus plurimæ Tabellæ votivæ ibidem appensæ declarant.

Obitus, & gesta P.M. Petri Dionysij Veglia Perusini.

Moritur Pisis hoc anno die 15. Augusti, cæteroqui immortalitati nominis consecrandus P. M. Petrus Dionysius Veglia Perusinus, utique minimè prætereundus. Vir iste in disciplinis Mathematicis apud omnes celeberrimus plurimos in Patriâ iisdem erudiendos suscepit, qui verè tanto Magistro dignos se præstitere. Typis edidit Geometriam practicam, opus maximo habitum in pretio, libellum quoque edidit, quo leges traduntur horis solaribus assequendis super lineas manuum aptissimæ; necnon alium de calculo Ecclesiastico. Excellens fuit in idiomate tum Græco, tum Hebraico, cooptatus fuit in Patriâ celeberrimæ Insensatorum Academiæ; hinc Commentarium valdè ingeniosum scripsit super itineribus Parnassi, quod opus Poeticum erat Cæsaris Caporali de Perusio famâ notissimi Poetæ. Perfectissimè Herbarum, atque simplicium vires assequutus adeò per omnium ora dignis laudibus versabatur, ut Serenissimus Cosmus II. Medices Magnus Dux Etruriæ Viridarium simplicium instituere volens Pisis, & in almâ illâ Universitate lectionem de hac re habendam præcipere, præ cæteris, & quidem pluribus, tum è Germaniâ, tùm ex Angliâ, tum ex Gallijs, tùm ex Italiâ, qui Celsitudini suæ se ad id muneris obtulerant, Dionysium nostrum prætulerit, ipsique constructionem Viridarij demandarit, quâ quidem in re votis suis minimè frustratus fuit Serenissimus Princeps. Præter ea, quæ de simplicibus scripserat Marhiolus, centenarium aliud simplicium addidit Dionysius, quæ nemo adhuc deprehenderat, eorum naturam, qualitates, proprietates, & effectus explicando, necnon docendo, quonam modo, & quo loco oriantur, cujus speciei sint, cujus figuræ, cujus coloris. Denique plura adhuc supersunt ejusdem manuscripta, Disciplinas Mathematicas potissimùm spectantia.

Conventiones Patrū de Rhegio cū DD. Operarijs illius Eccl. à Summo Pontif. confirmatæ.

DD. Cardinalium Guidonis Bentivolij, & Julij Sacchetti operâ Servitas inter apud S. Mariam de Rhegio Lepidi, & DD. Laicos ab ejusdem Civitatis Proceribus electos pro .1. administratione temporalium quorumlibet ad Sacram B. Virginis Imaginem ibidem positam quoquomodo spectantium, pacta 21. inita fuere, & vicissim acceptata Ecclesiæ decori, feliciori gubernio, omnium tranquillitati accommodatissima, habito super iisdem Instrumento publico, de quo rogatus fuerat Dominicus Grandus Civis, & Notarius Rhegiensis die 2. Maii hujus anni, quibus proinde se subscripsere P.M. Angelus Maria Berardi Procurator Generalis Ordinis nostri in Romanâ Curiâ nomine Servitarum de Rhegio, nomine verò Senatûs, & Civitatis Rhegiensis Vincentius Gambazzocchi Rolio, & Horatius Boccaccius, quæ subinde à SS. D. N. Urbano Papâ VIII. per Literas Apostolicas sub datum Romæ die 26. Junii ejusdem anni comprobata, & confirmata fuere. Edita in lucem fuere Rhegij typis impressa linguâ vernaculâ ann. 1682. Hoc pariter anno Julius Cardinalis Sacchettus Ordinis nostri Protector decreta quædam edidit Disciplinam Regularem spectantia, & Generali opere complendi mandavit, sequentis tenoris.

Julius titulo S. Susannæ Presbyter Cardinalis Sacchettus, Religionis Servorum B. Mariæ Protector .2.

Districtè præcipimus, & mandamus Fratri Dionysio Bussotto Ordinis Servorum B.M. Virginis Priori Generali, & ejus Vicarijs delegatis, vel delegandis, ut Constitutiones, & decreta prædicti Ordinis, necnon Summorum Pontificum sanctiones in omnibus quidem, sed præcipuè in ijs, quæ ad cultum Divinum, ad Vitæ Religiosæ profectum, & ad studiorum incrementum pertinent, diligenter servari faciant, ne (quod maximè dolendum nobis esset) prædictus Ordo in præsenti à primâ, laudabilique sui Institutione recedere agnoscatur. Videat itaque Generalis super præfatis, consideret, arguat, corrigat eâ, quâ decet charitate, & quatenus exigat Justitia, ad pœnas etiam rigorosas puniendo descendat; & quoad studia per semetipsum, vel per specialem Delegatum studentes omnes, & Baccalaureos in Visitatione, aut extra ipsam cùm poterit, aut illis placuerit rigorosè examinet, atque (oneratâ illius, & sui Delegati Conscientiâ) sub pœnis etiam excommunicationis, & suspensionis ab Officio, arbitrio nostro, si nobis aliter constiterit, juxta prædicti Ordinis Instituta, & Reformationis decreta, quos non profecisse, vel minùs idoneos ad proficiendum repererit, suspendat, privet, abradat, deque studiorum numero ejiciat.

Datum Romæ 20. Decembris 1636.

Julius Cardinalis Sacchettus Protect.

B. Joachimi Corpus .1. quod in Ecclesiâ nostrâ de Senis sub Arâ majori in Arcâ marmoreâ singulari veneratione colebatur, hoc anno primâ Mensis Maii Dominicâ, magno totius Cleri, Magistratuum, & Populi concursu celebri supplicatione per Urbem habitâ in Sacellum, quod eidem Beato dicaverat in eâdem Ecclesiâ Jacobus J. U. D. de Campanis, translatum fuit, ibique super Altare collocatum, conditum, laminis, atque sigillis munitum, exceptis tamen capite (en quòd aliquando publicæ venerationi exponi solet) & sex ipsius Costis, ex quibus quatuor dono datæ fuere hisce nostris Ecclesiis, scilicet D. Annuntiatæ de Florentiâ, S. Mariæ Novæ de Perusio, S. Petri de Aretio, S. Mariæ de Quercu Luciniani, alterâ Serenissimæ Archiducissæ Annæ Julianæ, alterâ demum Ecclesiæ ipsi Senensi, quâ passim infirmis adhibitâ plura operatur Altissimus miracula.

ANNOTATIONES IN CAP. XIV.

1 *Ex monum. illorum Conventuum.*

2 *Ex Reg. Gen. Bussotti.*

Ordi-

Ordini nostro tribuitur Ecclesia S. Crucis propè Bonnam constructa.

C A P. XV.

CHristifidelium religio erga Templum S. Crucis propè Bonnam increverat, ut cùm eò undequaque confluerent Peregrinantium more frequentissimi, eorum opportunitaribus explendis, decori augendo, S. Crucis cultui promovendo, sufficere minimè videbantur Ecclesiastici illi, qui vicissim acciti Divina ibidem faciebant, quos Regia Serenissimi Electoris pietas, cæteroqui liberaliter alebat. Quaptopter omnibus consulere volens Serenissimus Elector animo secum reputate cœpir, quinam eò ad-F vocari possent, qui perpetuò apud dictam Ecclesiam permanentes diù, noctúque Dei laudes canerent, & Divina Christifidelibus Sacramenta ministrarent. Ut primùm hæc Serenissimi mens vulgò innoruit, mox singuli Religiosorum Ordines, Magnatum eriam interposito præsidio, solicitè instare cœperunt, ut id muneris, ac Domicilium sibi rribueretur; aliunde verò Præposituram alii hîc erigi suadebant, omnibus in varia studia distractis. Hos inter Religiosorum Ordines nulla tunc Servitatum, veluti planè incognitorum mentio erat vel minima, & si quæ fortè fuisset, quisnam tot aliorum ardentibus votis, & gravioribus meritis non obruendam putasset? etsi verò nullus hominum pro Ordi-G ne Servorum ibidem excitando cogitaret, curæ tamen hoc fuit Sanctissimæ Dominæ, cui planè acceptissimum erat, quòd sicuti ipsa propè Filii Crucem dolote affecta steterar, ita & ejusdem Servi apud Ecclesiam illam degerent, in quâ speciali cultu Christifideles prosequebantur Christi Domini Crucem, ejúsque Matrem eidem Cruci astantem. Itaque dum cæteri Ordines, ut diximus, summo studio urgerent, ut in hoc loco assequendo sua vota explerent, Serenissimus verò Elector, Deo, ac Deiparâ ipsum dirigentibus, licèt hoc is non adverteret, in hac re meditabundus, singula cogitatione tacitâ secum æstimans tempori indulgeret, neque sibi in ullo ex ambientibus Ordinibus satis omninò faceret, H Sacerdos quidam ex Ordine nostro Mantuæ natus, ibique Professus nomine Fortunatus Zanotti Vir probus, & Electori non mediocriter acceptus, cui Capellani pariter, & Musici munere viginti tres annos inservierat jam sexagenarius, cùm apud Serenissimum eundem Electorem, necnon apud Principem Osnabrugensem eo temporis Præpositum Bonensem plurimùm polleret, statim ac intellexit cæteros Religiosos locum hunc omni prorsus solertiâ Ordini singulos suo vindicare curasse, nulli tamen hactenus promissum esse, singulari quodam ductus instinctu idem sibi quoque licere ratus, nec vitio sibi vertendum, si & ipse pro suo illuc introducendo Ordine studuisset, aleam tentate decrevit. E Quaptoptet summâ perfusus lætitiâ rei periculum facturus, maturè Principem Osnabrugensem adiit, pro suo Ordine institit, & ut longè securiùs Electoris mentem expugnaret ope hujus Principis adhibitâ, duo admodum gravia non contemnendarum rationum momenta in medium adduxit; eorum unum erat, quòd Templum, de quo agebatut, non modò giorlosæ Christi Domini Cruci, verùm etiam ejusdem Matri vicem ejus lugenti juxta Crucem surrexisset; quo sanè titulo nullus alius magis, quàm ipse suus Servorum Ordo quadringentis jam annis gauderet. Alterum verò in sodalitio ejusdem Dolorosæ Deiparæ adeò laudabiliter ibidem erecto fundabatur, quod planè vel ex ipso Scapulari nigro tan-F tum suscepisset incrementum; propteteà æquissimum videri, quòd Serenissimus definiret, sicuti sodalitium Ordini, sic Ordinem sodalitio, ejusque Templo deberi. Hisce rationum momentis permotus Princeps Osnabrugensis affectum illicò singularem ostendit, animos addidit Patri, certamque Loci assequendi spem fecit, pollicitus se cum Serenissimo hujus negotii momentum pro virili curaturum, & pro Ordine Servorum acturum. Nec mora cum Serenissimo Ferdinando prædictas Fortunati animadversiones adeo sollidè, & adeò maturè contulit, ut jam tum Serenissimus pro Ordine nostro stare decreverit; neque enim tantæ molis erat, cæteroqui tenerrimum erga mœstissimam Dei Matrem G ejus animum etiam in Ordinem ejusdem Dolotibus addictum inclinare. Nil exinde Ferdinandum morari potuit, non difficultates variæ in receptione novorum Ordinum apud Episcopos oriri solitæ; non Ordinis Servorum exigua admodum, vel penè nulla in ijs tegionibus cognitio, neque ejus à longè petendæ ardua ratio admissionem morabatur, adeò huic causæ favere videbatur Deipara. Intetim omnia apud Principes prædictos, & P. Fortunatum determinationis habitæ conscium opportuno premebantur silentio, ne partus vix benè natus longè celeriùs, quàm par esset, expositus, facilè suffocandus expiraret.

Plures Ordin. Regular. petunt hãc Eccl.

Princeps Osnabrugẽsis P. Zanotti Mãtuani operâ agit cũ Serenis. Coloniæ Electore pro Eccl. Ordini conferendâ.

Exiguam, vel penè nullam Ordinis nostri H notitiam apud Colonienses tunc fuisse dicebam, nec temerè quidem, in ijs enim Germaniæ tractibus, & Ordinem, & nomen tempora illa ignorabant. Quamvis enim Congregatio quædam Sanctimonialium Ordinis hujus nostri, quemadmodum advertit Augustinus Romer lib. 8. cap. 16., intra Coloniensis Civitatis Mœnia ibi, ubi nunc Ven. Societatis Jesu Collegium tenet, ab immemorabili tempore cæterorum Ordinis Cœnobiorum ruinam evaserit, hoc ipsum tamen Sanctimoniales illæ nesciebant, quousque à Nostris de suo Ordine certis argumentis docerentur; è quibus ad erudiendos Posteros juvat hîc attexere monumentum quoddam, quod in Coloniensi

Congregatio Sanctimonialiũ Ord. in Urbe Coloniensi.

Monum. quoddã in Coloniensi Sacrario expositũ antiquitatem Ordinis demonstrans.

niensi Sacrario expositum insignem Ordinis antiquitatem perspicuè demonstrat, cujus en verba ipsa: *Anno itaque 1272., melius 1273. cùm Romani Imperij Status interregno, & variis tumultibus diù jactatus à Rodulpho I. Austriaco esset componendus, hoc eodem anno evocavit etiam Philippum Benitium Ordinis Servorum B. M. Virginis Generalem, ut Germaniã obiens peccatorum pœnitentiam concionaretur. Beatus igitur Philippus superiorem, inferioremque Germaniam magnis erudiens curis Embdam Orientalis Frisiæ Metropolim ad Oceanum usque pervènit: ex eâ profectione videtur juxta Bonnam Monasterium Servitissarum ad S. Baldericum nunc unitum Collegio Dietkirchensi, in cujus vineâ adhuc videntur Rudera S. Balderici, constituisse. Ex eâdem B. Philippi Benitij profectione hoc Servitarum B. M. Virginis Vestalium propter honorem Filij Matris obsequio addictarum Monasterium Coloniæ conditum singulari Dei beneficio in hæc tempora permansit, mediocribus initijs, & varijs translationibus in hanc sedem, & S. Luciæ Ecclesiam tandem plantatum. Primò enim dicuntur Sorores Servitæ tenuem sortem, Locumque in Plateâ dictâ Katzenbug prope Armamentarium Civitatis habuisse; deinde in S. Marcelli plateam translatæ ex adverso Achatiani Sacelli habitarunt, donec Patres Societatis in eâ parte comparatis ædibus transegerunt, ut ipsæ ad S. Laurentium in quasdam Societatis ædes migrando veterem Locum Societati cederent. Cùm autem Clarissæ ad S. Luciam in Viltzengraben locatæ ad novum forum in novum Monasterium transferrentur, vetus illarum Monasterium dicatum D. Luciæ anno MDCXL. hæ emerunt, & vendità domo ad S. Laurentium istbuc migrarunt, ubi cum laude pietatis Deo, hominibusque subserviunt subjectæ Archiepiscopali Jurisdictioni.*

Quæ quidem satis esse videntur ad exhibendas Ordinis nostri Reliquias, quas Generalis Buffottus genuinas ejusdem esse propagines agnovit, & proinde Sanctimoniales ipsas, tanquam veras Ordinis Filias de novo adoptavit.

Verùm è diverticulo in viam redeamus. Itaque cùm non adhuc pateret pro Ordine nostro illuc introducendo obvia ratio, P. Fortunatus æquè solicitus, ac lætus Serenissimo suggerit Oeniponte Tyroleos Cœnobium quoddam hujus Ordinis, ac veluti ejusdem in Germaniâ plantarium recèns fundatum inveniri, ibique simul Generalis Vicarium residere: vix hoc intellexit Serenissimus Elector, cùm incredibili gaudio perfusus quàm citissimè ad eundem Vicarium, ætate illâ P. Archangelum Benivenium duas Epistolas, unam Bonnâ, Ratisponâ alteram, ubi tum in Comitijs Imperialibus agebat, expediri mandavit anno 1636. die 11. Decembris datas, quæ 4. Kalendas Januarij Oenipontem supervenere, quarum is erat tenor.

Serenissimi Electoris Colon. Literæ ad P. Vic. Gen.

ADmodum Reverendæ Paternitati Vestræ innotuisse arbitramur, quâ ratione Nos aliquot ab hinc annis ex singulari erga D. Virginem devotione in ejusdem honorem non procul à Residentiâ nostrâ Bonnensi Ecclesiam novam extrui curaverimus, in eâdemque sodalitatem D. Virginis Dolorosæ erexerimus. Cùm porrò in dictâ Ecclesiâ devotio Christifidelium per Dei gratiam eò excreverit, ut etiam miraculis diversis illustrata existat, Admodum Reverendus quoque Generalis Ordinis vestri motus sit hanc sodalitatem auspicio nostro institutam Archiconfraternitati Romanæ incorporare, eandemque omnium Indulgentiarum, ac meritorum participem facere; hinc Nos tanti beneficij memores dictam Ecclesiam ad Majorem Dei Omnipotentis, suæque Matris Dolorosæ gloriam, necnon Christifidelium devotionem augendam Ordini vestro appropriare intendimus. Ut autem appropriatio hæc tantò solidiùs procedere possit, requirendam duximus Paternitatem Vestram, ut duos ex Patribus suis sufficienter instructos ad nos ante discessum nostrum mittat, qui nobiscum de modo, & formâ communicent, stant circa reditum nostrum ad partes Rhenanas quatuor vestri Ordinis Sacerdotes nobiscum ad dictam Ecclesiam regendam possint proficisci, expectaturi desuper Paternitatis Vestræ celerem resolutionem, cujus precibus, & Sacrificijs nos commendamus, & gratiam nostram deferimus.

Ratisponæ die 11. Decembris anno 1636.

Ferdinandus Imp.

Hisce Literis acceptis Vicarius Generalis Archangelus singulari, ac propemodum inexplicabili voluptate affectus, re statim cum gravioribus Patribus collatâ, Serenissimo Electori eâ, quâ decebat, religiosâ modestiâ, ac debitis pro tantâ benevolentiâ gratijs humillimè respondit, se inter eximia beneficia numerare occasionem hanc Ordinis amplificandi clementissimè oblatam, seque proinde cum suis Patribus à nutibus Serenissimæ suæ Celsitudinis omninò pendere; quo responso habito Serenissimus Elector Patres ipsos ad se Bonnam vocavit, quò ipsi pervenere anno sequenti, prout ex mox dicendis constabit.

ANNOTATIONES IN CAP. XV.

AUg. Romer Serv. Mar. lib. 8. cap. 15. & seqq.

Servitæ Bonnam tendunt. Designatur Fabrica pro Ecclesiâ, & Eremo B. Virginis de Monte Urbano.

C A P. XVI.

SErenissimi Electoris Coloniensis Literis Ratisponæ datis, ut diximus, die 11. Decembris anno 1636., & Oeniponte acceptis IV. Kalendas .1. Januarij ejusdem anni, P. Archangelus Vicarius Generalis responsioni cohærens hisce Literis datæ aliquot è suis Patribus Bonnam .1. versus ad Serenissimum Electorem dirigere meditabatur,

tur, quoniam verò Sereniſſimus adhuc hærebat cum cæteris ſeptem. Vitis Ratiſponæ ad Danubium, quò eos Auguſtiſſimus Ferdinandus II. Imperator, ad graviſſima Imperij negotia conficienda, Regiſque Romanorum ſibi jam Senectute, & pluribus curis confecto ſucceſſuri electionem evocaverat, & ubi ſubinde in Regem Romanorum electus fuit Ferdinandus III. Secundi Filius, propterea ne fruſtra tempus ulteriùs terere cogeretur, duos Patres Amadeum Mariam Stieber, & Cœleſtinum Mariam Pappus cum F. Ubaldo ad Sereniſſimum deſtinavit; & ut omnia majoris ponderis eſſent, & majoris auctoritatis, ipſemet Archangelus unà cum illis eò pergere Kalendis Januarij anni 1637. aggreſſus eſt, & ex itinere relictis P. Amadeo, & F. Ubaldo Monachij, cum cæteris Socijs, P. Cœleſtino, & F. Mariano 6. idus ejuſdem Menſis Ratiſponam feliciter appulit; quò ſimul ac venit altero ſtatim die Principem Epiſcopum Oſnabrugenſem ſupremum Electoralis Aulæ Præfectum P. Cœleſtino Comite convénit, qui ſtatim Archangelum humaniſſimè amplexatus de conſilio Electoris manifeſtiùs edoctum ad Sereniſſimum ipſum pari humanitatis laude Advenas expetitos recipientem introduxit, ubi inito perfamiliari colloquio, Sereniſſimus de ſuo ſpeciatim adventu maximè commendavit; quia verò Sereniſſimum aliò vocabant negotia, memoratum Epiſcopum Oſnabrugenſem, duoſque Conſiliarios cum Vice Cancellario D. Joanne Kepero, qui ſuas tantisper vices agerent in præſentis negotij compoſitionem, conſtituit, quoad ſibi ipſi intereſſe liceret. Tertio ab adventu P. Vicarij die de acceptatione Loci cum omnibus juribus, & attinentijs inter utramque partem amicabiliſſimè tranſactum eſt, Sereniſſimo in Ordinem eximiè ſe propenſum exhibente. Rebus ita compoſitis Archangelus Oenipontem repetit, Cœleſtinus autem cum P. Amadeo, & F. Ubaldo ſupervenientibus Monachio in Electoris Aulâ ſubſtitit, donec tribus elapſis hebdomadibus magna Aulicorum pars inde Bonnam ſolveret, quo in itinere noſtrorum curam habere juſſus eſt Segerus Straus Conſiliarius Electoralis de Ordine noſtro optimè meritus. Navis, qua Servitæ noſtri vehebantur, multis inſidiantium Haſſorum, Svecorumque periculis ſuperi or ſalva, & incolumis auſpice Deo 12. Kalendas Martij hujus anni Bonnam tenuit. Littore digreſſos noſtros hos Patres apud ſe perhumaniter hoſpitio excepit uſque ad Palmarum Dominicam alibi memoratus P. Fortunatus Zanotti, quibus diebus à noſtris in ſæpe dictâ Eccleſiâ Divina peracta fuere Myſteria.

PP. Servitæ Electorẽ Coloniẽſem adeunt recepturi Locum S. Crucis propè Bonnam

Martio labente Ratiſponâ Bonnam redierat Sereniſſimus Elector; hic verò mandavit, quòd die Feſto B. Virginis ab Angelo ſalutatæ noſtri poſſeſſionem acciperent Eccleſiæ, & quemlibet poſſeſſorium juris à ſe tributi actū exercerent. Quapropter mandato obtemperantes Noſtri diſpoſitis ad invicem Eccleſiæ munijs ita rem ſuſcepere, ut Electore ipſo vidente, & audiente P. Cœleſtinus Cathedram ad Populum dicturus aſcenderet, P. Amadeus S. Tribunali aſſideret, & F. Ubaldus, quæ ad Æditiuum pertinent per Eccleſiam curaret; Ædiculam enim Templo adjectam anguſtam quidem ab uſque Palmarum die poſſidere jam cœperant; interim dum Servitæ munijs ſuis ſedulam operam dare ſatagebant, non defuere minùs æqui augures, qui ex obſcuritate Ordinis malè deinceps quoad Eccleſiam S. Crucis adminiſtrandam actum iri diƈtitabant, concurſum Populi ſcilicet cum religione Loci fore certò imminuendum. Servitæ verò contra nebulonibus hiſce neglectis longè alacriùs agentes, Divinóque ſuffulti præſidio iniqua loquentium os brevi obſtruxere, cùm ipſis Eccleſiam adminiſtrantibus augeretur potiùs luculentiſſimè, quàm decreſceret eò peregrinantium copia, vel ipſis Paræciarum Decurionibus de ſubtractis ſibi Concionibus graviter conquerentibus, non enim aliàs antea, ſicuti modò, ſingulis diebus feſtis ad Populum apud S. Crucem è ſuggeſtu dicebatur. Quin etiam toto tempore Paſchali ſingulis diebus duo, tres, ac plures ſupplicantium cœtus eò pergebant, ita quidem ut ſæpiùs eorum obſequijs pro concurſûs augmento impares PP. alienis indigerent auxilijs; quapropter Sereniſſimum Electorem adiere Servitæ, & plures ab ipſo juxta laboris incrementum ſubſidiarios è Tyroli Socios humillimè petiere; Elector autem ipſis minimè abnuens aliquantulum auctâ habitatione Vicarium Generalem requiſivit, ut adhuc tres alios Oenisponte eò tranſmitteret; ſingulari Epiſtolâ 8. Kalendas Novembris datâ per Franciſcum Guilielmum Epiſcopum Oſnabrugenſem aliàs memoratum, quâ pariter pro novis alendis Patribus ſubſidia promittebantur. Sereniſſimo Electori ſtatim obſequutus Archangelus eò tranſmiſit PP. Hieronymum M. Stauber, Auguſtinum Mariam Hatzlum, & F. Peregrinum M. Amalander Laicum, quorum primus, Oenipontani regiminis olim Conſiliarius, qui primò regeret receñs hoc ad S. Crucis Cœnobium ab Archangelo decretus fuit, & unà cum Sociis Bonnam citiſſimè advénit.

Acceptũt PP. poſſeſſionẽ Eccl. die 25. Martij.

Creſcẽte Populorum cõcurſu, tranſmittuntur alij Patres, & augetur Cœnob.

Cùm hæc apud Bonnam agerentur, & conſtruendæ recèns Eccleſiæ in honorem Beatiſſimæ Virginis de Cibonâ neceſſaria quæcunque adornarentur, ut ad annum proximè ſuperiorem eſt dictum, mandante Eminentiſſimo 2. Sacchetti, Ordinis noſtri Protectore, & Sereniſſimo Magno Etruriæ Duce commendante ex Eremo Montis Senarij habito per ſecreta ſuffragia Patrum illorum conſenſu eò miſſi fuere Sacerdotes duo Eremitæ, nimirum P. Benedictus Florentinus è nobiliſſimâ Familiâ Morelli maximè quidem conſpicuus, tum claritate generis, tum vitæ integritate, & P. Zenobius Simoni de Piſciâ Sanctitate morum notiſſimus, qui cùm in ſeculo dege-

Duo Sacerdotes Eremitæ Mõtis Senarij ſe conferũt ad Mõtem Urbanum.

degeret lauream Doctoralem in utroque jure consequuturus fuerat. Hi ergo primi hujus Eremi de Ciboná Incolæ designari 6. die Aprilis hujus anni ad Palatium rei aluminariæ pervenere summâ animi jucunditate ab omnibus excepti, præsertim verò ab Eminentiss. DD. Sacchetto præf., & Pallotta, qui præ singulari desiderio, quo tenebantur, ut locû illum incolerent, ipsique ministrarent, singularibus quoque humanitatis officiis eos prosequuti fuere. Cùm autē omnia inchoādæ fabricæ necessaria, ejusdemque areæ designandæ in promptu forent, prædicti DD. Cardinales, ut magnum hoc opus faustis procederet auspiciis, salutiferum Sanctissimæ Crucis signum in eminentiori collis situ propriis manibus posuere plaudentibus maximè, & incredibili voluptate perfusis omnibus, qui ad sacram hanc cæremoniam suspiciendam frequentissimi convenerant. His expletis DD. Cardinalibus præsatis mandantibus, plurimi ad hoc designati in frusta cœdendam sylvam assumpsere, ut super ejus aream subinde recentis Ecclesiæ, recentisque Cœnobij figura delineanda esset. Ijs verò statim ac operi manum admovere, plurimi alij nonnisi Divino Spiritu perciti accessere, qui è medio Turbæ prosilientes, instrumentis opportunis instructi, prioribus illis sponte se adjungentes mirabili alacritate opus aggressi diem illam jucundissimam præstitere, & paucis horis non sine magnâ cæterorum admiratione antiquissimam illam sylvam solo æquarunt, & aream delineandæ novæ fabricæ aptam detexere. Intereà dum ligna cœdebant prædicti homines, & sylvam evertere nitebantur, præfati DD. Cardinales possessionem corporalem, & realem recepere Montis è regione Ecclesiæ, atque Cœnobii recèns construendorum positi septentrionem versus, quem montem eòquod dono ipsis dederat Urbanus Papa VIII. ad definiendam novæ Eremi clausuram, & quod dies illa 25. scilicet Maij Sancto Urbano Papæ, & Martyri nuncupata erat, nomine Montis Urbani discernendum esse decrevere, & celeberrimam B. Virginis Imaginem, hactenus dictam de Ciboná in posterum de Mōte Urbano denominandam; quòd sanè in publicis scripturis, & instrumentis servatum esse videmus.

Emin. Cardin. ponunt propriâ manu signum Sanctissimæ Crucis.

Antiquissima Sylva solo æquatur.

Cur Imago B. V. de Cibonâ denominetur nunc de Monte Urbano.

Duo illi Eremitæ solitariæ, & austerioris vitæ percupidi, Cellulas quasdam B. Virginis Sacello contiguas D. Francisci Covoni Gubernatoris aliàs memorati operâ, ex asseribus sibi construxere, reverâ maximè angustas, corpori quidem graves, sed jucundissimas eorum spiritui, cui eò gratius erat illud vivendi genus, quò corpori majorem inferebat molestiam. Inde verò majus ipsis accedebat incommodi, quòd longè remotior ab eorum ædiculâ erat aquæ copia, verùm piissima gratiarum Mater diù passa non fuit hujusmodi Servorum suorum inopiam, cui proinde mirabili quadam ratione opportunè consuluit.

Eremitarum tenor vitæ.

A Plurimi quidem speciali veneratione, tum Sacratissimam illam Imaginem, tum Eremitas prædictos venerabantur, quos inter Capitaneus quidam erat nomine Ægidius Gilij. Consueverat hic Sacratissimam illam Imaginem frequenter adorandam invisere, & Eremitas illos simul humaniter convenire; accidit autem, ut cùm eò pergeret quadam die elevari viderit, non procul à B. Virginis Sacello, tenuissimum quendam vaporem ad instar nubeculæ, qui à solaribus radijs elatus jugiter ascendebat; hinc haud temerè conijciens aliquam ibi esse venam aquarum, Eremitas illicò de hac re certiores fecit, & propriis ejus expensis altissimâ foveâ effossâ, incredibili omnium gaudio exilire statim visa est uberrima aquæ vivæ christallinæ vena,

B quam rectà ex infimâ parte infra Sacellum Deiparæ originem ducere luculenter deprehenderunt. Capitanei prædicti industriâ elegans ibi fons formatus brevi fuit, qui sanè non mediocri voluptati, atque utilitati, tum Eremitis illis erat, tum eò peregrinantibus ad Sacram illam Imaginem adorandam. Ne verò lateret, quòd aquæ hujus beneficium intercessione Cœlorum Reginæ divinitùs collatum erat, proximè sequenti prodigio, quod inspectante frequentissimo Populo contigit, eadem Domina planum omnibus fecit. Celebrandum solemniter hoc anno primùm erat S. hujus Imaginis Festum Eminentissimis præfatis jubentibus secundâ die Pentecostes, quæ secunda Mensis Junij fuit, in perenne monu-

Invenitur industriâ cujusdā Capitanei vena aquæ, et construitur fōs.

C mentum prioris illius miraculi, quod pro Muliere nefario spiritu obsessâ liberandâ, de quâ superius, perpetraverat ibidem Dominus, quia verò Summus Pontifex Urbanus VIII. Indulgentiam Plenariam, & generalem peccatorum remissionem Christifidelibus omnibus concesserat, qui legitimè confessi, & Sacrâ Communione refecti sacratissimam illam Imaginem die illâ visitassent, ea fuit Populorum ad Locum hunc confluentia, ut præter alios non paucos, ij solum, qui Sacræ Mensæ accubuerant plusquam tria millia fuerint. Hac igitur die tantæ solemnitatis per aquam prædictam admiranda præstitit Beatissima Virgo. In Pago proximo Tolfa Vir quidam aderat nomine Franciscus Bardozzi Fili-

Populorum cōcursus in primâ S. Imaginis festivitate.

D us, gravissimâ iandiù infirmitate detentus, quin unqam è remediis humanitùs excogitatis aliquod ipsi adjumentum accessisset, vel accessurum speraret; Certior factus Franciscus de Solemnijs in honorem Sanctæ illius Imaginis proximè celebrandis, nocte Solemnia ista præcedente, in spem magnam erectus opem ejus implorabat, nec votis ejus defuit Benignissima Domina, siquidem ipsi videndam se præbuit singulari luce circumfusam, & comiter subridens hæc dixit. *Francisce, Sacellum mihi dicatum adeas, & novi fontis aquā bujus deliba, juxta Sacellum positi, illicò sanitatem integram recuperabis*: & his dictis evanuit. Quā animi jucunditate affectus fuerit Fran-

Fonte constructo mirandā quadam B. Virgo bujus aquæ virtute operatur

ciſcus propter hoc Beneficium explicari non poſſearbitror, ipſe proinde via illuceſcente die alieno ad Sacellum delatus auxilio, quò maaima populorum vis jam convenerat, vota. preceſque ad B. Virginem iterum humillimè capoſuit, deinde ad fontem eâdem ratione ductus, ubi præſtò futurum ſperabat infirmitati ſuæ remedium: mirabile dictu! vix delibatâ aquâ illâ ſalutari non abſque inſigni fiduciâ, ac religione, obſtupeſcentibus omnibus, qui modò ſemianimis erat, incolumis, & integer omninò evaſit, adeò quidem, ut alienare non ampliùs indigus opis ad Sanctiſsimam ſuam Liberatricem ſtatim redierit plurimis gratijs pro tanto beneficio referendis; quæ quidem omnia P. Zenobio de Piſciâ ea Eremitis alteri fideliter, ac diſtinctè retulit, ut res ipſa verè mirabilis ad Poſteros propagaretur; quæ proinde idem P. Zenobius eaactè deſcripſit, & deſcribenda in poſterum aſſumpſit, unà cum plurimis alijs, quæ B. Virginis interceſsione jugiter operabatur Altiſsimus, quæque utpote numero quocunque ferè diaerim ſuperiora recenſere ſingula non licuit; recenſuit autem ſolùm uſque ad mille bis centum, & viginti tria, trium annorum ſpatio duntaxat perpetrata: quorum aliqua ad annum 1638. referemus. Completis igitur magnis hiſce ſolemnijs DD. Cardinales prædicti maximè cupidi delineatam Eremum inchoatam videndi operæ pretium eſſe cenſuerunt ante omnia collem ad hoc decretum humiliare, quippe qui magnificentiæ ideæ conceptæ ab ipſis Cardinalibus impar eſſe videbatur. Centum viginti verò Operarijs adhibitis pluſquam per annum integrum ad opus ſedulò incumbentibus triginta, & amplius Palmos collem humiliarunt. Intereà deprehenſæ fuere ab Operarijs, quibus præerat Capitaneus Vincentius Celli è Tolfâ, ſea Urnæ lapideæ non mediocris antiquitatis, in quibus profectò theſaurum aliquem inſignem ſeſe adinveniſſe ſperarunt, incredibili proinde affecti lætitiâ, quippe qui præſenti neceſſitati quàm aptiſſimè quadraſſet, verùm ſpes eos fefellit, in ijs enim nonniſi Cadavera in cineres redacta repererere.

Sublimis humiliatur collis pro deline andâ magnificentius Eremo.

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

1 *Ug. Romer Serv. Mar. lib. 8. cap. 18.*
2 *Ex monum. Eremi B. V. de Cibonâ.*

Generalis Dionyſius Literarum ſtudia promovet. P. Joſeph Maria Suarez moritur. Moriuntur quoque Arſenius Maſcagni, & Chriſtina Lotharingia.

C A P. XVII.

Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Sacchettus Ordinis noſtri Protector anno proximè præcedenti nonnulla Decreta ediderat contra ambientes, & contra negligentes ſtudia Literarum ſub datum die 20. Decembris, quamobrem .1. Generalis
E Dionyſius hiſce Decretis inhærens, cùm Ordinis Cœnobia luſtraret, ſtudentes ad eaamen vocaverat, & qui in literis minimè profecerant, prout eorum eaigebat conditio, nomine, & Literis patentibus ſtudentium, nonnullos privavit, nonnullos etiam Baccalaureos ab eo gradu ſuſpendit, ſive per ſeipſum, ſive per ſuos Vicarios. Verùm ne hujuſmodi pœna adoleſcentes cogeret ad ſtudia detrectanda, & otio indulgendum, quæ potius illos eacitare debebat, ut ſtudijs alacrius operam darent, ſub datum die 7. Novembris hujus anni ſingulis ſtudentibus, qui pœnas illas ſubierant, notum fecit, quòd iterum ipſis indulſiſſet examen ad hoc, ut gradibus, quibus eos reſpectivè vel privaverat, vel ſuſpen-
F derat, reſtitueret, ſi in Literarum ſtudijs, prout par erat, profeciſſent. Hoc pariter anno Oeniponte .2. moritur P. Joſeph Maria Suarez Ordinis noſtri Eremita, qui Generalis vices per Bohemiam obierat, ut alibi diximus, * & cùm plurimùm pro Ordinis noſtri augmento in Germaniâ laboraſſet, Chriſti bonus odor ubique, ſpeciatim Viennæ Cœnobio recèns erigendo maaimopere addictus, prout ad annum 1639. dicetur, Oenipontem vocatus fuit à Sereniſſimâ Claud à Medices Archiduciſsâ, eique à Celſitudine ſuâ varia munera demandata fuere apud Sereniſſimos Etruriæ Principes, necnon apud Regem Catholicum obeunda; quæ quidem feliciter præſtitit in Etruriâ, non autem in Hiſpaniâ, quod
G eò adeundi ceſſavit occaſio. Cùm autem Oenipontem rediiſſet, ut de ijs, quæ in Etruriâ geſſerat, Sereniſsimam certiorem faceret, paulò poſt in Cœnobio D. Joſeph graviter decubuit, & quamvis Sereniſsimi illi Principes nil intentatum reliquiſſent, ut à gravi illo diſcrimine ipſum vindicarent, nihilominus eidem cedere coactus, poſtquam per tres Menſes gravi illâ infirmitate detentus plurima eaibuiſset omnium virtutum ſpecimina, Deo ſolummodo plenus ſuum ipſi reddidit ſpiritum, cùm Patres in Choro Pſalmum 117. recitarent die 18. Septembris annos natus 51. è quibus 28. in Ordine duaerat. Obierat .2. die 14. Octobris anno 1631. Ceſenæ P. M. Bartholomæus Giangorgi eximius Orator, Poeta
H præclarus, & in Patriâ ſuâ publicus philoſophiæ Profeſſor, de quo plura quidem digna laude fas eſſet recenſere, ſed ea conſulere ſatis abundè erit, quæ illius Cœnobii Patres grati animi ergo in loco quodam Eccleſiæ conſpicuo honorificâ Inſcriptione italico idiomate publici Juris hoc anno 1637. fecere mox apponenda, ideoque obitum ejus modò referendum duaimus; interim Lectorem monitum volo Bartholomæum, tum in Ordine, tum in Patriâ ſingulari ſemper habitum fuiſſe in pretio, cujus argumentum inſigne eſt ſolemnis pompa, quâ eidem celebratæ fuerunt eaequiæ, ſive Muſicos concentus ſpectemus, ſive ornatum Eccleſiæ, ac tumuli, ſive lumi-

**ad ann. 1626. Cent. 4. lib. 9. c. 10.*

Obitus, & geſta P. Joſeph Mariæ Suarez Eremitæ Flor.

Barthol. Giangorgij obitus, & geſta

num

num copiam, five maaimam Populi affluentiam, five tandem, quod cæteris omnibus præftat, funeri ipfi interfuiffe D. Urbis Gubernatorem, & Magiftratum.

A. D. O. M.

A F. Bartolomeo Giangorgi da Cefena Servita
Padre delle vere fcienze, Maeftro dell' Arti,
Poeta efimio, Oratore infigne, Mufico perfetto
D'ingegno elevatiffimo, di Coftumi ottimi,
d' efempio commendabile,
per integrità di Vita ammirando,
Che reffe la Provincia di Romagna con fingolar
prudenza.
In fomma tranquillità.
Il di cui governo per le fue rare virtù, e qualità,
colle quali emulò i primi Letterati del fuo fecolo,
fi cattivò gl' animi di tutti,
meritò prima, che l' otteneffe.
Deftinato a reggere i principali ftudij
della fua Religione,
anzi conofciuto atto al Governo di tutta la
Religione
vero efempio di Religione
Vicario Generale in Spagna,
Filofofo publico della Patria,
Che fepolto inconfolabilmente lo piange
F. Marc' Antonio Carrara da Cefena
del medefimo Ordine Priore
In teftimonio dell' Offervanza, che profefsò
al di lui molto merito, mentre viffe,
Suo Signore, fuo Precettore
Cortefiffimo, Amantiffimo
L' Anno MDCXXXVII. li xx. di Settembre
meftiffimo di sì gran perdita.
Affiffe quefto funebre Muegno.

P. Arfenij Mafcagni Flor.

Moritur quoque Florentiæ die 10. Maij P. Arfenius Mafcagni de Florentiâ Pictor .2. egregius, qui Florentiæ in Clauftro D. Annuntiatæ in duabus Lunulis poft Bernardinum Poccetti in arte pictoriâ ubique Gentium notiffimum, Andream del Sarto, Matthæum Roffellini, & Venturam Salimbeni in eâdem arte confpicuos, non fine magnâ fui laude delinearat fundationem Ecclefiæ D. Annunciatæ, & mirabilem ejus Imaginis delineationem. Prætereà in ejufdem Cœnobij triclinio hiftoriam pinxerat in pariete de Mannâ Ifraelitis in deferto quotidie de Cœlo fluente, quæ tamen pictura anno 1701. diruta fuit, eò quòd ejufdem Tricliníj inftaurationi obftare videbatur. Denique ab Archiepifcopo Salfburgenfi fummis votis expetitus infignem ejus Cathedralem variis, & elegantibus picturis exornavit. His accenfenda videtur de Ordine noftro optimè meritâ Chriftina Lotharingia Magna Duciffa Etruriæ Ferdinandi I. Magni Ducis Uxor, quæ pariter anno proximè fuperiori die 19. Decembris è vivis exceſſerat, ipfam enim filentio .2. prætetire non abfque ingrati animi notâ licere videtur; fiquidem hæc Princeps Ecclefiæ noftræ D. Annunciatæ de Florentiâ, ejufque admiran-

Chriftinæ Lotharingiæ Magnæ Duciffæ Etrariæ.

dæ imagini maximè addicta fingulis diebus A eandem perfonaliter adibat; quot annis etiam recurrente die ejus Natalitio ad S. Altare ejufdem D. Annuntiatæ S. Communione reficiebatur unà fecum eò ducens tot pauperes viduas, quot ætatis fuæ annis pares effent, quibus deinde prandium opiparum, & liberalem eleemofynam in Palatio parabat. Præterea plura, eáque maximi pretij donaria eidem obtulit Ecclefiæ, quæ quindecim millia aureorum faltem æquare cenfentur; quibus addere decet, quòd fingulis menfibus eleemofynas ipfi Ecclefiæ erogabat tercentum aureos excedentes. Hæc igitur Sereniffima Princeps annos nata 63. eo anno decedens nunquam è cordibus noftris recedet, & jure quidem optimo eidem munificentiffimæ, & benemeren- B tiffimæ Dominæ illius Cœnobij Patres infigni pompâ parentarunt; .2. die 8. Februarij hujus anni 1637. Quo pariter anno PP. ijdem Lampadem argenteam D. Philippo apud Ecclefiam noftram .2. Tudertinam infigni pietate ducti per manus P. M. Rodulphi Gugliantini illius Florentini Cœnobij Moderatoris eo temporis obtulere, cùm Romanam Provinciam Generalis vice vifitaret. Hoc anno die ultimâ Julij Sacra Congregatio Regularium in unâ Romanâ Prioratûs S. Mariæ in Via decrevit Priores non poffe privari pro fecundo anno 2.

SS. D. Ann. de Flor. Lãpad. argẽteã offerunt S. Phil. in Eccl. Tudert.

Priores privari nõ poſsũt pro 2. anno.

Referte hoc anno 1637. operæ pretium eft, quemadmodum polliciti fumus Tom. 1. Cent. 1. lib. 5. cap. 15. ad annum 1298., quod cùm C Congregatio quædam SS. Crucifixi è centum Viris, totidemque Mulieribus coalefcens anno 1635. die 8. Augufti erecta fuiffet in Ecclefiâ noftrâ de Senis .2. eodemque anno, & die ab illius Civitatis Archiepifcopo D. Afcanio Piccolomineo de Arragonâ approbata per publicum inftrumentum, de quo rogatus fuerat Ser Francifcus Barci Notarius publicus, eidem ftatuta quædam obfervanda confirmata pariter fuere à Generali Bufsotto anno 1637., admiffa fuit ad participationem omnium Ordinis noftri Bonorum; Hoc anno 1637. protectionem ejufdem affumpfit D. Francifcus Cardinalis Cennini, eamque Archiconfraternitati SS. Crucifixi S. Marcelli de Urbe aggregandam curavit, prout apparet D etiam ex Epitaphio in eâdem Ecclefia expofito. Hic verò nacta opportunitate recenfere adhuc neceffe eft plures alias Societates, quæ in hac Ecclefiâ ab anno ufque 1298. erectæ fuerunt, ut inde celebritas appareat ejufdem Ecclefiæ, & eximia de fanctitate Ordinis noftri Beatorum Senenfium opinio. Nam præter illam, quam ad dictum annum 1298. retulimus, acceffere fequentes. Societas in primis *de Oratione*, cui anno 1351. Epifcopo Azolino præerat Vir quidam nomine *Mecaccio* de Tuia, quæque in Inftrumento quodam memoratur, quod habitum fuerat anno prædicto die 17. Martij rog. Ser Geri de Sernelio. Præterea Societas B. Virginis, vulgò dicta in

Soc. SS. Crucif. in Eccl. noſtrâ de Senis

Alia Soc. in eãd. Eccleſ.

Fonte

Fonte Giusta, quæ snam originem duxit anno circiter 1578., è Societate, quæ dicta fuit Minor de B. Virgine ad annum dictum 1298. recensita, quæ anno 1442. nuncupata deinde fuit Sanctissimæ Trinitati, & Gloriosæ Virgini Mariæ sub Protectione S. Francisci Confessoris Ordinis Servorum. Item Societas S. *Mariæ de Purgatorio* ab eodem B. Francisco erecta. Erecta pariter fuit anno 1372. Societas B. Joachimi à pluribus Patritiis Senensibus ex ejusdem Familiâ Piccolomineâ, quæ iterum anno circiter 1600. instaurata fuit à nonnullis de Familiâ Teeucci, cuius Confratres in specu conveniebant ad varia Pietatis opera exereenda, quod idem B. Joachimus ad agendam pœnitentiam coluerat, brevi tamen ob Loci difficultatem defecit, cæterùm & ipsi æquè ac aliarum Societatum Confratres publicis, & solemnibus per Urbem interesse consueverunt supplicationibus. Societas Habitûs in eâdem Ecclesiâ ad Altare Mantellatarum. Societas adhuc sub invocatione B. Francisci Parrizzij à P. Marco Aurelio Moretti anno 1628. ibidem erecta, cujus Sorores curam omnem adhibebant in Consororibus seculo defunctis juvandis, pro quarum singulis proinde 40. Missæ ad Altare Privilegiatum in eâdem Ecclesiâ celebrari solebant. Cæterùm Societatis B. Francisci longè antea, ut diximus, institutæ vestigia nobis occurrunt in monumentis veteribus Conventûs illius nostri Senensis ab anno 1440. usque ad 1490., recensitas enim ibi videmus eleemosynas pro Missis in eâ Societate celebratis. Denique Congregatio 7. Dolorum B. M. Virginis anno 1630. Feriâ 6. Parasceves erecta apud Societatem B. Virginis, quæ vulgò dicitur *di Valli* sub protectione Beatorum Ordinis nostri Fundatorum, cui 66. Confratres aggregati fuere, quorum singulis huic seculo Defunctis 63. Missarum suffragia adhibentur, quemadmodum constat ex Libro Statutorum ejusdem Congregationis. Anno quoque apud eandem Societatem P. Valerius de Florentiâ aliam instituit Mulierum Congregationem.

ANNOTATIONES IN CAP. XVII.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. eorundem Conventuum.*

Dionysius Generalis eligitur Episcopus Biturgiensis. Vicarius Generalis eligitur Angelus Maria Berardi, & Joannes Hieronymus Gambi de Ferrariâ Procurator Generalis, qui tamen paulò post moritur. Moriuntur etiam alij ex Patribus laude dignis.

C A P. XVIII.

Dionysius in generali Ordinis nostri regimine per 5. annos, & ampliùs prudentiæ, integritatis, ac solertiæ adeò præclara præbuerat argumenta, ut à Serenissimis Etruriæ Principibus magno in pretio habitus Ecclesiæ Biturgiensi
E
prælatus fuerit. Itaque Ecclesiæ illius electus Episcopus .1. Magistratum Ordinis, & ejus insignia die 19. Aptilis hujus anni Angelo Mariæ Berardi Perusino ritè tradidit, quem Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. Vicarium Generalem elegerat; quemadmodum ad hujus vices supplendas in munere Procuratoris Generalis P. M. Jo. Hieronymum Gambi de Ferrariâ suffecerat publicũ in Patria Theologum, & magni nominis Concionatorem, qui tamen die 21. Maij ejusdem anni decessit, cui pariter in eodem munere successit P. M. Hippolytus Bazzani pariter de Ferrariâ. Berardius autem Vicarius Generalis Apostolicus die 20. Julij proximè sequentis pee Literas Encyclicas Perusij datas indixit Comitia
F
Generalia habenda die 11. Maij anni 1639. apud S. Marcellum de Urbe, quæ tamen habita minimè fuere, quòd Apostolico Indulto idem Berardius in Priorem Generalem electus fuerit.

Dionysius Bussotti Gener. eligitur Episc. Biturgij

Berardius elig. Vic. Ge. & Hieron. Gãbi Proc. Gen.

Mortuo Hieron. sufficitur Hippol. Bazzani.

Berardius Indulto Apost. Prior Gen.

In Eremo Montis Senarij hoc anno beatam obeunt mortem .2. P. Augustinus Gabrielli Florentinus, & P. Maurus Mazzucconi pariter Florentinus, non omninò prætereundi. Augustinus enim virtutibus omnibus, prout par erat, excolendis addictissimus, corpus in servitutem redigere, non communibus modò Eremitici Instituti macerationibus, quæ sanè vulgares non sunt, sed etiam austeriori quodam vitæ genere satagebat; impetus iræ, ad quam sponte naturæ mirum in modum trahe-
G
batur, contundere non desistebat; sui ipsius Victor egregius; orationi maximè intentus ipsam quotidie ad decem, & octo usque horas ducebat, singulari tamen animi sui dulcedine Augustissimum Euchatistiæ Sacramentum prosequebatur; hinc sacris quotidie operabatur, & quidem quàmprimum fieri poterat, ut exinde Sacrificio Missæ pluries ipsâ die ubicunque celebraretur, interesset; Deum, Deiparam, & S. Josephum eximiè venerabatur, & præ summo, quo eos prosequebatur, amore, colloquia de ipsis instituere maximè in votis habebat, quæ sanè sui prorsus oblitus, cibum quoque negligens, & somnum, quin unquam cessasset, habuisset, præsertim verò si de passione Domini miscere
H
contigisset, de quâ non sine magnâ lachrymarum vi loqui poterat, vel cogitare; sibi ipsi severissimus, cæteris, quorum curam quandoque habebat, modò Novitiorum Magister, modò Eremo Præfectus, comis erat maximè, & lenis. His ergo virtutum omnium ornamentis instructus, annos natus 63. gravissimæ infirmitatis molestiis hilari animo superatis quasi ad somnum compositus è vivis excedens die 15. Iulii ad æterna gaudia transiit, omnibus Ecclesiæ Sacramentis refectus, quæ summopere ipse optaverat, & enixè petierat. Facies ejus, postquam obierat, elegantior, quàm dum viveret, apparuit, jucundissima, & ridenti consimilis, ex quo conijcere fas

Obitus, & Gesta P. Augustini Gabrielli, & P. Mauri Mazzucconi Erem. Montis Senarij

erat,

erat, quàm acceptus Domino fuerit spiritus, qui corpus illud antea informarat; septem verò circiter diebus ab obitu Eremitæ cuidam Converso ejusdem Eremi, nomine Stephano, noctu quadam conspiciendum se præbuit festivum, & hilarem, qui maximâ illum voluptate perfudit, & pluries excitavit, ad ea, quæ Dei sunt, exactè, fideliter, ac viriliter peragenda. Maurus autem, alter nempe Eremita, die 4. Martij ejusdem anni, quæ fuit feria 6. hora circiter 12., placidè pariter obijt consuetis Ecclesiæ Sacramentis munitus, de quo unum hoc dicere liceat, quod ex illius Eremi monumentis colligitur, longè plura nimirum esse, quæ de Mauri vitâ, beatoque obitu referenda essent, solùm autem attexere placet anagramma quoddam, & disticon, quæ simplici quidem stylo Eremita quidam noster, postquam Maurum adeò placidam obiisse mortem adverterat, composuit, ex quibus argumentum nobis suppetit pro conjiciendâ laudabili opinione, quam de Sanctitate Mauri conceperat.

PATER MAURUS MONTIS SENARIJ
Anagramma in die obitûs
MORTUUS EST IN MARIÆ NARDIS.

Disticon.

Virgineis flagrans redolebat Nardus in Hortis
Olfaciat propiûs, colligit alma Parens.

P. M. Theophili Bertolotti Bononiensis

Moritur denique 2. Bononiæ P. M. Teophylus Bertolotti pluribus quidem titulis illustris, tum in re Literariâ, tum in variis Magistratibus, quos in Ordine nostro obierat, potissimùm tamen hic memorandus videtur, quia Reverendissimo Menochio aliàs celeberrimo in S. Scripturis Bononiæ publicè interpretandis successerat.

Capitula PP. S. Marcelli de Urbe cum Soc. Habitûs

Cœnobij nostri Patres apud S. Marcellum 2. de Urbe Capitula quædam, & pacta inierunt hoc anno cum Confratribus Societatis Habitûs 7. Dolorum B. Virginis ibidem erectæ die 31. Martii 1638.

Ponitur primus lapis pro Eccl. S. M. de Monte Urbano.

Ductis jam prioribus lineis pro construendâ recèns Ecclesiâ S. Mariæ de Monte 2. Urbano, ut ad annum 1637. dictum est, designatis, & in parte ejus superiori excavatis fundamentis præsto erant omnia primo lapidi ponendo opportuna, Eminentissimi præfati, quibus curæ maximè erat hoc opus, & promovendi cultûs erga Deiparam percupidi, propriis manibus lapidem ponendo eidem Sanctissimæ Dominæ obsequium exhibere statuerunt.

Hujus Sacræ Cæremoniæ exacta descriptio.

Itaque ex ipsâ Urbe lapidem hunc educi voluere laminis plumbeis undequaque instructum, necnon pluribus sacris Reliquiis, & numismatibus ornatum, in ejus verò parte superiori impressa erant verba sequentia:

Urbano VIII. Pont. M. Julio S. R. E. Presb. Card. Sacchetto Ordinis Servorum S. M. Virginis Protectore, Joannes Baptista S. R. E. Presb. Card. Pallottus ejusdem Ordinis Comprotector, Ecclesiæ B. M. V. Montis Urbani Eremitarum Ordinis Servorum B. M. Virginis in Territorio Tulsetano Sutrinæ Diœcesis primum hunc lapidem posuit die 13. Junij anno Domini 1638.

Quoniam verò Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. hujus Eremi primitias illustrare cupiens plenariam omnium peccatorum remissionem concesserat Christifidelibus omnibus, qui legitimè confessi, & S. Communione refecti sacræ huic Cæremoniæ interfuissent, plurimi è finitimis locis eò confluxere. Eminentissimo Pallotto mandante in supremâ collis planitie erectum fuerat Altare decentissimè ornatum, ubi idem D. Cardinalis Divina peregit mysteria, & plurimis augustissimum Eucharistiæ Sacramentum proprijs manibus ministravit; postmodum Ordinis nostri Religiosus quidam, cujus nomen è monumentis colligere non potui, æquè doctus, ac pius orationem habuit ad populum, quâ ad pietatem, & obsequium erga Sanctissimam Virginem singulos excitare contendit, quod sanè præstitit eâ vi, & eloquentiâ, ut singulos in amorem Virginis, & sui vehementer inflammarit; quâ de re Tulsetani sacras Conciones in proximâ Quadragesimâ habendas Ipsi statim decrevere. Complerâ hac Oratione Eminentissimus Pallottus Eminentissimo Sacchetto præsente præfatum lapidem in recentis Ecclesiæ fundamentum proprijs manibus jecit, quo singulari religionis exemplo singuli incredibili lætitiâ affecti fuere, & suprema tantæ solemnitati imposita fuit Coronis. Unus Episcopus Sutrinus Sebastianus de Paulis cæteris omnibus exultantibus vehementer indoluit, quippe qui jus integrum habere contendebat de eleemosynis disponendis pro hujusmodi fabricâ collectis, quæ tria millia scutorum æquaverant, quatenus sacra illa Ædes intra suam Ditionem sita erat, ut alibi diximus,* quamvis cnim in obsequium prædictorum Dominorum Cardinalium hactenus dissimulasset, non ideò tamen juri suo abrenunciasse prætendebat.

** l. 1. c. xiv. pag. 38. r. H.*

Episc. prosecutionem Fabricæ prohibet, & Summi Pontif. Decreto urgetur ad prosecutionẽ ejusdem.

Quamobrem cùm præfati Domini Cardinales Romam adijssent, inchoatam Fabricam, non sine ingenti omnium scandalo, consimilique querimoniâ prosequendam esse prohibuit. Certiores de hac re DD. Cardinales facti haud mediocri dolore affecti subirati quoque sunt; verùm attentâ conditione temporum connivendum esse ijs diebus existimarunt. Gravis omnibus erat hujusmodi suspensio, gravissima tamen Eremitis nostris, quippe qui angustissimas illas Cellulas, & incolumitati curporum maximè adversas incolere diutiùs cogebantur. Annum integrum probata fuit tanquam aurum igne Pauperum illorum Deiparæ Servorum constantia, quæ tandem DD. Cardinales præfatos Ecclesiæ suæ Patronos ad causam promovendam incitavit apud Summum Pontificem, qui rationibus hinc inde singularum partium expensis Sutrinum Episcopum monuit, ut ab incœpto desisteret, licèt enim B. Virginis de Cibunâ Sacellum

in

in ejus Diœcesi situm esset, situm tamen etiam erat in patrimonio D. Petri, quod specialis est Summi Pontificis jurisdictionis, quapropter tanquam recentis Eremi Protector Ecclesiam, atque Cœnobium ædificandum esse jubebat. Quo edito Decreto facta statim est magna tranquillitas, & plaudentibus omnibus iterum operi alacriter manum omnes admovere, cui prosequendo non defuit Beatissima Virgo, cùm liberaliores semper in eleemosynis erogandis ad hoc opus promovendum sese præberent Christifideles.

Construitur Cœnobium, & Eccl. S. Martiniani Epis., & Mart. in Oppido de Bagnoles in Hisp.

Hoc anno in Hispaniis Ordini nostro construitur Cœnobium .2. & Ecclesia S. Martiniani Episcopi, & Martyris in Oppido de Bagnoles, quæ nobis concessere Abbas, & Monasterium S. Stephani Congregationis Monachorum Cassiniensium unà cum ejusdem Oppidi Communitate, tanquam DD., & Patroni, qui singulis annis Mense Novembri ad hanc nostram Ecclesiam processionaliter deferunt S. Martiniani Reliquias, ibique totam noctem excubias, seu vigilias ad invicem agunt, die verò proximè sequenti eâdem pompâ ad Oppidum illas reportant. Ex quo grave nimis, & incommodum tum Populo, tum Patribus erat, Locum illum incolere, quem apud Casalenovum, olim *Mandurium* in Regno Neapolitano .2. sub titulo S. Michaelis Archangeli à Scipione Pasanisio dono datum obtinuerant Patres Ordinis nostri anno 1587., quod ad eundem annum narravimus, propterea quod ab Oppido per duo milliaria distabat, Cœnobium aliud eidem Oppido proximum cum Ecclesiâ sub eodem titulo ædificandum suscepere, & hoc anno 1638. ipsum inhabitare cœperunt, quod consequentibus temporibus Patrum solertiâ instauratum maximè fuit, & fermè iterum à fundamentis excitatum. Ecclesia quoque in elegantiorem formam redacta, & sacrâ supellectili non mediocriter instructa.

PP. Cœnobium aliud adeunt Mandurio proximum.

Monasterium pro Monialibus Ord. Servor. apud Gephon. erigitur.

Apud Gephonenses .2. in Diœcesi Salernitanâ annuente eius Antistite, è cujus Archiepiscopali Curiâ hæc narratio habetur, Soror Francisca Troisia de S. Joanne hoc anno 1638. Monasterium, seu Conservatorium pro Monialibus nostri Ordinis à fundamentis excitavit, quod innuimus Tom. 1. Cent. 3. l. 4. c. 11. in fine ad annum 1490. propè Ecclesiam S. Mariæ de Constantinupoli Ordinis nostri ejusdem Oppidi, imo in eodem Oppido, sive Casali S. Joannis, eoque cum pluribus aliis ejusdem consilii Sociis sese recepit, & unà simul omnes Ord. Serv. B. M. V. Habitum indutæ, & Regulam Professæ Constitutiones quasdam illis designatas servandas libenti animo suscepere; quas deinde die 17. Junii 1694. approbavit, & ratas habuit D. D. Ostos Archiepiscopus Salernitanus.

Trāsfertur Bononiæ Process. 7. Dol. ad Domin. Passion.

Bononiæ cùm anno 1631. Statuam .2. B. Virginis septem gladijs transfixæ, nigro, & aureo amictu ornatam primùm instituerint processionaliter deferendam Patres primâ Dominicâ Septembris, re melius consultâ E Processionem hanc solemnem habendam esse hoc anno sanxere Dominicâ Passionis, quippe quæ dies, sicuti Christi Domini Doloribus speciatim est consecrata, ita & ejusdem Sanctissimæ Matris gravissimæ Passioni contemplandæ longè aptior videretur. Quod sanè decretum Patrum Bononiensium rationi, & æquitati adeò consonum visum fuit, ut Reverendissimus Callistus Puccinelli consequentibus annis per universum Ordinem Processionem hanc ipsâ Dominicâ Passionis habendam esse decreverit, ac revera longè major Populi frequentia, ac pietas illâ die in hisce solemnitis agendis conspicuam omnibus se præbet.

Erigit. Camulij Oratorium pro Cōfrat. Soc. 7. Dol. B. M.V.

Camulii verò propè Genuam .2., cum erecta vix ab ejus Ecclesiæ fundatione F fuisset Societas Habitûs 7. Dolorum B. Virginis, & Christifidelium erga eandem Virginem, ejusque Dolores religio eò increvisset, ut plura hominum millia Sacrum Deiparæ Habitum brevi induissent, & Societati prædictæ sese aggregassent, præclarè actum putarunt illius Cœnobii Patres, annuente Archiepiscopo Genuensi Cardinali Durazzo hoc anno, Oratorium Virorum legitimè instituere, qui nigram chlamydem induti, unà cum Habitu è collo pendente Novitiorum nostrorum ad instar qualibet quartâ cujuslibet Mensis Dominicâ Processioni interessent post Vesperas habendæ, & eorum cadavera ad Ecclesiam tumulanda associarent, qui eidem Societati fuerant adscripti.

Virgo 7. Dol. in Camuliense valdè benefica.

Religionis hujus G incremento valdè consuluit Beatissima Virgo, quoniam plura ab Altissimo, eaque admiranda impetravit ejus dolores recolentibus beneficia, quæ è pluribus Tabellis votivis in eâ Ecclesiâ appensis luculenter deducuntur, ac ferè non interruptâ à Maioribus ad Posteros legitimâ traditione propagantur; unum autem hoc præ cæteris prætereundum minimè videtur. Cùm plurimi navem conscendissent Camulium adituri, & jam prope terram accessissent, præ gravissimâ tunc subortâ tempestate appellere ipsis littus minimè licebat, quâ de re se proximè submergendos verebantur, verùm Vir quidam nomine Nicolaus B. Virginis Habitum, quem de more è collo pendulum gerebat in mare proiecit clarâ vo-

Sedatur tēpestas

H ce dicens: *Ne vereamini, neque animo despondeatis. Beatissima Virgo 7. Dolorum periclitantes illos omnes ab eo discrimine vindicabit*: Vix autem Sacer ille Habitus Maris aquam libavit, cùm & Navis Littus feliciter appulit, & integris omnibus absque minimâ sui jacturâ omnia prosperè cesserunt, quoniam repentè facta est tranquillitas, deindè verò statim ac littus ipsi appulerant, & supremum discrimen evaserant, æquè ac antea gravissima iterum excitata fuit tempestas.

Moribūda convalescit

Præterà quod de Muliere quadam, nomine Mariâ Filiâ Francisci Crovarii habetur, quæ morti proxima, & cui conclamatum à Medicis erat, humano quocunque destitutâ præ-

præsidio, voto vix emisso Sacrum Virginis Habitum induendi, ejusque Societati se aggregandi, convalescere statim cœpit, & brevi ad Ecclesiam ejusdem Virginis de Boschetto procedens votum exolvit. Longè autem mirabilius illud est, quod Benedicto Olivati contigit Sacri Habitûs intercessione. Hic noctu quadam Domi suæ à grassatoribus circumventus, qui Domum ipsam depopulati, Benedicto, ejusque Coniugi, si fortè opem aliunde invocaturi exclamassent, mortem minitabantur, D. Virginem S. Habitûs, quem pendulum collo gerebat, interpellavit, statim verò grassatores illi præcipites se fugæ dedere, quin aliquid vel minimum è bonis Benedicti collectis exinde asportarent; via autem illucescente die nostram hanc Ecclesiam *de Boschetto* adiens Benedictus votiva donaria obtulit.

A grassatoribus quidam vindicatur.

Enimverò, tametsi Templo S. Crucis ea hactenus accessisset Religiosorum Familia, quæ dimidio Cœnobii formando par esset, nondum tamen plena rerum administratio, ac proventuum traditio novis inquilinis cesserat ob varia, quæ identidem intercurrebant, obstacula, quæ integram possessionem per anni dimidium remorabantur, & Fratres nostros spem inter, & metum, ipsumque haud inanem deprehensos anxiâ eventûs expectatione suspensos tenebat. Quæ sanè è cujusdam imprudentiâ ortum ducebant, quâ Princeps Osnabrugensis, cæteroqui eximius Ordinis nostri Promotor, gravissimè offensus erat, parumque abfuit, quin exigua nostra Familia per eum inde solum vertere cogeretur, per quem adeò facilem aditum invenerat. Illi tamen offensioni modus aliquando fuit, & iterum Illustrissimus Princeps, interpositâ maximè Serenissimi Electoris auctoritate, societatem cum Ordine nostro, & adeò exoptatam concordiam inivit. Interim prosperè hoc anno rebus nostris cedentibus, & nubibus omnibus depulsis, solemnitatem Virginis in Cœlos assumptæ longè maiori in Divinis Officijs, quâ fieri poterat, pompâ, qui tenerrimo in Virginem sensu erat, celebrari voluit Serenissimus Elector. His autem tum ante, tum post meridiem omni religione erga Dei Matrem seriò apud nos perfunctus, sex è nostris Patribus adesse sibi jussit, iisque in Oratorium Principis maturè convenientibus, postquam quartâ horæ parte de Virginis Matris cultu, de legum observantiâ, & Ordinis Servorum laude, suoque in eum affectu, qui disertissimus erat, multa præclarè ad rem dixisset, Ordini nostro liberam Sanctæ Crucis Ecclesiæ, ejus jurium, atque redditum omnium potestatem fecit, & per Diploma publicum Electorale pridie Kalendas Januarij hujus anni subscriptum, & subsignatum tradidit, ac dono dedit, solâ Ordinis, locique protectione sibi reservatâ. Eximiæ huic Serenissimi Electoris liberalitati Princeps Osnabrugensis totius ejus fundi ad se spectantis Dominium adiecit, & authographo robora-

Seren. Coloniæ Elector Eccl. S. Crucis cum suis juribus, ac redditibus insigni liberalitate Ord. nostro donat.

vit, quibus æternâ dignis memoriâ hymnus,
A *Te Deum Laudamus* exquisitissimè decantatus à Musicis Coronidem imposuit. Die proximè sequenti, qui D. Rocho est sacer, prædictam Ecclesiam iterum invisens Elector, & nostros non absque Paternâ gratulatione salutans, lautissimo excepit convivio, cujus veluti nobilissima omnium bellaria, & condimentum erant Serenissimæ Domus Boicæ Insignia, quæ deinceps exiguum Ordinis sigillum magnâ Ferdinandi indulgentiâ gloriosè circumvallando ferè medullitùs amplexarentur.

ANNOTATIONES IN CAP. XVIII.

1 EX *Monum. Conv. S. Marcelli de Urbe; Et Reg. Gen.*
B 2 *Ex monum. illorum Conventuum*
3 *August. Romer Serv. Mariana lib. 8. cap. 20.*

Referuntur nonnulla Prodigia intercessione B. V. de Monte Urbano ab Altissimo patrata. CAP. XIX.

AD annum 1637. cap. XVI. diximus, quòd plura patrabat Altissimus admiranda intercessione B. M. V., cujus Sacram Imaginem in Ecclesiâ ejus nomini dicatâ in Monte Urbano ibi pariter diximus summâ veneratione prosequi Christifideles. Universa recensere mihi non est
C animus, quia numero ferè discrimi quocunque superiora supponit P. Zenobius Simoni de Piscia Ordinis nostri Sacerdos Eremita alterè præcipuis, & primis ejus Eremi cultoribus, qui & originem illius Luci, & venerationis Populorum erga prædictam Sacram Imaginem, & ejusdem miracula describenda suscepit, cui proinde debemus quidquid & hic, & alibi de singulis ad hunc Locum spectantibus scripsimus, sed unà cum ipso referenda aggredior, quæ duobus hisce annis 1637. & 1638. contigisse compertum est.

1 Primum ergo iterum recensere non vacat, quòd de Francisco Bardozi *de Oriazano* retulimus cap. 16. Baptista Christophori Calcari de Moccio Diœcesis Comensis
D Faber Murarius in Pago Tulphæ degens die 6. Junij 1637. Ecclesiam hanc petijt ex animo compunctus, & PP. Benedicto, & Zenobio præfato narravit, quòd præcedente nocte conspiciendam illi sese præbuerat B. V. de Monte Urbano Puerum Jesum inter ulnas gestans mirum in modum splendidum, & hæc illi dixit. *Baptista, quare semel tantùm in annum Sacramentali Confessione te purgas? Vereris ne Sacramentum Pœnitentiæ adire?* cui ille respondit: *Gloriosa Virgo parce, & apud Filium tuum impetra mihi meorum criminum remissionem, & gratiam, quâ vitam meam ad meliorem frugem reducam.* Ac reipsa Sacramentaliter confessus peccata sua, & Sacrâ Eucharistiâ

Ad meliorem frugem redactus

refe-

refectus conſpicua exhibuit reſipiſcentiæ ſuæ argumenta.

2 Eâdem die Horatius Antonij Gallotti de Cortonio in Ditione Parmenſi 22. Annum agens cùm marmora effoderet, & ferrum immitteret aperiendo marmori accommodatum, ſui operi Socius marmor ipſum cum Clavâ 25. librarum percutiens, ſiniſtram illius manum adeò graviter, eóque impetu preſſit, ut digiti index, & medius ferè divulſi fuerint, quos proinde reſecare decrevit Chirurgus, quippe qui nullum ab arte huic morbo remedium petere ſe poſſe ſibi ſuaſerat. Verùm Horarius renuit, ſéque B. Virgini de Monte Urbano commendans ejuſdem Eccleſiam confeſtim profectus partem læſam oleo illius Lampadis à præfato P. Zenobio ſibi ungendam curavit, quæ planè adeò monſtroſa erat, ut horrorem videntibus ingereret; ſtatimque ceſſavit dolor, ac brevi ſanitatem integram recuperavit, quin ulla deinceps appareret cicatrix, quamobrem omninò incolumis paucis elapſis diebus ad effodienda marmora sedit omnibus prædictæ læſionis conſcijs ingenti admiratione correptis.

Graviter percuſſus.

3 Die 30 Junii Joannes Andreæ Polacchi Genuenſis Officialis apud Triremem, cui nomen S. *Lucia*, 20. ab hinc annis Turcarum captivus, & Conſtantinopolim perductus 18. annos per varias Provincias deportatus in Triremibus, hoc anno Triremi Principi inſidens B. Virginis de Monte Urbano opem implorans 247. Chriſtifideles ibidem pariter captivos adeò excitavit, ut manus conſerere veriti non fuerint cum Jannizeris, alijsque Turcis, è quibus 90. interfecerint, & 37. in ſervitutem redegerint, proindéque Triremis imperium Joannes, & Socij aſſequuti Panormum appulere. Subinde verò plurÍes Eccleſiam hanc adiere S. Liberatrici gratias immortales referentes, & primâ vice parvulam quandam Triremem ante venerandam illam Imaginem in anathema appenderunt.

A captivitate Turcarum liberati.

4 Bernardinus Chriſtophori de Lucinâ Diœceſis Comenſis annum 30. agens ſuam operam adhibens apud fodinas rei aluminariæ die 9. Junij ejuſdem Anni, cùm de repente friari cœpiſſet pars illa, è quâ effodere tentabat, in præceps ruere coactus fuit ab ingenti lapidum, & rei cœmentariæ congerie obrutus, ac propterea ab omnibus alijs operarijs habitus tanquam mortuus, qui nequidem ubi ipſe eſſet aſſequi poterant. Verùm ipſe implorato ſtatim hujus B. Virginis præſidio vim nonniſi Divinitùs concepit, quâ elatis brachiis amovere potuerit molem ſibi deſuper impoſitam, quo factum eſt, ut ſocii ejuſdem brachiis deprehenſis ipſum adinveneſint, & inſtrumentis ferreis adhibitis ad rem appoſitis totam illam congeriem, quâ obrutus erat, diſperſerint, ipſumque conſpexeſint facie ſupinum, ſed undequaque contuſum, quinimo ſcrotum illi lapis quidam diſciderat, è quo proinde teſtes eruperant, & pendul: apparebant. Quatuor tamen elapſis diebus integer prorſus, & incolumis graviſſimum hoc diſcrimen evaſit, & die 19. Julij huc advènit, & ſacrâ exomologeſi peractâ, SS. Euchariſtiam pro gratiarum actione accepit.

Ab ingenti lapidum congerie obrutus.

5 Die 26. Julij Antonius Bartholomæi Bonajuti Tulphetanus cancri inſignis magnitudinis in tibiâ dexterâ ſex Menſes laboraverat, eóque morbus proceſſerat, ut corruptionem tibia ſubierit, è quâ proinde calce vivo adhibito portionem unciarum circiter quatuor identidem ſecare cenſuerint Medici; quinetiam corruptis nervis, & muſculis omnium oculis obvium erat os, & propterea tibiam omninò ſecare decreverant artis Medicæ periti, ne illius partis corruptio reliquas corporis partes invaderet. Antequam verò opus hoc ſuſciperent, Franciſca Gili ejus Genitrix ſpe Divinâ freta B. Virginem de Monte Urbano invocavit, & flores quoſdam, quos ab ejuſdem Altari acceptos memoratus P. Zenobius eidem dederat, parti læſæ ſuperpoſuit, ſtatimque omnis penitus evanuit corruptio, & intra ſex dierum circulum integris muſculis, & nervis carnem priſtinam recuperavit tibia, plagâ curatâ omninò Antonius prorſus incolumis S. Liberatricem adiit gratias innumeras acturus.

Cancro graviſſimè laborans.

6 Julius Monteboni de Tulphâ die 31. Auguſti 1637. inſidens equæ cuidam huc, & illuc per Oppidum equitabat. Hæc autem ſtimulis ab ipſo incitata ſeſe præcipitem egit in Domum Fulgentii Ferrini per ſexdecim ſcalæ gradus, quos cùm ſuperaret, Julio ſe ſubducente, duos Pueros offendit, quorum alterum nomine Joannem de Battaglinis percuſſit pedibus anteriùs in ejus humeros impactis eo ſanè impetu, ut percuſſionis impreſſa remanſerint veſtigia. In ſummitate ſcalæ ſellæ innixa manebat Julia memorati Fulgentij Filia ſeptennis, quæ ſuapte vi evadere inde non poterat, utpotè infirma, & pedibus manca. Cùm hæc ita ſe haberent, confeſtim omnes B. Virginis de Monte Urbano opem implorarunt, réque ipsâ experti omnes fuere, nam ſinguli penitus illæſi diſcrimen hoc evaſere, idque graviſsimum, gradus enim ſcalæ quinque palmos cum dimidio non excedebant. Præterea Julia, quæ ſe loco movere non poterat, ut diximus, aliò translata nonniſi Divinitùs intacta prorſus, & integra fuit; quin etiam Equa ipſa, quæ nimio furore percita ſcalam aſcenderat, mitis & placida ductorem paſſa per ſingulos ſcalæ gradûs felicites deſcendit æquè ac rationis particeps foret.

Equæ præcipitis diſcrimen evadēt.

7 Cęciliæ Pauli Malacrotta de Civitate veteri duo erant Filioli infantes gravitet infirmi, Æmilius alter triennis, altes verò Franciſcus biennis. Ille quidem 90. dies continuos febri laboraverat; hic parites ferè 60. ambo in extremo agone conſtituti. Cœcilia utrumque ex animo commendavit B. Virgini, & quinque diebus tantummodo elapſis Æmilius viribus integer, & incolumis evaſit; Franciſcus

In extremo agone cōſtituti.

cifcus quoque Fontis illius aquâ vix epotâ putridam materiem evomuit, & paulò post febris omninò cessavit; tunc sanè fractus viribus remanserat, sed brevi, die nimirum 18. Septembris liberè cœpit incedere, & unà cum Genitrice, & alijs quampluribus Ecclesiam hanc advénit Beatissimam Virginem veneraturus ante Sacram ejus Imaginem appensis singulis vestibus utriusque Infantis, & largâ stipe pro constructione ejusdem Ecclesiæ erogatâ in æternum grati animi argumentum.

8 Cùm plurimis, ijsque gravissimis diù obstrictus jacuisset criminibus Hieronymus Gaspatis de Cherubinis de Arimino in Pago Tulphæ degens, clementissima Mater gratiarum de Monte Urbano videndam ei noctu quadam se præbuit, dixitque: *Hieronyme, quam ob causam è luto vitiorum per Sacramentalem Confessionem non evadis?* Cùm verò Hieronymus monitum hoc detrectaret, iterum B. Virgo eidem apparens ipsum ad pœnitentiam excitabat. Verùm adhuc refractarium tertiò nocte pariter diem 26. Januarij 1638. proximè præcedente gravissimè reprehendit, & æquè ac ipse ejusdem B. Virginis Ecclesiam ingredi tentaret, ipsum elato supercilio, & severâ facie excipiens ingressum illi prohibuit, donec Sacramentali Confessione Animæ sordes abluisset. Tum verò Hieronymus tremere cœpit, resipiscens è cubili statim surrexit proposito sibi consilio sanctius vitæ genus instituendi eo perculsus horrore, ut totam illam diem contremuerit. Die proinde 27. ejusdem Mensis Ecclesiam ingredi veritus ob horribilem suorum scelerum speciem fontem de Monte Urbano adiit, atque P. Zenobium præfatum consuluit enixè ab eo petens Pœnitentiæ Sacramentum, qui cùm ei præcepisset, ut Ecclesiam subiret, ibique intimos conscientiæ suæ sinus exploraret, & B. Virginis præsidium imploraret pro assequendâ perfectâ contritione, subindeque faciendâ, prout par erat, sacramentali Confessione, quâ fieret, ut et veniam suorum scelerum obtineret, & vitam verè Christianam institueret, Ecclesiam adhuc subire verebatur, neque ipsam diù distulit, quò tandem ingressus & Sacellum B. V. subiens eidem humillimè se commendavit. Postquam verò per triduum juxta D P. Zenobii præceptum seipsum diligentissimè ad examen vocaverat, die 30. ejusdem Mensis, quæ fuit Sabbathum, eò rediit, & generali totius vitæ Confessione in uberes lachrymas solutus incredibili animi sui jucunditate absolutionem omnium suorum criminum accepit, & proximè sequente die Dominicâ iterum absolutione Sacerdotali acceptâ S. Eucharistiâ refectus in prædicto Sacello eximiam hanc Deiparæ erga ipsum beneficentiam PP. illis Eremitis fusissimè enarravit.

Ad Sacramentalē Cōfessionem excitatus.

9 Gregorius Filius Pasquini *dalla Penna* Ditionis Urbinatensis, postquam detrectasset monita B. V. de Monte Urbano, quæ nocte præcedente diem primam Februarii 1638. visibilem illi se præbens ad pœnitentiam A exhortata seriò fuerat, prædicens ipsum brevi moriturum, nisi resipisceret; tandem aliquando die 22. ejusdem Mensis, & Anni ad vesperam repentino morbo correptus ita fuit, ut sensuum omnium usu destitutus morti proximum sese haberet; interim verò ex animo Clementissimæ Virginis implorato præsidio, pro cujus honore qualibet feriâ 4. Jejunium diù coluerat, eidemque pollicitus veram sui resipiscentiam, voti compos illicò factus incolumis omninò evasit, & proximè sequente die 23. ejusdem Mensis ad Ecclesiam hanc pervénit emensâ pedibus viâ, ibique præmissâ Sacramentali suorum criminum Confessione gratias B. Virgini retulit immortales.

Ad pœnitentiā excitatus.

10 Cancro quodam in brachio sinistro adeò B laboraverat Laurentius Filius Blasii de Typherno jampridem, ut quinque Mensium spatio carnem ad os usque erosisset, quibuscunque remediis Artis Medicæ incassum adhibitis voto se obstrinxit, si convaluisset, deferendi Brachium argenteum ad Altare B. V. de Monte Urbano, statimque convalescere cœpit, & unius Mensis exacto Circulo integer omninò remansit. Quoniam verò neque per unius anni spatium voto se solvisset, iterum Cancro laborare cœpit in crure pariter sinistro; cùm autem ipsi curando inutile experiretur opus quodcunque, iterum supplex ejusdem B. V. opem imploravit, pollicitus se quamprimum priori voto soluturum, & insuper argenteam Tibiam oblaturum; quo vix C emisso incedere liberè cœpit, & quindecim diebus exactis sanitatem integram consequutus utroque voto se solvit die 22. Martij 1638.

Cancro gravissimè laborans.

11 Petrus Rutilii Giampagliesi Filius de Monte Fortino Diœcesis de Montalto moribus improbis, quippe qui jejunium colere consueverat quolibet Sabbatho ad honorem Deiparę gratiam ejusdem intercessione consequutus vitam rectè instituendi die 25. ejusdem Mensis, & Anni Annunciationi B. V. nuncupatâ Sacramentalem totius vitæ Confessionem apud memoratum P. Zenobium fecit. Repetens verò Domum jugiter se commendabat B. V. de Monte Urbano, ut ab ejus Divino Filio animæ suæ ab omni prorsus labe D munditiem sibi impetraret, & peccata quæcunque declinaret. In somnis monitum se sensit, ut tria gravissima crimina, quorum oblitus fuerat, distinctè expressa Sacerdoti confiteretur, quod sanè promisit statim evigilans, & iterum, ac tertiò ratum habuit, ex quo iterum, ac tertiò de eadem re monitus in somnis fuerat. Quocirca vix illucescente die ad Ecclesiam hanc recto tramite profectus eadem crimina sacramentaliter confessus interiorem animi quietem perfectè assequutus magis semper, ac magis Cœli Reginam, & peccatorum Patronam ex animo coluit.

Ad Sacramentalem Confessionem ritè faciendam monitus.

12 Die 5. Aprilis 1638. Ecclesiam prædictam adiere B. V. gratias acturi Julius Filius Joan-

In gravissimo vitæ discrimine positi.

Joannis Lazarini *de Brachiano*, Catharina ejus coniux, eorumque Filia Constantia, singuli B. Virginis beneficentiam experti. Julius enim Mense Majo 1637. cùm in arundineto quodam herbas quasdam, & arundines colligeret, quin hoc adverteret, ab Animali quodam venenato, quod ibi latebat, in manu dexterâ impetitus, paulòpost tumefieri ibidem cœpit, caro duabus in partibus dehiscere, sicut & brachium dexterum, necnon thorax, humeri, & Caput, quinetiam totum corpus maximè deforme evasit. Quamubrem de ipso conclamatum erat; verùm quinque diebus exactis voto se obstrinxit B. Virgini de Monte Urbano, & triginta quinque elapsis incolumis omninò evasit, cui tantùm in prædictâ manu remansere cicatrices. Catharina verò febri continuâ diù laborans postquam B. Virgini se commendavit, quinque diebus exactis convaluit. Constantiam demum paralysi undequaque affectam, brachio dextro adhuc contracto ejus Parentes eidem B. Virgini commendarunt, ipsaque post octo dies à paralysi, & febri soluta, exacto tandem mense à contractione brachii pariter soluta sanitatem integram recepit.

Membris attracta, & febri laborans

13 Proximè sequente die 5. nimirùm ejusdem Mensis, & Anni Ceream Imaginem in anathema B. V. obtulit in eadem Ecclesiâ Maria Bernardina Filia Dominici Coltelli, quam in singulis membris attractam, & septem continuos menses febri laborantem ejus Genitrix Alexandra voto obstrinxerat B. V. de Monte Urbano, eodemque temporis articulo convalescere maximè cœperat, & Mense vix exacto sana prorsus evaserat.

Oculorũ usu destituta.

14 Veronica Uxor Hiacynthi de Seraphinis Nobilis Mulier Romana oculorum usu destituta gravissimis proinde afficiebatur doloribus. Interim commota celebritate B. V. de Monte Urbano eidem voto se obstrinxit. Vix autem accepit Imaginem quandam ejusdem B. Virginis, quam ad ipsam miserat Alphonsus Celli Canonicus Tulphetinus, eamque osculata, insigni fiduciâ oculis admovit, cùm facultas videndi perfectissimè restituta ipsi fuit, & à doloribus prorsus immunis, incolumis evasit die 15. Aprilis 1638.

Oculorũ vitio laborans.

15 Ecclesiam hanc adivit die 26. ejusdem Mensis, & Anni Cæcilia Filia Alexandri Piscatoris Tulphetini unà cum ejus Genitrice gratias B. Virgini agens, propterea quòd ejusdem ope imploratâ statim ac oleo lampadis ante ejus Sacram Imaginem ardentis oculum dexterum inunxit pessimè affectum specie quadam morbi, quæ Medicos latebat, itaut periclitaretur cæcitate, & insigni deformitate non mediocri plerunque dolore affecta, cùm levamen aliquod persensit, & paucis diebus exactis integram sanitatem recepit.

Gravissimis vulneribus affectus

16 Tarquinia coniux Bientij Cortonelli Tulphetana cùm advertisset, quòd tres armis instructi invaserant Cognatum quendam suum nomine Lucam Domui suæ proximum, & plura ipsi vulnera inflixerant, inter illos media Lucam ab eorum manibus exemit, vulnere tamen adeò affecta fuit in cubito sinistri brachii, ut magna pars ossis loco mota fuerit, quamobrem Brachio, & manu contractis mortem sibi proximè imminere quatuor mensium spatio verita semper fuit, quin partes læsas adhibere ullatenus posset, & opera artis Medicæ quæcunque illi prodessent; quapropter B. Virgini sese commendans, & voto obstringens convalescere statim cœpit, & duobus mensibus exactis ab omni prorsus incommodo soluta fuit æquè ac si vulnus illud nunquam ipsi inflictum fuisset; die autem 26. ejusdem Mensis, & Anni in hac Ecclesiâ voto se solvit, cubitum ostendens integrum, cui tantùm adhæserat cicatrix.

Mulier utero gravis vulnere affecta.

17 Eorundem Filia nomine Ursula adhuc in utero Tarquiniæ gestabatur, cum prædicta Tarquinia vulnere, ut diximus, affecta graviter fuit. Quamobrem immaturè ex Utero prodiit, nempe septimestris, semianimis, & habita velut mortua, variis tamen remediis adhibitis concepit vigorem, sed ferè excarnis, quippe quæ incommodum Matri commune passa aliquomodo fuerat. Verùm voto obstricta B. V. ab eadem Tarquiniâ confirmari statim cœpit, ac trium mensium spatio integra viribus, & undequaque rectè formata evasit, qua de re prædictâ die unà cum sui Genitrice ad Ecclesiam hanc delata voto se solvit.

Capitalem sententiam evadens

18 Die 28. ejusdem Mensis, & Anni ab Urbe usque ad hanc Ecclesiam pedibus venit Franciscus Filius Antonij de Blasinis *de moro Vallis* Diœcesis Firmi, ut gratias, quas poterat, B. Virgini referret, cui se debere palàm fatebatur, quòd capitalem sententiam, quâ maximè periclitabatur carceribus Romæ detentus, declinasset.

Latronũ impetus superãs.

19 Mariæ Ursulinæ Filiæ Angeli Quiestanello de Perusio, nocte consequente diem 23. prædicti Mensis, & Anni Latrones quamplures Domum ejus ingressi unà cum rebus non paucis pretiosis Filium 14. annorum, nomine Franciscum rapuerant; quem deinde post quinque dies restitutum sibi vidit incolumẽ, quippe quæ ipsum B. Virgini commendarat, quamobrem die 9. Maij uterque ad hanc Ecclesiam venere, ut gratias agerent, & voto se solverent.

Membris attracta, & febri laborans.

20 Maria Catharina Joannis Dominici Filij Antonij de Tulphâ Uxor genibus, & pedibus attracta adeò erat, ut loco se movere nullatenus posset, Febri insuper ita vehementi vexata, ut conclamatum ipsi à Medicis fuerit. Verùm voto se obstringens B. Virgini, ejusque Lampadis oleo membra languida vix inunxerat, cum Tibias extendit, & post triduum liberè incedens die 10. Julii 1638. nuda pedes ad hanc Ecclesiam accessit.

Procellã evadens

21 Ejusdem B. Virginis præsidio procellam quandam, & fulmina incolumes evasere, quod sanè mirari decet propter insignem distan-

stantiam à Domibus, & ab alio quocunque, qui opem ipsis ferre posset, Maria Bernardina Coniux quondam Mutii Tranquillij, & Virginia Coniux pariter Joannis *del Branco* Tulphetinæ, quæ in Monte *del Giglio* colligendo lino vacabāt, ipsæque nudæ pedes prædictâ die ad Ecclesiam hanc advenere pro gratiarum actione.

22 Filiolus cujusdam Mulieris, cujus nomini ob reverentiam parcit memoratus P. Zenobius, quadriennis liuivium in quodam œnophoro reconditum, quod ipse vinum putaverat, hausit, quapropter in extremo vitæ discrimine jacebat. Cùm autem Vir, sive Filioli Pater Coniugi Mortem minitaretur, si Filiolus periisset, ipsa adeò se commendavit B. Virgini, ut Filiolus statim convalescere cœperit, & brevi sanus omninò evaserit. *A veneno vindicatur.*

23 Stephanus Filius Marci Antonii de Marino Diœcesis Albanensis in Pago Tulphæ degens die 2. Augusti 1638. nudis pedibus Ecclesiam hanc adiit voto se solvens, quo se obstrinxerat B. Virgini, si coovaluisset à gravissimâ febri, quemadmodum reipsa convaluit, cùm in somnis sibi videre visus fuit Beatam Virginem cum duobus ex ijs Patribus, qui Ecclesiam hanc colunt, quæ ipsum hortabatur, ut Eleemosynam quandam iisdem Patribus erogaret, si convalescere vellet. *Febri vehementer affectus.*

24 Eâdem die voto pariter se soluturus accessit ad hanc Ecclesiam, quo se obstrinxerat B. V. de Monte Urbano, Camilius Filius Francisci Bettazzoli Brixiensis rei tormentariæ Præfectus Principis ex triremibus Pontificiis, qui in Portu Liburni, dum quatuot tormenta Bellica instruerentur in obsequium D. Cardinalis Medices Romam per mare adeuntis, & ex iis alterum ignem fortè concepisset, è regione positus gravissimè impetitus in pectore, vultu, humeris, & sinistro Brachio in duplici parte discisso proximè moriturus habebatur; voto tamen emisso eidem B. Virgini incolumis quamprimum evasit. *A tormentis bellicis gravissimè impetitus.*

25 Matthæus Filius Septimii Capadoro Tulphetinus, Joseph Filius Petri Pierini, & Sylvester Filius Angeli Franchini Pueri insidebant acervo insigni tritici, & paleæ, cùm turbine quodam ingruente fulmen acervum ipsum impetens in ignem omninò convertit, quin Pueri illi aliquod, vel minimum exinde subirent incommodum, B. Virginis de Monte Urbano, cui se commendaverant, opem experti die 5. ejusdem Mensis, & Anni. *Incendiū evadunt*

26 Antonius Filius Sebastiani Grossi *de Mentone* Diœcesis Vintimiliensis septem continuos dies, totidemque noctes febri adeò laboraverat, ut conclamatum ipsi foret à Medicis. Verùm B. Virginis de Monte Urbano implorato præsidio, ejusque factâ Imagine via sibi ob oculos posita eandem Virginem conspicere sibi visus fuit eximiâ luce radiantem, ipsoque temporis articulo convalescere cœpit, & post biduum omninò incolumis die 8. ejusdem Mensis, & Anni ad hanc Ecclesiam accedens obtulit Tabellam votivam hoc exprimentem. *Febri laborans*

A

27 Cosmum Filium Nicolai de Pisis nocte quadam, cùm somno indulgeret extra Pagum Tulphæ in loco quodam dicto *S. Sebastianus*, invaserant Latrones, vulnera inflixerant pectori, capiti, & sinistro brachio adhibito pugione, & pecuniam rapuerant, quamobrē semianimis B. Virgini se voto obstringens præsentissimam ipsam statim expertus, quatuor via exactis diebus incolumis ad hanc Ecclesiam pedibus pervenit, ut voto se solveret die 13. ejusdem. *A Latronibus pessimè affectus*

28 Franciscum Filium Marci Gagliardi de Capranicâ capitalis pœnæ reum Patriæ restitutum, è quâ expulsus erat, & rei aluminariæ addictus in Ditione Pontificiâ propè Civitatem veterem interficere nitebantur tres alii ejusdem pœnæ rei, ut illius caput ad Urbem deferentes suæ libertati consulerent. Quia verò Joanna ejus Mater de hoc eorum consilio certior facta B. Virgini se commendavit, Franciscus præfatum discrimen evasit, nullum enim ab ipsis nocumentum accepit, & unà cum Matre die 15. ejusdem ad hanc Ecclesiam accessit. *Capitalis pœnæ reus vindicatur.*

B

29 Die 20. ejusdem huc advenere gratias B. Virgini acturi Cæsar bienois, & ejus Frater Germanus Dominicus triennis Filii Stephani *del Rosso* de Tulphâ, propterea quòd Cæsar à Dominico fortè impulsus in lebetem incideret aquâ ferventi plenum cum sinistro brachio, & prædictus Dominicus clamare statim cœpit, ut Cæsarem B. Virgini de Monte Urbano sanandum commendaret, quod cùm via præstitissent eorum Genitrix Flaminia, & Maria Angela Avia Materna, & ad Ecclesiam detulissent, ministerio P. Zenobii pluries hoc capite memorati brachium, & manum lacerata inungenda curarunt oleo lampadis ante Sacram Imaginem B. Virginis jugiter ardentis. *In lebetem ferventi aquâ plenum incidens remanet illæsus.*

C

ANNOTATIONES IN CAP. XIX.

Omnia, & singula in hoc cap. contenta habentur ex monum. ejusdem Loci.

D

Cœnobij Viennensis Origo describitur, & adjecti Sacelli benedictio.
CAP. XX.

Plura sanè, ac summo studio præstitere P. M. Sosteneus Alexandrinus, & P. Josephus Maria Suarez de Florentiâ, ut Ordini nostro erigeretur Viennæ in Austriâ Cœnobium, quemadmodum ad annum 1626. in hisce Annalibus est dictum, sed eatu non valde felici, unde cessandum ipsis ab hoc prosequendo negotio fuit. Verùm, quibus nunquam defuit Beatissima Virgo, præcipua Ordinis nostri Patrona, animum pariter nunquam despondeiunt iidem Patres; hinc & pre-

precibus fatigare sanctissimam Patronam non desistebant; & quæ sibi in posterum longè feliciori eventu ad hanc rem assequendam forent peragenda, sedulò perpendebant, & mutuis inter se collatis consiliis proponebant. Interim elapso penè integro decennio Servitæ nostri iterum operi manum admoventes, anno 1636. apud Ferdinandum II. eodem P. Suarez promotore denuò ingressum in Viennensem Metropolim Ordini nostro tentarunt.

Studium pro assequendo Viennæ in Austriâ Cœnobio. Res autem longè felicius cessit, nam brevi iterum interpositâ Augustissimi Imperatoris auctoritate ab Episcopo Viennensi eo tempore s Antonio pro Ordine ibidem admittendo emanavit facultas, quam hic attexere iuvat, ut eainde intelligant Posteri quantæ molis fuerit eò nostram inducere gentem, eamque indefessis contra ingentia obstacula promotam studiis hactenus confirmasse, neque sine speciali Dei, atque Deiparæ præsidio sedem in eâ Urbe nos minimè nunc consecuturos fuisse.

Literæ Episcopales pro Servitis sine mendicatione Viennam admittendis.

Facultas Episc. Vienn. **A**Ntonius Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Viennensis, Princeps, Abbas Cremisphanensis, & S. C. Majestatis Consiliarius intimus dilecto Josepho Mariæ Suarez Vicario Generali Religionis Servorum B. V. Mariæ salutem in Domino sempiternam. Siquidem oblatæ Nobis tuæ petitionis series continebat, quòd tu honorem Omnipotentis Dei, & Beatissimæ Mariæ Virginis pro tuæ Religionis augmento in animo habeas hic in Civitatis Viennensis districtu aliquas ædes coemendi, eas in Monasterium extruendi, ibique proprijs sumptibus, non mendicando, vel eleemosynas colligendo vivendi; verùm cùm absque nostrâ, tanquam Episcopi Ordinarij licentiâ, hoc facere non valeas, humiliter supplicasti, quatenus consensum nostrum authoritate ordinariâ desuper benignè impertiri dignaremur. Idcircò attendentes pietatis tuæ, & promovendi honoris Divini zelum, cæterasque virtutes, quibus à fide dignis singulariter Nobis commendaris, præsertim cùm S. C. Majestas hoc opus pium in effectum dari desideret, nec tamen præjudicium reliquis Mendicantium Ordinibus inferre, sed proprijs sumptibus, non eleemosynas colligendo, cùm Fratribus tuis in hoc extruendo Monasterio vivere intendas, supplicationibus tuis inclinati, ut locum, & aliquas ædes, in districtu Civitatis Viennensis condigno pretio, & absque gravamine vendentium coemere, eas in Monasterium redigere, & ædificare, ibique proprijs sumptibus, non in præjudicium reliquorum Mendicantium Ordinum collectis eleemosynis cum Fratribus vivere possis, ac valeas, licentiam, & consensum nostrum authoritate ordinariâ hisce concedimus, & impertimur. In quorum fidem præsentes sigilli nostri majoris impressione, & Vicarij in spiritualibus generalis subscriptione communiri fecimus. Viennæ Austriæ in Curiâ Episcopali VII. Kalendas Junij Anno MDCXXXVI.

Præhabitâ hujusmodi facultate minimè cunctatus P. Suarez, cùm intra mœnia Urbis Ordini sedem parari non posse certo certiùs cognosceret, Urbis ejusdem Senatu, cæterisque Magnatibus omninò obsistentibus, de loco sibi extra mœnia deligendo meditari cœpit, quem verò ultra primum Danubij Pontem, penes etiam Viridarium Cæsaris, quod nuncupant *Brater*, delegisset, consequi minimè potuit ob graviora momenta, quæ ipsemet Imperator in Consilium adduxerat, & datis ad Serenissimum Leopoldum Guilielmum Filium Lintzio pridie Kalendas Julij eodem anno 1636. benevolentissimis in Ordinem Literis rescripserat; hinc ejusmodi expeditione intermissâ, remenso iterum Danubij ponte, Rosaugiano suburbio, quod flumini ex alterâ ripâ adiacet, animum appofuit. Cætera Urbi circumfusa suburbia sacris quæque jam potiebantur familijs, nimirum D. Benedicti, Capuccinorum, D. Francisci de Paulâ Minimorum, D. Augustini Eremitarum, D. Virginis de Monte Carmelo, & B. Joannis Dei Fratrum Misericordiæ, unde Christifidelibus ibidem degentibus, quoties opus fuerit, accidere potest subsidium, ideò planè magis necessarium, quod occidente Sole sacri Pastores intra Urbis mœnia secedentes, suis ovibus præsto esse non possunt. Sola Rosaugia hactenus hoc destituta beneficio, nec illud expetebat, nec tandem ampliùs desiderari passa est. Incolæ enim hujus suburbij à Religiosis remotiores erant, & ferè dixerim à Religione, quippe qui quæstubus in Litore semper intenti, continuis que affecti laboribus cœlestia parum curabant, unde ex iis non pauci, utpotè nocturnis horis spirituali ope destituti, salutis æternæ ferè penitus obliti animam nimis oscitanter agebant, quæ planè oscitantia, meliùs dixerim barbaries, reliquos sacros Ordines adeò semper exterruit, ut in alias potius Civitatis partes, quàm in Rosaugiensem sedem figere voluerint. Quod tamen Rosaugiæ Incolis cordi non fuerat, religiosissimus Imperator sanctissimè cordi habuit, ac ut hoc etiam suburbium æquè, ac reliqua Religiosâ quadam instrueretur Familiâ, solerter providere volens, B. Virginis Servos Viennæ sub sistere cupientes, eo Loci destinavit, quod consilium verè sanctum Serenissimo Filio Leopoldo Guilielmo Viennæ Patris vices tum gerenti Augustissimus Cæsar per Epistolam Ratisponæ datam 5. Idus Augusti anno 1636. iterum communicans ratum habuit, & clementissimè simul insinuavit Patri Suarez præsto ipsos esse debere. Etsi verò pijssimus Imperator erga Ordinem nostrum adeò se propensum exhiberet, nihilominus eodem anno nonis Maij Vir quidam Ecclesiasticâ præpollens dignitate sui muneris esse putans nimiam Cæsaris in Ordines Mendicantium propensionem cohibere, pro renatâ certior factus de ratihabitâ Servitarum admissione scripto quo-

In suburbio Rosaugiæ eligitur locus pro Cœnobio.

quodam eundem maturè convénit, & minimè consultum esse docuit, Viennensem Metropolim Ordinibus hujusmodi adeò gravari, quin potius Instituti nostri Viros suarum precum repulsam jure subire debere, hoc enim graviores exigere videntur rationes, ipsa nimirum annonæ superveniens caritas, & Cæsaris frequens ab Urbe absentia maiori eleemosynarum copiæ admodum officiens, unde fieri oporteat, ut unus Ordo alteri gravis evadat. Attendendas insuper esse Pontificias Bullas dicebat, quibus utique caveri solet, ne Episcopis, quemvis Ordinem, fine reliquorum consensu assumere integrum esset. Hæc planè Imperatoris animum aliquatenus vellicabant, adeòque verendum nobis erat de rei exitu minimè fausto; verùm Imperator re indecisâ obiit, quem insecutus P. Suarez anno 1637. supremum, ut diximus, clausit diem; cui proinde anno 1638. 13. Kalendas Martii feliciori omine suffectus P. Cherubinus Odale alacer, impiger, & ad negotia natus, Provinciam sibi ab Archangelo Vicario Generali demandatam quàmdiligentissimè curabat; initâ enim solerter Imperatoris Ferdinandi III. suæque Coniugis Hispaniarum Infantis Mariæ Annæ benevolentiâ, interpositis hujus precibus datâ opportunitate eò Cæsarem induxit, ut hilari animo, & serenâ faciæ libellum ille supplicem susceperit, quo Servitæ 10. kalendas Augusti delegatos sibi per intimum consilium pro certâ extra Urbem areâ constituendâ clementissimè dari rogabant: Hi verò experiri, ac diiudicare debebant aptitudinem loci simul, & situm pro extruendo Cœnobio concedendi, ne huius Fabrica munimentis Urbis officeret. Committitur statim Libellus ille Excelso primùm regimini, inde Senatui Civico, ut in hac re edisserat quisque, & in commune consulat. Retulit quidem 8. Kalendas Septembris Senatus, sed nullatenus nobis propitia; dicebant enim Senatores nullam omninò novis Ordinibus vel in Urbem, vel in Urbis pomeria admittendis necessitatem esse, neque Servitis favere allegatum Deiparæ cultum, & nomen, omnes enim Religiosos Viros jam intra, vel extra mœnia degentes D. Virginis Servorum nomen eo ipso sibi promereri, quod unà omnes ejusdem honorem, sanctamque servitutem egregiè promoveant; quinimmo Domorum pro Cœnobii Fabricâ assumendarum gravissimam brevi fore jacturam, inde enim tam Urbi ostiorum tributa, quàm Aulæ Diversoriorũ metationes noxio ubique eventu subtrahi, ac propterea præiudicium insigne inde fieri sentiebant. Octo diebus elapsis Excelsum Regimen gravaminibus hisce cognitis à Senatu Civico adductis in eandem cum illo recusante propendebat sententiam, suaque vota votis componens Civicis, Intimorum tamen, & Deputatorum consilio negotium remittebat. Hac igitur in re ad Imperatorem Viennâ tum absente ab Intimo Deputatorum Senatu 5. kalendas Septembris rescriptum est, ponderasse se, & contulisse in causâ constituendorum Commissariorum pro assignando Servitis Loco, quos hi porrecto Maiestati suæ libello supplici tantoperè urgerent, unà cum Ferdinandi II., necnon Episcopi consensu, graves planè rationes ab Excelso Regimine, & Senatu Civico adductas, quibus Oratores præfatos ob nimiam Religiosorum Ordinum frequentiam ab Urbe, eiusque Pomeriis arcendos, & aliò transmittendos censuerunt, ubi eorum opera opportuna magis foret, suorumque laborum uberior merces maneret; supervacaneum tamen sibi videri in quæstionem vocare, ao à suburbiis quoque æquè prohibendi sint Oratores, cum omnibus constet Ferdinandum II. in eâ semper fuisse sententiâ, ut extra mœnia Urbis in quolibet suburbiorum Religiosa quædam recipiatur Familia, ac proinde recipiendam quoque esse videri in Rosaugiensi; quâ de re quærendum duntaxat modò est, quo aptiori loco eiusmodi ædificium indulgeri Oratoribus possit, ac propterea se arbitrari, non obstantibus in contrarium productis argumentis, quoties nullũ exinde cæteris Ordinibus mendicantibus inferatur præiudicium, suisque Oratores, non alienis opibus vivant, denominandos tandem esse Commissarios, qui tamen munimentorum Viennensium indemnitati perquàm exactè consulere debeant.

Difficultates pro admittendo hoc Cœnobio.

Rationes favorabiles pro eodem admittendo.

Itaque 7. Idus Septembris à Ferdinando III. voluntatis paternæ observantissimo felices Pragâ Viennam missæ fuerunt Literæ, quibus Leopoldo Guilielmo Fratri maximo Ordinis Mœcenati significavit, velle se juxta mentem Intimorum à se deputatorum nuper sibi explicatam, ut determinando pro Servitarum fabricâ certo Loco, certos ex se constituat Arbitros. Quibus Literis acceptis Leopoldus habito singulari inter suos delectu operi huic designavit in Excelso Viennensi Regimine Consiliarios Horatium Buccellenium, & Joannem à Hytendorff, quibus addidit Carolum Comitem à Santhilier, in rem Servitanam unà cum Conjuge Julitinâ aliàs vigilantem; Joanoi verò vitâ functo suffectus fuit Viennensium olim Consul Daniel Moser; Civicus etiam Senatus Commissarios suos nominavit Vitum Jobst, & Joannem Bernhardt, qui sanè omnes pro Servis Deiparæ operam omnem impenderunt. Tantus quidem erat in hoc negotio labor, ut identidem P. eidem urgendo Præfectus nimiâ contradictionum mole absterritus incœptis desistere cogitaverit; cùm verò hoc modestissimè Imperatori significaverit, animos hic ei addidit, ac supplicem Libellum iterum sibi porrigendum mandavit operam omnem pollicitus, ut res ipsa feliciter tandem aliquando absolveretur, animos etiam eidem addebat P. Daniel è Societate Jesu Leopoldi Guilielmi Confessarius, qui pariter haud mediocri studio, prout sese offerebat occasio, Servitarum causam promovebat

Eligũntur Cõmissarij pro hac re, & maximè favent.

bat. Delecti igitur Arbitri folerti hinc inde
Rofaugiam luftrantes indagine, ut fitum exci-
tandæ Fabricæ aptiorem pretio comparandũ
invenirent, Domum tandem Lauræ Cathari-
næ Quatinin Viduæ, & Domui proximum
Hortum venalem effe deprehenderunt, quo
Imperatori fignificato, Clementiffimus Do-
minus eodem anno 1638. decrevit occafionem
ejufmodi negligendam non effe. Interea anno
1639. fefe infinuante pridie Kalendas Martij
pro Domûs, Horti, ac ftabuli pretio in qua-
tuor ferè Florenorum millia conventum fuit,
quę non abfque ingenti labore ab auxiliaribus
manibus comparata P. Cherubinus vendenti
ftatim erogavit, & paulò poft Domui illi Cœ-
nobij formam aptare non detrectavit. Loci
hujus, atque fuburbij fitus humilis erat Ur-
bem verfus nongentos paffus ab eâdem remo-
tus, cæterùm ipfi non deerant viridaria æquè
ad fructuum copiam, ac ad animi voluptatem
ubertim facientia, incolas verò haud paucos
etiam è proceribus eò invitabat, & curiofa
Littoris amœnitas, & rerum Danubio fubve-
ctarum utilitas, cui fuperaddita Servitarum
cum Cœnobio Ecclefia diftrictûs hujus pene
umbilicum tenens, plurimum conferebat in
obeundis facris ritibus, ac Divinis officiis,
magno quidem tum Accolarum, tum Nauta-
rum bono, qui aliàs, ut Urbe, ita & Urbanis
Sacrificiis ob portas interdiù non rarò claufas
prohibiti, aut longiùs ad Divina excurrere,
aut ea penitus negligere debebant, tunc verò
ijs, tanquam in finu præfto erant.

Comparatur tandem fitus pro conftruendo Cœnobio.

Coemptas igitur ædes illas, optimi hujus
finis maturiùs adipifcendi gratiâ in tumultua-
rium quoddam Afceterium, & ftabulum huic
contiguum in Templum quoddam Bethleemi-
ticæ Cafæ fere confimile operæ pretium fuit
convertere, utrumque verò quantumlibet an-
guftum commodum tamen tunc fuit. Diu qui-
dem in ædiculâ illâ ligneâ Deus, ac Deipara
fedem habere pafsi funt, quos tamen non Opi-
liones tantùm, vilifque plebecula, ut olim in
Bethleemitico Tugurio, fed Cæfares etiam, &
Augufta Cæfarum progenies fæpe fæpiùs de-
genu adorabant; ftabiliendo autem Loco ut
incœpta femel religio firmiùs fundaretur, D.
Annunciatæ Titulo ædiculam illam decorare,
& confecrare optimè confultum Patres noftri
putarunt. Exilem quidem Sacram illam æ-
dem, fed in Templi formam concinnatam ta-
bulato fornice, & parietibus perfpicuam plu-
res exinde, quandiu ftetit, votivæ ceræ, ac
Tabulæ ad Annunciatam per interiorem am-
bitum hinc inde pendulæ, & aulæorum vi-
cem fubeuntes nobilitarunt, ingenua utique
à Virgine illâ collatarum in Populum fidelem
gratiarum argumenta. In hujus Templi, Lo-
cique confecratione refplenduit, non modò
fpectabilis Apoftolici Nuncij Malateftæ Bal-
leoni Ordini noftro addictiffimi Deo, ac Dei-
paræ Locum initiantis auctoritas, verùm etiã
fumma Auguftiffimorum Cæfarum Ferdinan-
di III., & Mariæ Hifpanæ cum Fratre Cæfa-
ris Leopoldo Guilielmo, (qui dicti Cœnobij,
E ac Ordinis noftri fefe Patronum fpecialem pa-
lam omnibus jactavit) & Filio Ferdinando
IV. hujus nominis Romanorum Rege interve-
nientium Majeftas, maximis ftipata Legatis,
& Principibus imperii, aliifque Optimati-
bus, ubivis etiam, quâ fpatium dabatur, in-
dicibilis fpectantium Corona fefe circumfun-
debat. Confecratio ifta habita fuit 14. Kalen-
das Junii anni 1639. Tertio nimirum juxta
Calculũ Ecclefiafticum hujus anni Pentecoftes
die eximiè fereno.

Conftruitur ædicula lignea fub invocatione D. Annunc. & præfentibus Cæfareis Majeftatibus, & alijs Imperij Principibus cõfecratur.

Poftquam ergo procera Crucis arbor in
hanc folemnitatem deftinata in acie duarum
concurrentium platearum à contignatione
noftri Domicilij aliquandiù fufpenfa manfe-
rat, trocleis demum demiffam, & confecra-
F tam Sacris indutus Pontifex in fitu nobis tra-
dito infixit, deinde primus in novâ Ecclefiâ
ad D. Annunciatæ Aram fecit, dum interim
exteriùs ad Crucem recens firmatam folemne
Officium à Muficis Aulicis decantabatur, &
Auguftiffima Domus cum totâ Aulâ Divinis
ipfis intendebat. Beneficium nobis infigne,
ac perpetuò memorandum hic contulere Or-
dinis D. Auguftini Alumni Difcalceati Re-
formati, noftris enim alibi occupatis fua fpon-
te ipfi religiosâ charitate commoti rem fa-
cram pro Servitis fummâ diligentiâ curavere.
Erigebant illi Altaria, eáque decenti, & mu-
tuo concefsâ fupellectile fuâ ad omnem nito-
rem inftruebant, plantationi S. Crucis arbo-
rem aptabant, fuoque minifterio ad omnia
G facrarum functionum officia, prout neceffitas
exigeret, erant in promptu, ita quidem, ut
Servitæ ipfi viderentur. Charitati huic verè
perfectæ, quam ex ijs Patres octo exercuere,
hoc interim perenne fit grati animi noftri mo-
numentum, dum aliunde, & Ordo nofter in
terris, & B. Virgo Patrona in Cœlis gratiam
illis rependat. Verè enim aliàs PP. ifti omni
memoria digni, tum Viennæ P. Cherubino
noftro Locum pro Ordine folicitante, in finu
fuo illum foventes, tum Pragæ, poftquam
correptum fuerat à gravi peftilentiâ D. An-
nunciatæ Templum, infigni charitate noftris
infervientes, & Divina pro ijs facientes,
utrobique fefe benevolos exhibuere, quod
fanè Pofteros latere non decet.

Infigitur ab Epifc. pompâ folemni fignum SS. Crucis.

PP. Difcalceatorũ D. Auguft. adjutorium, & Charitas.

H Cùm hæc Menfe Julio hujus anni Deo dan-
te, fuffragante Cæfare, & adjuvantibus cæ-
teris pro Ordine noftro feliciter agerentur,
Archangelus Benivenius Vicarius Generalis
nofter per Germaniam Oenum, Danubium-
que Oeniponte Viennam ufque emenfus in
ipsâ Rofaugiâ feptimo idus Augufti appulit
præclarum fecum thefaurum, nimirum D.
Virginis Annunciatæ Iconem laudabili Ar-
chiducis Leopoldi Guilielmi curâ Florentiâ
ex Archetypo tranflatam advehens, unà cum
Excellentifs. Marchione D. Friderico Henri-
quez Hifpaniarum Regis ad Archiduciffam
Claudiam Legato, ac poftea Mediolanenfi
Gubernatore, qui negotiorum causâ ad Cæ-
farem

Archãg. Benivenii Vic. Gener. Viennã aditus, & bono Cœnobij Regimini confulit.

farem profecturus fecum in focietatem, & navim Archangelum ipfum adfciverat, quo perfamiliariter utebatur, ipfumque in Confeffarium adhibebat. Archangelus igitur ftatim ac Rofaugiam appulit ad ordinandam ibi novam Servorum Familiam digreffus, diftributis inter Patres eo temporis ibi degentes religiofis munijs, facrarum nempe Concionum, Catechefis, & alijs hujufmodi, ægrorum præfertim vifitationibus, excipiendifque peccatorum Confeffionibus, operam dari mandavit, quidquid præterea è Divinis exercitijs à pufillo eo Grege fieri poterat, minimè neglectum fuit, inter quæ exercitiorum rudimenta quid mirabile evènit. Rofaugienfis quidam gravi preffus infirmitate jacebat, què cùm adverterent alij fibi decumbenti fuprema imminere, ac prudenter ab ipfo peterent, ut æternæ faluti fuæ confulens Sacerdotem è Servitis advocati curaret: *Quid mihi*, inquit ipfe, *cum illis negotij! quæfo meretricem potius mihi advoces*: ac protinus è lecto fefe proripiens ægrotus in fufpectam Domum fe contulit, unde invalefcente morbo redire prohibitus, etiamfi Sacerdos quidam Servita curam ejus habiturus advenillet, minimè tamen illum attendens, fed potius amentis inftar furfum, ac deorfum, per pectus dextetum brachium contorquens, torvifque per utramque lecti oram jactatis oculis, immane irrugiens, facris omnibus deftitutus animam miferè efflavit. Longè aliter cum Parvulo iifdem diebus, quia alius ipfi erat pro Servitis fenfus, & longè feliciùs ceffit; hic enim nomine Clemens frequens eos invifebat, quod æquè gratum Matri, ac Patri ingratum fuerat de Servitis identidem odiofo murmure conquerenti; quapropter Patri motem geftus Clemens ab invifendis Servitis abftinuit; verùm brevi ita decubuit, ut morti proximus videretur. Dolore affectus Genitor fupremam adhuc in Dilectiffimum Filium, & propediem moriturum collaturus gratiam, P. Servitam ei magis familiarem adeffe rogat, jamque Servitarum patientior factus, aufteritati fuæ veniam enixè petit; hoc autem vix habito Puer, & loqui cœpit, & integrè convaluit, ipfis Parentibus vehementer obftupefcentibus, quâ de re Patet maximè benevolum exindè erga Servitas indult animum fingulari, tum Filij, tum Matris voluptate.

Mirãda quadam pro Servitis.

ANNOTATIONES IN CAP. XX.

A *Uguft. Romer Serv. Mar. lib. 9. cap. 2., & feqq.*



A *Cùm promovetur Ecclefia S. Mariæ de Ciboná, Eremitæ nonnulli decedunt. Interdicitur ufus carnium omnibus apud VValdraftam Montis Senarij.*

C A P. XXI.

Habitâ, ut diximus, à Summo Pontifice copiâ profequendi fabricam Ecclefiæ noftræ S. Mariæ de Cibonâ, fruftra reclamante Epifcopo Sutrino, hoc anno, die 7. Junij longè, t. maiori ftudio, & alacritate erogati iterum cœperunt Operarijs pecuniæ è Piorum oblationibus collectæ, neque pauca ad fabricam eandem promovendam opportuna adornari quàmcitiffimè potuere. Interea, t. verò cùm omnia pro B novn ædificio profperè cederent, difpari quidem ratione res Eremitis cedebant. Diuturnior, quàm par effet, Eremitarum in prædictis arctiffimis cellulis incolatus, haud mediocriter obfuit recentis Eremi Operariis, Quod fanè præ cæteris Laicus quidam nomine F. Lucas de Cortonâ expertus fuit, optimæ indolis, & præclaris dotibus ornatus, omnibus proindè Regionis illius incolis maximè acceptus; Superiorum auctoritate coactus è Monte Senario eò venerat, ut duobus Eremitis Sacerdotibus fuperiùs memoratis præftò foret, fed præ laboribus, & incommodis oppreffus brevi decubuit, graviffimâ infirmitate detentus, quamobrem neceffe fuit, ut Domum fe conferret alterius ex Operariis B. C Virginis, ut ibi commodior ipfum curandi fuppeteret facultas, nihilominus præ vehementiâ morbi fuprema fibi imminere perfpexit. Minùs arduum fuit optimo huic Eremitæ fefe ultro in fubeundâ quoque morte Divinæ voluntati fubmittere, qui femper in votis habuerat Deo folummodo morem gerere, ipfique omninò adhærere, hinc longè ferventius ferebatur in Deum, ut tandem aliquando quod in fe Divinum erat ei, quod per fe Divinum eft copularet; fubinde verò Sacrofanctis Ecclefiæ Sacramentis refectus, cùm plures ipfi adeffent religione venerandi Sacerdotes, & Laici Tufcetini, Divinamque implorarent clementiam, hilati vultu tradidit fpiritum ad æterna gaudia migraturum die 9. Au-D gufti annos natus 53. Summo quidem dolore præ Fratris hujus obitu, tantique Viri jacturâ affecti fuere non duo tantùm Eremitæ, fed omnes Pagi illius inquilini, cujus præclara dedere argumenta, quapropter minimè paffi fuere corpus ipfius privatim Eremitico more fepulturæ mandari, fed fingulari ftudio certatim omnibus convenientibus ad quæcunque pietatis officia, tum Laicis, tum Clericis, quinetiam PP. Ordinis S. Auguftini in Pago illo degentibus, quos frequentiffima mifericordiæ Societas infequebatur, nec non maxima Populi vis undequaque turmatim confluentis, præcedebant autem Viri, & eleganti ordine fequebantur Mulieres; è quibus non

Obitus, & Laudes F. Lucæ de Cortonâ Converfi Eremitæ.

H paucæ

paucæ nudæ pedes, & passis crinibus ad significandum gravem animi dolorem sese cõspicuas præbebant, ad Sacellum B. Virginis delatum fuit cadaver, ubi cùm suæ quisque religioni satisfecisset, intra ad hoc paratam arcam repositum, & honorificè tumulatum. Hunc proximè sequebatur P. Zenobius de Piscià è primis Eremitis alter, hydropis, & astmatis affectionibus malè habitus, verùm increscente jugiter morbo ad Eremum Senarij transmissus, postquam in tantâ morbi molestiâ gravissima diù subierat incommoda, intercessione demum Deiparæ convaluit. Non ita tamen contigit tribus alijs Eremitis paulò antea superadditis, quorum unus Conversus erat, duo verò tantum oblati, qui morbo eodem brevi affecti uno tantum nomine Valentino superstite, reliqui duo nempe Laurentius, & Petrus Laurentius decessere.

Duorum Eremitarum obitus.

Die 31. Julij hujus anni Montis Senarij Patres per secreta Suffragia decrevere, quòd nullus tum [1] dicti Loci Eremita, tum cujuslibet alterius ordinis Professus, tum Laicus inposterum uti carnibus auderet apud ejusdem Eremi possessionem, quæ dicitur *Valdastra* in Campo Mugellano, nisi causâ infirmitatis, accedente tamen eorundem Patrum per secreta pariter suffragia consensu; quæ deinde determinatio ad singula Loca ad Eremitas spectantia dimanavit. Die primâ Martij electus fuit [2] in Confessarium Palatij Apostolici P. Augustinus della Valle. Expeditæ pariter hoc anno fuere Literæ participationis bonorum Ordinis ad Philippum IV. Hispaniarum Regem sequentis tenoris. [2]

Interdicitur usus carniũ apud VValdastram.

P. Augustinus della Valle eligitur in Confessarium Palatij Apostol.

Philippo IV. Hispaniarum, & Indiarum Regi.

F. Angelus Maria Berardi Perusinus Ordinis Servorum B. M. Virginis Prior Generalis Humillimus, obsequentissimus.

QUoniam Servitanam Religionem ingressi remotiorem Vitam professuri, tamen amplissimorum Principum munificentiâ, & patrocinio quamplura beneficia ad Ecclesiarum ornamentum, & Totius Religionis splendorem in Domino consequimur, par est, ne ingrati animi incurramus notam, ut illis Optimatibus, quibus pius de sodalitio nostro sensus adhæret menti, spirituales vices, (quantum in nobis est) intimo cordis affectu humiliter rependamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordiâ, & Sanctissimæ illius Genitricis meritis, & intercessione confisi M.V., quam in nostræ Religionis patrocinium, ac beneficium propensam novimus, omnium Sacrificiorum, Vigiliarum, Orationum, Disciplinarum, & quorumcunque bonorum operum, quæ in Ordine nostro fiunt, participem esse, & non solum dum superstes fuerit, verùm & post obitum, ad spiritualia Confratrum nostrorum suffragia admitti dignetur, obnixè rogamus, ut sit hoc Servitarum, quos sibi cumulatissimo favore devinxit, ad dictæ voluntatis, & æterni cultûs erga M.V. sincerum monumentum. In quorum fidem &c.

Participutio Bonorũ Ordinis ad Philippũ IV, Hispaniarũ Regem.

Datum Romæ in Conventu nostro S. Marcelli die 17. Januarij 1639.

ANNOTATIONES IN CAP. XXI.

1 EX monum. eorundem Locorum.
2 Ex Reg. Gen. pag. 117.

Translatio B. Peregrini de Forolivio. CAP. XXII.

ABsolutum penè erat, & ad umbilicum perductum insigne Sacellum, in quo Foroliviensses Sanctissimi eorum Cõcivis B. Peregrini Latiosi venerabile Corpus decentiùs collocandum jampridem decreverant, cui primum Lapidem ann. 1626. ut ibi dictum est, solemni pompâ posuere. Cùm igitur universa in promptu essent ad Translationem hanc opere complendam, Reverendissimus Angelus Maria Berardi totius Ordinis Generalis congregatis Forolivij pro Comitijs Mãtuanæ Provinciæ habendis cũ P. M. Hiacyntho Amigoni ejusdem Provinciæ tunc Præfecto, ac reliquis Vocalibus optimè consultum putavit Translationem prædictam in tantâ Religiosorum frequentiâ celebrare. Foroliviensis Cœnobij Priore P. M. Joseph Camaglia de Monte Cicardo, Sacristâ verò P. Alexio Falconerio de Florentiâ; sacra hæc cæremonia hac ratione processit. Congregatis Patribus omnibus pridie Capituli Provincialis, ad Vesperam per sonum campanulæ, & Ecclesiam adeuntibus lectum publicè ibidem fuit S. Congregationis decretum, quo Venerandum B. corpus processionaliter deferendi concedebatur facultas coram illustrissimo, & Reverendissimo D. Episcopo Jacobo Teodoli, qui etiam summâ benignitate singulis actionibus Capitularibus interesse non renuit, & coram D. Gubernatore, & duobus Magistratibus, nempe Communitatis, & sacri numeri, quem constituunt 90. Patritii, vulgò nuncupati *Pacifici*, cujus actionis celebratum fuit Instrumentum per Dandum Dandi Notarium publicum de Forolivio. Deinde circa primã noctis horam Sacr. Corpus è loco, in quo hactenus jacuerat, extractum, & Habitu exutum, quem, dum obierat, gerebat, & alio serico indutum, delatum juxta Aram majorem fuit in Cornu Epistolæ, ac thalamo magnificè ornato, neque mediocriter elato superimpositum, ut cuique ipsum suspiciendi, ac venerandi copia suppeteret, suæque pietati satis superque faciendi, hymnos interim festivè canentibus Musicis, & præ cordis dulcedine omnibus, qui turmatim è finitimis etiam Locis eò ad Ecclesiam pretiosa supellectili undequaque instructam convenerant,

Comitia Provinciæ Mãtuanæ Forolivii habentur.

B. Peregrini Corpus antiquo Habitu exutum educitur ex arcâ solemniter.

in

In uberes Lachrymas solutis.

Die verò proxime sequenti 16. Maji, quæ fuit Dominica, post Vesperas singulis Religiosorum ejus Urbis Familijs, necnon Laicorum Confraternitatibus in eadem Ecclesiâ nostrâ congregatis instituta fuit Cathedralem versus supplicatio, ut Reverendissimum Episcopum cum Universo Clero, & quidem frequentissimo, ibique expectantem exciperent, quò cùm pervenissent omnes, & ipsos insequuti fuissent Ordinis nostri Fratres quadringenti circiter, singuli præ manibus accensum funale gestantes, iterum ad nostram Ecclesiam ordinata fuit hoc modo Processio. Præcedebant plures Confraternitates Laicorum accensum pariter funale gerentium, sequebantur aliorum Ordinum Familiæ, subinde Fratres nostri, quorum vestigia premebat Clerus. Postquam verò Ecclesiam nostram omnes subierant instituta eodem ordine iterum fuit processio, deinde sacrum Depositum à 4. è Patribus nostris dignioribus è thalamo prædicto ad Ecclesiæ portam usque delatum fuit, deinde à 4. ejusdem Gradûs Patribus exceptum per aliquod spatium pariter, & vicissim identidem per alios consimiles delatum jugiter fuit, Baldacchinum B. Virgini de igne Foroliviensi Patronæ dicatum desuper deferentibus octo Viris primariis sibi æquè, ac Fratribus vicissim succedentibus à thalamo tamen usque ad Portam Ecclesiæ Magistratu ipso deferente. Ponè venerabile Corpus procedebant D. Episcopus, & D. Urbis Gubernator, unà cum prædictis duobus Magistratibus. Interim suavissimo concentu hymnos identidem canebant Musici, tympana identidem plaudebant, ac Tubæ, & cùm ex Ecclesiâ nostra prodiret, & cum plateam publicam pertransiret, jugi festivo campanarum omnium sonitu plausum augebat frequentissimè prodiens, & accenso pulvere pyrio boatus, neque deerat singulis Domibus exteriùs elegans, ac varius apparatus. Cathedralem subiens collocatum fuit coram illâ B. Virginis Imagine, quam sibi præcipientem audivit, ut Senas ad Habitum suorum Servorum induendum se conferret, postquam Philippum Benitium eò temporis Priorem Ordinis Generalem, & Concionatorem Apostolicum gravibus iniuriis affecerat, ibique substitit à plurimis, ipsque conspicuis è nostris Patribus stipatum, cum in laudem Virginis, necnon Beati ejusdem gratissimos hymnos suavissimo concentu decantarent Musici, jugiter prosequente tubarum, ac tympanorum sonitu, ac prædicto boatu, quæ quidem argumenta lætitiæ exhibita ipsi fuere pluribus in locis, sive cùm ad Cathedralem, sive cùm ad Ecclesiam nostram deferretur. Denique ad propriam nostram Eccles. eodē ordine, eâdemque pompâ delatum, memorato thalamo superimpositum fuit, ut iterum omnes, antequam reponeretur, ipsum fospicere, ac venerari possent. Completâ solemni hac cæremoniâ, & singulis ad

Solemni pompâ defertur per Urbem.

A propria redeuntibus, vestis, quam B. Peregrinus obiens gerebat, in plurimas partes divisa distributa deinde fuit, magna saltem ex parte, tum Civibus, tum Patribus nostris exteris, quod verò superfuit, ejusdem sacro corpori appositum fuit. Pulvinar, cui tercentum annos caput ejus adhæserat, unà cum pileolo summâ veneratione asservatur, & ad infirmos persæpe defertur, qui adhibito eorum tactu non rarò convalescunt. Circa secundam noctis horam in Arcâ ligneâ deauratâ, & serico ornatu undequaque intus instructâ, sericis pariter pulvinaribus superpositum obsignatum fuit tribus clavibus, quod tamen adhuc conspici potest per amplissimam, & maximè diaphanam chrystallum; Arcam præterea adhuc tuetur aliud desuper operculum

Transfertur in Arcâ longè decentiùs ornatam.

B duabus validis clavibus munitum, cui tandem ad majorem custodiam cancelli ferrei accedunt elegantissimè elaborati. E tribus hisce clavibus duas tenent Fratres nostri, sicut & claves cancellis ferreis inservientes, alteram verò à latere Evangelij adhibendam Communitas Urbis servat, hoc ipsi deferentibus Patribus reverentiæ argumentum, ut majus etiam exinde ipsi Beato accederet decus.

Hic verò pro Coronide recolendum omninò est, quòd Joannes Vermiglj Foroliviensis, qui morbo pediculari plures annos graviter laboraverat, quin ullum è tot remedijs adhibitis experiretur levamen, spe magnâ in Deum, & B. Peregrinum erectus, quâ die prædicta habebatur translatio, ritè confessus, &

C sacrâ Communione refectus ante sacrum illud Depositum provolutus enixè petebat, ut se à tantâ molestiâ vindicaret, vix autem absolutis precibus omninò liber evasit, statim enim Domum repetens alias induit vestes, nec ullam amplius huius generis molestiam subiit. Memorandum quoque est, quod cùm adornaretur præfata processio, uberrima ingruebat pluvia, quæ sanè processionem ipsam inhibuisset, nisi summa Populi pietas aquam superasset, verùm ipso temporis momento, quo ex Ecclesiâ efferebatur venerabile Corpus, dissipatis nubibus, cessavit pluvia, & serenus dies illuxit.

Pediculari morbo laborans ad B. Peregrinū confugiens statim liber evadit.

ANNOTATIONES IN CAP. XXII.

D

Ex monum. Conv. Forolivij colligitur Translationis hujus narratio.

Lucaugiense Cœnobium combustum reparatur. Et nonnulla recensentur ad cultum 7. Dolorum, & Habitûs B.M.V., necnon ad varia Ordinis Loca spectantia.

CAP. XXIII.

Lucaugiense Cœnobium colere cœperant Servitæ D. Francisci Alumnis succedentes anno 1635., uti ad eundem est dictum, licèt adhuc etc. undequaque perfectum non esset; hoc autem anno 1640.

5. nonas Octobris igne subito illud depascente unà cum Ecclesiæ contignatione in cineres miserè resedit, cui Salamancensis quoque Ortenburgica Familia in ultimi Comitis Georgij sine prole decedentis morte consepulta fuit. Hoc autem in tot angustijs haud mediocri solatio fuit, & quidem memoratu dignissimum, Sacram Ædem in generali illo incendio, quamvis eò ex fornice quamplurimi titiones, & ipsæ per fenestras flammæ in orbem illaberentur, integram tamen, ac nonnisi fumo infectam, divinitus permansisse, quâ quidem in re luculentissimè apparuit Sanctissimæ Dominæ erga Templum illud, & Ordinem nostrum benevolentia, necnon beneficentia, sed gratiarum non fuit hic modus. Ipsa enim specialis nostra Patrona tantam Cœnobii sui jacturam minimè passa est, siquidem ipso incendii tempore Familiæ Salamancensis penitus deficienti substituta fuit in ejusdem Comitatûs Dominiû Familia VVidmannica, quæ è tenui fortunâ ad immensas opes, honores amplissimos, & omnium bonorum cumulum brevi profecta Comitatum Orttenburgicum sublatis, solutisque, quibus tenebatur, Feudi juribus à Ferdinando III. quadringentis aureorum millibus coemit. Clarissimæ hujus Familiæ quinque erant Germani Fratres Joannes Paulus natu maximus, & Familiæ propagator, necnon Æconomus, Martinus, Ludovicus, David Romanæ Ecclesiæ Colonellus, & Christophorus ejusdem Ecclesiæ Cardinalis, Comites nobiles Veneti. Diviso inter se Fratres isti Dominiorum Regimine Martino Comitatum Orttenburgicum, eique insertam Lucaugiam tradidere; quod non absque speciali Dei, ac Deiparæ providentiâ factum fuisse felicissimus pro S. illâ Æde comprobavit eventus; nam eximiâ liberalitate suâ pauperi, & in cineres redacto Cœnobio, ac detectæ, exustæque Ecclesiæ ita consuluit, ut longè commodiorem, & elegantiorem, quàm antea, faciem tum ista, tum illud exhiberent, Cœnobij quidem reædificatio, Horti ampliatio, elevatio turris, æris campani restitutio, ipsiusque Templi nitor Martini Comitis tantùm in B. Virginem amoris studio, ac nonnullis aliis piam stipem conferentibus debentur, præsertim verò Reverendissimo Crosino eo temporis Brixinensium Præsuli, prout deinceps videbimus.

S. Ædes Lucaugiensis ab incendio miro modo servatur.

Plura alia hoc anno recensenda adhuc nobis occurrunt Deiparæ Dolorum cultum spectantia. Primùm sanè cùm Patres Cœnobij apud S. Marcellum de Urbe S. Rituum Congregationi supplicassent, quòd Societatis in eâdem Ecclesia erectæ sub invocatione 7. Dolorum B. V. Confratribus districtè præciperet, ne se ab obedientiâ subducerent Prioris Generalis nostri Ordinis, nec aliud stemma, aut signum præter consuetum adhiberent, quod etiam præceperat S. Palatij Apostolici Magister, S. eadem Congregatio decrevit, ut sequitur. .2.

Non licet Confratrib. 7. Dolor. B.M.V. uti alio signo, quàm proprio Religionis Serv.

Ordinis Fratrum Servorum, &c.

Ad relationem Eminentissimi Cardinalis Pamphilij S. Rituum Congregatio respondit in casu proposito non licere Confratribus uti alio signo, quàm proprio Religionis Servorum &c. & ita omninò servari mandavit.

Die 14. Januarij 1640.

Loco ✠ Sigilli

P. Card. Crescentius

Julius Ceitius Secretarius.

Præterea in Civitate Astensi erigitur hoc anno haud mediocri pompâ Societas 7. Dolorum, & unà simul construitur Altare .2. sub eâdem invocatione, elegantissimâ, & magno habitâ in pretio B. Virginis Imagine, necnon dolorosis ejus Mysterijs mirum in modum coloribus expressis exornatum. Quàm verò accepta Deiparæ sint Societatis hujus officia inde patet clarissimè, quòd singulis annis Dominica Palmarum cum illius Cœnobij Patres 7. ejus Dolorum de more solemnem habeant memoriam, & generali supplicatione non sine insigni pompâ sacram ejus Statuam per Urbem deferant, universo Populo inspectante super illam nostram Ecclesiam D. Catharinæ Virgini, & Martyri nuncupatam, quo momento instituitur supplicatio conspicuam omnibus se præbet maximè splendida Stella, quæ Populo sacram Statuam insequente, ipsa quoque incipit moveri, eandem cum ipso, & cum sacrâ Statuâ prosequens viam; quod planè prodigium nonnisi in hac solemnitate contingere fertur; quinetiam nonnisi cùm die prædictâ Palmarum hæc celebrabatur solemnitas; cùm enim hæc ad Tertiam Septembris Dominicam aliquando translata fuisset, mirabilis illa Stella non ampliùs apparuit, iterum verò eodem ordine, quo prius videndam se præbet, postquam iterum nostris hisce temporibus eâdem Dominicâ Palmarum solemnis hæc habetur Cæremonia. Denique recensendum occurrit insigne aliud prodigium intercessione B. Virginis de Civitellâ apud fluvium Suasiam ab Altissimo perpetratum. Quidam .2. enim nomine Vincentius Betti adhuc sexennis in lebetem incidit aquâ ferventissimâ plenum, quem cùm vidisset ejus Genitrix B. Virgini prædictæ humillimè statim devovit; quæ pariter statim Puerum è lebete eductum illæsum prorsus restituit. Hac tempestate piorum fidelium ope reædificata fuit Ecclesia nostra D. Annunciatæ apud Rohadum magnificè .2. quidem, & honorificentissimè, nam propter innumera, eaque præclara, quæ piis fidelibus jugiter confert beneficia Virgo Beatissima, singulari Imaginem illam omnes veneratione certatim prosequuntur. Cum inter P. Priorem Generalem Ordinis ex unâ, & P. Provincialem, necnon alios Fratres Provinciæ Neapolit. ex altera partibus excitata fuisset controversia, cujus nimirum esset, & ad quem de jure spectaret deputatio Vicarii Generalis in eâdem Provinciâ, coram Joanne Baptista Car-

Erigitur in Civitate Astensi Societas 7. Dol. & magnificū Altare construitur.

Splendida stella in Dom. Palm. inspicitur, & Processionem insequitur.

B. Virg. de Civitella prodigium.

Reædificatur Eccles. D. Ann. apud Robadū

Cardinali Pallotta introducta, sequens emanavit decisio. .3.

Joannes Baptista Tit. S. Sylvestri in Capite S. R. E. Presbyter Cardinalis Pallottus nuncupatus.

Decisio in causa Neapol.

IN *Causâ Deputationis Vicarij Generalis in Provinciâ Neapolitanâ coram nobis introductâ inter Adm. R. P. Priorem Generalem Ordinis Servorum B. M. Virginis, & P. Provincialem, & alios Fratres dictæ Provinciæ Neapolitanæ ejusdem Ordinis. Visis scripturis, & allegationibus hinc inde deductis, & auditis Procuratoribus, & Advocatis pro utrâque parte informantibus, visisque videndis, & consideratis considerandis. Dicimus, decernimus, & declaramus P. Priori Generali præfato, & pro tempore existenti licuisse, & licere eo absente Vicarium Generalem suo loco subrogare, & deputare, qui omnimodâ ejus potestate, & jurisdictione ubique locorum (illâ tamen exceptâ Provinciâ, in quâ ipse Prior Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur, ac propterea talem deputationem factam, seu faciendam in præfatâ Provinciâ Neapolitanâ legitimam, juridicam, & Canonicam fuisse, & fore, Fratresque omnes, ad quos spectat, Vicario Generali, ut præfertur, Deputato, seu pro tempore deputando ad obedientiam præstandam juxta formam suæ delegationis obligatos fuisse, ac fore, decernimus, ac declaramus.*

Datum Romæ die 4. Junij 1640.

Loco ✠ Sigilli

Joannes Baptista Card. Pallottus V. Protector.

Petrus S. Quirinus Secretarius.

Apud S. Mariam de Monte Urbano die 19. Augusti, quæ sabbathum .2. fuit circa quartam noctis horam sanctissimè obiit P. Benedictus è clarissimâ Morellorum Gente Florentiæ natus, sed longè illustrior præ sanctimoniâ morum, cujus in Eremo præclara jugiter exhibuit specimina. Singula, quæ laude digna per 23. annos in Eremo præstiterat, recensere non datur, quia ex Eremi monumentis non satis apparent; constat tamen, quòd nedum apud Eremitas, verùm etiam apud Viros Principes, tanquam veræ virtutis exemplar, maximo habitus fuerit in pretio, ex quo luculenter colligere licet, quòd virtutes ipsas summo studio coluerit, earumque circumquaque diffuderit odorem. Hinc Eminentissimus Sacchettus Ordinis nostri Protector, ut alibi dictum est, apud S. Mariam de Monte Urbano Eremum instituere cupiens, Eremitas è Monte Senario, & præ cæteris Benedictum ad magnum hoc opus promovendum prælegit; quò sanè cùm Benedictus adiisset, operi ipsi indefessus instabat, etsi plura corporis incommoda præ angustiâ Loci, aliarumque rerum inopiâ subire cogeretur. Quin autem singula ejus sanctissima opera ferè divinando recenseam, animadvertere sit satis,

P. Benedicti Morelli Flor. Eremitæ apud Montem Urbanũ obitus, & gesta.

quænam fuerit apud Regionis ejus Gentes, A tum infimi, tum medii, tum supremi Generis de sanctitate ejus opinio; in primis Optimates, præsertim verò Joannes Baptista Nobili ejus Consanguineus, Tulsæ Gubernator, & Baron Mattei sedulam operam dedere pretiosissimis remedijs adhibitis, & curâ quacunque habitâ, ut Benedictus ab infirmitate, quâ hoc anno mense prædicto jacebat oppressus, integer omnino convalesceret; quoniam verò necessitati, nisi veriùs dixerim, Divinæ voluntati cedere oportuit, plurima, eademque honorifica in parentalibus exhibuerunt officia. PP. Augustiniani solemnia quædam die Dominico obitum Benedicti proximè sequenti celebrantes Musicos ab Urbe vocaverant; eos subindè ad exequias, & Missam so- B lemniter pro Defuncto cantandam misere. Cæterùm quæcunque ad ipsum spectabant venerationis ergo singuli certatim in ijs partibus rapere nitebantur, si verò ipsa consequi contigerat, singulari amore dissuaviabantur. Denique, quòd mortem sibi prædixerit Benedictus conijcere ex eo fas esset, quòd ubi sepulcrum Fratri Laurentio nuper defuncto parabatur, Benedictus audientibus aliis dixerit: *Eja igitur ibi F. Lucas, hîc F. Laurentius jacebunt, & inter eos medius ipse, quia paululum superstes ero.* Veritatem rei comprobavit eventus. Unà cum hisce Patribus summæ existimationis, ut diximus, periisse videbatur omnino spes recentis Eremi promovendæ, animo quidem despondentibus tum C Regionis illius incolis, tum Senarii Montis Eremitis, qui sibi exinde suadebant acceptum minime esse Deo, & Deiparæ hujusmodi augmentum, quapropter Eremitas alios in Defunctorum locum sufficere renuebant. Verùm quàm inanis foret eorum hic metus comprobavit statim eventus; vix enim ab obitu prædictorum Eremitarum ad Urbem pervenere duo ex Eremo Senarij Sacerdotes, nimirum P. Andreas Corsini, & P. Alexius Bartolini ambo de Florentiâ, zelo quidem ducti sacratissima Urbis monumenta veneraturi, sed veriùs dixerim speciali quodam Divini Spiritûs impulsu, qui ad sublimiora eos vocabat. Cùm satis superque hi Patres pietati suæ fecissent extrema cum Eminentissimo Sac- D chetti Ordinis nostri Protectore exhibentes humanitatis officia discessum ab Urbe meditabantur, ut propria repeterent; res autem aliter accidit, nam ipso jubente Eremum Montis Urbani petiere propter obitum Eremitarum prædictorum desolatam, quamvis B. Virgo suæ clementiæ oculos inde nunquam avertit, prout quæ sequuta deinceps sunt ostenderunt. Hi quidem PP. ad Eremum prædictam accedentes, Fratresque suos jam obijsse advertentes haud mediocri horrore perculsi ab obedientiâ Majorum sese subducere cupiebant; sed Sanctissima Domina, cui maximè curæ erat illius Populi vota explere, tum interiùs Servos suos excitando, tum exteriùs

Alij PP. Montis Senarij petunt ex obedientiâ Eremum Montis Urbani.

per

per varia piorum studia hoc præstitit, ut ipsi ejus obsequio ibidem se manciparent.

Monasterium Sororum Ord. Ser. apud S. Ang. in Vado eximitur à destructione.

Non importunum arbitror, hic Posteros docere, quod cum D.D. . . . . Onorati Episcopus S. Angeli in Vado hoc anno 1640. Monasterium Sanctimonialium nostrarum illius Civitatis Patribus Oratorij S. Philippi Nerij tradere statim ac licuisset, decrevisset, 30. annos, & ultra facultatem nunquam .2. concessit Moniales alias induendi, quamobrem una tantum Choro addicta, & duæ Conversæ supersuere, quas ut inde educeret, & aliò transferret Episcopus pro virili contendit. Verùm arte quacunque, ipsisque minis superior illa se potiùs mori, quàm inde egredi, ubi regularem vitam professa fuerat, constanter semper assenuit. Hinc Præsul morem eidem gerere meliùs consultum putavit, sed brevi tum ipse, tum ejus fautores periere, & Episcopo successore facultatem amplissimam concedente plures indutæ fuere, & illam veluti suam Matrem habebant, & appellabant, eique conservationem illius Monasterij Ordo Servorum debere gloriatur.

ANNOTATIONES IN CAP. XXIII.

1 *AUg. Romer Serv. Mar. lib. 6. cap. 23.*

2 *Ex monum. eorundem Locorum, & quoad splendidam Stellam in Civitate Astensi etiam ex Actis pub. illius Curiæ Episc., relatis ab August. Alevazzoli lib., cui tit.* Regina de' Martiri *cap.* 22.

3 *Ex Reg. Gen.*

Erigitur in Templo apud Bonnam D. Annunciatæ Imago.
CAP. XXIV.

AUgebatur in dies erga Cœlorum Reginam in Æde S. Crucis apud Bonnam Christifidelium religio, & erga ejusdem Servos veneratio, præsertim Serenissimi Electoris, quapropter Benignissima Domina vices rependere cupiens Templum ipsum admirabili suæ Annunciationis Imagine illustrare decrevit .1. Serenissimus Ferdinandus à P. Hieronymo ibidem Priore edoctus de cœlitus collatâ D. Annunciatæ Imagine in Ecclesiâ nostrâ Florentiæ, ejusque etypon in pluribus Ordinis nostri Ecclesiis colere nos consuevisse, illicò pro suo in D. Virginem affectu cum Serenissimis Etruriæ Principibus agere statuit de obtinendo ejusmodi Annunciationis exemplari. Itaque ad Magnum Etruriæ Ducem datis Literis suum exponit desiderium Ferdinandus, cui satis, prout par erat, facere contendens Magnus Dux Imaginem ipsam coloribus aptissimè exprimendam peritissimo Pictori demandavit, quam feliciter absolutam 12. Kalendas Octobris hujus anni ad Summi Pontificis Nuncium ad Rhenum, qui posteà Alexandri VII. nomine Christi vices gessit in Terris, E transmisit Electori tradendam.

Elector Coloniæ petit à M. Etruriæ Duce exemplar Imaginis D. Ann. de Flor.

Elector Imaginem etiamnum convolutam advertens longè majorem esse, quàm expectaverat, summo gaudio perfusus Aulicos Ephebos candidis facibus paratos adesse præceperat, ut eò augustiùs honori primùm evolvendæ Imaginis consuleretur. Re tamen evestigio meliùs consultâ, non in profana Aulâ, sed Sacrâ Crucis Æde aperiendam esse definivit. Quo circa Patri Fortunato, ac reliquis Servitis ibidem degentibus commissam, curruque Electorali ad S. Crucis Montem evectam proximè sequenti die in Festo D. Matthæi insequutus Sacram Imaginem aperiri mandavit, quam simulac Serenissimus vidit, ita veneranda ejus facies illius oculos, & animum perculit, ut F pluries adverterint Domestici Ferdinandum, quoties in ipsam oculos defigeret, in lachrymas solutum, & exinde deduxerint, quodnam amoris incendium ejus animum subiret.

Detegitur solemniter in Æde S. Crucis.

Quamverò accepta fuerit Virgini specialis hæc Ferdinandi pietas, ipsâ quoque die patuit, quâ proximus quidam Vir non malæ notæ, cæteroqui rerum circa Imaginem gestarum penitus ignarus, lumen quoddam ad instar magnæ facis ibidem in lævo Aræ cornu, ubi tantisper affixa fuerat Imago, toto sacrificiorum tempore collucere vidit, quod cùm novisset Elector ex eo intelligens quid ampliùs à se Deiparam velle, lampadem argenteam ante Virginis faciem perpetuò arsuram, animo statim designavit, quod pro eximio in G eandem Imaginem affectu consequentibus annis reipsâ præstitit Serenissimus ejus Successor Maximilianus Henricus; Aram interim ille addidit, cui eadem Imago inauratis limbis compacta deinceps insisteret. Cùm primò ab ejus erectione Divina celebrarentur Officia sacro Præsentatæ in Templo Virginis die, tantus inter Divina in eâdem Ecclesiâ exortus est turbo, ut nec unus adfuerit, qui & Ecclesiæ, ac sibi suprema imminere non vereretur, solus Ferdinandus humi immotus, prout ad Aram provolutus erat, ita religiosis in Imaginem sensibus defixus hæsit, ut positum juxta se galerum ex defluente accensæ grandis Candelæ, ventisque agitatæ cerâ totum infici minimè adverteret; hunc autem turbinem à H nefariis fortè spiritibus excitatum fuisse tantam Virgini gloriam invidentibus insolita venti vis ac tantopere infesta satis, superque declaravit.

Turbo Dæmonū operâ excitatur.

Hoc pariter anno Confratres Societatis B. Philippi Benitii Florentiæ sacram Ædem .2. Lauretanam Mense Majo peregrinando adiere, deinde Tudertum B. Patris Ossa humillimè veneraturi, ubi eximiis lætitiæ significationibus per aliquot milliaria longè ab Urbe, Viri quidam nobiles nomine Civitatis obviā processere, ac plura humanitatis, & hospitalitatis specimina in opportuno loco exhibuere; rursus autem Urbem subeuntes processionaliter excepti fuere à Confraternitatibus

Soc. S. Philip. Benitii de Flor. Lauretum, ac Tudertū petit honorificè excepta.

bus Laicorum, facris Regularium Ordinibus, & Clero feculari, indefinenti campanarum omnium Urbis fonitu, festivorum ignium plaufu, & frequentissimo Populo ad Ecclesiam Cathedralem primùm affociantibus, ubi Deo laudes fuavissimo concentu præcinebant Musici, deinde ad Ecclesiam, in quâ B. P. Corpus quiescit, ubi P. Servita Societatis illius Corrector, ac Moderator brevem, & maximè appositam Concionem ad Populum habuit. Constattes verò lampadem argenteam non mediocris pretij B.Philippo obtulere, in quibus tribus fcutis impressa cernebantur hæc verba: in primo, *B. Philippo Benitio Florentino Ordinis Servorum B. M. femper Virginis*: In fecúdo, *Sodalitij ejusdem pij Confratres S.Lauretanæ Domû petentes*: in tertio, *Concivê, Patronumque coram venerati humillimè offerebant A. S. MDCXLI.* Faventiæ .2. autem in Ecclesiâ noftrâ, ubi ab anno usque 1607. Philippi Ferrarii Generalis operâ erecta, ficut & alibi, fuerat Societas Habitûs B.M.V., hoc anno 1641. Sacelli ejusdem Societatis Altari fupetpofita fuit Statua B. V. Dolorofæ imaginem referens feptem gladiis transfixæ, cùm antea ibidem effet Imago B. Virginis de Rhegio, quam omnes maximè venerabantur, & in generali Habitûs nostri Procefsione deferebant, necnon quotannis in fero Sabbathi Sancti coronabant.

Offert lampadê argenteam.

Hoc eodem anno die 14. Augusti B. Virginis vulgò nuncupatæ *de Valle abyssi* imaginem miraculis celeberrimam, de quâ Cent. 3. lib. 4. cap. 9. ad annum .2. 1489. ab ipsâ fui origine ad Aram principem appofitam, P. Barnholomæi Bernardini Biturgienfis tunc ibidem Prioris operâ, & ftudio eleganter hinc indè exornatam ejus Cœnobij Patres ad Aram aliâ recèns extructam folemni pompâ tranftulerunt. In Provinciâ Narbonensi fundatum olim fuerat Cœnobium, & Ordini nostro tributum aono videlicet 1607. prope Leonacenfem Urbem vulgò *Lorgues* in Diœcefi Forojuliensi fupra Montem quendam apud Sacram quandam Ædieulam D. Ferreolo Martyri antiquitus dicatam. Hoc autem anno eàdem Ædiculâ retentâ cùm Terris adiacentibus aliò translatum eft, fed tamen extra mœnia prædictæ Urbis conftructum unà cum Ecclesiâ fub Invocatione B. Virginis de Pietate. In Provinciâ pariter Neapolitanâ Cœnobium quoddam nostrum in Valle Geffonenfi intra Diœcesim Salernitanam, fub rupe Montis Regii, qui ab incolis, & Dominus Carbonariæ per milliare circiter in folitudine diftat, anno 1450 excitatum è folo fuerat, prout ad eundem annum dictum eft, cui adiecta erat Ecclesia Gloriofæ Dei Matri facra, ejus verò miraculorum copiâ, & finitimarum Gentium devotione percelebris; quoniam verò ob distantiam ab Oppido haud mediocre, tum Fratribus nostris, tum Oppidanis accedebat incommodum, qui proinde in fuis necessitatibus nocturno præfertim tempore eorum ope-

Trâsfertur folemni pompâ Imago B. V. de Valle abyssi, & Cœnob. Lorgues in Prov. Narbon.

râ deftituebantur; inprimis anno 1618. Joannes quidam Camillus Cefaro pietate ductus, & erga Ordinem eximiâ benevolentiâ eidem amplissimum quoddam Palatium .2. necnon arboream quandam adiacentiam dono dederat conditione appofitâ cujufdam Ecclesiæ ædificandæ, & 40. Mifsarum fingulis annis celebrandarum. Anno verò 1635. Eminentissimus Savellius Populorum vota perpendens, & commodum, quod illis ex operâ Fratrum fuppetere poterat, necnon prædictum Palatium, Ecclesiam juxta mentem prædicti D. Joannis Camilli ædificari indulfit, quemadmodum revera ædificata fuit fub invocatione S. Mariæ de Confolatione. Denique hoc anno præcedente Universitatis illius afsenfu Sanctissimi D.Urbano Papæ VIII. humillimè fupplicarunt Patres, ut fibi liceret præfatum Cœnobium à fylvâ ad prædictam novam Ecclesiam transferre; Sanctitas deinde Sua præviâ Vicarii Salernitani relatione clementissimè indulfit fub datum die 8.Novembris quòd Fratres unà cum oneribus ad recens Cœnobium S. Mariæ de Confulatione gradum facerent, quod reipsâ die 25.Novembris ejusdem anni præftiterunt. Romæ Ecclesiam .2. D. Nicolai in Archionibus iamoridem Ordini noftro tributam Patres noftri deferuere. Bononiæ tandem animadvertentes Patres Cœnobij noftri apud S. Georgium inelegans illud effe, ac potiùs plurium, diverfique generis domuncularum temerè factum aggregatum, quàm proprium, & religiofæ Familiæ congruum domicilium, poft varias confultationes, Cœnobium aliud ibidem construere juxta præclaram quandam Ideam decreverant, qua tandem abfolutâ hoc anno primum lapidem novæ huic Fabricæ imposuerunt, quam deinde confequentibus annis maximè promotam, & eleganti ordine concionatam videbimus.

Ædific. nova Eccles. Carbonariæ in Prov. Neap., & PP. ad recês Cœnob. S. Mariæ de Confol. fe transferunt.

Reununciatur Eccl. D. Nicolai de Urbe in Archionib.

Construitur Bononiæ novum Cœnobium S. Georgii

ANNOTATIONES IN CAP. XXIV.

1 *Augusti. Romer Serv. Mar. lib. 8. cap. 21.*

2 *Ex monum. illorum Conventuum.*

Tumultus quidam in Conventu nostro D. Annunciatæ Centurii in Corsicâ excitati componuntur, & in Civitate Bastiæ novus Ordini Servorum Conventus accedit.

C A P. XXV.

EX quo cujufdam è noftris vitio, qui cæteris regendis prælatus feipsum regere noluit, graviffima damna Ecclesiæ nostræ D. Annuntiatæ de Centurio in Insulâ Corficæ hifce temporibus illata fuete, tumultus ingens invaluit, adeò ut Patres omnes nostri Ordinis in quatuor ejufdem Infulæ Conventibus degentes, *Centurij* videlicet, *Bere-*

PP. Or. Serv. recedũt ab Insula Corficæ.

Beretoli, *Casa Bianca*, & *Belgodere*, maximè deterriti sponte inde recesserint, veriti fortasse, ne singulis ipsorum graviora imminerent supplicia, quæ uni tantùm subeunda videbantur. Cùm autem hoc animadvertissent Incolæ præsertim Centurij, atque Morsiliæ, sèque proindè Religiosorum Familiâ destitutos, sibi consulere volentes, in duas è regione oppositas abiere factiones. Incolæ enim Morsiliæ Patres Minores de Observantiâ in ejus Conventûs, & Ecclesiæ possessionem immisere. Incolæ verò Centurij contendebant ab Ordine Servorum Deiparæ recedendum non esse, sed potiùs ab ejusdem Ordinis Superioribus Religiosos alios melioris notæ postulandos. quamobrem PP. nostris Genuæ degentibus suum aperientes consilium ab ipsis enixè petiere, ut opportunè cum Priore Generali providerent, quem revera statim de his omnibus certiorem fecerunt, ut Populorum votis satisfaceret, & Ordinis famam repararet.

Incolæ Centurii pro Ord. Serv. & Incolæ Marsiliæ contra eundem pugnant.

Itaque Generalis Berardius, qui eo temporis Bononiæ commorabatur in celeberrimo S. Mariæ Servorum Cœnobio, hæc intelligens P. M. Valerio Donzeli de Genuâ illius Provinciæ tunc Præfecto præcepit, ut in Insulam Corsicæ idoneos aliquot transmitteret Patres ad ea, quæ ibidem contigisse ad Ordinem nostrum spectantia deferebantur, diligenter perquirenda, eorumque veritatem assequendam, unde opportuna adhiberi possent remedia. Itaque mandatis hujusmodi obsequentes præfato Provinciali diligente eò profecti sunt P. M. Angelus Maria, qui alias vices Prioris Generalis in eâ Insulâ gesserat, & P. Baccalaureus Sylvius Silvani ambo Genuenses, quò cùm pervenissent habitâ exactâ perquisitione à Centuriensibus tantùm P.M. Angelus Maria præfatus Genuam rediit, P. Baccalaureo apud Bastiam relicto, ut ipse, quò majori studio poterat, præsto foret, ne pessum irent omnia, ibique simul expectaret P. Generalis determinationes, qui è varijs partibus documenta rerum accipiens inter se diffidentia, die 21. Aprilis ejusdem anni 1641. eò in sui Vicarium electum transmisit P. M. Bernardinum Mariani de S. Martino in Rio è Provinciâ Lombardiæ, Virum sibi notissimum, & acceptissimum, quem apud Helvetios tunc propter varia negotia degentem per Literas vehementer incitavit, ut inde recederet, & Insulam Corsicæ peteret ea, quæ contigerant, exactè requisiturus, speciatimque Bastiam periturus, ut ibi rem haberet cum Generali illius Regni Gubernatore, cum Episcopo, & alijs quibuscunque, prout necessitas, & opportunitas exegissent. Die 7. Julii ejusdem anni directioni prædictæ inhærens P. M. Bastiam pervènit, ac rem ipsam ita se habere accepit; subinde communicato consilio cum D. Benedicto Viale Gubernatore, & D.D. Episcopo de Mariana, qui de rebus omnibus ipsum certiorem maximè fecerant, Processum construere cœpit, rerumque plurium criminum convictum ritè damnavit.

Mittuntur Patres pro informatione.

P. M. Bernardinus Mariani eligitur Vic. Ge. pro Insulâ Corsicæ.

Reum convictũ damnavit.

Interea D. Gubernator, & D. Episcopus P. M. Bernardino prædicto persamiliariter utebantur, eidemque plura exhibebant, tum publicè, tum privatim benevolentiæ argumenta, ipsique adhærentes Ministri omnes, & Officiales utriusque Curiæ eadem cum illo humanitatis officia præstabant. Hinc idem Bernardinus D. Gubernatori pluries supplicare veritus non fuit pro rebus Ordinis in integrum restituendis, cui planè præfatus Dominus morem ipsi se gesturum respondit, dummodo Superiores Ordinis seriò sponderent, se non ampliùs Cœnobia Corsicæ habituros, tanquam improborum, & delinquentium Religiosorum domicilia, quin potiùs eò se transmissuros inposterum Vicarios Generales conspicuos, & ad regendum idoneos, necnon integritate vitæ cæteris prælucentes; secus enim non modò sibi curæ non esse amissa Ordini restituere, verùm potius reliqua omnia subtrahere, ac Serenissimum Senatum idem in cæteris Conventibus præstiturum in ejus Ditione sitis, etiam in continenti. Addidit autem P. M. quòd Superiores Ordinis votis ejus, prout par erat, omninò satisfecissent, dummodo ipsi libuisset Locum aliquem Ordini tribuere, qui Patrum hujusmodi dignitati, & conditioni responderet; vix enim decere videbatur hujus indolis Viros in Loca quædam ablegare commodis destituta, & ab Urbibus, Urbanisque Domiciliis distantia, ac propterea cùm ad hoc opportuna esset Ecclesia, quam nuper Bastiæ Civitas in honorem D. Josephi Patroni dicandam erexerat, nec adhuc, qui eam colerent decreti fuissent, eandem Ordini nostro P. M. præfatus assignandam esse petebat. Cui sanè petitioni audiens D. Gubernator Serenissimo Senatui ipsam proponere non renuit, reque ipsâ proposuit Literis ad rem aptissimis datis die 20. Augusti 1641.

D. Gubernator Ordini Servor. & P.M. Bernardino benevolus

Sedando autem Populorum Morsiliæ, & Centurii jampridem excitato tumultui, ipsique rei veritati luculentius assequendæ addictus P. M. Bernardinus apud D. Gubernatorem, nil intentatum reliquit, qui proinde operam omnem adhibuit, & quidem maximam pluribus habitis consultationibus, pluribus adhibitis supplicibus Libellis, tum Serenissimo Genuæ Senatui, tum Bastiæ Prætori; & Antianis, ut Serenissimus idem Senatus die 29. Octobris 1641. tandem aliquando decreverit Ordinis nostri Patres restituendos in integrum esse, prout antea erant Conventui, & Ecclesiæ D. Annunciatæ Centurium inter, & Morsiliam sitis, proindeque juribus, pertinentiis, & rebus omnibus ad dictum Cœnobium, & Ecclesiam spectantibus. Quod statim exequutioni reverenter, & exactè mandatum fuit D. Gubernatore jubente, qui leges quasdam etiam in exequutione servandas præscripsit avertendis tumultibus, & Ordinis

nostri

nostri decori consulendo accommodatissimas. Nam P. M. Bernardinus Literis, & Decretis præfatis à D. Gubernatore acceptis D. Locumtenentem *de Capo Corsò* adiit, & unà cum ipso, cæterisque Officialibus, ac Ministris Ecclesiam petiit, atque Cœnobium D. Annunciatæ in possessionem immissus à prædicto D. Locumtenente, nomine Serenissimi Senatûs die 4. Novembris ejusdem anni fuit, ibique statim de Familiâ constituit plores Sacerdotes, Clericos, & Laicos. His profectò non acquievere Primarij quidam è Morsiliâ, & à Serenissimo Senatu facultatem petiere ad Sacram Congregationem appellandi. Verùm Serenissimo Senatu à Decretis nullatenus resiliente tandem acquievere, pristinam cum Ordine nostro concordiam iniere, & ab appellatione prosequendâ recessere, potissimùm verò, quod cognoverant D. Gubernatorem Ordini nostro Romæ, & ubicunque opus fuisset, fovendo, protegendo indesinenter addictum fuisse, esse, ac fore, quod sanè rei comprobavit eventus, tum pro sedandis hisce tumultibus, tum pro pacificâ eorundem Patrum in prædicto Conventu D. Annunciatæ possessione, tum pro novâ Conventûs apud S. Joseph in Civitate Bastiæ acquisitione. Ejus enim potissimùm operâ Serenissimus Senatus die 3. Decembris 1641. D. Episcopus, deinde Prætor, & Antiani illius Civitatis, cæterique, ad quos de jure spectabat, benignè annuerunt, quantumlibet ibi, & Romæ reclamassent tntius Ordinis Seraphici Parres, ut Ordini Servorum in Civitate Bastiæ nova sedes prædicta concederetur; quinetiam ad vindicandos ab omni prorsos molestiâ pro dictâ possessione Ordinis nostri Patres, & hactenus Decreta à Prætore, Antianis, & Magistratibus prædictis magis ac magis corroboranda, P. Vicarii Generalis studio Decretum suum interposuit, pro eâdem possessione confirmandâ. Insuper ad obstruendum os loquentium iniqua, opponentium videlicet, quòd P. Vicarius Generalis non eâ facultate præditus erat, quâ par esset obligandis Ordinis nostri Superioribus ad inita superiùs pacta servanda, quâ sanè præditus erat, proindeque satis superque ijs fecit, qoibus de jure satisfacere debebat, nihilominus ab Angelo Berardio Priore Generali facultatem magis expressam obtinuit sequentis tenoris:

P. M. Beraardinus immittitar in possessionē Conv. D. Annunc. de Cēturio.

Nonaalli reclamant, sed breve acquiescant.

Concediamo licenza particolare al M.R.P.M. Bernardino Mariani nostro Vicario Generale nell' Isola di Corsica, che possa nell' occorrenze per benefizio, e grandezza della Religione, trattare con qualsivoglia Principe, o Prelato, e dare quelle sodisfazioni, che potremmo dar Noi medesimi per conclusione di quei negozij, che si trattano con il suddetto fine. In fede di che &c.

Data in Perugia li 3. Agosto 1642.

Così è F. Angelo Maria Berardi Gen.

Gen. facultatem concedit Vicario Gen. obligandi, prout de jure.

Interim verò idem P. Vicarios Generalis ab opere incœpto non destirit, neque ab eodem prosequendo prohibitus fuit, sed in Episcopali Cancellariâ exhibitis necessariis documentis, A exhibitis quoque D. Episcopo precibus, Mediatoribus denique Civitatis Bastiæ Proceribus, & D. Gubernature, die 15. Januatij possessionem actualem accepit Ecclesiæ S. Josephi, prout constat ex Actis illius Cancellarij Episcopalis. Planrata autem subinde fuit Crux in eodem situ, & in eadem Ecclesiâ Servitæ nostri congruis ritibus, eâdem die tumularunt Mulierem quandam Ordini nostro addictam; manè verò proximè sequenti eleemosynas ostiarim quæritando Civitatem obierunt. Quæ cùm advertissent singuli tres S. Francisci Ordines, appellationem suam ad Sacram Congregationem in Episcopali Cancellariâ interposuere, sed exinde juridicum Decretum emanavit: *Nihil innovetur*; B quapropter in erigendâ Cruce, & eleemosynis quæritandis, quæ 12. Religiosis satis abundè alendis pares erant, perseverarunt. Paulò verò post P. Procurator Generalis nostri Ordinis P. M. Bernardino præsaro significavit, quòd Fratres Minores, de Observantiâ, Reformati, & Capuccini de Bastiâ ad S. Congregationem confugerant, enixè petentes, ut Patribus nostris inhiberetur facultas quæstuandi in eâdem Civitate, & eorundem supplicem Libellum ab eadem S. Congregatione ad se remissum pro informatione ad ipsum P. M. Bernardinum transmisit, ut certiorem illum faceret de ipsâ rei veritate. Hic verò cùm ad Urbem personaliter se transferre non posset, eò transmittere decrevit P. Baccalaure- C um Sylvium Mariam Silvani aliàs memoratum, qui subinde relationibus opportunis, & Literis acceptis, quas ad S. Congregationem dederant Prætor, & Antiani Civitatis Bastiæ, & quas ad D. Cardinalem Raggio dederat D. Benedictus Viale Gubernator die 2. Octobris 1642., quibus ejusdem P.M. Bernardini, & Ordinis nostri decori mirum in modum consulebant, Romam versus iter suscepit.

Frustra reclamātibat PP. Ord. S. Frācisci Ordini Servor. conced. Locus in Civit. Bastiæ.

Hujusmodi officiis, ac documentis suffultus P. M. Hippolytus Bazzani eo temporis Procuratot Generalis, & P. Baccalaureus prædictus confirmationem Ecclesiæ S. Josephi præsaræ pro Ordine nostro à S. Congregatione impetraront, quo habito idem P. D Baccalaoreus Bastiam redijt, Servitæ pacificè in possessione permansere, & D. Episcopus Ordini quoque nostro vicissim, sicut, & alijs sacras habere Conciones per Adventum, & Quadragesimam in Cathedrali clementissimè indulsit. Quod munus præcæteris primus suscepit idem P. Vicarius Generalis, licèt postquam Conciones per Adventum expleverat Romam adire compulsus de rebus nostris ad Corsicam spectantibus Generalem illius temporis, prout opus erat, docturus, per Quadragesimam expiere minimè potuerit, in cujus locum suffectus fuit P.M. Lælius de Cortonâ in Universitate Pisanâ Philosophiæ Professor.

S. Congregat. confirmat possessionē præfatā

Intereà idem P. Vicarius Generalis Genuam se contulit de Ordinis nostri augmento cum Serenissimo Duce, & Serenissimæ Reipublicæ Procuratoribus acturus, Priorem etiam Generalem adhuc viventem aditurus, ad quem proinde D. Gubernator, & Civitatis Bastiæ Proceres sequentes Literas miserè per Tabellarios, quia P. Vicarius præfatus adire personaliter non potuit. Hic autem est tenor Epistolæ D. Gubernatoris.

Epistolæ favorabiles pro Ordine Servor.

Molto Illustre, e Reverendissimo Signore.

NOn stimo che in questo Regno si potesse trovare miglior mezzo alla divota Religione di V. P. Reverendissima, non solo per moltiplicarla, ma per poner il freno a' Religiosi di essa, quanto d' aver introdotto in questa Città instituzione di nuovo Convento, come è seguito F *ora con contento universale di questi Popoli nella Chiesa di S. Giuseppe, poichè essendo capo del Regno, così dovrà esser residenza di Persona qualificata, e d' autorità nella conformità, che segue adesso per mezzo del M. R. Signor P. Bernardino suo Vicario, che con somma prudenza hà in queste parti finora esercitato la sua carica. Resta solo rappresentarli, che sarebbe di bisogno qualche Padre esemplare, e di virtù, sì per poter compire a qualche mancamento per l'addietro seguito, come anco acciò vada in accrescimento la sua Religione, e come meglio di presenza le sarà spiegato dal suddetto suo Signor Vicario, che se ne viene per rappresentarle i bisogni di esse e per fine mentre prego VS. Reverendissima à ricordarsi di me nelle sue divote orazioni le* G *bacio le mani.*

Di V. S. Molt' Illustre, e Reverendissima.
Bastia li 19. Aprile 1642.
Affezionatissimo Servo
Benedetto Viale.

Tenor autem Epistolæ ejusdem Civitatis Procerum hic est.

Molt' Illustre, e Reverendissimo Padre.

LA Divozione, che la nostra Città professa à Maria Vergine ci hà fatto abbracciare la Religione di V. P. Reverendissima propostaci dal M. R. P. M. Bernardino Mariani suo Vicario in questo Regno, non ostante i rumori di Centuri, e Morsiglia. Per questo Padre, da cui per l' H *esperienza di sue buone azioni possiamo sperare ogni publica sodisfazzione, s'intenderà le qualità di questo Popolo, che non si rende immeritevole d' esser provisto d' Uomini di valore, sicome ora, e sempre la preghiamo à favorircene, assicurandola, che se quelli manderà, compiaceranno a' nostri giusti desiderj, saranno ottimamente contracambiati in utili, ed Onori. Più dirà, e riferirà il P. Bernardino suddetto, nel quale molto confidiamo, e a cui da se, e da noi a pieno informato ci rimettiamo, e nostro Signore le conceda esaltamenti maggiori.*

Di V. P. Molt' Illustre, e Reverendissima
Bastia li 20. Aprile 1642.

E *Servi Divotissimi*
Gio. Pietro Costa Podestà
Giacinto Santini Anziano
Pietro Cardi Anziano
Girolamo Rossi Anziano
Alessandro Spinola Anziano.

Absolutis cum Serenissimo Senatu debitis reverentiæ officiis Genuâ solvens P. Vicarius Generalis Bastiam rediit, & statim publici Lectoris munus aggressus antemeridianis horis Theologica interpretari cœpit in quartum sententiarum, eo quidem ordine, ut in ijs potius versaretur, quæ ad praxim, quàm quæ ad meram speculationem spectarent, hac ratione meliùs Ecclesiasticis secularibus, qui frequentissimi ipsum audiebant, consulturus. F Pomeridianis autem horis Philosophicas explebat quæstiones, ipsum pluribus adolescentibus pariter secularibus audientibus, è quibus non pauci evasere deinceps haud minimæ notæ Doctores. Propugnatæ verò subinde fuere publicè in aulâ Regiâ coram Excellentissimo D. Gubernatore summo omnium plausu è prælatis Disciplinis selectæ Conclusiones, quibus intererant Sacrorum aliorum Ordinum in hac Civitate degentium Regulares. Interea quoque Tertij Ordinis Habitu indutæ fuere Mulieres quædam, quæ jampridem ad instar Monialium a reliquis segregatæ sanctiorem vitam ducebant, vulgò dictæ *le Turchine*, quia habitum cœrulei coloris gerebant; quod planè acceptissimum fuit D. Episcopo, G ejusque Vicario, quorum unus eorum Ecclesiæ, atque Cœnobij Patronus erat, alter verò Fundator, nec minùs ab omnibus communiter exceptum ex animo fuit; hinc in lucem statim prodiere tanquam gestientis animi significationes diversi generis poemata Civitatis ejusdem Proceribus, Excellentissimo D. Gubernatori, D. Episcopo, P. Vicario Generali nostro, & singulis Regularium Ordinibus ab auctore ipso exhibita, quod pariter contigerat, quo die S. Josephi Ecclesiam Fratres nostri possidendam subiere.

P. M. Bernardinus Lector S. Theol. & Philosoph. Bastiæ.

ANNOTATIONES IN CAP. XXV.

H *EX monum. eorundem Conv. singula colliguntur, in quibus exactè, & susè descripta habentur Acta, & Epistolæ, quæ hic indicantur.*

Erigitur Forolivij in Ecclesiâ nostrâ Sacellum B. Virgini nuncupatæ de Purificatione, *quæ est ejusdem Ecclesiæ Titularis, consecratum. D. Annunciatæ Bonnensis Imago Coloniam transfertur. CAP. XXVI.*

ANno salutis Dominicæ 1642. die 16. Septembris, quæ fuit feria 3. Serenissimus Parmensium Dux expeditionem Castrum versus aggressus, prout vulgò notissimum est, plurimis stipatus mili-

militibus Forolivium noctu pervenit, nec ob-
stantibus varijs, ac validis officijs, quæ præ-
stitere egregius Vir Joannes Gaddi Serenissi-
mæ Genti Farnesiæ jampridem addictus, præ-
tereà ejusdem Civitatis Episcopus D. Jacobus

Parmensium Exercitus Forolivium subiit, & inde recedit.

Theodoli summæ prudentiæ, ac virtutis An-
tistes huc, & illuc circa mœnia personali-
ter equitando, qui Serenissimum enixè roga-
bant, ut intempestivis saltem illis horis Civi-
tatem subire minimè contenderet unà cum
Exercitu, elato supercilio, moræque impa-
tiens transitum per Urbem extorsit, hac ta-
men conditione, quòd nullam civibus mole-
stiam inferret, eo vel maximè, quòd Eminen-
tissimus Franciotto per Romandiolam S.R.E.
Legatus Gubernatorem, & Proceres Urbis
præmonuerat, quòd à Celsitudine suâ nullum
ipsis accessurum erat detrimentum, ideóque
ut transitum illi permitteret, hortatus erat.
Itaque secundâ noctis horâ Serenissimus Dux
unà cum Exercitu Civitatem penetravit, mi-
lites verò partim in privatis Domibus, par-
tim in Regularium Monasterijs excepti fuere,
quibus eadem Civitas commeatum abundè
suppeditavit; Feriâ deinde quintâ proximè
sequenti Forolivio Meldulam versus iter sus-

Exercitus Pontificiorū.

cepit. Die verò insequenti feriâ nimirum 6.
quæ fuit 19. Septembris eòdem accessit Ex-
cellentissimus Princeps D. Thadæus Barberi-
ni Summi Pontificis Urbani VIII. Nepos Ex-
ercitûs Ecclesiastici Imperator, qui pariter
Civitatem ingressus magnam militum suorum
vim in Regularium Monasterijs distribuit,
proindéque tercentum pedites Monasterio
nostro traditi fuere; Hos inter præ cæteris im-
probus alter Odæum .t. subiens Ecclesiæ

Cujusdā Militis impudentia, ac temeritas in Imagin. B.M.V. & S. Petri.

summâ impudentiâ alvum ibidem exonera-
vit, nec adhuc sibi, suæque temeritati, me-
lius dixerim Atheismo, satis superque factum
existimans, (horret animus hoc recensere)
Imaginem B. Virginis de Purificatione nun-
cupatam in ipso Odæo publicæ venerationi
expositam immundis illis fæcibus deturpavit;
prætereà aliam quoque ejusdem B. Virginis
Imaginem in Dormitorio sitam vulneribus
affecit; necnon Imaginem S. Petri Apostoli
in ejusdem Cœnobij Capitulo positam, ocu-
los ipsi effodiendo, manusque lacerando,
quòd etiamnum visitur non sine ingenti Chri-
stifidelium horrore.

Certior de hoc facinore factus Excellentis-
simus prædictus Princeps Cœnobii Præsidem,
scilicet P. Magistrum Michaelem Angelum
Gaddi, bono animo esse jussit, séque oppor-
tunum tanto malo remedium illicò adhibitu-
rum eidem seriò promisit, quippe qui super
hac re haud mediocri zelo commovebatur;
itaque ipso jubente Illustrissimus D. Marcellus

Resarcitur iniuria illata Imag. B.M.V.

Merlini Patricius Foroliviensis D. Francisci
Episcopi de Cerviâ Frater, bis centum scuta
eidem Priori erogavit censui tradenda, quo-
rum annuus proventus lampadi perpetuò
accensæ servandæ coram utrâque B. Virginis
Imagine par esset, eóque cultu illata resarci-
retur iniuria; etsi verò meliùs consultum exi-
A stimatum deinceps fuerit, quod Sacræ tan-
tùm Imagini in Odæo expositæ totus, ac pro-
inde uberior addiceretur proventus.

Post hæc exposita Populo fuit super Aram
principem prædicta Virginis Imago modo
prædicto deturpata, quod sanè spectaculum
haud mediocriter omnes commovebat; dein
verò artis pictoriæ operæ purgandam, &
componendam Patres curarunt; Imaginem
autem ejusdem Virginis in Dormitorio sitam
instaurandam, prout modò quoque visitur,
hæc omnia maximè commendante præfato
D. Episcopo. Interim inibant PP. consilia
ad locum designandum in Ecclesiâ, ubi collo-
canda honorificè foret prædicta Virginis Ima-
go jam deturpata. Post varias tandem consul-
B tationes, accedente præsertim prædicti Præ-

Piorum ope erigitur Sacellū Imagini B.M.V.

sulis approbatione, erigendum PP. decrevere
Imagini prædictæ Sacellum, quod erectum et
absolutum brevi fuit piorum Civium operâ,
præsertim verò Patriciorum quorundam, sci-
licet Marcelli Merlini, & Joannis Tolfi,
quos minimè puduit, quinimmo jucundissi-
mum ipsis fuit, sicut & duabus nobilibus Fœ-
minis ad hoc opus pro dignitate complen-
dum stipem ostiatim quæritare.

D. Ann. Bonnensis Imago Coloniam transfertur.

Hoc eodem anno veneranda D. Annunc. .2.
Imago apud S. Crucis Ædem prope Bonnâ an.
proximè præcedenti, ut diximus, solemni-
ter collocata, iniuriæ Vivariensium loco illi
imminentium subducenda Serenissimo Ele-
ctore jubente Coloniam translata fuit, ubi in
C Templo Patrum Ordinis Prædicatorum, do-
nec suæ sedi restitueretur, ab universâ prope-
modum Urbe concurrente simul, & plauden-
te spectata quater fuit. Hoc pariter anno ce-
leberrima fuit alia B. Virginis Imago; nam
in Ecclesia nostrâ de Monte Corvino in Pro-
vinciâ Neapolitanâ .t. coram venerandâ D.
Annunciatæ Imagine, quæ ibidem summâ
veneratione colitur, mense Augusto Mulier
quædam nomine Augustina Palmentieri, cùm
plures dies ægrotasset Sacram hanc Imaginem
invisere voto se obstrinxit, quò cùm perve-

Intercessione B. M. V. de Monte Corvino Mulier à nefarijs Spiritibus obsessa miro modo liberatur.

nisset, ibique sacro interfuisset, die secundâ
prædicti Mensis deprehensa fuit à nefarijs spi-
ritibus obsessa, statim verò duo ex illis evase-
re quædam exhibentes indicia; post hæc ip-
D samet Mulier coram omnibus testata est, se
certò B. Virginis intercessione vindicandam
omnino esse ab hujusmodi tyrannide, eò quòd
Archangelus D. Virginem Dei Matrem an-
nuncians hoc ipsi per lilium sibi præ manibus
positum indicarat, & statim absque ullius
ope recedente velamine detecta fuit ejusdem
Virginis Imago, quæ præter consuetudinem
undequaque inflammatam videndam se præ-
buit. Consequentibus pariter diebus modò
duo, modò tres, modò plures ex ijsdem spi-
ritibus coram eadem Imagine evasere, ita
quidem ut singulis diebus aliquot ex ipsis eva-
serint, ac denique die 10. ejusdem Mensis
Augustina fuerit omninò vindicata. Cujus rei


Obitus, & gesta P. M. Clemẽtis Fabri Bonon.

famâ commoti tum Clerus Ecclesiæ S. Petri de Provellâ in Diæcesi Acernensi, tum universus populus die 18. ejusdem Mensis grati animi, & summæ veneratioois in argumentum prædictam Ecclesiam processionaliter adiere. Moritur hoc anno Bononiæ P.M. Clemens Fabri .3. Summo Pontifici Gregorio XV. jampridem acceptissimus, qui proinde & Magistrum creavit,& insignis Archihospitalis Sancti Spiritûs in Saxiâ de Urbe Custodem præfecerat, ideo non omninò prætereundus, præsertim verò quia de nostro Ordine optimè meritos in administratione maximè laudabili plurium ejusdem Cœnobiorum.

ANNOTATIONES IN CAP. XXVI.

1 EX *monum. illorum Conventuum.*
2 *August. Romer Serv.Mar.lib.8.cap.21.*
3 *Alasia in Catalogo Virorum illustrium.*

F I N I S.



CEN-

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,
AUCTORE
F. ALOYSIO MARIA GARBI FLORENTINO,
Liber Secundus,
CONTINENS AB ANNO MDCXXXXIII. USQUE AD MDCLI.



Acta referuntur, & Obitus Generalis Berardij. Succedit Bazzanius. Moritur Bonajuncta apud Senarium. Consecratur Tipherni Oratorium B. V. Cœnobium Passiniani protegitur à Deipara, necnon Ecclesia D. Annunciatæ de Florentia. Varia ejus ornamenta. Bononiensium pietas occasione belli. Apparitiones Defunctorum. Decreta Cardinalis Sacchetti.

CAPUT PRIMUM.



Aud mediocrem hoc anno subiit jacturam Ordo noster, dum Generali suo Præfecto Angelo Mariâ Berardio fraudatur, supremum enim hic diem.t. obijt Perusii, sed propter eximia merita nunquam intermoriturus. Ab ineunte ætate sedulus in excolendis literarum studijs, procedente tempore plura dedit sapientiæ suæ specimina, præsertim verò in Apostolico Divini Verbi prædicandi Ministerio, quod planè non sine magnâ laude in pluribus Italiæ Urbibus exercuit, in quo singularem, quam erga Deiparæ dolores, religionem colebat, mirificè ostendit. Cùm verò post varias, tum Cœnobiorum, tum Provinciæ Romanæ Præfecturas, insuper Procuratoris Generalis in Curiâ munere non sine plausu perfunctus, Summi Pontificis Urbani VIII. indulto, cui planè ob raras virtutes, & in rebus gerendis solertiam acceptissimus erat, Generalem totius Ordinis Magistratum administrandum suscepit, tunc reverà religionem præfatam auctoritate suffultus promovere summoperè

Obitus, & laudes Gen. Berardij.

A studuit. Zelum pariter ostendit Disciplinæ Regularis confirmandæ, potissimùm in lucem iterum edendo Constitutiones Ordinis, varijs castigationibus, & additamentis instructas, necnon suavitate, prudentiâ, pietate refertas, ipsasque confirmationis Apostolicæ munimine roborando, quæ hoc anno 1643.
B Bononiæ Typis impressæ fuere. Seriò pariter animum adiecit promovendæ solemni B. Philippi Canonizationi, tum diligentissimè perquirendo authentica documenta ad gratias, atque miracula ejusdem intercessione patrata, confirmanda, & à quibusque calumnijs vindicanda, tum loca quædam montium erigen-
C do distincta nomine *Depositi pro B. Philippo*, ut ex eorum annuis redditibus causam hanc prosequi liceret. Juventuti sanctiùs excolendæ intentus Perusij in Conventu S. Mariæ novæ, cujus alumnus erat, Domicilium speciale pro Novitijs à fundamentis erexit, quod sanè beneficium PP. lapidi impressum ejus-
D dem Domicilij portæ superposito hisce verbis æternitati consecrarunt:

Reverendissimus P. M. Angelus Maria Berardius inclytus hujus Cœnobij

bij Filius Servorum Ordinis Prior Generalis hæc extulit pietatis trophæa, quæ perennarent in optima Novitiorum Institutione anno Domini 1642.

Ideam quoque primus formavit Insignis Collegij, in quo Romæ promovenda ex instituto foret Magistri nostri solemnis Doctrina, quod consequentibus annis minimè vulgari Ordinis ornamento erectum suspiciemus, cui verè gravi negocio opportunè absolvendo annuos pro Lectoribus fundavit proventus. Denique Ordini adeò addictus, sui prorsus oblitus singulari constant â, & eximiâ humilitate Episcopalem dignitatem à prædicto Summo Pontifice sib pluries oblatam, ideo potius illustrios, abdicavit, ne suum Ordinem, quem in sinu gerebat, eo fraudare cogeretur emolumento, quod eidem reipsa contulit, non modò rebus præclarissimè gestis, verùm etiam sacrâ supellectili, & annuis proventibus, qui Perusino ejus Cœnobio ipsius rituio accesse. Quæ cùm ita sint maximè laudandum existimarunt P. M. Anselmus Gentili, & reliqui PP. Perusini ad perenne tanti Viri monumentum honorificentissimum tumulum in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ Novæ de Perusio excitare, & proximè sequens elogium.

Magistro Angelo Mariæ Berardio Perusino Ord. Serv. B. M. Virginis ex Vicario Apostolico continuatis honoribus Priori Generali, Doctrinæ, probitatis, prudentiæ insigni merito, & fama PP. Perusini Cœnobij tanto suo Præsidi, & M. Anselmus Gentilis Prior Avunculo optimo amoris, & grati animi monumentum PP. Obijt in Patria anno Domini 1643. Generalatus anno quinto, ætatis 71.

Ne verò Servorum Ordo Generali suo destitutus Præfecto ulteriùs jaceret, in Berardii locum suffectus est Apostolico Indulto P. M. Hippolytus Bazzani .1. de Ferrariâ, spectatissimæ virtutis Vir, eo temporis Procurator Generalis in Romanâ Curiâ, qui deinde Generalem Præfecturam, prout deinceps videbimus, non sine magnâ laude diutius administravit, eique eodem Indulto sufficitur in munere Procuratoris Generalis Angelus Maria Ciria P.M. Panuinius de Cremonâ. Hoc eodem anno Tipherni in Ecclesiâ nostrâ à Domino Cæsare .2. Zaccagnâ illius Urbis tunc Episcopo solemni ritu initiatum fuit

E Oratorium quoddam magnificè recens erectum in honorem Purificationis B.Mariæ Virginis annuis proventibus Societatis in eâdem Ecclesiâ jampridem institutæ. Quæ sanè Imago hoc anno die 5. Septembris solemni pompâ processionaliter delata per Urbem fuit, eâdemque è superiori Ecclesiæ Cathedralis loco collata Populo fuit benedictio, in Sacello deinde eidem Virgini dicato in Ecclesiâ nostrâ Communitas Tipherni S. Sedi Apostolicæ ratum habuit fidelitatis juramentum. Passiniani quoque in Umbriâ nostrum .2. illud Cœnobiolum B. Virginis præsidium luculenter expertum est, cùm enim hoc anno bellum gereretur Pontificios inter, & Florentinos, & Oppidum istud modò ad Florentinos cederet armorum vi, modò ad Pontificios, ac proinde depopulationibus, & incursionibus valdè obnoxium fuisset, ac plusies tormentis bellicis impetitum, speciatim verò nostrum illud Cœnobiolum, & Ecclesia, nullum tamen exinde detrimentum iisdem accessit, non sine insigni prodigio, cui proinde testatum omnibus faciendo, ac Deiparæ beneficentiæ perenniter commendandæ plures ferreos globos è tormentis explosos, quique locum nostrum invaserant, quin illi obessent, in anathema gratianimi coram Sacra tissima Imagine B. Virginis, quæ ibi colitur, appensos voluere ejusdem Cœnobij Patres.

Consecratur Tipherni solemni ritu Oratoriû in honorem Purificationis B. M. V.

Cœnobiû Passiniani experitur in militari furore B. V. præsidium.

Dum Pontificij bellum gererent cū Principibus confœderatis, scilicet Venetorum Republicâ, Ferdinando II. Magno Duce Etruriæ, Francisco I. Duce Mutinæ, & Odoardo I. Parmensium Duce, amplissima Bononiæ Civitas in gravi discrimine versabatur. Quâobrem illius nostri Cœnobij S. Mariæ Servorum Patres .2. inter vestibulum, & Altare, prout revera Sacerdotes decet, provoluti, & plorantes ad avertendam, & omnino sedandam Divinam indignationem primâ Mensis Julij Dominicâ hoc anno Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum ad Aram Principem, necnon B. Virginis dolorum gladiis transfixæ Statuam publicè venerationi exposuere, septem verò continuas horas singulis horis brevis quædam habebatur concio, pius deinde canebatur hymnus, & ad eandem Aram septem Christifideles utriusque sexûs Eucharisticæ mensæ accumbebant; septem horis exactis sacræ huic cæremoniæ coronidem imponebat Augustissimi Sacramenti benedictio. Pomeridianis autem horis Vesperis solemniter cantatis circumducta non sine magnâ pompâ fuit prędicta Virginis Statua per Urbem ad Ecclesiam usque S. Mariæ de Templo, nostram deinde repetens Ecclesiam, universo, eoque frequentissimo Populo insequente singulari pietatis significatione, sacræ ejusdem Statuæ ministerio collata omnibus fuit benedictio; quod planè religionis officium haud mediocriter commendarunt Bononienses, qui deinde B. Virginis præsidio tribuendum esse prædicabant, quòd ex incursionibus Hostium Civi-

Petrum Bononiensium precer tempore belli.

Civitati suæ proximè imminentium nullum subierint incommodum, quin potiùs inter ipsos Principes bella gerentes inita paulò post, & confirmata fuit concordia. Florentiæ quoque singularem erga Servos suos beneficentiam ostendit Beatissima Virgo, dum enim ad Vesperas die 29. Junii solemniter de more Divina .2. celebrabant mysteria, gravi è Cœlo tempestate subortâ, indéque magnâ fulminum vi illius Ecclesiæ testudinem invadente, & Ecclesiam ipsam undequaque circumambiente, ubi frequens aderat Populus, præsertim verò Odæum, in quo Patres Divinis laudibus celebrandis operam dabant, nullum omninò illatum ipsis est detrimentum, in cujus beneficii testimonium appensa etiam nunc conspicitur ante D. Virginis Imaginem Tabella votiva. Ibidem verò egregius Vir Fabritius Marchio Coloredo D. Annunciatæ veneratione ductus Sacellum in honorem D. Luciæ Virginis, & Martyris rarâ magnificentiâ instructum duodecim millium aureorum, & ultra impendio à fundamentis erexit. Summâ etiam erga eandem D. Virginem veneratione ductus Serenissimus Etruriæ Magnus Dux Ferdinandus II. illius Ecclesiæ insignem plateam duobus hinc inde fontibus regiâ quidem magnificentiâ erectis mirum in modum ornavit, & aquis inde ubertim scaturientibus Populorum usui haud mediocriter consuluit.

Fulmen è Cœlo lapsum in Eccl. D. Ann. de Flor. ipsius præsidio neminem offendit.

Erigitur in Eccl. D. Ann. de Flor. Sacellum in honorem D. Luciæ V. & M.

Construuntur duo Fontes in Plateâ ejusdem D. Ann. de Flor.

Faventiæ pariter hoc anno pro Novitiorum .2. institutione excitatum è solo fuit maximè elegans Domicilium. Quoniam verò Bononiensis Cœnobij Patres veriti, ne grave aliquod sibi exinde præjudicium accederet ex adverso reclamarunt, post varias hinc inde consultationes utriusque Cœnobii Patres in id convenere, quòd Bononiæ solum instituendi reciperentur Novitii è Mutinâ, Saxolo, Ferrariâ, Bononiâ, Buttio, & reliquis locis Bononiæ finitimis originem ducentes, illisque Cœnobiis addicti. Faventiæ verò quicunque ad cæteros Conventûs spectarent. Oeniponte demum hoc anno in Domo Regulari videndas aliquibus sese præbuere Sorores quædam seculo nuper defunctæ suppliciter petentes, ut congruis juvarentur suffragijs, eâque ratione à pœnis vindicarentur Purgatorij, quas profectò apparitiones sub datum die 7. Febr. Ordinis nostri per Tyrolim Vicarius Generalis P. Generali significavit à pluribus ejusdem Domûs Sororibus testibus de auditu, ac de visu confirmatas fuisse coram prædicto Vicario Generali, Domus ejusdem Regularis Præfectâ, & P. Ignatio Ordinis nostri Theologo ipsas interrogante; confirmatæ verò longè magis fuere, adeòque Annalibus hisce inserendæ ab Episcopo Diœcesano, Priore Generali idipsum enixè petente.

Ædificatur Faventiæ Domicilium pro Novitijs

Apparēt Oenipōte quædam Sorores in Purgatorio existentes.

Julius Cardinalis Sacchettus Regularis observantiæ de more studiosissimus petulantiam Religiosorum quorundam Ordinis nostri cōpescere volens, qui Superiorum mandata parvi pendentes debitam iisdem obedientiam exhibere, vel renuunt, vel detrectant, sequens edidit Decretum.

Julius titulo S. Susannæ S.R.E. Presbyter Cardinalis Sacchettus Sacræ Religionis Serv. B. M. Virginis Protector .3.

Principale Religionis fundamentum in obedientiâ consistit, ut quæ Deo, ac Superioribus explicitè sunt promissa, nullo sub titulo, aut prætextu etiam in rebus minimis tergiversari valeant. Verùm quia humani generis, ac præcipuè obedientiæ hostis non desistit pro viribus in contrarium machinari. Nos eidem obstare cupientes, ac meritum Religionis parantes duximus omnibus particulari provisione insinuare, ac speciali decreto mandare, quòd statim ac à Superiore emanaverit aliquis ordo discedendi ab uno Conventu, & ad alium transmigrandi, vel non discedendi ab eo Conventu, in quo manet, & alia hujusmodi ad obedientiam spectantia, punctualiter pareantur, & observentur, nec dilatio ulla interponatur, nisi ex infirmitate superveniente, de quâ certior fiat Superior; & contrafacientes, aut aliquo modo favoribus, & mediatoribus insistentes remaneant, eo ipso absque aliâ declaratione privati sint voce activâ, & passivâ per quinquennium. In quorum fidem &c.

Datum Romæ die 13. Junij 1643.

Loco ✠ Sigilli

Julius Card. Sacchettus Protect.

Decretū Card. Sacchetti cōtra inobedientes.

ANNOTATIONES IN CAP. I.

1 *EX Reg. Gen. Berardij, & Bazzanij.*
2 *Ex monum. illorum Conventuum.*
3 *Ex Reg. Gen. Berardij.*

Serenissima Anna Catharina Domui Regulari restituitur. Instauratur Bononiæ in Ecclesiâ S.M. Servorum Altare Sanctissimi Crucifixi. Moriuntur Urbanus VIII., & Nicolaus Cæ.

CAP. II.

DUM P. Generalis anno 1636. Austriam, atque Bohemiam lustrabat, nil prorsus prætermisit Erigogus, quantumlibet absens, ut Serenissimam Annam Catharinam Patribus Servitis, & Sororibus Regularibus subtractam apud Claustrales retineret, eamque sui omninò juris faceret; quapropter libellum quendam Ordini nostro valdè noxium, quem Lintzij in superioris Austriæ Metropoli exaraverat, Cæsari exhibuit .1. In hoc verò nil aliud ferè agere contendit, quàm ut supprimat quidquid apud Sorores Regulares, & Patres Servitas laudem mereretur, perperam verò elevet quidquid notâ dignum esset, ac proinde animum suum exulceratum scripto luculenter prodit. Quantumcunque tamen laboraret Erigogus, vel quascunque machinas adversæ factionis homines æquitate posthabitâ unà cum ipso admoverent, ut Serenissimam ad inver-

Persecutio in PP. Servitas Oenipōte.

invertendam fundationem suam allicerent, nil aliud tamen magis assequi potuerunt, quàm ut pridie Kalendas Februarij ann. 1639. aliud quoddam testamentum à primo diversum conderet, quo tamen nihil omninò actum est, Serenissima enim superatis tandem omnibus adversarum molitionum obstaculis 4. idus Decembris anno 1642. ad primas suæ fundationis ædes est postliminio reversa. Explicando satis ipse non sum quo gaudio, quâve filialis affectûs dulcedine Serenissimam Matrem, ac suam Confundatricem Vicarius Generalis Archangelus totius Ordinis nomine, cæteræque Sorores omnes redeuntē ad propria susceperint, ac fuerint complexæ. Res planè laboris non minimi, sicuti multi temporis fuit, ac diuturni mali magnitudo spem omnem melioris effectûs elusisset, nisi Ferdinandus III. Imperator, ejus Conjux Maria Hispaniarum Infans, & Eleonora Mantuana Vidua incomparabile huic rei addidissent momentum, operam insignem navante Patre VVolfgango Grauenegg è Societate Jesu Superioris Austriæ, & Bavariæ Provinciali, cui negotium hoc Serenissimæ Sororis reducendæ ab Augustissimis illis Principibus, maximè verò ab Archiducissâ Claudiâ commissum fuerat, quæ reducem Sororem Annam Catharinam Filiabus suis Clarâ Isabellâ, & Mariâ Leopoldinâ comitantibus persamiliariter excepit.

Erigogum tamen malè habuit insperata hæc metamorphosis, quippe qui nec assequi id potuit, quod tot vanis superstructionibus molitus erat, rei veritate inimicos conatus subruente, & qui antea tanquam Angelus è Cœlo delapsus Ordinis nostri Tutelaris ab omnibus fuerat habitus, & vix non adoratus, tunc & apud Serenissimam Claudiam, cujus honori minimè pepercerat, apud Magnates, & Proceres, apud omnes tandem longè alius apparuit, quique solùm sibi, suisque, non ijs, qui eum in subsidium rogabant, indesinenter studuisset. Serenissima verò Soror eodem sui reditûs anno, & Mense, Serenissimâ Claudiâ eam per Urbem Oenipontanam ad veneranda Christi præsepia suos inter Filios, & Filias festivè deducente, magno ubique plausu excepta fuit. Audiebantur ipsâ Ecclesias intrante constituti passim ad præsepia Dominica Musicorum Chori, neque sacro, quod tunc agebatur, mysterio accommodatæ deerant repræsentationes, quibus mirificè Anna Catharina delectabatur; sed & in Aulâ Serenissimæ Hospiti, atque Comitibus Archiducissa Claudia mensam instruxerat, omni bellariorum genere quàmrefertissimam, cui ipsimet Principes juvenes gratiosâ valdè, & hilari comitate inserviebant. Paulatim ergo renitentibus se spiritibus, quos in innocuâ Principe è varijs rebus suggesta prius Imago tenuerat, 14. Kalendas Julij anno à reditu nondum vertente omnia suo nomine inter Claustrales acta rescidit, palamque revocavit.

Seren. Soror Anna Cathar. rescindit Acta inter Claustrales, & priorē donationē pro Domo Regul. cōfirmat. ad quam redit festivè ubique excepta.

Huic actui intererant Archiducissa Claudia, E natu major Filius Archidux Ferdinandus Carolus, prætereà in testes specialiter assumpti Illustrissimi Comites Annibal de Hochenembs, & Ferdinandus de Nomi, unà cum Notario publico Nicolao Cerzer; coram his Serenissima Soror Schedam manu propriâ subscriptam legens edixit. Se quidem cùm in Claustro Virginum commoraretur, invidorum hominum instinctu eò adductam, ut novo condito testamento totum suum Patrimoniũ, quod iampridem sub annum 1613. Domui Regulari donatione inter vivos pro suâ fundationis parte tradidisset, dicto Claustralium Monasterio transcriberet. Verùm, quia re melius consideratâ, ac sanctius secum agitatâ rationibus parum firmis ad id sese adductam, F nec ullam aliam de præfatis suis facultatibus dispositionem à priori diversam se facere potuisse modò cognoscat, ideò se velle testamentum illud pridie Kalendas Januarij factum irritum prorsus, & invalidum esse, & omninò tale habendum esse nunc se declarare, itaut velit primam suam superiùs dictam dispositionem, ac donationem in suo vigore persistere debere, adeòque Domum Regularem in acquisito sibi jure firmandam, ac protegendam esse. Addebat insuper Anna Catharina: Cùm scripta quædam, & variæ Epistolæ tum manu propriâ, ac Sigillo, tum Notariorum etiam fide firmata suo nomine emanarint, inquibus bona Superioris Ordinis fama, ac Patrum Conventûs D. Josephi, G Sororumque Domûs Regularis minus dignè, & citra rei veritatem perstringitur, ideo se contra hæc omnia tanquam ad erroneas suggestiones partim à se extortas, partim etiam se insciâ confictas, ac sparsas solemnissimè protestari, nullam omninò fidem de cætero ijs adhibendam esse, atque hæc ad perpetuam rei memoriam. Itaque innocens Serenissimæ Sororis anima in summâ mentis tranquillitate usque ad obitum constans in Domo suâ Regulari permansit.

Clarissima Familia de Gratis Bononiæ in Ecclesiâ S. Mariæ Servorum jurepatronatûs Arâ quadam antiquissimâ potiebatur D. Lazaro.2. nuncupatâ, procedente verò tempore egregius Vir Cæsar ex eâdem Familiâ specia- H li veneratione ductus erga Sanctissimum Dominum Jesum Crucifixum, quandam hujus Imaginem, clarissimi Sculptoris Joannis Bologna opus insigne simul, & titulum Imagini, & titulo D. Lazari suffecit, Arâ ipsâ longè magnificentiùs instauratâ. Hanc verò die 10. Augusti hujus anni solemni pompâ initiandâ curavit. Venerandæ hujus Imaginis singulari studio commotus Populus ipsam speciali cultu prosequi cœpit, cui vices rependere gestiens de more Altissimus, & palàm omnibus facere, quàm accepta ipsi sit erga Sacratissimas istas Imagines Christifidelium religio plurima patrare cœpit miracula, quæ eorundem Fidelium eò suppliciter confugientium cederent

Bononiæ in Eccl. S. M. Servor. instauratur, & solemni pompâ initiatur Ara SS. Crucifixi.

in

Ibidem aliæ sūt Sacræ Imagines valdè venerādæ. in utilitatem. Hic verò referre omninò oportet, quod in hac infigni Ecclefiâ præter hanc maximè venerandam imaginem aliæ funt quas Chriftifideles ob ingentia, & plurima gratiarum genera eximiâ veneratione profequuntur. In Sacello B.Virginis feptem Dolorum nuncupato alia cernitur in cornu Epiftolæ Chrifti Domini è Cruce pendentis Imago ab anno ufque 1500., tantæ jampridem apud omnes venerationis, ut fuper Altariolum quoddam ipfi præpofitum Miffam aliquando celebrare confueverint, ibique femper aderat Sacerdos quidam eleemofynis, & votivis oblationibus exclpiédis addictus. Verùm Altariolo poftea inde amoto, veneratio Populorum deferbuit, & oblationes cefsarunt. Hujus Sacræ imaginis meminit Antonius Mafina in Bononiâ perluftratâ. Prærereà maximè ibidem colitur Imago S. Honuphrij proprio ejus Altari anno 1618. fuperpofita a P. Gabriele de Pifauro, ejufque opem experiuntur febri laborantes, quorum proinde ibi appenfa confpicimus vota non pauca, ac votivas Tabellas. Non mediocri quoque veneratione coluntur imagines Sanctiffimi Crucifixi in Sacello clariffimæ Familiæ de Gozzadinis, B. Virginis feptem Dolorum, ad ejus Altare, S.P.N. Philippi, ac S. Antonij de Paduâ pariter ad eorum Altaria, quemadmodum indicant Tabellæ votivæ, pluraque vota ante ipfas appenfa.

Æternis laudibus profequendus .3. occurrit Summus Pontifex Urbanus VIII. hoc anno pariter è vivis ereptus die 20. Novembris, plura enim ipfe Ordini noftro contulit beneficia, præfertim verò in Etruriæ Provinciâ; indulfit enim celeberrimo D. Annunciatæ de Florentiâ Templo 4. Pœnitentiarios paris authoritatis, ac in Sacrâ Domo Lauretanâ habentur. Prætereà clementiffimè indulfit Officium B. Philippi fub ritu femiduplici omnibus, & fingulis, qui per univerfam Magni Ducis Etruriæ Ditionem ad horas Canonicas tenentur. In ejus verò locum poft 48. dies ab obitu in Apoftolicâ Sede fuffectus fuit Joannes Baptifta Cardinalis Pamphilius fub nomine Innocentij X. Decedit hoc anno minimè prætereundus Nicolaus .4. Cæ de Cremonâ iampridem Procurator Generalis in Romanâ Curiâ, de re literariâ optimè meritus, & in Univerfitate Bononienfi S. Scripturæ Interpres, quo in munere eidem fucceffit P. M. Henricus Marchetti alibi memorandus.

Urbani VIII. Sū. mi Pont.

Obitus, & gefta P.M. Nicolai Cæ de Cremonâ.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

1 *AUguft. Romer Serv. Mar. Lib. 7. cap. 21.*
2 *Ex monum. Conv. Serv. Bonouia.*
3 *Ex addit. ad Ciacomum de Vitis Summorum Pont.*
4 *Ex monum. Conv. de Cremonâ.*

Gefta, & pius obitus referuntur Sororis Mariæ Julianæ de Ferrariâ.

CAP. III.

REcolendus hoc anno, die 7. Novembris occurrit feliciffimus obitus Sororis Mariæ Julianæ Viduæ Ordinis noftri Tertiariæ, cujus gefta fufiùs profequi decet. Maria Juliana in feculo vocata Olympia Maria, prout conftat ex authenticâ atteftatione Baptifmi, in Oppido quodam dicto Carpenedolo Ditionis Brixianæ honeftis orta natalibus, ibique fanctiffimis moribus educata, cùm adultam attigiffet ætatem matrimonium duxit cum D. N. *de Podeftà* ejufdem Loci, qui deinde propter domeftica quædam negocia è Venetorum Ditione recedere coactus Ferrariam advènit, unà cum Olympiâ uxore, e quâ nonnullos Filios fufcepit; Paulò verò poft & Conjuge, & Filiis viduata fuit Olympia. Ipfa tamen in rebus adverfis fe ipsâ femper fortior Deo magis adhærere, ipfumque, ac B. Virginem Mariam eo animi ardore diligere contendebat, ut tanquam phrenefi laborans haberetur, quamobrem titulo Charitatis, utpote curanda in Hofpitali S. Annæ ejufdem Civitatis collocata fuit. Interea cùm ibi detineretur, contigit aliquando, quòd nobilis quædam Fœmina, polimodum Marchionifla Viena Andreafi Manfredi, unà cum aliis ejufdem conditionis Fœminis exteris Hofpitale prædictum inviferet, & Olympiam, veluti phreneticam habitam videret. Hæc autem à Fœminis prædictis percunctata quomodo fe haberet, quo genere morbi affligeretur, opportunè ftatim repofuit fe minimè quidem infirmitate laborare, quamvis communiter omnes, veluti phreneticam haberent, quod fanè experiri facillimè potuiffet prædicta D. Marchioniffa, fi ex eo carcere vindicatam apud fe aliquantifper detinere voluiffet. Hifce verbis commota Marchioniffa, potifsimùm verò eleganti pauperis Olympiæ afpectu, ipfam apud fe retinendam enixè poftulavit à Viris illis nobilibus, qui prædicto præerant Hofpitali, qui piiffimis ejus votis perhumaniter fatisfecere. Itaque fubeunte nocte eâdem die ex Hofpitali eductam Olympiam apud fe curru ducendam unâ cum Fœminâ domefticis fuis obfequiis addictâ diligenter curavit, Marchioniffa prædicta, quam cum diutiùs Domi fecum commorantem advertiffet, non fine ingenti admiratione teftabatur, fe nondum intelligere, quâ ratione refecta vitam duceret, quod enim illi pro victu quotidiano tribuebatur, intactum, & integrum etiam poft tres, aut quatuor dies deprehendebat. Cùm hæc agerentur, P. Angelus Bezzani Cœnobij noftri S. Mariæ de Confolatione Alumnus prædictæ Marchioniffæ Confeffarius quæcunque in Olympiam Domeftici advertebant, quamdiligentiffimè edoctus non ofcitanter probare cœpit, quoniam fpi-

M. Julianæ ortus, educatio, ftatus Coniugalis, & Viduatus.

Dei amore fuccēfa tanquā phrenefi laborās habetur & curatur.

Apud Marchioniffam M. Infredi hofpitio excipitur.

Abftinentia in victu

spitiu ipsa duceretur, quem verè à Deo immissum cùm deprehendisset, ipsamque summo desiderio teneri speciali quadam obsequio, Deo, ac Deiparæ se consecrandi, cùm cognovisset, eodem P. Angelo maximè probante, Tertij Ordinis nostri Habitu induendam esse Marchionissa præfata decrevit, quod statim consilium libenti animo amplexa Olympia anno Domini circiter 1636. eodem Habitu induta fuit nomine Sororis Bartholomææ Jolianæ, prout colligitur è supremâ suâ voluntate, ac testamentariâ donatione habitâ die 21. Mensis Maij anni 1636. quæ servatur in Monasterio præfato S. Mariæ de Consolatione, dum annum ducebat Novitiarûs, quod tamen nomen nomine Mariæ Julianæ commutatum fuit, cùm solemnem professionem emisit coram pluribus è nostris Patribus, quos inter recensere præsertim licet Hippolytum Bazzani, deinceps Procuratorem Ordinis in Romanâ Curiâ, ac Priorem Generalem.

Induitur Habitu Tertij Ordinis nostri.

Sacris hisce vestibus ornata Famula Dei Maria Juliana, seque Divino, ac Deiparæ obsequio arctiori vinculo mancipatam intelligens, cœlestem potiùs ducere vitam instituit; hinc vix illucescente die nostram adibat Ecclesiam, ibique ad vesperam usque jugiter genuflexa, humique provoluta summo in Deum animi ardore ferebatur, suique ferè oblita nonnisi ad Vesperam pariter cibum sumebat, illumque parcissimum, & plerunque Confessarij præcepto instructum, quin etiam plerunque eodem præcepto urgente, nonnisi Euchatistico cibo nutriebatur. Quo tempore nostrum induit Habitum vix Abecedarium percipiens brevi absque ullius hominum magisterio probè legere novit, ac proinde facillimè recitare consuevit B. Virginis officium, necnon ipsum Divinum. In evolvendis quoque jugiter libris ad vitæ profectum pertinentibus versabatur, quinimmo Sacræ Scripturæ sensus penetrabat, aperiebat, enodabat, & cum præstantissimis Theologis de sublimioribus, atque Divinis adeò perfectè disserebat, ut admiratione omnes afficerentur. Tantâ quoque erat apud singulos opinione sanctitatis, ut ejus precibus se, suaque ex animo quotidie commendarent, nedum è grege homines, sed etiam nobiles utriusque sexûs, quibus persæpè, tum quæ præterierant, significabat; tum quæ futura erant, prædicebat; castigando corpori, & in servitutem redigendo intenta sibi è mammis, & sinu carnis frustula eradebat, immo cum acutis novaculis tum ibi, tum super brachia dolorosa Christi Domini mysteria incidebat, quorum cùm adhoc superstites esset, apparebant indicia. Charitate in Deum, ac proinde in Proximum vehementer incensa tota in illius obsequium addicta eleemosynas sibi collatas in aliorum Pauperum usum erogabat. Charitatis hujusmodi impetu acta statim ac Eucharistico pane refecta quotidie erat, in extasim rapta tres adhuc horas continuas Deo immobilis tum

Animi ardor in Deum.

S. Script. sensus penetrat, & cum Theologis perfectè disserit.

Opinio sanctitatis, & Prophetia.

Pœnitentiæ rigor.

Charitas in proximum.

Pane Eucharistico refecta in extasim rapitur.

mente tum corpore adhærebat, ita quidem ut & pluries vocata vocantem non adverteret. Hic verò quiddam recensere vacat memoratu dignissimum, quòd die 24. Septembris anno 1642. P. Mauritius Bertoli Ecclesiæ nostræ prædictæ eo temporis Sacrista, dum sacros parietes varijs tapetibus ornaret, ac propterea scalam quandam conscendisset, ab ejus summitate deorsum in præceps ruens, adeò graviter percussus in capite humi prostratus jacuit, ut ex oculis, è naribus, ex ore cruor diffluetet, & ferè semianimis remansetit. Quidam è nostris, è cujus monumentis ista colligimus, casum hunc advertens, & inops consilij ad opem illi ferendam, advocandam curavit Sororem Mariam Julianam coram Arâ Principe humi de more provolutam, sacrâ communione refectam, & in extasim raptam; hæc verò post repetitos impulsus ab extasi soluta, undequaque gaudio perfusa bono animo ipsum esse respondit, ipsique Dei, ac Deiparæ præsidium non defuturum, deinde Mauritium brachijs exceptum coram Altari B. Virgini dicato detulit, eidemque Virgini commendavit, ut pristinam eidem conferret salutem. Interim præstò fuere Chirurgus, ac Medicus, qui seriò animadvertentes Mauritij statum, unanimiter sensere nonnisi Divinitùs à præsenti discrimine ipsum evasurum. Verùm quin ullum ex arte medicâ petitum remedium levamento foret, Mauritio quatriduo post vi solummodo precum, quas pro ipso ad Deum effuderat Maria Juliana, illæsus, & integer æquè ac antea restitutus fuit absque ullo, vel minimo, seu vulnerum, seu vibicum vestigio.

Sacrista noster ejus precibus pristinæ restituitur sanitati.

Flagris quotidie carnem cædebat, & quotidianâ macerabat abstinentiâ, diu, noctuque orationi intenta, diù pariter, noctuque asperrimis ciliciis, & alijs hujusmodi ferreis instrumentis membra jugiter affligebat, quàm sæpissimè, ut aliorum votis satisfaceret, infirmos, & variis angustiis pressos quoscunque singulari comitate invisebat, è quibus non paucos orationum suarum præsidio, & signo crucis adhibito pristinæ illicò restituit sanitati, quos inter præ cæteris recensendus est Venerandus quidam Sacerdos nomine Ludovicus Linaroli sanctissimis moribus imbutus, & Mariæ Jolianæ addictissimus; hunc enim ægrotantem ipsa de more invisens signo Crucis, ut diximus, adhibito à gravi illâ infirmitate brevi subduxit. Præterea, quia sibi accepta erat, ideo Deus probare cupiens copiam Dæmonibus dedit, ut ipsam urgerent. Hi proinde singulis ferè noctibus ipsam acriter flagellabant semivivam deferentes in extremâ speciatim infirmitate, cùm Fratribus nostris præsentibus dixit se minimè exindè evasuram, sed mortem omninò oppetere debere; tunc enim nefarius spiritus terribili quadam specie, nempe Minotauri, lecto insidens videndum se præbuit; verùm ipsa insigni constantiâ prædita Christi Domini è Cruce pendentis

Signo crucis infirmos curat, et Dæmones fugat.

dentis Imaginem, facemque benedictam præ manibus habens gloriosam de eo referens A victoriam ipsum turpissimæ fugæ se dare cogebat. Christi Domini, ejusque Sanctissimæ Matris maximè compariens doloribus, ipsos quodammodo æmulari sitibat, hinc veluti cæco quodam impetu acta characteres quosdam proprio sanguine in libris, & alibi imprimere consueverat, quinetiam Imaginem cordis exprimere signo crucis eidem superposito, quam aliquando ministerio ferri in Ecclesiâ nostrâ super unum è gradibus Aræ majoris expressit, literis quibusdam appositis, quæ mihi adhuc sunt incompertæ. Quod planè advertens Imolensis quidam è nostris, olim Capuccinus, de superstitione Mariæ Julianæ veritus ad sacrum Tribunal sanctæ Inquisitionis ipsam denunciavit; B ipsa verò nonnisi Divino spiritu excitata, atque præmonita, Inquisitorem confestim adijt, ipsique ante pedes humi provoluta veniam enixè petebat, quod profectò non sine ingenti admiratione Inquisitor excepit, quippequi consequi adhuc non poterat, quonam pacto de habitâ denunciatione ipsa monita foret, quæ proinde quomodo hoc nosset, interrogata, respondit Divino Spiritu tantùm eò actam fuisse absque ullo Mortalium opere, & characteres illos, necnon sacrum illud signum ideo solùm ubique passim imprimere, & exprimere solere, quòd præ oculis semper Christi Domini Crucem haberet, sibique cor esse Divini amoris jaculo vulneratum. Quæ cùm intelligeret Inquisitor, eaque conferens in corde suo insignem C animi simplicitatem in Mariâ Julianâ deprehendens liberè ipsam dimisit, se, ac sua ejus precibus commendans, quinetiam deinceps summâ eam veneratione prosequutus Ecclesiam nostram frequenter adibat, ut & ipsam modò in extasim raptam videret, modò cum ipsâ cœlestes institueret sermones. Singularis quidem apud omnes tum Ferrarienses, tum exteros de Mariâ Julianâ sanctitatis vigebat opinio, cùm adhuc in terris degeret, quamobrem plures utriusque sexûs, tum claritate generis, tum virtutum ornamentis illustres ipsam plerunque adibant, ejusque orationibus plurimùm innitebantur, præcæteris hic memorandi videntur Antonius Cardinalis Barbarinus, D necnon ex eâdem Familiâ Thaddæus Exercitûs Pontificij Præfectus, alijque unà cum ipsis clarissimi Viri, qui Mariâ Julianâ suadente sacrâ refecti sunt Eucharistiâ in Ecclesiâ nostrâ, ut in ejus cibi fortitudine feliciùs ambularent in expeditione militari, quam adornabant pro Summo Pontifice Urbano VIII. His, alijsque à Deo cumulata favoribus ipsi acceptissima, & post tot superata feliciter discrimina, jam matura victoriæ, & immortalitatis coronæ, gravissimo affecta morbo decubuit. Tunc verò Divini Sponsi vehementiùs appetens amplexûs à cæteris omnibus magis semper ac magis soluta ex ergastulo carnis educi, & esse cum Christo cu-

Christi Domini, ac Deip. Dolor. cōpatiens quosdam proprio sanguine imprimit characteres.

Mirabilis quidam evētus cum P. Inquisitore recensetur.

Clariss. Viri ejus orationibus se commendant.

piebat, quod planè consequuta esse censenda A est, dum a Sacerdotibus, alijsque pijs fidelibus in supremo agone adjuta, linguam in laudem Sponsi, ac totum corpus in ejus obsequiâ immolando, symbolum præsertim Apostolorum devotissimè recitans in osculo Domini obiit die 7. Novembris circa primam noctis horam; die verò proximè sequenti in Ecclesiâ nostrâ decenti pompâ tumulata. Post obitum longè præclariora exhibita ab omnibus fuere argumenta venerationis, quâ Sororem nostram prosequebantur, tunc enim suæ quisque pietati longè melius satisfacere potuit, hinc Domestici primùm Mariæ Julianæ Corpus adverterunt lineâ quadam tunicâ undequaque præcinctum, cuspidibus ferreis interiùs instructâ, adeò carni infixis, ut exinde B non sine magnâ difficultate removeri potuerit; advertére quoque sertum quoddam ex acutissimis spinis contextum, quod ipsa dum viveret in capite quandoque gestabat, & ferrea illa instrumenta, quibus carnem sibi minutatim concidebat; quæ omnia deinde omnium oculis exposita inter pretiosa demum illius nostri Cœnobij fideliter servantur. Plurimi præsertim Patricij, Mariæ Julianæ addicti, aliquid ex ejus vestibus summo studio sibi compararunt, è quibus nobilis quædam Mulier subuculam laneam habuit, quam aliquando suo cuidam Filio gravi infirmitate laboranti, cùm admovisset, Sororem præfatam invocando, Filius illicò convaluit. Hisce quoque diebus, dum ista scribimus, * speciali C studio colliguntur quæcunque ad Sororem istam spectabant, minimi quoque pretij, cujusmodi sunt calceus quidam coriaceus, frustula pariter quædam lanea sacri nimirum Habitûs, quem ipsa gerebat, necnon vestis ipsa lanea quidem, sed quam gerebat, antequam Habitum nostrum indueret, & hisce similia. Plurimi nostris etiam temporibus ante ejus tumulum in Ecclesiâ nostrâ positum provoluti ejus precibus se commendare non dubitant. Hunc verò tumulum alter è nostris eleganti picturâ ornandum nuper curavit sequenti Inscriptione appositâ: *Sororis Mariæ Julianæ Tertiariæ Ordinis Servorum B.M.Virginis. Obijt anno 1644. die 7. Novembris.* Pro coronide hujus capitis Posterorum memoriæ D commendandum omnino est, quod aliquorum oscitantiâ hoc anno obliteratum Dei, ejusque Sanctorum gloriæ haud mediocriter obesse videtur. In Cathedrali Ferrariæ depicta in pariete antiquissima erat Imago radijs de more Beatorum caput circumquaque illustrantibus B. Jacobi Philippi de Faventiâ Ordinis nostri, cui circumposita erant hæc verba: *B. Jacobus Philippus de Faventiâ Ordinis Servorum*: hoc autem anno cùm Ecclesiæ prædictæ dealbarentur parietes, Imaginem hanc non advertentes, vel minimi curantes Artifices ipsam deformarunt, ita quidem, ut conspici adhuc vix possit.

In osculo Domini moritur & in Eccl. S. M. de Consol. sepelitur

Ipsam omnes maximè venerātur.

* anno 1715.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

EX *monum. Conv. S. Mariæ de Consolatione Ferrariæ.*

Fundatur Cœnobium VValdrastense, & variis muneribus ornatur.
CAP. IV.

SErenissimus Archidux Austriæ Leopoldus Imperatoris Ferdinandi II. Germanus Frater ab anno usque 1621., quod ad eundem annum indicabam, apud Virginem VValdrastensem decreverat quidem Ordini nostro Cœnobium à fundamentis excitare, ut opportuno illius Ecclesiæ decori Fratres nostri consulerent, variis tamen, iisque gravioribus distentus negocijs operi manum admovere nunquam potuit, præsertim verò intempestivâ morte præventus anno 1632. In eâdem tamen semper constans sententiâ Serenissimam Coniugem Claudiam, cui porissimum Deus fundatæ ibidem Religionis Servorum B. Virginis decus reservarat, testamentariâ dispositione ad id operis obligavit. Propterea Serenissimi Coniugis insistens vestigijs Claudia eò rem urgendo deduxit, ut anno Dominicæ salutis 1644. ad nutum totius Augustissimæ Domûs Austriacæ, cum Oenipontani Regiminis, & Cameræ Aulicæ assensu tota VValdrastensis Cœnobij fundatio inter delegatos à se ad hoc opus ex unâ, & Archangelum Benivenium de Florentiâ, secundùm à Josepho Suarez Vicarium Ordinis Generalem per Germaniam ex alterâ partibus transacta fuerit, & stabilita, in alimenta Fratrum, & ad sartarecta conservanda quadringenta duorum millium Florenorum summâ clementissimè designatâ, præter jurispatronatûs cessionem, & vastam nemoris propè adiacentis aream, unde necessaria in usum Familiæ ligna peterentur, perpetuis temporibus destinatam. Quibus alia plura accessere commodiori victui peropportuna, certaque insuper pecuniarum vis ad ampliandum deinceps Cœnobium stabili fide promittebatur; cui planè magnificè stetit Serenissimus Leopoldi, & Claudiæ Filius Ferdinandus Carolus Tyrolis Dominus adiecto quoque in Hospitium novo velut altero Cœnobio. Neque verò modus hic fuit eximiæ, & verè Archiducali munificentiæ; hæc enim omnia erga Servorum Ordinem liberalitatis argumenta id quoque adneaum habuere privilegij, ut Cœnobium illud omni invicem onere exemptum foret, ac nihil aliud præstare teneatur, quàm unicum Missæ Sacrificium, quod singulis mensibus celebrandum pro Serenissimis Fundatoribus, totaque Augustissimâ Domo Austriacâ Ordo noster sponte suâ, & grati animi ergo æternâ lege sibi constituit. Cùm verò Serenissimos hos Fundatores, prout par erat, dignis laudibus prosequendo immortalitati consecramus, vindicanda quoque jure optimo sunt ab oblivionis interitu eorum nomina, qui Archiducalium Apocrisiariorum fungentes munere in hoc Ordinis nostri negocio, adnitente Loci illius Priore P. Thomâ Lieb, sedulam profectò navarunt operam, cujusmodi fuerunt D. Joannes Michael Schamaus Cameræ Præses, D. Joannes Andreas Schmidt, D. Uriel Mosut, & D. Rembertus Turner, omnes quidem prænobiles apud Principem Consiliarij, Virique insignes. VValdrastensis hujus Cœnobij fundationem præclarissimè auxit D. Joannes Plazgumer Brixinensium Episcopus, & S.R.J. Princeps Ordini nostro maximè addictus VValdrastensem Ecclesiam ei largiendo cum omnibus ad eam spectantibus juribus, quandiù prædictus Ordo Locum illum possederit, unicâ duntaxat conditione sibi reservatâ, quâ è nostris unus, vel alter ad rurale Capitulum vocari comparere debent, consilio quidem nostris minimè adverso, nec in ejus Clerum noxio. Hac in re Episcopi sui, ac venerabilis Capituli partes prudentissimè egit D. Jesse Perghofer Vicarius Generalis, qui pariter Serenissimâ Claudiâ urgente benevolentiam suam erga Deiparæ Servos pluribus deinceps demonstravit. Præterea Parochus Stubaycensis D. Nicolaus Menardi annonæ Conventûs consuluit frumentarias declinas sibi proprias mille Florenorum æstimatione è Domo suâ percendas fideliter legando. His accenseri possunt D. Martinus Faber Decanus, aliique quàmplurimi Superiorum benevolentiam pari affectu æmulati, quorum nomina singularim recensere importunum crediderim, ne sim in dicendo longior, quàm deceat. Verùm licèt singula referre non vacet, omnia tamen præterire silentio nefas est, è quibus aliqua proinde, eaque insigniora Posteris commendare oportet. Archiducissa Claudia præcæteris gratiarum suarum erga Cœnobium illud argumentis sibi satis nondù factum existimans Lychnum argenteum ponderie trium librarum, & eximiè fabrefactum adiecit, cujus exemplum sequuti deinde fuere Augusta Filia Maria Leopoldina, & Serenissimus Filius Archidux Sigismundus Franciscus, Serenissimus postmodum Filius Ferdinandus. Carolus cum Serenissimâ Coniuge Annâ Medicæâ munificentiam suam haud exiguis sumptibus amplificando Cœnobium, novumque Organum excitando celebriorem fecit. Serenissimus Frater Sigismundus Franciscus suam insuper Statuam argenteam dono dedit in perenne accepti à B. Virgine Beneficii monumentum, de quo ad annum 1665. Accessere postmodum Candelabra, aliaque ad sacrosanctum Missæ Sacrificium, ad exteraque quæcunque Divina officia, ad ornatum Ecclesiæ spectantia, argentea, aurea, gemmisque pretiosissimis distincta, quæ singillatim adamussim, & eleganter describit in historiâ Ordinis nostri Germanicâ Augustinus Maria

Leopold. Archid. Austriæ Cœnobij VValdrastensis Fundator.

Fundationis cooperatores, et Benefactores recensentur.

Munera insigni ora expenduntur.

Romer lib. 4. cap. 10., quæ quidem satis aptè nos edocent, quonam in pretio habita semper fuerit D. VValdrastensis Imago, quave frequentiâ peregrè quoque eò convenerint pietate ducti Fideles, quave pariter beneficentiâ eos complexa semper fuerit Sanctissima Domina; hæc enim præclarissima sunt, & beneficiorum à D. Virgine Fidelibus collatorũ, & Venerationis, quam erga Ipsam Fideles fovebant, argumenta. Quibus omnibus coronidem imponant, quæ maximè decet, pretiosissima quædam Donaria ex pulcherrimâ Brabantiæ Urbe, & totius Belgij celeberrimo Emporio Antuerpiâ ad D. VValdrastensem transmissa à perillustri D. Georgio de Etteuhardt S.R.I. Equite, & Regis Hispaniarum Thesaurario &c., quibus profectò sacram ibi supellectilem mirificè auxit egregius ille Vir, & cuicunque virtutum æstimatori acceptissimus. Primum quidem est Vestis Sacerdotalis sacrosancto Sacrificio addicta tota rigens argento, in primâ cujus facie se exhibet Crux, quæ veteri more sacrificantis dorso incumbens duos lata palmos, argenteis filis tenuissimè invicem commissis albicâtem quaquaversus explicat campum, cui deinceps elegantissimi flores, & uberrimi fructûs ab aureis caulibus in fasciculos distinctis, eosque ambientibus ad invidiam usque naturæ sunt interspersi eo planè artificio, ut acus ibi penicillum excesserit, quibus etiam accedunt varia floribus, & fructibus intermixta è genere insectorum animalcula, quæ flores, & fructûs prædictos depascere propriè videntur, in medio autem, ubi Crux decussatim jungitur, area orbicularis ad illius campi latitudinem extensa cum aureis Jesu, & Mariæ nominibus paululum tumescit, cor etiam auratum, & aureo mucrone, pyropisque insigni trajectum sub eorum mediâ Literâ mirificè splendet; sacræ huic, & Sacerdotali vesti eximiæ quidem pulchritudinis addidit etiam Georgius Frontale, sive antependium Altaris, floribus, & fructibus, & hujusmodi delicijs æquè saltem ac vestis illa conspicuum; si verò quis intelligere cupiat tum vestis, tum antependij pulchritudinem, ac pretium, illum monuisse sit satis duorum millium aureosum impendio comparata ambo fuisse, quod sanè incredibile non videatur, cùm ipsum tantummodo sacri Calicis velamen Matriti in Hispaniâ confectum mille vænerit Philippe.s. Addidit quoque Benefactor hic Insignis cooperiendo tabernaculo Conopæum, D. Virginis simulacro integrum amictum, duo ad Aram pulvinaria, omnia, & singula ex eâdem argenteâ telâ, & opere phrygio convestita; duos insuper calices, argenteum unum, alterum deauratum; è quibus unus nodum pedis habet 12. margaritis in quatuor classes divisis turgentem; alter verò ad perfectam symmetriam pariter, & formam calicis illius, quem Servator noster in supremâ Cœnâ pro Divinissimi Sacramenti institutione adhibuit, quemque Valentiæ in Hispaniâ Tarraconensi summo honore cultum novimus, exquisitissimè elaborstus, in eo solum differt, quòd ille lapideus, argenteus hic sit unius libræ pondere; sacrum verò illum Christi Domini calicem, quod hic noster attigerit, perhibent Literæ Petri Joannis Thomæ Presbyteri subsacristæ Valentiæ datæ anno Domini 1640. 11. Kalendas Maij; ne verò quid amplius Sacerdos sacris operaturus desideraret, librum etiam addidit telâ eâdem obductum, & in angulis argento deaurato egregiè munitum; cornua verò Libri ex uno latere referunt 4. Evangelistarum, ex altero 4. Ecclesiæ Doctorum imagines, scutulato utrinque umbilico hic VValdrastensem Historiam, illic Benefactoris gentilitia exhibente. Prædicta demum coronat linea vestis interior ad omnem elegantiam, atque nitorem confecta, quæ cæteroqui non coronasset, nisi mors intempestiva singulari beneficentiæ suæ erga D. VValdrastensem modum imponere coegisset; hæc enim ipsi in amoribus maximè erat, quippe qui D. Virgini secundùm Deum, quidquid honorum, ac divitiarum minimè vulgsrium comparaverat, totum se debere, publicè sæpiùs testabatur.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

AUgust. Romer Serv. Mar. lib. 4. cap. 9. & seqq.

Ordini nostro tribuitur Domus Lauretana in Hungaria.

C A P. V.

VIennam hoc anno XI. Kalendas Octobris feliciter appulerat Archangelus Benivenius Ordinis nostri per Germaniam Vicarius Generalis, ibique Rosaugiensis illius Cœnobij sedulò lustratâ Familiâ juxta prudentiæ suæ momenta, inter cætera Visitationis negocia locum etiam Langeggensem, quem Ordini eo maximè temporis aggregare meditabatur, cordi potissimùm habebat, ut vel certis ex Ordine Sacerdotibus ei consuleret, vel Viennensi tantisper unitum eidem regendum traderet, uno enim ab hinc anno in Comitijs Provincialibus ad D. VValdrastensem Mense Majo habitis Loci illius facta fuerat acceptatio. Rebus ergo ex sententiâ confectis Viennâ Archangelus abiens certior statim factus est, Dominum Joannem Rudolphum Stoczing L. Baronem in Segberstorff, & Hornstein haud procul arce suâ Seyberstorffiensi recens erectam Lauretanam Ædem, & habitationem prope vicum Stoczing Ordini Servorum Deiparæ possidendam tradere velle. Sibi maximè quidem super his gratulatus Archangelus, quia per tanta terrarum spatia sibi valde incommudum erat prædictum Dominum adire, aliquibus è no-

Domus Lauretana in Hungariâ Ordini Ser. traditur

stris

stris Patribus rem ipsam commisit, qui eum eodem agerent, illudque statuerent, quod & Ordinis incremento, & laudabili Baronis desiderio conferret, quibus demandatam Provinciam aggressis, quia Sanctissimæ Dominæ innixis adeò feliciter res ipsa cessit, ut trium solummodò Mensium spatio ab Illustrissimo Barone peterentur Servitæ, pactis utrinque benignè legibus de totâ rei summâ convenirent, ac loco inducerentur. Oblata quidem fuit non oni è reliquis Regularium Ordinibus Domus illa sacra, sed à nullo prorsus accepta, sive difficilis ad ipsam accessus, sive nimia aeris inclementia, sive Loci rudimenta eos exterruerint. Deiparæ Servis tandem incolenda fuit, quorum sedulâ operâ in eam brevi nominis claritatem emersit, quâ cum pluribus sacris, & Peregrinantium confluentiâ celeberrimis Locis conferri, quinetiam nonnullis præferri absque invidia posset. Nõ ita tamen Servitis res integra fuit, ut non ipso quoque tempore, quo Locum possidere sperabant, ex eodem excidere aliquantulum periclitarentur, occultus enim rumor ad Illustrissimum Dominum pervènit pœnitere Servitas Lauretanam Domum, & adiectas illi conditiones acceptasse, ac proindè palinodiam canere. Quàm malè habuerit prædictum Loci Dominum ejusmodi rumor, explicari vix potest, verùm à Patribus ipsis rem intelligens, falsumque prorsus esse rumorem, pristinæ restitutus est quieti; hic autem erat Joannes Rudolphus Georgij Leonardi à Stoczing L. Baronis, ut supra apud Mathiam Regem Hungariæ, & Austriæ Archiducem Camerarij, itemque L. Baronissæ Evæ à Penzenan Filius, Nepos autem integerrimi, summæque existimationis Viri D. Ruperti à Stoezing, qui anno Domini 1582. in Comitijs Imperialibus Rudolpho II. Imperatori, & Archiduci Maximiliano cum munere Consiliarij, Aulæ Præfecti, summique clavicularij, generosè inservijt, ejusque Coniugis Magdalenæ natæ Pijchlerin à VVeidencgg Baronissæ. Stoczingensium prosapia antiquitate præstat inter Rhætos olim non ignobilis, sed cum Rudolpho nostro cessavit.

Ut autem posteris sacræ hujus Domûs Origo, prout fieri potest, innotescat, monitum volo Lectorem, quòd ubi nunc Diva colitur Lauretana, tunc erat Ferarum vetus, & multiplex latebra, quàmplurimis hinc inde è natis virgultis, & ad invicem circumplexis arbusculis, quæ dumeta formarant; hic verò Rudolphus noster XI. Kalendas Augusti hujus anni animi gratiâ huc, & illuc excurrens, signum quoddam lapideum, sive columnam Christiano ritu erectam obequitando offendit. Rudolphus sciendi cupidine, quid hoc esset, incensus à singulis sibi circumstantibus illud petebat, cui lubenti animo obsequentes, canitie præsertim, & ætate venerandi, ibi olim stetisse significarunt sacellum quoddam D. Joanni sacrum, sed hostilium incursionum injuriâ deiectum, nomen adiacenti

Domûs hujus Lauretanæ origo

E Vico reliquisse. Cæterùm lapides Sacelli corruentis rudera in Hungaricum Proderstorff translata Ecclesiæ inibi adhuc stanti originem dedisse; æs verò campanum, dum eò veheretur, è curru in præceps ruens à terrâ exceptum non procul inde subsedisse, ubi nimirum nunc via in Proderstorff aquis paululum abundat. Singula hæc secum ipse reputans Rudolphus sibi satis nunquam factum putavit, donec ejusmodi Sacelli vestigia deprehenderet; quapropter consulto, & unà secum perducto Sacerdote quodam ex Ditione suâ Hornstain Locum adijt, quò jam prævenerat plures ligonibus, sarculis, & palis instructi Domini sui jussa facturi. Admotis statim operi manibus fruteta, & obstacula quæcunque

F excisa fuere; Terra circumcirca egesta, & Sacelli fundamenta etiam tunc terrâ recondita, incredibili Domini gaudio aperta. Rudolphus summâ voluptate perfusus, ubi fundamenta detexerat nihil moliri notâ dignum ratus, si quid olim, sive Joanni Baptistæ, sive Joanni Evangelistæ, quod erat incertum, consecrabatur, illud in Matrem Virginem transferret, DD. Illis satis superque esse existimans, quòd Locum, & Magnæ Dominæ cederent, & Stoczingensi Vico commune fecissent. Rudolphus ergo Virgini Mariæ, & quidem Lauretanæ, dicatam voluit ædem, quam ut adamussim sacræ Domûs Lauretanæ, quæ in Italiâ summâ veneratione colitur, exactiùs extrueret, Viennâ usque à PP. Augu-

G stinianis Discalceatis normam assequutus fuit. Quoad hunc Titulum Elisabetha Rudolphi Uxor, & Elisabetha Losia Socrus minimè quidem conformes erant, quæ Joanni potius, quàm Virgini Mariæ consecratam Ædem voluissent; Rudolphus tamen quantumlibet animi diù anceps, Mariæ omninò nuncupandam esse decrevit, ab ipsâ fortè præmonitus, dum nocte quadam secundùm quietem hæc intellexit: *Quod molìris Rudolphe, Divæ Virgini molire*. Quamobrem in sententiâ persistens de Lauretanâ Statuâ Ædi inferenda deliberavit, ac subinde de ejusdem Servis, qui eam colerent, quos etiam, ut diximus, consequutus tum Ædi pro Dominâ, tum pro Æde Servis providit. Enimverò Fabricam illam imperfectam

H in prædicto Stoczingensi Vico consilio suo accommodatam non imprudenter conijciebat, donec felicior opportunitas Lauretanæ Domui Servitas propiùs admoveret. Vicus ille Stoczing Ruperto, & Leonardo Dominis prædictis gentile nomen illi imponentibus suam originem debet. Ille quidem anno 1594., quo Romanorum Imperatori Consiliarius intimus, & Fabianæ Urbi Prætor erat, Filiæ cuidam suæ claudicanti Monasterium Virginum præ aquarum inundatione Seyberstorffij frustra tentatum, adiecto quoque Templo molitus est, sed inceptum opus Filiæ mors discussit. Hac verò, & Parente mortuis Leopardus Filius ædificium Templi prosequen-

quendo ad fastigium perduxit, Sanctisque Joanni Baptistæ, & Evangelistæ, prout modò monebam, initiandum curavit anno Domini 1610. 8. Kalendas Iulij, quod deinde cum Oppidanis Parochiæ Proderstorffianæ cessit, donec Rudolpho nostro agente hæc Stoczingensium Parochia sui juris facta Servitis recens introductis post multas ambages ab Episcopo Jaurinensi D. Georgio Draskouitsh cõmitteretur. Quid olim hic actum fuerit, latet, id solum, hodieque constat, sæpiùs hinc inde Tegularum fragmina, peregrina calcaria, vomeresque, ac Gentilium monetas Romanorum Cæsarum effigie insignitas erui, quin etiam sepulcrales lapides conspici, aliaque hujusmodi antiquitatis monumenta, è quibus eorum studiosi summam percepere voluptatem.

Eacisis igitur sentibus, & Loco, qui Stokzingæ Monialibus pro Cœnobio parabatur, undique repurgato, Rudolphus pristinis ædificij ruderibus talem superposuit fabricam, qualis hodie quoque visitur, humilem nimirum, utcunque tamen pro Religiosis Incolis accommodatam, augustiorem utique futuram, si prioribus fundamentis novos superstruere muros voluisset. Dum hæc adornat Rudolphus, latebat utique Coniugem, ac Socrum illius consilium, quibus hoc aperire importunum adhuc putabat, donec omnia radices firmiùs egissent, nequid ex earum resistentiâ inceptum opus pateretur incommodi; quod planè Beatissimâ Virgine negotium protegente feliciter cessit, siquidem Socrui per quietem obiata species fuit Lauretanæ illius Domûs, duorumque Religiosorum supppliciter ad eam de genu orantium vestibus Ordini nostro propriis indutorum; ex quo tum Socrus, tum Coniux in Rudolphi sententiam ultrò pedibus iverunt. Quamobrem compositæ fuere Tabulæ describendis utriusque partis legibus, vi quarum Rudolphus facultate Ordinarij habitâ Servitis jus Parochiale cum omnibus pertinentijs ad eam quoquomodo spectantibus concedebat, scilicet vineis, & aliquot terrarum arabilium jugeris, ædes præterea novas, cum Horto adiuncto, Vinetum majus Stoczingense liberum omninò, & exemptum, certa pratorum fœnilia, ac denique alias Domos, aliosque Hortos, potissimùm verò Domum ipsam Lauretanam tradebat, & quidquid ejus intuitu eleemosynarum, ac donationum obveniret, cum magnâ terrarum intercapedine ab ipsâ sacrâ Domo ad ipsum usque nemus vrneri subjectâ, præter annuos 20. diffecti, eòque vecti ligni orgyas, aliaque plura in usum vecturârum determinata beneficia. Contra verò leges hæ religiosos Incolas obligabant ad Stoczingensium animarum curam, tria per singulas Hebdomadas factificia, unumque certum Lau eti liberâ intentione quotidie celebrandum. His ita pactis solemnis uttinque intercessit fides, tabulæque manu partium propriâ subscriptæ,

subsignatæque fuerunt, quas etiam Imperator
A Ferdinandus III. anno Domini 1649. Kalendis Maij Cæsareo Diplomate postmodum communivit. Interim dum hæc agerentur, & Lauretana fundatio excitabatur, Oeniponte designatus is fuit, cui primò Locus ille cum novâ familiâ crederetur, nimirum P. Michael Maria Rauscher eo temporis in Cœnobio Viennensi degens, idoneus quidem tali operi Minister. Jam ergo determinata Immaculatæ Virginis Conceptioni Sacra dies advenerat, cùm Servitæ pridie è Conventu, & Familiâ Viennensi egressi, novisque recepti sedibus ea omnia curarunt, quæ pro magnâ Populi affluentiâ, suaque tenuitate eaequi vires permittebant. Longè autem ante, in ipsâ videlicet D. Virginis Nativitate, hujus
B pariter anni Lauretanæ Virginis signum è vico D. Joannis festivas inter tympanorum, tubarumque acclamationes elatum, & Sacræ Ædi fuerat illatum. Plures hic supplicationum ordines recenti signo obviam ivisse ferunt, quod simul ac Aræ fuerat impositum, Divina solemniter decantari cœpta fuere, iis operante Neopolitano Antistite Joanne Thuano, cui solemnitati quatuor millia hominũ, & ultra interfuisse dicuntur. Adeò felix fuit exordium Sacræ Domûs Lauretanæ, ut nemini pronum non fuerit istiusmodi opus ominari, non tam à mortalibus tentatum, quam à Deo ipso profectum Sanctissimæ suæ Matris honori augustius in his quoque terris promovendo, cujusmodi verè argumenta omnino
C sunt ipsa Divinitùs perpetrata, ac suo loco recensenda prodigia. Enim verò statim ac Lauretana Ædes peregrinantium famâ, secundisque votis inclaruit, dictu difficile est, quinam in celebritate profecerit, ut non modò viciniores, sed remotiores quoque Gentes eam paulatim adirent. Eò quidem alliciebat Peregrinantes cum religione Loci ipsa situs amœnitas; licèt enim Terra illa Diœcesi Jaurinensi subjecta, & Hungariæ Regno conterminа, planeque insita sit, ambitus tamen potiore sui parte, quâ patet oculis, ferè ad Austriam spectat jucundissimo prospectu ad ipsum usque celeberrimæ Turris Viennensis apicem quinque milliaribus excurrente, in cujus rei gratiam altiori Ecclesiæ juvatur fa-
D stigio, quod fanè ea circumfusâ per septemtrionem planitie, non arduo, sed levi duntaxat vestigio meridiem versus conscenditur, atque Montis Leytani nemus, quà Prata intermittunt, oblectum habet à tergo; illum verò Montem flexu quodammodo lunari, Oriens ad Occidentem ducit, & Leytæ aquis Austriam ab Hungariâ dividentibus prope Hungaricum Proderstorff immergit. Adverso Montis lateri unius milliaris itinere adiacet liberum, & regium Hungariæ Oppidum Kismartonium, Germanicis dictum Eysenstat; Pagus etiam Hornstain cum diruta arce, & ad tria milliaria Styriam versus Neopolis Urbs Austriæ, & insigne fortalitium. Amœnitati

nitati Loci progressu temporis successit major opportunitas Hospitij, ac ædium quarundam tumultuariè structarum, quæ à subeuntibus Cœli iniurias arcerent, & aliquale Peregrinis tectum præberent, quoad melior quandoque succederet occasio.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

A*ugust. Romer Servitus Mariana Lib.* 10. *cap.* 1. 3. 5., & 6.

Cœnobij Langeggensis per inferiorem Austriam exponitur origo.
C A P. VI.

SExtodecimo Ecclesiæ seculo Langeggensibus bonis præerat quidam nobilis, æquè ac pius Vir Matthæus Haring Reverendissimi, & Celsissimi Archiepiscopi Salisburgensis in VVelbiingen, Arnstorff, & Trasmaur Præfectus Genere Tyrolensis, & Acatholicorum in subiectis sibi Locis acerrimus Impugnator, cui ob bene administratam Provinciam vulgò traditur Prædium Langeggense Arnstor Heris Ditionis obtigisse. Itaque bonus hic Vir Domum colebat tabernariam, quæ modò in Arcis similitudinem formata est, & adhuc ibi visitur; porrò In eâ, ubi Archivum statuerat, suum etiam Sacrarium adesse voluit, quod Nobili Imagine adornaverat ei valdè consimili, quam Romæ ob prodigiorum multitudinem S. Mariæ Maioris appellāt. Hæc profectò adeò in amoribus, & veneratione Matthæo erat, ut præ illâ nihil antiquius, nihil pretiosius haberet. Accidit subinde, ut quarto prædicti seculi anno Filiola illi maximè dilecta Maria Clara unius anni Infans ex æquè nobili Dominâ Maria Margelin à VVegleiten suscepta, gravissimâ infirmitate detenta ad mortem usque decumberet, quin ullum omninò ex arte medicâ, pretiosisque medicaminibus opportunum assequeretur levamen. Quocirca maximo affectus dolore Matthæus, quòd de Filiolæ vitâ conclamatum esse cognosceret, archivum properè ingressus, Venerandæ illi Imagini gemebundus advolvitur, & supplex è genu, consertisque ad Cœlum manibus Filiolæ vitam à Magnâ Dei Matre enixè rogat, votum insuper addens se illi structurum, ubi Maria Clara convaluisset, ædiculam in Collis vertice elegantem, ibique Sacram ejus Imaginem certo certius locaturum. Mirum dictu! eâdem prorsus horâ, qua hæc præstabat Matthæus, moribunda proles, & vitam sibi, & integram quoque valetudinem habuit liberali Genitoris voto, Insigni Dei beneficio, cujus vices absque morâ rependens Matthæus ipso adhuc anno ædiculam Collis vertici superstruere aggressus proximè sequenti absolvit, & Imaginem Virginis venerabundus eò deposuit, cæteroqui planè ignarus

Origo Eccles. Langeggensis.

eam quandoque publicâ, tantâque religione E colendam fore, quam privato hactenus studio fuerat ipse prosequutus. Etenim percrebrescente per varia Loca hujus miraculi famâ, vulgatâque ædiculâ in honorem B. Virginis pro tanto beneficio constructâ, cultus eidem minimè vulgaris haberi cœpit, & quantumlibet angusta à quamplurimis undequaque peregrinantibus frequentari, qui Filiolæ exemplo commoti ad B. Virginis Imaginem tanquam veræ felicitatis originem pervestigandam accurrebant, quorum religioni quidem, specialique fidei mirum in modum B. Virgo respondit, quemadmodum plurima restantur, eaque insignia prodigia pro eorundem utilitate perpetrata ad annum 1662. recensenda.

F Hic igitur Locus Ordini nostro designatus hoc anno memorandus nunc est, quave ratione id nobis contigerit. Præ cæteris auctor fuit Servitis, ut eò animum adiicerent, religiosus quidam, & maximè venerandus D. Modestus Mayr Ordinis D. Benedicti, religionis professione Suevus, Patriâ Tyrolensis. Hunc Oeniponte Tyrolis Metropoli oriũdum apud Conterraneos Viennensis nostri Cœnobij PP., è quorum incolatu Conventus ille diù Cœnobioli Tyrolensis nomine traductus est, perfamiliariter divertentem non solùm illi lubenti animo suscepere, sed eo quoque Hospitalitatis studio sunt prosequuti, ut commotus ille in aliquod fidei, & mutuæ charitatis testimonium sacram Ædem Langeggensem D. Virgi- G ni nuncupatam, & miraculis celeberrimam votis omnibus tentandam suadere non vereretur; & ut animos illis præ timore renuentibus adderet, polliceri quoque suderet quandam ibi cum D. VValdrattensi similitudinem adesse, rigoris autem longè inferioris. Quæ planè res à veritate non abhorrebat, licèt enim prædicta S. Ædes colli imposita unâ sui parte satis arduo gradu adeatur, alterâ tamen non ita res se habet, & Montes longè se eminentiores in Coronam ductos cominùs, & eminùs quaquaversum Collis ipse habet; præsertim verò ab Oriente, ubi Crembsenses, & Stainenses veniunt via duorum milliarium longitudine placidè attollitur; ubi verò Occidentem spectat ad duo, vel plura milliaria jucundissimus in- H de patet prospectus Melicium usque præ celeberrimo D. Benedicti Monasterio nobile, & Danubio junctum Oppidum, cujus fluminis ibidem aquas, ubi per montium flexus tantisper quis viderit, mox iterum interiectu Montium oculis subductos habet; at verò descendentibus ex Langegg per vallem nemorosam Aspacensem Patrum Carthusianorum Eremo inclytam in Pago Aspagh denuò uberrimam sui copiam facit memoratus fluvius, iterumque Montium finibus exceptus per Plagam septentrionalem circumvolvitur uno vix ab hinc milliari adeundus, si jugum aliquod non adeò asperum superare, & continuò descensu facto velit quis eum in Vico Arnstorff iterum

Ordini Servor. designatur.

oculis

oculis lustrare. A' meridie Langeggensi Colli, quem ipsum jugum hinc cingit, illinc profundæ Valles ambiunt, virentia prata, cultique agri suis decori sylvulis, atque Mapalibus cum Gottincensium Oppido Gannsbach imminent rectâ è regione, quâ prædictæ Valles subsidunt, his verò intermittentibus editiores illi montes capita circumcirca attollunt.

Locus iste profectò humilis erat, tum si ædificia spectemus, tum si colonos, verùm clarissimus evasit, & augustissimus præ multitudine, & raritate prodigiorum, quæ B. Virginis intercessione ad Sacram ejus Imaginem illustrandam jugiter patravit Altissimus. Ut autem Locum hunc tandem aliquando possiderent Servitæ, qui eorum animos ad eò collimandum inclinatat, suam etiam operam apud Bojodurorum Officialem, ut vocant, in cujus nimirum Diœcesi S. Domus erat, Benedictinus præfatus opportunè importunus offerebat, quod germanâ fide promissum adeò sanctâ præstitit, ut Servitis non difficulter illi morem gerētibus Officialis ipse à Servitis interpellatus dubium fecerit, ipsine, an Servitis petitionis hujusmodi primæ debeantur. Quapropter hoc eximio Patrono vota Patrum longè superante Locus identidem visebatur, sed Ditionis illius nobilis Vidua Domina Barbara Latchetin nata Haringin, & Mariæ Claræ, cui primum contigerat Langeggij prodigium, Matertera præteriti non potuit, quæ proinde conventa omnia ad rem facientia spondebat maximè; sed brevi completa res fuit, Bono enim illo divendito omnia cum Jure Patronatûs Sacræ illius Ædis ad nobilem D. Nicolaum Schober ab Hartenbach Majestatis Cæsareæ inter Breynerianos Milites Capitaneum natione Moravum jam capularem senem emptionis titulo sunt devoluta. Pluribus deinde sub annum 1642., & sequentes actum est ad obtinendum ejus assensum, tandem verò Magnatum quoque precibus impetitus expugnabilem sese exhibuit; non enim defuere, qui causæ adeò piæ faventes pro Ordinis nostri augmento datis ad eundem Nicolaum Literis intervenirent, cujusmodi fuere spectatissimi Comites, & aurei velleris Equites Franciscus Frautson Civitatis Viennensis Prætor, & Rudolphus de Teyffenbach, quin etiam Imperator ipse Ferdinandus III. cum Augustâ Novercâ Eleonorâ, & Serenissimo Fratre Leopoldo Guilielmo Boiodurorum Episcopo, ad quem tanquam Diœcesanum res tota propiùs spectabat, negotium hoc ad M. V. honorem vergens ex innatâ clementiâ urgere non detrectavit, cui pariter haud mediocriter contulit P. Daniel Societatis Jesu Serenissimi Antistitis Confessarius. Literarum autem, quas ad Nicolaum prædictum dedere tum Imperator, tum Leopoldus, tenor hic est: Primum quidem Imperatoris.

Literæ Commēdatitiæ Ferdinandi Imper. & Leopoldi Archid. ad Bojodurorū Episc.

Ferdinandus, &c.

A *Fidelis Dilecte. Significarunt nobis PP. Servitæ hic ante portam novam constituti humillimè, quod in fundationem, & erectionem Cœnobij alicujus pro suo Ordine Locum tuum apud D. Virginem in Langegg propter peregrinationes, aliorumque piorum operum quotidie ibidem increscentium magnam devotionem, necnon & præclara D. Virginis suffragio facta miracula præ alijs bonum, accommodumque fore spectassent, & ideò Nos submississimè pro recommendatitijs ad Te, ut fundi Dominum convenientes, quatenus illis Ecclesia cum redditibus, ac spatio ibidem pro erigendo cum tempore ad Dei, Divæque Virginis honorem Cœnobiolo concederetur, supplicarunt. Cùm ergo ex magnâ affectione, ac certâ confidentiâ, quas erga Orde-* B *nis hujus exemplarem vitam, vivendique rationem, ejusque eximia apud Omnipotentem Deum merita gerimus, ipsimet clementissimè videre cuperemus, ac maximè optaremus, ut Ordo ille in hoc Archiducatu nostro magis effloresceret, & dilataretur; enim verò fini huic locus ille commodissimus appareat, & nullatenus dubitandum sit, dictum Ordinem, quemadmodum in exequutione, & propagatione servitij Divini ubique ferventissimum se exhibet, eundem ibi quoque multa præclara præstiturum, totique communè Patriæ Dei benedictionem ejusdem Matris suffragio utiliter procuraturum. Proinde Te clementissimè requirimus, velis iisdem Patribus Christiano ex fervore, præsertim in maius honoris Divini emolumentum, præfatam Ecclesiam* C *unà cum redditibus, & spatio pro Cœnobij beneficio benignè tradere, ac possidendum committere, atque omnem aliàs amorem, & auxilium in efficacem obtentionem piissimæ illorum intentionis exhibere, in quo &c. Viennæ 4. Maij, anno* 1644.

Leopoldi verò hic pariter est.

Quibus nimirum de causis apud PP. RR. Servorum B.M.V. hic ante novam Portam humillimè supplicando institerint, rogarintque, quatenus illis, Capella, seu Ecclesia D. Virginis cum cæteris omnibus ejusmodi ad Langegg pertinentijs, per Te enim utpote Loci possessorem, fundique Dominum concedi, tradeque valeat, id ex adiunctis Literis fusiùs intelligere habes. Quapropter cùm eò Loci Servitae D *cumprimis promotos desideremus, ipsumque opus istud Dei, ejusque superbenedictæ Virginis Mariæ gloriam concernat, Te hisce clementissimè requirimus, ut nostri causâ memoratos Religiosos optimè tibi commendatos habeas, ac nostrarum harum intercessionalium utiliter gaudere facias.* *Viennæ 3. Februari* 1644.

Maximi quidem fecit, prout decebat, binas has Literas, sicut & Imperatricis Eleonoræ Nicolaus Capitaneus, quinimmo clementissimam à Leopoldo pridie nonas Junij hoc anno facultatem pro traditione Loci emanantem obtinuerat, moras tamen ex moris nectendo, serium super Ordinis receptione con-

consensum Decembrem usque distulit, prout mox patebit, siquidem mense prædicto post maturam satis cum suis familiaribus institutam deliberationem Servitas pro adeundâ D. Virginis Langeggensis Sacrâ Æde Passaviensi Consistorio, cujus caput, & Episcopus erat idem Leopoldus, singulari hoc scripto præsentavit.

Literæ Nicolai Schober ad Leopoldum Archid. Austriæ & Episc. &c.

SErenissimo, & Reverendissimo Principi, ac D. Leopoldo Guilielmo Archiduci Austriæ Episcopo Argentoratensi, Halberstattensi, Passaviensi, & Olomuczensi, meo Clementissimo Principi, ac Domino &c. seu ejusdem Reverendissimæ serenitatis Officiali spiritualium Vicario Generali per Austriam infra Anasum, Ego Nicolaus Schober, & Hartembach in Persling, & Langegg, Sacræ Cæsareæ Maiestatis constitutus Capitaneus offero mea humillima obsequia, & hisce und Serenissimæ Celsitudini Suæ submississimè significo, quòd, cùm Beneficium hic apud D. Virginem in Langegg existens à resignatione Reverendi, ac religiosi Domini Adami Ruprect Professi VVilleringensi, modò vacet; mihi verò Jus Patronatûs, seu præsentandi ad illud, utpote legitimo Langeggensis Dominij Possessori, sine cujusquam contradictione debeatur, constituerim proinde secundùm jura in me devoluta, præcipuè autem, ut ambarum Cæsarearum Maiestatum, Imperatoris nempe, ac Imperatricis Eleonoræ, ut etiam suæ Serenissimæ Celsitudinis intercedentium honori obsequentissimè deferrem, harum mearum exhibitores RR., ac Religiosos PP., seu Ordinem Servorum D. Virginis pro dicto Beneficio, & loco etiam in Cœnobiolum cum Horto successu temporis struendum consentiendo obsequiosissimè præsentare simul, ac eandem humillimè rogare volui, dignetur Ea prænominatos PP., seu Ordinem illorum, ubi Serenitati Suæ ita placitum, et proficuum fore visum fuerit, pro dicto Beneficio approbare, investituram conferre, ac prout de jure Canonico aliàs requiritur, clementissimè confirmare, quod adversus Serenitatem suam humillimè promereri studebo. In hujus rei fidem hanc ipsam Præsentationem meam manu propriâ subscripsi, consuetóque meo sigillo communiri feci. Actum Langegg 1. Decembris anno 1644.

Reverendissimæ, & Serenissi. Celsitudinis suæ

Obsequiosissimus Servus
Nicolaus Schober
ab Hartenbach, Persling., & Langegg.
Capitaneus m. p.

Statim ergo, ac Loci Patronus Servitas præsentavit, nullâ morâ interpositâ ex Serenissimi, & Reverendissimi Episcopi mandato inter utrasque, & Consistorij, & Ordinis partes de certis legibus feliciter conventum fuit, sicut & cum eodem Loci Patrono, qui ob id Viennam se contulerat ad hoc potissimùm conferentibus prænobilibus DD., & utriusque Juris DD. Joanne Michaele Seitz, & Joanne Juanâ tunc Passaviensibus Consistorialibus, deinde verò in Excelso inferioris Austriæ regimine Consiliarijs, ut nihil magis in votis habere videretur Capitaneus, quàm ut nostros Langeggensis Domûs Curatores videret. Nonnihil sanè difficile fuit juxta Patroni nutum, nondum habito Superiorum Ordinis, ad quos de jure spectabat, in Loci possessionem assensu, tantâ celeritate eò nostros adire; nihilominus P. Innocentius Maria Engl Viennensis Cœnobij, unde nimirum hoc urgebatur negotium, Prior hoc anno nedum integrè evoluto P. Clementem Mariam Pock unà cum fratre quodam de familiâ suâ eò destinavit, ut jam imminentibus Christi Nativitatis diebus, sive sacramenta administrando, sive pro Concione dicendo, sive aliud quidpiam sacri muneris obeundo, Sacerdoti ad Ecclesiam illam designato, quem Beneficiatum dicunt, Adamo nimirum S. Ordinis Cisterciensis Professo impigram operam navaret, quam egregiè statim curavit. Intereà supremus accessit Oeniponte expectatus Ordinis nostri consensus, qui ab anno usque 1643. desiderabatur, cùm de Loci hujus acceptatione in Comitijs Provincialibus 4. Idus Maias institutis pluribus ageretur. Enimverò quod negotium maturiori deliberatione indigere videretur, post annum integrum evolutum Patrum Capitularium assensus quidam emanavit, ut propterea postquam inter PP actitatum fuerat de Langeggensi Loco Viennensi Conventui uniendo, nec è re id fore tunc visum esset, in eam tandem sententiam Oeniponte communi, maturóque consilio omnes iverunt, & decreverunt, ut certi è nostris Religiosi, non ex aliâ Familiâ petiti novæ huic habitationi deinceps applicarentur; quare anno proximè sequenti 1645., de quo scribere nunc incipiam Epiphaniæ Domini Festo illi ipsi, qui ad anni superioris 1644. finem eò missi fuerant, iterum sunt confirmati, totáque S. Ædis cura in P. Clementem incubuit, cōferentibus plenam facultatem ex parte Consistorij Adm. RR. DD. Laurentio Buel Decano, & Parocho Melicensi, & Floriano Rieder Doctore, & Parocho Leitorffensi: Quâ habitâ novi Cultores Adamo solum vertente in Presbyteralem, humilem illam, & angustam Domum ibidem subierunt, eáque omnia agere cœperunt, quæ vel ad Virginem peregrè accedentibus conferrent, vel ab Ordinis consuetudine pro Loci angustiâ, & Fratrum paucitate aliena non censebantur. Cæterùm, ut rudimenta novæ Domûs, novíque Conventûs neminem lateant, erat illis Domi curta supellex, & eò usque modicæ fortunæ, ut mendicato vivere oporteret: quoddam miserabile prædium, seu pratum potius nomine Schebluvis inter oprima numerabatur, pauculi deinde census ex elocatis pecunijs, & ambiens ad aliquot passus S. Ædem, & Clericale tugurium cum Arcâ intermediâ æditüum, Organœdum, & Ludi Magistrum in una Personâ, eodemque hypocausto continente. Hæ totæ erant S. Do-

Mittitur Patres ad novum Cœnob.

mus

mus fortunæ, atque divitiæ. Ecclesia verò
A D. Virgini dedicata longè magis culta erat, bina post ingressum habens facella, eorumque aras consecratas, duas insuper alias Templi testudo complectebatur, in cujus capite ipsum primum, & prodigiis celebre Oratorium, cũ Sanctissimæ Matris Imag. venerari licebat.

Pro Coronide capitis sciendum est, quòd Virgines nostræ Claustrales Oenipontanæ Episcopo quidem Brixinensi subiacent, tria ipsi vota solemnia in Professione deferentes, earumque Confessiones hactenus excepit aliquis, sive è D. Francisci Familiâ, sive è Clero Oenipontano; verum hoc anno tandem aliquando 17. Kalendas Maij id muneris primâ vice suscepit Ordo noster, agente nimirùm ipso Suffraganeo Brixinensi D. Jesse Pergh f-
B fer unà cum Vicario Generali ejusdem Ordinis, congruenti Honorario designato. Ipse verò Brixinensis Antistes Lucaugiensis Ecclesiæ post incendium Cœnobij, de quo ad annum 1640., Campanas recenter fusas consuetis Ecclesiæ ritibus initiavit.

Monialibus claustralib. Oenip. nostri Ordin. traditur Confessarius ex eodẽ Ord.

Interim Angelus Maria Ciria Ordinis nostri Procurator Generalis in Romanâ Curiâ ejusdem decori, ac religionis erga B. Virginis Dolores incremento Indesinenter addictus Summo Pontifici Innocentio X. humillimè supplicavit pro commutatione tituli Societatis Habitûs in titulum Societatis 7. Dolorum, cui verè laudabili petitioni clementissimè annuens Sãctitas Sua Breve expediri mandavit sequentis tenoris.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut Dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Servorum B. M. Virginis nuper Nobis exponi fecit, aliàs fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster per quasdam suas in simili formâ Brevis Literas de anno 1607. emanatas, Priori, qui tunc erat dicti Ordinis, Generali indulserit, ut ipse in Ecclesijs dicti Ordinis Confraternitates utriusque sexûs Christifidelium Habitûs ejusdem Ordinis de licentiâ tamen Ordinariorum Locorum erigere, illisque certas Indulgentias ab eodem Paulo V. Prædecessore nostro ad hunc effectum concessas communicare posset; subindeque similis mem. Urbanus Papa VIII., & Prædecessor noster
D *Indultum hujusmodi etiam ad Ecclesias, quæ dicti Ordinis non sunt, per alias suas in eàdem formâ Brevis Literas desuper, & de anno 1628. emanatas extenderit; Ordo verò prædictus habeat, & gestet Habitum ejusdem Deiparæ Virginis in memoriam ejus Viduitatis, & Dolorum, quos ipsa in Passione Unigeniti ejus Filij D. N. Jesu Christi sustinuit, propterea ipse Prior Generalis Titulum, & denominationem Confraternitatum Habitûs prædicti in dictis Ordinis Ecclesijs hactenus erectarum, ut præfertur, & de cætero erigendarum opportunè per Nos, ut infra, commutari summoperè desideret. Idcirco*

Commutatio tit. Soc. Hab. in tit. Soc. 7. Dol.

Nos ad ea, quæ Divini cultûs incrementum,
A *Christique Fidelium devotionem, & animarum salutem respiciunt, libenter intendentes, dictumque Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, titulum, & denominationem Confraternitatum Habitûs prædicti hactenus erectarum, & de cætero vigore dicti Indulti erigendarum, ut præfertur, in Ecclesijs dicti*
B *Ordinis in titulum, & denominationem septem Dolorum ejusdem Beatissimæ Virginis, sine tamen præjudicio, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium commutamus, sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus prædictis Pauli, & Urbani Prædecessorum hujusmodi Literis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis hujusmodi, etiam juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis, statutis, & Consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & Li-*
C *teris Apostolicis in contrarium prædictorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad prædictorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 2. Augusti 1645. Pontificatûs nostri anno primo.

M. A. Maraldini.

Cùm variæ leges unanimi consensu sancitæ fuissent inter PP. Cœnobii nostri Tiphernatis ex unà, & Confratres Societatis de B. V. Gra-
D tiarum in eorundem Patrum Ecclesiâ erectæ ex alterâ partibus, Dei, ac Deiparæ cultui magis promovendo accommodatæ ann. 1514. die 2. Aprilis P. M. Albetti ex illustri Familiâ de Grassis Castri novi Scripiæ Ordinis nostri studio, qui eo temporis in Ecclesiâ Cathedrali Sacras Conciones habebat, & à Hieronymo de Lucâ Generali nostro anno 1529. die 25. Januarii confirmatæ, progressu temporis periere, ex quo plura inter eosdem PP., & Confratres excitabantur identidem jurgia; quod cùm nimis grave esset, tum Patribus, tum Confratribus, & eidem cultui noxium, unanimi pariter consensu ad lites omnes è medio tollendas, & veram societatem adin-

Statuta inter Patres Typhernates, et Confratres Soc. de B. Virgine Gratiarum.

vicem ineundam ad aliquas leges stabiliendas devenere primâ die Mensis Aprilis anni præsentis, nomine, & vice nostrorum agentibus, atque præsentibus Hippolyto Bazzani de Ferrariâ Vicario Generali Apostolico Ordinis nostri, & P.M. Feliciano *dalla Penna* de Perusio; nomine verò Societatis D.D. Felice Longini ejusdem Societatis Priore, Guerrino Aloisi, Francisco Magi, Petro Albizini, Petro Mariâ Barsotti, & Joanne Baptistâ Fabbri, pro quibus legibus rogatus est Ser Bernardinus Cristiani de Typherno publicus Notarius. Hæ verò sunt leges, quæ in eo Conventu nostro servantur ab Italico idiomate in latinum hîc modò conversæ.

1 *Quòd Confratribus laicis Societatis liceat administrare bona omnia, sacramque supellectilem Sacelli, & in Arcis, atque Armarijs custodire, retentis clavibus apud Officiales, & Custodes pro tempore eligendos.*

2 *Quòd iidem Confratres teneantur suppeditare oleum, ceram, aliaque omnia eidem Sacello necessaria per deputatos ab ipsis ad id muneris, qui custodire debeant, & incendere lampades, & candelas, instruere, & exornare Aram, & Sacelli, & alia quæcunque opus fuerint præstare.*

3 *Quòd è clavibus capsulæ ad columnam affixæ pro eleemosynis quotidianis custodiendis una penes PP. sit, altera verò penes Confratres Societatis.*

4 *Quòd vestes, vota, & oblationes cujuscunque generis à pijs Christifidelibus delata ad B. Virginis Sacellum amoveri non possint nisi præsentibus Cœnobij nostri Priore, & laico Societatis pariter Priore, ad hoc, ut unanimi consensu distrahi possint, quodque exinde colligitur quoad tertiam partem de more distribui.*

5 *Quòd subsidia, & eleemosynæ quæcunque erogatæ tam occasione ostendendæ Sacræ Imaginis Beatæ Virginis, quàm ob quæque Legata juxta pias dispositiones Benefactorum condita, sive testamento, sive aliâ quacunque ratione pro tertiâ parte tradi debeant Patribus, qui proinde subire teneantur partem oneris in Legatis, et dispositionibus prædictis impositi, proportione tertiæ partis servatâ, remanente tamen in suo robore conventione factâ Patres inter, ac Societatem, quod scilicet unusquisque per seipsum eleemosynam Sabbatho quærit, quin hoc unus alteri communicet, cera pariter, & oleum titulo eleemosynæ quæcunque ex causâ oblata insumi debeant in usum Sacelli absque tertiæ partis detractione, prout hucusque invaluit consuetudo.*

6 *Quòd reliquæ duæ tertiæ partes ex oblationibus, & eleemosynis, necnon prædictis Legatis liberæ dispositionis sint penes Laicos Confratres, quorum erit juxta propositionem duarum prædictarum è tribus partibus onera omnia adimplere, quæ in ijsdem dispositionibus, legatisque pijs imponuntur.*

7 *Quòd cùm eadem onera adimpleta fuerint, quod superest impendatur pro cerâ, oleo, sacris vestibus, ornamentisque, & alijs quibusque rebus B. Virginis Sacello necessarijs, quæque Capitulo Generali, sive duodecim prædictæ Societatis* E *expedire censebuntur; quod autem reliquum est, præter expensas præfatas, integrum sit ijsdem Confratribus Laicis in usum Sacelli impendere, vel in aliquibus Charitatis operibus, vel in Ecclesiâ Patrum restaurandâ, vel quibuscunque eorum necessitatibus consulendo, prout opportunius videbitur Priori, & Confratribus Laicis prædictis, quod tamen fiat Patribus ipsis præsentibus in prædicto Capitulo duodecim.*

8 *Quoties in bonis notabiliter profecerit Societas, prædictum Capitulum petere jure valeat alterum è religiosis præter numerum assignatum, qui de familiâ degat in eo Cœnobio ad augendum Ecclesiæ, & Societatis ejusdem decus, atque faciliùs adimplenda prædicti Sacelli onera, prout significatum fuerit ab Officialibus præ-* F *dictæ Societatis, quod pariter fiat præviâ scientiâ Patris Prioris, aliorumque Patrum, qui Capitulo prædicto, uti dictum est, intersint.*

9 *Quòd ubi detegenda fuerit Beatissimæ Virginis Imago Instrumentum ad hoc designatum conficere Prioris laici pro tempore sit de more; functiones autem Sacerdotales ad Patres Conventûs pertineant, nisi fortè ad celebrandam solemniori pompâ actionem opportunum visum fuerit Episcopum pro tempore interesse, tunc verò ipsius erit sacram actionem solemniter celebrare, nil autem aliud præstare; & claves de more sint, una quidem penes D. Vexilliferum, altera penes Priorem Conventûs, tertia denique penes Priorem Societatis pro tempore.*

10 *Quòd Prior laicus Societatis rationes exi-* G *gat administrationis à Depositario cum assistentiâ Deputatorum à Capitulo Generali, quæ rationes cùm fuerint expensæ, iterum eorum P. Provinciali nostro occasione visitationis expendantur, suâque subscriptione, prout opus fuerit, approbentur.*

11 *Quoties Prior Societatis petierit Campanam pulsari ad congregandum Capitulum, Prior Conventûs præcipere teneatur, quòd campana prædicta pulsetur, & locus in Sacrario de more paretur, si verò Prior Conventûs hisce petitionibus obsisteret, Prior Societatis possit Capitulum convocare, & congregare, ubi magis expedire videbitur ad arcenda scandala, & pacem conservandam.*

12 *Quòd in Capitulo Generali interesse pos-* H *sint Patres omnes illius Conventûs de Familiâ, qui vocem habeant in Capitulo; in Capitulo verò particulari interesse possit P. Prior ejusdem Conventûs unà cum tribus alijs Patribus Vocalibus, & è Confratribus laicis interesse possint octo à Capitulo nominati, necnon Prior, & Subprior, & Depositarius de more.*

13 *Quòd ad conservandum Sacelli Beatissimæ Virginis cultum P. Priori placent, dum aliquis ex Patribus Conventûs acta Sacris non operetur Sacerdotibus Secularibus permittere quòd ipsi operentur ad Altare Beatissimæ Virginis eò religionis causâ concurrentibus, ut Piorum voluntatibus satisfaciant. Si verò Sacrista morosus fuerit, vel potius resistere contenderit,*

puniatur tanquam inobediens; quoties autem Prior ipse, & prædictus Sacrista commodum A præfatum omnino recusaverint, Prior ipse Societatis, ejusque Ministri providere valeant iisdem Sacerdotibus de rebus ad celebrandum Missam necessariis, hoc enim est ex sententiâ P. Generalis.

14 *Quoties transferenda sit Sanctissima Virginis Imago, & processionaliter circumducenda, præmisso debito contractu de reportandâ, elevari debeat à Sede suâ per manûs Patrum Conventûs, & per eosdem collocari super machinam ad Processionem paratam, deinde à Confratribus laicis deferatur quandiu ad Sedem suam accesserit, in quâ pariter ab iisdem Patribus tantùm erit collocanda.*

15 *Tandem quòd Patres pro devotione Septem Dolorum prosequendâ superponendo Altari B B. Virginis Statuam rationibus fuit innitantur, hac tamen conditione adjectâ, quòd completis exercitiis spiritualibus ad illius cultum designatis, eadem Statua ad suum locum deferatur; quod verò pro Candelis impenditur penes eosdem Patres sit, sive ex propriis, sive è proventibus Societatis Habitûs erogare absque præjudicio Societatis B. Virginis Gratiarum, nec prætextu quocunque oblationes à Sacello distrabantur ad promovendum præfatæ Statuæ cultum, sed omnia, & singula ad B. Virginem Gratiarum pertineant.*

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

1 *AUgust. Romer Serv. Mar. lib. 11. cap. 1., & seqq., lib. 5. cap. 2., lib. 6. cap. 23.* C

2 *Ex Archivo S. Marcelli de Urbe.*

3 *Ex monum. illius Conv.*

Piè moritur Bononiæ Soror Maria Gregoria Malvezzi Tertii Ordinis nostri Monialis. Ferrariæ in novâ Servorum Ecclesiâ instauratur Societas dicta de Incoronatâ.

CAP. VII.

Maria Gregoria nobilis orta. DIgnis prosequenda laudibus occurrit hoc anno Soror Maria Gregoria Malvezzi Tertii Ordinis nostri Monialis, non modò ob Insignem Generis claritatem conspicua, verùm etiam, & D quidem potiori jure pro Sanctitate vitæ venerabilis. Maria Gregoria in seculo vocata .r. Archangela, nata est anno Domini 1610. die S. Michaeli Archangelo dicato. Ejus Genitor fuit Gregorius Malvezzi Bononiensis nobilitate notissimus; Anno 1629. die 12. Martii Sacrum Habitum induit Tertii Ordinis nostri, & anno proximè insequenti 1630. Professionem solemnem emisit. *Habitum induit Tertii Ordin. Serv. & Profess. sionem emittit.* Ingenio valdè præstabat, & linguæ latinæ peritam fuisse, è quibusdam ejus manuscriptis luculenter apparet; excolendis autem moralibus virtutibus addicta, et spirituali profectui admirationi omnibus erat. Totâ ferè diem insumebat quotidie in Ecclesiis; si verò integrum illi minimè fuisset Ecclesiam adire, proprium Conclave, vel alia hujusmodi secretiora Loca subibat, orationi jugiter intenta. In perferendis pluries æquo, immò hilari animo tribulationibus, persecutionibus, & gravissimis infirmitatibus mirabilis patientiæ specimen exhibuit, adeò quidem ut nunquam, vel minimum verbum protulerit, vel signum aliquod ostenderit, quod summam ejus æquanimitatem, Divinæque voluntati conformitatem non redoleret. *Ejus virtutes* Perpetuum servabat silentium. Paupertatis studiosissima vestes non induebat, nisi vilioris materiæ, & nunquam de novo constructas. Ad mensam etiam re qualibet argenteâ, vel consimilis pretii seclusâ, ea solùm adhibebat, quæ paupertatem religiosam decebant. Obedientiâ maximè excelluit, ita quidem, ut licèt Monialis esset, & Superiorum auctoritate coacta principalia obiisset munia, exactè tamen mulieri cuidam nobili seculari, quæ secum degebat, morem gerere consuevit, ac si adhuc parvula foret. Pluries ejus Cōfessarius ad ejus virtutem probandam acriter ipsam objurgabat, elato supercilio ipsi præcipiebat, non absque severitate interdicebat operibus etiam bonis; ipsa verò humilitate præstans gratias illi summo obsequio agebat, quinetiam Moniali cuidam Conversæ aliquando mandavit idem Confessarius, quòd Mariam Gregoriam reprehenderet, & malè secum agere niteretur. Hæc verò nihil obvium habens, quòd in Mariâ Gregoriâ reprehensione dignum haberetur, postquam diu, multumque plura super hoc mente revolvisset, ei tandem dixit, quòd licèt œconomiæ Domûs Præfecta foret, longè tamen majori diligentiâ unà cum reliquis ritibus mensæ communibus interesse tenebatur, cui illa reposuit se deinceps jussa hæc diligenter impleturam fuisse; pari animi studio puritatem, & castitatem coluit, quam interposito quoque voto B. Virgini Mariæ consecravit, consequenter illi pollicita sibi non alium ex hominibus, quàm Jesum Christum in amoribus esse. Proposuit etiam, se illud semper, quod perfectius esse intellexisset, executioni mandaturam, cui tamen operi se voto non obstrinxisse, quia Confessarius abnuit, in manuscriptis suis testatur. Se pluribus, quàm cuperet, beneficiis in hac vitâ cumulatam à Deo, quàmsæpissimè querebatur, quippe quæ cupere potiùs dictitabat sibi in votis esse beatitudinem in futuro potius, quàm in præsenti seculo. Singulari Divinæ beneficentiæ, ac providentiæ referebat acceptum Monasterii munia feliciter exercuisse, quamvis destituta plerunque pecuniis, quibus indigere jucundissimum illi erat. Ne fraudi esset obnoxia quoad illustrationes interiores, & pios quoscunque animi sensus, sibi nunquam creoens P. spiritualem, sive suum Directorem consulebat, à cujus nutu omninò pendebat.

Casti-

Castigando corpori, prout oportebat, intenta, tunicam laneam, eamque rudem induta, pluries quoque Confessario permittente nudo corpori admotam, somno semper indulgebat. Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum singulari cordis ardore colebat, hinc frequenter infra hebdomadam ad eandem accedere à Confessario jubebatur. Gravissimis Jesu doloribus contemplandis frequentissima erat, potissimùm verò barbaræ ejus flagellationi, quamobrem in ejus manuscriptis hæc verba passim occurrunt: O *bone Jesu per illam inenarrabilem charitatem, quâ columnæ ligatus à tuis Persecutoribus dura flagella pro meâ salute sustinere voluisti, &c.* Ab eodem sponso suo dulcissimo Jesu enixè petiit participem esse aliquando ejus dolorum, speciatim verò, quos pro salute nostrâ sustinuit apud Gethsemani in gravissimo illo agone; cui petitioni benignè annuit Dominus, prout modò dicemus. Interim æquo animo tulit, speciali que sui spiritûs gaudio, morbum quendam valdè molestum, quo ejus crura afficiebantur. Summo In Deum amore acta sese jugiter exercebat in actibus charitatis erga ipsum Deum, ac proinde detestationis criminum suorum, charitatis erga Proximum quemlibet sibi adversantem, & suavi quadam vi in Cœlestibus meditationibus detinebatur, varijs, ijsque insignibus illustrationibus decorata. Diutinam, atque molestissimam infirmitatem passa, tanquam proxima morti socias suas perbenignè ipsam invisentes excepit, prædicens ejus vultum ab obitu transformandum esse, quod sanè comprobavit eventus, quâ de re ejus Imaginem germanam, & propriam exprimendo nullus è Pictoribus fuit, qui id nonnisi Divinæ bonitati tribuebatur ad inanem gloriam declinandam. Sacrâ communione refecta ter fuit, hoc ipsâ summo studio expetente, reliquis etiam Sacramentis munita, diuturnum, & permolestum sustinuit agonem sibi à Deo, tanquam singulare beneficium concessum, prout ipsa rogaverat, in quo graviter ipsam hostis tentavit, cui hæc respondisse testatæ sunt, quæ circumstantes percepere: *Nunquam hoc fiat, neque verum unquam erit. Mihi gloria? soli Deo honor & gloria.* Interim dum ita cum Dæmone confligebatur Maria Gregoria, Monialis quædam Cœnobij S. Bernardini ipsi addicta certior à Deo per revelationem facta fuit de horâ sui exitus imminente, necnon de gloriæ coronâ ipsi in Cœlis paratâ; denique die 23. Junij in pervigilio S. Joannis Baptistæ fer. 6. horâ 17. obijt in Domino anno Domini 1645., ætatis suæ 35. dies quidem, & hora felicissimi ejus obitûs, votis ejus responderunt, ita enim Sponso suo dulcissimo, maximè consimilis fuit. Post obitum pluries videndam multis se præbuit, aliquando verò asseruit Purgatorij pœnis se detentam aliquatenus fuisse, tunc verò præ gaudio exiliens, & splendoribus varijs illustrata Beatâ Dei visione perfrui affirmavit. Ejus

Tentatur à Dæmone.

Ejus obitus.

E orationibus Moniales quædam se commendatunt, ut in earum opportunitatibus præsto ipsis foret, quam sane propitiam expertæ fuerunt, nimirum Maria Theresia Scarselli dolore stomachi affecta: Columba Tedeschi malè se habens in pedibus, & Ludovica Hiacyntha in digito quodam manuum, quæ omnes ab infirmitate suâ statim convaluere. Tribus annis ab ejus obitu, in Arcâ, in quâ repositum fuerat, deprehensum fuit venerandum ejus Corpus incorruptum, ejusque manûs palpabiles erant, ac si nuperè vivis excessisset. Et hæc de Sorore Mariâ Gregoriâ satis. Moritur pariter Aurelius 2. Boccalini Romanus celebris illius Traiani Filius, ideo saltem hic memorandus, quòd pro Poloniæ Rege Uladislao IV. apud Rempublicam Venetam Re-

F sidentis munere functus fuerit. Hoc eodem anno annuentibus Patribus Ferrariensis Cœnobij recens erecti, Societati Artium, in veteri Ecclesiâ paucis abhinc annis, ut diximus, solo æquatâ a celeberrimo Concionatore P. M. Eliâ de Brix à Ord. nostri erectæ, 3. cõcessum fuit Sacellum, & Altare dictum *de Incoronatâ* Societate ipsâ ibidem iterum instauratâ, non sine liberali Confratrum largitione, qui pariter eò transtulere Tabulam celeberrimam eidem Altari superponendam, quæ veteri superposita erat. In festo verò Sanctissimæ Trinitatis Divina solemniter celebranda decrevere.

Aurelius Boccalini moritur.

Instauratur Ferrariæ Societas de Incoronatâ.

G

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

1 *EX monum. Monasterij S. Homoboni Bononiæ, & tradit. Monialium, & ex Bononiâ perlustratâ Masini.*

2 *Ex monum. S. Marcelli de Urbe.*

3 *Ex monum. Conv. Ferrariæ.*

Sanctæ Crucis prope Bonnam Æder illustratur prodigijs, & Servitæ proteguntur.
C A P. VIII.

Hujus anni ob indesinentes pluvias, Fluminum alluviones, annonæ penuriam, & infensissimas inter omnes Orbis Christiani Principes dissidio-

H nes celeberrimi, consecrabit initia rara prodigiorum copia, quibus S. Crucem in Æde illi sacrâ prope Bonnam, & Beatissimam Virginem, cujus venerabilis Imago Florentiâ eò advecta insigni pietate colitur, de quâ ad annum 1641., illustravit Altissimus, quorum nonnulla recensere maximè decet.

1 Anno Domini 1637. peste atrociter circumquaque grassante in Oppido Eiskitchen Vir erat non ignobilis, nomine Cæsar, qui sublatâ jam per pestem Uxore, & ipse correptus adeò malè est habitus, ut toto corpore imbecillis, sine grallis ambulare non posset, Voto se obstrinxit se invisurum, si convalesceret, D. Virginem, D. Rochum, & cæte-

D. Annæ prope Bonnam in Templo S. Crucis prodigia.

Malè affectus convalescit.

ros Sanctos, quorum Imagines in Æde illâ colebantur. Nocte illâ decumbit infirmus de more, die verò sequenti optimè valens absque adminiculis attonitæ familiæ, ipsumque tanquam temerarium increpanti obviam procedit.

Sclopeti glande impetitus. 2 Anno 1638. P. Guardianus Ordinis Minorum Conventualium D. Francisci Coloniâ ad Batavos pergebat. Subinde sclopeti glande graviter appetitur, sed casso vulnere, quoniam D. Virginis Habitus, quo se ad S. Crucis Ædem indui curaverat, ictum excepit simul, & elusit; cæteroqui malè habendus, si Habitu instructus minimè fuisset.

3 Eodem anno Mulier quædam Vidua oculorum quoque lumine destituta fermè fuit, *Cæca.* quod cæcutienti adhuc oculo ophtalmicum adhiberet, qui utique lumini caliginem offudit. Undequaque igitur cæca S. Crucem respicere cœpit, respexit, & paulatim oculorum lumen recepit; sed ubi Crucem sibi propitiam libenter vidit, mentis etiam tenebras sacris ibidem explatis mysteriis fugavit.

4 Uxor Æditimi in VVichtrich Coloniensis Diœcesis utero gravis, antequam pariendi tempus accederet, præsaga forte discriminis ad S. Crucem peregrinari studuit, sed frustra, Viro ipsius peregrinationem hanc non permittente, quippe qui de Partu proximo non immeritò verebatur. Decedit ex Puerperio Mater, vivit tamen Proles Matri superstes, & unà simul spiritus Matris, qui familiarem sibi quandam Puellam, ac pietati addictissimam per annum integrum vehementer urgebat, ut vices impleret sui, prout jam spoponderat in prædictâ sacrâ peregrinatione. *Anima Purgatorio detenta apparet.* Puella quidem distulit diutiùs, utpotè à Domesticis detenta; ab ipsis tandem dimissa, postquam in S. Crucis Ecclesiâ Voti religionem exsolverat, dum repetere Domum pasat, obviam sibi vidit præ foribus Ecclesiæ animam Defunctæ sub nigrâ, sed albescente jam specie spectandam: postulata manum Puella è circumstantium consilio strophiolum substituit, eoque sex Locis adusto spiritus intelligibili voce preces suas apud Deum pro redemptrice promittens, sublimis in auras abiit. Contigit hoc 14. Kalendas Aprilis anno 1639. pluribus præsentibus tùm Religiosis, tum secularibus, Ipso quoque P. Priore Hieronymo Mariâ Scauber.

Nervis pedum miserè attractus. 5 Septennis Puerulus Petrus VVittenhyeter nervis pedum miserè contractis toto corpore plures annos incurvatus incedere cogebatur. Ipsum valdè miserta ejus Genitrix expressis verbis spopondit, se Puerulum ad S. Crucem ter delaturam, si ipse convaluisset; nititur ergo cum Filio sacrum Montem adire; ubi in Pagum Poppelsdorff ad pedem montis pervenere, Puer ita sibi laxari pedes persensit, ut reliquum viæ non indigens amplius fulcris facilè confecerit. Supererant tamen angustia pectoris, & femorum dolores, hos autem tertia ad S. Crucem peregrinatio omnino pariter amovit, ita quidem, ut S. Crucis stipiti A applicatus, rectò deinceps, ac sano corpore astare valuerit. Anno Domini 1640.

6 Anno 1645. Filiolus Coniugum à VValpott ex Bornheim gravissimo morbo affectus morti proximus videbatur, hunc in extremo agone positum S. Cruci offerunt Parentes, & à morte subductum consequuntur, dum enim itineri ad prævenienda vota ipsi se accingũt, Mater autem ipsa vale supremum dicere parat Filiolo, ipse loquendi per ætatem impos festivè subridens articulatis his vocibus Matrem compellat: *Mamma sine simul eamus*: simul ergo ad S. Crucis Ædẽ perrexere, & prodigium Infantis ore contestatum tabulis consignarunt. *Puer moribundus.*

7 Eodem anno Endenichensis Puella nomine Gertrudis Engi adeò enormiter B intumuit, ut duo grandiorum hominum corpora suâ æquaret crassitie, ubi verò ad S. Crucem confugit, magnâ omnium admiratione mox omnino detumuit. *Enormiter intumescens.*

8 Eodem pariter anno Leonardus quidam Serenissimi Electoris Hortulanus graviter infirmus post varia gratis adhibita remedia spe vitæ ulteriùs protrahendæ frustratus jacebat, sed cereum S. Cruci vovendo, vitam à S. Cruce reportavit; cùm autem securitas voti negligentem reddiderit, quem proclivem fecerat infirmitas, recidivus voto iterum se obstringens, sanus iterum effectus est, sed longè magis fidelis votum confestim implevit.

9 Eâdem laboravit incuriâ anno 1646., C immo superiore Elisabetha VVal Coloniensis Matrona, siquidem bis voto S. Crucis adeundæ emisso Comitiali morbo, cui obnoxia graviter erat, libera prorsus evasit; verùm itineris difficultate deterrita Domi adhæsit sibi parum consulens, nam rediens tertiò epilepsia membra omnia suo usu privavit, ut nec pedem loco movere valeret, ipso autem momento potuit, quo ad S. Crucẽ profectura pedem sustollere conata est, ac reliqui dolores omnes evanuere.

Hisce prodigijs attexere placet alia erga Ordinem nostrum Divinæ beneficentiæ argumenta ad perenne grati animi monumentum. Ordo igitur noster ad S. Crucem prædictam non adhuc firmiter actis radicibus evelli facilè D potuisset, nisi perpetuò Deus, atque Deipara ipsum fovissent. Quod præcæteris ipsum convellere poterat Apostolica fuit visitatio contra Cœnobium ab aliquo reliquis inscijs sub ipsum quodammodo sui initium, improvidè petita, & juxta petentis vota ab Apostolico Legato, & Serenissimo Archiepiscopo admissa, quin ullus, utpote nimis improvisam dissuadere ipsâ, vel minimũ impedire auderet, cùm tamen tota visitationis moles, momenti quidem exigui, vel ipsorum Visitatorum sententiâ in unicum incumbere debuisset, nisi minus cautè sparsi hinc inde rumores indebitam Cœnobio maculam faciliori expiandam remedio increpuissent. Longè verò deterius eidem *Infausta Ordini contingit, sed Ordo protegitur.*

dem Ordini contigit, quando fuso Germanorum exetcitu ad annum Christi 1642., & No vesiotum Urbe captâ omnes apud S. Crucem Serviras aris, focisque tumultuarié relictis, salutem intra montes Tyrolenses fugâ sibi cõparasse rumor erupit, utique de more, præsertim verò Coloniæ omnia supra veritatem extollens. Quibus perceptis non deerant, qui Serenissimum Electorem urgerent, ut Serviras depelleret, quin & Serenissimus ipse hujusmodi rumore traductus haud mediocriter offensus videbatur, & in hanc sententiam veluti rationibus innixam propensus. Verùm Deus Sanctissimæ suæ Marris præsidio malum istud averrit. Etenim P. Cœlestinus Ordinis discrimen advertens datis quamprimum ad Serenissimum Electorem à S. Crucis Æde Literis, rem secus, ac vulgò jactabatur se habere ostendit, illumque montem 16. mensium decursu, inter summa pericula, hostilibus copijs Locum continuâ incursione perturbantibus Dei, ejusque Marris patrocinio tenuit non mediocri sibi laude apud Serenissimum Electorem comparatâ. Iraque Serenissimus majori semper benevolentiâ Serviras complexus modis omnibus adesse illis non destitit, ac tenues Domi fortunas solerter promovere; in primis aurem ipsi solemne fuit diebus B. Virgini dicatis liberali stipe ad S. Crucem Serviras recreare, donec spes aliquantulò major post difficillima tempora appareret, proventibus annuis Servitas ipsos integrè confirmandi, quos ad 16. usque adaugere meditabatur. Præventus quidem morte curam ejusmodi proximo Coloniensium Archipræsuli reliquit, qui largis, ijsque menstruis donationibus ex ære suo Servitas deinceps fovit, non degener & ipse à Maioribus D. Virginis ad S. Crucem cultor, cuius ibi Sanctam D. Annuciaræ Imaginem magnâ religione venerabatur.

Coloniensis Elector Servitis favet.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

A *Ugust. Romer Servitus Mar. lib. 8. cap. 22., & seqq.*

Refertur Origo, ac Translatio prodigiosæ Imaginis B.V.M. apud Ecclesiam S. Florentij de Perusio existentis. Recensentur quoque nonnulla Prodigia B. Virginis de Camulio. Æquatur solo Conventus de Petrâ Longâ. Moriuntur P. Ignatius Eremita, & alter P. Ignatius Maria Erudlin. in Germaniâ.

CAP. IX.

IN Ecclesiâ S. Florentij de Perusio summâ veneratione colitur Imago quædam B.V. miraculorum copiâ Illustris, cujus hoc anno, sicuti recensenda nobis occurrit solemnis translatio, ita et altiùs repetenda videtur origo. Ab anno usque 1360. Imago hæc delineata in pariete conspiciebatur in Domo quadam, quâ potiebatur Societas S. Florentij, E vulgò dicta *Disciplinatorum*. Domûs aurem hujus dominium translatum fuit in Patres Ordinis Servorum de Observantiâ, qui eam anno 1617. die 9. Januarij per Emphyteosim locarunt Cœmentario cuidam nomine Francisco Valentini, cùm verò deinceps prædictus Franciscus instaurandam Domum suscepisset, murum quendam erigebat, quo prædictam S. Imaginem operuisset; at dum ex operarijs alter nomine Camillus Serafini calcem inijceret in faciem Pueri Jesu Virginis gremio insidentis, contremiscere statim cœpit, verùm non advertens prodigium, illatâ sibi vi opus prosequebatur, ita quidem, ut vultum Virginis etiam cooperuerit; quo vix præstito semianimis cecidit, qui pluribus, F speciatim verò è nostris Fratribus eò accurrentibus nullum aliud vitæ præseferebat indicium, quàm quòd manibus docebat amovendum esse calcem ab imagine Virginis; quo amoto statim incolumis, suique juris evasit Camillus, & imaginem prædictam pro gratiarum actione osculabatur. Hujus prodigij famâ quoquoversum propagatâ excitabatur, prout fieri solet in Populis haud mediocris erga imaginem istam religio; Imago verò longè magis in dies celebris erat ob varia, eaque insignia Christifidelibus à Deo in hujus Imaginis obsequium collata beneficia, hinc plurima jugiter ad ipsam deferebantur vota, & eleemosynæ. Imaginem hanc curandam tradidit, quo jure nescio, Presbyteris Con- G gregationis Oratorij S. Philippi Nerii Perusinus Episcopus D. . . . . de Comitolis, exclusis omninò, vel etiam quoad oblationes Servitis. Verùm hi summo studio suum jus asserebant Romæ primùm per 9. annos continuos, labore tamen inutili, vitâ functo deinde prædicto D. Episcopo, D. Cardinalis de Torres in Episcopatu successor, humillimè supplicantibus Patribus, perpensis rationum momentis, anno 1626. die 16. Octobris S. Imaginem benignè indulsit unà cum tertiâ parte oblationum, reliquis duabus prædicti D. Card. arbitrio distribuendis; anno demum 1633. oblationes omnes ijsdem Patribus concessit, sed ducentorum scutorum solutione, prout constat ex instrumento manu Notarij H Publici, nomine Ser-Marci confecto die 25. Novembris 1633. Itaque post tot discrimina, quæ magnam tum eleemosynis, tum pietati Fidelium erga S. Imaginem intulere jacturâ, tandem aliquando ejusdem possessione pacificè frui potuere Servitæ: quoniam verò grave nimis iis erat duabus Ecclesijs debitum exhibere famulatum, anno 1637. decrevere S. Imaginem ad Ecclesiam S. Florentij transferendam, opportunè verò consilium hoc evulgantes, plurimis Eleemosynis collectis, summoque studio in Sacellum magnificè erectum, cujusmodi etiamnum visitur hoc anno die 30. Maij solemni pompâ S. prædictam Imaginem transtulere.

Origo Imaginis B.M.V. miraculis illustris apud S. Florentium de Perusio.

S. hac Imago à Servitis movetur

Servitis restituitur cum oblationibus.

Transfertur solemn. in Eccl. S. Florentij.

Hoc

Conv. de Camulio erigitur in Prio. ratum.

Hoc eodem anno Conventus noster apud Camulium .1. Titulo Prioratûs ritè decoratus fuit, & consequentibus annis confirmatus, obstaculis quibusdam superatis. Hic verò opportunum erit attexere præclara quædam prodigia ab Altissimo perpetrata ad augendũ ibi B. Virginis cultum. Quo tempore recens hæc erigebatur Ecclesia P. Constantino Cornaro promovente Bartholomæus quidam Guaina usum aquæ ad se pertinentis concedere renuebat pro fabricâ prosequendâ necessarium, locus autem ille aquarum penuriâ laborabat; quapropter scaturiginem quandam aquarum non inde valdè distantem adiere Operarii, quæ sanè præ sui tenuitate vix esse poterat, nihilominus nonnisi speciali D. Virginis auxilio, non modò satis operi fuit, verùm etiam in vase fontis eadem aquæ copia æquè semper permansit, ac si nihil inde extractum fuisset; contra verò Bartholomæi fons exaruit; quod ipse advertens pœnitentiâ commotus, quòd aquam peritam renuisset, D. Virgini se perpetuò addixit, & Ecclesiam illam plurimis beneficiis affecit. Accidit quoque, quòd Puella quædam nomine Angela inconsultis Parentibus arenam ad usũ prædictæ fabricæ deferret, quod cùm ejus Genitor cognovisset, qui eam diù frustra Domi quæsierat, iratus è Domo ipsam ejecit dicens: panem ipsi apud Boschetum comparari debere, ubi operam suam impendebat. Ipsa verò eò contendens gemebunda vim pecuniæ deprehendit, quam statim hilaris Domum detulit dicens Patri B. Virginem de Boschetto sibi præsto fuisse pecuniam illam parando, quod cùm in vulgus invaluisset, mirum dictu est, quænam incrementa susceperit Fidelium erga S.illam Imaginem cultus. Quotidie profectò omnibus indiscriminatim pro opportunitate patebat D. Virginis beneficentia restituta mutilis, & mancis integritate membrorum, & sanitate infirmis; patebat verò speciatim Fratribus nostris ibidem degentibus, qui sibi necessaria quæcunque à piis Fidelibus comparata videbant, licèt summa eo temporis ubique urgeret inopia. Patebat demum quàmplurimis aliis, qui ejusdem Virginis intercessione supremum vitæ discrimen sibi evidenter imminens evasere, quod è Tabellis votivis innumeris per Ecclesiæ parietes appensis edocemur; è quibus unum, vel alterum paucis recensere juvat. Capitaneus quidam navis gravissimâ tempestate subortâ naufragio proximus B. Virgini *de Boschetto* sese commendans summâ sui tranquillitate portum incolumis subiit; in ejus verò beneficii testimonium longiusculam naviculam coram S. ejusdem Virginis Imagine, voto se exolvens appendit, quam adhuc videmus. Alter quoque Capitaneus Navis è Sardiniâ Domum repetens ab ingenti Pisce nomine *Spada* impetitus, qui navim ipsam haud mediocriter perforavit, in extremo discrimine constitutus, dum navis sic perforata nimiâ aquatum

Miracu. la B.M. V. de Boschetto.

A vi obruebatur, D. Virginem *de Boschetto* invocavit, quâ sanè dirigente Capitaneus cuspidem piscis, quæ navim subierat, validis rudentibus ex interiori parte ligavit, & obstructâ, prout fieri poterat, insigni illâ fracturâ ad litus unà cum sociis incolumis appulit, & in perenne beneficii monumentum larga Ecclesiæ obtulit subsidia, & cuspidem ipsam præ sui vastitate terribilem ibidem suspendit. Hoc pariter anno S. Congregatione annuente solo æquatus .1. fuit Conventus de Petrâ Longâ ad Conventum D. Annunciatæ de Fa ventiâ spectans, ad quem proinde devoluta fuere onera quæcunque ad prædictum Conventum pertinentia. Moritur hoc anno die 22. Maii in Eremo Montis Senarii non sine magnâ sanctitatis opinione P. Ignatius Ere-

Solo æquatur Conv. de Petrâ longâ.

B mita in seculo vocatus Baccius .1. Olivi inter Mugellana Campestria natus. Prætereundus omninò non erat Vir iste ob rara virtutum ornamenta, quæ ipsum omnibus venerandum semper exhibuere, præsertim verò ob insignẽ mansuetudinem in curandis etiam animalibus aptissimam. Venerandum ejus Corpus post obitum valdè speciosum apparuit, ita quidem, ut exinde quoque constaret, quàm pretiosa fuisset ejusdẽ mors in conspectu Domini. Moritur etiam Oenipontalter P. Ignatius Maria Erndlin .2., utpote de re literariâ optimè meritus Posterorum memoriæ commendandus. Solertissimus enim, & indefessus fuit in Vineâ Domini Operarius, sive eum Cathedræ pro majoribus studiis, sive suggestûs pro con-

P. Ignat. de Mõte Senario, & Ignatii Erndlin de Oenip. obitus, & laud.

C cionibus exposcerent, ubique paratissimus Theologici, & Philosophici studii in Oenipontano Cœnobio D. Josephi fermè auctor magno nostrorum, quinetiam, & Secularium eadem studia participantium bono, siquidem Fratres ad alias ante Academias dimissi solebant altioribus scientiis vacare Sororum Regularium impensis, quas postea memorato Conventui ipsum in finem indulsere. Adolescentibus Literarum studio deditis severus erat, familiaris autem cuicunque opem petenti, maximè verò pro perfectionis augmento, asceticæ vitæ non expers, vel hoc ipso religiosis Vitis haud mediocriter semper commendatus.

D *ANNOTATIONES IN CAP. IX.*

1 EX *monum. illorum Conv.*
2 *Aug. Romer Serv. Mar. lib. 7. cap. 25.*



In Comitijs Generalibus eligitur Prior Generalis Quinquagesimus primus Hippolytus Bazzani de Ferrariâ ex Vicario Generali Apostolico, & Procurator Generalis Angelus Maria Ciria de Cremonâ.

C A P. X.

IN generali Conventu apud S. Marcellum de Urbe habito die 19. Maij hujus anni præsidente D. Julio S. R. E. Cardinali Sacchetto tertius Ordinis Protectore post matutinas horas cantatâ solemniter Missâ de Spiritu Sancto, cui Patres omnes vocales numero 33. unà cum Eminentissimo prædicto interfuere, cæterisque in loco Capituli juxta Constitutiones nostras de more peractis, postquam Angelus Maria Ciria è Cremonâ Procurator Ordinis Apostolicus in manibus Hippolyti Vicarij Generalis pariter Apostolici, & hic in manibus Definitoris Generalis Provinciæ Etruriæ officijs suis respectivè renunciarunt, D. Protector Patribus Vocalibus proposuit, an Officium Generalatûs reducendũ esset ad Triennium juxta antiquam consuetudinem obtinendo Breve à Sanctissimo derogatorium Brevium mandantium electionem ad sexennium, cum hac conditione, quòd electus in Generalem renunciare statim debeat juri cuique ex dictis Brevibus sibi quomodolibet competenti, quatenus tamen Sanctissimus annuat, & non aliter, cui propositioni per secreta suffragia, eaque omnia favorabilia responderunt Vocales reducendum esse cum præfatis conditionibus ad Triennium. Deinde octo Patres Magistri ad Generalatum propositi, & nominati fuere, nimirum Hippolytus prædictus de Ferrariâ, Lælius de Aretio, Gherardus de Florentiâ, Ludovicus Berretta de Mediolano, Lælius de Patavio, Hiacynthus de Mantuâ, Felicianus de Perusio, & Joannes Baptista ab Alexandriâ Papiæ Mathematicus, quos inter præelectus remansit in Priorem Generalem ex Vicario Generali Apostolico Hippolytus Bazzani de Ferrariâ, & per Definitorem Generalem Etruriæ Joannem de Lucâ publicatus, cui subinde post fidei Professionem in manu ejusdem P. Definitoris ab ipso emissam ad præscriptum Constitutionum obedientiam præstitere, Vocales, postmodum hymnum *Te Deum Laudamus* de more cantantes ad Ecclesiam omnes processere, singulis ita expletis, quæ ad hujusmodi solemnem electionem spectabant. Eâdẽ verò die post meridiem congregatis Patribus Definitoribus à Generali votis omnibus favorabilibus decretum ab ipsis fuit præscribendã esse methodum specialem toti Ordini communẽ publicè contemplandi B.V.M. Dolores, pro quâ compilandâ designati fuere unanimi consensu Patres Angelus Maria Cornelius de Mediolano Socius in Provinciâ Lombardiæ, & Joseph Maria Cignardus item de Mediolano. Post hæc die 20. ejusdem Mensis ijdem Patres

Generalatum reducendum esse ad trennium decernunt PP. in Cap. Ge.

Hippol. Bazani de Ferrariâ Prior Gen.

Designantur PP. pro statuendâ methodo contemplandi B.V. Dol.

Definitores attentis precibus prædicti P. Cignardi, ejusque qualitatibus, & facultate concessâ à S. Congregatione Regularium pro promotione ad Magisterium cum rescripto: *Expectet votum Capituli Generalis*, unanimiter consensere prædictum P. Cignardi Laureâ Magistrali dignum dimittendum esse, ut in aliquâ publicâ universitate ad gradum Magisterii posset promoveri; deinde pro consequendo gradu Magisterii ad examen per duo puncta Theologica ad invicem diversa singulis assignata vocati fuere numero 17. Baccalaurei, & P. Baccalaureus Gregorius Burghius de Mediolano attentâ legitimâ causâ infirmitatis suæ admissus fuit ad subeundum examen pro eodem gradu consequendo penes PP. a Generali designandos, qui proinde designavit P. M. Joannem Baptistam Drusianum publicum Papiæ Mathematicum, & P. M. Hieronymum Mariam publicũ ibidẽ Theologum, qui prævio rigoroso examine prædictum Patrem dimittant, ut possit in aliquâ publicâ Universitate ad Gradum Magisterii promoveri, de his autem omnibus certiorem faciant Patrem ipsum Generalem.

P. Joseph M. Cignardi dimittitur pro Laureâ Magistrali consequendâ.

Examinantur alij pro hac dimissione.

Decrevere quoque ijdem Definitores ad instantiam eorundem Patrum Germaniæ imprimendas iterum esse antiquas Constitutiones cum aliquibus additionibus in præsenti Capitulo Generali examinatis inviolabiliter observandis, quocirca PP. Germaniæ transmittere possent ad proximè futurum Capitulum Generale celebrandum post Triennium suas animadversiones, quibus attentis PP. Definitores ea decernere valeant, quæ Disciplinæ Regulari expedire magis videbuntur.

PP. Germaniæ petunt imprimi denuo Const. cum addition.

Insuper cùm P. Joannes Baptista Melletti de Buttio in publicâ Boroniæ Universitate Lauream Magistralem jam suscepisset, quin à Superioribus Ordinis licentiam impetrasset, & a Capitulo Generali dimissus fuisset, & humiliter peteret promotionem hanc tenere, PP. definitores unanimi consensu statuere, Lauream prædictam tenere, ita tamen ut præcedentiæ ratio locum non habeat, nisi à die expeditarum Literarum Apostolicarum in formâ Brevis, a quâ die inclusivè competant illi privilegia Magisterij Ordinis, & non aliter, dummodo Literas patentes à Generali habeat decretum hoc exprimentes. Electi quoque fuere pro Constitutionibus antiquis denuò imprimendis, & decretis hujus Capituli Generalis ijsdem inserendis, Prior Generalis, Angelus Maria Ciria, Michael Angelus Gosius Romanus Definitor Generalis Provinciæ Romanæ, & Joannes Baptista Drusianus ab Alexandriâ Regius Mathematicus, & Provinciæ Genuensis Definitor Generalis.

Postmodum die 22. ejusdem Mensis congregatis in loco Capituli Generali, ac Patribus Vocalibus pro electione Procuratoris Generalis in Romanâ Curiâ, propositi fuere ad hoc Officium numero 17. PP. Magistri, scilicet Angelus Maria Ciria Panuinius de Cremonâ

Eligitur Procur. Gen. Angelus Maria Ciria de Cremonâ

monâ Procurator Generalis Apostolicus, Lælius de Aretio, Gherardus de Florentiâ, Hiacynthus de Mantuâ, Henricus à Castro novo, Lælius de Florentiâ, Alexander de Cortonâ, Joannes de Lucâ, Hieronymus à Ferrariâ Provincialis Romandiolæ, Dominicus de Rhegio, Petrus Hieronymus à Bardio, Angelus Maria à Mediolano Provinciæ Lombardiæ Socius, Valerius de Veronâ, Callistus de Prato, Petrus Martyr de Maderno, Nicolaus Roma de Venetijs, Joannes Baptista Drusianus ab Alexandriâ. Præ omnibus autem electus remansit in Procuratorem Ordinis Angelus Maria Ciria de Cremonâ, & per Generalem publicatus. Horâ verò 18. ejusdem diei PP. Baccalaurei ad gradum Magisterij promovendi numero 17. puncta sibi assignata recitarunt, & omnes approbati fuere; deinde Generalis facultate sibi à S. Sede tributâ, prout in Constitutionibus nostris apparet, duos publicè ad Magisterium promovit, nempe PP. Baccalaureos Joannem Augustinum de Gandulfis à Butrio, & Fabritium à Ferrariâ.

Plures dimittũtur pro Magisterio assequendo. Duo creantur Magistri.

Denique die 23. ejusdem Mensis congregati ante meridiẽ PP. Definitores cum Generali decrevere per secreta suffragia è nostris quemcunque, qui fuerit extra Italiam, & Romam quolibet prætextu adierit, ibique negocia sua clam peragere velit inconsulto Procuratore Generali, privandum esse, & ipso facto declarari privatum utrâque voce, à quâ pœnâ non liberetur, nec liberari possit, nisi per Capitulum Generale; si verò constiterit ipsum aliquid contra Ordinem moliri, carceri per annum mancipetur præter alias pœnas arbitrarias. Item P. Baccalaureo Dominico de Patavio petenti se posse extra Capitulum Generale, quò ratione infirmitatis accedere non potuit, ad Gradum Magisterij dimitti, æquè ac alij dimissi fuerunt, benignè concessere, quod P.M. Fulgentius de Venetiis, & P.M. Joannes Contesini de Portu Buffoleto prædictum P. Baccalaureum prævio rigoroso examine dimittere possent, ut in aliquâ publicâ Universitate Laureâ Doctoratûs insigniretur. Decreverunt prætereà votis omnibus favorabilibus P.M. Joannem Baptistam Pucci id enixè petentem ad primam Filiationem Conventûs Camerini redire debere, eo quòd in dimissione ab illo votum non habuisset Filiorum illius Conventûs, neque proinde in Conventu Viterbij, cui adoptatus fuerat, jus aliquod, tanquam Filium habere, neque Conventum hunc in Bona ad ipsam spectantia. Decreverunt quoque ad eorundem Patrum instantiam, quod habitâ ratione itineris, & expensarum Provinciali Provinciæ Neapolitanæ pro subsidiis suis annuis scuta decem augeantur, Socio autem 4., Provinciali verò Lombardiæ scuta quindecim, Socio autem octo.

Decreta varia.

Subsidia assignantur Provincialibus, & Socijs Neap., & Lombardiæ.

His alia quoque accessere decreta Typis deindè impressa, videlicet.

1 *Horæ Canonicæ in Choro ita persolvantur, ut Matutinum semper cantetur in festivitatibus solemnioribus, alijs verò diebus clarâ voce recitetur.*

2 *Dum cantatur Antiphona Salve Regina, Hebdomadarius aspergat aquâ benedictâ Fratres, & Populum, & hoc in omnibus Ecclesijs observetur.*

3 *In Exercitijs spiritualibus recolendi dolores B.M. adhibeatur methodus à Religione præscripta, & Mediolani impressa, ut sit tota Religio ubique conformis.*

4 *Commemorationes non solùm fiant de SS. Apostolis Petro, & Paulo &c., sed etiam de Ecclesiæ Patrono.*

5 *De B. Philippo celebretur ubique Festum, habeaturque pro unâ ex præcipuis nostri Ordinis festivitatibus.*

6 *Post Completorium extra Chorum Fratres benedictionem accipiant à digniore, vel Seniore [si desit Prior] etiam præsente Vicario, à quo in Choro Fratres benedicantur.*

7 *Suffragia fiant pro Defunctis, non solùm pro Fratribus, sed etiam Sororibus Monialibus nostri Ordinis, ita ut singuli Sacerdotes ejusdẽ Provinciæ, in quâ aliquis Frater, vel Soror decesserit, saltem semel celebrare pro illius animâ teneantur.*

8 *Casuum reservatio omninò fiat juxta Clementis VIII. decretum, ita ut præter casus expressos in ipsâ, nequeant alij casus reservari.*

9 *In emittendâ Professione Novitius expleto probationis, & Novitiatûs tempore proponatur Capitulo Conventûs, ubi in Novitiatu permanserit, juxta Clementis VIII. decretum. Habeatur tamen etiam consensus Prioris, & Patrum Conventûs Filiationis.*

10 *In adoptandis in Filios alicuius Conventûs habeatur consensus Filiorum illius Conventûs, qui sint Vocales, & à ferendis suffragijs Clerici in sacris non constituti, & Conversi excludantur.*

11 *Conversus, qui fuerit ad Sacros Ordines promotus absque explicitâ Sedis Apostolicæ licentiâ, sit ipso jure suspensus, & serviat pro Converso sine Coronâ Clericali. Prior verò Provincialis, aut Conventualis pœnam privationis Officij subeat, si ab illo Clericalem Coronam gestari permiserit.*

12 *Teneatur Regens Collegij Henrici in Conventu S. Marcelli de Urbe profiteri ipsius Henrici doctrinam, & ex redditibus ipsius Collegij assignentur illi scuta sex monetæ pro quolibet anno, præter ea, quæ illi solent à Conventu persolvi.*

13 *Habentes reliqua requisita, ut ad Magisterij gradum promoveantur, ad Capitulum Generale accedant, & per duo puncta Theologica à Generali, & Definitoribus assignanda examinentur, & per secreta suffragia supra medietatem admittantur.*

14 *Prior non possit alicui Infirmo licentiam concedere adeundi Domos secularium etiam Consanguineorum ex Decreto Clementis VIII.*

15 Si accidat aliquem ære alieno gravatum è vitâ discedere, illius debita solvantur à Conventu Filiationis ex relictis redditibus, vel pecuniis ad ipsum spectantibus.

16 Non eligatur in Generalem nisi qui in aliquo Religionis studio fuerit per sexennium Regens, vel in aliquâ publicâ Universitate Theologiam, aut alias quascunque Artes legerit, vel qui Magistratûs inferiores, scilicet Procuratoris Ordinis, vel Provincialis exercuerit.

17 Si Generalis obierit, Definitor Generalis Provinciæ, in quâ obierit, illius officium exerceat, teneaturque indicere Capitulum Generale celebrandum in Vigiliâ Pentecostes, si ante sex menses obierit, sin minus, differatur ad Vigiliam Pentecostes sequentis anni.

18 Procurator Ordinis debeat fuisse Regens per triennium, vel publicè perlegisse Theologiam, vel alias artes, illique à Religione persolvantur scuta quadraginta auri in anno quolibet anno, præter ea, quæ illi à Generali persolvuntur.

19 Idem Procurator Ordinis expleto sui officii tempore, teneat locum immediatè post Priorem localem præcedatque Magistros tali Officio non perfunctos.

20 Provinciales post exercitum Provincialatûs officium declarentur Definitores perpetui, & Patres Provinciæ; ita tamen, ut non omnes simul, sed unus tantùm ingrediatur Definitorium unius anni, & alius alterius anni secundùm tempus habiti officii; ille verò, qui Definitorium ingreditur, locum habeat post Definitores Provinciales Magistros.

21 Eligendus in Priorem Conventûs, in quo duodecim Vocales solent degere, quique ad Capitulum Provinciale duos Discretos solet mittere, agat saltem annum ætatis 25. nec in minori ætate possit eligi, etiamsi sit Magister. Et in huiusmodi Conventibus insignioribus etiam Vicarij eligendi à Priore sint in tali ætate, non minori. In reliquis verò Conventibus sufficiat, si per quadriennium completum in Ordine Sacerdotali ministraverit.

22 Patres Discreti non solùm debent esse ætatis supra 40 annum, sed etiam debent esse per decennium in Religione Professi.

23 Visitatores scrutentur Cellas Fratrum præsentibus Priore, & duobus, vel tribus Fratribus Conventûs.

24 Baccalaurei non præcedant Sacerdotes 50. annis maiores; præcedunt autem, si quinquagenarius non fuerit in Religione per decennium, ne detur casus, in quo quinquagenarius, qui modò Religionem ingreditur, Baccalaureos præcedat.

25 In Provinciâ, & Regno Sardiniæ, postquam sex Monasteria cum sufficienti numero Fratrum in Prioratum fuerint erecta; Priores eorundem Conventuum unum Vocalem eligere poterunt, in Capitulo, seu Congregatione Capitulum Generale antecedente, qui nomine ejusdē Provinciæ, quoties Capitulum Generale erit celebrandum, in eo vocem habeat; teneatur tamen Literas testimoniales secum ferre.

E 26 Ex Conventibus nostri Ordinis Servorum, qui sparsim reperiuntur in Regnis Bohemiæ, & Tyrolis una tantùm erigatur Provincia, quæ Provincia Germaniæ nuncupetur, & in primo Capitulo Provinciali celebrando eligatur Provincialis eiusdem Provinciæ, cum omnibus juribus, & privilegiis, quibus alij Religionis Provinciales gaudent, & fruuntur, & hic in Capitulis Generalibus, sicut & alij Provinciales vocem habeat: Vicarius autem Generalis designandus in eadem Provinciâ Germaniæ, semper eligatur, & mittatur à Generali, qui pro tempore erit.

27 Ut autem ejusdem Provinciæ Fratribus aditus vagandi præcludatur, præsertim invitis Superioribus ejusdem Provinciæ, in Italiam se F transferendi, non liceat cuicunque Fratri intra Provinciam à Conventu ad Conventum transire sine licentiâ sui Prioris: extra Provinciam verò si contigerit aliquem se transferre, habeat omninò à suo Provinciali licentiam exeundi in scriptis ad præscriptum Constitutionum, nisi fortasse ab Eminentissimo Protectore, vel etiam à Patre Generali per suas Literas aliquis vocaretur. Quòd si huius Decreti quis transgressor fuerit pœnam carceris ipso facto per sex menses sciat se incurrisse, & propterea Superior Conventûs, in quo primò comparuerit, tenebitur hunc in carceribus detinere expensis Conventûs suæ filiationis, & interim de huiusmodi negotio Patrem Provincialem, sive Priorem localem admonebit.

28 Ut rerum in nostrâ Religione gestarum G conservetur memoria ad prosequendam seriem Annalium nostræ Religionis R. Patri Magistro Jacobo Mariæ Antonello de Florentiâ in Provinciâ Thusciæ Socio huiusmodi munus injungitur, uti Viro in consimilibus rebus versato, cum facultate omnia, & singula acta Religionis colligendi ab anno 1609, & successivè, ut tandem Tertius Tomus Annalium publicis Religionis expensis imprimi possit. Et ut id faciliùs executioni demandetur, Patres Provinciales omnia, quæ in singulis Conventibus suarum Provinciarum speciali memoriâ digna dignoscentur, necnon & præcipuorum Patrum memorias, eorumque nomina, dignitates, & officia, tam in Religione, quàm extra Religionem habita in unum collecta & in formâ authenticâ redacta eidem H P. Magistro Jacobo Mariæ transmitti curabunt; & si contigerit prædictum Patrem ad aliquem ex Conventibus pro huiusmodi negotio se transferre, Priores illum benignè, & summâ charitate suscipiant, illique libros Monasteriorum, & alia, ex quibus continuatio Annalium desumi poterit, absque ullâ contradictione præbere teneantur. Ut autem prædictus Pater Magister libentiùs negotium aggredi, & prosequi possit, singula anno usque ad Capitulum Generale decem scuta monetæ Romanæ à totâ Religione persolvantur.

Habitum deinde fuit ab omnibus Vocalibus Ordinis mandatum Procuratorium in personam P.M. Angeli Mariæ Ciriæ de Cremonâ Pro-

Procuratoris Ordinis in præsenti Capitulo Generali electi, de quo rogatus fuit D. Cæsius Notarius D. Cardinalis Vicarij in Urbe, juxta præscriptum Constitutionum.

In Dietâ Provinciæ Etruriæ Senis habitâ die 7. Maij hujus anni gravioribus nonnullis Provinciæ Patribus iterum conquerentibus Conventum S. Bartholomæi de Monte Politiano à jure Provinciæ exemptum fuisse, nec ipsi provideri de Priore, sicuti jam consueverat per antiquam possessionem Provinciæ, & adhuc non pateret, quonam pacto translatum fuisset hoc jus ad Conventum S. Mariæ de dicto Loco, adeò ut præfatus Conventus S. Bartholomæi non amplius remaneret absolutus, sed eidem Conventui S. Mariæ unitus, quod ægrè ferentes Episcopus, & eiusdem Parochiæ Nobiles conati proinde fuissent Ecclesiam prædictam Parochialem S. Bartholomæi ab Ordine eximere, & in beneficium erigere; propterea PP. Definitores indemnitati jurium Provinciæ consulentes decreverunt citandos Patres Conventûs S. Mariæ de Loco prædicto ad ostendendum Definitorio Provinciæ anno proximè futuro congregando jura, quæ supra dictum Conventum habere prætendunt, alioquin ipsis non contradicentibus, vel jura valida non adducentibus in præfato Definitorio, scirent ad electionem Prioris dicti Conventûs juxta morem antiquum Provinciæ esse deveniendum.

Decretũ pro Cõv. S. Bartholomæi de Mon te Poli tiano.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

EX *Reg. Gen. Bazzani; & ex Reg. Provinciæ in Arch. Flor.*

Translatio solemnis B.M.V. de Monte Urbano. C A P. XI.

EX quo recentem nostram Eremum incolere, summoque studio fovere cœperunt PP. ex Eremo Montis Senarij profecti, nimirum P. Andreas ex illustri Corsinorum Familiâ, & P. Alexius Bartolini ambo Florentini, prout dictum est ad annum 1640. ejusdem Eremi res feliciùs cedere videbantur, quàm antea cederent, cùm enim aptiora sibi parassent domicilia, aliorum exemplo Sapientiores effecti longè quoque meliori valetudine fruebantur, fabricæ constructio incrementa majora suscepit, tum in Ecclesiâ, tum in Cœnobio, ac B. Virginis cultui opportuniùs consulebatur, præsertim verò, quòd ex Eremis Montis Senarij, & S. Georgij adhuc alij accessere Operarij, præ quibus maximè memorandus occurrit P. Angelus Maria, non magis claritate generis illustris, scilicet ex Familiâ Guidetti Florentiæ, quàm ornamentis virtutum conspicuus, quippe qui Eminentissimo Sacchetto mandante ob insignem de eius sanctitate, ac prudentiâ opinionem hujus Eremi regimini præficiendus è Monte Senario profectus erat anno proximè superiori 1646.; Hic enim operi sibi demandato eo animi ardore incubuit, ut brevi, nimirum unius anni circulo completa fuerit Ecclesia insignis etiam magnitudinis, & honorificè recipiendæ B. Virginis Imagini eò transferendæ, celebrandisque ibidem Divinis mysterijs accommodata, quod sanè non sine magnâ omnium admiratione contigisse nemo sapiens dubitavit. Itaque cùm hæc ita se haberent, Eminentissimi DD. Cardinales Sacchettus, & Pallotta in recentem Ecclesiam transferendam solemniter esse è re existimarunt sacram B. V. Imaginem miraculorũ gloriâ ab annis 14. jugiter illustriorem. Ita verò habita fuit translatio. Die 16. Mensis Junij Festo Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis consecrato huic Translationi addicto, præmissis publicis monitionibus sacræ hujus actionis, & Indulgentiæ Plenariæ, ac remissionis omnium peccatorum Christifidelibus omnibus, qui eidem Translationi, prout oporteret, interessent à Summo Pontifice Innocentio X. concessæ, Operarij ad hoc designati manum admovere muro illi exscindendo, in quo delineata erat prædicta D. Virginis Imago, quem cum advertissent maximè fragilem, atque friabilem esse, prudenter arbitrabantur, nonnisi divinitùs integrum, & absque ullâ sui fracturâ, & friabilitate excindi posse. Id tamen non obstitit, quin opus aggrederentur, nam duo præfati DD. Cardinales Sacchettus, atque Pallotta, ad hoc speciatim eò ex Urbe profecti, magnâ eos Virorum etiam Nobilium insequente caretvâ, nullatenus à propositâ difficultate deterriti, sed non vulgari spe in Deum, & Deiparam erecti, quòd prosperè res tota contingere deberet, postquam ejusdem S. Imaginis aliud sibi comparaverunt Prototypon, murum prædictum exscindendum statim præceperunt. Mirabile quidem dictu est quòd ea muri portio, in quâ delineata erat Imago, adeò valida, ac solida deprehensa fuit, ut absque ullâ difficultate, atque jacturâ exscindi feliciter potuerit, omnibus æquè insigni admiratione, ac voluptate affectis. Subinde Populorum, qui ex varijs partibus frequentissimi eò confluxerant, venerationi expositâ S. Imagine magnificè exornatâ, pretioso eidem insidente Baldachino, instituta hoc ordine fuit solemnis Processio. Præcedebat Clerus Tulphetinus, insequebantur publicus Magistratus, PP. Augustiniani, & Capuccini, singuli candidam facem accensam deferentes, necnon universus Populus, qui quinque millia excedebat, omnibus in exhibendo B. Virgini cultu certantibus, sacrum deinde pondus humeris impositum fuit Confratrum trium Confraternitatum valdè frequentium ad opus hoc designatarum, qui numero 36. vicissim illud deferebant, festivo bellicorum instrumentorum boatu maximè ad pietatem excitante. Huic denique actioni coronidem illustrem imponebant

Eremum de Mõte Urbano adeunt alij Ere mitæ etiã conspicui

Solemniter trãsfertur Imago B.V. de Monte Urbano.

bant prædicti duo DD. Cardinales, quos etiam circumstabat pusillus Eremitarum Grex, qui numero sex tantùm erant, interim verò Cantores ex Urbe adducti suavissimis concentibus Sanctissimæ Dominæ laudes canebant; cùm ad novam Ecclesiam pervenissent omnes, ingeminatis festivis boatibus venerandâ imagine ad cornu dextrum Aræ principis collocatâ, Sacratissimum Missæ Sacrificium solemniter celebrari cœpit à P.M. Joanne Baptistâ Mezzetti Bononiensi Servitâ, Symphoniacorum aptissimo concentu. Ad offertorium verò P. M. Laurentius Bartoloni Augustinianus in Provinciâ Romanâ eo temporis Provincialis Deiparæ laudes disertissimâ Concione celebravit, eâque astantes ad pietatem vehementer commovit. Totam hanc diem exposita publicè permissa fuit prædicta celebris imago, ut sibi quisque, suisque votis satis, superque facere posset; verùm die proximè sequente prædictis DD. Cardinalibus jubentibus imposita fuit super Altare maius in loco magis conspicuo, ubi etiamnum summâ veneratione colitur, singularem omnibus ejus beneficentiam votiva donaria offerendo testantibus. Hinc derelicta penitus remansit vetus Ædicula, Eremitis novam Eremum petentibus, ubi & Ecclesiæ decori, & populorum ædificationi consulere volentes, Divina tum in choro, tum alibi celebrare, cæteraque juxta Eremiticum Institutum opera paulatim præstare haud mediocri studio cœperunt, plurimùm ad id indesinenter conferente incredibili vigilantiâ P. Angeli Maria præsati, de quo mihi rursus dicendum erit ad annum 1649.

Novam Eremum incolere cœpere PP. Eremitæ.

Cùm ab anno 1644. Divina cœperint celebrari mysteria in Ecclesiâ nostrâ recèns extructa Ferrariæ, postquam Summi Pontificis jussu solo æquata fuit antiqua, de quo ad annum 1635., erectum primùm hoc anno fuit in honorem B. Philippi honorificum Altare. Bononiæ verò decrevere PP. unanimi consensu annuente Generali Bazzanio ad augendum ejusdem B. Philippi cultum, majori pompâ Festum ejus celebrandum esse, ac Theologorum Collegium singularem Habitum induentium invitandum quotannis esse, & ipsâ die In Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ Servorum Missæ solemni, ac Divi Philippi laudibus publicè interesset; quod sanè prædictis sacris actionibus plurimùm decoris confert, & ornamenti, celeberrimum enim est Collegium hoc, sive antiquam ejus orginem, sive privilegia, sive Theologorum præstantiam spectemus eidem aggregatorum, quibus accensentur ex Ordine nostro ab anno 1362. circiter centum.

In novâ Eccles. Ferrariæ novum erigitur Altare in honorem B. Philippi & Bonon. ejus festum majori pompâ celebratur.

Anno 1644. excitata fuerat controversia apud Montilium Montis Ferrati Oppidum Casalensis Diœcesis Servitas inter, & D. Joannem Beda ejusdem Oppidi Parochialis Præpositũ, quippe qui pluribus etiam è Magnatibus ipsum foventibus pro virili contendebat, quòd in Ecclesiâ suâ Parochiali de novo erigeretur Societas Sanctissimi Rosarij, à P. Dominico Rigio Ordinis Prædicatorum anno Domini 1579. die 15. Aprilis canonicè erecta in Ecclesiâ nostrâ S. Sebastiano nuncupatâ, cui designatus ab eodem P. Dominico perpetuò fuerat in Correctorem Prior nostri Conventûs pro tempore, quæ quidem constant ex ejus attestatione manu propriâ firmatâ, quæque inter ejusdem Conventûs monumenta servatur; Servitis ex adverso pro suo jure asserendo reluctantibus, quos pariter plerique etiam nobiliores alacriter protegebant, fervor autem controversiæ eò usque increbuit, ut hinc inde seipsos armis impeterent, qui pro varijs partium studiis certabant, & nobis adversantes D. Virginis Statuam ausu quidem temerario, sed inutili ea Ecclesiâ nostrâ asportare tentaverint. Cùm autem consilium hoc infeliciter cessisse vidissent, erigendam & ipsi curarunt in eorum Ecclesia Parochiali Societatem prædictam, quod sanè præstiterunt anno prædicto 1644. ad hoc speciatim vocato P. Thomâ Calcaneo Ordinis Prædicatorum, qui sui Generalis facultate, annuentibus Adversarijs nostris, Societatem dictam erexit ad aram principem ejusdem Parochialis. Id ægerrimè ferentes, & jure quidem optimo Servitæ exhibitâ S. Congregationi attestatione, quam interposito juramento præstiterunt Montilij Proceres eodem anno 1644. die 22. Januarij manu Notarij publici Joannis Ferrandi firmatam, quòd scilicet Sanctissimi Rosarij Societas erecta antiquitus fuerat in Ecclesiâ S. Sebastiani Ordinis Servorum, ibique erectam servandam esse sentiebant, nec ullatenus ad Parochialem transferendam, ab eâdem S. Congregatione assecuti deinceps fuerunt, quòd D. . . . . Capponi tunc Episcopo Casalensi præciperet intimandam adversæ parti constitutionem Clemẽtis VIII. de unâ tantùm Confraternitate ejusdem nominis, & instituti in singulâ quaque Civitate, vel Oppido &c. Quod cùm accepisset D. Episcopus die 12. Januarij hujus anni 1647. Decretum hoc Sacræ Congregationis publici juris fecit, & successivè per Notarium publicum D. Joannem de Canibus prædicto D. Præposito juridicè intimavit; quo factum est, ut suppressa omnino fuerit Societas in Parochiali erecta, ac semper in Ecclesiâ nostrâ pacificè perseveraverit singulari populi concursu, ac religione æquè ac perseverat Societas Habitûs 7. Dolorum, pari siquidem curâ singulis diebus festis recoluntur modò Sacra Rosarij mysteria, modò B. Virginis Dolores, haud mediocri populorum erga utrumque mysterium religione.

Insurgit apud Montiliũ controversia inter Fratres nostros, & Paroch. Præpositum circa novam erectionem Soc. SS. Rosarij.

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

Ex monum. horum Conventuum.

Detre-

Decretum pro celebrandis Dietis. Designantur loca pro Novitijs. Moritur Gosius.

C A P. XII.

QUoniam Ordinis nostri regimini maximè conferre videbatur Dietarum Provincialium loco Capitulorum celebratio, quibus annis eligendus de novo non esset Prior Provincialis, quod Sanctæ Sedis auctoritate benignè indulserat per Decennium anno 1635. Eminentissimus D. Sacchettus, prout ad dictum annum, propterea hisce quoque diebus idem D. Cardinalis facultatem prædictam ad quinquennium eâdem auctoritate concessit sequentis tenoris. .1.

ATtentâ facultate à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium arbitrio nostro tributâ, & beneplacito à Sanctissimo D. N. per nos obtento in suo Consistorio secreto die 12. Augusti præsentis anni 1647. Capitulorum intermediorum, in quibus videlicet electiones Provincialis, Socij, & Definitoris Generalis non contingunt, dietas continuari ad quinquennium concedimus, impartimur, atque mandamus. In quibus Dietis infrascripti tantummodo, & non alij, quocunque alio Decreto non obstante à nobis super hoc emanato juxta Dispositionem Constitutionis Ordinis cap. 41. de Capitulo Provinciali vocem habeant, scilicet Generalis, sive ejus Vicarius, Provincialis, Socius, quatuor Definitores Provinciales in proximo præterito Capitulo electi, & ille ex perpetuis Definitoribus, cui ratione antiquitatis, & auctoritatis competit; & si detur casus, quòd iste sit Definitor actualis electus, alius ex perpetuis accedat, ne detur casus, quòd vel unus plura vota præsumat, vel Dieta absque Definitore perpetuo remaneat. Si aliquis ex Definitoribus obierit, vel renunciaverit, sive quocunque alio titulo vacaverit, Generalis, sive ejus Vicarius, de consensu tamen aliorum Vocalium Dietæ, & non aliter, alium subrogare possit, & valeat. Definitores non possint eligi in Priores, nec expressè, nec virtualiter per reservationem in pectore Generalis, vel Provincialis, ne finis legis frustretur. Nemini Fratrum, cujuscunque sit gradûs, & conditionis, liceat accedere ad Dietam quacunque ex causâ, nisi à nobis solis privativè quoad quoscunque per licentiam in scriptis cognitâ, & approbatâ. Et quia hujusmodi Dietarum celebrationi, & S. Congregatio indulsit, & SS. D. N. annuit; & Nos earundem celebrationem decernimus ad tollendas expensas, & Religionem tot in calamitatibus sublevandum; ideò nemini Provincialium liceat summam scutorum quadraginta excedere monetæ Romanæ, etsi excedant, non approbentur ejus rationes à Generali, sive ejus Vicario, sed ex proprijs, quod plus expensum fuerit, redimere teneatur. Quorum omnium omnimodam executionem Generali pro tempore demandamus, atque in virtute salutaris obedientiæ præcipimus.

A *Romæ die 17. Augusti 1647.*

Julius Card. Sacchettus Protector.

Hoc pariter anno idem D. Card. auctoritate sibi à SS. D. N. Innocentio Papâ X. loca Novitiatuum in Provincijs Italiæ designavit, prout constat ex sequentibus.

Nos Julius S.R.E. Tit. S. Susannæ Præsbyter Card. Sacchettus Religionis Servorum Protector. .2.

CUm ad preces Generalis, & Procuratoris Generalis SS. D. N. Innocentius Papa X. bono Religionis, & ipsius incremento incumbens numerum Novitiatuum in Provincijs Italiæ restringendum duxerit, & ne Superiores solitis

B *angustentur angustijs, ut de idoneis provideant, & quoad mores, & quoad Literaturam Magistris, & ut insignioribus Monasterijs debitus restituatur splendor, qui certò ex Novitiorum educatione pendet, & quod plurimùm refert, ut in Novitiatibus debita splendeat regularis disciplina, quæ certè collabitur, quando numerus Novitiorum ad nihilum ferè reducitur, ac proinde Breve speciale super hoc Nobis directum sub die 17. Augusti præsentis anni 1647. emanaverit tenoris sequentis videlicet.*

Innocentius Papa X. Dilecte Fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem. Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Hippolytus de Ferrariâ Prior Generalis, & Angelus Maria de Cremonâ Procurator Generalis Ordinis *Designantur loca Novitiatuum*

C *Fratrum Servorum B.M., quòd in Ordine hujusmodi Novitiatûs adeò multiplicati sunt ex diversis concessionibus desuper ab hac S. Sede Apostolicâ factis multis Conventibus in unaquaque Provinciâ, præsertim Italiæ ejusdem Ordinis, ut ad præsens cum gravi disciplinæ Regularis decremento, & maximo Superiorum, quoad deputationem Magistrorum idoneorum incommodo, plures fermè Novitiatûs, quam Novitij existant. Quare Prior, & Procurator Generales præfati, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuno in præmissis remedio providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur prospero Ordinis præfati statui, quantùm Nobis ex alto conceditur, consultum esse, dictosque Priorem, & Procuratorem*

D *Generales specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: Circumspectioni tuæ, qui ejusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protector existis, ac de cujus fide, pietate, prudentiâ, & Religionis zelo plenam in Domino fiduciam habemus, per præsentes iniungimus, ut infra unum proximum auctoritate nostrâ Apostolicâ arbitrio tuo*

tuo omnes, & singulas facultates erigendi, & instituendi Novitiatûs auctoritate Apostolicâ concessas in sequentibus Provinciarum Italiæ Conventibus dicti Ordinis, videlicet Senen., Pistoriea., Lucen., Rom., Fulginaten., Civitatis Castelli, Faventinæ, Mediolanen., Mŭdelli, Tarvisinæ, Veronæ, Mantuanæ, Placentin., Guastallæ, S. Florentij Perusin., Cremon. Januen., Summaripæ, & Capuan., revoces, casses, irrites, & annulles, ac revocatas, cassatas, irritas, & annullatas declares, necnon in Thusciâ, in Florentino; in Romanâ, in Perusino, in Romandiolâ in Servorum Bononien., in Lombardiâ, in Rhegien.; in Marchiâ Tarvisinâ in Paduano; in Mantuanâ in S. Georgij Bononiæ; in Venetâ Servorum Venetiarum; in Januen., Papiæ; & in Neapolitanâ Provinciis in Mergellin. Civitatis Neapolis respectivè Domibus Regularibus, seu Conventibus Ordinis hujusmodi, ad id, ut asseritur, aliàs destinatis, & à Sede præfatâ approbatis, Novitiatus, in quibus Novitij, qui qualitates juxta Regularia dicti Ordinis instituta, auctoritate Apostolicâ confirmata, ac Constitutiones Apostolicas super receptione Novitiorum editas, habeant, servatâque earundem Constitutionum formâ ad Habitum per Fratres ejusdem Ordinis gestari solitum recipi, & educari, ac elapso probationis anno ad Professionem per eosdem Fratres emitti consuetam, Regulares admittere servatis aliàs servandis, valeas, erigas, & instituas. Præterea Priori Generali præfato ultra illum quem vigore præsentium erexeris, facultatem concedas instituendi infra eundem proximum annum unum alium Novitiatum pro qualibet Provinciarum hujusmodi, in Domibus tamen Regularibus, seu Conventibus destinatis, & approbatis, ut præfertur, pro receptione Novitiorum. in eventum tamen, in quem Novitiorum hujusmodi numerus adeò auctus esset, ut ad minus duodecim in illo, quem Tu, ut præmittitur, erexeris; pro eo autem Novitiatu in vim facultatis per Te dicto Priori Generali concedendæ instituendo, sex Novitij prompti ad suscipiendum Habitum præfatum reperirentur, & non aliàs, nec aliter, nec alio modo. Ac demum ne Novitij unius Provinciæ ad alias ex quacunque causâ mittantur, seu mitti possint, interdicas, & prohibeas: Super quibus Tibi quamcunque necessariam, & quomodolibet opportunam facultatem impartimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis Provinciarum, & Constitutionum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 17. Augusti 1647. Pontificatûs nostri anno 3.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Sigilli.

Volentes igitur ejusdem D. N. Sanctissimam mentem executioni demandare, omnes, & quascunque facultates erigendi, & aperiendi Novitiatûs hactenus in Civitatibus, vel Locis in præfatis Apostolicis Literis enunciatis, sive S. Congregationis, sive S. Sedis Apostolicæ auctoritate immediatè concessas, revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac revocatas, cassas, irritas, & annullatas esse decernimus, & declaramus. Pro felici autem Religionis statu, & augmento optimæ Novitiorum educationi consulentes Conventûs pro unaquaque Provinciâ in præinserto Brevi expressos, & nominatos pro receptione, & educatione Novitiorum, cum conditionibus, prout in Apostolicis Literis continetur, declaramus, & deputamus: facultatem insuper concedentes Generali moderno, quatenus intra annum à die expeditionis Literarum Apostolicarum, ultra hunc primum, quem nos erigimus, alium secundum Novitiatum in unaquaque ex supradictis Provincijs in loco pariter per S. Sedem Apostolicam aliàs designato, aperire, & declarare valeat, hac tamen conditione, & non aliter, quod in primo, quem nos erigimus, duodecim sint de facto, & in alio per ipsum erigendo, sex saltem Novitij prompti ad suscipiendum Habitum reperiantur. Prohibemus insuper, & interdicimus, ut in posterum quocunque titulo, seu quæsito colore Novitij unius Provinciæ transferantur ad aliam, neque quacunque de causâ admittantur. Injungentes ideo Generali, ac omnibus, & singulis earundem Provinciarum Provincialibus, ut ea, quæ in præsenti Decreto auctoritate SS. D. N. præcipiuntur, statim ad receptionem ejusdem debitæ executioni demandent, Novitiatûs statim ad præfatam formam reducentes, ac de paritione per Literas nos ipsos doceant, quibuscunque in contrarium non obstantibus.

Datum Romæ die 4. Octobris 1647.

Julius Card. Sacchettus
Protector, & Delegatus.

P. M. Mich. Angeli Gosij obitus, et gesta.

Moritur demum hoc anno P. M. Michael Angelus Gosius Romanus, quem præterire 3. silentio non decet, utpotè de re Literariâ, speciatim verò de Henrici solemnis Doctrinâ benemeritum, nam Logicam, & Physicam juxta mentem ejusdem digestam in lucem edidit.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

1 EX *Arch. S. Marcelli de Urbe ex Reg. Gen.*
2 *Ex Reg. Thusciæ in Archivo D. Ann. de Florentiâ.*
3 *Ex monum. S. Marcelli de Urbe.*

Vita

Vitæ series, & obitus Sororis Mariæ Benedictæ Rossi Fundatricis Monasterij S. Mariæ Gratiarum de Burano describuntur.

C A P. XIII.

RAra profectò, & mente potius Angelicâ hoc anno describenda nobis occurrunt, quæ vel ab ipso vitæ suæ exordio ad obitum usque præclarè gessit Ordinis nostri Soror Maria Benedicta Rossi Monasterii S. Mariæ Gratiarum de Burano Abbatissa, & Fundatrix, quæque mirabilia in eâdem patravit Altissimus, non modò per integrum ejus vitæ cursum, verùm etiam antequam in lucem edita fuisset, & postquam ex hac vitâ migraverat.

Joannes Baptista Rossi Civis Venetus, opibus affluens, longè verò illustrior præ virtutibus, & maximè charitate in Pauperes, Lauram è clarissimâ Familiâ Tiepolo elegantissimam Puellam sibi matrimonio copulaverat, conspicuis tum corporis, tum animi dotibus ornatam, præ simpliciter verò quàm notissimam, quippe quæ Parvuli fermè ad instar rerum humanarum quarumcunque expertem se esse identidem ostendebat. Utero gravis aliquando Concionatorem quendam Ordinis S. Francisci audiens, quæ cæteroqui è Domo suâ nonnisi rarò prodibat, utpote à Viro suo prohibita, qui ejus decori prospicere, ejusque pulchritudinis insidias declinare nitebatur, nonnulla è sacrâ Concione acceperat, quæ cùm intelligere omninò non posset, sibi ab ipso Concionatore exponenda curavit. Concionator autem Lauræ simplicitatem advertens, ipsamque dignis laudibus efferens divinitùs illustratus de re propositâ ipsam non edocere satiùs duxit, certiorem autem fecit, quòd fœtus ipse, quem utero gestabat, votis ejus satis, superque fecisset, eamque plenè docuisset. Nullum aliud orandi genus colebat, quàm Officium parvum B. Virginis, & opera Joannis Gersonis evolvere, quorum etiam nequidem sensum assequebatur, quippe quæ cæteris addiscendis impar erat, neque Sanctarum Imaginum usum, & speciem percipiebat. Officium prædictum animi gratiâ, utpote tædio affecta, die quadam evolvens Domini nostri Passionem secundùm Joannem in eodem libello obviam fortè habuit, quam seriò relegens, quin tamen verborum sensum intelligeret, insignem quandam in utero commotionem persensit, tantâque cordis dulcedine perfusa fuit, ut in ubertes lachrymas soluta fuerit, exindeque affecta probè est Christi Domini Passionem, necnon spiritualia quæcunque mirabili planè ratione, hactenus enim omnia prorsus ignoraverat, & vis noverat quid esset, & quòd esset Deus. Ita verò illustrata non mediocri pietatis sensu eandem Christi Passionem colere cœpit, de eâ nec loqui, nec quidquam cogitare sine lachrymis poterat, consimilem in

Parentū conditio.

astantibus excitans sensum, qualibet feriâ 6. severissimum servabat jejunium, paucis oleribus contenta, & à D. Leone ferè dixerim edocta abstinentiam suam refectionem pauperum fieri volebat, propriis ipsa manibus dapes sibi de more paratas, humili proinde corporis Habitu, ut omnibus esset incognita, inopi cuidam mulieri, cui plures erant Filij, vel alijs pauperibus, pro temporum opportunitate ministrare consuevit ad extremam usque senectam. Præterea feriâ ipsâ 6. per Sacram Exomologesim expiata ad Sacram Eucharistiam percipiendam semper accedebat. Quàm acceptum Deo foret hujusmodi erga Domini Passionem obsequium, plurima gratiarum genera testantur, quas ideo collatas ei à Domino fuisse compertum est, potissimùm verò, quòd in Monasterio recepta fuerit, quod ejus Filia Soror nostra à fundamentis erexerat, prout inferius dicemus, ibique octo circiter annos diversata, plena dierum in amplexu Filiæ obierit, quæ Sanctissimam Christi Passionem Genitrici morienti identidem in memoriam redigere solebat, quâ planè commota Genitris in lachrymas solvi æquè ac dum viribus integra viveret, & nonnulla dicere videbatur, ex quibus intellexere Astantes, quòd Dominum Jesum conspiceret Sanctam Crucem gestantem; postquam verò decesserat magnâ sanctitatis opinione, ejus corpus in sepulcro Monialibus designato tumulatum fuit.

Ex hisce Parentibus exorta mense Maio anno salutis Soror nostra valdè elegans, & speciosa, unicus eorundem fructus, sed pluribus æquivalens ad Sacrum fontem levata in Ecclesiâ S. Jacobi, vulgò dicto, *dall Orio*, appellata fuit Elisabeth, quæ proinde vix adulta Sanctam Elisabeth non vulgari veneratione prosequebatur. Edita in lucem ratam planè pulchritudinem prætulit, sed facie admodum parvâ, capite undequaque crinibus destituto, præterquam in vertice, ubi parvula quædam erat capillorum nigrorum, qui ad quattam circiter usque producti erant, congeries, quibus deinde decidentibus succeffere flavi colores, præter communem naturæ Ordinem, ex quo admirabundi plerique sapientes conjicere non dubitarunt, sapientiæ, & bonitatis excellentiam, quam futuram in Filiâ Posteri reipsâ suspexerunt. Sex tantummodo Menses Genitricis lacte nutrita, & quidem ægerrimè fuit, certis enim diebus sanctitate festorum illustribus, præsertim verò feriâ 6. ab alimento quocunque omninò abstinebat, non sine gravi Parentum tristitiâ, qui rei causam ignorantes studium omne adhibebant, ut alimentum sumeret Filia, sed frustra. Cæteris autem diebus id assequebantur adhibito cantu, adhibito sono, quibus mirum in modum recreabatur Infantula, eâque ratione cibum sumebat, nequidem advertens, quod pariter præstare solebant Parentes, ut eadem somno indulgeret.

Ortus, et ejus conditio.

Vix proferre voces poterat, cùm alphabetum intra octo dierum spatium percepit; cùm verò tertium ætatis annum ageret libros quoscunque expeditè legebat, singula sibi proposita percipiebat, de singulis loquebatur, non parvulorum de more balbutiens, sed æquè feliciter, ac si adulta foret. Quæ planè seriò advertentes singuli ipsam veluti præcocem fructum habentes præ hujusmodi effectuum raritate, brevi superstitem futuram esse divinabant, quam à Deo ad tata præstanda præelectam fuisse minimè cognoverant. Nil sanè intentatum reliquere Parentes, ut & diu vitam produceret, & optimâ uteretur valetudine, in eo autem potissimùm incumbebant, ut pietatem ipsi instillarent, & in amore Cœlestium inflammarent, quod planè juxta votum illis contigisse compertum est; cùm enim Genitrix pietati maximè, ut diximus, addicta, singulis noctibus, quâ horâ Matutinæ laudes recitari solent in Ecclesiis, ad preces & ipsa Deo fundendas consurgeret, Filiolam in lecto sopore correptam existimans, hæc revera evigilans, statim ac inde recesserat Genitrix, è Lecto lento gradu prosiliens, quamvis ægerrimè, utpote adhuc triennis, juxta ipsum provoluta orationi vacabat, speciali quadam ratione à Domino edocta, quæ planè juxta naturæ leges id præstare non poterat; cùm autem eò rediens Genitrix Filiolam in lecto jacentem non reperiret, anxia ab ipsâ, ubi esset, petebat, quæ se Genitrici detexit, dicens, se orationi vacare; quem orandi morem ab infantiâ à tertio usque ætatis anno servare non verebatur, licèt adhuc in lecto jaceret Genitrix sopore correpta, quòd si Genitricem id advertisse cognosceret, iterum cubitum adibat.

Raræ pietatis indicia.

Ætate proficiens, pietate quoque, cæterisque virtutibus præstare studebat, præsertim verò Sanctissimam Virginem speciali veneratione prosequebatur, & quamvis constitutione corporis non satis valeret, adeòque delicatiores ipsi dapes ministrarent Parentes, clam ipsis tamen feriâ 6., & Sabbatho in obsequium ejusdem Deiparæ, quoad ei fieri licebat, jejunium servabat; ter singulis diebus Sacram ejusdem Imaginem Puerum Jesum inter ulnas gerentis invisere consueverat in secretiori Domûs loco positam, quò se recipere unà cùm aliâ Puellulâ ab ejus Genitrice in sui societatem adscitâ, specie pueriles ludos exercendi suadere studebat, reipsa tamen orationi plerunque vacabat, varia genera cultûs Sanctissimæ Dei Matri exhibendo, ipsam potissimùm hisce verbis invocando: *Ave Maria Sanctissimæ Trinitatis humillima Ancilla*: post hæc salutationem Angelicam ter persolvebat, ac denique antiphonam: *Assumpta est Maria in Cœlum &c.* animo secum reputans summum illud gaudium, quo perfusa Deipara in Cœlum ascenderat, ideoque præ sui cordis dulcedine à sensibus persæpe penitus abstracta plures horas distinebatur, adeò ut Genitrix de ipsâ solicita humi prostratam, E veluti mortuam deprehendens morbo quodã repentino affectam putaret, ipsa tamen sibi protinus restituta sese valere dicebat, neque tamen à prædictis salutationibus cessabat, etsi Matre jubente decumbere cogeretur, sæpius pariter extra se in Deum rapta; summo diligendi Deum, & cognoscendi desiderio tenebatur, quippe quæ se plurimùm illi debere intelligebat, cujus votis tandem aliquando satisfacere voluit quodam Sabbatho Deus. Cùm enim remotis omninò Arbitris in Loco prædicto secretiori consueta B. Virgini præstitisset obsequia, extra se suavi veluti somno correpta elegantissimo Adolescentulo undequaque splendido, Angelo nimirùm ejus Tutelari Duce, nihil tamen dicente, speci- F osissimam aulam visa sibi subire fuit, sole ipso splendidiorem, ibique regio sedentem in throno pulcherrimum Principem vidit, quem Deum esse intellexit, unum in essentiâ, & in Personis Trinum; ex quo magis ipsum, ac magis diligere suavissimâ quadam vi cogebatur. A' dextris illius Magnam Dominam pariter vidit insigni benignitate, & vultûs jucunditate hæc sibi dicentem: *Filia, scito me Dei Matrem esse, quem adeò diligis, & diligere studes, nec adhuc modum assequeris, quo ipsum diligas. prosequere, ne timeas, indesinenter in dilectione proficies, humilis esto, Filio meo longè gratior eris, te ipsam semper despicies, Filium meum unicè diligens sponsum, ac Deum tuum, qui nimiâ tantùm charitate suâ commotus,* G *Te sibi in Sponsam elegit*. Quibus acceptis Puellula sibi suadens magnam Dominam ita secum loquentem eam esse, quam ipsa quotidie memoratis precibus venerabatur, ipsam enixè rogavit, ut se veluti indignam Ancillam exciperet, spe maximè freta, quòd ita consequi Deum posset, si Matrem ejus consecuta fuisset. Tum verò monente Angelo caput demisit Puella, & Magna Domina his verbis *Benedicat te, Filia, Pater meus, & Filius meus, & Spiritus Sanctus amor meus, Deus tuus, & omnia tua*; benedictionem ei largita fuit, cui statim Puella: *Gratias tibi ago Domina Mundi, Virgo Dei Genitrix*. Interim Dominus ipsam aspicere, & quid rei ageret, quomodo se gereret advertere ipsi videbatur. H Post hæc ab Angelo per Aulã circũducta, elegantissimum vidit pomarium, ibique in tribus speciosissimis arboribus tres assequebatur Divinas Personas, easque unum Deum esse. Vidit etiam novem arbusculas pretiosissimas, & Angelo Magistro didicit Dei perfectiones, & delicias in iisdem exhiberi. Flores autem pulcherrimi per viridarium undequaque miro ordine dispositi totidem linguæ ipsi videbantur Divinæ Majestati laudes canentes. Insuper Altissimi Thronus, tanquam amœnissimum Flumen videbatur, è quo rerum omnium bonitas, & pulchritudo prodiret, quas hactenus viderat, ideoque sibi super omnia diligendum flumen illud, sive Deum intelligebat,

Specialis quidam raptus.

gebat, in ejus proinde laudes miro modo erumpens. In eâ verò specie extra se rapta, A & propemodum infinitâ dulcedine perfusa, ab Angelo, quemadmodum ipsa petierat, edocta diligenter fuit, Aulam illam nil aliud esse, quàm Dei voluntatem, qui longè majoribus muneribus ipsam ornare decreverat, & in Regno suo beatam constituere, si fidelis permansisset; item id omne, quod viderat in Deo esse, ex Deo esse, & ad Deum redire, proindeque ipsam quoque ex ejus amantissimo corde prodiisse, ad eum omnino spectare, & ad eum redeundum ipsi fore, qui ipsam creaverat, redemerat, tum verò arctissimo amoris vinculo ei firmiter adhæsuram. Quibus acceptis Puellula Principem illum speciosissimum immotis oculis intuita laudibus ornandum suscepit, & ab eo summis precibus B postulavit, ut sibi aliquando liceret ipsum perfectissimè complecti, in ipsum amoris vi transformari.

Tum à Genitrice excitata, quam repentino morbo correptam putabat, quippe quæ ultra diei dimidium in hujusmodi raptu indefinenter perseveraverat, animo prorsus destituta nihil omninò dicebat, sed plures dies in alienatione præfatâ quodammodo perseveravit. Interim nemini penitus rem propositam revelans, Confessario, qui rem tacitus admirabatur, unum hoc repetere solebat, quoties peccata sua, quæcunque illa forent, Sacramentali Confessione accusabat, se scilicet Deo famulatum non exhibere, neque Deum diligere, prout par esse sibi videbatur, qui pro se mortem subierat tantis affectus doloribus, & saturatus opprobrijs, adeòque vitæ Monasticæ nomen dare se velle, ut hæc omnia feliciter præstaret. Quæ vota Confessarius probans ipsam monebat, ut sibi in Patronam eligeret Deiparam, cujus præsidio voti compos evasisset, quamobrem & preces ad ipsam fundebat Puellula, & jejunia servabat. Parentes autem consilium hoc aversabantur, quod contra probans Altissimus Puellulæ Patrem è medio tulit, qui cæteroqui Divinæ voluntati conformis ex hac luce migravit.

Moritur ejus Pater.

Patre suo orbata Patrino cuidam, ejusque Uxori concredita fuit Elisabeth, qui planè præclaris ejus dotibus capti ipsam non mediocri amore complectebantur, nihil enim ei D faciendum offerebant, quod ipsa hilari, & alacri mente, & exquisitâ arte non perficeret, non sine ingenti eorum admiratione, valde enim præstabat ingenio, & prudentiâ fermè senili domestica quæque complebat. Arti canendi, & musica instrumenta pulsandi, Patrinis hisce mandantibus, animum adjecit, quâ mirum in modum delectabatur, quippe quæ laudes Deo canebat, eâque ratione familiari Dei consuetudine uti sibi semper visa nô mediocri afficiebatur voluptate. Hisce deliciis ita distrahi cœpit, quibus addicta ad 13. usque ætatis annum vixerat, ut animi in Deum ardore aliquantulum remisso vix consueta

Commendatur Patrinis

Cælestes deliciæ minuuntur.

pietatis opera peragere cœperit, à Deo proinde ob tantam oscitantiam raptibus, visionibus, & consuetis cœlestibus deliciis fraudara. Verùm Confessario quodam sanctitate, & prudentiâ præstante, cui nomen Joannes apud S.Hermagnâ vulgò S.Mercola ipsam dirigente, quam Spiritu cœlesti potiùs, quàm humano præditam noverat, singulis diebus tum diluculo, tum ad vesperam sanctis Meditationibus per integram horam vacare cœpit, tum verò genua vix flexerat, cùm infirmitatem, & nihilitatem suam animo secum reputans, lætabatur quidem, quòd se coram Deo sistere sibi liceret, sed non mediocri pœnâ afficiebatur, quòd per integram horam duntaxat idipsum ei liceret, quæ tamen pœna gaudium illi excitabat insigne, quòd talia se pati pro Deo animadverteret, quem maximè diligebat; tum verò extra se rapta ita in Deum ferebatur, ut eximiâ dulcedine perfusa noctes duceret, ac dies, & quidem sæpissimè; quod orandi genus non intelligens Patrini Conjux, clamoribus, & objurgationibus inde avertere satagebat. Multiplici pariter studio tum ipsa, tum Conjux Puellam nostram seculi deliciis ad nuptias allicere nitebantur. Puella verò invictâ animi constantiâ Mundum aversata Deo tantùm adhærere statuerat, & arte canendi, & instrumenta Musica pulsandi, quâ ipsam ad seculi voluptates divertere studebant, longè meliori consilio uti cœpit ad laudes Dei, ac Deiparæ canendas Magistri cujusdam ope, à quo Litanias ejusdem canere didicerat. C Ægerrimè quidem ferebat sanctis operibus in Ecclesiâ posthabitis, ubi cœlestibus affluebat delicijs, inutilibus recreationibus, prout sæpissimè Patrini Conjux perebat, vacare, verùm arte planè Divinâ pœnam ipsam, quam in hujusmodi recreationibus subibat, Deo æquanimiter offerens æquè apud ipsum mereri satagebat, ipsum enixè rogans, ut sibi per ipsum copia suppeteret in severiori vitæ genere debitum ei famulatum exhibendi. Quo animi sensu Moniali cuidam ad seculi nuptias unà cum Patrini Conjuge ipsam conciliare nitenti, pariter respondit, non alium sibi Sponsum, quàm Jesum Christum eligendum, quin potiùs sibi in votis esse dicebat Monasterium illud subire Jesu Christo arctiùs adhæsura, quod cùm assequi non posset, utpote mollis, ac delicatula, haud mediocriter dolebat. Plures quidem ipsam deperibant, & ut sibi matrimonio copularent studium omne adhibebant, vim etiam inferre tentantes, quorum votis constanter adhærebant Patrini, & Laura Genitrix operam omnem ad hoc assequendum impendentes. Verùm Elisabeth hæc omnia dissimulans Deum jugiter precabatur, ut sibi præsto foret in tanto rerum discrimine, ejusque duntaxat compleretur voluntas, aliàs animo prorsus hilari, quippe quæ Divinæ misericordiæ innixa quidquid Deo libuerat, opere exequi decreverat. Neque verò illius prec-

Extasis

Mundi delicias aversatur.

Plures ipsam depereunt, & ipsa declinat.

ces irritas esse passus est Dominus, in primis enim adolescens quidam Domum ejus aliquando per vim ingressus, ut eam raperet, B. Virginis præsidio, cujus opem gemebunda, & lachrymis obortis Elisabeth ante ejus Imaginem provoluta, imploraverat, quemadmodum ipsi familiare erat in adversis quibusque, quam sibi semper propitiam persenserat, de repente tantâ dolorum vehementiâ correptus fuit, ut exinde recedere, & propria repetere coactus fuerit, eâque ratione Elisabeth discrimen istud evasit.

Exulat Patrinus

Prætereà Patrinus solum vertere satius duxit, ut sibi, suæque vitæ consuleret, veritus, ne communis illi fieret sceleris cujusdam criminatio, quâ vulgò rei traducebantur nõnulli sibi necessitudine conjunctissimi, quamvis omninò innocens esset, prout opportuno tempore innotuit. Interim exulare coactus, donec ejus integritas pateret, Puellulam nostram ulteriùs vexare non poterat, ipsamque adigere, ut nuptias à pluribus petitas iniret.

Laurettũ adit Patrinus.

Cùm satis superque ejus innocentia constaret Venetias reperẽs voto se solvere S. Ædem Lauretanã adeundi statuerat, iter verò suscepturus Puellulæ precibus sese etiam atque etiam commendavit, seriò pollicitus, quòd ubi rediisset quibuslibet ejus votis satis superque fecisset. Præ gaudio exiliẽs Elisabeth Patrini causam, quoad ei licebat, apud Deum, ejusque Matrem Virginem diu, noctuque promovere non destitit, longè majori semper incensa desiderio Crucifixo Domino suo, tanquam Sponso adhærendi; verum & Patrinus, qui rebus omnibus prosperè gestis Dei beneficentiam expertus Puellulæ precibus acceptum referebat, Venetias repetens fidelem se fore juxta promissa Puellulæ dixit, seque ad ejus vota complenda paratissimum ostendit.

Patrino votũ aperit vitæ religiosæ amplectendæ.

Quibus acceptis Elisabeth susceptum jampridem consilium Patrino aperuit, non alium sibi, quam Jesum Crucifixum in Sponsum eligendi, cui fide jampridem obstricta erat, ideòque enixè ab eo petiit, ut laneam materiem, seu cinericiam, seu nigram pararet, quâ sibi vestem formaret juxta Domini mandatum, eâque ratione summam ejus paupertatem pro modulo suo imitaretur, quam humanitate nostrâ pro nobis miseris assumpta ab ipso vitæ suæ exordio ad ultimã usque periodum exactissimè servavit. Ad hæc Patrinus Puellæ consilium, & animi sensum admirabundus expendens, ipsum improbare non ausus, & promisso fidelis, optimè consultum tamen duxit ipsam monere de rei propositæ gravitate. Subinde laneam prædictam materiem paravit, interim Puellula ante Imaginem Christi Domini è cruce pendentis, & Beatissimæ Virginis prostrata in propriâ cellulâ ipsos maximè deprecabatur, lachrymis etiam obortis, ut votis suis adessent;

Raptus

tum verò incredibili animi sui jucunditate penè à sensibus aliena Deo se offerebat, Divino se magis incensam amore sentiebat, ac plura mente assequebatur, præ cæteris verò, quòd E quandiu in terris ageret, non pauca sibi subeunda forent adversa.

Ancillæ vestes induit.

Moræ autem impatiens contueras, & conditioni suæ proprias vestes protinus abdicavit, & donec completa foret vestis juxta Domini mandatum induenda, vestes induit humillimas Ancillæ suæ congruentes, magnâ quidem animi sui voluptate, sed non impari Patrini Conjugis tristitiâ, quæ Puellulam advertens tanto in Deum amore incensam spe prorsus excidit, quòd seculi nuptias iniret.

D. Franciscus ei apparet

Edoceri divinitùs cupiens quonam genere vestis induenda foret, quod Domino suo placeret, extra se in Deum rapta, & ineffabili superfusa dulcedine in contemplatione Christi Domini patientis, quâ mirum in modum F delectabatur, D. Franciscum Assisinatem visa sibi videre fuit, Habitum, quem ipse gerebat, ei ob oculos ponentem, quem sibi induendum rata, ejusque incensa desiderio, adhuc in extasi perseverans, & inter noctis tenebras materiem laneam cinericiam extendit, & juxta formam exhibitam exactè divisit, quem subinde sibi, ac sensibus restituta conspiciens plurimas Deo gratias egit, & adamussim compegit.

Vestem cinericiam, & Chlamydem nigram induit.

Solicita deinde Elisabeth de formâ nigræ vestis superinduendæ Adolescentulam speciosissimam fortè conspexit pullâ veste circumquaque indutam, & Habitu consimili caput amictam, quam nonnisi B. Virginem haud temerè putavit, illam enim viderat, unde nõ aliò, quam in proximam Ecclesiam ei adire G liceret, & tamen nec in dictâ Ecclesiâ, nec alibi ampliùs vidit, statim enim ex ejus oculis evanuerat. Chlamydem ergo nigram juxta formam hanc à Deiparâ exhibitam, quam induisse piè credenda est cùm Unigenito suo orbata remansit, & ipsa induere in votis habuit, & annuente Patrini Conjuge Domum repetens nullâ interpositâ morâ laneam materiem juxta prædictam formam divisit, & opportunè compegit. Statâ igitur die cinericiâ veste in honorem S. Francisci, & chlamyde nigrâ in memoriam Dolorum B. Virginis induta, Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum petijt, ubi Sacrosanctis refecta Sacramentis cœlestiũ meditationibus indesinenter addicta à sensibus in Deum abstracta ad meridiem usque

Raptus.

H permansit, tantâ cœlestium deliciarum copiâ affluens, ut ipsamet scripto deinceps testata fuerit parem illi nunquam sive antea, sive postea expertam fuisse. Domestici quidem admirati, quòd adeò Elisabeth in Ecclesiâ distineretur, cum ipsam ibidem extra se raptã vidissent sibi suasere, quòd præ nimio genuflexionis, vel jejunii incommodo defecisset, ipsa verò sensibus restituta rem ipsam dissimulans Domum hilaris rediit, & in delicijs, quibus à Deo superfusa fuerat, sibi jugiter placebat. Insequente nocte orationi de more indulgens certior à Domino facta fuit, æquè ac si interiùs eam allocutus fuisset, quod Regulari cuidam Instituto nomen dedisset, prout

ipsa

ipsi erat in votis, id autem assequi non posset, nisi plurium tribulationum crucem subeundo, prout familiare Domino est, cùm sibi dilectis morem istum servare, adeòque ad asperam viam hanc ineundam roboratam se sensit. Inde velut è placido somno evigilans, præ nimiâ cordis dulcedine temperare sibi plures horas non potuit, quin & solveretur in lachrymas, & se Domino offerret ad Crucem quamcunquè subeundam paratissimam, & Jesum variis nominibus compellaret, quibus eximium sui amorem in ipsum significaret. Octo diebus exactis Ecclesiam adiit S. Francisci, vulgò dictam *del Deserto*, ubi Divino pabulo refecta, & orationi addicta pollicita eidem Sancto fuit, quòd in ejus honorem cinericium Habitum, quem induerat, perpetuò gestasset, ejusque Regulam, quoad el licuisset, servasset. Verùm intellexit quoque, quòd etsi D. Franciscum speciali semper veneratione prosecutura deinceps esset, aliam Regulã tamen ab ipsâ servandam illi fore. Interim Domum repetens Deo, ac Deiparæ gratias agere nunquam cessabat de beneficiis acceptis, desiderio semper incensa seculo vale prorsus dicendi, & procul ab eo soli Deo adhærendi; exiliebat enim præ gaudio, quoties bumili illo vestium genere sese indutam cernebat. Regulare quoddam Institutum amplecti profectò volebat, sed quò se verteret dubia, Deum in oratione consuluit, à quo interiùs edocta Monasterium ingredi se velle respondit Dominicæ Passioni consecratum.

Revelatio de nostro Habitu induẽdo

Quocirca Monialem quandam Tertij Ordinis nostri in Ecclesiâ S. Hieronymi respiciens, incensam protinus se sensit non mediocri desiderio sacrum illius Habitum induendi, quẽ utpore nigrum Dominicæ Passioni consecratum putabat. Verùm Patrinum, ejusque Coniugem consilium hoc improbantes advertens præ libertate Monialibus illis congruente huc, & illuc per alienas Domos circumcursandi, ibique Defunctorum corpora induendi, Sanctissimæ Virginis opem de more implorans hæc sibi præ cordis dulcedine à sensibus in Deum abstracta Virginem ipsam, quæ Habitu nigro induta conspiciendam ei se dedit dicentem audivit: *Ne timeas Filia, Habitum hunc indues, & Monialium illarum consortio adscriberis, animo nunquam despondeas ob adversa quaecunque tibi subire necesse erit; est enim Habitus Dominicæ Passionis. Felices animæ, quibus hunc deferre licet speciali erga Filium meum amore, ac reverentiâ, præstò semper illis sum, nec nisi deferar illas deferam, sed ab eodem Filio beatitudine æternâ coronabuntur.* His dictis è Puellæ oculis evanuit Deipara; Puella verò in oratione perseveravit eâ cordis dulcedine, & animi sui demissione, ut su prorsus indignam haberet, cui ulteriùs regendæ terra subesset, qui planè affectus non spurils, sed germanis solummodo cœlestibus visionibus congruunt. Sabbatho quodam tandem orationi de more addicta à Patrini

Coniugu intellexit, quòd Monialibus Tertij
A Ordinis nostri adscribendam illam curasset, ex quo id ei in reliquis Monasterijs sortiri non licuerat. Quibus acceptis Elisabeth temperare sibi non potuit à lachrymis præ singulari cordis voluptate; verùm ut duas ex illis Monialibus nostris Domi suæ vidit Patrinus, quæ ab ejus Uxore eò vocatæ advenerant, ut de recipiendâ Puellâ agerent, id nullatenus probavit, uti mox dictum, quantumlibet Moniales illæ ser ò pollicerentur, quòd Elisabeth è Domo Monialium nunquam evasisset, nisi Ecclesiam aditurа, ut Sacris ibidem interesset, & Sacramentis reficeretur. Quoniam verò annuere adhuc noluit Patrinus, Altissimus Puellæ precibus victus Monialium
B illarum consortium enixè petentis è medio tulit Patrinum, quo tamen defuncto graviora successere Puellæ incommoda. Coniux enim Patrini ipsam quotidie affligebat, ac vehementer urgebat, ut Regularis Instituti consilio posthabito seculi nuptijs adhæreret, minas etiam intentando, & studium omne adhibendo, ut domesticis jugiter distenta negocijs consuetis orationibus vacare non posset, vel Ecclesiam ad Sacramenta percipienda adire.

In domo Monialiũ recipi petit resistẽte Patrino, quo tãdẽ mortuo ejus Uxor resistit.

Tot inter angustias non mediocre solatium à P. Joanne S. Mariæ Gratiarũ ei accedebat, quem ipsa tum Domi, tum in Ecclesiâ consulere liberè poterat, Coniux enim Patrini sibi suaserat, quòd ille Puellulam avocare studeret à Religiosæ vitæ instituto, revera tamen
C oppositum omninò præstabat. Pluribus iterum ipsam in Matrimonium petentibus, & varia studia ad hoc assequendum adhibentibus, invictâ semper constantiâ obstitit, non sine gravi discrimine, præsertim verò postquam vidna prædicta gradum ad secundas nuptias fecit cum altero è Fratribus Mercatoris cujusdam, qui deperibat Elisabeth, tunc enim Domum Puellæ liberè adiens, ex quo Frater ejus ibi degebat, vehementiùs ipsam urgebat, & quamvis ipsa latere studeret, repente tamen obvium sibi illum habuit, qui solus cum ipsa ejus pudicitiæ insidiari non verebatur. Verùm Puellæ Deus non defuit, oculis enim erga B. Virginis Imaginem elatis, seipsâ superior, improbum adolescentem
D obiurgare sic cœpit: *Imaginem illam intuére, unde tibi verendum.* Quæ cùm diceret Elisabeth, eo terrore correptus adolescens fuit, ut inde recedere coactus omninò fuerit, eâque ratione Puella præsens discrimen evasit. Nõdum verò angustiis modus, recens enim susceptricis Coniux Puellam veluti fastidiens ip sam passim increpabat, importunè secum agebat, eamque ab ipsâ servitutem exigebat, ut valde deterrita generali quodque totius corporis tremore commoveretur; Christi verò sponsa intelligens totum hoc esse Dæmonis opus, ut ipsam præcipitem daret, eòque adigeret, ut Sponsum Jesum abdicaret, invictâ de more constantiâ ejusdem semper artes elusit.

Ad nuptias alliccre tentant domestici.

Adolescentem declinat insidias honestati molientem.

elusit. Itaque Divino roborata præsidio, specie quidem Germanam quandam suam ægrotantem invisendi, Moniales nostras adivit, ibique earum Præfectæ genuflexa, & lachrymis obortis præsentes narravit angustias, ipsamque proinde rogavit, ut in earum consortio eam reciperet. Quibus commota Præfecta se illi quamprimùm præstò fore pollicita eam dimisit. Hæc verò, postquam Germanam inviserat, Domũ repetens Susceptricẽ invenit summo mœrore affectam, quòd Servita quidam, qui Monialibus à Confessionibus erat, susceptrici mandaverat, quòd Elisabeth statim ac Domum rediisset, nullâ interpositâ morâ Monialium Domum adeundam esse curaret. Quò verò tristior Susceptrix, eò lætior erat Puella, quæ proinde ad Monialium ædes statim convolavit, quò tamen paulò post adiens Susceptrix operam omnem impendere non dubitavit, ut ipsam inde ad propria diverteret, quæ proinde Susceptricis conatûs eludere volens diù delituit, & ita voti compos effecta hujusmodi discrimen evasit.

In Domo Monialium recipitur.

Ita verò à sæculi curis, & domesticis molestiis soluta, Patris Joannis Hieronymi Falger Servitæ Monialium illarum Confessarij directioni libenti animo subiecta, quem Virum sugi præclaris animi dotibus ornatum, & sanctitatis opinione celebrem maximè venerabatur, cujus ope Monialium Domum subletrat, uti mox diximus, plurimùm in excolendis virtutibus, potissimùm verò in Dei dilectione profecit. Ipse enim è frequentibus colloquijs cum Sorore nostrâ habitis, & ex ijs, quæ ab alterâ Sorore Catharina Deo patitei maximè acceptâ, quid circa Sororem nostram contingeret diligenter advertente didicerat, intelligere facilè potuit, quanam ratione ipsa sibi dirigenda foret. Itaque orationi simul, & mortificationi, ac virtutibus omnibus excolendis, præsertim verò humilitati, suique contemptui Confessario probante vacabat, quod pariter probans Altissimus ipsam persæpe à sensibus abstractam, sibique arctiùs adhærentem, in se quodammodo transformabat; quod ei noctè quadam ita contigit, ut B. Virginis Psalterium recitandum aggressa, cũ dolorosa mysteria contemplanda suscepisset, ad sequentem usque diem extra se rapta psalterium prosequi minimè potuerit. Cùm autem Confessarius ipsam mortificare satageret, quæcunque sibi peragenda ille decrevisset, quantumlibet sensui ardua, hilari, & prompto animo obibat, ut Deo magis placeret, qui contra cœlestibus superfusam delicijs, coram frequenti populo in Ecclesiâ quàm sæpissimè à sensibus abstrahens haud mediocriter affligebat, quippe quæ præ magnâ sui humilitate nemini prorsus compertâ fuisse exoptasset specialia hæc Dei munera. Vix enim Deo animum adijcere solebat, cùm illicò raperetur, & in extasim ageretur, quâ de re Confessarius aliquando Sacram Eucharistiam eidem stanti ministravit, ut ipsam à raptu diverteret, sed frustra, diuturnam enim eo temporis extasim subijt, ita ut Soror prædicta Catharina id præstare studuerit, quòd saltem innixa maneret. Aliàs quoque in Festo omnium Sanctorum, postquam in Deum rapta diù permanserat factâ Communione refecta, sibi planè restituta Sacro interfuit in Ecclesiâ Servorum, verùm juxta quoddam Altare provoluta, ubi plures erant Sanctorum Reliquiæ, gloriam eorundem Sanctorum secum ipsa reputans, eorum verò potissimùm, quibus addicta maximè erat, extasim passa fuit ad vesperam usque jugi tenore perseverantem, adeò sensuum usu destituta, ut omnino mortua haberetur ab omnibus, qui plura ad ipsam excitandam incassum adhibita adverterunt remedia; statim verò ac Confessarius speciali quadam illustratione obedientiæ præcepto ipsam vocavit, sibi planè restituta, eâdem obedientiâ cogente Confessario significavit, quòd à mortuis revocata sibi esse videretur; cæterùm corde humilis, summâ animi tranquillitate donata, sæculi rebus intelligendis inepta, tantâ mentis puritate prædita, ut se nuper in lucem editam haberet, ab omni protsus actualis culpæ labe immunem, eâque mentis puritate octo dies continuos transegit, adeò in Deum jugiter abstracta, ut ea vix adverteret, & mente retineret, quæ ei dicerent astantes. Aliquando pariter Confessario testata fuit, se corde destitutam sibi videri, in voces erumpere non posse; cor tra verò ab ijs, quæ nuper conspexerat, avertere mentem non posse, quæ tamen captu quæcunque superiora, neque verbis exprimenda cum Apostolo dicebat, scripto potiùs exaranda se suscepturam pollicita, quod tamen humilitate summâ ob sistente non præstitit, sed vix aliquid scripsit obedientiâ ipsâ urgente.

Plures patitur extases.

Gratias sibi à Deo collatas scribit.

Post hæc Domino jucunda de more tristibus miscente Elisabeth gravi detenta infirmitate, & penè proximè moritura Tertij Ordinis nostri Habitum, quem non adhuc induerat, enixè petijt; obsistentibus verò Monialibus, cùm ipsis ad Habitum alias recipiendi minimè liceret, reponere nõ verebatur, quòd statim ac Habitum illum induisset, evasisset incolumis. Minimi sanè ponderis apud Moniales habebantur hæc omnia, quod, ut diximus, copia ipsis non suppetebat ad Habitum recipiendi; verùm fortè eo temporis Venetias appetens Ordinis nostri Prior Generalis famâ commotus, quæ de Elisabeth sanctitate percrebuerat, ipsam invisit, quæ illicò non sine magnâ omnium admiratione, elato capite, & singulari alacritate, quæ cæteroqui morti proxima videbatur, sacrum ab ipso petijt Habitum, iterum testata, se incolumem evasuram statim ac illum induisset. Insuetam illam penè morientis Puellæ alacritatem Generalis advertens Dei consilium esse protinus intellexit, & Monialibus resistentibus speciali lumine præditus sese opposuit expendendum illis objiciens eximium desiderium

Gravi laborat infirmitate.

Petit Habitũ Tertij Ordinis nostri.

rium ipsum induendi, quo penè moriens Puella tenebatur; subinde verò Præfectam ipsam Monialium Habitu exuens, cui sufficere alium poterat, eodem induit Puellam, quæ ineffabili pietate, & animi sui gaudio ipsum suscepit è Generalis ejusdem manibus, qui benedictione ei juxta votum collatâ recessit. Mirabile dictu! Insequente mane è lecto surrexit incolumis, & quamvis curata adhuc non essent vesicatoria, quibus non amplius cruciabatur, obstupescentibus omnibus, qui pridie ipsam penè morientem perspexerant, Ecclesiam liberè petijt. Etsi verò Monialium Præfecta huic voto Puellæ, cùm adhuc in extremo vitæ discrimine constituta videbatur, annuisse crederetur, nihilominus incolumem cernens assensum præbere renuebat, quòd Habitum palàm omnibus deferret, ex eo mota, quòd in Domo Monialium alia adhuc adolescentula induenda adesset, neque decere videretur, quòd una potiùs, quàm altera Habitum gestaret, idcirco Generalem Ordinis in Conventu Judaicæ tunc degentem unà cum Elisabeth adiit enixè petens, ut eidem interdiceret Habitum palàm deferre. Generalis autem mirabilem Puellæ sanationem Præfectæ Monialium perpendendam opponens, ipsam acriter obiurgavit, & iterum Puellæ concessit ipsum pro libito gestare.

Eodem Habitu induitur & statim sanatur.

Aliquantulum profectò promissis stetere Moniales, quòd scilicet Sponsa Christi non evasisset è Domo, nisi Ecclesiam aditura, ut & Missæ interesset, & Sacramenta perciperet; verùm petentibus illis, quòd & ipsa secum ad corpora Defunctorum induenda procederet, morem utique gerebat, sed non mediocri animi sui perturbatione, vix enim aliquid peragendum aggressa extasim subibat, & actioni cuique complendæ inepta fiebat. Confessarius, apud quem Elisabeth Moniales traduxerant, utique puniendam tanquam criminis ream, & admonendam, ut muneris sui partes diligenter expleret, ijs mandavit, quòd è Domo ad prædicta obeunda Sponsam Christi deinceps nequaquam educerent, utpote illi nullatenus consentanea, illæ tamen morem ei gerere noluerunt dicentes, quòd æquè ipsa, ac aliæ eadem præstare deberet. Mox associantibus Defuncti cujusdam cadaver Monialibus Elisabeth unà cum illis procedens coram Populo in mediâ viâ extra se adeò rapta permansit, ut loco moveri nonnisi ægerrimè potuerit, donec in proximam Domum introducta fuit, eoque pacto immobilis constitit, quandiù reliquæ Moniales actione completâ rediere, cum quibus & ipsa Domum reversa, iterum apud Confessarium, tanquam inepta, & negligens traducta ab ijsdem fuit, quæ ab illo rem propositam altiùs assequente, quam ipsæ assequi non poterant, acerrimè obiurgatæ ad prædicta munia obeunda Sponsam Christi non ampliùs in posterum duxere. Interim Viri cuiusdam nobilis studio, qui Puellam nostram Integro nostro

Ad corpora Defunctorũ induẽda ducitur, & extases passa prohibetur iterũ duci.

Habitu nondum solemniter Indutam ad præ-
A fata charitatis erga Defunctos opera exercenda minimè probabat, utpote venustam, & elegantem, Monialibus tandem aliquando licuit sacro Tertij Ordinis Habitu Sponsam Christi solemniter induere, quod Mense Decembri anno Domini . . . Feriâ quartâ in Ecclesiâ Servorum de Venetijs ad Aram B. Virginis completum solemni pompâ plaudentibus Organis fuit, crinibus illi detonsis, & nomine Sororis Andrianæ imposito, frequenti populo inspectante; quæ cùm vidisset Susceptrix, vidisset & Mercator ille, qui eam deperiens, quòcunque ipsa adiret, sequebatur, ambo spe suâ exciderunt, Puellam videlicet ad nuptias divertendi, hoc tamen discrimine, quòd illa lachrymis abortis animi sensus
B aperiebat, iste verò virili pectore Hostiam hanc Altissimo offerebat, quam non alteri Sponso, quam Jesu Christo se cedere gratulabatur.

Induitur Habitu Tertij Ordin. solemniter.

Itaque Tertij Ordinis Habitu solemniter induta Sponso Jesu arctiùs adhærere contendens virtutibus omnibus vacare summo studio satagebat, quibus vel ab infantiâ semper aliàs vacaverat, ut earundem ornamentis instructa ei magis placere, & conformari deinceps posset. Primùm ergo paupertatem summopere coluit, verum & proprium Servorũ Dei thesaurum ipsam appellans, & speciali dilectione prosequens, utpote sponso suo cœlesti acceptissimam, eique cum in terris ageret, quammaximè familiarem. His animi
C sensibus universam supellectilem cæteroqui Monialibus illis congruentem, eamque elegantem, & copiosam è cellâ suâ amovendam curavit, & quamvis verecundiâ præstaret, Divino spiritu intus agente longè alacrior facta ex se Judæo cuidam obtulit emendam, sibi maximè complacens in summâ illa paupertate, necnon in acri reprehensione, quâ Monialium Præfecta ipsam urgere non dubitavit, statim ac alienationem hanc rei familiaris aspexit, quam alias nonnisi probante Confessario compleverat; Ætate verò proficiens, desiderio quoque proficiebat virtutis hujus magis, ac magis in dies colendæ, hinc exiliebat præ gaudio, cùm Buranum profecta, ut ibi Monasterium Ordinis nostri Moniali-
D bus à fundamentis excitaret, uti deinceps dicemus, dirutum adeò locum advenit, ut ubi pes Monialium requiescere posset, vix deprehenderet, angustam enim ædiculam ferè sub dio incolere cogebantur Moniales aeris inclementiæ diù, noctuque expositæ, ibique munia quæque tum spiritualia, tum corporalia obire, in quo rerum discrimine singulæ quidem graviora, quàm exprimi liceat, incommoda æquo animo ferebant, hilari tamen Sponsa Christi eadem superabat, de reliquis valdè solicita, sibi verò nullatenus consulens. Indesinenter ergo quandiù vixit paupertatis studiosissima fuit, eamque colendam & alijs summopere curavit regularem vitam

Paupertas.

pro-

professis, edocta enim probè fuerat ab ipso Domino, cùm aliquando orationi vacaret, E quòd superflua quæque in ijs detestatur maximè Deus, qui solemni voto paupertatem spopondere. Non modò verò Paupertatem sitibat, & rebus omnibus corpori necessarijs destitui, verùm etiam cœlestibus delicijs, quibus interiùs ex immensâ Dei benignitate affluere jugiter solebat, addicta minimè erat, quin potiùs ipsis carere cupiebat, soli Deo adhærere contenta, qui tamen contra uberioribus ipsam superfundebat delicijs, à sensibus abstractam in magnâ Populi frequentiâ diù sæpissimè detinens, maximè verò postquam Divinæ Mensæ accubuerat, & quoties Missæ intererat.

Præclara quoque obedientiæ exhibuit specimina vix Habitum Tertij Ordinis induta, F juxta prudentis Confessarij superiùs memorati leges, qui multipliciter, & quidem in rebus arduis virtutem ejus probavit. Curam in primis ei tradidit infirmæ cujusdam nomine Coroeliæ in Domo Monialium degentis, quæ adeò exhausta viribus erat, ut alimento proprijs manibus sumendo quandoque impar Andrianæ ope indigeret, quæ revera tum quoad hoc, tum quoad alia præstò illi omnibus erat. Prætereà Sorori nostræ præcepit, ut ægrotanti prædictæ præsens jugiter foret, ideóque Ecclesiam non peteret, & Divino pabulo fraudaretur, cujus desiderio mirificè tenebatur; cui planè ex animo obtemperans varia religionis opera, quæ in Ecclesiâ obijsset, ægrotanti ministrando supplere satagebat, sta- *Obedientia.* G timque innotuit quàm accepta Deo foret Sororis nostræ obedientia; cùm enim recens ovum igni coquendum genibus flexa curaret, & animo repetens se tunc obedientiæ opus exercere, sibíque, suísque votis non satisfacere, summo perfusa gaudio laudes Deo dicebat, & plurimas gratias agebat, quod sibi complere vota sua non liceret; subinde verò à sensibus in Deum abstracta corruit, pronâ quidem facie super fulmentum focarium, dextera verò super prunas accensas, quin tamen vel minimùm aduretur, etsi diutius ita permansisset immobilis, non sine ingenti Sororum admiratione, quæ Domum ex Ecclesiâ repetentes in eo situ ipsam adinvenere. Ad hæc ipsamet infirma præter consuetudinem H per idem temporis spatium placido sopore correpta omninò quievit, quæ cæteroqui nequidem noctu somno vacare poterat, quæ tamen Sponsam Christi super prunas, uti diximus, videns perturbata vehementer fuit, quippe quæ verebatur, ne grave aliquod præjudicium ei ex igne accessisset, pluries quidem eam (quod ei familiare erat, quemadmodum superius diximus) excitare contendit, sed frustra, sibi tandem restituta Andriana, & prorsus incolumis, ovum opportunè coctum accepit, & infirmæ ministravit, quæ pariter nihil incommodi subiit, licèt intempestivè ministratum illi fuisset; quibus profectò mirabilibus testatum voluit Deus, quàm accepta sibi fuerit Sororis nostræ obedientia. Aliàs eidem petenti Sacram Eucharistiam, quâ cum reficeretur pluribus affluere solebat delicijs, polliceri quidem videbatur Confessarius, ideóque ipsam monebat, ut adhuc in Ecclesiâ moraretur; verùm serò nimis eò rediens, & Andrianæ votum dissimulans, eam dimittere non dubitabat, quòd importunum foret ibidem ulterius morari. Aliàs etiam S. Communionem poscenti respondebat id sanè fieri posse, interim tamen præcipiebat, quòd Domum repetens duo sorberet ova recentia, mox ad Ecclesiam rediret Angelorum pane reficienda; ipsa contra adamussim obtemperabat, quamvis præ stomachi nauseâ eadem ova, non sine gravi incommodo evomere cogeretur, & Soror altera ipsi Socia, utpote hujusmodi vitæ tenoris ignara, ipsam potiùs subsannaret, & varijs probris afficeret, plurimi enim obedientiæ virtutem faciebat, & in eâ sibi placebat. Aliàs adhuc eidem in Ecclesiâ Servorum existenti baculum tradidit Scopæ adnexum, eíque præcepit, quòd actû scopendi per aerem jugiter exercens Domum repeteret, quæ planè non mediocriter inde distabat, quod famula Dei hilari animo præstitit. Prætereà quoties extra se raptam obedientiæ virtute præmissâ Confessarius vocabat eíque imperabat, ut illico ex Ecclesiâ recedens Domum repeteret, ibíque operibus manuum vacaret, ipsa celerrimè morem gerebat, & clausis oculis, utpote adhuc in Deum elata, quæcunque sibi proposita exactè complebat non sine ingenti Monialium, ejusdemque Confessarij admiratione, qui hujusmodi opera, eáque difficilia feliciter exequentem conspexit. Promptam hanc Sororis nostræ obedientiam expertæ quoque fuere Moniales, cùm ipsam gravi infirmitate laborantem advertentes, & veritæ ne præ diuturnitate raptûs, quem patiebatur, in Deum cæteroqui magnâ animi sui voluptate elata, grave subiret incommodum, obedientiæ virtute ipsam excitare decreverunt, quâ voce acceptâ protinus sibi restituta, suísque sensibus fuit. Virtutis hujus excolendæ studio sociæ quoque morem in omnibus gerebat, quæ juxta Confessarij leges pessimè secum agebat, ipsam passim increpabat, importunè ejiciebat, & aliquid plerunque in faciem ejus projicere solebat, quæ quidem omnia gaudens, & Deum laudans devorabat. Cùm aliquando infirmæ prædictæ præsens juxta obedientiæ leges operibus manuum vacaret, mente Jesu Christo adhærens ipsum inter ulnas parvulum se gestare putabat, ideóque quomodo propositum opus complere posset, ignorabat, unum illud advertens, quod curæ sibi erat quoad opera ipsa, & infirmæ assistentiam obedientiam exercere. Vix autem hoc voto concepto parvulum Jesum pulvinari, quo ad opera manuum utebatur, superpositum vidit, & inter ulnas accepit. Ipso autem temporis articulo

ab

ab ægrotante vocata, obedientiæ memor ilIicò fuimet penitus immemor pulvinar deposuit, & parvulum, ut ægrotanti præstò foret, cui cùm fatis superque fecisset, eò, unde discesserat, rediens puerum utique vidit, sed humi provoluta, ut & pulvinar apprehenderet, & Sanctissimos ejus pedes oscularetur, ipsum evanuisse advertit, quamobrem obortis lachrymis pronâ facie veniam à Domino humillimè postulabat, quasi ægrotantem ipsi præferens errasset. Verùm conceptum animo servans mixtum dolori gaudium, à sensibus in Deum abstracta intellexit acceptam maximè Parvulo Jesu fuisse obedientiam, quam circa ægrotantem obierat, ac propterea Parvulum eundem iterum ipsi se conspiciendum dedisse, quippe quæ, ut Jesu placeret in exercendâ obedientiâ, deliciis carere maluit, quibus in ejus amplexu fruebatur; piura quoque intellexit vitæ sanctiùs instituendæ accommodata, eâque ratione extra se rapta ad vesperam usque permansit, quinetiam per integrum Mensem cœlestibus hisce perfusa deliciis adeò de se demissè sentiebat, ut de more se prorsus indignam haberet, cui regendæ terra subesset, aliunde verò adeò fide præstabat, & charitate in Deum, ut incomprehensibilem ejus bonitatem indesinenter animo reputans, se paratissimam ad gravia quæcunque subeunda restareret, & eximio mentis ardore in hæc frequenter erumperet: *Deus meus, Domine meus, summum bonum meum, perfectus amor meus. Quidni Te diligere mihi liceat juxta animi mei votum? ratum planè habeo, mi Domine, quòd si mihi præciperes æterna pati supplicia, ut Tibi placerem, nil mihi foret jucundius, quàm iisdem damnari, ex eo dumtaxat, quòd me Tibi placere intelligerem.*

Confessario præcipienti, quòd parvulum Catum apud se haberet, quocum aliquandiu ludere posset, eâque ratione ab assiduo orandi studio distrahi, quod ipsi noxium existimarent Medici, cui proinde neque per dimidium horæ vacare licebat, humillimè obtemperans, sibi æquè consultum, ac se æquè felicem putabat ob parvuli illius Cati custodiam, ac si orandi studio indulgeret. Insuper eidem præcipienti, quòd Psalmos recitaret, & ardenti spiritui, quo rapi solebat, vim maximè inferret, humillimè obedire summoperè studuit, psalmos huc, & illuc incedens recitabat, obedientiæ semper animo addicta. Aliquando verò matutinas horas persolvens vim sibi jugi tenore inferebat, sed cùm Laudes recitans resistendo spiritui se imparem esse cognosceret, candelulam accensam præ manibus accepit sibi suadens, quòd si fortè obedientiæ jussa præteriret, cerâ per manus defluente adureretùr, ideòque ab extasi soluta obedire feliciter potuisset. Hoc itaque consilio psalmum quendam persolvere cœpit mente in Deum elata, cùm autem hæc ore pronunciaret, *Benedictus sis mi Jesu*: Tanta vocis hujus fuit vis, ut resistendo impar An-

Obedientia.

A driana nil aliud proferre valuerit, sed cera candelulæ per digitos defluens, & manum, Mantili quoque Altaris, cui innixa manus erat, adeò adhæsit, ut omnium opinione incensa manus, incensum mantile deprehensum utrunque fuerit penitus illæsum, quineria nullum, vel minimum adustionis pareret indicium. Aliàs etiam ex obedientiâ oratione posthabitâ rei coquinariæ addicta ignem insufflando excitare satagens, cùm se id ex obedientiâ facere perpenderet in extasin rapta præ nimiâ cordis dulcedine syphoni Follis oculum innixa, quin hoc adverteret, evidenti facultatis videndi discrimine diù immota permanserat, sed absque ullâ, vel minimâ oculi læsione. Quæ Confessario fortè dixerat se credere corde destitutam, adeòque sibi maB ximè in votis esse de huius seculi rebus, nec quidquam ullatenus loqui, nec ipsas videre, Confessario abnuenti, & oppositum imperanti alacri animo obtemperavit, loqui sanè nitebatur, quin tamen intelligeret quid diceret, quemadmodum scripto testatus deinde fuit idemmet Confessarius, qui tanquam ratum habebat, quòd verè cordis expers per octo dies continuos, à Feriâ sextâ nimirùm, quâ post Confessionem sacramentalem præceptum loquendi mox dictum exceperat, ad proximè sequentem Feriam alteram sextam perseveravit; statim enim ac præceptum illud excepit, Dominum reperens circa meridiem Deiparam de more flexis genibus veneratura, cor sibi impetu adeò vehementi vulnerarum C sensit, ut ad vesperam usque veluti mortua permanserit, cujus rei causam non assequutæ Sorores lecto ipsam imposuere, ubi vespere incumbente sibi restituta, sèque vulneratam in corde sentiens ad Dominum conversa affata fic est: *Amantissime Iesu Sponse meus, quomodo se habet hoc meum cor, non amplius meum, heu mihi! Amor meus, superesse diu non valeo, nisi tuo roborata maximè præsidio.* Quibus dictis hæc interius accepit: *Filia mea oblita ne es, quòd jampridem Crucem in corde tuo petieris? hodie ergo insignis hujus gratiæ particeps es, ac propterea vulnus hoc, & dolorem in corde patieris.* Catenam ferream, quam ad latera indesinenter arctissimè cinctam gerebat, præ temporis diuturnitate carni ipsimet insertam D ex obedientiâ exuere jussa, quia Confessario id præcipienti se propterea exequi præceptum non posse respondit, morem eidem gerens ab oratione ideo diutiùs protractâ minimè cessavit, donec sibi satis, & Confessarij votis factum cognovit, quamvis amore patiendi vehementer incensa, si sibi integrum fuisset, catenam nunquam exuisset. Quadam enim nocte postquam orationi diù vacaverat, deinde verò super nudos asseres aliquantulum somno indulserat, evigilans solutam vidit catenam, cujus altera pars ab ipsis asseribus pendebat, quam deinceps nonnisi probante Confessario aliquoties adhibuit.

Vulneratur in corde.

Obedientia.

In Monasterio D. Hieronymi, ubi degunt

Moniales Ordinis S. Augustini, prout infra dicemus, recepta, quin tamen Tertii Ordinis nostri Habitum exueret, & alienum indueret, exilire præ gaudio cœpit, ubi Monasterii illius Præfecta ei seriò præcepit, quòd unà cum Monialibus Divinum in Choro persolveret Officium; ipsa quidem pudore afficiebatur, quæ præ summâ animi sui demissione tanto se indignam habebat honore; verùm animo secum reputans obedientiæ pretium, quam ita se exercere intelligebat, alacrissimmè, & hilaris demandatum sibi opus exequebatur. Ibidem adhuc enixè petens ab Abbatissâ, quòd sibi æquè, ac suis Monialibus munus aliquod ex obedientiâ complendum demandaret, postquam eidem Abbatissæ obtemperans quoad hanc orationem non mediocri mentis ardore produxerat, id assecuta fuit, ut ex obedientiâ bis in hebdomadâ Sacram Eucharistiam perciperet, semel quidem pro Sororibus ibidem defunctis, iterum verò pro superstitibus, ut in Dei gratiâ proficerent. Obedientiæ voce acceptâ demisso capite obmutuit, séque ad id muneris exequendum paratissimam exhibuit, quod acceptissimum Deo fuisse sequens comprobavit eventus. Divino pabulo vix refecta vehementer incensâ se sensit desiderio orandi pro animabus Defunctorum in Purgatorio detentis, séque ad id præstandum parat summam exhibens hæc sibi dicta interius accepit: *Famus, & veni Sponsa mea, anima mea*, quibus hæc statim ipsa reposuisse sibi visa fuit: *Ecce venio Sponsus meus*, indeque Spiritu in Deum erecta Dominum sibi à dextris habere videbatur, & Angelum Tutelarem a sinistris, quorum neuter quidem ipsam tangebat, sibi tamen ex utroque robur accedere sentiebat. Refectorium, ubi Moniales adessent, Domino, & Angelo Ducibus subiisse per januam quamdam sibi penitus ignotam videbatur, ibi verò intellexit oscitantiam quarundam sororum, cùm adhuc in terris agerent, quoad aliqua ibidem juxta Regularia instituta servanda, & pœnas, quas proinde in Purgatorio luere tenebantur, quibus commota Andriana Dominum enixè rogabat, ut ipsâ die saltem, quâ S. Eucharistiam pro illis percipiebat, haud mediocre refrigerium experirentur, tum verò longè meliùs intellexit acceptissimum Deo illud obedientiæ opus fuisse, ac de ipso Abbatissam à Domino præmonitam, idemque in eo, quod Domino libuerat, sibi maximè complacuit. Cùm habenda solemniter esset Clausuræ, de quâ inferiùs, in Monasterio Butani instituendæ, actio, & universa ad hoc necessaria in promptu forent, adeò tibijs intumuit Andriana, ut loco se movere nullatenus posset; verùm Confessario, qui probè norat vix quidquam in actione illâ solemni absque Sororis nostræ operâ perfici posse, ipsam monente se maximè in Domino confidere, quòd & in re propositâ obedientiam præstitisset, vix hac voce *obedientiæ* perceptâ, remotis omninò impedimentis liberè incessit, & quidquid opus fuerat complevit. Obedientiam tandem adeò dilexit, ut ipsi semper in corde, semper in ore esset; Sororibus suis illam summopere commendabat, séque, & illas obedientiæ spiritûs addictas maximè esse volebat, se obedientibus præstò futuram, ac debitas ijs pœnas subituram pollicebatur, secus autem pro inobedientibus sentiebat, Deum jugiter precabatur, quòd eximiâ obedientiæ virtute se exornaret, sibique liceret speciali obedientiæ præcepto in articulo mortis iterum imposito ex hac luce migrare.

Extases

E

Quo autem studio Virginitatem corporis, & animi puritatem coleret, ex eo satis abundè conijcere nobis licet, quòd adhuc puellula Patrinis, & pluribus Amasijs in faciem resistere nequaquam erubuit, qui lapidem omnem, sicuti diximus, moverunt, ut eam à religiosæ vitæ consilio diverterent, & ad seculi nuptias distraherent, séque Deo, ac Deiparæ commendans, summis precibus postulaverat, ut eam sibi in sponsam acciperet Jesus Cruci affixus, quæ non alium ab ipso sibi Sponsum elegerat, nec alium sibi adhærentem volebat, quòd operam omnem contulerit, quemadmodum diximus, ut à seculo prorsus avulsa, Monastico Instituto addicta, omnibus ignota vitam intra Claustra duceret; quod Adolescentis improbi conatus, uti pariter diximus, se ipsâ verè superior eluserit, neque mediocriter afflixerit.

F *Castitas*

Pari mentis ardore ab ineunte quoque ætate carnem in servitutem redigere contendit, quæ planè puritati non mediocriter obesse solet, frequens enim adhuc Puellula servabat jejunium, quin etiam adhuc infans certis quibusdam diebus per singulas hebdomadas à lacte Genitricis abstinere consueverat, uti superius est dictum. Hinc minimè mirum, quòd cùm in Monasterio S. Hieronymi degeret, vix aliquot panis frustula certis diebus sumeret, & modicam vini portionem hauriret, paucis oleribus contenta, quæ singulis diebus parare illi solebat pluribus annis P. M. Fulgentius Serenissimæ Reipublicæ Theologus; Dominicis verò diebus recens ovum comederet obedientiâ cogente, ferijs autem quartis, & sextis, necnon Sabbatho aquam solummodo ad panem adhiberet, quin etiam eò abstinentiæ processit, ut semel tantùm in die post meridiem vix aliquid etiam insulsum degustaret. Insuper mirari satis non poterat, quomodo tanta panis copia Monialibus S. Hieronymi, quibuscum eò temporis agebat; quæ cæteroqui earum indigentiæ par erat, quam proinde ejus Socia Juliana reprehendit, quatenus omnes æquè ac ipsa, quæ vix alimentum sumere norat, nutrimento indigerent, & adeò à cibis abstinere perpetuò consuevit, ut nauseabundus ipsos plerunque, quos sumpserat, evomeret stomachus, neque prosperâ uteretur valetudine, quæ cæteroqui de corpore nihil solicita, dummodo spiritus Deo suo adhære-

G *Macerationes corporis*

H

hæreret, in ejusdem infirmitatibus, & macerationibus hilari semper facie gloriabatur. Prætereà super nudos asseres, qui vix ipsam caperent, semper cubabat, quamvis lectum stragulis, & linteaminibus instructum in cellolà suà Monialium Tertij Ordinis nostri de more teneret, ne incommodum illud cubandi genus unicuique pateret, quæ tamen nonnisi obedientiæ impulsu, cùm ægrotaret, in le cto præfato decumbere soleret. Quoad hoc verò sciendum est, quòd è Medicorum consilio de hujusmodi austeritate vitæ remittere aliquantulum coacta culcitræ stramentitiæ incumbere cœpit, sed morbi vis adeò increvit, ut amovenda à Medicis culcitra illi fuerit, cui insusitatam illam morbi vehementiam acceptam referebant. Lineum indusium nunquam adhibuit, quandiu saltem regularem vitam professa fuit, sed pannum album superponere nudis carnibus solebat; nudis pedibus semper incessit (quæ quidem omnia, & alia deinceps dicenda Famula Dei præstitit, cùm Regulari Instituto sese addixit) multiplicis texturæ cilicijs carnem domabat, ac plures annos ferreà quadam, eàque gravi catenà sibi latera præcinxit, quam tamen infertam carni nonnisi divinitùs exuere potuit, uti superius diximus. Ferreis pariter catenis seipsam persæpe, atque diutiùs cædebat, barbaram interim Christi Domini flagellationem eà animi attentione recolens, ut & in uberes lachrymas solveretur, & à sensibus abstracta diù permaneret. Solo semper genuflexa incumbebat, sive orationi vacaret, sive alimentum sumeret; ubi verò aliquid sibi faciendum ope manuum foret in utilitatem proximi, tunc planè sedebat, situ tamen quàmmaxime incommodo, quoad ei licebat, quippe quæ perpetuum corpori bellum indixerat, quod semper indomitum equum dicebat, ipsumque proinde indesinenter affligere studebat, eàque ratione spiritui subjicere, quo deinde factum est, ut Divinæ gratiæ muneribus, & cœlestibus delicijs affluens, terrena quæque fastidiret, quoimmo ea quoque negligeret, & prorsus oblivisceretur, quæ cæteroqui corpori suo necessaria essent, alienæ proinde opis indiga, quamobtem Sororem quandam designavit Confessarius, quæ curam ejus ageret, ac si infantula foret.

Hujusmodi corporis afflictationibus alia adhuc accedebant mortificationum genera, in quibus ipsa sibi maximè complacebat. Primùm sanè singula exactissimè præstabat superius recensita, ubi de obedientiâ, quæ Confessarios ad ejus virtutem probandam ab ipsâ exercenda curabat, ita enim Astantium ludibrio exposita non mediocrem sensibus molestiam ingerere cogebatur. Quod autem longè graviùs ipsi videbatur, orationi vacare, Angelorum pane refici coram alijs Monialibus Divino eodem pabulo refectis quandoque prohibebatur, quippequæ extasim subire cōsueverat, sol que Deo arctiùs, quàm fieri pos-

Mortificationis studium.

A set, adhærere. Ipsa verò sibi semper constans, tum se, tum alias Moniales confortare nitebatur, ut Divino placito se conformarent, si quando cœlesti hoc pane ipsæ destituerentur, hæc enim conformitas vera Domini communio est nobis habenda, & generatim naturæ indole mitis iræ motibus corripi minimè solebat, quin etiam alios ira correptos advertens suavi quadam ratione lenire studebat, & ut Divinæ voluntati se conformare assuescerent, suadere. Quæ cùm ita sint, minimè mirandum, quòd voluptate illâ ultro destitui voluerit, quâ in Musicis instrumentis pulsandis perfundebatur, voto quoque interposito eadem non ampliùs tractandi; probè enim noverat divinitùs edocta, quòd nihil omnino proficere poterat, nisi vim sibi inferret, Re-

B gnum Cœlorum vim pati, & illud rapere violentos. His animi sensibus æquanimiter ferebat quæcunque sibi subeunda fore dictum est ob opposita Tutricis vota, quæ à religiosæ vitæ Instituto unà cum Coniuge, ijsque omnibus, qui eam deperibant, necnon ab alijs quibusque pijs operibus ipsam distrahere, & ad seculi nuptias, atque delicias convertere nitebatur. Dicicerat fanè Domino ipso, cùm orationi noctu quadam vacaret, Habitu cinericio, de quo superiùs, induta, interius edocente, non aliam sibi viam, quàm Crucis, premendam, & Christo Jesu Cruci affixo adhærendum; reipsa tamen Crucem jugiter ferens plura infirmitatum genera, rei familiaris inopiam, annonæ pro suis Monialibus penutiam,

C persecutiones, obtrectationes, calumnias, specialis vivendi normæ ab ipsâ adhibitæ, & gratiarum illustrium, quas ipsi conferebat Altissimus, Diabolicam censuram, & gravem aliorum invidiam invictâ constantiâ devorabat, necnon varias eludebat Diaboli artes, quibus ipsam animo deijcere, & multipliciter divexare conabatur, præsertim verò ingentem ei mortis terrorem ingerendo, ac suadere nitendo, quòd reipsa moreretur. Sordes aliquando ex oleo specie saltem superfuso prodeuntes in loco quodam Ecclesiæ Monialium proximo advertit, ubi collocari solebat sacra indumenta ab ipsis Monialibus ministranda Sacerdotibus, quod cuinam ex Sororibus tribueodum foret ignorans, singulis Sa-

A Dæmone multipliciter affligitur.

D cram Communionem interdixit, donec se ipsam proderet culpæ hujusmodi Auctor, quam ipsa molestè nimis ferebat, quoniam verò ille non se prodebat, Divinæ mensæ accumbere singulis permisit, væ illi pronuncians, quæ cùm tea culpæ foret non ipsam sponte fatebatur. Sacrâ deinde Communione peractâ, & oratione completâ locum illum repetens mundum omninò reperit, ita intelligens à Dæmone factum illud fuisse ad Famulas illas Domini perturbandas, quæ tamen, utpote à culpâ immunes, nullam passæ fuere animi perturbationem, indeque didicerunt Dæmonem irridere, quoties hisce similia contingebant, cui tribuenda esse non dubitabant.

His minimè contentus vaferrimus Hostis ipsam Dei famulam multipliciter affligere cœpit, modò enim laminis ferreis candentibus percussit eâ sanè vehementiâ, ut carnes illius mirum in modum ignescerent, modò arctissimè ipsam constringens, ita ut respirando non esset, & graviter discrucians cor illi è pectore evellere contendit, modò suffocare tentavit; item videndum ei se præbuit enormi modò capitis magnitudine, aliâ, & aliâ modò horribili specie, ut illi terrorem incuteret, cùm sola omninò in cellulâ noctis tempore degeret, vel ubicunque sola fuisset, quoties enim in alterius consortio foret, vix illam perturbare audebat. His tamen omnibus Sponsa Christi superior Dæmonem irridebat, & omnes ejus conatûs nihili faciebat, quippe quæ sentire, & dicere solebat, Dæmoni nil aliud licere, quàm quod permitteret Dominus, qui si illam affligi voluisset, robur etiam contulisset, quo semper hilaris universa superaret. Dæmonem enim veluti canem habebat catenis innexum, qui sollicitare quidem potest, non autem nisi volentem mordere, ac propterea si quis ei levi quoque de causâ palmam concedat, subsannandum ei se præbet, qui probè novit unumquemque nostrûm ei facillimè resistendo parem esse; addebat verò longè validiorem adversarium nobis habendum propriam uniuscuique sententiam, quàm Dæmonem, cui fugando satis superque est signo Crucis sese munire, ipsum aquâ lustrali aspergere, sacratissima Jesu, & Mariæ nomina reverenter invocare, quæ planè ad removendam propriam sententiam minimè sufficiunt. Quæ cùm ita sint, minimè planè mirandum, quòd proximè moritura, adeòque tantis instructa virtutibus, & matura victoriæ, Dæmonem rideret, qui videndum iterum ei se præbuit, horribiles modò anguium, Scorpionum, serpentium, aliorumque animalium species opponendo, ad incutiendum terrorem aptissimas, mensas modò multiplici delicatiorum epularum genere instruendo, aquam enim lustralem, et signum Crucis frequenter adhibebat, & Jesum parvulum sibi præsentem, atque blandientem contemplabatur, è quo maximum illi robur accedebat.

Ex his omnibus obvium erit intelligere humilitatis in Sorore nostrâ præstantiam, quæ enim de se humillimè sentiebat, & honores quoscunque, tanquam sibi indebitos aversabatur, & probra, necnon incommoda quæcunque, tanquam sibi congruentia hilari animo complectebatur. Hinc factum est, quòd plurima fortè nos lateant præclarissima munera illi à Deo collata, non enim nisi obedienti à cogente, quæ novimus, & recensenda deinceps erunt, Confessario aperuit. Hine pariter minimam omnium sese existimans, sibi suadere non poterat, quòd reliquæ omnes Creaturæ ipsam perpetuò non aversarentur, & eademmet terra pateretur. Quæ linea non

Humilitas.

adhibebat indusia, ut diximus, sed crassioris E materiæ subuculas, linea tamen aliquot indusia servabat, identidem abluebat, Soli verò ad humiditatem purgandam exponebat, ut inde sibi quisque suaderet, quòd eadem induere familiare illi foret, & unumquemque lateret humile, & asperum vestium genus, quod reverà adhibebat; quo pariter sensu cubile obvium habebat stragulis, & linteaminibus, ut diximus, instructum, quæ cæteroqui super nudos asseres cubabat. Prætereà, quæ præ nimiâ ciborum abstinentiâ exanimis videbatur, & macie confecta, Deum enixè rogavit, ut macie depositâ vividum faciei colorem exhiberet, neque mediocriter pinguis appareret, quod assecuta diuturna jejunia superiùs recensita dissimulabat. Extasim, F & Sacra Stigmata, prout infra dicemus, in magnâ populi frequentiâ passa, animos omnium, & oculos in admirationem rapuerat, qui proinde sensibus restitutam, & Domum Monialium Tertij Ordinis nostri adeuntem turmatim insequentes, quantumlibet serò nimis, & diligenter servata Patriarchæ Venetiarum studio eò processisset, certatim nitebantur ipsam aspicere, & alloqui, quin obstare posse viderentur Moniales tanto tumultui, quinetiam etsi portam Domûs claudere ipsis licuerit, adhuc tamen portam ipsam pulsare minimè cessabant, nedum è grege quicunque, sed Viri nobiles, atque Patricij. Huic autem celebritati, & populari plausui occurrere, & modum imponere volens An- G driana, in limine Domûs posita, elatâ voce, & irâ percitæ in speciem omnes dimisit dicendo, neque Sanctos, neque Sanctas ibi adesse, quibus ita plaudere debeat populus, sed miseras potiùs peccatrices, speciem illam ideò præferens, quia astantibus suadere posset, non modò sibi aliquod bonitatis vestigium inesse, quin potiùs intolerabilem superbiam, quod reipsa consecuta fuit, quamobrem inde omnes recessere. Sacris insignitam stigmatibus cùm se advertit in admirabili quadam extasi, de quâ infra, Deum enixè rogavit, ut illud omninò præstaret, quòd signa illa cordi quidem impressa manerent, non autem exterius apparerent, quippe quæ probè noverat bonum esse sacramentum Re- H gis abscondere. Cùm aliquando Sacerdos quidam ipsam alloquens se sanctitatis ejus opinione, & nominis celebritate commotum diceret, & accessisse, ac subinde sanctissimum ejus vitæ tenorem summis laudibus efferret, ejus orationibus se quàmmaximè commendaret, & ulteriùs progressus (an humilitate propriâ ductus, an ad humilitatem Famulæ Dei probandam non definierim) humi provolutus pluries ab illâ benedictionem summis precibus postularet, Famula Dei contra nihilitatem suam præ oculis constantissimè habens, eam summopere prædicabat, séque indignam dicebat, non modò quæ Sacerdoti, vel alijs benedictionem impartiretur, verùm

Humilitas.

etiam

etiam cui Sacerdos benedictionem conferret, quo sanè discrimine diutiùs producto virtutis A ejus præstantia mirabiliter enituit. Vilissima omnium munia in Monasterio obire satagebat, neque ab ipsis abstinebat, nisi obedientiæ virtute deterrita. Etsi Sacræ Eucharistiæ percipiendæ maximè cupida, non ideo tamen ipsam à Confessarijs petere audebat, indignissimam sese existimans, quæ vel illam peteret, sed eorum voluntati morem omninò gerebat, & ab eorum ore pendebat. Cùm in Monasterio Burani degens excitatam se à Domino sentiret, Serenissimo Reip. Venetorum Senatui significare per Literas, quòd ad assequendam Divinæ indignationis propitiationem optimè consultum fuisset Monasterium Venetijs erigere, quo Sacræ quædam Virgines alerentur publicis expensis, & animabus B in Purgatorio detentis juvandis addictæ sanctissimum vivendi genus instituerent, de quo inferius, præ nimiâ humilitate id opere complere diu neglexit, soli Deo, qui opus hujusmodi perficeret, innixa, prætereà morem alijs gerens scripsit quidem Epistolam, ei tamen se minimè subscripsit, ne sibi præclarum hoc opus ullatenus tribueretur, subscribere tamen debuit Confessarij auctoritate coacta. Denique proximè moritura plura quidem, eáque salutaria Monialibus suis monita tradidit, ijsdem tamen mandavit, quòd ab ejus obitu nihil omninò de illâ dicerent, neque ulli videndum ejus corpus permitterent, sed ipsam prorsus obliviscerentur, quod tamen minimè contigit, Moniales enim oblitæ hu- C jusmodi mandatum ipsam, ejusque præclarè gesta oblivisci non potuere, sed eximijs laudibus passim, & ubique exornarunt, quemadmodum ex hactenus dictis, & in posterum dicendis compertum est, ex ijs enim Sororibus ad nos usque pervenere.

Charitas in Deum.

Cùm ergo Soror nostra excolendis virtutibus animum tanto studio adiecerit, sibi quisque nullo negotio suadere poterit, quonam mentis ardore Deum diligeret, ex quo nonnisi Dei dilectio hominis animum inflammat, & excitat ad excolendas virtutes. Quæ adhuc puellula tantò Deum prosequebatur amore, ut de illo semper miscere colloquia, & cogitare gestiret, quemadmodum diximus, adulta, & Sacro Habitu induta, penè lan- D guebat, & præ amoris vehementiâ penè deficere videbatur, adeò ut paratissimam se diceret ad Inferni supplicia subeunda, quoties acceptum id Domino fuisset, cui unicè placere summopere sitibat; ideo de ijs omnibus exactè complendis solicita, quæ placita Deo esse intelligeret, cæteris omnibus posthabitis, quantumlibet maximi apud homines pretij amori sui infensissima, sibi in omnibus adversari studebat; hinc minimè mirum, quòd aversata quascunque seculi delicias humillimum Monialium nostrarum Institutum amplecti, eáque omnia præstare voluerit, quæ & hactenus diximus, & adhuc dicenda supersunt. Martyrij desiderio adeò æstuabat, ut de A ipso sermonem cum Monialibus suis instituens, easque paratas reperiens ad illud subeundum, si opus fuisset, miro afficiebatur gaudio, ac propterea apud infideles degere voluisset, ut subeundi martyrij copia suppeteret. Adeò vehemens quandoque Divini amoris sentiebat incendium, ut sui penitus impos videretur, tunc autem viribus præ quocunque superior sibi obviam quamcunque è Sororibus suis apprehendens in sublime absque ullo sui incommodo efferebat, quod pluries experta, si quam à longe vidisset, viribus præsertim infirmam, quod à se recederet, monebat, & hæc dicens sibi manus arctissimè complicabat, oculos in altum levabat, & latentis interiùs Divini amoris incendium eâ B ratione significabat, quod advertentes Sorores ab ipsâ recedebant, cessante deinde mirabili illâ vehementiâ ipsam adibant, quæ tunc illas seriò monebat, quòd ipsam declinarent tanquam phreneticam, quoties æstu illo inusitato correptam vidissent, ac reipsa morem illi gerebant, hinc si fortè illam audissent hæc proferentem *Amor meus Dilecte mi*, quippe quæ noverant, hæc solummodo verba ad eximium incendium excitandum aptissima esse, illico ipsam declinare studebant, quæ cæteroqui eas citato cursu insequens, ut apprehenderet, temperare sibi hoc pacto videbatur vehemens illud incendium, quo se penè confici sentiebat. Christi Domini è Cruce pendentis imaginem præ manibus quandoque te- C nens, ipsamque immotis oculis intuita maximopere angebatur, quâ de re illam ei subducere tentabant Sorores, quod cùm aliquando præstitisset ex illis altera, ubi Famula Dei Sacram Imaginem inter ulnas arctissimè complectebatur, hæc adeò celeri fugæ se dedit, ut insequentem Sororem declinans in cellulam suam sese recipiens, & ostium concludens Imaginem prædictam humili lectulo suo superpositam vehementi amoris æstu contemplata extra se rapta ibi diù permansit; sibi deinde restituta è cellula egressa longe alia ab eâ esse videbatur, quæ ingens illud antea prætulerat incendium; hac Divini amoris vehementiâ apud Moniales Tertij Ordinis nostri Confessarium ipsum summâ agilitate brachijs D apprehensum in sublime elatum aliò transtulit. De Divino amore quàmlibentissimè instituebat colloquia, idque tantâ virtute præstabat, ut omnes inflammaret; familiaria omnibus maximè optabat hujusmodi colloquia, quòd si Concionator quidam eximius accessisset, studium omne adhibebat, ut ipsum alloqueretur, & de Divino amore concionem haberet, quinetiam idipsum à Concionatoribus omnibus enixè petebat. E' singulis rebus creatis amoris argumenta ducebat, ex herbis potissimùm, & floribus, tum de his, tum de cæteris omnibus identidem repetere solita: *Amor meus Jesus, nonnisi amore ductus hæc omnia creavit. Quinam infra Deum*

Charitas in Deum.

id

id præstare potest, quod præstitit Amor meus Jesus, qui è terrâ decoris prorsus experte, speciosos flores eduxit, Spiritum, quo viverent, illis largiens, & elegantiam! Hæc, & hisce similia extra se in Deum erecta dicere solebat ad celebrandas Divinæ potentiæ, & erga homines beneficentiæ laudes, cùm flores præ cæteris rebus creatis præ manibus tenebat, quibus mirificè delectabatur, maximè verò Rosis. Hinc plerique flores hujusmodi quàmfrequenter ei donabant, quos ipsa lubenti animo excipiens, ubi plures unà congesserat, caput in ipsas immersa, Amoris sui Jesu opera illa esse clamabat, et in hujusmodi amoris excessibus præ dulcedine penè languebat, sibíque cor distrahi sentiebat. Si quando, vel ita vehementer commota, vel secus à Sororibus suis peteret, num Deum diligerent, illæque respondissent se diligendo Deo pares non esse: *heu mihi*, exclamabat, *nisi ab ipso amore prohibita forem magnum quiddam adversus vos agerem;* neque mediocri afficiebatur dolore. Quoties de hoc amore instituebat sermonem, ipsum valdè producebat, si mensæ accumberet, totam illam diem absque cibo prorsus, & potu transigebat. Utpote speciali lumine prædita de Divinis eâ sapientiâ differebat, ut eruditos in Sacris Literis quoscunque superaret, qui proinde ipsam admirabundi suspiciebant, & scientiam divinitùs infusam esse prædicabant.

Charitas in Proximum.

Ex hujusmodi in Deum charitate minùs arduum erit intelligere charitatis in Proximum excellentiam, non enim diligere Deum dicendus est, qui Domini legem non implet, quam cæteroqui implere non potest, nisi Proximum diligat. Juvandis proximis addicta, sui plerunque oblita videbatur, licèt enim orandi studio, ibíque Deo adhærendi mirum in modum delectaretur, prout mox dicemus, illud tamen omittere non renuebat, quoties charitas in Proximum id peteret, dicere solita cum D. Philippo Nerio se Deo propter Deum vale dicere, & quidem non mediocri suo incommodo, tum quia cœlestibus deliciis, quibus in oratione perfundebatur, destituta jacebat; tum quia plurimum laboris, & operæ cogebatur impendere, sive ob accedentium ad instituenda secum colloquia frequentiam, atque molestiam, sive ob Epistolarùm copiam, quas opus erat ut scriberet, & quidem plures horas intempestâ nocte insumendo, adeóque noctes ipsas plerunque insomnes ducendo, utpote diurnis horis aliis negociis distenta, eâque ratione iis omnibus satisfaceret indiscriminatim, tum secularibus, tum Regularibus cujuscunque gradûs, & generis, qui in arduis, & gravioribus negociis ad æternam salutem præsertim spectantibus ipsam è variis mundi partibus, nominis ejus celebritate commoti consulebant, sive è Venetâ Ditione, sive ex Urbe Perusio, & aliis quinimmo ex ipso Cairo, quò etiam sanctitatis ejus fama longè, latéque diffusa erat, iisdemque revera satis superque faciebat, at- E tentis Personarum, Locorum, ac temporum circumstantiis, prout rei opportunitas postulabat, iis tantummodo perpensis, quæ in eorum utilitatem vergerent, inutilibus contra, quæque ad rem non esse viderentur, neglectis; siquidem simplicitate præstans, eam sibi, suisque Sororibus exactè servandam proponebat, quodcunque cum aliis, sive oretenus, sive per Literas inirent commercium, ac proinde Deum tantummodo præ oculis habendum esse docebat, neque vel inani gloriolæ captandæ, vel rei familiaris augendæ desiderio commovendas ipsas esse ad proximorum consuetudinem, ac familiaritatem colendam, hinc si forte quem adverteret ejus Literas non omnino simplici corde exaratas F interpretantem, vix amplius ad illum literas in posterum dabat, soli proximorum utilitati intenta, quam reipsâ assequebatur, plures enim salutaribus ejus monitis graviter commoti resipiscebant, in angustiis recreabantur, tentationibus, animi anxietatibus, aliisque difficultatibus pressi levabantur. Erga pauperes summè misericors, tum in seculo, & parentibus, vel Patrinis subiecta, quoad ei licebat, inopum necessitatibus adesse studebat, cùm adhuc parvula puellæ cuidam pauperi, cujus consuetudine quandoque utebatur animi gratiâ, sibi paratum jentaculum donabat, tum apud Tertii Ordinis nostri Moniales, quidquid ei supererat pauperibus omninò largiebatur. Quinetiam aliquando G pauperi cuidam eleemosynam per viam petenti, quia pecuniis, & aliâ quacunque re consimili destituta, caligas ideo sibi detractas è cruribus dedit, quod ubi Confessarius intellexit alias adhuc caligas ei parandas, & induendas curavit; ipsa verò indutas pari ratione pauperi eleemosynam petenti dono dedit; verùm iterum alias adhuc à Confessario paratas, adjectâ lege ne illas distraheret, pauperi stipem poscenti donare decreverat, ideoque alteram è caligis exuta ei dedit; cùm autem Confessarii præceptum ei in mentem subiisset, alteram sibi retinuit, eidem pauperi dicens, se aliud ei dare non posse, alteram enim ei propter amorem Dei dedisse, alterâ sibi propter obedientiam servandam. Cum H in Monasterio D. Hieronymi degeret, siquem inopem in Ecclesiâ videret, vel puellas non opportunè vestibus instructas, cellulam illicò suam petens, quidquid obvium ibi foret, sive suo usui, sive Sororis Julianæ sociæ, pauperibus illis deferebat, quod prosequi ab Abbatissâ prohibita deinde fuit, Sociâ præfatâ instante, ne penitus omnia distraheret, utpote à rebus omnibus creatis aliena, suique pariter oblita. In Monasterio autem nostri Ordinis apud Buranum, nisi Superiorum ipsam cohibuisset auctoritas, universa exhausisset in pauperes, spe freta, quòd ipsi non defuisset Divina Providentia, singulis tamen diebus eleemosynam aliquot pauperibus fœminis

Charitas ergà Proximum.

confer-

conferri volebat, quas in pago illo ostiatim alienâ stipe victitare noverat. Idem erga pauperes quoscunque præstabat sibi obvios, & operarijs, quibus congruentem erogare non poterat pecuniam, aliquod comestibile identidem ministrabat, ab omnibus proinde summopere dilecta, qui certatim ad opus accurrere studebant, quoties prosequi fabricam, de quâ deinceps dicendum, statueret. Communi cum reliquis mensæ accumbens, siqu d vel minimum comestibile sibi paratum videret, quod reliquis paratum non foret, ipsum adeò exactè partiebatur, ut sibi & cæteris omnibus suppeteret, quemadmodum inter alia, & quidem non pauca contigit quoad pipionem quendam, quem viginti quatuor Monialibus, scilicet omnibus, ex æquo divisit. Accedit, quod ferè limitis impatiens Sororis nostræ charitas, non modò Proximis ratione præditis juvandis addicta erat, ut diximus, tum quoad corporis necessitates, tum et maximè quoad animæ profectum, verum etiam ad animalcula sese diffundebat, quæ proinde neque interfici, neque lædi patiebatur, si formicas eacipias, et D. Francisco Assisiensi, prout ipsa dicebat, invisas, quippequæ Divinæ providentiæ diffidere videntur, sanctæque paupertati advertsantur; Muscas ipsas quantumlibet molestas, si fortè alicubi immersas, & in mortis discrimine positas adverteret, inde sedulò educebat, & Solis radijs exponebat, ut reviviscerent. Sorores insuper, quæ hisce animalculis mortem inferrent, reprehendere non verebatur, ipsis verò reponentibus, quòd sibi molesta essent hæc animalcula, statim addebat hæc ita munus suum explere, siquidem naturali utuntur instinctu, quē ipsis contulit Deus, longeque meliùs agere, quàm nosmetipsi agamus, qui quod nobis faciendum præcepit Dominus, minimè quandoque complemus; Gallinas, & hujus generis animalia interfici ægerrime ferebat, ac si suadere sibi non posset, quòd innocentes illæ bestiolæ pœnam illam subirent, ut in hominum usum cederent, qui graviter Deum offendunt. Pullos autem, seu gallinaceos, seu columbinos, sibi forrè donodatos, quia ipsis mirificè delectabatur, oculorum vitio quandoque laborantes, singulari affectu proprijs manibus curandos suscipere volebat, non autem alienis, vetita *Charitas erga proximum.* ne ob aliorum oscitantiam, animalcula illa quidquam incommodi subirent. Araneis ipsis mortem inferri non patiebatur, ex eo potissimùm ducta, quòd telam iuxta naturalem instinctum orditentur, cùm ipsa contra quid simile in obsequium Dei præstaret, qui tot illam beneficijs cumularat. Hirundinibus nidos in contignationibus Claustri construere nitentibus ast res aptandos curabat, ut sedem ibi meliùs statuerent. Agnum adhuc superstitem sibi dono datum, non mediocri affecta gaudio contemplabatur, quoties in ipso veri Agni Christi Domini Imaginem expressam

A intelligebat, tristabatur autem maximè, ubi interficiendum illum esse expedebat. Quamobrem animalia hujusmodi adhuc viventia ejus oculis subducenda curabant Moniales, ne molestiam ex eorum morte pateretur. Ex quibus ita summariè collectis intelligere licet, quanam charitate Proximos quoscunque complecteretur, & super omnia Deum, dicere solita Deum diligi non posse, quin & creata quæcunque diligantur, non modò, quia Deus hoc præcipit, verum etiam quia hæc Dei sunt opera, & sicut in ipso sunt omnia, ita & in omnibus ipse est.

Ad hæc miris laudibus ornanda succedit Sororis nostræ charitas erga Defunctorum animas in Purgatorio detentas, quibus haud mediocriter compatiebatur, si quidem extra B se in Deum quandoque elata adeò atroces essé Purgatorij pœnas intelligebat, ut verbis exprimi non posse existimaret; hinc miro *Charitas erga animas in Purgatorio detentas.* perfusa gaudio fuit, cùm ei in Monasterio D. Hieronymi degenti Abbatissa votis eius satisfacere volens præcepit, quòd bis in hebdomada sacram perciperet Eucharistiam, semel quidem pro animabus Monialium, quæ in charitate decessetant, semel verò pro Sororibus adhuc superstitibus ad hoc, ut in charitate, & Dei gratiâ permaneant, hinc pariter aliquando cum apud Tertiarias degeret Dominum enixè rogavit, ut sibi significaret quidnam pro animabus illis levandis præstare posset, intellexit autem opera quæcunque in charitate facta, potissimùm verò S. Communionem C illis plus mùm prodesse, quâ de re propius accedêre Sacratissimi Corporis Christi solemnitate Sacram Eucharistiam quotidie percipere optabat, sed à Confessario id petere non audebat, quæ ne semel quidem in mēse hoc sibi licere putabat; desiderio tandem victa suffragium animabus illis ferendi Confessarium rogavit, qui Dominum oratione consulendum respondit; illa proinde morem ei gerens, & in oratione perseverans aliquot exactis diebus sacrâ Communione refecta se præmon tam interiùs à Domino sensit, quòd morem in omnibus Confessario suo gerere deberet, singulari tamen miseratione erga Animas illas se commotam pariter sensit. id autem postea Confessario significans, qui ab D eâ petijt quidnam à Domino intellexisset, hoc assecuta fuit, quòd singulis diebus Divinæ Mensæ accumberet, alternis vicibus pro Defunctis modò, modò verò pro peccatoribus, quos curæ nobis magis esse debere asserebat, quia in graviori æternæ salutis discrimine versantur, cùm animæ in Purgatorio detentæ, quantumlibet excruciatæ, vereri non possint de cœlesti Patriâ tandem aliquando assequendâ. Hoc autem acceptissimum Deo fuisse intellexit Famula Dei, cùm extasim passa in Monasterio D. Hieronymi, de quâ alibi, vix Sacrâ Eucharistiâ perceptâ Domino, & Angelo Tutelari ducibus Refectorium adijt, ibique accepit Monialium quarundam,

quæ

quæ jam decesserant, animas in Purgatorio detentas pœnas luere negligentiæ, & oscitantiæ quoad observantiam Disciplinæ Regularis inibi servandæ, interim quibusdam gratulata, quòd aliquatenus ipsas juvisset sacra prædicta Communio, quasdam colloqui sibi videbatur, easque pro virili solari; cæterùm longè acerbiora esse intellexit earundem animarum supplicia, quàm & verbis exprimere, & mente concipere liceat; graviora adhuc pœnarum genera cognovit, quæ præ secularibus ibi subibant utriusque sexûs Claustrales, qui cùm in terris agerent, quæ per fragilitatem carnis commiserant, non satis aptè purgaverant. Perseverante autem extasi benedictionem Mensæ à Monialibus ibi tunc habitam accepit, completâque refectione ab Abbatissâ obedientiæ præcepto vocata restituta protinus sensibus, sibique fuit, haud mediocri suffusa pudore, quæ se coram tot Monialibus vidit, sed animo in Deum prorsus erecto, hinc benedictione ab Abbatissâ acceptâ suam repetijt protinus cellam. Die proximè sequenti, feriâ nimirùm tertiâ factâ Communione refecta vocibus iisdem acceptis: *Veni Sponsa mea, amica mea*, quas pariter acceperat feriâ 2. proxime præcedente, ut alibi diximus, respondit: *Ecce venio Sponsus meus*, statimque extra se rapta ad Refectorium pari modo perducta, elegantem inibi reperit Monialium ejusdem Monasterij Processionem, quæ Monialium quarundam animæ erant ibidem olim degentium, ipsis Litanias Sanctorum cantantibus, unà cum aliquibus respondebat: *Ora pro nobis*: Tum verò Famula Dei intelligens acerbissimis ibi affici pœnis Claustrales ab Instituto degeneres, eas Domino etiam atque etiam commendabat pœnis illis levandas; quas etiam singillatim cognoscere postulans, cognovit quidem, sed iis referendis, & explicandis imparem se esse fatebatur. Processione completâ ad Ecclesiam perducta Christi Domini Sponsa, ubi sedes erat Abbatissæ, genua flectere jussa, & Benedictionem pro animâ illâ petere, quæ pluries suo muneri defuerat, acceptam maximè Deo fuisse intellexit eam corporis, & animi demissionem, ita ut à Domino edocta fuerit hæc genibus flexis coram Abbatissâ dicere: *Benedic Mater animam ejus, quæ non accepit Benedictionem in vitâ suâ*, quæ cum ter dixisset, Domino interiùs illustrante, Abbatissa ei benedictionem contulit, ipsáque protinus surgens Refectorium iterum petijt, ubi adhuc melius intelligens, haud mediocriter Deo displicere Monialium Mensæ accumbẽtium oscitantiam quoad lectionem, aliaque juxta Regulare institutum inibi servanda, quæ cæteroqui flocci faciebant, earundem animas in Purgatorio non mediocri pœnarum genere affici cognovit, quæ planè si eò repetere ipsis licuisset, longè severius utique vitæ genus instituissent; cognovit etiam acerbissima supplicia, quibus ibidem plures alij cujuscunque generis torquebantur, quorum acerbitatem eâ animi sui molestiâ cognoscebat, ut eidem ulterius ferendæ imparem se esse existimaret, intelligebat tamen se animabus illis prodesse, quamdiù in extasi perseveraret, quæ tandem cessavit accedente de more Abbatissæ præcepto.

Charitas erga Animas in Purgatorio detentas.

Tertiâ die, feriâ nimirùm 4. Sacrâ Communione refecta iisdem vocibus: *Veni Sponsa mea, &c.* quibus illa respondit *Ecce venio &c.* à sensibus pari lege in Deum abstracta eò perducta fuit, ubi Confessiones Monialium excipiebantur, ibique genua flectere jussa, gravissimam primùm sensit molestiam, cum Domino proinde humillimè conquesta, magnâ deinde perfusa fuit voluptate, quippe quæ summam expendebat Domini clementiam, sub imia hujusmodi ei detegentis arcana, ideo verò tam graviter dolebat, quia probè intelligebat Monialium in Purgatorio supplicia, quæ dum in terris agerent conscientiam suorum criminum per Sacramentum pœnitentiæ non omnino purgare studuerant, quibus commota famula Dei, eximiâ cordis dulcedine paratissimam Deo se obtulit, ad agendam pro defectibus illis pœnitentiam, quas ibidem legere sibi quodammodo videbatur, quinetiam Deum enixè rogavit, quòd sibi virtutem conferret, quâ coram ipso defectus eosdem confiteri posset, ac proinde animarum illarum in eo vices supplere, quæ adeò gravi afficiebantur pœnâ, ex eo, quòd muneri suo in re propositâ defuerant, ac tempus illud prodegerant, quo plurimùm apud Deum proficere ipsis fas erat. Quamobrem Famula Dei vehementer afflicta S. Mariæ Magdalenæ opem imploravit, dulcissimum deinde suum Sponsum intuita, quasi in altissimo maris posita, & proxima naufragio, sese demittere, & humiliare quàm maximè studebat. Tum verò conspiciendam ei se dedit Sanctissima Trinitas; subinde maximè de suis peccatis dolere cœpit, & aliorum quorumlibet, etsi nullum præter ipsam, Deo injuriam irrogasse sibi tunc suaderet. Intellectum in primis Æterno Patri tanquam reum sistens, S. Mariæ Magdalenæ implorato præsidio, quo pariter memoriam, alteram nimirum animæ potentiam, æterno Filio Sponso suo Jesu obtulit, ipsum enixè rogans, quòd Sacratissimam ejus Passionem jugiter recolere sibi liceret; æterno demum Spiritui voluntatem dicavit, in eo vehementer dolens, quòd nihil boni unquam egisset. Tum verò intellexit quam graviter in Purgatorio torquerentur, qui Sacramenta percipere neglexerant, ex quo valdè commota, restituta mox sensibus, mœrorem ob hujusmodi species conceptum diu servavit. Quartâ item die, Feriâ scilicet quintâ. Divino pabulo pariter refecta, à sensibus in Deum abstracta ad collocutorium perducta intellexit, Monialium animas in Purgatorio gravissimè torqueri, quæ ibidẽ, cùm in terris agerent, tempus inutiliter, & quandoque

Extases

Purgat. pœnas in extasi intelligit.

doque non sine accedentium offensâ, contri-
verant, pro quibus subinde preces ad Deum A
fundere non distulit, ubi plures horas deten-
ta, sibi tandem restituta consueto Abbatissæ
præcepto suam petijt cellulam Deo referens
gratias. Hic autem Lectorem monitum volo,
quòd Christi Domini Sponsa à sensibus ita in
Deum abstracta, oculis clausis huc, & illuc,
prout diximus, incedebat, quin aliquid of-
fenderet, utpote à Domino directa, qui ad
utilitatem Proximi eam de his omnibus edo-
cebat, tum ut sibi consulerent, qui adhuc su-
perstites erant, tum ut illa Defunctorum
commodo prospiceret.

Qualibet hebdomadâ apud Buranum de-
gens recitare semel solebat pro animabus De-
functorum integrum Psalterium, postquam
plurimis alijs precibus recitandis vacaverat, B
neque ullâ Monialium exhortatione hujusmo-
di severioris vitæ genus remittere, suæque
quieti consulere voluit, quòd animas in Pur-
gatorio detentas jugiter torqueri diceret, ac
propterea jugi tenore à nobis esse levandas,
prout nobis acceptum foret, si pœnis illis
obnoxij essemus, quinimmo idem Psalterium
reliquis Monialibus recitandum curabat, ita
quidem, ut singulis ferè diebus ab illis pariter
recitaretur, alterâ ejusdem parte quibusdam,
quibusdam alterâ assignatâ; præterea Sacer-
dotem quendam pluries rogavit, ut & ipse
idem Psalterium persolveret eo quoque con-
silio, ut ipsum à pravâ quadam vivendi con-
suetudine, & improborum quorundam con-
sortio semoveret. Gravissimo quodam mor- C
bo octo dies continuos laboraverat, à sensi-
bus semper abstracta, quibus deinde restituta
incommodum illud se lubenti animo subijsse
testata fuit, ut animabus quibusdam prodes-
set, quæ in Purgatorio alioqui cruciatæ gra-
viter fuissent. Pro earundem suffragio libe-
ralitatem erga pauperes exercebat.

Hujusmodi Sororis nostræ charitati erga
animas in Purgatorio detentas vicem repen-
dere volens adhuc in terris Deus, non modò
ei intelligenda dedit earundem supplicia,
quod ex hactenus dictis compertum est, ve-
rùm etiam conspiciendam gloriam, quâ ex
ijs nonnullæ è Purgatorij igne exemptæ in
cœlesti Patriâ fruebantur. Graviter ægrotans
è Sororibus altera, quas unâ secum Buranum D
1 duxerat Famula Dei, morti proxima ab eâ
Appari- petijt suum corpus vitâ functum intra Mona-
tiones sterium tumulari, non autem in exteriori
Anima- Ecclesiâ; ne verò reliquæ Sorores terrore
rũ Pur- quodam percellerentur, si Defunctæ Sociæ
gatorij. corpus sibi proximum habuissent, tumulan-
dum in exteriori Ecclesiâ Famula Dei cura-
vit. Insequente autem nocte videndam ei-
dem se dedit, quæ nuper obierat Monialis,
in limine ejus cellæ, quo spectaculo primò
quidem deterrita Christi Domini Sponsa, si-
gno Crucis se muniens ab eâ, quænam esset,
petijt; intelligens autem Sororem Cathari-
nam esse paulò ante defunctam, quæ suum
corpus intra Monasterij septa tumulari rursus
postulabat, Dæmonis verita fraudes appari-
tionem hanc minimi fecit. Verùm alterâ
nocte eandem visionem, & petitionem Soro-
ris Catharinæ intelligens, sibi fidere ulteriùs
noluit, sed rem ipsam Confessario significa-
vit, quò mandante diligenter advertit, quid-
nam in re propositâ tertiâ nocte contingeret,
cùm autem idem omninò contigisset, quin
etiam Soror eadem Catharina addidisset pe-
titionem hanc à se non amplius iterandam
quidvis Famula Dei in re propositâ præstitis-
set. Confessarius optimè consultum putavit
defunctæ votis satisfacere; ne verò hujusmo-
di corporis translatio reliquis pateret Soro-
ribus, quæ planè terrore perculsæ fuissent,
specie supponendi pavimento Ecclesiæ Inte-
rioris salubriorem quandam materiem, exca-
vandam inibi foveam curarunt; nocte verò,
cùm omnes Moniales cubitum ivissent, ex
Ecclesiâ exteriori in interiorem transtulere
Sororis Catharinæ corpus, quæ sicuti, dum
viveret, Famulæ Dei, aliarumque Sororum
societate delectata fuerat, corpus suum, eti-
am vitâ destitutum, ab ijsdem avelli non pa-
tiebatur. Recurrente majori Hebdomadâ
graviter decumbens in eodem Monasterio 2
Burani Adolescentula quædam 15. circiter æ-
tatis annum agens, seque proximè morituram
intelligens, identidem dicebat, quòd si da-
tum sibi fuisset ad Dominum resurgentem ac-
cedere, triumphali ejus vexillo se arctissimè
adhærere statuerat, nec unquam Sponsum su-
um deserere. Itaque juxta votum ex hac vitâ
migravit recurrente Resurrectionis Domini-
cæ nocte, ejus autem animam Famula Dei il-
lucescente die conspexit per sphæram quan-
dam igneam ad cœlestem gloriam illicò gra- 3
dum fecisse. Ei quoque apparuit Monialis
altera ejusdem Monasterij Professa, nomine
Maria Stella, summis precibus ab eâ postu-
lans, ut sibi adhuc benediceret, sicuti bene-
dicere, cum in terris ageret, consueverat,
verbis illis adhibitis: *Pax, & benedictio Dei*,
quod veneranda Mater ei verè promiserat il-
lud enixè petenti, antequam decederet. Cùm
autem Famula Dei, quæ promisso non stete-
rat, reponeret, se prorsus ignorare, quanam
benedicendi formulâ id præstare liceret, hæc
enim formula: *Pax, & benedictio Dei descen-
dat super vos, & maneat semper*: Sororibus vi-
ventibus adhibita, Defunctis minimè apta
videbatur, Maria Stella subdidit, & formu-
lam hanc benedictionis sibi adhibendam po-
stulavit: *Pax, & benedictio Dei descendat su-
per te, requiescat super te*: & confestim eva-
nuit; inde verò edocta fuit Dei Famula,
quòd hoc benedictionis genere ei suffragium
ferre potuisset, tum manè, tum vesperè ad
ejus Sepulcrum accedens benedictionem illi
impartiebatur. Ibidem etiam fato cesserat 4
Monialis quædam Conversa nomine Franci-
sca, quæ religiosissimum vitæ genus ducens
jugiter à Domino petierat, se Jubilæi tem-

pore mortem oppetere, votique compos ef-
fecta revera fuit; tunc enim Summus Ponti- E
fex Jubilæum publici juris fecerat per uni-
versam Ecclesiam; quia verò in Diœcesi illâ
Torcelli vulgarum adhuc non fuerat, Vene-
randâ nostrâ Matre instante, ut moribundæ
votis satisfaceret, benignè indulsit Episco-
pus, quòd illi conferretur, idque humillimè
assecuta, ineffabili animi sui voluptate ex
hac vitâ migravit, videndam verò deinde se
præbuit venerandæ Matri pulcherrimâ spe-
cie, undequaque candida, & à medio corpo-
re ad pedes usque inusitato decore, atque
5 splendore circumdata præ insigni corporis,
& animi sui puritate. Apparuit quoque Mo-
nialis quædam (nomen ignoratur, & Mona-
sterij conditio) se graviter torqueri signifi-
cans, propterea quòd silentij leges non serva- F
verat, ideoque ab eâ petebat, quòd per an-
num integrum silentium ipsa perpetuò serva-
ret, ita enim sibi pœnas levandas sperabat.
Quoniam verò fieri non posse animadvertit
Confessarius, à cujus ore pendebat Christi
Sponsa, quòd perpetuum hoc servaret silen-
tium, septem Psalmos ad pœnitentiam com-
positos à singulis Sororibus singulis diebus
per mensem recitandos potiùs mandavit,
6 quod exactè singulæ Moniales præstiterunt.
Videndam aliàs ei se dedit Monialis quædam
apud Buranum Conversa, nomine Dominica,
postquam decesserat, quæ cùm viveret plu-
ries ab Abbatissâ nostra Famula Dei monita
fuerat, quòd curam de omnibus quantumli-
bet etiam minimis, vel aquâ ipsâ ageret, nec G
quidquam omninò perire pateretur, quod
pauperibus saltem prospicere liceret; verùm
Dominica sibi parum in re propositâ consulu-
it, hinc in graveolenti, & sordido quodam
flumine putridâ carne oppleto posita appa-
ruit, quæ plurimùm operæ impendebat inex-
plicabili cruciatu in lancibus, ac patinis pur
gandis, & putridas illas carnes depasci coge-
batur, quocirca ipsam altùm gemere pluries
adverterunt Moniales, acerbitatem supplicij
inde colligentes, quo anima illa premebatur,
quod profectò diù perseverasse significavit
Veneranda Mater, obedientiæ virtute coa-
cta, æquè ac alia quæcunque, tum hactenus
dicta, tum in posterum dicenda, non tamen
nomine proprio, sed alterius ab ipsâ; quibus H
commotæ Moniales omnes varia virtutum
opera exercendo opem illis ferre satagebant;
longè enim graviores, quàm animo concipe-
re, & verbis exprimere liceat, pœnas esse di-
cebat Famula Dei, quas in Purgatorio ani-
mæ detentæ luere coguntur; adeoque quod-
cunque in hoc seculo pœnæ genus præ illis
levissimum, ac suavissimum videri, & ad illas
evadendas obvijs ulnis excipiendum; quæ
cùm diceret altos gemitus dabat, eâ ratione
quàm disertissimè significans excessum pœna-
rum, quas animo conceperat.

Frequenter ergo videndas Christi Sponsæ
se reddidere hujusmodi animæ, quibus opem
conferre studebat, quæ è contrario vices re-
E pendere non detrectabant, pluries enim co-
rum beneficentiam experta fuit. Somno quã-
doque indulgens ab ipsis excitabatur varijs
ictibus ejus cubili leviter impactis, prout ex-
pedire videbatur, quod & aliæ Moniales non
semel adverterunt. Id verò speciatim conti-
gisse deprehenderunt, cùm Veneranda Mater
in loco quodam degeret unà cum Sociâ mini-
mè tuto, sed in varijs partibus Cœlo aperto
exposito, ibi enim actu construebatur fabri-
ca, siquidem Monialis quædam Conversa in
Monast. S. Antonij de Torcello Sorori nostræ *Animarũ Purgatorij beneficentia.*
maximè addicta, quæque ejus salutaribus mo-
nitis excitata vitam instituerat Deo valde ac-
ceptam, ex hac luce migraverat, intempestâ
verò nocte Sororis nostræ tunc quiescentis
F socia ictum januæ impactum persensit, &
Monialem hanc defunctam id præstitisse pu-
tavit, quippe quæ Sorori nostræ frequenter
adesse cognoverat, timore quidem correpta
fuit, præsertim verò cùm iterum, ac tertiò re-
petitum ictum accepit, nec hiscere audebat
Sororem nostram id minimè advertentem ad-
mirata. Illucescente autem die rem totam
Sorori nostræ significavit, quæ cæteroqui sa-
tis superque edocta suavè subridens dissimu-
lavit, ne majorem illi metum incuteret rem
ipsam confirmando, sed non mediocri gau-
dio ipsam perfudit. Si quando Venetias ali-
quis ipsi mittendus esset, & ingruente pluviâ
id assequi non posset, Animarum Purgatorij
ope, quam implorabat, suffragia ferendo,
G statim tranquillitas succedebat.

Quoties ex hac vitâ decessuræ proximè fo-
rent Monasterij sui Moniales, Sororum qua-
rundam Tertij Ordinis nostri, necnon alia-
rum animæ ei apparentes obviam ei ibant in-
genti jucunditate perfusæ, unà cum ipsâ per
Locum quendam tenebrosum ambulabant, &
ad foveam quandam usque eam perducebant,
ubi eâ consistente foveam superabant, & a-
mœniorem, lucidioremque locum petebant,
magnam animi voluptatem præferentes.
Hinc verò satis abundè edocta singulas Soro-
res seriò monebat, ut Sponso vocanti occur-
rere paratæ essent, ac reipsâ paulò post ex ijs
altera decedebat. Præ cæteris Sororibus, quæ
visionis hujus effectûs pluries adverterant,
H expendit quædam, quòd Veneranda Mater
non decessisset, donec foveam præfatam su-
perasset, sed ibidem immora permansisset, ac
reverâ cùm aliquando se cum Animabus illis
superatâ foveâ locum illum elegantiorem pe-
tijsse retulisset Famula Dei, Monialis prædi-
cta de hujus proximo obitu verita experi-
mento comprobavit se minimè deceptam fu-
isse, nam Famula Dei paucis exinde mensibus
exactis in osculo Domini obijt.

Quæ tantâ in Deum, ac proximum chari-
tate flagrabat, Deo jugiter adhærere in ora-
tione sitibat, & Sacram Eucharistiam quoti-
die percipere, & eximio mentis ardore in
Deum rapi, & quodammodo transformari
sole-

Orandi studium

solebat. Adhuc Puellula, prout alibi diximus, orandi studiosissima, longè studiosior in **A** dies evasit, adeò ut ab oratione nonnisi obedientiâ cogente recederet; recurrentibus autem solemnioribus Ecclesiæ Festis eam ad quatuor, & sex horas protrahere persæpe soleret, miscens cum Domino colloquia, quod illi speciatim contigit Quadragesimæ cujusdam tempore, singulis enim diebus in extasim rapta cum Domino colloquebatur ingenti Monialium suarum voluptate ipsam diligenter adverrentium, quod ipsa tamen ignorabat. Claustralem quendam aliquando ab Instituto degenerem magno cordis mœrore corripere videbatur, qui reipsa paulò post gravi æternæ suæ salutis discrimine ab Ordine defecit. Hujusmodi contemplationis studio accessit & vocalis oratio frequentissima, **B** nam psalmos pœnitentiales quotidie recitabat cum Litaniis, ac precibus, S. Crucis, & S. Spiritûs Officium, Passionem Domini à D. Joanne conscriptam, & plures alias preces Officio parvo B. V. adnexas, præter alia mox recensenda, recurrentibus potissimùm Festis solemnioribus, præ cæteris autem in ejusdem Sacratissimi Corporis Christi solemnitate. Cùm verò publicæ venerationi exponendum esset, nova semper excogitabat ornamenta nullis parcens laboribus, & expensis, Moniales illas veluti ineptas cultui Divino habens, quæ sensum hujusmodi minimè foverent. Adeò autem accepta Deo erat Famulæ ejus oratio, ut Illius vota ipse plerunque impleret; hinc Puellæ quamplures sacrum Habitũ **C** in suo Monasterio expetentes, vel inde abibant, vel è vitâ migrabant, quòd ipsas prævidens Instituto Regulari ineptas Deũ enixè rogabat, ut Monasterio consuleret, quod potissimùm cum Moniali quadam Cõversâ contigit, quæ ob sui naturalem ingenij tarditatem cæteris obesse plurimùm potuisset, hæc enim brevi decessit, postquam Veneranda Mater ante Christi è Cruce pendentis Imaginem provoluta Deo maximè se commendavit. Aliàs etiam id se assecutam precibus à Domino fuisse Monialibus suis publicè testata fuit, quòd vitæ æternæ participes fuissent quæcunque in suo illo Monasterio Regularibus Institutis paruissent.

Erga Venerabile Sacramentum Eucharistiæ ingenti ferebatur mentis ardore, quippe **D** quæ noverat ibidem arctius, quàm fieri liceat in terris, Dilecto suo adhærere se posse; hinc sacrum ejus Altare lampadibus, floribus, alijsque ornamentis instruendum maximè curabat; hinc pariter eò amoris ipsam processisse compertum omnibus fuit, ut singuli ejus Confessarij Sacram Eucharistiam ei quotidie percipiendam concedere non dubitarint, quam tantâ animi sui dulcedine percipere aliquando consuevit, ut & Sacerdotis dexteram ambabus manibus apprehendens desiderium quodammodo præferret illam quoque manducandi, sibique intimè uniendi, cui

Devotio erga S. Eucharistiam.

datum erat Dominum tractare, quem illa nomine *Amor Jesu* appellare solebat. Inde verò factum est, quòd Sacrâ Communione refecta tot passa sit extases, tantis cumulata muneribus fuerit, prout ex dictis, & ex dicendis conijcere licet. His animi sensibus Sacrosancto Missæ Sacrificio interesse quàmmaximè studebat, & in Ecclesiâ suâ Burani operam omnem dabat, ut plures quotidie celebrarentur Missæ, quibus omnibus singillatim, quoad ei licebat, intererat, Sacerdotes proinde Venetiis usque aliquando advocandos curabat, ab expensis minimè deterrita, quippe quæ sibi nunquam defuisse Dominum experta fuerat, in quo maximam colebat fiduciam, plures enim nonnisi Domino excitante varia illi conferebant subsidia, quæ instaurandis expensis satis superque erant; tunc verò incredibili perfusa gaudio hujuscemodi subsidia Monialibus suis ostendens eximium prædicabat amorem, quo ipsam Jesus complectebatur, & ijsdem suadere nitebatur, quæcunque in ejus honorem vergerent omni studio præstare. Se quoque desiderio incensam aliquando monstrabat Divitum domos, et scrinia subeundi, quinimmo totius Orbis divitias comparandi, ut ei copia suppeteret plurimas Missas celebrandi, & Ecclesiam magnificè exornandi, eâque ratione universa erogandi, cæterùm sibi nil consulens, ad incitas redigi non abnuebat, dummodo non mediocris Jesu Amori suo cultus exhiberetur, cui proinde cor suum undequaque offerebat, ex quo tantam auri vim offerre non poterat.

Cùm adhuc parvula in quadam extasi certior à Deiparâ facta esset, quòd Officium Divinum aliquando persolvere ei datum fuisset, prout se ex animo cupere dicebat; ex quo Tertij Ordinis nostri Habitum induit, eidem persolvendo addictissima ipsum nunquã, nisi obedientiâ cogente, omisit; quinetiam gravi infirmitate detenta illud ut plurimum recitabat, eâque semper animi attentione, ut à sensibus in Deum abstracta appareret. In Choro cum reliquis diù, noctuque frequens aderat, nec inde unquam abesse solebat, nisi publicis, sive in colloquutorio, sive alibi distenta negocijs, vel decumbere coacta, tunc verò præ nimio dolore penè confici videbatur, ubi cum cæteris Monialibus Divinum Officium in Choro persolvere non poterat, quòd ab ijs ibidem impleri audiebat, dicere solita longè magis accepta Deo esse, quæ tum in Choro, tum in Refectorio, tum alibi præstant juxta Regularia Instituta in unum congregatæ Sorores, quapropter eò semper convenire studuit, quantumlibet charitate ductæ Moniales ei suadere contenderent, ut suæ quieti consuleret; hoc enim nonnisi necessitate compulsa neglexit.

Devotio erga B. Virg.

B. Virg. deinde speciali religione colebat, prout constat ex dictis, quæ adhuc parvula, & cõsequẽtibus annis in ejus obsequiũ præstabat,

quam proinde Deipara tantis cumulavit favoribus mox recensendis, & superiùs recensitis, præsertim verò cum ab eadem sibi apparente pullam Chlamydem indutâ intellexit, quòd Habitum Tertij Ordinis nostri induenda esset, longè autem antea, cùm apud Patrinos degens desiderio teneretur Officium ejusdem Virginis recitandi; tunc enim suavissimo quodam veluti somno correpta spiritu extra se rapta idem Officium se ritè persolvere putabat, sibique videbatur ab eâdem Deiparâ cum D. Francisco Assisiensi edoceri, ut ipsum legitimè persolveret, ac reipsa deinceps egregiè recitare consuevit. Itaque in primis Monasterio Burani Præfecta, quod à fundamentis excitaverat, quemadmodum inferius dicendum, peractis de more post Refectionem gratijs tum manè, tum vesperè Sanctissimæ Virgini ab omnibus simul Sororibus laudes quotidie dici mandavit sequenti carmine, quod ipsa composuerat.

Ogni laude data sia a Maria
Nostra amantissima Signora
Quella in nostra guida sia
Ogni laude data sia à Maria.

Fer. autem VI.

Doppo Dio la più bella, che in Cielo sia.
Tra i Martiri la più bella Martire, che in Cielo sia.
Ogni laude data sia a Maria.

Ritum enim invexerat, quem adhuc unanimiter servant Sorores singulari animi sui voluptate varias Deo, ac Deiparæ laudes dicendi, cùm Mensæ accumberent Sorores stantes, nimirum modò B. Virginem salutabant, aliquam è suis antiphonis recitando, modò Sanctos, quorum festa dies tunc ageretur, modò breves aliquas preces pro benefactoribus, modò pro ægrotantibus, modò pro afflictis; modò pro Defunctis, ut ità cum corpore instauratus spiritus in Domino exultaret; quibus deinde summoperè commota Veneranda Mater temperare sibi ut plurimum non poterat, quin à mensâ de repente surgeret, & pias quasdam laudes Deo suaviter caneret, tunc enim sæpissimè in Deum extra se rapta jucundissimum Monialibus accumbentibus exhibebat spectaculum, quæ hujusmodi fermè cœlesti specie mirificè delectabantur. Prætereà sacras ejus, quam Dominam suam appellabat, Imagines, & Altaria in Ecclesiâ tum interiori, tum exteriori magnificè ornanda habitâ ratione solemnitatum curabat, sacram enim supellectilem ditissimam, & copiosissimam ad ornamentum B. Virginis, ac totius Ecclesiæ, nonnisi ex varijs piorum oblationibus comparaverat, qui sanctum ejus desiderium advertentes ei satis, superque facere certatim studebant, quod & hisce diebus re comprobatum experiuntur Moniales; ubicunque verò prædictas Imagines etiam procul positas videbat Angelicâ Salutatione adhibitâ

E venerabatur. Parvum Illius Officium singulis diebus persolvebat, Planctum pariter ejusdem *Stabat Mater Dolorosa* eximiâ cordis compassione, item ejus Coronam, Rosarium verò pluries in die recitare solebat, alijs quoque præsentibus eâ sanè dexteritate, ut id advertere non possent, nisi aliunde id cognovissent, quod deinde à Monialibus quotidie recitandum hac lege mandavit, ut post Vesperas quindecim ex illis singulæ quintam decinam ejus partem persolverent, quo persoluto carmina quædam de sanctissimis ejus mysterijs ab eâdem composita recitarent, in lucem deinde superioribus annuentibus edita, ac typis impressa, denique oratione quadam ad B. Virginem pium hoc opus concluderent. Cùm ergo Famula Dei B. Virginem tanto prosequeretur honore, B. Virgo vices rependere F volens ei sæpe videndam se præbuit, plura eam edocuit, & pluribus gratiis ornavit. Primùm ergo hyeme rigente aliquando intempestâ nocte Monialis illa, quæ Venerandæ Matri nondum è pristinâ infirmitate instauratæ diu, noctuque aderat, è somno evigilans, suavissimum, ac violis consimilem odorem in cellâ sensit, sed adeò vividum, ut rem admirata utique præter naturæ ordinem, conterrita aliquatenus fuerit, quippe quæ nihil penitus odorum ibi esse certò noverat, postmodum Christi Sponsam accepit Antiphonam *Salve Regina* humili quidem voce, sed suavissimâ, & ad numeros musicos canentem, quod pariter accepere Sorores reliquæ in G proximis cellis cubantes, etsi non intelligerent, undenam procederet, quemadmodum aliàs non semel odorem præfatum aliæ Moniales sensere, imminente præsertim Venerandæ Matris morte. Antiphonâ completâ Famula Dei omninò quievit, deinde verò præfatus odor cessavit, quæ quidem advertens Monialis modò dicta, soluta metu fuit, & insigni perfusa gaudio, quippe quæ sibi certò suaserat, quo tempore illam sentiebat fragrantiam, B. Virginem Sorori nostræ se videndam præbere. Idem omnino Monialis eadem nocturnis pariter horis accepit, tunc verò non modò antiphonam prædictam cantavit Veneranda Mater, sed & Antiphonam Domini, & lotioni pedum accommodatam, H quatenus nox illa media erat Feriam quintam inter, & sextam, ex quo compertum omnibus erat, quòd tempus quieti corporis decretum contemplationi cœlestium addicta insumebat; inde verò surgens, quæcunque noctu contigerant admiranda, æquè ac alia omninò forent, mirum in modum dissimulare nitebatur. Plures etiam Sanctos in cœlesti Patriâ regnantes, Joseph nimirum Deiparæ Sponsum, Apostolos Petrum, & Paulum, Philippum Benitium, & præter alios, S. Ursulam cum Socijs, præ ijs autem Chordulam, quæ si metu mortis adducta sese absconderat, longè majori Divini amoris igne succensa apparuit, cùm sola vitam pro Jesu profundere non dubi-

Devotio erga B. V., quæ illi apparet.

dubitavit, quin ipsi animos adderent sociæ, sicuti illæ se mutuò ad subeundam fortiter mortem confirmaverant, eximiâ veneratione prosequebatur. Eorum Imagines ubivis positas reverenter salutabat, varia iisdem exhibebat obsequia, adeò ut dicere consueverint Moniales, quòd singulis cœlestis Curiæ Principibus addicta foret, potissimùm verò Sanctissimæ Trinitati, à quâ jugiter petebat insigne virtutum omnium Theologalium augmentum.

Præ singulari hujusmodi in Deum, & Sanctos Charitate Dominicam Passionem rarâ pietate colebat, eique adeò addicta eriam ab ineunte ætate fuerat, ut cùm adhuc apud Patrinos degens Regulare quoddam Institutum amplecti meditaretur, & seculi pompis vale omninò dixisset, Monasterio se lubenti animo nomen dare aliquando dixit, quod Moniales incolerent, quæ de Passione Domini dicerentur. Hinc Sorores nostras Tertij Ordinis forte conspiciens chlamyde nigrâ indutas, desiderio protinus incensam se sensit Habitum illum induendi, quippequem crederet Dominicæ Passioni proprium, quemque reipsâ induit, quemadmodum alibi diximus. Præfecta deinde Monasterio Burani, de quo dicendum inferiùs, ritum invexit, quòd feriâ quolibet 6. Moniales in obsequium ejusdem Passionis humi prostratæ comederent, prout ipsa toto fermè vitæ suæ tempore præstiterat; cùm verò 6. quadam feriâ die 20 Maij anno 1628. cum Sororibus hoc pacto in mensâ comederet, & liber quidam de more legeretur, cujus præcipuum argumentum erat de Imitatione Christi, extasim passa, & humi prostrata immota prorsus constitit clausis oculis, cultrum finistrâ gerens dividendo pani, quem dexterâ tenebat, accommodatâ, quod advertentibus Monialibus, seque illius precibus commendantibus, capite modò, modò manibus annuisse visa fuit; Monialis autem, quæ vices ejus gerebat, cultrum inprimis manibus illi subduxit, deinde vultum lachrymarum imbre manantem abstergendum suscipiens elatâ voce Moniales ad gratias Deo agendas excitavit, & pulsatâ campanulâ ipsam illicò sibi restituendam dixit, prout aliàs in eventibus hujusmodi expertæ fuerant; cui ipsa adhuc in extasi perseverans humili voce respondit: *Ex hoc monte descendere non licet usque ad vesperas*; reque ipsâ nonnisi ad secundum Vesperarum signum soluta ab extasi fuit. Gratias Domino egere de more Sorores, interim ipsa à sensibus abstracta, modò sanè demittebat caput, modò Christi Domini è Cruce pendentis Imaginem arctissimè amplexata oscula eidem imprimere gemebunda videbatur, scamno semper innixa, surgens deinde expansis Brachiis manus extendit, ac si Christum Jesum è Cruce depositum ulnis excipere proximè deberet, quem sanè quantociùs excipere se velle monstrabat, mox ipsum excepisse ostendens can-

cellatis brachiis pectori adhærentem arctissi-
A mè tenere indicabat lachrymis obortis, & emittens suspiria ei quàmmaximè adblandiebatur, & ex animo commendabat sacros Ordines quoscunque Regularium, Sanctam Matrem Ecclesiam, Infideles in angustiis constitutos, Benefactores, Patronos, sui Monasterij Sorores, & eos omnes tandem, qui se ejus precibus commendarant. Hac oratione completâ demisso capite Sacratissima Domini vulnera osculari visa fuit, & humili interim voce misericordias ejus prædicavit. Accedens autem propiùs ad sanctissimum ejus latus verum ibi thesaurum, & manna pretiosum absconditum adesse asseruit, aliaque quamplura dixit, quibus eximium erga Dominum Crucifixum testabatur amorem: mox
B altiùs addidit: *Domine mi magno sanè pretio animam nostram emisti*: subinde iterum obmutuit, sed adhuc iterum loqui incepit, ita tamen ut vix aliud intelligi potuerit, quàm nomen Sanctissimæ Virginis, & D. Joannis, quem Dilectum suum appellabat: Paulò verò post primum Vesperarum signum accipiens, ait: *Domine adire nobis fortè non licebit, sive primum, sive secundum adhibeatur signum*.

Devotio erga Passionē Domini.

Mox brevi temporis spatio interiecto altiùs adhuc dixit: *mea voluntas Domine voluntas tua est*, & inclinato capite addidit: *Benedicite*, benedictionem à Domino se tunc attendere demonstrans, deque nostrâ ingratitudine erga Dominum dolens, inquit: *Amen*, statimque erecta, ut Vesperas adiret, ab ex-
C tasi soluta Matri Vicariæ dixit, quòd gratias ipsæ agere Deo debuissent, ex quo conjicere licuit, quòd illa, utpote à sensibus abstracta, gratiarum actionem à Sororibus habitam minimè accepisset. Aliàs Imaginem pariter Christi Domini mortui, & è Cruce depositi ex Ecclesiâ interiori aliò delatam, ut ei morem gererent, in secretiori quodam loco posuere Moniales, ubi nimirum Confessiones excipi solebant, ne adeò obvia Venerandæ Matri foret, quippe quam noverant penè confici dolore, quoties ipsam videret. Cùm autem ipsâ die, quæ feriâ 6. fuit, eò adiisset præter illarum expectationem, & Sacram illam Imaginem aspexisset, ante ipsam in oratione posita, & in contemplandâ acerbissimâ
D Jesu Christi Passione, extra se rapta in lachrymas soluta adeò fuit, & adeò altùm gemere cœpit, ut singulæ sorores id accipientes, nec intelligentes quidnam ei accidisset, eò statim petierint, ipsamque humi jacentem videre juxtà prædictam Imaginem, vultu ad mœstitiam, & pietatem composito, quo omnes ad consimiles animi sensus excitabat, quæ luculenter inde assequebantur interiorem tristitiam è contemplatione Christi Dolorum profectam. Plures horas in hac extasi perseveravit jugiter gemens, & elatâ voce singula referens, quæ sibi videre videbatur in Dominum ipsum illata: *Heu!* dicebat, *modò vestibus exuunt, modò flagellis ipsum cædunt, modò*

Spine-

Spineam ei coronam imponunt, & ita de cæteris singillatim, quæ tanto animi angore exprimebat ingemiscens, & dolens, ut præ macie maximè confectā Sorores omnes valdè commoverit, quæ proinde Confessarium ad se vocandum curarunt, qui obedientiâ præeunte ab extasi ipsam dimitteret, veritæ, ne si diutius ita permaneret, grave quidquam pateretur. Interim verò è Sororibus altera scorsim ab aliis singula scripto notabat, ut pietati suæ satisfaceret, quæ Veneranda Mater dicebat. Hæc autem adhuc in extasi deprehendens, quod Soror illa præstabat, elatâ voce dixit: *scribe Soror Maria Victoria* (hoc enim ei nomen erat) *scribe, quod modò Cruci ipsum affigunt*, & ita de singulis, quæ in serie Dominicæ Passionis contigere. Accedens deinde Confessarius, ac Dei Famulam per fenestram illius Loci aspiciens eâ ratione constitutam, tanto dolore affectam, & adeò solutam in lachrymas adverters Domini Passionem ita exactè narrantem, utpotè mitis ingenio commotum ita se sensit, ut nec hiscere potuerit, proindeque dimissionem ab extasi præcipere, quique ad cohibendas illius lachrymas vocatus fuerat, lachrymari potius cum ipsâ cœpit. Mox instaurato aliquantulum spiritu vix pauca dixit ad eam recreandam idonea, quæ tamen illa utpote extra se rapta, & in altâ dolorum amatissimi Jesu contemplatione absorpta nullatenus accepit, eâque ratione ad vesperam usque permansit, sibi deinde restitura viribus penè exhausta fuit, postquam Dilectum suum (hoc nomine ipsum in extasi appellabat) in sepulcro reconditum viderat.

Extases in contemplandâ Domini Passione.

Quandiu vixit in Monasterio Burani Feriam sextam adeò colere solebat in obsequium Dominicæ Passionis, ut ab operibus servilibus abstinendum omninò voluerit, quoad ei licuit, quæ solum fieri patiebatur maximè necessaria, & piis duntaxat operibus vacandum curabat, contemplationi cœlestium jugiter addicta, si tempus illud excipias, quo & Choro, & Refectorio cum Sororibus interesse obedientiâ cogente debebat, & cibum aliquem sumere, sed ingenti molestiâ, quippe quæ Dilecti sui Passionem jugiter animo recolebat. Eâdem feriâ aliquid semper ad mensam legendum curavit ad Christi Domini Passionem pertinens, quod tamen paucis expedire nitebantur Sorores, statim enim ipsa vel à sensibus abstracta, vel adeò conterrita erat, gravia emittens suspiria, ut maximo ipsam dolore affectam intelligerent; tum verò genus aliud lectionis instituebant, quod ipsa vel non advertebat, utpote à sensibus abstracta, vel si fortè adhuc abstracta advertisset, dissimulabat, quippe quæ cor sibi præ dolore opprimi sentiebat. Hac sanè feriâ peragendis negotiis inepta penitus erat, donec Sponsum Jesum à sensibus abstracta è Cruce depositum videret; siquando verò Moniales illam interpellarent adhuc extaticam pro re quadam decernendâ, quam utpote magni momenti habitam non ulteriùs differendam, nec sine illius assensu statuendam putabant, ipsa adhuc in extasi permanens abnuebat, & cum illis se fore spondebat, cùm Christus Jesus è Cruce depositus fuisset. Hinc quoscunque etiam claritate generis præstantes, ad ipsam alloquendam accedentes dimittere feriâ prædictâ consueverant dicentes eo temporis audientiæ locum non esse, non enim illi restituendæ sensibus se pares esse intelligebant, quòd si fortè mœrentes nimiùm eos cernerent, quòd eam alloqui non possent, eam quantumlibet extaticam adeò precabantur, quòd accedentibus, & alloqui cupientibus præstò foret, ut eos utique adiret, sed utpote extra se rapta tanquam audientiæ exhibendæ inepta dimittenda foret, qui tamen in eo saltem maximâ afficiebantur voluptate, quòd eam ita in Deum abstractam intuerentur, ex quo non mediocris cuique accedebat ad pietatem commotio.

Devotio erga Domini Passionē.

Hac de causâ secretiora subibat loca, adeò ut illæ, quibus curæ de ipsâ erat, invenire quandoque vix possent, quamvis per eas orationi indulgere ei liceret, opus autem erat, ut situm ejus adverterent, quoties orationi vacabat, nam adeò incommodus plerunque ei contingebat, ut sibi deinde restitura vix loco movere se posset. Imaginem quandam veterem Christi Domini è Cruce pendentis in dormitorio infirmarum positam singulari pietate venerabatur, & singulis diebus ad vesperam invisere solebat. Accidit autem aliquando, ut eò pertransiens unà cum illâ, quæ curam ipsius agebat, Imaginem hanc fixis oculis intuita, mox ad Monialem Sociam conversa hæc inquit: *Aspice quæso quonam pacto sacra hac Imago præter consuetudinem longè pallidior hac die, feriâ nimirum 6. apparet!* quod sanè elevatis oculis non sine admiratione Monialis illa perspexit, licèt hoc dissimularet, ne Famulæ Dei gravior esset, necnon feriâ qualibet sextâ, postquam etiam è vivis decesserat Veneranda Mater, idem semper advertit; hinc ætate gravior à Confessariis prohibita fuit, quo tempore nimius ætatis fervor urgeret, prædictis diebus orationi diutiùs vacare, & opera manuum exercere jubebatur, ut à prædictis angoribus, & raptibus eximeretur; quibus utique morem omninò gerebat, sed tantâ corporis molestiâ, ut penè viribus exhausta esset, quamvis in eo sibi maximè placeret, quòd obedientiam præstabat, quod advertentes Confessarij integrum ei esse permiserunt præfatâ feriâ collocutorium non adire, sed Choro tantùm interesse, & orationi indulgere, quemadmodum semper deinceps præstitit.

Devotio erga Domini Passionē.

Ex hujusmodi orandi studio, ac Dominicæ Passionis potissimùm contemplandæ, factum est, ut extases frequenter subierit, tum privatim, tum publicè, & plurimis, iisque insignibus cumulata muneribus fuerit, partim superiùs recensitis, partim modò recensendis; nam præter ea, quæ superius diximus quoad

raptûs

raptûs, & extases, recolendum in primis est, quòd Tertij Ordinis nostri Habitu solemniter, ut diximus, induta, & in aliarum Sororum consortio admissa longè frequentiùs extases hujusmodi subibat, quarum veritas, ut clarior omnibus fieret, Deo sic permittente, haud mediocriter contulit Sororum quarundam improbitas, quæ fidem ipsi non habentes, eamque illudentes, modò ipsam trahebant, modò impellebant, modò vocabant, sed frustra, nam penitus immota nihil ex iis sentiebat; quod planè speciatim contigit animadversione dignissimum, cùm illius Loci Priorissa ad rei veritatem comprobandam in parvulo alterius ex ejus manibus digito morsum graviter infixit, Soror enim nostra æquè ac mortua fuisset nullum motum præsetulit, maximo tamen affecta dolore fuit ad deliquium usque statim ac sibi ab extasi restitura fuit. Cùm autem gratiarum hujusmodi post Sacram Communionem familiarium rumor longè, latèque sese diffunderet, Civitatis Venetiarũ Patriarcha Vendraminus ducendam die 23. Januarij 1612. mandavit in Ecclesiam, quæ dicitur de Castello, ibique propriis manibus Sacrâ Eucharistiâ refecit. Quo peracto

Extases

in Deum abstracta de more, maximè in acerbissimæ Domini Passionis contemplatione defixa, ipsum obtestabatur, quòd se participem semel saltem faceret dolorum, quos ipse in capite, pedibus, & manibus subierat, quippe quæ ob nimia peccata sua pœnam quamcuoque gravissimam sibi deberi dicebat: itaque vehementem, & inexplicabilem in pedibus, & manibus dolorem illicò persensit, eodemque Patriarchâ vidente vividus ex alterâ ejus manu cruor effluxit, quem ipsemet Antistes abstersit, ibique præsens fuit, donec Famula Dei restituta sensibus apparuit, & quidem longo temporis intervallo. Quandiu verò perseveravit in extasi probè intelligebat placitum Deo esse, quòd hujusmodi dolores subiret, ipsum tamen enixè rogabat, quòd nullum exterius signum, nullam cicatricem apparere pateretur, sed contra potiùs doloris sensum augeret, idque se assecuram esse cognovit, hac tamen lege, quòd plura ipsi antea subeunda erant adversa, deinde verò evanuissent signa prædicta exteriùs impressa, perseverantibus doloribus quandiu ipsa superstes fuisset, eâque ratione dolores recoleret, quos propter ejus errores Dominus Jesus subierat, longeque majora excepisset beneficia, sibi tandem restituta Domino Patriarchâ mandante domum suam rediit serò nimis, ac diligenti adhibitâ custodiâ, ne concurrentis populi tumultu perturbaretur. Hoc verò nonnisi ægerrimè assequi potuere, præ ingenti hominum cujusque generis, & sexûs frequentiâ, qui mox dictum intelligentes prodigium eò certatim accurrerant ipsam terrâ, marique ad domum usque jucundissimo quidem spectaculo insequentes. Quò cùm pervenisset, Moniales tanto concursui reprimendo penè impares Januam vix occluserunt, unusquisque A enim ipsam alloqui, ipsam videre nitebatur magnâ veneratione commotus, quod alibi diximus, ubi nimirum de ejus humilitate. Insequente autem nocte divinitùs intellexit voti compotem se faciendam, quod adhuc puellula conceperat, Clausuram videlicet subeundi, ac proximè sequenti sabbatho, die nimirum 24. Januarij anno 1612. in Monasteriũ S. Hieronymi Monialibus Ordinis S. Augustini nuncupatum aditum sibi parandum, ubi plura illam manebant adversa, plura discrimina.

Interim D. Patriarcha tumultibus obviam ire prudenter volens, quos ob Populi concursum admiranda videre gestientis, quæ passim in Famulâ Dei patrabat Altissimus, excitandos B præviderat, eam seriò monuit, quòd Monasterium sibi gratum eligeret, quò se reciperet, quam oculis omnium per Urbem subductam volebat, idque gratissimum ei fuit, non verò novum, prout modò dicebam. Cùm verò Moniales S. Hieronymi, quæ Dei Famulam adhuc parvulam cognoverant, ubi frequens in earum Ecclesiâ, & apud ipsas aderat, Patriarchæ consilium intelligẽtes illam apud se esse vehementer cuperent, Patriarcha annueret, & Famula Dei assensum præberet, die 28. Januarij ejusdem anni 1612., quæ sabbathum fuit, Deiparæ proinde dicatâ, D. Patriarchâ mandante è Domo Tertij Ordinis nostri Monialium id utique molestè ferentium educta, Ecclesiam S. Hieronymi adijt, ibique C Sacram Eucharistiam de more percepit, subinde ad Monasterij portam accedens, ubi Abbatissa, & cæteræ omnes Moniales in limine ad eam excipiendam positæ erant, genibus coram Abbatissâ flexis, num illò adiret perpetuò permansura, interrogata humillimè reposuit, se illuc venisse non permanendi, vel exeundi consilio, sed morem omninò Deo gerendi, tum verò Monasterium ingressa se prorsus indignam habebat Monialium illarum consortio, quas velut Angelos venerabatur, quemadmodum deinceps testata fuit. Mox ante aram interioris Ecclesiæ Monialibus associantibus, provoluta, sibi hæc interiùs dicta accepit: *Anima mea adhuc tecum sum*, & à sensibus penè abstracta respondit: *Fiat* D *voluntas tua, Deus meus*; diu autem post sibi restituta Abbatissæ cellam adiit, quæ ei statim præcepit, ut alibi dictum est, quòd Divina cum Sororibus in Choro persolveret. Unà cum ipsâ Monasterium illud subijt adhuc alia Monialis Tertij Ordinis nostri, nomine Juliana, Deo maximè addicta, ut Sponsæ Christi adesset; utrique commoda sedes, quam incolerent, decreta fuit, & utraque à D. Patriarchâ Abbatissæ plurimùm commendata, qui frequentiorem in dies advertens Populi concursum præcepit, ne cui pateret ad ipsam aditus, neque videndam ulli sese præberet, quin etiam nominata nullatenus esset, eo planè consilio, quòd ibi perpetuò vita ei transigenda

Monasterium D. Hieron. ingreditur cum aliâ Tertiariâ nostrâ.

genda foret. Insuper præcepit, quòd singula diligentissimè scripto notarent Moniales, quæ Sponsæ Christi contigissent. Hæc autem clausuræ se consecraram aspiciens, quam tantopere cupierat, præ gaudio exilibat. Non ideò tamen Habitum Ordinis nostri exuere, & Monialibus illis proprium induere, necnon Professionem Regularem ibidem emittere unquam voluit, quantumlibet ipsam ad hoc vehementer urgerent, & Moniales, & Viri Nobiles quamplures consanguinitatis vinculo cum Monialibus illis coniuncti se ad omnia præstanda exhibentes, quæ ad opus hoc complendum necessaria forent, sibi enim cavere volebant Moniales, ne ipsa unquam inde discederet. Verùm ad sublimiora à Domino electa animum nunquam inducere potuit famula Dei, ut morem illis gereret, semper autem respondit, se illuc accessisse non exeundi, non permanendi consilio, sed quæ tantùm Deo placita forent opere complendi.

Habitũ nostrum non exuit quamvis valde solicitata.

Antequam verò hoc Monasterium subiret, die nimirùm 20. ejusdem Mensis Januarij, in eâdem Ecclesiâ S. Hieronymi S. Communione refecta, prout ipsi vel ab ineunte ætate familiare semper fuerat, quæ proinde Monasterio illi maximè addicta ipsi nomen dedisset, si Moniales illæ tunc annuissent, studium enim omne ad id assequendum adhibuerat, quod inane esse intelligens, Ordinis nostri Habitum induit, ut diximus, cæteroqui magnam diei partem in Ecclesiâ prædictâ S. Hieronymi è regione Domûs Monialium Tertij Ordinis nostri positâ, transigere assueta; Sacrâ inquam communione refecta, quæ proinde quotidie ipsi deinceps licuit, postquam in extasi sibi familiari per integram horam, & ampliùs perseveraverat, contremiscere quodammodo cœpit, & in volâ manuum conspicua se præbuere Sacrorum Stigmatum signa cum aliquot sanguinis guttulis, præsentibus tribus Sororibus ejusdem Monasterij Conversis, & nonnullis fœminis nobilibus, quarum altera Famulam Dei suis brachiis sustinuit, cùm ipsam tremore correptam aspexit. Feriâ 6. deinde proximè sequente, postquam Monasterium subierat, quæ tertia Februarij dies erat, extasim de more passa S. Eucharistiâ perceptâ, prædicta Stigmatum signa in manibus exhibuit cum uberiori sanguinis copiâ, quæ planè 6. qualibet feriâ deinceps ad Quadragesimam usque semper exhibuit, quibus commotæ plures è Monialibus, sicut & singulari vitæ tenore, quam in Famulâ Dei, ejusque Sociâ mirabantur, quàmsæpissimè unà cum ipsâ modò decem, modò duodecim Divinæ Mensæ accumbere solebant, quin etiam ipsâ excitante Dominicâ in Quinquagesimâ, quæ fuit quarta dies Martij, & feria 5. proximè præcedente idem omnes præstitere, eas enim tum exemplo, tum verbis ad pietatem jugiter confortabat, pluraque iisdem, eademque salutaria monita conferebat. Die autem 7. ejusdem Mensis, feriâ nimirùm 6. Cinerum, cùm in extasim rapta de more esset, E Sacrâ Comunione peractâ, pluribus Monialibus præsentibus in meridie in volâ manuum, prout antea contigerat, Sacra Stigmata apparuere; insuper verò ex parte lævæ manûs opposita idem Stigmatis signum, cum aliquot sanguinis guttulis apparuit, quemadmodum & in pede sinistro eadem Stigmata, fluente quoque sanguine, primùm apparuere. Vultu quidem hilari, jucunditatem animi præseferebat, hinc suaviter modò canere, modò psalmos, & hymnos dicere, modò cum aliis colloquia miscere solebat, qui cæteroqui Astantium oculos latebant, verùm summo quoque ipsam eo temporis affectam fuisse dolore inde compertum erat, quòd sibi restituta, ac sensibus, viribus exhausta, & F penè macie confecta videbatur. Die 16., quæ pariter feria 6. erat, horâ circiter 9., postquam suis orationibus de more vacaverat, eadem Stigmatum signa in manibus, & pede sinistro de more exhibuit, adhuc autem & in fronte, decem enim sanguinis guttulæ è decem præcipuis sinistri temporis partibus in speciem sudoris fluebant, è quibus quatuor ad medium frontis usque, sex autem aliæ ad invicem ordine quodam dispositæ à medio frontis ad tempus dexterum usque se diffundebant, vultum interim ipsa festivum, & rubicundum, & Angeli potiùs, quàm hominis præferente, ita verò permansit ad horam usque 21. pluribus semper præsentibus Monialibus. Feriâ 6. proximè sequente, die nimi- G rùm 23. eiusdem Mensis, adeoque Incarnationis Dominicæ Mysterio proximâ, Stigmata exhibuit in manibus, & ambobus pedibus persoratis, & e fronte nimiam sanguinis copiam emisit; quoniam verò genuflexa apud quoddam scamnum erat, & capite volis manuum innitebatur, necnon longe uberior sanguinis copia fluxerat, quem subinde per manus, & faciem effusum sudariolis, quoad ijs licuit, collegerunt nonnulli, propterea non adeò omnibus obvia stigmatum signa fuere. Feriâ 6. insequente die nimirùm 30. Martii factâ Communione refecta consuetam utique subiit extasim, nulla tamen stigmatum signa apparuere. Sciendum tamen est, quòd ubi sanguis, quem fluere per manus, & frontem H dicebam, abstersus fuerat, in manibus, & pedibus signa non permanebant exteriùs, siquidem ipsa à Domino petierat, quod in corde potiùs, quàm exteriùs, signa stigmatum imprimeret, etsi non illicò saltem id consecuta fuerit. Monialem quamdam illius Monasterij seculo defunctam die 4. Aprilis ejusdem Anni Soror nostra summis precibus commendare satagens extasim passa fuit, interim Deo benedicens, & gratias agens, quòd Monialis illius animam ad cœlestis Regni gloriam gradum fecisse intellexerit, eo proinde perfusa gaudio, ut sanguinem è fronte, & è capite uberrimè emiserit, quem subinde Moniales sudariolis adhibitis collegere.

Sacra Stigmata recipit.

Extases passa sacra Stigmata recipit.

Restituta quidem sensibus mox fuit, sed adhuc in oratione perseverans Divina persolventibus in Choro Monialibus extasim iterum passa, sanguinem pariter, & quidem largè emisit. Ipsâ quoque die horâ circiter nonâ præsentib is iisdem Monialibus in extasim rapta consueta exhibuit cum aliquot sanguinis guttulis stigmata, quorum signum in dexterâ ex parte superiori apparuit, quod antea minimè contigerat, in fronte verò sanguis urique non fluxit, sed rubra quædam signa apparuere, quemadmodum 6. Aprilis die, quæ feria 6. erat, loco sanguinis in fronte signa eadem rubra sese videnda dedere, quæ post integram horam evanuerunt. Die 11. ejusdem Mensis, quæ feria 4 erat, sanguis è manibus, & pedibus largè manavit, ac dextera perforata apparuit, cujusmodi antea non erat. Die 13., feriâ nimirum 6., lachrymas sanguineas octo, vel decem, non sine magnâ Monialium admiratione, extasi de more passa ex oculis emisit. Die tandem 20. feriâ videlicet 6. in Parasceve, Sacerdoribus Passionem Domini cantantibus extasim subiens, sudorem sanguineum in fronte è viginti, & unâ partibus emisit, quod pariter contigit in manibus, & pedibus ex utraque parte.

Hucusque dicta, quæ Patriarchæ Venetiarum, juxta ejusdem mandatum, per literas datas die 30. Aprilis 1612. testatæ fuere Moniales S. Hieronymi, accedit & aliud, quod proximè sequente Mense Majo eædem Patriarchæ Sorores eædem testantur. Die 2. prædicti Mensis, quâ horâ decantari solebant Vesperæ, Christi Domini è Cruce pendentis Imago, quæ ad ima scalæ erat illius Cellæ, quam Sorores nostræ colebant, amota inde fuit, & à Famulâ Dei superius delata, & lectulo Sororis Julianæ imposita, ubi ante Imaginem illam provoluta Soror nostra Andriana, ipsamque artissimè complexa in extasim rapta paulò post fuit, deprehensaque simul à Monialibus tota ejus facies sanguine manans, quinetiam sacra Imago, tum in spineâ Coronâ, tum in plagis lateris, & pedum, tum in pectore, sanguine pariter conspersa, qui sanè à Sorore Andrianâ profluxisse videbatur, revera tamen è sacrâ Imagine ipsum emanasse cõpertum fuit, nam proximè sequẽte die, 3. nimium præfati Mensis Inventioni Sanctissimæ Crucis dicatâ, Sacra illa Imago, cùm adhuc sola esset, sanguine manare recenti, & vivido in iisdem plagis perspecta fuit, quinetiam faciem à pectore elevasse videbatur duorum digitorum, & amplius altitudine, quod advertentes Moniales solemni institutâ supplicatione cereos ardentes præ manibus gestantes pristinæ Sedi Venerandam Imaginem restituere, & in argumentum reverentiæ ipsam aspicere ausæ nequaquam fuere.

Utpote Charitatis operibus addictissima, prout alibi diximus, Monialem quandam morti proximam in eodem Monasterio, quæ S. Ursulam eximiâ veneratione prosequebatur, Soror nostra Domino etiam atque etiam commendabat; intetim suavissimum intempestâ nocte concentum accepit, sibique suadens institutam à Monialibus fuisse Processionem, inde prosiliens explorare voluit per quandam januam atrio incumbentem, undenam ille concentus, insignem verò lucem tanquam plurium luminum conspexit, prout moris erat, quoties habebantur supplicationes. Quæ quidem advertens subdubitare cœpit, quòd ad probandam ejus virtutem ipsam vocare noluissent Moniales supplicationem illam instituentes, vel quòd S. Ursula sororem ægrotantem nomine Antoniam inviseret ad cœlestia Regna ducendam. Hoc autem significante Monialibus Andrianâ unanimi consensu existimarunt D. Ursulæ occursum ægrotanti Sorori speciem illam fuisse, quâ proximè mortuâ, tanquam ratum habuere. Monialem quandam à se quadantenus aversam (licèt enim è Monialibus illis plures Andrianã eximiâ dilectione complecterentur, cujus insignem sanctitatem venerabantur, non deerant tamen, quæ virtutem ejus suspectam habentes ipsam haud mediocriter aversabantur) obviam aliquando habuit, cui è vase quodam, quod præ manibus habebat, excidit fortè ignis. Itaque Christi Sponsa charitate commota nudis manibus ignem acceptum in idem vas intulit absque ullâ sui læsione. Monialis illa infensa ei acriter illudens se quoque sanctam esse joco pronuncians, ignem & ipsa manibus accepit, Andrianam æmulari, vel potius irridere contendens, adeò tamen aduri se sensit, ut *heu* clamans, & subirata ignem statim projecerit, indeque abierit. Juxta conclave Sororis nostræ hortulum instruxerant Moniales, ut refrigerium aliquod ipsa exinde perciperet. Cùm autem frequentes ibi adessent lacertæ, quoties Andriana animi gratiâ, postquam orationi diu vacaverat juxta præscriptum Confessarii, per fenestram hortulo incumbentem animalcula illa comiter ad se vocabat, illicò hæc juxta fenestram in unum coibant, micas panis, quas illa parabat, absque ullo horrore aliàs animalculis illis familiari comedebant, elato deinde erga ipsam capite, quasi aliquid aliud petentes, vel de micis acceptis gratias agentes, inde non recedebant, nisi ipsâ recedente cicures omnino factæ, ex quo non mediocris Famulæ Dei accedebat voluptas Divinam virtutem suspicientis. Signum salutationis Angelicæ in aurorâ campanæ sonitu exhibere, & Sacram B. V. Imaginem in vertice scalæ positam vestibus instruere Sororis Andrianæ erat, quam proinde magnificè exornare satagebat, ibi verò quàmsæpissimè in extasim raptam cernebant Moniales, quæ rem ipsam non assequentes, ne per scalam in præceps rueret, verebantur.

S. Ursulæ, & Sociarũ Processionem videt.

Plura adhuc recensenda supersunt, & quidem admiranda, quæ in Sorore nostrâ patravit Altissimus; verùm operæ pretium est, Lecto.

Lectorem præmonere, quòd Soror hæc, ex quo apud Moniales Tertij Ordinis nostri degebat, insigni desiderio teneri cœpit à fundamentis excitandi Monasterium Ordini Servorum Deiparæ pro Monialibus, sed in loco ab hominum frequentiâ, atque tumultibus semoto, & quantumlibet in Monasterio prædicto S. Hieronymi reclusa foret, & Patriarchæ præceptum urgeret, quod nequidem ejus nomen traduceretur, quinetiam licèt adversâ uteretur valetudine, hujusmodi tamen desiderium magis in dies augebatur, itaut Sociæ suæ Julianæ significaverit, ac de ipso identidem sermonem instituere non dubitaverit, quæ huic operi infensa se mortem oppetere malle dicebat, quàm operi prædicto manum admovere. Eò aliquando processit hoc desiderium, ut temperare sibi minimè potuerit, quin illud Confessario communicaret, hoc tantummodo ab eo petens, ut sibi per ipsum liceret eos omnes consulere, & cum ijs agere, quos ad opus hoc consummandum accommodatos esse intelligeret. Ipsam profectò severè nimis excepit Confessarius eidem expendendum objiciens, quòd ideo Monasterium illud subierat, quia nec inde evadere, nec ejus nomen per aliorum ora versari expedire visum fuerat, adeòque petitionem ejus aversatus ei seriò præcepit, quòd de re hujusmodi nec loqueretur ulteriùs, nec cogitaret. Non ideò tamen animo cecidit Andriana, Deo sic disponente, quem ipsa proinde summis precibus indesinenter urgebat, ut si id ei placitum esset, quæcunque ad operis perfectionem necessaria forent, pararet. Accidit autem, utique non sine Dei consilio, quòd aliquando Confessarius ab eâdem Sorore petiit, quidnam de fundatione prædictâ sentiret, quæ cùm respondisset, se pari adhuc desiderio teneri, & ab ejus nutu juxta Domini placitum pendere, Confessarius reposuit se plenam illi facultatem petitam daturum, dummodo sponderet, quod ipsum nunquam, tanquam hujus rei auctorem, circumferret, apud Moniales potissimùm, quas probè norat opus hoc quammaximè aversaturas, quippequæ Christi Domini Sponsâ, quam summopere diligebant, omnino destitui ægerrimè passuras sciebat. Sponsione autem factâ de secreto servando facultatem obtinuit, ac Deo gratias agens illicò rem ipsam duobus Viris Nobilibus Boldù, & Contarini, quorum familiari consuetudine utebatur, proposuit, necnon sibi placere addidit duos Theologos in hac re consulendos, an verè à Deo foret. Voti compos hucusque effecta Theologos ideo ad ipsam accedentes consuluit, specie quidem de rebus cum ijsdem agendi animam suam spectantibus, ut prædictum consilium Moniales prorsus lateret, qui rem ex se arduam fore expendentes post varias consultationes in eo unanimiter consensere, quòd si opus hoc à Domino foret, utique absolutum fuisset, ac propterea ipsi ea omnia peragenda,

De fundatione Monasterij agit.

quæ ad hoc conducere maximè viderentur, E quæ si fortè irrita esse cognosceret, sibi tunc suaderet, quòd opus à Domino non esset, adeòque votum hoc tunc prorsus negligeret. Itaque Divino innixa præsidio necessaria quæcunque cum præfatis Dominis moliebatur, sed adhuc locus obvius non erat juxta votum secretus; interim Soror Juliana hujusmodi consilio, ut diximus, infensa, antequam negocium hoc absolveretur, è vivis decessit, ex quo Famula Dei intellexit opus hoc ab ipso esse, qui proinde obstaculum illud amoverat. Post hæc non adeò frequentes subibat extases, ut gravioribus detineri posset negocijs, prout rei necessitas exigeret; præterea quocunque ciborum genere vesci deinceps licuit, quod antea pati non poterat F præ nimiâ stomachi nauseâ, ne si in præcedenti inusitato abstinentiæ genere perseverasset, Moniales recèns Deo consecratæ ipsam veluti Fundatricem, & Matrem imitari volentes naturali corporis constitutioni grave præjudicium inferrent, adeòque ipsa communem vivendi formam servandam suscipiens cæteris in Monasterio degentibus præire posset exemplo. His igitur longè certior facta, quòd consilium hoc à Deo foret, lapidem omnem movebat, ut assequeretur intentum, præsertim verò, quòd Viros illos Nobiles eidem consilio promovendo mirum in modum addictos videret. Postquam verò de pluribus Locis sibi propositis, ubi statuenda sedes esset, sibi minimè placebat, quòd aliò G Dominus ipsam decreverat, tandem aliquando in Insulâ haud procul Venetiis positâ, quæ dicitur Buranum, Vir nobilis præfatus Boldù desertum Locum deprehendit, quem duæ tantùm Moniales ætate graves colebant, Monasterium enim antiquitùs fuerat, sed injuriâ temporum, & varijs calamitatibus eversum. Illud profectò est, quemadmodum accepimus è monumentis Archivi S. Mariæ Servorum de Venetijs, quod anno circiter 1530. construxerant Patres Servorum de Observantiâ, prout diximus ad annum 1530. Cent. 3. lib. 6. cap. 14. juxta Ecclesiam sub titulo S. Mariæ Gratiarum, quam unà cum proximâ Domo, iisdem Patribus largitus fuerat Patritius Venetus D. Vincentius Grimani, ibique aliquandiu H inhabitarunt. Verùm necessarijs proventibus destituti inde recesserunt, Locum hunc concedentes Monialibus quibusdã Ordinis S. Benedicti Seraphinæ Gritti, Mariettæ Fuscari, & Raphaeli Querini singulis Venetis, quibus deinde cùm aggregatæ fuissent aliæ, & Monasterium fortè complere studuissent, & absolutam Disciplinæ Regularis observantiam instituere, paulatim defecere, ac duæ tantùm præfatæ superfuere. Locum igitur hunc Andrianæ consilio aptissimum existimans Vir Nobilis Boldù eidem confestim proposuit, quæ statim singulari gaudio affecta sedem illam esse sibi suasit, quam ipsi paraverat Dominus, cui proinde

Extases nõ æquè frequẽter fuit.

Plu-

plurimas retulit gratias, & statim cum præfatis Viris nobilibus unanimi consensu, quæ peragenda forent, decrevit, qui sanè nullâ interpositâ morâ operi manum admoverunt.

Puellas eligit induendas.

Interim Puellas septem à Domino ad magnum hoc opus præelectas, cœlestibus Doctrinis imbuendas, & in perfectiori vitæ genere instituendas colebat, quæ ipsam frequenter adibant ad ostiolum, quod ipsi paratum fuerat apud ejus conclave, ut pijs quibusque Christifidelibus eam consulere cupientibus satis superque faceret; ipsas subinde Puellas de ijs omnibus edocebat, quæ in Monasterio recèns construendo juxta Regulatia Instituta præstanda singulis essent, ita tamen, ut Moniales D. Hieronymi id omninò lateret. Assiduo deinde prædictorum Nobilium studio D. Patriarcha facultatem in scriptis concessit Sorori nostræ Andrianæ, quòd die 23. Februarij 1619. à nativitate è Monasterio D. Hieronymi evaderet, licèt antea oppositum omninò sentiret, neque ejus nomen proferendum in medium vellet, & ad Locum in Insulâ Burani statutum deferretur. Subinde facultatem etiam à D. Zachariâ Vecchio Episcopo Torcellensi, in cujus Diœcesi Insula illa erat, impetrarunt Viri nobiles prædicti Andrianam eò perducendi ad Monasterium præfatum excitandum. Nequis autem Populi tumultus fieret, ubi è Monasterio D. Hieronymi educenda esset Andriana, utpote præ sanctitate vitæ, & mirabili prodigiorum serie celeberrima, ipsam enim certatim omnes, quasi agmine facto videre, & alloqui contendissent, varijs hinc inde pensatis consilijs Viri nobiles prædicti, cum Domino Patriarchâ in id consensere, quòd duabus horis, antequam illucesceret dies, omnibus proinde quiescentibus é Monasterio, & ex Urbe educeretur.

Facultas adeundi Buranū.

Hisce habitis illicò Andrianam adiere, & de re hujusmodi solicitam certiorem fecere, statimque Puellas cum ipsâ ducendas, cæteraque omnia ad opus hoc absolvendum necessaria instruxere, quibus completis nonnisi post secundam noctis horam, quin Abbatissæ, prout consueverat, curæ de illâ foret, quam cum Viris nobilibus res agere noverat, quas magni momenti putabat, etsi, quid essent in specie ignoraret, Chorum subijt Andriana, ubi Moniales matutinas laudes persolverant, & coram Abbatissâ provoluta, à quâ benedictionem exceperat, facultatem, & commissionem D. Patriarchæ eidem exhibuit, quas illicò perlectas Monialibus ibidem præsentibus significavit, quæ sanè unà cum Abbatissâ ægerrimè ferentes Andrianâ nostrâ destitui lenibus verbis quædam conquerebantur, quòd inconsultis ipsis, & rei causam non intelligentibus inde vellet abire, durioribus verbis quædam ipsam urgebant, & objurgabant; omnibus autem satisfacere studebat in memoriam illis revocando, quòd Monasterium ingressa coram omnibus publi-

A cè dixerat se illud subire, non exeundi, nec permanendi consilio, sed quod placitum Deo foret exequendi, eaque ratione commotos animos componere satagebat, quod tamen assequi plenè non potuit, ac revera si temporis tolissent angustiæ D. Patriarcham ita urgere non dubitassent, ut à Decretis resiliisset, quippe quæ consanguinitatis vinculo cum Viris nobilioribus coniunctissimæ plurimùm auctoritatis haberent. Quoniam verò contra Dominum consilium non est, ipsâ die 23. mox dictâ, quæ sabbathum fuit B. Virgini dicatum, prævià Domini Patriarchæ benedictione, & Episcopi Torcellensis facultate horâ præstitutâ, è Monasterio educta fuit Andriana, assistentibus clarissimis Mulieribus Corneliâ Michiel, Andrianâ Cornarâ, & alijs in

Moniales S. Hieronymi ægrè ferūt Andrianæ discessū

B quodam navigio ab alijs secreto, prout & in alio Puellæ aderant ab honestissimis fœminis associatæ, quas ad Monasterium excitandum, ut diximus, sibi elegerat Andriana, indeque, prout par erat, instructæ Buranum versus iter suscepere. Hic autem præterire non decet, quòd etiamsi nondum illuxisset dies, & altum in hac re servatum fuisset silentium, nihilominus magna convénit navigiorum seges, & insignis Populi concursus, non è grege modò ad ipsam videndam undique concurrentibus, verùm etiam plurimis tum claritate Generis, tum aliunde conspicuis. Antequam ulteriùs progrederetur Ecclesiam adire voluit S. Francisci de Deserto, cui maximè addicta erat, quò unà cum septem præfatis Puellis, & duabus

Egreditur è D. Hieron. Monast. & una cum septem Puellis, ac duabus nostris Tertiariis Buranum proficiscitur.

C bus Sororibus Tertij Ordinis nostri eam associantibus ingressa, postquam Venerabile Sacramentum Eucharistiæ venerata fuit unà cum Socijs hymnum cecinit: *Te Deum laudamus*, quod illius Cœnobij Patres præter consuetudinem advertentes, causamque proinde assequuti Deo laudes dicebant. Inde solventes memoratis navigijs optatam sedem versus alacres iter omnes suscepere, quam profectò adeò ditutam invenere, ut quò se reciperent vix assequi posse viderentur; Angustam inprimis Ædem incolendam, quoad fieri licuit, instruxere, fermè sub dio, ut alibi diximus, ubi de paupertate, adeoque iniurijs temporum, & inclementiæ aeris din, noctuque expositæ. Ædes hæc erat illis in Oratorium,

D in usum Coquinæ, & alium quemcunque præsentis vitæ necessitatibus opportunum, ubi sanè præclarum sui spectaculum præbebant, quoties orationi vacabant, quædam enim parietinæ innitebantur, fragmento trabis quædam, quædam verò pauculis farmentis, singulæ demum in summâ egestate constitutæ, quoad fieri poterat, sese aptabant, haud mediocri perfusæ gaudio, quòd tanta fubite datum ipsis foret incommoda, speciatim verò Andriana, quæ cæteris animos addere solebat, singulas de ijs omnibus edocebat, quæ ad vitæ profectum pertinent, necnon quæcunque victui necessaria opportunè suppeditabat, & fabricæ instaurandæ, cujus

Summa Loci paupertas.

Fabrica brevi perficitur.

votis obsecundante Domino Religiosi quidam Mercatores largam ad hoc stipem erogarunt, præ cæteris autem Gaspar Bosello, itaut fabrica perfecta brevi fuerit, necessariâ supellectili tum profanâ, tum sacrâ commodè instructâ, & instituendæ clausuræ accommodatâ, quam proinde annuente Excellentissimo Senatu sub faustissimis auspiciis Serenissimi Principis Joannis Cornaro à Summo Pontifice petere non dubitarunt. Interim novellæ Christi Sponsæ Divinæ gratiæ præsidio, et providâ Matre Andrianâ præeunte in excolendis virtutibus proficere, & sanctiùs in dies vivendi genus instituere satagebant, sibi proinde quammaximè gratulatæ, quòd Loci conditio non mediocriter ab Urbe dissiti, nec nisi benevolis cogniti, in causâ potissimùm foret, quòd & victui necessaria plerunque deessent, modò nimirum panis, modò vinum, modò ligna, modò hisce similia, non absque speciali Dei consilio, qui earum virtutem probare simul, & confirmare decreverat, quæ revera incommodis hisce superiores cætera omninò negligentes, cœlesti Sponso duntaxat placere studebant; interim Christi Domini Sponsa eximiâ spe in Deum erecta, cui de Neonuptis curæ potissimùm erat, Deum enixè rogabat, quòd de Ipsis tanquam Filiabus sollicitus esset, qui sanè preces ejus irritas esse non passus, ut earum commodo consuleret, neque prodigijs parcebat.

Brumâ aliquando rigente destitutæ penitus erant victualibus, & præ nivium copiâ, ac ventorum vehementiâ, Venetias adire nemini licebat, ut inde necessaria peti posset annona; Famulâ verò Dei se, suasque Filias Deo maximè commendante, cymbula repente ab uno Vetulo directa temos alacriter versante terram appulit, non sine ingenti spectantium admiratione, hic autem ad januam

Victui necessaria divinitùs parantur.

Monasterij amplissimum oenophorum apposuit exquisito vino repletum, & canistrum pane, & alijs comestibilibus instructum, indéque statim recessit omnium penitus oculis una cum cymbulâ subductus, quantumlibet summo studio à pluribus requisitus, qui proinde tanquam ratum habuere, quòd Vetulus ille Divus fuisset Josephus illius Loci Patronus, & cui prædicta instauratio accepta maximè erat. Aliàs lignis comburendis destituta, lignorum struem infra nives latentem, Sororum necessitati levandæ accommodatam deprehendit, quisnam eò illam detulisset ignorans; aliàs quoque Venetijs usque transmissum carnibus plenum accepit canistrum, quin unquam innotesceret, qui eundem transmiserat. Hæc, & alia hisce similia singularis Domini Providentia præstabat, qui maximè sibi in Andrianâ placens, & in opere suscepto, quæcunque expedire videbantur, non attento quoque naturæ ordine, suppeditabat. Quinetiam Andriana ipsa, quæ septem annos continuos febri laboraverat, adeóque viribus exhausta fuerat, contemplationi cœlestium jugiter addicta in extasim plerunque rapta, summâ cibi abstinentiâ penè macie confecta, ac proinde peragendis negociis, & rebus agibilibus inepta, vix Eremũ hanc ingressa viribus plenè instauratis ita convaluit, cibi patiens, ab extasum frequentiâ immunis, ut omnibus omnia facta, & Filiabus in Disciplinâ Regulari, vitæque sanctitate iostituendis, & iisdem quoad victum, aliasque corporis necessitates consulendo, & Fabricæ promovendæ, & cæteris obeundis, quæ ad excitandum à fundamentis Monasterium, ipsumque ritè administrandum necessaria videntur, utique non sine improbo labore, par semper fuerit, quibus accedit, quòd frequens ipsam urgebat externorum adhuc è variis Ditionis Venetæ partibus eam consulentium concursus, quibus omnibus singillatim satis, superque faciebat, unde vix aliquod temporis momentum in die plerunque supererat, quo cum Sororibus communibus

Frequẽs ad eam concursus.

functionibus ioteresse posset, & orationi vacare. Quoniam verò amore in Deum præstabat, et Magistro, & quidem ingenioso edocta satis erat, quonam pacto cum creaturis modò, modò cum Deo seorsim ab illis agere commodè posset; recedentibus enim omnibus ad vesperam, & cubitum euntibus, ipsa quantumlibet fatigata, orationi operam dare volebat, & Monialibus quietem corporis ipsi suadere nitentibus respondere solebat, veram in orationis studio comparari quietem, ipsis autem iotelligere se satis non posse ostendentibus, quânam ratione postquam plura cum pluribus diversi generis egerat, mente tot negociis obrutâ, vacare posset orationi, addere solebat; *Heu miseræ rerum expertes! quidnam Deo cum Creaturis? quandiu exterioribus distinebar negocijs, ita Dominum affabar, si Tibi sic placeat, placet & mihi, charitatem erga proximos exercui, modò verò ab illis recedens nihil prorsus eorum, quæ cum ipsis egerim, recordor, ipsi valeant, cum Domino modò mihi sit consuetudo, nec aliud mihi animum subit.* Quâ planè ratione plures annos utilitati Proximorum addicta diurnas horas ab extasi soluta ducebat, nocturnis autem horis postquam quieti juxta præscriptum indulserat, contemplationi cœlestium intenta, modò ipsum Dominum, modò B. Virginem sibi præsentes intuebatur, & plurimis ab ipsis cumulabatur muneribus. Hinc illius Cellæ proxima semper erat, quæ curam illius agebat, ut ei præstò foret, si à Dæmone vexata fortè fuisset, quod pluries ei contigisse diximus. Contra pariter Altissimus, etsi gravissimis hisce curis distentam omninò vellet, non ideò tamen cœlestibus delicijs ipsam destituere voluit, hinc & in exercendis exterioribus hisce operibus miro perfundebatur gaudio, & extases identidem patiebatur, spectaculum exhibens jucundissimum, vel fabris ipsis morarijs, qui eam pluries advertére opera sibi exteriùs facienda exactè complentem, cùm

Extasin passa adhuc operatur exteriùs.

actu

actu à sensibus in Deum abstracta foret, quemadmodum contigit, ubi extasin passa intellexit Medicum advenisse, qui alteram è Filiabus ægrotantem inviseret, ita enim in extasi perseverans, oculis adhuc clausis, Medico adesse volens processit; sed ipsam advertens Monialis quædam extaticam, optimè consultum putavit ipsi obedientiâ cogente præcipere, quòd pristinum Locum repeteret, ne secularibus pateret, qui extasum, & raptuum hujusmodi utplurimum expertes venerandæ Matris conditionem assequi non poterant; obedientiæ voce acceptâ adhuc à sensibus abstracta, pristinum Locum illicò repetendum suscepit, verùm subinde animadvertens, quòd & Medicum excipere obedientiæ sibi debitæ opus erat, eundem, prout Domino placuit, excepit, ei pariter, ac infirmæ satis abundè fecit, non mediocri utriusque admiratione jugiter in raptu perseverans; cùm verò Medicus abijsset, pristinum Andriana petijt Locum, ibique diù permansit, donec sibi restituta, ac sensibus foret. Tantâ sanctitatis opinione celebris Soror nostra evasit, ut non modò quàmplurimi utriusque sexûs, & generis ipsam frequenter adirent, atque consulerent, ut diximus, non absque suo, ac Filiarum suarum incommodo, quæ hujusmodi accedentium frequentiâ distentæ Divina persolvere, & orationi vacare consuetis horis quandoque non poterant, ac propterea incredibili desiderio assequendæ Clausuræ tenebantur, verùm etiam Puellæ non paucæ Andrianæ virtutibus commotæ ibidem recipi, ejusque perpetuo consortio perfrui summis precibus postularent, quibus omnibus excipiendis, cùm impar esset fabrica, novam aliam, eamque amplissimam, qualis etiamnum visitur, tum in Ecclesiâ, tum in Monasterio excitandam curavit, soli Divinæ providentiæ innixa, quæ sanè illi non defuit, prout ex iis constabit, quæ de eximiâ ejus in Deum fiduciâ dicenda nobis supersunt.

Itaque de Clausurâ statuendâ valdè solicita Religiosissima Mater, nil intentatum reliquit, ut voti compos fieret, pluries Venetias adivit de hac re gravissimâ actura cum Viris illis nobilibus, atque Proceribus, qui Sororis nostræ virtutem probantes Opus ab illâ susceptum incredibili studio fovebant, modò ab unâ, modò à duabus Sororibus Conversis, modò à Confessario, D. Josepho Tagliapietrâ Plebano apud Ecclesiam S. Martini de Burano à D. Episcopo deputato, insigni morum gravitate, ac modestiâ, quæ planè juvenili ætate superior erat, maximè prædito associata. Postquam verò operam omnem dederat, tot incommoda subierat, tot perfuncta laboribus fuerat, tandem aliquando facultatem obtinuit à Summo Pontifice Urb. VIII. instituendæ Clausuræ tot votis expetitæ, dato diplomate die nonâ mensis Aprilis anni 1625., anno deinde sequente 1626. die 2. Maij, sabbatho videlicet B. Virgini speciali-

ter sacro nostris illis Sororibus faustissimo,
A nonnisi multiplici studio Venerandæ Matris, ejusque Patronorum Serenissimi Venetiarum Principis assensum assecuta, cæterisque ritè dispositis ad Sacram hanc actionem solemni pompâ celebrandam præmittendis, accedente plurium Nobilium, Civium, ac Mercatorum verè insigni munificentiâ, qui proventus annuos Monialibus ibidem alendis juxta Sũmi Pontificis Decreta pares firmissimè fundarunt, die 17. Mensis ejusdem Maij, quæ Dominica erat, solemnis hæc functio habita hoc ordine fuit. Apostolico Indulto è Monasterio S. Martini apud Muranum eductæ fuere RR. Sorores Archangela Cornaro, & Clara Diedo, ut Neonuptis nostris in Monasterio Burani recèns constructo in Disciplinâ Regulari *Clausura introductio.*
B instituendis præessent, ad pristinum reversuræ, quatenus Superioribus expedire visum esset, prout reipsa reversæ sunt die 25. ejusdem Mensis, sive postquam octo solùm diebus commoratæ Burani fuerant, quippe quæ Neonuptas à Venerandâ Matre satis superque eductas reperére, Reverendissimus aderat Joannes Paulus Savio Vicarius Generalis Capitularis sede vacante Diœcesis Torcellensis, & Commissarius Apostolicus quoad hoc specialiter subdelegatus à D. Marco Pasqualigio antea itidem Episcopo, cui Sanctitas sua primò facultatem instituendi præsentem Clausuram delegarat, sed eo temporis Episcopo Cenedæ in ejus locum electo D. Mario Zeno, qui tamen nondum Ecclesiæ Regimen susce-
C perat, opportunè vocatus. Itaque Moniales præfatæ S. Martini ad ripam appellentes juxta nostrum Cœnobium, & è navigio evadentes exceptæ honorificè, & jucundissimè fuere à Reverendissimo mox dicto Vicario, à venerandâ Matre, ejusque Puellis modò consecrandis, & unà cum illis Ecclesiam Interiorem subeuntes magnificentissimè exornatam, sicuti & Monasterium, quemadmodum solemnitatis illius ratio poscebat, Hymnum cecinere *Te Deum laudamus*, eoque completo congruentem orationem dixit Reverendissimus idem Vicarius. Plura quidem Dæmonis arte præclarissimo huic operi consummando adversata fuere, sed singula Dei ope superata; hoc denique præstitit Diabolus utique
D Deo permittente, ut Sponsæ suæ virtus magis, ac magis probaretur, & facta hæc functio longè gloriosior fieret, quòd nocte ipsâ solemnitatem hanc præcedente Christi Domini Sponsa cruribus adeò intumuit, quemadmodum diximus, ubi de obedientiâ, ut pedibus terræ non posset insistere, illucescente autem die anxia quidem præ hujusmodi infirmitate adhuc perseverans, in Deo tamen indesinenter confidens Confessarium adiit alieno suffulta præsidio, eique se prorsus ineptam ad motum esse significavit, ipse verò probè intelligens, quæ sequerentur incommoda, si sacræ illi functioni ipsa præstò non foret, illam primùm urgebat, ut studium

omne

omne adhiberet, ne ullatenus deesset, verum ipsâ motum tentante, neque progredi posse reponente Confessarius addidit se maximè in Domino confidere, quòd obedientiam ipsa præstaret, de quâ alibi diximus; vix autem obedientiæ voce prolatâ (mirabile dictu!) statim loco se movit, expeditè incessit, & necessaria quæcunque complevit.

Cùm sacris indumentis instructi essent Presbyteri, in medium prodiere Neonuptæ laneâ veste albâ superiùs, inferiùs autem cinericio panno amictæ, & Missæ solemni, necnon sacris omnibus cæremonijs in clausurâ instituendâ adhibitis publicè in Ecclesiâ interfuere. Sacris peractis prædictæ Moniales S. Martini in majori Ecclesiæ Sacello constitutæ Sorori nostræ Andrianæ, & undecim Puellis ante Sacellum ipsum genuflexis, & universo Populo, qui frequentissimus convenerat, jucundum spectaculum exhibentibus, Regularem Habitum præbuere, è quibus decem Churo addictæ, duæ verò Conversæ juxta numerum ab Apostolicâ Sede præscriptum. Andriana inter alias primaria pluribus adhibitis cæremonijs instituta fuit Abbatissa Monasterij, ipsius capiti proinde velamine albo, & nigro imposito, stolâ quadam candidâ, & annulo cœruleo, quæ licèt omnia æque ac aliæ adamussim ritè compleret, nil tamen advertebat, nec unquam quandiu vixit exprimere potuit, quidnam in hac functione præstitisset, quippe quæ ab ejusdem exordio ad finem usque rapta semper in Deum permansit, etsi postea dicere soleret, se hebetem fuisse, & somno semper indulsisse, ideòque referendo, quæ tunc gesserat, imparem se fateri. Missâ solemni, & sacris cæremonijs pro instituendâ clausurâ completis undecim hæ Virgines cum Abbatissâ recéns electâ Monasterium subiere, ubi refectionem decenter paratam accepere unà cum pluribus nobilibus fœminis, quæ veneratione erga illas, & locum commotæ, mensæ eidem cum ipsis accumbere voluere, non mediocri proinde pudore suffusis. Absolutâ refectione instituta hoc ordine fuit maximè solemnis Processio. Neonuptæ primum è Monasterio unà cum prædictis fœminis nobilibus evadentes Ecclesiam adiere, augustissimum Eucharistiæ Sacramentum veneratæ in loco decenter cõstructo consedere. Tum cæremoniarum Præfectus clarâ voce publici juris fecit anathema ijs omnibus dictum, qui Processione completâ Monasterium subiisent. Aderant Ecclesiæ Cathedralis Canonici, è finitimis Locis, præsertim verò Venetiis plures convenerant Sacerdotes, qui Processionem deinde insecuti fuere, quorum incensu numerandi præcæteris videntur P. M. Michael Stella Cœnobij S. Francisci de Desertu Guardianus, & Cœnobij pariter S. Mariæ Servorum Præfectus, singuli cum pluribus è suis Fratribus, quos inter aderat Hieronymus Falger è nostris olim Venetijs novellæ Abbatissæ Confessarius Vir

Solemnis Processio

spectatissimæ integritatis, morum gravitate E insignis, & in alijs quoad sanctioris vitæ genus instituendis præstantissimus. Aderant é reliquis sacris Ordinibus quamplures, & frequens Procerum Corona. Præcedebant variæ Laicorum Confraternitates, insequebantur Ordinis prædicti Regulares, singuli propria referentes Vexilla. Eorum vestigia legebant Puellæ S. Habitûs candidatæ, quas tamen ipsum induere non licuit juxta Apostolici Indulti tenorem, quo numerus præscribebatur, habitâ ratione temporum atque penuriæ. Hæ verò Puellæ cinericio panno indutæ incedebant Coronam in capite, & lilium præ manibus gestantes; singulis ad latus aderat adolescens Angeli specie decentissimè ornatus, præibat verò puellula circiter septennis pari F Vestium tenore cum illis, Coronam capiti impositam gerens, & præ manibus Imaginem Christi Domini é Cruce pendentis. His proximè succedebant undecim Virgines Habitu Regulari amictæ pretiosas in capite coronas ferentes, quibus æquè ac præcedentibus Puellis aderat Angelus, deinde Abbatissa recéns instituta pretiosam & ipsa præferens Coronam, quam baculus Pastoralis præibat, Sacerdotes quamplures insequebantur. Processionem coronabat Reverendissimus D. Vicarius deferens Venerabile Sacramentum Eucharistiæ sub candidâ Umbellâ, seu Baldachino á quatuor primarijs Proceribus delato, proximè insequente frequentissimo Populo. Interim plaudebant musicalia instrumenta, G necnon Ecclesiarum omnium, & Insulę Campanæ. Cùm ad Ecclesiæ Sacellum pervenissent præfatæ Virgines, & Abbatissa, impositum illis fuit scapulare cum chlamyde, quod ad integrum Habitûs complementum deerat, & à Reverendissimo D. Vicario pristinis nominibus posthabitis Soror Andriana modò Abbatissa appellata fuit Soror Maria Benedicta, Tertiaria illius Socia Soror Maria Seraphina, prima ex modò indutis Soror Maria Angelica, secunda Soror Maria Virginia, tertia Soror Maria Cherubina, quarta Soror Maria Excelsa, quinta Soror Maria Columba, sexta Soror Maria Cœlestina, septima Soror Maria Electa, octava Soror Maria Stella, è duabus Conversis prima Soror Magdalena, H secunda Soror Martha. Post hęc hymno *Te Deum* solemniter cantato Monasterium omnes hæ Virgines cum Abbatissâ subiere, & clausis illicò foribus, ineffabili voluptate perfusæ, speciatim verò Abbatissa, quæ tunc solùm ab extasi, quasi ab altissimo somno excitata, absolutum opus respiciens plurimas Deo gratias egit. Solemnis hæc actio pijssimum, & jucundissimum exhibuit spectaculum, quo per varias mundi partes magna sanctitatis illius Loci opinio circumquaque sese diffudit, quâobrem larga non defuit Christifidelium manus, quorum ope sacris illis Virginibus sive quoad Ecclesiam, sive quoad Monasterium necessaria quæcunque minimè desiderabantur,

tur, sed eximiâ liberalitate magis semper ac magis parabantur, & etiamnum parantur.

His satis, superque præmonitis recensenda rursus aggredior, quæ planè memoranda Abbatissæ nostræ contigere, ex quo novum hoc Monasterium operâ suâ, ut diximus, à fundamentis excitatum, & aptissimè instructum colere cœpit. In primis ergo absolutis omnibus, quæ ad fabricam promovendam, & clausuram instituendam peragenda videbantur, quibus ipsam præesse, & summâ vigilantiâ incumbere necesse omninò fuerat, adeoque curis hisce gravioribus, & necessitate soluta cum pluribus agendi, & externa negocia versandi, extases iterum, & raptus, quibus eo temporis ideo minùs frequenter distinebatur, frequentissimè subire cœpit, & pristinis perfundi delicijs. Pridie quàm haberetur solemnitas Clausuræ, de quâ modò diximus, Religiosæ præfatæ Virgines unà cum Famulâ Dei è Monasterio exeuntes Ecclesiam exteriorem adiere, ibique foribus clausis orationi vacare cœperunt ante Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum provolutæ, Famula verò Dei vix orationi addicta extra se rapta, postquam ita diù permanserat, surrexit, & ad Aram principem procedens, cui deaurata Crux incumbebat in solemni proximè sequente actione adhibenda, ipsam inde accipiens, quasi processionem agens circumibat Ecclesiam Puellas dexterâ monens, quòd ipsam insequerentur, quod profectò binæ, ac binæ præstiterunt, donec ad Sacellum majus pervénit, ubi Crucem iterum posuit, eamque venerata ad pristinum Locum redijt, quâ quidem in re non sine admiratione adverterunt præfatæ Virgines, quòd Famula Dei Crucem illam satis longam præferens clausis oculis, & extra se rapta, neque lampades, quarum non mediocris aderat numerus, nec aliud quidquam offendit, sed pari prorsus diligentiâ, æquè ac si proprijs oculis vidisset, processit. Cùm aliquando venerationi expositum esset augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, Monasterium perlustrans, ut Monialibus suis præsto foret, prout muneris sui ratio poscebat, Cellerariam adinvenit, quæ carnem dividebat, ut cœnam Monialibus pararet, tunc verò Campanæ signum accepit, quo Celleraria ad Orationem coram Venerabili Eucharistiæ Sacramento vocabatur, illam propterea monuit, ut Ecclesiam adiret, & orationi incumberet, pollicita quòd ipsamet carnis divisionem absolvisset, morem quidem gessit Celleraria, quamvis ægerrimè ferret, quòd charissima ejus Mater humile illud munus, suâque dignitate longè inferius obiret, mox Veneranda Mater opus aggressa rapta brevi extra se fuit jucundissimâ sanè specie, siquidem vultu imaginem exhibens Angeli, alterâ manuum cultrum, carnem alterâ tenebat ipsam dividendo paratâ, eâque ratione immota, & extra se rapta permansit, donec sequentis horæ signum accepit, quo accepto depositis omnibus Chorum celerrimè adijt, A adhuc in extasi permanens, & clausis oculis æquè expeditè procedens, ac si libero sensuum usu frueretur. Mensæ pariter accumbens, ut plurimum extasim pati solebat, recurrentibus præsertim solemnioribus Ecclesiæ festis, tunc enim de rebus cœlestibus eâ sapientiâ differebat, ut præ cordis dulcedine penè liquefieret, & à cibo prorsus abstineret, quinimmo Sororibus ipsam suadere nitentibus, ut aliquid vel panculum comederet, quæ satis abundè disseruerat, se plurimùm, & largè comedisse respondebat, sibique satis superque sic differendo fecisse, corporis curam omninò negligens, & animæ tantùm curam agere contendens. Quandoque cibum præ manibus habens, ut ori admoveret, dexterâ aliquan- B tulum proinde elatâ extasim repente ita subibat, ut brachium æquè immotum cum cibo persisteret, quantumlibet in aere suspensum, ac si commodè innixum fulcro fuisset. Quandoque pariter sic rapta, & de cœlestibus disserens, cuique tamen aliquid petenti satisfaciebat, speciatim verò benedictionem postulanti è refectorio discessuræ ipsam de more conferebat, tantâ verò pietate, & adeò immotâ facie, ut omnes ad amorem erga Deum inflammarentur.

Extasiū frequentia.

Moris erat in Monasterio illo munia Sororibus obeunda statuere in pervigilio S. Joannis Baptistæ, habitâ verò ratione excessivi caloris tunc ferventis in aliud tempus transferendam putaverat Veneranda Mater hujus- C modi determinationem, quod & Sororibus suis significavit. Itaque cùm aliquando Mensæ cum cæteris accumberet, in medio Refectorij conspiciendum ei se præbuit elegantissimi Pueri specie D. idem Joannes, propterea Spiritu statim in Deum rapta intellexit Divo prædicto minimè placere determinationem præfatam ad aliud tempus transferendam esse, sed in pervigilio sui Festi de more habendam, sibi mox restituta S. Præcursoris placitum Filiabus suis significavit, & pristinum morem quoad determinationem prædictam illibatum servavit. Hucusque dictis accedunt extases, quas ferè qualibet 6. in contemplandâ Dominicâ Passione cœlestibus persusa delicijs patiebatur, de quibus satis superque superiùs. D Accedit & Spiritus, quo tum alieni cordis arcana assequebatur, tum futura prædicebat. Noctu quadam quieti indulgere volens extra se rapta ingentem conspexit equum celerrimè per aera discurrentem, primò quidem inhorruit, sed brevi confirmata bellum intellexit apud Gradiscam futurum. Bellum quoque Serenissimæ Reipublicæ à Turcis indicendum decem, & octo annos antea prædixit, quin tamen tempus speciatim intelligeret, quo gerendum erat; hinc sibi, & Filiarum suarum saluti consulere cupiens se ægerrimè laturam dicebat hujusmodi Turcarum incursionem in Monasterium ipsum irruentium, quippe quæ vereri poterat, ne puellulæ ibi eo temporis degen-

Extases

Alieni cordis arcana scrutatur.

degentes ab Infidelibus raptæ asportatæ, utpote parvulæ, neque fibi fatis conftantes, à Religione orthodoxâ deficerent, & ab iisdem pessimè haberentur. Cùm verò bellum hoc gererent Turcæ, adhuc superstes Veneranda Mater Deum enixè rogabat, ut gravissimum illud flagellum inde averteret, de quo summopere dolebat, plura ab aliis etiam adhibenda curabat orationum genera ad Divinam indignationem leniendam, non aliâ tamen ratione meliùs hoc assequendum sentiebat, quàm vitæ sanctioris Institutione, idque dicere solebat, quoties à pluribus de belli diuturnitate petebatur, hoc scilicet tandiu perseveraturum, quandiù Ipsi voluissent, sive quandiu resipuissent, Idemque longè gravius futurum fuisse addebat, nisi plurium Servorum Dei interpositæ preces Divinam Iram cohibuissent. Aliàs orationi intenta intellexit, quàm invisa Domino foret rerum superfluitas, quam apud se Regularis qu dam servabat, quod Filiabus su's significans fibi in votis esse indicabat Regula em illum, ejusque cellam adire, eamque à superfluis purgare. Aliàs dum Bergomi præerat D. Procurator quidam nostri hujus Monasterij, Maria Benedicta à sensibus in oratione abstracta, postquam Divi æ Mensæ accubuerat, intellexit quòd Dominus ille filiam susceperat eo temporis momento in lucem editam, idque oratione absolutâ Puel æ nomine Mariæ Viri nobilis ejusdem Filiæ in Monasterio degenti significans de gratiis Deo agendis eam monuit, utraque verò ibidem à Venerandâ Matre Sacrum Habitum suscepit. *Futura prædicit* Operam omnem dabat humani generis hostis, ne Puellæ quædam sacro ibidem induerentur Habitu, cujus erant candidatæ, Abbatissa nostra orationi addicta magnam vidit scalam à terrâ Cœlum usque pertingentem, quam Puellæ prædictæ ascendebant, Dæmon autem in imâ scalæ parte consistens singulas ascendere nitentes rettorsum agere tentabat; hoc sanè ægerrimè ferebat Christi Domini Sponsa æquè ac Filiæ, quibus visionem mox dictam significabat, singulæ enim de se ipsis veritæ, quænam ex earum consortio amovenda foret, ignorabant; Abbatissa tamen eam animi ægritudinem ab ipsis amovere contendens certiores eas fecit, quòd nulla é recensitis amovenda inde foret, verùm fieri fortè poterat, quod scalam præfatam non ascenderet altera nomine Elisabeth, quemadmodum rei comprobavit eventus, urgentil us enim Superioribus haud fine magno Mariæ Benedictæ dolore illa inde recessit. Quid simile contigit, cùm Puellis aliquot Sacro Habitu proximè induendis, extra se rapta de more Abbatissa percepit, quod sertum capitis alteri ex ipsis subriperet Diabolus, quod sanè prædictæ Puellæ recessum indicabat.

Catenulam ferream, quâ Veneranda Mater se cædere solebat, é Monialibus altera nomine Maria Virginia ab eâ petijt unâ cum ve- E niâ ad sui corporis macerationem ipsam adhibendi. Famula Dei erga Filias lenis abnuit, quippequæ plus æquo gravem catenulam illam habebat, Maria Virginia quidem tacuit, fibi tamen suasit, quòd hanc adhibere illa vellet. Maria Benedicta protinus, quod Soror illa conceperat, assecuta, convenientibus omnibus ad Vesperam in obscuro loco ad cōsuetam flagellationem habendam, catenulam præfatam in sinum Mariæ Virginiæ de rei veritate edocendæ rectâ immisit, quamvis loco dissita, & luce destituta non sine magnâ hujus admiratione, quæ assequi nullatenus poterat, quomodo illa, & animi sui sensum, quem nulli prorsus aperuerat, cognovisset, & ipsam in tenebris vidisset. Aliàs in collocuto- F rio aderant Regularis quidam, & quidam Laicus fibi ad invicem plurimùm infensi, verùm Abbatissæ nostræ operâ summæ charitati coniunctâ concordiam ad invicem ibidem iniere. Interea iisdem præsentibus, & singulari proinde voluptate perfusis Veneranda Mater extasim subijt, quam Confessarius ideo vocatus, postquam diu ita raptam, & immobilem viderat, obedientiæ præcepto imposito vocavit, ut unà cum Sororibus Mēsæ accumberet, ipsaque statim obedientiæ virtute excitata, quamvis non adhuc omnino sensibus restituta, è collocutorio exiens fibi proximæ dixit: *Quotnam Dæmones collocutorij foribus exteriùs instant, qui fibi suaserant, quòd Viris illis fovendum adhuc esset odium,* G *nec ineunda concordia, modò tamen confusi, & conterriti jacent*: Quibus dictis obmutuit. Confessario ad Monasterium accedenti ea pluries exponebat, quæ præcedente nocte ei cont gerant, qui rem tacitus considerabat, nec assequi valens, quonam pacto Christi Sponsæ ea innotuissent, haud mediocri admiratione percellebatur. Medico, qui fibi adetat in extremis agenti, & adhuc Sacerdos erat, quæcunque seu præcedente nocte, seu manè Divina peragens mysteria, gessisset, ejusque animum subijssent, exactè referebat, quod serlò perpendens Medicus admiratione simul rapiebatur, & insigni voluptate afficiebatur, eam proinde speciali dilectione complectens, quo factum est, ut ipsâ moriente, *Spiritus Prophetiæ.* H obstupescentibus omnibus temperare fibi à lachrymis minimè potuerit. Gravissimum quoddam incommodum Monasterio instare, cujus tamen in causâ nulla é Sororibus esset, pluribus annis antea intelligens, nil planè intentatum reliquit, ut ab eo caveret, sed frustra; illud enim subire coactæ fuere Moniales, in admirationem actis omnibus, qui fidem dictis ejus non habebant, maximam verò deinceps habuere. Virum quendam Nobilem Venetum fibi maximè addictum, qui rus aditurus Abbatissam nostram convenerat, hæc monuit, quòd ruri posthabito fibi, fuisque quantocyus consuleret, quinimmo eidem respondenti id se aliâ vice commodiùs præstitu-

stiturum, addidit beneficio temporis utendum prudenter esse, nec ulterius differendum, quod ipsa monebat; ipse verò sibi magis fidens, quam illi, distulit, sed paulò post decumbens, antequam suis rebus prospiceret, obijt. Idem omninò contigit cuidam ejus Consanguineo, qui Venerandæ Matris dicta negligens, ipsum, ut sibi consuleret, monentis, quàm celerrimè decessit, quin sibi, suæque domui prospiceret, quique opibus valdè affluebat, hæredibus quidem ex Testamento legatum reliquerat, quod per singulas hebdomadas Missam pro ejus anima bis celebrandam curarent, & hujus generis alia; nihil autem opere completum ab hæredibus fuit, ideòque ejus anima in Purgatorio detenta gravissimis affecta pœnis fuit. Reverendissimo D. Vicario, qui clausuram, de quâ superiùs, instituit, Episcopatum prædixit, ac revera Feltiensis Episcopus consecratus fuit. Moniali cuidam S. Hieronymi pariter longè ante prædixit, quod in Abbatissam electa fuisset, prout electa fuit, & in eo munere præclarè se gessit. Serenissimo Joanni Cornaro aliquot annis antea prædixit in Principem eligendum fore, quem deinde electum Veneranda Mater adijt, nondum Clausuræ limitibus é Monasterio egredi prohibita, quæ Serenissimo hoc Principe Regente contigit. Procuratori cuidam Monasterij per Literas prædixit graviter infirmandum alterum ex ejus Filiis fore, non ideo tamen moriturum, quod paucis exactis diebus comprobavit eventus. Procuratoris ejusdem Conjugi ruri degenti per literas pariter prædixit mortem brevi superventuram. Aliquandiu antequam ex hac vitâ migraret, vexationes nonnullas Sororibus suis post suum obitum subeundas prædixit, speciatim verò quòd interdicenda ijs foret tanta Sacramentorum frequentia; præterea si Regularia Instituta servare indesinenter studuissent, & in incommodis subeundis constantes fuissent, Dominum præstò semper illis futurum certò promisit, quæ quidem omnia adamussim, sicuti prædixerat, contigere, postquam enim vexationibus quamplurimis superiores fuissent, auxilium Domini expertæ quam clarissimè fuere, & anno exacto spiritualis Director accessit, qui earum profectui seriò incumbens pristinam Sacramentorum frequentiam incredibili earum gaudio admisit. Cùm adhuc prosperâ uteretur valetudine se brevi morituram prædixit, ac reipsâ paulo post ægrotavit, & ingravescente morbo id ei significavit, quæ sibi præstò erat, quinimmo eidem huic dicto fidem non habenti, pluries addidit se brevî morituram, quod & iterum dixit paucis diebus, antequam è vivis decederet, quod ægerrimè ferentibus Monialibus, quæ ipsam singulari dilectione, & veneratione prosequebantur, dicere solebat, sibi proinde plus æquo mœrendum non esse, quòd Sponso vocanti obedire deceret. Aliàs tamen cum variis, & gravibus detineretur infirmitatibus, A cæterique omnes ipsam proximè morituram minimè dubitarent, ipsa contra id sibi nullatenus suadebat. Hinc Confessarius, qui probè noverat, quàm gravis Abbatissæ nostræ foret mortis horror, maximè dolebat, tum quia hac Matre, quam plurimi faciebat, destitui cogeretur, tum quia cæteris Sacramentis munita extremam non peteret unctionem. Quocirca Oleum Sanctum die quadam in sinu deferens Venerandam Matrem invisit, quam semianimem advertens paululum è Cellâ prosiliens, ut aliquantulum sibi temperaret a lachrymis, quinque é Monialibus mandavit, ut Ecclesiam adirent, & summis precibus sui Matrem postularent, quam certò morituram putaret, mox ad ipsam reversus suadere eidē B studebat, ut Sacramentum extremæ unctionis peteret, cui tamen ipsa: *Si Tibi arridet*, inquit, *quòd ipsum excipiam, præstò sum, cæterum me brevi morituram non puto, & mihi in votis esset hoc Sacramentum excipere in mortis articulo*. Insuper Confessario adhuc urgenti, quòd illa Sacramentum hoc postularet, ideòque sibi in sinu esse oleum Sanctum monenti, statim ipsa reposuit: *jampridem id optimè noram, & iterum dico, quod me brevi morituram non censeo, cæterùm quidquid tibi placuerit præstabo*. Recessit quidem Confessarius maximo affectus dolore, quòd Sacramentum prædictum ei non ministrasset, sed paucis exactis diebus convaluit, & adhuc decem annos superstes fuit. Hæc, & adhuc alia futura C prædicebat, ubi de beato eius obitu, recensenda. Cùm alias graviter decumberet, Confessarius, & Medicus tanquam ratum habentes, quod orandi usus, prout alibi diximus, sanitati Venerandæ Matris obesset, Moniales illas, quæ infirmæ aderant, monuere, quin aliquid ei de hac re significarent, quod minimè paterentur, ipsam orationi vacare, ac propterea ab eâ distrahere pro virili nitebantur. Quoniam verò non est consilium contra Dominum, irritæ prorsus cecidere singulæ earum curæ, in extasim enim rapta horas Canonicas una cum Sponso cœlesti alternis persolvit; id autem exinde conjicere licuit, quòd alterum è versibus Psalmorum ipsa proferebat, deinde tandiu tacebat, quandiu D alterum è dictis versibus alius quidam proferret, cujus planè vocem nemo astantium percepit. Hisce verò completis, orationi, seu cœlestium contemplationi vacabat. Mense Augusto ineunte vehementissimâ febri aliquandiu laborabat, & recurrente Festo S. Petri ad Vincula, cui addicta maximè erat, ipsum enixè rogare cœpit, quòd sicuti solutæ illi ipsâ die fuere catenæ, ita ipsam à febri dimittendam curaret, ut ita dimissa Domino inservire posset, & charitatis opera exercere. Mirabile dictu! accedente meridie maximè convaluit, & à febre soluta prorsus evasit, quam proinde ad vesperam invisens Medicus, & incolumem prorsus deprehendens; opus

Spiritus Prophetiæ.

Extases.

hoc dexteræ Excelsi admirabundus, & ipse fatebatur, quod Apostoli meritis acceptum referendum prædicabat. Aliàs pariter ægrotans spiritu de more in Deum rapta concionem sibi videbatur audire à D. Lucâ habitam, quam deinde sibi restituta Monialibus narravit, & illicò ab infirmitate cæteroqui gravissimâ convalescere cœpit. Quoties graviter ægrotabat cœlestia contemplabatur, de cœlestibus disserebat, non modò extasin passa, verùm etiam præ morbi vehementiâ non omninò sui compos, tunc enim psalmos, hymnos, & alias precandi formulas recitare jugiter consueverat. Hujusmodi à Domino indesinenter cumulata favoribus Soror nostra ad extremum usque vitæ spiritum, prout inferiùs dicendum, majori semper in dies charitatis æstu incensa soli Deo adhærere, soli ejus Providentiæ inniti summopere studebat, quam proinde sibi maximè adfuisse cognovit.

Fiducia in Deum

Plura quidem, eáque præclarissima nobis occurrunt insignis ejus Fiduciæ in Deum specimina, pro quibus omnibus satis esse posset Monasterium amplissimum prædictum, cum Ecclesiâ augustissima in Insulâ Burani à fundamentis excitatum, & rebus omnibus tum Ecclesiæ, tum Sororum usui necessarijs eximiâ munificentiâ instructum, prout alibi dictum, quod nonnisi excellenti in Deum fiduciæ, quâ ipsa præstabat, tribuendum omninò prædicabat, quâ pariter imbutæ singulæ ejus Alumnæ, quæque ea ijs procedente tempore prodiere, parem adhuc expertæ deinceps fuere Divinæ providentiæ opem. Pluries Moniales modò vinum, modò panes, oleum modò, modò alia hisce similia sibi deesse advertentes Venerandam Matrem adibant, hæc autem animo nunquam excidere solebat æquè ac omnia sibi in promptu fuissent subridens quandoque ijsdem dicebat, se pro ijs alendis nunquam sponsionem fecisse, sed Sponsum cœlestem in Ecclesiâ genibus flexis adeundum, & ab eo necessaria quæque petenda, quem nemini defuturum sperabat, qui in ipso confideret, ac revera eò confestim deferebantur subsidia necessitatibus sororum levandis accommodatissima, quæ sibi suadere non potuerant, ex quo Abbatissæ nostræ argumenta suppetebant Fiduciæ in Deum, ejusque Providentiæ summis laudibus efferendæ. Ipsam adibant quandoque nonnulli, & largam stipem erogabant, de ijs autem certior facta Dei famula, & ad gratias offerentibus agendas excitata, blandè subridens, *An ne suum erat*, dicebat, *quod erogarunt?* Offerentes deinde adiens addebat: *mihi suadere nituntur Sorores, quod vobis de oblatis subsidijs gratias referam, ego autem gratias vobis agere nolo, non enim vestrum erat, quod obtulistis, sed Domini, qui nisi vobis hæc suppeditasset, vobis minimè fuisset; Ipsi ergo referendæ sunt gratiæ, qui vos ad pium hoc opus complendum excitavit, ipse vobis benedictionem largiatur, cujus monitis auscultastis, & vices vobis rependat*: Quibus acceptis singulari gaudio

E perfundebantur Benefactores, & ad longè majora exhibenda subsidia inflammabantur, qui Dei Famulæ sensus pensantes, omnia Deo, tanquam Auctori, veróque Domino referenda probè intelligebant. Fabricam Monasterij promovere, vel quid simile præstare cupiens Operarios vocabat, quibus necessitatem eorum operæ exponebat, sibi tamen pecuniam deesse, non fiduciam in Deum addebat, ac propterea si manum operi admovere voluissent, Deus non defuisset, ac pecuniam parasset operi vestro parem. Monialibus autem, utpotè longè minori fiduciâ instructis, eam deterrere ab opere proposito nitentibus, cui absolvendo magna pecuniæ vis necessaria esse videbatur, jucundâ facie, sed jocundiori

F animo reponebat: *Mihi defuturam pecuniam non vereor, eam satis superque parabit Sponsus meus cælestis opibus affluens, qui quò largiùs erogat, eò magis abundat: Valete ergo fiducia in Deum destitutæ, societatem inire mecum vobis non licet.* Mox ad Dominum conversa: *Amor meus Jesu*, dicebat, *audistne quidnam tuæ hæ Sponsæ dixerint, Fiduciâ destitutæ? Nonne dixisti, quod si fidem habuerim, & in corde meo non hæsitaverim, transferre Montes, & hujus generis alia præstare mihi fas erit; si ergo hæc dixeris, Domine mi quomodo non credam? Itaque quemadmodum hoc firmiter credo, & constantissimè teneo, quòd præstò mihi eris, & juxta fidem petentis promissis omninò stabis, tanquam ratum habeo, quòd mihi, meisque ne-*

G *cessitatibus satis superque prospicies, adeóque Te nullatenus movent à proposito nos juvandi consilio Sororum hujusmodi pusillanimitas, quæ inde trepidare videntur, unde mihi exultandi copia suppetit.* Dictu sanè mirabile est, quòd soli huic innixa fiduciæ, cæterùm destituta omninò pecunijs, amplissimis etiam fabricis animum adiecerit; vix autem admorâ operi manu, à varijs mundi partibus larga accedebant subsidia, quemadmodum præ cæteris contigit, cum è celeberrimâ usque Babylonis Urbe scuta mille Mercator quidam ad eam transmisit, quam cæteroquin nunquam viderat, sola virtutum ejus famâ commotus, cum Ecclesiam instaurandam eâ firmâ suscepit, qualis etiamnum visitur; aliquando enim Monia-

H li cuidam Abbatissa nostra dicebat: *Dominicus* (hoc Mercatori nomen erat) Forum modò perambulat manibus post terga positis, & cum Mahometano quodam colloquitur, eum probè discernerem, si præsens adesset. Cùm primò Monasterij fabricam excitandam susceperat, Operarius quidam, qui excellentem probè noverat fiduciam, quâ Christi Sponsa in Deum præstabat, identidem infra hebdomadam ab eâ petebat, num adesset pecunia, ipsa verò non adesse respondens, eum ad prosequendum opus incitabat, eâ fide ducta, quod auxilium à Domino non defuisset, antequam integra fluxisset hebdomada; accedente autem Sabbatho iterum, an adesset pecu-

pecunia, & quidem pluries Operarius pete bat, idemque semper respondente Abbatissâ, antequam vesper incumberet, opportuna pecuniæ vis aderat à Viris benevolis erogata. Hoc sanè frequenter contigit, aliquando verò eodem Operario idem vehementiùs urgente, quòd Vesper incumbere advetteret, ipsuoique ne fide deficeret, Abbatissâ monente, pulsarum de repente sensit Ostiolum Rotæ Moolalibus familiaris, eò statim accedens plures reperit nummos aureos, quin compertum nunquam illi fuerit, undenam tanta auri vis accessisset, quos illicò hilaris ostendens Operatio, Divinæ Providentiæ innitendum magis semper, ac magis indicabat. Hisce prodigijs commoti Operatij quicunque lubenti animo opera à Famulâ Dei proposita, quantumlibet pecunijs destituta aggrediebantur, longeque libentiùs, quàm aggressi fuissent, ab alio quocunque proposita etiam pecunijs affluente, perspecta enim nimis erat insignis Abbatissæ in Deum fiducia cum liberalitate coniuncta. Fide hujusmodi instructa Procuratoribus Monasterii, & alijs quibusque ipsam à prosequendis Fabricis deterrere aliquando nitentibus resistere non verebatur, hoc unum adijciens, quòd si prosequi Fabricam ex alio capite non deceret, eam prosequi & ipsa nolebat, si verò pecuniæ defectus in causâ foret, cur fabricam prosequi importunum putarent, se nullatenus exinde moveri dicebat. Itaque operi manum admoventibus Fabricæ Præfectis, accedere statim cœperunt subsidia, neque unquam deinceps defutura spectabat Abbatissa, quæ proinde blandè subridens Monialem rei Domesticæ præpositam, identidem de pecuniæ defectu subdubitantem, & conquerentem dimittebat, postquã de fide monuerat in Deum habendâ. Sabbatho ergo adveniente, quo singulis Operariis eroganda merces erat, Monialis prædicta pariter conquerebatur; hinc Veneranda Mater ipsam ad fidem præfatam excitans, ut pecuniam apud se positam àdornaret, præcepit, insuper addens, quod necessaria pecunia non defuisset, si verò defuisset, non renuissent Operarii, si debita merces in aliud tempus eroganda differretur. Monialis subindè obtemperans adornabat pecuniam, singulis Operarijs congruentem taxam assignans, tum verò pecuniam sibi satis superque sufficere advertens insusitato quodam stupore afficiebatur, quippequæ insigne huiusmodi pecuniæ augmentum omninò assequebatur, idque plures menses per singulas hebdomadas contigit non sine ingenti omnium admiratione, nam per singulas hebdomadas quinquaginta saltem scuta promovendæ duntaxat Fabricæ eroganda necessariò erant, quo factum est, ut amplissima hæc fabrica è peritorum sententiâ 60 mille scutorum impendio brevi feliciter absolveretur, non alteri fundamento, quàm fidei in Deum innixa, cujus ope divinitus suppetebat pecunia, quin unquam Fa-

A mula Dei deterrita fuerit, & fidem in Deum minuerit, quâ verè insignis identidem dicere solebat: *Cur mihi verendum? nonne Deus, qui cunctos Hominis gressus considerat, quod bis omnibus indiget, tutuetur? Intuetur profectò, & pecuniam nobis non esse optimè novit, curæ igitur ipsi erit nobis prospicere, & certò prospiciet.*

Cùm apud S. Hieronymum degeret, Monialis quædam Conversa maximè angebatur, quòd valdè diluculò consueta coquinæ munia obeunda ipsi forent, quippequæ haud mediocriter timida sola ibidem nonnisi ægerrimè operi vacabat, propterea Famula Dei charitate commota in eandem coquinam cum ipsâ adibat, ibique orationi indulgebat pari mentis elevatione, ac si in cellulâ seorsim ab omnibus fuisset; hinc prædicta Conversa satis sibi factum putabat, quamvis illam videre solùm, non alloqui posset, utpote orationi addictam. Itaque noctu quadam, quo tempore excrescebant aquæ, adornatis omnibus coquendo necessariis ferica quædam abluenda susceperat, interim adeò excreverant aquæ, ut coquinam undequaque implessent. Monialis Conversa summopere anxia, quòd aquæ adhuc amplius excrescentes ignẽ extinguerent, ac deinde pulmenta Monialibus paranda non coquerentur, haud sine magnâ illarum, & sui perturbatione, Famulam Dei, quæ cœlestium contemplationi intenta excrescentiam aquarum non advertebat, quam humillimè rogavit, ut sibi opem ferret; hæc autem in oratione commorata bono animo eam esse jussit, ad ablutionem prosequendam incitavit, aquarum excessum minime futurum prædicens; sarmentorum deinde acervum apposuit, Monialem de fide habendâ præmonuit, mox ait: *Aqua, tibi præcipio in nomine Domini, quòd hæc Sarmenta non prætergrediaris, donec tibi per me liceat.* Monia-li subinde dixit: *Perge Soror, ferica ablue, ignem fove, aquarum excessum ne verearis, quæ limites præstitutos non prætéribunt, quoniam Dominus pollicitus nobis est, quod si quis fidem habuerit, aliò Montes transferet, & hisce majora præstabit, & hoc pacto aqua consistent.* His dictis Orationi Famula Dei, operi suo Conversa, vacarunt. Dictu mirabile! Aquæ limites à Famulâ Dei præstitutos non excessere, donec exquisitè cocta fuissent pulmenta. Mox Famula Dei prædicta amovens Sarmenta ait: *Eia aqua cursum tibi proprium age*; & aqua protinus totam implevit coquinam ingenti utriusque admiratione, quamvis Famula Dei Conversæ Fidei id tribuendum esse diceret, qua tamen illa longè præstabat, prout ex hactenus dictis constat, & ex modò dicendis constabit, longéque magis si singulos, quæ rem propositam spectant, recensere vellimus, plurimi enim occurrunt Infirmi solo Crucis signo sanati, quod super ipsos magnâ fiduciâ sanitatis consequendæ imprimebat. In primis enim in eodem Monasterio D. Hieronymi

ronymi enormi quodam tumore dextero genu laborans, quâ de re non sine gravi molestiâ E ganua flectere poterat, fide instructa globulo quodam precatorio, quod Beatæ Joannæ nomine circumferebatur, partem læsam tetigit, & signo Crucis adhibito munivit, à Domino postulans, quòd si hac infirmitate ipsam laborare adhuc vellet, neque ab eâ dimittere, eam saltem in alterum genu transferret. Irrita sanè non fuere vota, mane enim insequente dextrum genu prorsus detumuit, & sinistrum æquè intumuit, quinimo die adhuc sequente partem modò læsam eodem modo, eâdemque fide obsignans, post unius horæ spatium omninò incolumis evasit. Globulo eodem adhibito, parique fide Abbatissam ejusdem Monasterij in agone constitutam ter obsignavit, quin aliquid ei diceret; die verò F proximè sequente incredibili Medicorum, & Monialium omnium stupore convaluisse deprehensa fuit, nec in discrimine mortis jacens. Hoc autem globulo passim omnes signabat, & voti compotes fiebant, quem proinde secum semper gerebat. Confessarius Monasterij prædicti globuli hujus usum ei interdixit, quem non plenè licitum habebat, Famula Dei paruit quidem nullo penitus adhibito responso; sed cùm Sacerdos quidam eò aliquando adiisset Sacrificium Missæ celebraturus, adeò vehementer laborare dentibus de repente cœpit, ut inde abire coactus fuerit, nec Missam celebrare; sed Monialibus auscultans, quæ suadere ei studebant, ut globulum Sororis Andrianæ adhiberet, quo plu- G ra, eáque admiranda patrare solet Altissimus, petitâ, & obtentâ à Confessario veniâ, ipso vix adhibito statim, alio quocunque remedio penitus secluso, sanus evasit; quamobrem Confessarius annuit, immo præcepit, quòd omnes, ac singulos ad ipsam accedentes liberè signaret.

In Monasterio Butani degens à Confessario pariter prohibita globulum præfatum adhibere, cum illum vidit mane quodam sacro celebrando ineptum, quòd alterum è digitis consecratis sibi disciderat, enixè rogavit, ut se globulo illo signaret, cui morem gerens Confessarius voluit, obedientiæ præcepto imposito, quòd ipsa, quamvis maximè reluctans ob Sacerdotij reverentiam, partem læ- H sam signaret, quo peracto dolor illicò cessavit, eâdemque die sacra celebravit mysteria, quo prodigio commotus liberam ei contulit facultatem globum illum cum omnibus indiscriminatim adhibendi. Nobilis quædam Puella, cujus nomini parcere satius duxit primus præsentis historiæ scriptor, morbo comitiali, quo diutius laboraverat, humanis quibusque remedijs incassum adhibitis, Abbatissæ nostræ fide globulum admoventis vindicatur; quemadmodum Mercator quidam gravi pressus infirmitate ejusdem globuli, ac fidei ope incolumis evasit. Itaque omnes, præsertim verò Monasterij sui Sorores ipsam

Fiducia in Deum

in angustijs, rebusque dubijs consulentes ad E hanc fiduciam pro virili fovendam hortabatur, & globulo illo signabat; quæ statim voti compotes fiebant, quinetiam Alumnas suas morbo quodam affectas quandoque blandè subridens signabat, sed insuper vale ipsis dicebat, ac si nihil mali subirent. Altera è suis Sororibus per scalam in præceps acta gravem in altero é cruribus passa fuerat fracturam; Veneranda Mater quamvis decumberet, casum intelligens eò deferri voluit, ubi Soror jacebat vehementi dolore affecta, cùm globulo de more, & consuetâ fide signatam, lecto imponendam curavit, & bono animo esse jussit sanandam prædicens; verùm præ eximiâ sui humilitate sibi nullatenus fidens Abbatissa Chirurgum advocandum curavit peri- F tissimum, qui ossium fragmenta suis Locis aptaret, quod cum præstitisset Chirurgus eadem consuetis instrumentis arctissimè ligans, accidit, quòd infirma adeò exinde dolere cœpit, ut sibi temperare non potuerit, quin aliquantulum se loco moveret, quo factum est, ut parvula quædam ossis cuspis è suo loco deturbata, & oculis obvia maximam infirmæ molestiam intulerit, ad motum ineptam reddiderit, quapropter infirma tanto dolori ferendo penè impar Venerandæ Matris opem haud mediocri fide imploravit, hæc autem illam de more signavit, sanitatem illi prædicens, si fiduciam foveret; illicò verò dolor omnino cessavit, nec amplius videndum se præbuit quodcunque vel minimum ossis G fragmentum. Aliàs quoque eadem Monialis ita altero é pedibus laborabat, ut incedere non posset, sed vix à Venerandâ Matre signata, sana prorsus evasit. Diù quidem globulum hunc adhibuit, sed ipsum ulteriùs adhibere prohibita parvulam Crucem adhibebat, quam ideo semper secum gerebat, quam pariter tribus annis, antequam è vivis excederet, Superiorum auctoritate coacta omisit, nec ullum amplius signavit; quod cùm ægerrimè ferrent quicunque opem ejus petebant, Superiorum, ac propterea Dei voluntati ipsa omninò conformis, & illos conformare nitebatur, simulque Crucem illam ijsdem præbebat, quâ se signare possent, semper tamen fidem fovendam monebat, quâ revera mirum H in modum ipsa præstabat, quam proinde ad obitum usque eximiam servans Sororibus suis præcipuu studio colendam fermè ex asse reliquit. Etsi verò pusillanimitatem prorsus exuta tantâ fide præstaret, ut sibi nil defuturum à Domino tanquam ratum haberet, nihilominus ad utramque paratissima esse studebat, hinc Monialibus ærumnas, & vexationes tum præsentes, tum imminentes expendendas illi opponentibus, quasi oscitanter in ijs sese haberet, dicere solebat: *Si Deo sic placeat, quid ego de hoc solicita sim? Illud enim omninò accidet, quod ille decreverit, nec mihi licet, nec vobis de Domini voluntate dolere; quomodo enim Sponsum diligere diceretur Spon-*

Fiducia in Deũ.

Conformitas Divinæ voluntati.

Sponsa, quæ ejus placitis adversaretur? Fiat Domine ergo voluntas tua, tu semper mecum sis, adversa quæcunque deinde accedunt, quod Tibi placet volo, unum & idem est velle meum, ac tuum, adeóque velle perfectum, ac propterea nihil soliciti simus, quid erit in crastinum, quæ enim volueris, ea utique fient. Hæc, & hisce similia, quæ verè ex animo sentiebat, dicere solita; insuper addebat, neminem ad aliquem perfectionis gradum ascendere posse, nisi ad utrumque paratus Divinæ voluntati conformis jugiter fuerit; Ita enim velle proprium abdicat, ad nihilum redigit, id que solùm præstat, quod Domino placet, hinc familiare ei erat hoc dictum; *Esto anima Deo conformis, & à proprio velle aliena, consummata habenda erit, quæ verò contra sibi placere, & quidquid ipsi libuerit fieri velit, à rectâ veritatis viâ descisset.* De sanctâ hujusmodi conformitate magnificè passim loquebatur, prout revera sentiebat, Idem idemque literis exprimere semper solebat, quas frequentissimè, & plurimas dabat plurimis ipsam consulentibus cujuscunque generis, ut alibi diximus, præsertim verò utriusque sexûs Regularibus, suadere omnibus, maximè tamen istis, qui Deo præcæteris plurimùm debent, pro virili contendens, adversa quæcunque inde solùm proficisci, quòd voluntati Divinæ minimè conformes suæ plus æquo adhæreant, cæterùm verâ beatitudine adhuc contagione corporis detentos perfrui eos posse, si Divino placito conformarent ut. His animi sensibus proinde Alumnis suis hoc, vel illud se cupere dicentibus reponere statim consueverat: *Quidquid Deo libuerit, Filia, nil autem aliud omninò, sive sanitas fuerit, sive infirmitas, seu mors, seu vita, seu deliciæ, seu dolores, Deo placeamus, non nobis; bonum illi debetur, nobis autem mala, illi gloria, nobis confusio; sursum corda, sursum Filia, terris enim repentes terræ delicias prosequemur, nobisque satis facere studebimus, quod utique negligeremus, si Patriam nostram cœlestem aspiceremus, sitiremus, sed ejus genio duntaxat indulgere nobis esset in votis, cui omnia debentur obsequia. Conformitas hæc Virtus quædam est, cujus pretium ut plurimùm latet, ideoque pauci ipsam sectantur, unum hoc pro omnibus esto, quod vera Beatitudinis speciem æmulatur.* Hæc, & hisce similia passim proferebat, nam ex abundantiâ cordis os loquitur, eoque laudum genere virtutem hãc efferebat, ut iisdem recensendis imparem me fateri non pudeat, longéque magis, longéque magnificentiùs me de iis dixisse existimem, si tenuitatem ingenij mei incusans à dicendo abstineam.

Tantis cumulata gratiis, atque muneribus, tantisque instructa virtutibus, Deo primùm, hominibus deinde cujuscunque sexûs, & generis dilecta, omnium sibi venerationem, & benevolentiam conciliaverat, siquidem aspectu gravis, naturæ indole hilaris, vultu semper jucunditatem præferebat unà cum tantâ modestiâ conjunctam, ut cæteros omnes ad pietatem inflammaret, facie nunquam tristis, quantumlibet adversis premeretur, hinc discernere nemini fas erat, num prosperè, num secus ageret, quin etiam vultûs, & animi tristitiam à suis exulare volebat, nec in Monasterio suo eas recipi unquam patiebatur, quæ indolem hujusmodi præferrent, si quando verò è Monialibus aliquam adeo tristem adverteret, leniter ipsam increpabat, & ad deponendam tristitiam hortabatur ex eo potissimùm, quòd ubi Filius Virginis adest, exulet inde tristitia oportet, quæ Deo maximè displicet, quem planè terrore percellendum dicebat, quoties faciem aliquam tristem videret, si passionibus hujusmodi obnoxius foret; quem enim Jesum erga nos amantissimum sciebat, si tristes nimis fuerimus, ipsum tanquam Tyrannum habendum esse suspicari quis posset; jucunditatem igitur animi, vultu quoque exhibendam curabat, satis superque edocta, quòd hilarem datorem diligit Deus, aliunde quoque noverat hujusmodi tristitiam è nimio sui, humanarumque rerum amore procedere, necnon ex eo quod in Deum quis, prout par est, non erigatur, ac propterea quæ Deo prorsus adhærebat, exhorrebat tristitiam, hinc facie semper festiva, ubicunque adveniret, spirituali gaudio omnes perfundebat, & unico obtutu, cujuscunque animum ad virtutem excolendam incitabat; quæ quidem ipsi maximè propria erant, non modò naturæ indole, verùm etiam, & quidem potissimùm, cœlestis gratiæ munere, & multiplici virtutum genere, quibus ornatam fuisse ex hactenus dictis compertum est. Ad monasterij fores accedenti genua statim omnes flectentes procedebant, aliosque certatim monebant, quòd ibi tunc Veneranda Mater adesset, quatenus omnes ipsam videndi, & alloquendi desiderio teneri quàm notissimum erat; quoties autem crates adibat, omnes illicò assurgebant, a què ac Vir quidam clarissimus accessisset, ejus enim comitate, loquendi suavitate, & Divinâ planè charitate omnes, & singulos mirum in modum alliciebat, quæ omnes indiscriminatim, prout alibi diximus, mirum in modum complectebatur, eorundem utilitati, quàm maximè intenta; quoties enim ipsam adibant homines, quos etiam ex industriâ eleganti quadam ratione vocabat, peccatorum vinculis irretiti, lenia verba, & ad rem accommodata adhibendo, eò ipsos adigebat, ut sui reatus gravitatem assecuti inde non recederent, nisi data resipiscendi sponsione; plurimùm enim apud illos auctoritate præstabat, eâque virtute pollebat, ut ex eorum aspectu statim dignosceret, num à Dei gratiâ excidissent, & ab iis subinde petente quandonam peccata sua sacramentaliter confessi fuissent, summo pudore suffusi verum fateri cogebantur. Tum verò eorundem oscitantiam quoad rem propositam perpendēs Divino zelo incensa addebat: *Nonne*

Tristitiã reprehēdit.

Gloriosa ejus opinio.

Nonne semel iterum, ac tertiò singulis diebus alimentum corpori paratis? quo igitur jure animam præ corpore pluris faciendam esurire, languere, & omnino deficere grave vobis non erit! Quibus, & hujus generis alijs acceptis frequentiorem Sacrarum torum usum homines illi prosequebantur, & sanctioris vitæ genus instituebant, Abbatissæ nostræ charitate, & suavitate commoti, qui deinceps ipsam nunquam obliti, quæcunque opus essent eidem suppeditabant, & singulari dilectione complectebantur; quæ tamen cum summa reverentia fœdus inierat, ex quo Famulæ Dei monita, atque consilia, tanquam Dei oracula habebantur, ac summopere expetebantur. Eâ sanè erat apud omnes auctoritate, eaque de ipsâ quoad virtutem discernendi alieni cordis arcana percrebuerat opinio, ut nonnulli ad ipsam invisendam invitati adire vererentur, quippequi à Dei gratiâ se excidisse intelligentes, id ab eâ deprehendendum ipsisse non mediocri sui confusione non dubitarent. Itaque omnibus venerabilis, insuper peccatoribus, & ipsis Dæmonibus terribilis erat, qui ejus aspectum pati non poterant, maximè quoties Abbatissæ Insignia induisset, quod in Puero quodam energumeno contigit, qui ipsam aspicere renuebat, quinimmo stolam ei exuendam præcepit, cui ipsa se exuere nolle respondit, quod eâ superiores induerant. Energumenus deinde retrorsum conversus scamnum advertit, cui Veneranda Mater incumbebat, & quisnam ibi sedere soleret ab ea petijt, cui illa: *An te latet?* Quo responso confusus præ cæteris, quæ vel invitus protulit, à Famulâ Dei interrogatus, num ipse sciret, quod eam Dominus diligeret, excandescens respondit: *Nimis profectò te diligit Dominus, & Filias tuas, è quibus quamplures sanctitate excellunt.* Interim verò cùm hæc diceret, Moniales per superiora Domûs modestè incedentes advertens, ubi pro Vesperis pulsaturæ campanas adibant, ait: *Quonam pergunt Hypocritæ istæ?* accepto verò campanarum sonitu insuetato impetu surgens incredibili celeritate Insulam lustrare cœpit satis abundè demonstrans Abbatissæ præsentiam, & Campanarum sonitum se ferre nullatenus posse. Plures deprehendit energumenos, ob oculos enim ipsis opponente parvulam Crucem, de quâ superius, nefarij Spiritus horrendis de more clamoribus emissis sese confestim prodebant, quibus etiam fugandis, quoad ei fieri licebat, operam omnem adhibuisset, quos minimi faciens nullatenus formidabat, nisi terror cohibuisset, quo Sorores corripiendas esse verebatur. Nó modò verò alienam sibi benevolentiam conciliabat præ suavitate, & decore aspectûs, fermè dixerim Angelici, necnon gravitate, & comitate verborum, sed etiam præ sola nominis sui celebritate, quâ planè commoti eam adire, alloqui, videre, cujusque generis omnes cupientes, ejusque consilia exactè complere certatim properabant, quemadmodum è

E superius dictis innotescit, quos inter memorandus maximè videtur Vir quidam Nobilis de Familiâ Boldu, qui studium omne adhibuit apud D. Patriarcham, & alios, ad quos de jure, ut eam adhuc in Monasterio D. Hieronymi degentem alloqui pro libito posset, ubi Sorores illæ ostiolum quoddam ad hoc formandum curarunt, è quo accedentibus, ipsumque adeuntibus adesse liceret. Insigne tandem celebritatis hujus, & existimationis, quâ Veneranda Mater apud omnes præstabat, argumentum esto amplissimum Monasterium cum Ecclesiâ pro animabus in Purgatorio detentis juvandis in Regiâ ipsâ Venetiarum Urbe, Abbatissâ nostrâ proponente, Ordinis nostri Monialibus à fundamentis excitatum, de

F quo mox dicendum.

Cùm anno salutis 1631. contagiosa lues per varias Orbis terræ Regiones grassaretur, neque mediocre præjudicium inde Venetiarum Urbi accederet, Famula Dei summis precibus diu, noctuque postulabat à Domino, ut Serenissimam illam Rempublicam, & universum Mundum à lue prædictâ vindicaret. Diuturnis hisce, nec unquam interruptis precibus fatigatus Dominus ipsam edocuit, quòd hujusmodi supplicio pœnas ipse sumeret de gravissimis hominum sceleribus, potissimùm verò, quòd in Civitate Venetiarum interdicta fuissent quædam suffragia, quæ pro animabus Defunctorum in Purgatorio detentis fieri mos erat. Hoc autem non sine magno cordis

G angore intelligens Famula Dei, quæ singulari miseratione, ut alibi diximus, erga animas illas commonebatur, iterum à Domino enixè petijt, & quidam longè majori studio, quòd ipsam tunc urgeret, tum contagiosæ luis incommodum, tum animarum prædictarum supplicium, petijt, inquam, quòd sibi nosse liceret, quanam ratione tantis malis consulere fas esset, vitam ipsam profundere paratissima, dummodo Divinæ justitiæ satis superque fieret, gravissima illa averterentur supplicia, & Defunctorum simul, atque viventium tranquillitati prospectum fuisset. Hisce votis commotus Altissimus Venerandam Matrem adhuc edocuit, quòd ad rependendas vices pro abrogatis suffragijs, quæ pro ani-

H mabus Purgatorij perpetuò in bonum cedebant, pium aliud opus perpetuò duraturum instituendum esset à Serenissimo Principe, & Excellentissimo senatu, quorum auctoritate abrogata fuerant, etsi laudabili specie falsitatem, consilio, præfata suffragia. A' fundamentis ergo erigendum iisdem erat Monasterium cum Ecclesiâ, cui tria inessent Altaria, ubi quotidie sacra pro animabus Purgatorij celebrarentur, quemadmodum in Monasterio aliquot Virgines degerent, quæ pro serenitate suâ, & Clarissimo Senatu preces jugiter ad Deum funderent, necnon pari studio animas Purgatorij juvare satagerent. Hæ verò Virgines Serenitatis Suæ Filiæ appellarentur,

Monast. Venetiis erigendum pro animabus Purgatorij levandis proponitur.

tur, quibus proinde alendis Serenissimus idem Princeps addictus fuisset, hac enim ratione perpetua futura essent suffragia, & Divina averteretur indignatio. Revelationem hanc Divinitus acceptam Monasterij fastis adscribendam Abbatissa nostra præcepit, & Confessario suo significavit, quo annuente cum Procuratoribus sibi magis benevolis consilium hoc communicavit, quia tamen hanc sibi factam à Deo exponeret, qui revera statim opus hoc probarunt, sed publici juris facere non audebant, varia hominum judicia veriti partim laudantium, partim damnantium, adeoque quidquam certi statuere nesciebant, quòd tempus ad hoc præstitutum à Domino nondum accessisset. Quocirca Veneranda Mater postquam semel, iterum, ac tertiò consilium hoc proposuisset, se non amplius rem hanc proponere velle constituit, eamque Deo prorsus commendare, quæ verè Domini erat, nihil de ipsâ solicita, quippequæ ratum habebat, quòd tempore à Domino præstituto completa res fuisset, ideoque eandem neglexisse videbatur, licèt revera eius animo jugiter insideret; hinc bellum adversus Serenissimam Rempublicam gerentibus Turcis per hyemem ægrotans de hac re identidem cum Sorore illâ differebat, quæ sibi aderat, eoque magis desiderio se teneri sentiebat operis hujusmodi juxta Dei placitum complendi, ideoque cum eadem Sorore convenit de Epistolâ ad Senatum summâ fiduciâ mittendâ sine sui subscriptione, reque ipsâ exponendâ, de quâ solicitus esset Dominus, qui planè, quæcunque voluisset, consummasset. Enarratâ tenoris hujus Epistolâ optimè consultum putavit, Virum quendam Nobilem sibi addictum, & Monasterij Procuratorem consulere, antequam ipsam mitteret, ipsum verò statim obvium habuit, quique rem ipsam omninò probavit, ex quo Famula Dei sibi facilè suasit, opus hoc Deo acceptissimum fore, subinde facultate à Confessario obtentâ, à cujus ore pendebat, qui adhuc obedientiæ præcepto imposito ipsam se subscribere jussit, quantumlibet præ humilitate reluctantem Epistolam præfatam transmittendam illicò curavit. Hanc verò Senatus Universus obvijs ulnis excepit, proindeque necessaria quæcunque huic operi consummando decrevere, nec quidquam faciendum esse præcepere Venerandâ Matre inconsultâ, sive quoad situm, sive quoad modum. Quamobrem Excellentissimi DD. Provisores Monasterijs Præfecti ad hoc specialiter designati ipsam personaliter, prout opportunitas exigebat, de singulis consulebant, idque adamussim præstabant, quòd ipsa proponeret, quamvis animi sui sensum nonnisi invita aperiret, quæ fragilitatem sexûs ijsdem expendendam objiciens se maximè præ illis ineptam habebat ad hujusmodi consilia agitanda, quos à Deo prorsus illustratos se venerari decebat. Cùm autem laudabilis hujus con-

A B C D

tentionis rumor in vulgus invaluisset, verbis exprimi vix potest frequentissimus Clarissimorum illius Reipublicæ Procerum, & cæterorum cuiusque generis eandem adeuntium concursus, qui planè inusitatus integrum Mensem perseveravit, non mediocri Venerandæ Matris ætate gravioris incommodo, quæ cum omnibus, ac singulis ipsam videre, & alloqui summopere cupientibus satis superque facere charitate ducta contenderet, totam diem apud collocutorium transigere cogebatur, licèt enim ipsam plures frequenter cæteroqui adirent, hujusmodi tamen ob causam longè plures accessere. Habitâ in Excellentissimo Senatu relatione, quamvis Famula Dei nec sibi, nec suis Alumnis Monasterium construendum petijsset, ioque solum optasset, quod Ordini Servorum B. Virginis dolorosæ nuncupatum esset, unanimi tamen universi Senatus consensu electa in Fundatricem hujus Monasterij fuit, quatuor adhuc Monialibus pro eius libito adscitis, jure quoque concesso decem alias Puellas eligendi, quæ Deo, ac Deiparæ ibidem famulari deberent. Mandato huiusmodi excepto plures quidem ibidem recipi postularunt, nostra tamen Abbatissa ex ijs decem prælegit, quæ vocationi propositæ aptiores videbantur, è quibus tamen quædam alia subierunt Monasteria, quod plus æquo protraheretur Monasterij hujus perfectio. In Monasterio verò, ubi degebat, Burani, quatuor selegit, prout expedire magis in Domino censuit, interim pijs exhortationibus erudiendas in rebus quibusque necessarijs seriò suscepit, propositum animi consilium ijs speciatim aperiens, quoad singula in Monasterio nova construendo juxta Regularem Disciplinam peragenda, adeoque de singulis solicita erat, ut tanquam ratum habere videretur, quòd ipsi eò adeundum non foret, hinc ex ijs Monialibus altera aliquando ei dixit, quòd singula hæc decernere tunc meliùs potuisset, cùm ibi commoraretur, quin solicita modò de ijs esset; Cui illa: *Id planè contingat, quod Deus voluerit, Filia, non autem quod ego velim, si superstes fuero*: Quæ tamen minimè adverterunt Moniales, quòd hæc loquendi formula, familiaris ei nimis esset; rei tamen eventus consultò hæc dicta fuisse comprobavit, è vivis enim excessit Veneranda Mater, antequam vel primus lapis positus fuisset, quæ cæteroqui alteram è suis Alumnis de Regulis omnibus ad fundationem hanc necessarijs edocuerat, exhortationibus illis adhibitis, quæ tantam Matrem decebant, quòd scilicet invicta animi constantia adversa quæcunque superaret, & in Deo solum confideret, quem planè nunquam defuturum sciret, sed omnia prosperè cessura curaturum, dummodo viam hanc indesinenter inijsset. Itaque etsi Maria Benedicta Monasterium hoc personaliter non incoluerit, ejusdem tamen jure dicenda Fundatrix, sive Divinam illustrationem superiùs expositam

Pro fũdamento huius Monasterij cõsulitur Famula Dei, & eligitur in Fundatricẽ.

tam spectemus, sive electionem ipsius in Fundatricem ab Excellentissimo Senatu habitam, E sive plurima ab eâdem præclarè gesta juxta prædictum mandatum, sive Regularia Instituta, quibus Monialem præfatam instruxit, sive spiritum plane cœlestem sacris illis Virginibus, quæ deinceps Monasterium hoc coluere cum Spiritu nostræ Matris commune, quam in ipsis redivivam quodammodo dicere licet, sive tandem illud spectemus, quod ipsa proximè moritura memoratæ Moniali spopondit: *Bono animo esto Filia, ne timeas, Tibi nunquam deero, viriliter age, fiduciam in Deum jugiter foveas, ejusque voluntati conformitatem de Te, ac reliquis in Monasterio illo degentibus sollicita maximè apud Dominum ero;* ac reipsa Sorores illæ amantissimæ Matris hujus expertæ patrocinium fuere, F & etiamnum experiuntur.

Cùm hæc agerentur, Abbatissa nostra ægrotare graviter cœpit quodam infirmitatis genere Medicis fermè incognito, nam quasi cingulo ferreo sibi ventriculum adeò vehementer arctari sentiebat, ut respirando vix par foret, quinetiam identidem eâ vi urgebatur, ut proximè spiritum emissura videretur, quamvis febri non laboraret, inexplicabili tamen ardore sese interiùs correptam dicebat, quem sanè vel ipsi Medici quid esse putarunt ordine naturæ superius, & ab ardentissimâ, quâ flagrabat in Deum, charitate originem ducens, quæcunque enim artis remedia incassum adhibita adverterunt, quorum sententiam unanimi consensu probavit G eximius quidam Sacerdos artis Medicæ peritus, ejusque laureâ insignitus, quique spirituum hujusmodi sublimium indolem assequebatur, & vices. Non ideo tamen alia adhuc ejusdem artis remedia neglexere, ac revera summus ardor ille aliquantulum deferbuisse videbatur, brevi tamen hoc perseveravit, symptomate enim affecta paulò post fuit adeò gravi, ut habita proinde fuerit Veneranda Mater proximè moritura; postquam verò in hoc vitæ discrimine aliquantulum permanserat, sensim instaurabatur, & plurimùm convaluisse videbatur. Verùm è Medicorum sententiâ eam mox invisentium, ejusque corporis, & morbi vices seriò expendentium morti proxima H insequente die ex eorundem voto sacratissimo proinde reficienda erat Viatico; ipsa verò, quæ se proximè morituram non sentiebat, reponere non dubitavit, sacram hanc actionem post biduum in proximo Deiparæ festo celebrari posse, quam sanè die illâ habere vellet Magnæ Dei Matri obsecutura, quod fortè ei consequi non liceret, si id modò præstaret, ita enim frequenter clausuram ingredi ægerrimè ferret Sacerdos. Medicis autem adhuc instantibus ultra crastinum diem differendum hoc non esse, & sedulam ipsi curam habendam Moniales monentibus, quæ è pulsuum indicio in extremis agere censebatur, se pariturum esse respondit; cæterum sibi

Suprema infirmitas.

semper constans Alumnas suas pro virili consolari nitebatur consueto charitatis ordine, asserens se morituram adhuc non esse, Sacratissimum utique Eucharistiæ Sacramentum se percipere velle, non autem extremam unctionem, quam nonnisi supremâ vitæ die ministrandam sibi fore pluries à Domino petierat, prout reipsa contigit, sex enim adhuc menses, & ampliùs superstes fuit pulsibus intermittentibus ferè semper affecta, non sine magno medicorum stupore; per illud enim temporis spatium, donec emitteret spiritum, varias subijt vices, modò enim convalescebat, modò magis infirmabatur, nunquam tamen omninò convaluit, interim eam animi jucunditatem vultu festiva præferebat, ut nedum nulli gravis hæreret, quinetiam amabilis hinc singulæ ei adesse studebant, quæ enim Divinæ voluntati maximè conformis, ut diximus, erat, quomodo se haberet requisita, *optimè*, dicebat, *id enim volo, quod Deus, adeoque nonnisi optimè valere possum.*

Postmodum adveniente tempore à Domino præstituto longè graviùs laborare cœpit, quin tamen vereri quis posset, de proximè futuro obitu superiores vices attendens, vel ipse Medicus, si tamen illam excipias, quæ specialem ejus curam habebat, eam enim sensim deficere cognoscebat, quæ cæteroqui morbi gravitatem dissimulat exterius, sed vehementissimè interius torquebatur, ita ut ad miserationem maximè commoverentur quicunque natura ejus, atque pœnarum indolem plene G perspectam habebant. Una Medicorum erat sententia, quòd hujusmodi infirmitatis conditio defectui spirituum tribuenda erat ob indesinentem contemplationem, & adeò graves corporis afflictationes. Accedentibus Nativitatis Dominicæ solemniis longè graviùs decubuit, nam præter consuetam ægritudinem vehementissimo vomitu laborare cœpit, quem nunquam aliàs subierat, itaut magis in dies, ac magis deficeret. Interim Dominus Famulæ suæ dolores temperare quodammodo voluit, postridie enim Epiphaniæ cibo aliquantulum refecta quiescere cœpit, sed in extasim rapta, ita verò se habens Puero Jesu adblandiens suavissimè colloquebatur. Tunc inde recesserat Soror, quæ præstò ei de more aderat, H cum autem juxta cellam Sororem alteram adesse curasset, quæ præstò ei foret, quandiù aberat, prout opportunitas exegisset, eò rediens de ijs, quæ contigerant, quoad Puerum Jesum præmonita cellam ingressa Venerandam Matrem aspexit adhuc in extasim raptam facie jucundissimâ, festivissimâ, & pulcherrimâ, ferè dixerim Angelicâ, ad ipsam propiùs accessit totius rei seriem exploratura, quin aliquid ægrotanti indicaret, hæc autem sibi assistentem nominatim appellans ei dixit: *Puerum aspice, quàm speciosus est!* Paulo post elatâ aliquantulum voce iterum inquit: *Aspice cœlestis hujus Pueri pulchritudinem!* subinde soror assistens mode-

Morti proxima est.

Extasim patitur.

modestè assurgens, & è cellâ aliquantulum evadens Vicariam, & alias Sorores advocandas curavit, ut ipsam aspicerent, & audirent. Intereà Veneranda Mater adhuc altiùs clamans eaudem iterum nominatim compellans, ut ad puerum propiùs accederet, urgebat. Assistens ad eam propiùs accessit dicens: *Adsum Mater, ne timeas, inde planè non recedam.* Adhuc tamen famula Dei paulisper substitit, mox iterum illam æquè elatâ voce compellans, ac si procul abesset clamavit: *Accede huc, à me ne recedas, Puerum aspice*: cui illa: *Ipsum deprecare Mater, quod mihi conspiciendum se præbeat, non enim hinc recedo.* Paulò post ipsam iterum nominatim appellans ait: *attende, attende, quàm speciosus est hic Puer, quàm elegans!* Quæ quidem, & hisce similia, identidem repetebat, elarâ maximè voce, quamvis prædicta Soror ipsi proxima foret, quæ planè inde non recessisset, interiùs enim incredibili perfundebatur dulcedine, jucunditatem animi Venerandæ Matris ex hujusmodi loquendi formulis conijciens. Interim dato Campanæ signo ad celebrandas Vesperas aliquantulum Maria Benedicta quiescebat, mox assistenti Sorori dixit: *Domini Jesu Sponsas ad ipsius laudes canendas procedentes Angeli earum Tutelares diligentissimè comitantur*: Ac revera tunc Sorores Chorum adibant Vesperas persoluturæ, quas ipsa profectò nec aspicere, nec auribus percipere poterat. Spiritu tamen universa assequebatur, ipsasque canentes accipiens dicebat: *Vobis prosit Sorores*, alteram ex illis appellans; mox inquit, *aspice, aspice Eremicolam, qui pedem ei osculatur; O Te Beatum Eremicolam, Tibi prosit, o quàm suaviter ei blandiris!* Hæc autem dicens præ gaudio exilibat, & sibi maximè complacebat, quòd Eremicola ille Puero Jesu adblandiretur. Regularis quidem hic erat eximius Dei famulus, & Sanctitate vitæ conspicuus, qui sacris operaturus insequente die advenerat; Veneranda Mater tamen hoc ignorabat humanitùs, quæ solùm id spiritu noverat, quâ verò horâ eum ipsa nominabat in angulo Ecclesiæ ejusdem Monasterij orationi indulgens is aderat: Paulò post cantanda suscepit verba illa Psalmi 83. *Videbitur Deus Deorum in Sion*, adeò hilari, ac decorâ facie, ut exinde gaudium innotesceret, quo perfundebatur interiùs, aliquantulum deinde quievit, hinc sibi suadentes Sorores, quæ ad spectaculum hoc jucundum adfuerant, eam sibi restituendam fore, abierunt, illâ solùm exceptâ, quæ ejus curæ præposita sui muneris partes ibidem explebat. Subinde ab extasi soluta Abbatissa nostra oculis maximè splendidis, & purpureâ facie illam aspiciens dixit. *O quàm suaviter soporata sum! redviva mihi videor.* Alteri è Sororibus deinde eam adeunti, & quomodo se haberet petenti reposuit: *Mariam, & Joseph unà cum Puero Jesu solos inveni, suavissimam eorum consuetudinem inexplicabili animi mei voluptate adhibui.*

Reliquum vitæ suæ à sensibus abstracta ferè A semper transegit festivâ de more facie, silentio addicta maximè erat, quæ cum Domino colloqui sitibat, hinc paucis, & quàm celerrimè quæsitis quibusque satisfaciebat, ac singulas consuetâ charitate complexa ad amorem in Deum, virtutesque colendas vehementer inflammabat. Ingravescente morbo humani generis hostis modò terrorem illi incutere satagens, modò ad delicatiores epulas appetendas incitare contendens, quod alibi innuimus, ipsam urgere non desistebat horribili specie videndum ei se præbens, verùm Domino, & Puero Jesu innixa nihil omninò verebatur, sed aquâ lustrali se frequenter aspergens signo pariter Crucis adhibito feliciter hostem fugavit. Sacramentali Confes- B sione præmissâ feriâ 5. Sacram Eucharistiam singulari animi sui voluptate percepit, indeque plurimùm emolumenti à Domino sibi accessisse asseruit, quamobrem pari animi sui sensu proximè sequente die Divino eodem refecta pabulo fuit. Alumnis suis, quas maximè tædebat tantâ Matre destitui, eam rogantibus, quòd sanitatem à Domino peteret, nil aliud se velle reposuit, quàm quod Deus ipse voluerit, quin etiam S. Antistitis Martini formulam adhibuisse earundem nomine, quibus dictis obmutuit. Dominicâ quoque sequente sacram Communionem accepit, subindeque sibi assistentem oculis ad commiserationem compositis aspiciens, agitatione capitis ei se abnuere indicavit, quæ ipsam ite- C rum rogaverat, ut sanitatem à Domino peteret, ex quo intellexit assistens Deo acceptū non esse, quòd adhuc ulteriùs ab ipso in corpore peregrinaretur. Extremam denique postulavit unctionem, quam ineunte sabbathi nocte incredibili gaudio excepit in supremo vitæ suæ die, quod ipsa tantopere cupierat. Quatuor noctes antequam ex hac vitâ decederet, internis vehementissimè afficiebatur doloribus, quos nedum æquanimiter, sed etiam hilari animo patiens, jucundâque de more facie, identidem solùm repetebat hæc verba: *O Maria, o Maria!* Impetu quodam, ex quo dolorum constabat atrocitas, quibus afficiebatur. Prima ex hisce noctibus velut ex se loquens dicebat: *Tres adhuc noctes, mihi* D *deinde res prosperè cedent*; Quæ pariter tribus sequentibus noctibus proportione servatâ repetebat, ex quibus in spem erigebantur Sorores, quòd infirmitatem, et mortem evasura tunc esset, ipsa verò de felicitate ita se loqui intelligebat, quam in cœlesti Patriâ sperabat, se proximè morituram certò prædicens, cùm enim Sabbatho ad Vesperam extremam postulasset unctionem, ait: *Sacratissimum Corporis Domini Sacramentum crastinā die excipiam, mox Filiæ meæ valeant, & hilares in pace permaneant, non enim separationem hanc adinvicem declinare nobis licet.* Noctu ei aderant aliquot Sorores, Vicariæ autem suæ, & alteri è senioribus salutaria monita præbens, dixit:

Ferè semper extatica.

Horam suæ mortis prædicit.

dixit: *Filiæ, pacem, & concordiam servetis, Dei honorem, & Monasterij decorem diligatis,* E *res hæc est magni momenti, eam propterea vobis etiam atque etiam commendo; Sartatecta custodiatis, religiosæ vitæ instituta, omnia honestè, & cum charitate præstetis, noveritis me potiùs indulgentiæ, quàm nimiæ severitati studuisse, constantes estote, ne vereamini, amantissima semper vobis adero Mater, quoties id opus fuerit vobis opem feram, & si Domino placuerit ter singulis diebus, in aurorâ videlicet, in meridie, & Vesperi vobis benedicam. Fabricam quoque prosequendam vobis enixè commendo, ac duo illa specsatim foramina, per quæ materialia potissimum ad Fabricam spectantia moris erat egerere, omninò obstruenda curetis, importuna siquidem sunt, & maximè dedecent, licèt ibi clausuræ limites non essent.* Subinde F sepulcrum sibi parandum decrevit, & alia quæcunque post sui obitum peragenda, quæque homilitate mirum in modum præstabat ijsdem præcepit, prout alibi diximus, ubi de humilitate illius, nequid unquam de ipsâ dicerent, nomen ejus nequidem repeterent, nec ejus corpus ulli videndum paterentur, quæ tamen postremo loco dicta, Deo sic permittente, Sorores omnes oblitæ morem ei quoad hæc minimè gessere, sed ejusdem præclarè gesta publici juris facere, summis laudibus extulere, & scripto mandanda curarunt. Post hæc addidit: *Charissimæ Filiæ ne plus æquo de obitu meo doleatis, sed ipsum æquanimiter toleretis:* Noverat enim se maximè ab ijs diligi, adeóque ipsas maximè de tali morte G dolere.

Quæ semper eximia in Deum, ac Proximum charitate flagravit, ut diximus, adhuc animam agens suavitatem, & comitatem cum Sororibus exercuit: familiare siquidem illi semper fuerat cum ijsdem suaviter agere, & operam omnem adhibere, ne molestiam illis inferret; hinc singulas ipsam separatim adeuntes mirum in modum consolari studebat mirabili planè dicendi suavitate, & de rebus cœlestibus differendi facilitate, quæ proinde præ dulcedine cordis, & præ tantæ Matris amissione à lachrymis temperare sibi non poterant, quod utique tunc maximè contigit, cùm duabus præ cæteris dixit abeundum sibi fore, & illis adhuc addentibus sibi H in votis esse, quòd ipsa non abiret, subintulit: *minimè verò, Sponsus vocat, parendum est.* Die Dominicâ, quâ sibi meliùs res cessuras esse prædixerat, ad Vesperam aliquantulum convaluisse Medicis videbatur, in spe proinde consequendæ salutis erectis, spes autem eos fefellit, quandoquidem postquam inde recesserant Medici, à cibo prorsus abstinuit, & quieti vacare videbatur; cùm verò tempus accessisset, quo cubitum ire deberent Moniales, ijs Veneranda Mater eximiâ charitate dicebat, quòd cubitum irent, & quieti vacarent, hac enim nocte se nullius ex ijs indigere, & jure quidem merito, cœlestes enim Spiritus sibi adfuturos esse intelligebat,

E diutius quievit, oculos deinde miro modo rutilantes in quandam cellæ partem defigens, purpureâ, & maximè decorâ facie singulari gaudio elatâ voce canere cœpit; quia verò præ summâ ariditate faucibus laborabat, & lingua, quæ cantu exprimeret, astantes assequi non poterant, quandoque solùm advertebant, quod exprimeret *Alleluja* semper, & *Ave*, & æquè validâ voce canebat, ac si viribus integra fuisset, quamobrem procul etiam inde audiebatur. Ex ijs altera ad ipsam leviter accessit exploratura, num aliquid ei deesset, quæ elevato statim brachio illam avertere voluit dicens: *Aditum parate, viam sternite Sancti, Sancti!* & cantum adhuc suaviter prosequebatur. Mox accedere Beatos

Extasim patiens canit.

F illos Spiritûs advertens oculos lectulum versus convertens magno Spiritûs impetu, & gaudio, dixit: *Domina, Domina adesne? Dilecta, ò Dilecta, quàm speciosus Dominus meus!* Aliquantulum deinde subsistens quasi alium loquentem attendens, elatâ voce dixit: *venio, venio*, quasi vocanti respondens: subinde sibi assistentem aspiciens, ac si advertisset illam prædicta verba intellexisse, indoluit, quòd proximè futurum sui obitum percepisset, adeóque tristitiam subiret. Rursus ad ad Dominum conversa ei simul, ac B. Virgini adblandiebatur pio cordis affectu eam invocans: *O Maria, o Maria.* Postquam cœlestibus hujusmodi perfusa delicijs diu fuerat, sibi proximam Sororem complexa bis arctissimè, G & magnâ vi fuit, capiti ejus manum imponens nonnulla protulit, quæ tamen illa non intellexit, facie adhuc purpureâ, & vividis oculis perseverabat, ita ut nemini tunc moritura videretur, quievit mox aliquantulum, repente verò altum emittens suspirium, & elato capite oculos clausit, serenâ adhuc perseverante facie, nec aliud vitæ argumentum exhibuit, quàm pulsum, qui sanè integer permansit, haud sine speciali Divinæ potentiæ auxilio, donec Confessarius ideo vocatus, quique non mediocriter suum distulit adventum, benedictionem Episcopalem, & Absolutionem de more contulit, paulò verò post cessante penitus pulsu in osculo Domini, obijt nocte Dominicam sequente circa horam

Pié moritur.

H septimam die 13. Januarij anno 1647. more Veneto, & 1648. à Nativitate, quemadmodum prædixerat, quam lachrymis obortis singulari veneratione prosequebantur Alumnæ. Venerandum ejus corpus æquè palpabile, tractabile remansit, & molle, ac si Puellulæ corpus fuisset, huc enim, & illuc pro libito versabant Moniales, & alij, ita ut sedendi quoque capax esset, quod sanè corporibus vitâ functis familiare non esse compertum est; quinetiam quæ vespere obitum suum præcedente suis omnibus Sororibus benedictionem contulerat, adhuc defuncta dexteram immotam servavit, quasi actu benediceret, duobus digitis aliquantulum elatis, quibus ex eo situ moven-

movendis pares minime fuere quicunqueopus hoc suscepere, é quo planè spectaculo ad pietatem maximè inflammabantur Sorores, neque mediocris iisdem accedebat voluptas. Vivida quoque, necnon speciosa remansit facies, non secus ac in extasim rapta fuisset, quin ullum mortis exhiberet indicium, nisi quodammodo dicere velimus, quòd velut in extasim rapta decesserit, quippe quæ eo temporis plurium Beatorum Spirituum, ut diximus, familiari consuetudine utebatur in cœlesti Patriâ æternùm cum illis victura.

Cùm rumor in vulgus pretiosæ mortis hujus invaluisset frequentissimus concurrere populus cœpit præ summâ veneratione, quâ omnes, ut alibi diximus, ipsam prosequebantur, ac præ singulari sanctitatis opinione, quam de ipsâ conceperant; hinc optimè confultum putarunt Moniales Venerandum ejus corpus intra Clausuræ fines ante ostiolum exponere, ubi ministrari solet iisdem Sacra Eucharistia, floribus, ac luminibus circumquaque ornarum. Quod autem admirabantur Moniales, & onicuique mirari licet, cùm ipsæ præ gravi tristitiâ vix ea parassent, quæ pro celebrandis Defunctorum exequiis adornari consueverant, nec animum earum cura subiisset splendidiorem, & celebriorem funeris speciem exhibendi, prout Abbatissæ, ac Fundatricis dignitas, longèque magis sanctitatis ejusdem celebritas exigere videbantur, Famulæ suæ illustrandæ post obitum non defuit Dominus, qui tantis muneribus adhuc viventem ornaverat. Plures enim Sacerdotes, & Musici cantores à Domino speciali ratione commoti ad celebrandas exequias ultronei convenere, & adeò solemni pompâ Divina peregerunt mysteria, ut Sanctorum potiùs in Cœlis regnantium celebritas videretur, quàm Defunctorum exequiæ. His accenserdi plures adhuc Sacerdotes, tum é Civitate Venetiarum, tum ex aliis finitimis Locis Sacra privatim celebrantes. Biduum remansit insepultum Venerandæ Matris corpus, idemque semper palpabile, atque tractabile, necnon elegantior semper ejus facies, ex quo Moniales nonnisi ægerrimè ipsum tumulare potuere, utpote rarâ illius pulchritudine mirum in modum delinitæ, quoniam verò arca in promptu ipsis non erat, construendam ex industriâ curarunt, ibique recondito Venerando corpore in Ecclesiâ interiori collocarunt. Quatuor autem Mensibus exactis inde eductum in sepulcrum transtulere, quod juxta prædictæ Matris mandatum in Capitulo construxere, in eadem arcâ recondirum, quæ in aliam adhuc majorem, eamque marmoream inclusa in præfato sepulcro posita fuerat. Lapidi deinde sepulcrali apposita fuit sequens inscriptio linguâ vernaculâ exarata:

Exequiarum celebritas.

Exequiæ, & inscriptio sepulcralis.

Qui è il Corpo della Gran Serva di Dio, e di Maria, la Madre Suor Maria Benedetta de Rossi Fondatrice di questo Monasterio, e prima Abbadessa, onde noi sue devote Figlie avendo di tanto bene la dovuta memoria umilmente chiediamo per suo mezzo a S.D.M., e alla Beatissima Vergine Maria l'eterna Benedizione. La qual Madre passò da questa vita li 13. Gennaro 1647. more Veneto in giorno di Domenica venendo il Lunedì a ore 7. in circa.

Mariæ Benedictæ sanctitatem testari quodammodo voluit Dominus, non modò eximia ei conferendo privilegia, & præclarissima gratiarum genera, quæ satis superque retulimus, verùm etiam admiranda quædam patrando, tum ante, tum post ejus obitum, ejusdem meritis, & intercessioni tribuenda, è quibus nonnulla duntaxat recensere mihi fas est, ex quo Monasterii sui Moniales unanimi consensu testantur, quarum testimonium scripto exaratum apud me est, insigne quoddam volumen conflandum necessariò fore, si singula persequi velimus prodigia, quæ parvulâ Mariæ Benedictæ Cruce superiùs memoratâ præsertim adhibitâ contigere, à quibus proinde recensendis Moniales ipsæ abstinuere, quæ cæteroqui mox referenda commuoia mihi fecere.

1 Primùm ergo invariatâ traditione ab iis usque diebus, quibus adhuc inter vivos agebat Veneranda Mater, ad nos jugi tenore propagatâ constantissimè referunt Moniales; quòd inter cætera mirabilia, quæ, dum viveret Abbatissa nostra, in Monasterio Burani præstiterat, Posterorum memoriæ consecranda videntur, quæ proximè sequuntur. Monialis quædam Conversa nomine Soror Peregrina rei culinariæ addicta assando pisci intenta prona in terram corruit, cultro interim, quem præ manibus habebat, eo impetu sibi pectus transfigens, ut immotus sibi constiterit, ex astantibus nec una quidem cultrum é pectore ausa fuit educere. Veneranda verò Mater de hac re præmonita quàmcelerrimè Sororem Peregrinam adiit, & educto protinus cultro, vulneri signum Crucis impressit, & in eodem instanti Peregrina incolumis omninò absque ullâ, vel minimâ læsione evasit.

2 Insuper Monialibus omnibus ex eo maximè deterritis, quòd insignis magnitudinis catus Monasterium subierat, unde nam verò incompertum, & singulis passim de repente occurrens, ubicunque degerent, horribili quadam specie ingentem illis incutiebat terrorem; Famula Dei earum fragilitatem miserata alteri ex iis præcepit, quòd in virtute salutaris

lutaris obedientiæ bestiæ illi præciperet, quòd saccum ad hoc paratum ingrederetur. Monialis hæc sanctitate Matris commota, quam summoperè venerabatur, statim obtemperans formalia hæc verba bestiæ dixit: *O Cate, Tibi præcipit Reverenda Mater* (hoc enim nomine passim ab iis traducebatur) *quòd saccum hunc subeas*; confestim Bestia illa demisso capite ultrò saccum subiit, quem ad se protinus delatum Veneranda Mater Confessario tradidit è Monasterio educendum, prout reipsa eduxit, & in mare deiecit.

3 Die quadam Sorores Conversas aquæ in cacabo calefaciendæ addictas, Veneranda Mater vocabat, ut & ipsæ sacræ Concioni tunc habendæ interessent, quinetiam inde se recedere non posse opponentes ad hoc, ut aqua, prout par erat, ferveret, ad concionem urgebat, & obedientiam præstandam, cæteris quibusque posthabitis, quòd ignem, & ligna è cacabo remnverent deinde præcepit, & fidem in Deum foverent, hoc enim pacto, postquam sacræ Concioni interfuissent, eò redeuntes, aquam in cacabo ferventem, etiam igne remoto adinvenissent, quod reipsa adamussim contigisse deprehenderunt Sorores, aquam enim maximè ferventem in cacabo adinvenere.

4 Post obitum verò adhuc insepulto corpore Venerandæ Matris Soror quædam nomine Monica ophralmiâ graviter laborans, ita ut de amittendâ facultate videndi periclitaretur, fide magnâ instructa ad Venerandum Corpus propiùs accessit, & altera è manibus Venerabilis Matris suis oculis appositâ, se illi etiam atque etiam commendavit, ut sibi à Domino perfectam sanitatem impetraret, statimque incolumis prorsus evasit.

5 Prætereà D. Clara Zambelli, cui Filia erat in Monasterio Burani nomine Soror Maria Victoria Monialis Professa, quæ septuagesimum sextum ætatis aonum agens, Religionis verò 52., testimonium nuper tulit, gravissima, & jugi laborabat Cephalgiâ, de quâ cum aliquando cum Filiâ prædictâ conquereretur, hæc commiseratione commota, & spe non modicâ in Venerabilem Fundatricem erecta, quam speciali veneratione prosequebatur, parvulam prædictam Crucem, quâ Famula Dei adhuc vivens tot mirabilia præstabat, afflictæ Genitrici adhibendam proposuit; hæc autem Filiæ morem gerens eximiâ fiduciâ se Cruce illâ signavit, quod cùm faceret, sibi visus fuit dolor omnis capitis, velut apposita manu quadam frigidâ evanuisse, nec unquam ulteriùs, quaodiu vixit, hujusmodi morbo laboravit.

6 Iterum eadem Clara gravissimo affecta morbo adeò graviter laborabat, ut conclamatum ipsi foret, Filia prædicta ægerrimè ferens, quòd Mater decederet, cùm adhuc duæ ei essent Filiolæ Patre destitutæ, qoibus de electione status consulendum erat, Venerabilis Fundatricis opem nullâ interpositâ morâ imploravit ad ejus sepulcrum provoluta, illud saltem assequendum exoptans, quòd decem adhuc annos superstes illa foret, donec Filiolis prædictis de electione statûs consultum fuisset; voti compos effecta fuit, decimo enim labente anno, postquam Filiolis prospectum fuerat, Clara decessit.

7 Mulier quædam quoad alteram sui corporis partem, utpote apoplexiâ correpta, sensu penitus, ac motu destirota, parvulæ Crucis prædictæ ministerio signo Crucis munita soluta prorsus, ac libera statim evasit, quæ cæteroqui se nunquam sanandam verebatur.

8 Filia quoque cujusdam Mulieris Monialibus Burani ab obsequiis ardentissimâ Febri nuper correpta, quo tempore juxta consuetam periodum hæc accedere debebat, se Cruce prædictâ signandam curavit, & febris nunquam ulteriùs accessit.

9 Vir quidam, cujus nomini parcimus, ut parcamus pudori, gravissimâ detentus infirmitate proximè moriturus habebatur, ac proinde à Domesticis seriò monebatur, ut peccata sua per sacram exomologesin purgaret, qui verò à Dei Gratiâ exciderat, pium hoc opus, & salutare negligebat, exhorrebat. Vix autem Mariæ Benedictæ Crucem à Monialibus nostris ad ipsum hujusmodi charitatis consilio transmissam aspexit, cùm vera contritione concepta Confessarium sponte petiit, cui peccata sua sacramentaliter confiteretur, statimque animi sordibus mundatus ab infirmitate corporis etiam incolumis evasit.

Moniales autem hujus Monasterii de Burano Venerandæ Matris meritis acceptum se referre testantur, tanquam aliquid mirabile, quòd quamvis lanea, non linea adhibeant semper indumenta, pediculis, & aliis hujusmodi sordibus nulla penitus unquam obnoxia fuerit; testantur adhuc plura quotidie mirabilia contingere, sive quoad corporis, sive animæ salutem, ejusdem intercessione, quam jugiter omnes implorant, adhibitâ præsertim Cruce prædictâ, prout constat ex Literis Sororis Mariæ Constantiæ Abbatissæ illius Monasterii datis 16. Novembris 1712. ad P. M. Joannem Baptistam Chiappi Provinciæ nostræ Venetæ eo temporis Præfectum, in Archivo nostro Florentiæ existentibus.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

QUæcunque de hac Venerabili Matre hìc scribimus, ex his deprompta sunt, quæ apud Moniales Ordinis nostri, sive Burani, sive Venetiis, necnon apud Sorores Ordinis S. Augustini in Monasterio S. Hieronymi in eâdem Urbe scripto exarata quàmdiligentissimè servantur, & ab eisdem fideliter narrantur, quorum exemplar operâ meâ transcriptum in Archivo nostro D. Annunciatæ de Florentiâ asservatur.

Viro.

Virorum, ac Mulierum illustrium gesta, & obitus, necnon alia honorifica referuntur.

CAP. XIV.

Soror. Hieron. Augustinæ Ferri Bonon. felix obitus, & gesta.

PLurium quidem obitus, & gesta recensenda nobis occurrunt hoc anno, sicuti verò Soror Hieronyma Augustina Ferri Ordinis nostri Monialis Bononiæ degens in Monasterio S. Homoboni sanctitate cæteros, 2. præcellit, ita præferenda cæteris videtur. Hæc igitur excolendis virtutibus addicta, charitate potissimum erga infirmos excelluit, adeò ut si quæ è Monialibus infirmitate laboraret ad nauseam provocante, id assequi contenderet, ut sibi tantùm curæ esset eidem omnino inservire. Humilitate pariter insignis vilissima quæque in Monasterio exercere munia studebat. Amarissimæ Christi Domini Passionis, ejusque vulnerum contemplatione quàm frequentissimè delectabatur, cui similem esse summoperè cupiens adversa quæcunque hilari animo superabat, hinc graviter per annum decumbens, dorsum undequaque ulceribus affecta nullatenus conquerebatur, quin potiùs ob similitudinem cum suo dulcissimo Sponso voluptate eximiâ perfundebatur, in cujus osculo plena dierum hoc anno mense Januario obdormivit. E' vivis pariter excessit hoc anno P.M. Joannes Baptista Mezzetti de Butrio pluribus omninò laudibus prosequendus ob omnigenam eruditionem, ac linguarum peritiam, quæ planè ea eo potissimùm toti Orbi innotescunt, quòd Puerulum Butriensem, nomine Jacobum Modanesi quatuor circiter annorum spatio scientijs omnibus adeò imbuerit, & variarum linguarum peritiâ exornaverit, ut adhuc septennis Romæ coram insigni Virorum illustrium, & Ecclesiæ Procerum etiam multitudine, qui singulari studio, nec sine tumultu eò convenire studuerant, in Ecclesiâ S. Marcelli tribus diebus Pentecostes, summâ omnium admiratione honorificentissimè Professoris ad instar anno 1647. propugnarit Conclusiones ex Grammaticâ, Rhetoricâ, Logicâ, Physicâ, Metaphysicâ, Theologiâ, S. Scripturâ, Medicinâ, & Jurisprudentiâ selectas Summo Pontifici Innocentio X. nuncupatas pluribus indiscriminatim argumenta in oppositum producentibus, præ cæteris verò P. Sfortia Pallavicino è Soc. Jesu, postea S. R. E. Presbytero Cardinali; quâ quidem in re ita præclarè se gessit, eâ comitate, alacritate, promptitudine, claritate argumenta quæcunque in oppositum adducta resolvit, altissimas Doctrinas explicavit, & occultiora mysteria aperuit, ut omnium, qui incredibili frequentiâ confluxerant, oculos, & animos in sui amorem, & admirationem rapuerit, & veluti naturæ miraculum habitũ fuerit, quin etiam aliquid viribus humanis superius, quapropter à Sacris Censoribus in Urbe ad examen vocatus fuit, ut ejus Doctrinæ, quam profitebatur, & quomodo ipsam assecutus fuisset, exactam rationem redderet, non enim defuere, qui vererentur de quodam cum nefarijs Spiritibus commercio; verùm Eminentissimo Sacchetto Ordinis nostri Protectore, sed maximè ipsâ rei veritate, & Pueri innocentiâ protegente censurâ quacunque superior liberè dimissus ab Eminentissimo ipso Cardinali circumductus per Urbem fuit candido indutus habitu ad innocentiæ significationem, & palmam manibus præferens ad victoriam de hostibus relatam prædicandam. Hujus autem actionis celebritas, hujus Pueri Doctrina reverà mirabilis, non Urbi tantùm innotuere, & incredibilẽ ibi plausum excepere, omnibus undique certantibus, vel etiam Optimatibus Jacobum disserentem, respondentem, explicantem audire, verùm etiam per universam saltem Italiam in vulgus invaluere, quâ de re expertus ab omnibus etiam Viris Principibus, pluribus in Locis extra Urbem ingenij sui, atque Doctrinæ varia specimina exhibuit, ac denique die 8 Junij hujus anni unanimi Patrum consensu in Conventu S. M. Servorum Bononiæ receptus ad Habitum fuit, tanquam ejusdem Alumnus, urgente potissimùm Eminentissimo præfato Sacchetto per Literas valdè honorificas, licèt hoc opere completũ non fuerit propter obitũ proximè insequutum hujus Patris Magistri, necnon ejusdem Pueri Jacobi. Typis editæ Conclusiones à Puero prædicto propugnatæ præ sui eruditione, sapientiâ, & raritate omninò conspicuæ ubique circumferebantur, nostris tamen hisce temporibus, dum hæc scribimus, anno videlicet 1713., vix aliqua earundem exemplaria in Bibliothecâ nostrâ D. Annunciatæ de Florentiâ, & in Conventu S. Joseph de Bononiâ servantur, ubi pariter magnificè delineata servatur, & vivis expressa coloribus ejusdem Pueri imago Conclusiones disputandas exhibentis.

P.M. Jo. Baptistæ Mezzetti de Butrio obitus, & præclara gesta.

Seculo quoque defuncta prosequenda nobis est Serenifs. Claudia Austriæ Archiducissa, de quâ non semel hactenus dicere nobis licuit, ipsi enim maximè debet Ordo Serv. per Germaniam diffusus, quẽ pari fermè cum Fundatrice Annâ Julianâ studio protegere, fovere, amplificare nunquam destitit, quæ proinde D. Virgini acceptissima, cujus Servos clementissimè respexerat, ipsius potissimùm fulta præsidio, quam ingeminatis vocibus invocabat, animam suo reddidit Creatori, quo die humani Generis Salvator è Cœlo in terras descenderat, ac si Servator ipse benignissimus ad cœlestes nuptias eo ipso die advocare ipsam voluerit, quo solemne eidem Claudiæ erat quotannis mensæ suæ adhibere in Christi nascentis obsequium, Magnæ Puerperæ, & Nutritij Josephi tres Pauperes, Virum scilicet, Fœminam, atque Puerulum, eorumque convivantium obsequio singulari comitate præsens adesse. Magnæ quidem in eâ, 1. solidæque refulgebant virtutes, præ cæteris verò emine-

Serenissimæ Claudiæ Archiducissæ Austriæ obitus & laudes.

eminebat in adversis tolerantia, tum in hostes Patriæ publicos, tum in sui privatos æquè semper sui, suaque itæ Victrix, quod sanè in Fœminâ mirabile, in Principe verò mirabilius. Vivente a..uc Serenissimo Coniuge Leopoldo contra inimicos Venerando Crucis signo pugnare tunc didicit, cùm hostiles Svecorum cunei sub Duce Vinmario ardua Tyrolis Mœnia perrumpere tentabant, ideòque supplices ad Deum apud PP. Capuccinos lustrationes indicebantur, ibi enim, ut Leopoldus Aulicis suis, ita Claudia virtutis Coniugalis Æmula Gineceo suo Crucem prætulit memorabili exemplo, & brevi post novæ prolis partu, M. nimirum Leopoldinæ cœlitus commendato. Hinc minimè mirum fuit, quòd à morte Conjugis plures hostium incursus passa virili consilio, & inconcussâ fortitudine evaserit, & vindictæ cuique, cæteroqui debitæ, parcens sibi longè meliùs inimicos humiliarit. Cùm Serenissima Claudia é Gente Medicea Ordini nostro in Germaniâ defuit, non defuit eidem Florentiæ saltem altera pariter Serenissima é Gente quidem Roboreâ Urbini, sed Ferdinando II. Medices Magno Etruriæ Duci jampridem desponsata, magna nimirū Ducissa Victoria, .2. hæc enim Templo D. Annunciatæ, trium milium aureorum impendio sacram de novo supellectilem regiâ munificentiâ obtulit. In Eremo Montis Senatij .2. die 12. April. D. Robertus Strozzi Fesulanus Episcopus integritate vitæ præstantissimus, & Eremo prædictæ addictissimus ritu solemni, haud mediocri religione; ac pietate æs Campanum ibidem initiavit nuper constructum operâ P. Vincentij Mariæ Mellini Eremitæ nostri apud S. Josephum Oeniponte degentis, qui plura vetè huic Eremo ex iis Regionibus contulit subsidia, subinde verò primum lapidem posuit idem Episcopus pro sacrâ Turri ibidem erigendâ, quæ brevi, mense nimirum Augusto proximè sequenti, ad fastigium perducta fuit. Bononiæ verò in amplissimâ S.M. Servor. Ecclesiâ .2. erigitur hoc anno Societas SS. Crucifixi pluribus Indulgentiis ditata ab Innocentio Papâ X. sub datum Romæ die 29. Januarij, qui pariter ejusdem Societatis Altare Privilegiatum pro Defunctis eodem anno constituit. Societatem hanc aliæ præcesserant, & sanè memorandæ in eadem Ecclesiâ erectæ. Omnium antiquissima, vel ab ipso ferè nostri Ordinis exordio censeri debet Societas 7. Dolorum, quam planè progressu temporis propemodū antiquatam anno circiter 1600. illius insignis Cœnobij Patrum vigilantia iterum excitavit, præ cæteris autem P.M. Archangelus Ballottini, de quo fusiùs ad annum 1622., qui cùm in eâ Ecclesiâ anno 1598. Quadragesimales Conciones haberet, Societatem hanc Feriâ 6. Parasceves ritu solemni innovandam, deinde perpetuis Indulgentiis ab Apostolicâ Sede illustrandam, ac denique Virorum, & Fœminarum nobilium aggregatione augendam curavit, quam postea anno 1607., sicut & alias per Ordinis nostri Ecclesias confirmavit Philippus Ferrarius Prior Generalis, Indulta quædam à Paulo Papâ V. assecutus pro deferentibus Habitum, & hujusmodi Societatum fundatione in his Annalibus Tom. 2. ad dictum annum inserta Cent. 4. lib. 6. cap. 13. Archangeli autem zelum æmulatus venerandæ memoriæ P. Thomas Rosa, de quo ad annum 1649., postquam novum Sacellum in eadem Ecclesiâ anno 1628. construxerat, & Statuam B.V. 7. gladijs transfixæ adornaverat, eò transtulit hanc Societatem Habitûs, quam Archangelus ad Aram Virginis dictæ de Partu erexerat, & anno 1631. Statuam hanc processionaliter deferendam à PP. curavit loco Imaginis ejusdem B.V. de Rhegio, quam pariter antea ab Archangelo prædicto super Altare præfatum collocatam deferre consueverant PP., anno denique 1638. Generalis Habitûs nostri Processio eximiâ quidem solemnitate haberi cœpit, sicut & hisce temporibus habetur Dominicâ de Passione, quam antea habere solebant Dominicâ tertiâ Septembris. Eidem Societati Habitûs aggregata fuit anno 1601. die 10. Junij Soc. Aromatariorum illius Civitatis hisce conditionibus adiectis; primò, quòd Bonorum omnium Spiritualium Ordinis participes fiant Confratres; secundò, quod in generali Habitûs Processione conveniant & ipsi cereos ardentes gestantes, & reliquas Societates præcedant; tertiò demum, quòd alter é nostris sit eorum Corrector. Quibus statutis proximè sequenti die, secundâ nimirum Pentecostes, unà simul omnes Confratres ad Ecclesiam hanc nostram convenere solemniter in numero Filiorum excipiendi, qui proinde reipsâ à PP. omnibus in limine Ecclesiæ aspersione aquæ benedictæ, ac pulsantibus organis excepti fuere; anno verò 1720. ista cessavit Societas. Eidem Societati Habitûs pariter aggregata fuit eodem anno 1601. ab Archangelo Ballottini Soc. S. Mariæ de Pietate, vulgò dicta *del Piombo*, cujus proindè Confratres id enixè petentes Prior Generalis nostri Ordinis, tanquam Filios excepit, statimque interesse cœperunt Processioni Generali, & illi, quæ secundâ Dominicâ cujusque mensis haberi solet, & adhuc interesse solent. Societas demum in eadem Ecclesia est SS. Sebastiani, & Rochi, quam hujus Cœnobii PP. dirigunt, eique leges præscripsit Aurelius Menochius, de quo honorificentissimè Cent. 4. lib. 7. cap. 59. ad annum 1615., quod autem aggregata sit Societati Habitûs adhuc compertum non est.

Apud. M. Senariū instruitur æs Campanum, & ponitur primus lapis pro Sacrā Turri erigēdā.

Societ. plures cōspicuæ in Eccl. S. M. Servor. Bonon.

Soc. 7. Dol.

Societ. Aromatariorū

Soc. de Pietate.

Eminentissimus DD. Julius Presbyter Cardin. Sacchettus Ordinis nostri, quem apud Sedem Apostolicam protegendum susceperat, incremento, decori, religioni consulere jugiter studens, sequentia edidit decreta disciplinam studiorum spectantia.

Julius

Julius miseratione Divinâ Tit. S. Susannæ S. R. E. Presbyter Card. Sacchettus Religionis Servorum B.M.V. Protector.

Dilectis in Christo P. Generali, ac cæteris ejusdem Ordinis Fratribus salutem.

EX quo Religionis vestræ Protectionem apud S. Sedem Apostolicam nobis demandatam suscepimus, omnis nostra cura circa ejusdem felix regimen in dies revolvitur. Quare cum in Literarum studijs ardorem paulatim conspiciamus tepescere, & ob id religioso Cœtui splendorem sensim adimi vereamur, cúmque P. Generalis pluries conquestus fuerit se in capiendis resolutionibus impediri, quominus juxta proprium zelum in negocijs studiorum providere possit, ac propterea ad nos recurrerit, auxilium (ut ipse inquit) imploraturus. Nos vestri Ordinis augmento alacriter intenti, & P. Generalis justissimis votis annuendi ex animo cupidi, hæc Decreta edere constituimus, quæ à nobis prodeant, non ad pompam, sed ad hoc, ut inviolabiliter observentur, vel eò maximè, quia non solùm sunt vestris Constitutionibus consona, sed ex ijsdem penitus excerpta.

In qualibet Provinciâ saltem unicum studium majus deputetur in Capitulo, seu Dietâ Provinciali per Definitorium Provinciale in Conventu ad id magis idoneo reperto, dum sit inda gatio statuum Conventuum Provinciæ. Ibidem à P. Generali assignentur studentes per totum sequens triennium non removendi, nisi ex urgentissimâ causâ per Processum cognitâ, quæ contrarium exposcat, & aliter provideri non possit, aut nisi aliquis ex ijsdem, ut præfertur, assignatis ob ignorantiam, seu ob pravos mores privilegijs studentium se indignum præbeat, qui tunc per P. Generalem, seu per examinatorem ab eodem P. Generali deputandum ex albo studentium abradetur, & à Provinciali Provinciæ, cujus est Filius, de alio Conventu providebitur.

Item ab eodem Definitorio Provinciali deputentur duo Conventus, saltem habentes locum Professorij, in quorum altero assignentur sub Regentis, seu Lectoris Disciplinâ juvenes Professi nondum studentes, apti tamen ex judicio P. Generalis, seu Examinatoris, ad incumbendũ scientijs, scilicet Logicæ, aut Philosophiæ, quibus aliquâ de causâ in studijs maioribus non sit Locus, neque inde à Provincialibus removeantur, nisi de consensu P. Generalis. In altero verò collocentur in Literis humanioribus erudiendi, & illis de Magistro apto omninò providentur: in reliquis verò circa eorum educationem serventur ea, quæ à Constitutionibus sancita sunt. Et quotiescunque contingat hos in album studentium juxta præscriptum Constitutionum redigi, statim ad maiora studia mittantur, neque liceat ulli, etiam Generali, factis horum Conventuum deputationibus, alia loca quocunque prætextu pro studentibus assignare.

Baccalaurei non licentiati, & studentes formales, scilicet in numerum Studentium adscripti
A juxta formam Constitutionum, nonnisi in studijs majoribus de familiâ assignentur, & qui alibi fuerint quocunque titulo, non habeantur pro studentibus, sed studijs privati intelligantur, & ad gradus promoveri non possint, nisi in studio majori permanserint per tempus integrè requisitum à Constitutionibus, neque cum illis dispensetur ullo modo, vel quacunque excusatione, seu intuitu quarumcunque Personarum cujusvis gradûs, conditionis, aut dignitatis existant. Quapropter removeantur statim post publicationem horum Decretorum omnes, & quotquot fuerint hujusmodi in locis, & Conventibus, qui pro studio majori non fuerint deputati, sive studentes formales, sive Baccalaurei non licentiati, & Disciplinæ Regentis subdantur in studijs
B majoribus, idque omninò executioni mandetur quocunque respectu Personarum, quarum intuitu ibi fuerint assignati, sive quovis alio penitùs remoto.

Et ne per hæc Decreta Conventus in alendis Fratribus supra vires graventur, Provinciales in Conventibus, ubi fuerint majora, & minora studia familiam non assignent, nisi prius studentium numerus à P. Generali fuerit deputatus. Etsi accidat Familiam quacunque de causâ minuendam esse intra terminum Triennij præfati, qui non fuerint sub Disciplinâ Regentis, seu Lectoris, prius amoveantur.

Lectiones legantur, & Disputationes fiant in numero, & modo præscripto in Constitutionibus, alioquin Regentes, & Lectores quocunque
C titulo nuncupentur negligentes reperti in Visitationibus studiorum, quæ vel à P. Generali, vel ab Examinatore, seu Visitatore studiorum ab eodem deputando fient singulis annis, officio priventur, & solertiores substituantur, atque in Capitulo Generali nullus confirmari possit in officio Regentis, seu Lectoris cujuscunque facultatis, qui non probaverit se huic Decreto paruisse, fide annuali obtentâ super hoc in Visitatione à P. Generali, sive ab ejus Examinatore oneratâ eorum conscientiâ.

Nulli deinceps concedatur licentia publicè Conclusiones quascunque defendendi, nisi prius in Visitatione à P. Generali, seu ab Examinatore super Conclusionibus productis specialiter fuerit examinatus, & idoneus repertus.

D Examinator, seu Visitator studiorum semper existat à P. Generali deputandus, & in tali munere ad arbitrium præfati P. Generalis duraturus, ejusque officium sit studia majora, & minora singulis annis, & quoties sibi benè visum fuerit, visitare, quando tamen Generalis ipsa non visitaverit, seu aliter indicaverit expedire; Regentes, & alios Lectores quoscunque eorum diligentiam expendendo in officio sustinere; Baccalaureos non licentiatos, & studentes, tum formales, quàm alios minores examinare, eorumque profectum recognoscere; de Juvenibus Professis in quibuslibet Conventibus, ubi eos reperit, circa humaniores Literas periculum facere, & idoneos ad scientias capessendas admittere.

mittere, desides corrigere, & privilegiis Studentium privare, necnon ex albo abradere, & de qualibet provisione circa studia facienda P. Generali sincerum votum præbere. Et ideò ipsum seriò monitum volumus maximum discrimen Religionis in ejus pectore situm esse, ac propterea si fuerit negligens, seu nimis indulgens, sciat se Deo Optimo maximo, ac Beatissimæ Virginis gravissimi Negotij rationem redditurum. In quorum fidem &c.

Datum Romæ in nostro Palatio die 3. Novembris 1648.

Julius Card. Sacchettus Protector.

Breve pro creandis Magistris.

Hoc pariter anno Summus Pontifex Innoc. X. P. Generali facultatem impartitur ad Magisterium promovendi extra Capitulum Generale sex Ordinis nostri Professores, vel per se, vel per alium, eisque privilegia Doctoralia conferendi, prævio tamen rigoroso examine, prout ex sequentibus constat ad eundem Generalem directis.

INNOCENTIUS PAPA X.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

[1] CUM, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Ordinis Fratrum Servorum B. M. V. Professores ad Magisterij in Sacrâ Theologiâ Gradum pro tempore promoti nullis omninò privilegiis, & exemptionibus à Choro, Refectorio, seu jurisdictione Superiorum gaudeant. Nos cupientes, ut debitus virtutis honor Religiosis Ordinis prædicti, qui in artibus, ac Sacræ Theologiæ studiis cursum perfecerunt, & aliàs digni, & idonei sunt, tribuatur, ut nimirum alij ipsorum exemplo ad Sacrarum Literarum studia in dies magis, ac magis excitentur, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi durante tuo Prioris Generalis dicti Ordinis Officij munere sex ejusdem Ordinis Professores, si prævio rigoroso examine ad hoc reperti fuerint idonei cum assistentiâ quatuor ipsius Ordinis Professorum in Sacrâ Theologiâ Magistrorum, arbitrio tuo, vel alterius promoventis eligendos, servatisque aliàs per Te, vel alium ex præscripto Constitutionum ejusdem Ordinis, auctoritate Apostolicâ confirmatarum servandis, ad Magisterij in Sacrâ Theologiâ hujusmodi gradum etiam extra Capitulum facultatem promovendi, illisque Magisterij, & Doctoratûs insignia conferendi auctoritate præfatâ tenore præsentium concedimus, & impartimur, ac ipsis sic promovendis Magistris, postquam, ut præfertur, promoti fuerint, ut omnibus singulis privilegiis, favoribus, gratijs, & indultis, quibus alij ejusdem Ordinis in S. Theologiâ Magistri, etiam in publicis studiorum Generalium Universitatibus ad hujusmodi gradum promoti de jure, usu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, seu alias potuerunt, & debuerunt, pari modo, & absque ullâ prorsus differentiâ uti, E frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, ac debeant, perinde ac si ad hujusmodi gradum in similibus studiorum generalium Universitatibus promoti fuissent, auctoritate, & tenore præsentium indulgemus, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, & Universitatum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum F omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 6. Decembris 1648., Pontificatûs nostri anno quinto.

M. A. Maraldus.

A' tergo

Dilecto Filio Hippolyto Bazzani Priori Generali Ord. Fratrum Serv. B. M. V.

Loco ✠ Sigilli.

G

ANNOTATIONES IN CAP. XIV.

1 *AUgust. Romer Servit. Mar. lib. 7. cap. 24.*

2 *Ex monum. illorum Conv.*

3 *Ex Reg. Gen. Bazzani in Arch. S. Marcelli de Urbe.*

Serenissimæ Sororis Annæ Catharinæ, Sororis Christinæ Calancartæ, & aliorum Virorum illustrium gesta, & obitus referuntur. Annæ Julianæ corpus incorruptum reperitur.

C A P. XV.

H ANnus hic, quem percurrendum aggredior, jucundissimus quidem Universo Orbi videtur, hac enim tempestate post gravissima, & præ sui diuturnitate molestissima plurium annorum prælia inter omnes ad invicem Orbis Christiani Principes, necnon magni Turcarum Imperatoris adversus Serenissimam Venetorum Rempublicam, refulgere tandem cœpit Sol, qui prius erat in nubilo, initâ pace inter Ferdinandum III. Imperatorem, ac Reges Galliæ, & Sveciæ, spe non mediocri additâ generalis concordiæ inter Hispaniarum, & Galliarum Reges. Verùm Ordini nostro perquàm molestus occurrit, ob insignem jacturam,

ram, quam eidem intulit obitus Virorum, ac Mulierum, tum sanctitate, tum nobilitate, tum Literis illustrium. Duobus circiter ab obitu Serenissimæ Claudiæ mensibus, 6. nimirum nonas Martii hujus anni Serenissima Soror Anna Catharina Sacramentis omnibus ex Ecclesiæ more perceptis plura pietatis argumenta præseferens seculo devixit, quasi Claudiam in Domum Domini insecuta, quâ auctore in pristinam, & maternam Domûs Regularis cellam, æternis proinde laudibus ornanda redierat. Etsi verò nobis desideretur Anna Catharina, quia tamen amplissima sunt ejus erga Ordinem merita, præclara sunt ejus virtutum ornamenta, & nobis apud Deum piè creditur semper adesse, apud Posteros nobis maximè est commendanda. Una profectò, quæ omnibus æquivalet, Annæ Catharinæ laus habenda est, quòd animam sortita fuerit omninò doli expertem, velle bonum, & malum nolle, præcipuum ipsi studium erat, prout enim hæc simplici intellectui proponebantur, ita simplici mente in ea ferebatur; quo factum est, ut si quid sinistri eâ forte imperante gestum quandoque fuerit, non ipsi, sed malum sub specie boni exhibentibus acceptū referri debet, quod luculentissimè superiùs relata palinodia nos docet. Adeò verò summo bono immobiliter semper vel ab ineunte ætate adhæsit, ut ab Hispaniarum Rege in matrimonium expetita, Christo potiùs nubere prætulerit, casta semper, semper integra, & ideo cœlestibus digna nuptiis, Serenissimam Matrem æmulata, quâ dicere fas esset, etiam majorem, quia Virginitate præstantem. Interea dum Serenissimam Annam Catharinam Ordini nostro subductam lachrymis prosequi cogimur, pro Serenissimâ ejus Matre ex Divinâ clementiâ præclarissimum lætitiæ argumentum accedit. Reverendissimæ prædictæ Sororis Annæ Catharinæ funere juxta ritum Ecclesiasticum curato, & omnibus ad tumolandum ejus corpus dispositis, Serenissimæ Matris monumentum, quo viginti septem annos, ac septem Menses ab inde sepulta claudebatur, juxtà ponendæ Filiæ causâ aperiendum erat. Religiosæ hujus Matris Filiæ occasione captâ præ amoris in Fundatricem suam vehementiâ temperare sibi non poterant, quin corporis ejus compaginem, quam cæteroqui credebant excarnem, & solùm osseam, venerationis ergo recognoscerent. Amoto igitur marmore, & reserato loculo absque morâ dispositam adoriuntur, ac præter omnem spem Serenissimi corporis figuram sub indumentorum involucris integram omninò latitare deprehendunt; quod animadvertentes Sorores nullâ morâ interpositâ, tumultuario mox, & proinde ferè dixerim parum sano consilio corpus ex obscurâ tumbâ in aerem lucidiorem produxere, rei veritatem longè meliùs inspecturæ, ac reveta, quod tandiu celaverant sepulcri tenebræ, prodidit statim lux, exhibens videlicet perfectam, & integerrimam veri corporis compaginem, solutis utique post tot annorum seriem mortalitatis legibus habitâ ratione vastitatis, & pinguedinis corporis, hujusmodi enim obæsitas corruptioni maximè esse solet obnoxia, quibus accedit animadversione dignissimus, & ad miraculi veritatem ostendendam aptissimus, quicunque post mortem exenterationis, & balsami inunctionis neglectus, quibus aliàs Principum corpora curare, atque condire familiare est; hinc non immeritò sibi quisque suadebat per hanc corporis integritatem Deum nobis designare voluisse integritatem heroicam mentis, quam dum viveret in terris Anna Juliana colebat. Subibat quoque aliquorum memoriam oraculum illud P. Nicolai Zucchij è Societate Jesu præ sanctitate morum summæ apud omnes existimationis, qui Domûs Regularis Ecclesiam anno 1623. dum visitaret, sacro quodam, ac singulari se perculsum horrore testabatur, ex quo conjicere non verebatur quippiam ibidem adesse, in quo sibi Deus valde complaceret, prout ad annum 1621. diximus ad calcem historiæ, quam ibi de gestis Annæ Julianæ contexebam; quod planè oraculum Serenissimæ Fundatrici optimè quadrare non dubitabant; cæterùm statim ac in vulgus invaluit rumor de corporis Serenissimæ Fundatricis integritate, præstantiores Civitatis Medici, quid de hujusmodi integritate sentiendum foret enixè rogati, circumstantiis omnibus juxta artis physicæ momenta examinatis definiere, integritatem hanc corporis jura excedere naturæ. Accipe verò Lector, quæ proximè sequuntur à Medicis ipsis descripta, propriáque fide, & manu subscripta.

Obitus, & laudes Serenissimæ Sororis Annæ Catharinæ.

Annæ Julianæ corpus incorruptum invenitur.

Visebantur in Defuncta Fundatricis Serenissimæ, & Reverendissimæ Sororis corpore caput inprimis suis componentibus illæsum, capillis tectum, oculis, palpebris occlusis, linguæ acumine inter candidos dentes per labia aliquanto aperta comparente, auribus, collo, occipite integerrimis, veluti etiam naso, quem sanguinis grumo obturatum, cùm Sanctimonialis depilare vellet, acumine decurtavit. Brachia deinde ab humero, & lacerto ad cubitum usque plena, rotunda, & bene formata: cubitus item cum manibus anteriùs supra pectus in crucem collocatis aridis quidem, ac in se contractis, ita quidem, ut sub integrâ cute tam ossa, quàm omnes manuum, & digitorum suis unguibus concinnè ornatorum articuli liquidò comparerent. Eadem spectaculi facie sese videndum pectus, & (quod summæ fuit admirationi) cum ipsis mammis suâ plenitudine decoris exhibuit, à quibus neque venter, neque femora, debitæ, sanctáque honestatis ergo sindone cooperta, & suâ plenitudine conspicua, cumque coxis per sindonem prominentia à tibiis, ut dictum est, dissentiebant. Atque hæc dum meditabundè suspeximus, eccam sanctimonialem feretro accedentem, & apprehensâ corporis manu sinistrâ à pectore eam sublevantem

Medicorū opinio, & fides circa corporis integritatem.

vantem extrorsum à corpore, quasi in Crucem orantis agillimè flectere, iterumque suo loco reponere vidimus, quod idem cum dextrâ alterâ sanctimonialis factitavit, cumque reliqui, quod ad clarissimam evidentiam requiri posset, amplius non esset, ideòque egressum è Sacello, quo scilicet illatum erat, pararemus, en aliæ duæ sanctimoniales hinc, & hinc feretrum stipantes, atque corpus suppositis collo lacertis, manibus in altum situm sessionis elevantes und dorsi universim benè fundati integritatem, pilamque fonticuli dextro brachio adhuc inhærentem ostenderunt, corpore deìn, suo situi supino restituto. Hoc sessionis actu viso, palpabili item sensu rei certitudinem jubemur explorare, quod cùm reverenter quoad lacertos, quoad pectus, & brachia fieret, substantiam attrectavimus carneam pulpâ insignem, tactui cedentem, & renitentem, atque ubivis suo radicali rore pollentem; cæterùm eodem colore, quo alia similia Sanctorum corpora, nimirum fusco tinctum. Atque hic verborum tenor est ex Dominorum Medicorum attestatione desumptus. Nomina illorum qui illi 4. Idus Martij eiusdem anni subscripsere hæc sunt. D. Hippolytus Guarinonius Doctor Medicinæ S.C.M., & Austriaci Parthenonis ad Rhenum Physicus. D. Leonardus Panzoldius S. C. M., & Serenissimorum Archiducum Oenipont Cubicularius Medicus, & D. Gerardus Schlairmacher Medicinæ Doctor, Medicus Archiducalis Cubicularius, & Aulicus.

Serenissimæ Annæ Julianæ, de quâ satis huc usque, Habitu non modò, verùm etiam sanctitate vitæ consimilis recolenda nobis occurrit Soror Christina Calancaria Bononiensis, hoc anno placidè obdormiscens in Domino. Cùm hæc annum ageret 22., scilicet anno Domini 1605. sacrum Tertij Ordinis nostri Habitum Bononiæ induit, præ insigni sui simplicitate, & puritate morum excepta perhumaniter fuit apud Clarissimam è genere Senatorum Familiam Fantuzzi, ipsique tradita quædam veluti cellula, seorsim à cæteris, & à quocunque commercio discreta, ibique ad obitum usque permansit. Solitudinis percupida totam ferè noctem genuflexa cœlestium contemplatione delectabatur, quod autem quieti corporis indulgendum erat nonnisi sarmento cuidam innixa cubabat; singulis noctibus sui corporis membra flagello semel domabat, ter autem feriâ 6.; catenam ferream lateribus jugiter adhibebat, quæ plurium annorum usu carnem ipsam subierat, & ab ejus obitu corpus ejus curantibus innotuit; severissimum semper coluit jejunium, quæ nunquam, vel etiam infirma, nisi herbis, & leguminibus modicè quoque vescebatur; die solùm Dominicâ Resurrectionis ovum juxta ritum Ecclesiæ benedictum insuper addebat; quod verò ex piorum oblationibus ipsi supererat, pauperibus largè distribuebat. Quolibet Sabbatho, & nuda plerunque pedes nullâ penitus habitâ cujuslibet

Sororis Christinæ Calancariæ Bononiensis obitus, & laudes.

E inclementiæ aeris ratione sacram B. Virginis Imaginem à S. Lucâ depictam, ac celeberrimam invisebat. Singulis diebus 7. Ecclesias visitabat, & Sacratissimo Eucharistiæ cibo reficiebatur, tribus verò diebus mortem ejus proximè præcedentibus, cùm Ecclesiam adire non posset præ adversâ valetudine, nec pari vellet, quòd Parochus Domi ad ipsam deferret Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, nec ipso fraudari ullatenus vellet, deferri semper voluit ad Ecclesiam Parochialem Divinæ mensæ accubitura. Die tandem 27. Julii hujus anni 66. annos nata religiosissimè obiit, non sine magnâ sanctitatis apud omnes opinione, confluentibus proinde ex omni genere plurimis Viris et iam nobilibus ad Ecclesiam nostram S. Mariæ Servorum
F corpus ejus veneraturis, eoque studio singulis partem aliquam ex ejus vestibus sibi tanquam aliquid pretiosum parantibus, ut iterum ipsum alijs vestibus induere necesse fuerit. Tumulatum autem fuit iuxta Sacellum B. Virginis 7. Dolorum in arcâ speciali reconditum lapidi super pavimentum apposito proximè sequenti elogio, quæ quidem omnia proprijs sumptibus facienda curavit Paulus Æmilius Fantuzzi Senator, & Christinæ addictissimus.

D. O. M.
Sorori Christinæ Calancariæ Bonon.
Servarum Virginis Virgini
Maximo
G *Pietatis, ac Religionis exemplo,*
Quæ
Seculi illecebris cæca,
Jejuna Mundi, avida Cæli
Assiduis precibus
Alijs maximè profuit.
Dum
Flagellis, Cilicijs
Sibi minimè pepercit
Quæ
Vetustissima Elephantucciorum Familia
Quadragintasex ab hinc annis
Donata sibi cellula
Cælitus concessa
Invidendo funere obijt
Die 17. Jul. 1649.
H *Com. Paulus Æmilius Elephantuccius Senat. P.*

Deinceps verò Patres Cœnobii S. Mariæ Servorum de Bononiâ ferreum cilicium, quod Soror Christina adhibebat, ab ejus hæredibus obtinuere, & inter pretiosa asservant. Præterea quandam B. Virginis Imaginem, ante quam eadem Soror orationi incumbere solebat, quæ subinde in eorum Ecclesiâ juxta Odæum superposita Altari Purificationis ejusdem Virginis summâ veneratione colitur, quod apertissimè constat ex Tabellis votivis, & argenteis donarijs ibidem appensis. Bononiæ pariter hoc anno moritur die 12. Aprilis non fine magnâ sanctitatis opinione 85. annos natus

P. Thomæ Rosæ Bonon. natos P. Thomas Rosa, cujus proinde corpus in Ecclesiâ S.Mariæ Servorum de more expositum certatim Populi, & quidem incredibili concursu veneratum ex omnibus Urbis illius amplissimæ partibus convenere; quinetiam ad ejus simulachrum, de quo mox dicendum erit, plura persæpe per plures annos appensa fuere à Christifidelibus vota, qui se ejus precibus commendabant, quæ tamen in obsequium S. Sedis Apostolicæ illius magni Cœnobij PP. inde amovebant. Vir iste Evangelicâ simplicitate, & summâ humilitate insignis, sui ipsius verè contemptor cibos ad mensam nonnisi vilissimos adhibebat, diu, noctuque orationi indesinenter intentus, Dei, ac Deiparæ præsertim Doloribus affectæ, cultum quàmmaximè promovit, ad hujus honorem erigendum curavit sacellum, ejusdem Societati Viros quamplurimos Nobiles, ejusdemque gradus Mulieres aggregavit, & illius Aram, necnon Ecclesiam sacrâ supellectili, eâque pretiosâ mirum in modum exornavit, nonnisi piorum ope, qui sponte, & quin ullarenus ipse id peteret, charitativa subsidia liberaliter erogarunt, quæ sex millia aureorum excedere censentur. Dei amore vehementer incensus, amore quoque Proximi consequenter pari studio flagrabat, hinc præstò erat infirmis, totamque plerumque diem Fidelium confessiones hilari animo excipiebat, qui planè frequentissimi ad extremum usque ejusdem spiritum ad ipsum convenere, quo in ministerio suavissimum omnino obtulit Deo Sacrificium, plurimis ad meliorem frugem conversis. Itaque ne Thomas apud homines in terris desiderari amplius posset, qui in memoriâ æternâ piè creditur esse, illius Cœnobij Patres unanimi consensu Statuam ipsi marmoream in Ecclesiâ erexerunt apposito sequenti epitaphio, quod Henricus Burghius ibidem eo temporis studiorum Regens, deinde Prior Ordinis Generalis, & Episcopus Aliphensis famâ notissimus construxerat.

P. F. Thomæ Rosæ.
Servitani hujus Cœnobij professione Filius,
beneficâ pietate Pater,
Qui in ornatum Templi, atque sacrarij ad nuditatis pene periculum profusus.
Utrumque multiplici, atque pretiosâ ditavit supellectile.
Vir omni titulo immortalitatem promeritus
Et quod ann. 85. vixerit integerrimè,
Et quod, & tot, & tam fecerit magnificentissimè,
Et quod perierit Religiosissimè.
Obijt anno Dom. 1649. die 12. Aprilis hora 14.
F. Jo. Thomas de Passarottis Prior P. C.

Apud Lucernam in Pedemontio recolendus occurrit piissimus obitus P. M. Antonii Gallia ex Alexandriâ, qui contigit hoc anno die 17. Augusti, ac speciali laudum genere exornandus. Antonius doctrinâ, & sanctitate vitæ conspicuus, cœlestium meditationi- A bus jugiter addictus, jejuniis, flagellis, & aliis hujusmodi corpus in servitutem redegit, castitate insignis, Christianâ humilitate clarissimus, Deo, ejusque Sanctissimæ Matri acceptissimus, cujus dolorum contemplatione vehementer illectus, eorundem cultum haud mediocriter adauxit tum in sacris Concionibus, tum edito in lucem opusculo quodam, quod inscribitur *Septem Paroxismi Beatissimæ Virginis Mariæ*, præstantissimus Theologus, & celeberrimus Orator. Quàm verò acceptus Deo fuerit inde facillimè constat, quòd ejus meritis Deus, dum adhuc peregrinaretur in corpore, mirabilia quædam præstitisse fertur, quòd scilicet signo Crucis adhibito sanitatem infirmis contulerit, obsessos à Dæ- B mone liberarit, cujus rei producuntur in Testes, qui Caregnanum in Pedemontio incolunt; post obitum verò pluribus annis exactis ejus corporis ossa suavem odorem emittere deprehensa fuere, cùm juxta ipsum tumulandum fuerat corpus P. Michaelis Angeli Gallinæ ibidem seculo defuncti. Perusij pariter moritur hoc anno P. Magister Anselmus Gentili præ insigni doctrinâ immortalitate dignissimus, de quo unum hoc dicere licet, quod sanè pluribus laudibus par esse videtur, quòd scilicet cùm adhuc Theologicæ facultati assequendæ juxta D. Thomæ doctrinam operam sedulò daret, & plures hujus generis Conclusiones in Urbe publicè defenderet, ita præclarè se gessit, ut ejus Magister actioni C illi præsidens nil aliud coram omnibus dicere potuerit, quàm quòd si Doctoris Angelici opera casu quodam perirent, Anselmo Duce iterum consequenda speraret, cujus sanè perstantiam, & eruditionem luculenter etiam ostendunt manuscripta quædam de Philosophiâ morali ab ipso proximè adornata, ut communi omnium utilitati Typis ederentur, quod tamen beneficium immatura ejusdem mors invidit. Denique apud Eremum Montis Urbani consummatus in brevi, annum videlicet agens 38. morte præoccupatus P. Angelus Maria Gudetti Flor. Eremita, sicuti à reliquis Eremitis, & omnibus regionis illius populis uberrimam lachrymarum copiam in suo funere exegit, ita pro coronide parenta- D lium æternitati consectandus nostras exigit laudes. Angelus Maria in seculo vocatus Philippus Francisci Medices Avunculi, qui Archihospitali S. Mariæ Novæ de Florentiâ præfectus erat, pietatem, aliasque virtutes, quibus ipse præstabat, æmulatus, ab ineunte quoque ætate morum gravitatem præsefe rens, religiosam vitam colebat, malos evitans, bonis adhærens. Castitas mentis, & corporis adeò ipsi, cum adhuc in seculo degeret, in deliciis fuit, & ita pro ipsâ constanter afferuit, ut improbam fœminam, quæ sese illi nudam videndam exhibuit, ut ad libidinem provocaret, se ipso superior declinarit, pluribus à Deo proinde cumulatus favoribus,

P. M. Antonij Galliæ Alexadrini.

P. M. Anselmi Gentili Perusini

P. Angeli Mar. Gudetti Flor. Eremitæ Montis Senarij.

ribus, quippe qui adeò gloriosum de triplici hoste, Mundo videlicet, Dæmone, & Carne unâ, eâdemque actione retulerat triumphum. Prætereà charitate fervens in Proximum amico cuidam gravi infirmitate detento, quique non mediocri premebatur inopiâ, lenibus primùm verbis, largâ deinde pecuniarum vi insigne contulit levamen, qui subinde tantam Philippi charitatem admiratus ipsam prædicare non destitit, ac plurimis eidem gratiis actis, sibi, suisque consuluit, & omninò convaluit. Eremiticam vitam in Monte Senario vix aggressus, quâ ætate, quove gradu reliquos tanquam sui Magistros in exercendis virtutibus præ oculis, & corde habebat, ipse à Superioribus proponebatur cæteris, tanquam earundem virtutum exemplar. Contemplationi Cœlestium maximè addictus adeò ferebatur in Deum, ut ipsum aliquando coram omnibus, etiam radiis circumquaque illustratum viderit quidam cæteroqui ab ejus sanctissimis moniris haud mediocriter alienus, qui proinde tanto perculsus prodigio eidem confestim adhæsit. Optimum tamen hoc Magdalenæ exercitium non obstitit, quin & Marthæ munera obiret. Superiorum auctoritate coactus varia in Eremo Montis Senarii exercuit munia, quæ licèt ex se distractiva sint, Angelum tamen ab interiori unione cum Deo ne punctum quidem temporis divertebant; hinc rigidissimus erat silentii custos, nec ullatenus loqui absque necessitate volebat, neque vulgaris erat apud Proximos, quibuscum agebat, ædificationis, tanta in eo erat in rebus gerendis prudentia, sanctitas in moribus, & in quibusque actibus virtus. Præclarâ hujusmodi de Angelo Mariâ opinione Superiores Ordinis commoti ad Eremum Montis Urbani recens extructam promovendam, quippequæ solerti indigebat cultore, ipsum designant; hic verò brevi feliciter ad umbilicum perduxit illius Eremi fabricam, prout dictum est ad annum 1647 cap. 11. ita quidem, ut fieri potuerit solemnis Sacræ Imaginis illius B. Virginis translatio; prætereà Eremiticæ vitæ ibidem instruendæ studiosissimus, præ cæteris primus ejusdem instituta servanda promovit, non verbis tantùm, sed etiam, & quidem multò magis, exemplo, aliis benignus, sibi severus, aliorum usui tum quoad cibos, tum quoad vestes, tum quoad cellam, quæ commodiora videbantur, ultro, & hilari animo permittens, sibique omnino interdicens. Cùm verò summo studio excolendis virtutibus incumberet, & ad cœlestia semper aspiraret, mundi, ac sui contemptor egregius, gravissimâ infirmitate pressus, se mori sentiens Sacramentis Ecclesiæ muniri voluit, ac corpore in similitudinem Crucifixi disposito die 19. Aprilis hujus anni suum Creatori placidè reddidit Spiritum. Sanctitatem Angeli Mariæ testatam voluisse videtur Altissimus; in primis enim ejus facies post obitum longè

E F G H

splendidior, quàm antea fuerit, apparuit. Prætereà confluentibus turmatim finitimis populis ad illius corpus venerandum, Mulier quædam ad ejus contactum à vehementi quodam dolore, quo diù alterum è brachiis affectum fuerat, libera statim evasisse fertur. Fertur etiam, quòd ipse, cùm adhuc nobiscum viveret, Puellæ cuidam sexenni, neque ullatenus infirmæ, quin etiam optimæ valetudinis mortem prædixisset, cujus prædictionis veritatem intra 15. dies rei comprobavit eventus. Ejus corpus tumulatum fuit in maiori Sacello Sanctissimæ Virginis intra ligneam arcam reconditum juxta Aram principem in latere Evangelii, quò pietate ducti, & sanctitatis Angeli Mariæ opinione quamplurimi conveniunt, se, suaque ipsi commendantes, sibique satis juxta vota factum prædicantes.

Altare marmoreum erigit in Monte Senario Gens Falconeria.

Hoc pariter anno in Sacrâ Senarii Montis Eremo Aram principem erigendam curat ex eleganti marmore Gens Falconeria juxta mentem Francisci ejusdem Familiæ, qui ad hoc legaverat scuta 800., postquam plures annos lapidem omnem moverat, ut Stuphæa Gens juri suo cederet, quo super Aram eandem potiebatur, cui tandem aliquando cessit hoc anno die 31. Novembris, hac conditione adiectâ, quod Gentilitium ejus stemma toti Familiæ commune, non Marchionibus tantummodo proprium, in Ecclesiæ parietibus prope eandem Aram utrinque apponeretur, quemadmodum exactè descriptum reperitur inter monumenta ejusdem Eremi.

ANNOTATIONES IN CAP. XV.

Ex *monum. horum Conventuum.*

Recolitur pretiosa mors F. Vincentij Faita de Vogonâ.
C A P. XVI.

F. Vinc. Faita de Vogonâ obitus, & laudes.

FRatrem Vincentium Faita ex Oppido Castulone in Valle Anzascâ Ditionis Vogoniæ Diæcesis Novariensis Ordinis nostri Laicum Professum præterire silentio non decet, cujus vitæ seriem acceptam Domino, & maximè laudabilem, mortem verò pretiosam fuisse testari videntur admiranda, quæ ejus meritis accepta communiter referuntur. Quodnam in specie vitæ genus duxerit, quæve præclarè gesserit Viro sanctissimo digna adhuc me latet; Unum hoc novi, quòd Orationi maximè addictus, postquam ea exactè obierat, quæ in Conventu nostro Vogoniæ, ubi degebat, sui muneris ratio postulabat, reliquum diei, vel in Ecclesiâ, vel in Cellulâ contemplationi Cœlestium indesinenter vacabat, capite plerunque ad terram usque demisso, & manibus supra pectus cancellatis, quin etiam noctes ferè integras orandi studio intentus ducebat, cùm nudis asseribus, vel culcitræ sarmentitiæ incum-

bens

bens somno vix pauluùm indulsisset. Novi quoque insignem ejus æquanimitatem in adversis quibusque ferendis, præsertim verò, quæ ratione Fratris cujusdam nomine Alphonsi Borri eo temporis illi Cœnobio regendo Præfecti, vel nativâ indole comitatem exuti, vel ejus vivendi methodo specia- tim infensi subeunda ei jugiter erant, qui Vincentium in Ecclesiâ orantem reperiens pugnis, & calcibus publicè urgebat, quæ sanè licèt à rectâ ratione prorsus aliena æquo animo ferebat Vincentius, tanquam Agnus coram tondente se obmutescens, vel Deo gratias agens pium hunc animi sensum aliquantulum verbis exprimere solebat, quoties ab Alphonso se vehementiùs urgeri sentiebat. Novi pariter, quòd charitate in pauperes maximè flagraverit, non enim eidem simul, & æquanimitati celebrandæ defuere quoque miracula. In primis enim cùm Autumni tempore recentis uvæ racemum é vite in vineâ præfati Conventûs avulsum, Pauperi cuidam præ foribus stipem petenti dono dare decrevisset, illumque eò procedentem vidisset Alphonsus modò memoratus, & acerrimè ob hujusmodi avulsionem objurgasset, obedientiæ virtute commotus ad vineam redit Vincentius, eundemque racemum viti admovit, unde avulserat, qui protinus æquè illi adhæsit, ac si nunquam avulsus inde fuisset, Alphonso prædicto, alijsque præsentibus in admirationem summopere actis, prout constat ex Processibus Novariensis Episcopi auctoritate super his rebus confectis anni 1698., & 1699., è quibus eruimus quæcunque hic de Vincentio recensentur. Præterea cùm ex ejusdem Conventûs Viridario diversa herbarum genera collegisset, vel usui Fratrum adhibenda, vel pauperibus alendis præbenda, quorum eo temporis præ generali caritate ingens aderat numerus, insequente mane in eâdem Viridarii parte, è quâ collecta fuerant præfata herbarum genera, iterum germinasse, & ad eandem altitudinem increvisse deprehensa fuere, ac si nunquam evulsa inde fuissent. Insuper panem aliquando gremiali inclusum deferens pauperibus distribuendum præ foribus, Alphonso prædicto occurrenti, quidve gremiali inclusum deferret, petenti respondit quidem Vincentius ibi lapides adesse, aliàs verò flores, cujusmodi profectò Alphonso apparuere rem ipsam explorantì, à quo subinde dimissus pauperibus revera panem distribuit, qui nonnisi divinitus lapidum, & florum speciem præ oculis Alphonsi induerat, ne charitati erga Pauperes exercendæ obstaret. Prodigiorum hujusmodi, sanctissimæque ejus vivendi rationis percrebescente, ac longè, latèque se diffundente famâ, Vincentius in ijs regionibus habebatur communiter *Vir Sanctus, & Beati* nomine circumferebatur, cujus proinde orationibus omnes passim se commendabant, cujus meritis, & precibus plura se ab Altissimò beneficia accepisse prædicabant, è quibus nonnulla placet hic recensere.

1 Flavia Albasina Joannis Baptistæ Prelli Uxor febri, & Cephalgiâ vehementer laborans Vincentium ad se vocandum curavit, eique accedenti se commendavit, ut sanitatem sibi à Domino impetraret, quæ à Vincentio monita de singulari fiduciâ in Deum habendâ, brevî convaluit.

2 Eleonora Vincenti de Vogoniâ pari prorsus morbo affecta, quo Flavia mox dicta, sed ita ut ferè conclamatum ipsi foret, Vincentium, qui fortè tunc Oppidum stipem ostiatim petens lustrabat, rogavit, ut sanitatem à Domino pariter sibi impetraret, quo ipsam de fiduciâ, sicuti superiùs, monente, incolumis quamprimùm evasit.

3 Martha quoque Catanea 15. annos ægrotaverat, Vincentij autem precibus sese aliquando commendans, qui ipsam invisere, & juxta præcepta charitatis solari consueverat, paulò post convaluit.

4 Quo tempore Cœnobio nostro Vogniæ præerat P. Visconti, corruptam deprehendetat in pervigilio Assumptionis Deiparæ insignem vini portionem in cado speciali servatam, & in proximâ solemnitate adhibendam, quâ de re non mediocriter angebatur, quod intelligens Vincentius, ipsum de fide in Deum habendâ monens, qui nunquam in se confidentibus deest, Ecclesiam petiit, ibique per integram horam orationi vacavit, mox cum eodem P. Priore vinum delibandum suscipiens longè perfectius, quàm antea fuisset, adinvenit.

5 Joannes Antonius Bollino Vogoniæ degens apoplexiâ correptus, ita ut sensuum usu omninò destitutus veluti mortuus haberetur à Domesticis; Vincentio, qui nuper obierat Sanctitatis opinione conspicuus, ex animo commendatus, incolumis protinus evasit, in cujus rei testimonium tabellam votivam detulere, cæteroqui separatim servatam juxta Sedis Apostolicæ decreta, sed in memoratis Processibus productam.

Hisce prodigijs, quæ Vincentio adhuc viventi accepta vulgò referuntur, accedunt & alia, quæ pretiosum ejus obitum consecuta fuere, ut inde quoque præclara ejus sanctitas innotescat.

6 Catharina de Capitaneis Bartholomæi Albertatij de Vogoniâ Uxor Mense Julio anno 1699. gravissimis repente correpta doloribus, adeò ut neque se loco movere, ne digitum quidem efferre posset, pluribus quibusque remedijs frustra adhibitis, Vincentij celebritate commota, quem sibi propitium experti fuerant quamplures, ejus opem implorarit interpositâ sponsione ejus sepulcrum adeundi in Ecclesiâ nostrâ de Vogoniâ positum, & in proximè sequente D. Jacobi Apostoli Festo ad Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ reverenter accedendi; quo animi sensu

vix concepto convalescere statim cœpit, & mane insequente dimissa penitus ab infirmitate Ecclesiam petiit, & voto se solvit.

7 Eodem anno Mense Septembri eadem Catharina Filiolum decennem gravi dolore in altero è genibus affectum nomine Josephũ Antonium, Vincentij pariter intercessioni commendans, interpositâ pari sponsione, quòd ille sepulcrum ejus adiisset, statim ac convaluisset, insequente mane idem sepulcrum invisit, preces ex animo producens, ad gratiam consequendam aptiores, inde Domum repetens Filiolum reperit, qui doloris, & morbi cujuslibet penitus expers è cubili evaserat, qui subinde sepulcrum Vincentij juxta sponsionem invisit.

8 P. Joseph Antonius Caimus anno 1699. in Conventu nostro de Vogonâ degens de sanctitate vitæ, quam Vincentius inierat, & Gratiis ab Altissimo opem Vincentij petentibus collatis, certior factus magno tenebatur desiderio particulam quandam Habitûs assequendi, quem Vincentius induerat; cùm autem id assequi non potuisset, quantumlibet omnem operam adhibuisset, quisquis enim particulam hujusmodi haberet, eâdem destitui renuebat, capsellam exquisitè clausam in suâ Cellâ adinvenit, quam nonnisi divinitùs eò immissam certò credidit, quòd nemini eò patere potuisset aditus, & in capsulâ mox reseratâ parvula quædam nigræ vestis fragmenta, Ordini nostro propriæ, deprehendit, quæ proinde ad Vincentium spectare tanquam ratum habuit, qui votis ejus satisfacere voluerit, in hac sententiâ maximè ex eo confirmatus, quòd Mense Julio anno 1699. Ioseph Antonius prædictus ventriculi, & laterum doloribus affectus statim convaluit, ac P. Caimus præfatus capsulâ memoratâ adhibitâ ter signo Crucis munivit. Hæc, & hisce similia non pauca sanctitatem Vincentij satis superque testantur, quibus accensenda forent & alia, quæ ob ejus nominis celebritatem contigisse passim, & contingere vero proximum videtur, sed adhuc me fugiunt. Interim pro laudum ejus coronide, ejusque vitæ sanctimoniâ magis, ac magis confirmanda ea solum recensere sit satis, quæ patravit Altissimus, cùm ei exequiæ haberentur.

Quo tempore Vincentius ex hac luce migravit, anno videlicet 1649. Mense . . . . . die . . . Ecclesiæ nostræ Campanæ sonum edere spontè nullius hominum operâ, & quidem diutius deprehensæ fuere, ex quo singuli intellexere ipsum in osculo Domini obiisse. Prætereà Venerandum ejus corpus in Ecclesiâ de more expositum suavissimam emisit fragrantiam, quæ non mediocri astantes omnes voluptate perfundebat. Item certatim omnes, qui verè frequentissimi convenerant, idem corpus tractare, & ipsius vestis particulam quandam sibi comparare pro virili studebant, quam proinde in plurima frusta discerpserunt. Denique absolutis exequiis præstituto tempore cùm PP. Cœnobij tumulandum E aggressi de more fuissent in sepulcro Patribus defunctis communi è feretro ipsum educere nullatenus valuere, viribus quibusque incassum adhibitis, ex quâ mirabili corporis immobilitate jure optimo deduxere PP. Dei cõsilium esse, quòd in speciali sepulcro, ad lævam sepulcri Patribus, & Fratribus communis in angulo inter principis Aræ suppedaneum, & ferreos illius Sacelli Cancellos, ipsum recondere deceret; quod cùm adornassent, obstaculo quocunque secluso, nulloque negotio eò statim corpus transtulere.

Hoc eodem anno pro Conventu nostro Soraneæ ab Apostolicâ Camerâ emanavit Indultum sequentis tenoris.

F *PRosper Caffarellus Protonotarius Apostolicus utriusque signaturæ Sanctissimi Domini nostri Papæ Referendarius, nunc Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor &c. Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Diaconis, & Subdiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristis tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Ecclesiarum Curatis, & non Curatis, Presbyteris, Clericis, Notariis, Tabellionibus, & Bajulis publicis quibuscunque, illique, vel illis, ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint, seu præsentabuntur, salutem &c. Noveritis coram Nobis pro parte, & ad Instantiam PP. Prioris, & Fratrum S. Mariæ Servorum* G *Soraneæ Parmensis Diœcesis, tam coniunctim, quàm divisim, & in solidum, & aliàs omni meliori modo præsentatum, comparitum, expositumque fuisse, ipsos DD. Instantes ex dispositione sacrorum Canonum, sacrarumque Constitutionum vigore Indultorum, & Privilegiorum per Summos Romanos Pontifices ipsis concessorũ, confirmatorum, & ampliatorum, & signanter fel. Rec. Innocentium VIII., & Urbanum VI. fuisse, & esse immunes, liberos, & exemptos à jurisdictione Episcoporum, & Judicum Ordinariorum, & immediatè subiectorum Sanctæ Sedi Apostolicæ, ut in Actis, & Processu Causæ, & Causarum hujusmodi suis loco, & tempore demonstrabitur, & verificabitur, sicque non potuisse, neque posse à quoquam quavis propriâ* H *de causâ, & occasione in partibus, & coram illis D.D. Judicibus in Judicium trahi, vocari, & conveniri, minusque molestari, vexari, perturbari, inquietari, & impediri, attamen ad præsens insurgere nonnullos in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos, & præcipuè Communitatem, & Homines Soraneæ existentes, nescitur quo jure, quâve ratione suffulti, jactaverunt, & jactant velle dictos RR. DD. Instantes in partibus, & coram dictis Judicibus in Judicium trahere, molestare, & impedire contra omne Juris debitum, & in eorum grave damnum, præjudicium, & gravamen. Cupientes igitur suæ indemnitati consulere, seque ab hujusmodi indebitis molestiis viâ*

Juris

Juris eximi, & liberari, dictaśque Constitutione Apostolicas, & Privilegia observari,
A *debitaque executioni demandari, & ad alia procedere, ad Nos recursum habitum, postulatumque fuisse, quatenus in præmissis de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Nos igitur &c. Attendentes &c. Vobis omnibus &c. committimus &c. quatenus statim visis &c., præsentibus ex parte nostrâ, immo veriùs Apostolicâ auctoritate moneatis, & requiratis primò, secundò, & tertiò, & peremptoriè, prout nos monemus, & requirimus per præsentes dictam Communitatem, & Homines, ejusque Officiales, & Ministros existentes, quatenus infra sex &c. sub mille Ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnâ, & pro illis mandati executivi, & nostri Juris subsidium excommunicationis, alijsque pœnis debeant, & quili-*
B *bet ipsorum debeat prædictas Apostolicas Literas, Indulta, & privilegia in omnibus, & per omnia, prout in eis habetur, & continetur, observasse, attendisse, & adimplevisse, ac debita totali, plenaria, & omnimoda executioni demandasse, nec quidquam contra illarum formam, sive Constitutionem, & dispositionem fecisse, ac fieri curasse, & pro vero, & reali observatione hujusmodi effectu una &c., ac ab omnibus, & quibuscunque molestiis &c. Dictis instantibus illatis penitus, & omnino cessasse, dictaśque molestias, & cætera dictis Instantibus contraria, nullas, & nulla, indebita, & iniusta, ac de facto facta, illata, & præsumpta declarasse, & tanquam talia revocasse, & pro cancellatis*
C *habuisse, nullumque omninò damnum, sive molestiam intulisse, caveri, desisti, abstineri, revocari, sęque ad hæc, & alia omnia desuper necessaria &c., in processu causæ & causarum hujusmodi tam principaliter, quàm incidenter, coniunctim, separatim, & in solidum ante, & post litem contestatam deducen. &c., Suprascriptas, & alias ob causas si, & cùm opus fuerit deducend., & ostendend. omnibus, & singulis Juris, & facti remedijs necessarijs adstringi &c., & quodcunque mandatum relaxari &c. Jus, & Justitiam fieri &c, atque omne Jus &c., dictis Instantibus utiliùs, & expeditius deduci, beneficiumque Juris, & nobile officium Judicis implorare, præmissaque, & alia omnia desuper neces-*
D *saria, & opportuna sic, & aliàs omni meliori modo &c. fieri &c., vidisse &c., expensasque refecisse, & si quis &c. compareat &c. alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis se fore gravatos senserint, peremptoriè citatis &c., prout nos citamus &c. eosdem quatenus vigesimâ die post præsentium exequutionem, si dies ipsa Juridica fuerit, alioquin primâ die Juridicâ compareant &c. per se, vel alium, seu alios gravaminis causam allegaturi, aliaque dicturi &c., prout Justitia, debitum & ordo dictaverint &c. Oratores certificari &c. Insuper modo, & forma præmissis, & sub iisdem pœnis &c., inhibeatis, & inhibendo expressè præcipiatis, & mandetis, prout nos mandamus &c., & inhibemus, &c. eisdem, necnon quibuscunque DD. Judicibus, &*

A *Commissorijs &c. citatisque alijs in exequutione præsertim nominandis, & cognominandis, ne visis præsentibus audeant &c., dictos Instantes in, & super præmissis &c., quomodolibet molestare, vexare, perturbare, inquietare, & impedire, aut aliud quodquam in damnum &c. ejusdem D. Instantis, ac Jurisdictionis nostræ, immò veriùs Sanctæ Sedis Apostolicæ spretum attentara, seu innovare, vel molestari &c., ac attentari &c., facere &c., quovis sub prætextu &c., quod si secus &c., absolvi &c. In quorum fidem &c.*

Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die quartâ Januarij 1649.

Subscript. Sebastianus Pasquettus Cardinalis Curię Camerę Apostolicę Notarius.

Item cum sigillo in ne'u'd rubeâ impresso.

B *Item. subscript M.Melchiorius.*

Item cum sequentibus verbis in pede monit. pro ob.

Item à tergo. 1649. die 23. Mensis Junii.

Retulit, & refert mihi Notario infrascripto Dominus Magius Curretius hujus Terrę Soraneæ se hodiernâ die ostendisse hanc Bullam, & exinde illius copiam ab eo extractam dedisse Silvestro Tantono Deputato Villæ Bonottorum Jurisdictionis prædictæ Soraneæ cum dimissione &c., prout juravit, & jurat &c. tactis &c. in formâ &c.

Subscript. cum Gruppo.

Sic requisitus fui Ego Joannes Petrus Tessonus Apostolicâ, Imperialique auctoritatibus Notarius, ac Notarius publicus Parmensis in
C *Terrâ Soraneæ, & pro fide me unâ cum appositione soliti mei Tabelionatûs signi subscripsi &c. salva &c.*

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

EX *monumentis eorundem Conventuum, & Processibus in eodem cap. citatis.*

Instaurantur Cœnobia. Moriuntur Clarissimi Viri. Bulla Pontificia quoad statum Conventuum.
CAP. XVII.

D ANnus Jubilæi, quem percurrendum aggredior, Sanctitate quidem præstat ob amplissimas Indulgentias, quas de more Christifidelibus omnibus ad limina Apostolorum accedētibus summâ liberalitate impartitur Summus Pontifex Innocentius X. Verùm plurimas unà secum affert molestias ob infensissima prælia, quæ ad invicem ineunt Reges Hispaniarum, & Galliarum, necnon Magnus Turcarum Imperator adversus Venetorum Rempublicam in Regno Cretensi; speciatim verò Sacris Ordinibus Regularium gravis esse videtur ob imminentia plurium Conventuum discrimina, quæ consequentibus annis erunt nobis recensenda. Interim instauratur Cœnobium

Instaur. Cænob. S.Jacobi de Fulgineo, et Castri Montan in Regno Valentia.

S.Jaco-

S. Jacobi de Fulgineo, & in Regno Valentiæ ſtudio, et operâ *P.* Joannis Brugat natione Galli reædificatur, & longè meliùs illuſtratur Cœnobium Caſtri Montan anno 1612. primitùs à fundamentis excitatum. Diem verò ultimum obit P. M. Joannes Angelus Schiavetti Peruſinus non modò doctrinâ conſpicuus, ſed etiam charitate in Deum, Deiparam, ac Proximum inſignis. Hic enim omnibus quidem pro ſalute animæ aderat, proximè præſertim morituris, ſpeciatim verò ſuſpendio damnatis, è quibus non paucos à viâ perditionis ad viam ſalutis reduxit. Cultum jampridem penè extinctum erga Sacrum Annulum B. Virginis mirum in modum excitavit, qui noſtris adhuc diebus Peruſij viget, Divinâ penè eloquentiâ Concives ſuos hortando, ut Feſtum ſoleniniter agerent, qui proinde officinis etiam clauſis, operibuſque ſervilibus abdicatis ad Eccleſiam confluebãt, & ad honorem B. Virginis varia Sanctitatis opera exercebant. Ipſe primùm Auctor fuit Montis cujuſdam in Patriâ, qui dicitur *de Purgatorio*, cujus annuis proventibus Sacerdotes quidam aluntur, qui in Eccleſiâ Societatis de Morte pro animabus Defunctorum Sacris quotidie operantur, & plurimùm contulit incremento alterius Societatis, vulgò dictæ *del Suffragio* in eâdem Urbe erectæ animabus ijſdem levandis. Cultum etiam Dolorum, quos in Paſſione, & morte Unigeniti ſui Virgo Sanctiſſima ſubijt, mirificè promovit. Plurimùm tandem de Ordine noſtro, ac de Religione Chriſtianâ meritus in Civitate Aquilæ ſummo earum Gentium mœrore è vivis exceſsit.

Obitus, & geſta P. M. Joannis Angeli Schiavetti Peruſini.

Mutinæ quoque moritur P. M. Archangelus Viliani de Cœnobio illo, cui plurimas contulit opes, ac de Provinciâ Romandiolæ, cui aggregandum curavit anno 1636. Conventum S. Mariæ Servorum Ferrariæ, de quo ad annum eundem, optimè meritus, ac proinde non omninò prætereundus, præſertim verò ob ſingularem ejus prudentiã, quam in præcipuis Ordinis muneribus adminiſtrandis oſtendit.

P. M. Archangeli Viliani Mutinenſis.

Ferrariæ pariter obijt P. M. Hieronymus Scarpari, quem cæteroqui memoriæ poſterum commendant varia opuſcula typis edita, nimirùm orationes quædam Panegiricæ, libelli quidam ad vitæ profectum conducentes, potiſſimùm verò opus, quod inſcribitur *Henrici ſummæ Medulla*, pro ſolemnis ejuſdem Magiſtri doctrinâ funditùs explorandâ maximè accommodatum. Præterea Primarij, quos in Ordine exercuit, Magiſtratus, ſacræ Conciones, quas in præcipuis Italiæ Urbibus ſummo omnium plauſu habuit, rara item doctrina, quâ domeſticas Ordinis pluribus in Locis Accademias direxit, ac publici Theologi munus in Civitate Ferrariæ exercuit; denique linguarum Grecæ, & Hebraicæ peritia, ob cujus præſtantiam Civitatis ejuſdem Proceres erudiendis quoad Fidei Catholicæ doctrinam Hebræis ipſum præfecerunt, quod munus 20. annos, & ampliùs non mediocri laude obivit.

P. Hieronymi Scarpari Ferrarienſis.

E Recenſere modò pariter lubet obitum, & memoranda quædam de Sorore Annâ Mariâ Fini in Monaſterio D. Annunciatæ de Tuderto Ordinis Noſtri ſanctimoniali, quam Feriâ V. in Cœnâ Domini hiſce circiter temporibus in Domino obdormiſſe, aliaque modò recolenda è communi ſanctimonialium illarum traditione accepimus. Primùm verò accepimus, quòd in Nocte, quâ Nativitatis Domini ſolemnia celebrantur, Anna Maria Chorum ante alias ingreſſa Infantulum Jeſum inter ulnas nonnullis Monialibus videntibus excepit. Pluries etiam extaſim ſubire conſueverat, maximè verò in angulo quodam Viridarij, ubi Deiparæ Imago erat, & juxta arborem, cujus verticem quandoque attinge- F bat, ita in extaſim elata, & Monialibus audientibus exclamabat: *Amore, amore, Gieſù, Gieſù*. Contumelijs affecta Imaginem Chriſti Domini è Cruce pendentis, quam pectori adhærentem geſtabat, vultu, animoque ſummoperè hilaris, quin aliquid aliud diceret, videndam ei præbebat, qui contumelijs ipſam affecerat. Montis Calvarij figuram apud ſe in cubiculo habebat, eamque digito deſignabat, quoties è Monialibus quædam ei ſuadere nitebatur, ut recreationi aliquantulum indulgeret. Ætate gravis juniores conſulebat de modo ordinandi Divinum Officium, non tanquam revera hujus ordinis ignara, ſed ut & humilitatem exerceret, quaſi ob ignorantiam conſilij indiga, & à junioribus in- G ſtruenda, & juniores ſimul inſtrueret, ſi fortè ignaras deprehendiſſet. Dominicâ Reſurrectionis obitum ſuum proximè ſequente conſpiciendam ſe obtulit Puellæ cuidam ſeculari in Monaſterio illo tunc degenti, quæ deinde ſacro ibidem Habitu induta dicta fuit Soror Agatha Filoni, quæ ſingula hæc referebat Monialibus, quarum aliquæ adhuc ſuperſtites ſunt, anno videlicet 1718. quo ſcribimus, eique plura prædixit, quæ rei comprobavit eventus. Quòd ſcilicet Monaſticam vitam profeſſa ibi fuiſſet, ut æternæ ſaluti ſuæ conſuleret; quod 13. annos infirmitate laboraſſet, poſtquam 14. adhuc apparitione ſanitate integra tranſegiſſet. Denique quòd Feriâ V. in Cœnâ Domini obijſſet; quo autem H anno intelligere nondum licuit.

Obitus, & geſta Ven. Sororis Annæ Mariæ Fini de Tuderto

ANNOTATIONES IN CAP. XVII.

Ex *eorundem Conventuum monumentis.*

Geſta Sororis Mariæ Typbernatis.
C A P. XVIII.

Altiſſima Dei conſilia comprehendere quis valeat, quæ nobis hoc anno in Sorore Mariâ Typhernate contemplandâ occurrunt, quam & ratione ſexûs infirmam, & ratione generis contemptibilem è boum armentis, ex agro, & aratro

Deus

Deus ipse ad summum Evangelicæ perfectionis gradum, & super candelabrum, ut alijs præluceret, efferre voluit?

Humilis ortus.

Maria, ut ab ipsius Patrio, ac Natali solo vitæ ejus historiam aggrediar, in agro Cerbalæ Typhernatis districtûs anno Dom. 1594. die 12. Novembris lucis hujus usuram accepit ex humilibus, & rusticis Parentibus nata, Patre nimirùm, cui nomē Achilles ex Matthæo Chialii, Matre verò, cui nomen Magdalena ex Sebastiano, ambobus quidem honestis, Deique timorem maximè colentibus. Quod autem futuram hujus Puellæ sanctitatem præsagire quodammodo videbatur, id fuit, quòd salutari lavacro renata nomine *Sancta*, fuit insignita. Hinc facilè conijcere fas est, quòd vera, & sola nobilitas apud Deum ea est, B quæ liberum à vitijs animum præstat, quæ sanctis moribus exornat, quæ Divinam in Nobis Imaginem, in quâ tota hominis pendèt nobilitas, integram servat; quæ tandem hominem Deo simillimum facit; nostra enim Puella, tametsi obscuro Loco, obscuro genere, obscuris Parentibus nata, quia tamen Sanctitate vitæ, & ornamentis virtutum excelluit, clarissima, & nobilissima, æternisque laudibus digna habetur. A' teneris unguiculis eam præsetulit gravitatem in moribus, & moderationem in animi moribus, ut ætatem, & generis sui conditionem excederet. Contrà verò Altissimus eum de rebus cœlestibus Sanctæ indidit sensum, ut nonnisi ex ipsis voluptatem haurire, quo modo poterat, indicaret, ac proinde ea solùm edoceri, quæ pie- C tatem redolerent; verùm quia hoc à Parentibus sperare non poterat ob eorum indocilitatem, non defuit Deus, *qui dat omnibus affluenter, & non improperat*, Divinis quibusdam impulsibus, & illustrationibus interiùs ipsam erudiens quoad contemptum seculi, ejusque pomparum, virtutumque decorem, potissimùm verò, quàm acceptum Deo sit Virginitatis donum, quod proinde Sancta illibatum omninò servare decrevit, solita passim dicere adhuc balbutiens, Virgines Domino in delicijs esse, & cœlesti beatitudini designatas, quibus profectò luculenter ostendebat se à Deo sui sponsam electam ab æterno fuisse, qui proinde sensibiliter etiam ipsam alloquens interiùs ad seculi voluptates decli- D nandas hortabatur, pignus quoddam adhuc in terris pollicitus cœlestis beatitudinis, quam in futuro seculo diligentibus se præparavit, si voluptatibus carnis abdicatis totam se illi consecrasset, hæc præ cæteris identidem dicens: *Ipse verus sum animarum Sponsus, & verax cordium gaudium; ipse sum, qui posse, sapere, velle, & omnia confero diligentibus me.* Hæc autem illi adeò vehementer communicabat Deus, ut Sancta quasi phrænetica, sulque impos publicè per vias, per foveas, per agros humi provoluta in lachrymas uberes effusa insignem, quo flagrabat, amorem, dissimulare non posset, oculis quoque in Cœlum

Sanctæ nomen inditum in Baptismo.

Instruitur à Domino quoad opera pietatis.

Adhuc infans virginitatem servare decrevit.

Deliciis cœlestibus abundat.

elatis ineffabili afficeretur voluptate; quin- A etiam audito solùm Dei nomine in ipsum protinus rapiebatur, & clarissimam Divinæ Maiestatis cognitionem assequebatur; quo planè fiebat, ut præ interiùs conceptâ dulcedine, cùm sibi à lachrymis, & ab exclamationibus temperare non posset, si fortè coram alijs adesset, vel se subducere nitebatur, vel maximam sibi vim inferebat, ut species illas distraheret, quod Confessario suo consequentibus annis testatum voluit dicens, quòd præ abundantiâ deliciarum cœlestium, quibus veluti obrutam se sentiebat, nisi obstitisset verecundia, conceptum animi ardorem elatis vocibus coram omnibus Leonis ad instar expressisset. Hinc quàmsæpissimè in extasim rapta semitas etiam ægerrimè calcabiles, & B ardua Montium liberè superabat; solitudinem utpote Divini Spiritûs Nutricem expetebat, à cæteris Puellis, quibuscum gregum custodiæ incumbebat, quinetiam à Matre, alijsque domesticis se subducebat, specie quidem nendi, aut quid simile præstandi, verè tamen studio orandi commota. Siquando verò Divinæ gratiæ impetu acta vehementiùs foret, quin aliud adverteret, alios quoscunque declinans in apertum prosilire cogebatur, vel foveas, vel Mapalia, vel alia hisce similia loca subire, ibique modò humi prostrata, modò oculis in Cœlum elatis in lachrymas soluta gemebat, clamabat, vim, prout ipsi licebat, exprimens, quæ ipsam in Deum ferebat, ferventissimis jugiter amoris C actibus eum prosequendo, non mediocrem proinde violentiam passa, si fortè quis inde illam distraheret, quocirca Deum enixè rogabat, ut sibi quandoque liceret ab aliorum commercio semotam illi tantùm vivere, & holocaustum consummatum exhibere.

Amorem in Deũ dissimulare non potest.

Quam ergo vix in lucem editam adeò prævenerat in benedictionibus dulcedinis Altissimus, utique majori semper in dies dilectione Ipsum prosequi studebat, cui vices contra rependere nunquam destitit Deus, pluribus ipsam cumulando favoribus, & ad sublimiorem perfectionis apicem evehendo, quemadmodum ex dicendis patebit. Vix adhuc infantiam egressa deformitate peccati conceptâ, vitæque præsentis discrimina advertens, D quibus homines ad peccandum premuntur, pavida semper, ac tremens sibi maximè vigilabat, neque vulgari percellebatur horrore, quoties in alijs quoque peccatum adverteret. Quo animi sensu opera quæcunque sua Jobo consimilis maximè verebatur, hinc liberum suorum affectuum assecuta fuit dominium, sensibus omninò rationi subiectis, solita proinde Deum orare, quod potiùs Ipsam in corpore gravissimè pro libito vexaret, quàm spiritui caro non obediret. Ita quoque aversabatur peccatum adhuc Puellula, ut satis abundè intelligens nos quandiu in corpore mortali peregrinamur à Domino, peccandi periculum jugiter subire, à corpore mortis hujus

exsolvi cuperet, eâque ratione periculum illud evaderet, propterea exilibat præ gaudio, quoties puellulam quandam huic seculo defunctam novisset, non absque sortis ejus invidiâ, quam omni peccandi metu solutam sciebat, hunc enim exuere nos minimè posse, quandiu vivimus, tanquam ratum habebat dicens: *utique se nosse putandus non est, quem timor iste non premit*. Hinc licèt scrupulis non urgeretur adhuc adulta, Apostolo tamen audiens seipsam severissimè judicans, ut Divini Judicis censuram evaderet, Confessario suo penitiores etiam conscientiæ suę sinûs aperiebat, motûs quoscunque ad trutinâ cum ipso expendens, ac facillimè damnans; sicut enim è grege quicunque, prout animadvertit Gregorius Nyssenus, de Cœlis, eorumque motibus judicat, prout sensibus sese objiciunt, sapiens verò ulteriùs progreditur, ita & de Divinis, adeóque de offensâ Dei longè aliud ferunt judicium, qui consuetudine utuntur cum Deo, quàm qui seculo, & carni adhæret. Quem profectò Famulæ suæ sensum fovere non desinens Altissimus, minabatur ei supplicia, si mundi delicias prosecuta ipsa fuisset, ac proinde de singulis etiam ejus imperfectionibus severissimè pœnas sumebat, quemadmodum accidit, ubi cæteroqui innocenter Confessario ea dixerat, nescio quem stulta quædam protulisse, cùm enim se minimè errasse in hac re putaret, acerrimè Deus, ipsam interiùs obiurgans, dixit: *Audes ne stultos alios vocare, ubinam est magna hæc sapientia tua, quanam es tu?* Quamobrem in se reversa Puella vehementer erubuit. Ætate proinde simul, & cognitione proficiens, quoties infinitam Dei bonitatem, quam summoperè admirabatur, se aliquando offendisse recordabatur, summo afficiebatur dolore, quem ingeminatis actibus augere studebat, & adeò vehementem, cùm graviter decumberet, & proximè moritura haberetur, à Domino postulabat, ut cordi sibi frangendo par esset, interim se proditricem, infidelem, ingratam appellans, enixè petebat, ut longè gravioribus premeretur incommodis corpus, & unà cum Christo sibi mori liceret, eâque ratione peccata sua sacramentali Confessione deflevit, sacratissimum deinde Viaticum ineffabili affecta dulcedine accepit, ac post biduum extremam unctionem, cui pariter excipiendæ specialiter se adornarat. In eo discrimine Maria æquè fermè diaerim ac Apostolus, fortior facta, cùm infirmaretur, spiritu validior ab exercendis interiùs virtutum actibus nunquam cessavit, cœlestium meditationibus, aliisque pietatis operibus jugiter intenta. Damna quandoque è peccato prodeuntia expendens, fieri vix posse summo affecta stupore dicebat, quòd Creatura mente prædita ultrò, & liberè Deum offendere valeat, de tantâ temeritate mirum in modum solicita. quocirca levissimos quoscunque defectûs intrinsecus tacta dolore emendandos summo studio suscepit; aliquando enim, scilicet in Festo Sanctorum omnium cœlestiû contemplationibus intenta divinitùs intellexit, & quidem luculenter Deo acceptum maximè esse, quòd ipsa defectus omnes, vel minimos declinaret, longè majori cautelâ proinde in omnibus procedens, utpote infirmitatis suæ conscia. Aliàs quoque feriâ quadam 6. affecuta pleniùs fuit gravitatem offensæ Deo ab Hominibus illatæ, quantumlibet ipsis minima videatur, & procul dubio præstare incommoda omnia præsentis seculi, quinimmo Purgatorij, & ipsius Inferni tormenta subire, quàm offensam vel minimam Deo irrogare; si tamen offensa Deo irrogata, quæcunque illa fuerit, minima jure possit censeri. Hinc à peccato vel minimo adeò aliena semper fuit deinceps, ut grave ipsi foret Martyrium nos jugiter oræ nostrâ fragilitate peccando obnoxios esse, ideóque semper se magis indigere dicebat Deiparæ, Sanctorumque Tutelarium intercessione, necnon proximorum Fidelium orationibus. Aliàs pariter feriâ quadam 6. in Parasceve sacrum Oratorem Minoritam Capuccinum in Cathedrali Perusij vehementer admonentem audiens, nobis ulterius peccandum non esse, idque Deo quàm maximè placere, summo de repente affecta dolore interiùs fuit, quo simul cor ejus sensibiliter angebatur, stabili proposito, quatenus per se licebat, statim promisit, se nullatenus in posterum peccatum quodcunque vel minimum commissuram, quin etiam voto se obstrinxisset, si veniam à Confessario obtinuisset. Interim studium hoc sedulò fovebat, verita tamen deinceps Confessarium quoad ipsum consulere Thomæ Angelini Servitæ, de quo alibi, vices gerentem, quatenus rem hanc non plenè affecutus illud emittendi copiam non concessisset, ad Orationem, tanquam ad anchoram, confugiens, dubio quolibet soluta sibi Deum annuisse intellexit, & exactè omnia composita esse, quin tamen perceperit, quid futurum in specie foret. Verùm paulò post præter expectationem Confessarius Thomas mox memoratus Perusium accessit, qui paucis affecutus interiorem Famulæ Dei profectum, & ad sublimiora divinitùs vocatam votum hoc emittere ipsi libenter permisit, regulis quibusdam præscriptis quoad ejus observantiam adhibendis, quòd nullâ interpositâ morâ die Pentecostes in Ecclesiâ S. Mariæ Novæ Ordinis nostri singulari animi sui dulcedine Soror nostra emisit; quâvis enim innocentiam baptismalem Confessarijs suis idipsum testantibus intemeratam perpetuò servasset, imo jugiter perfecisset, eò tamen virtutis accesserat, ut à quocunque vel minimo defectu, & minimâ qualibet imperfectione abstinendum omninò sibi esse meditaretur, quod planè jampridem etiam decreverat, sed aliquantulum defecisse cognoverat, modò verò se favente Deo minimè defecturam esse sperabat. Postquam verò vo-

tum

Horror peccati

Votum emittit non peccandi.

tum emisit maximè arduum quidquid perfectius esse cognosceret faciendi S.Theresæ proprium, de quo alibi, longè majori pro suis erroribus contritione afficiebatur, præsertim verò pro illis, utique levissimis, quos ab emisso voto patraverat, & ut pro iisdem Divinæ Justitiæ satis superque faceret, se ipsam maximè affligebat, prout alibi dicendum.

Itaque ex hujusmodi doloris vehementiâ, quo Soror nostra afficiebatur pro peccatis quibusque vel minimis, nullâ vel Inferni pœnatum, vel Paradisi deliciarum habitâ ratione, sed præ summâ duntaxat Dei bonitate obvium nobis erat intelligere, quanam in Deum charitate flagraret. *Charitas in Deum.* Utique vel parvula eximiis cumulata favoribus, prout ab initio dicebam, speciali Deum amore complexa, ipsi jugiter adhærens ex omnibus sibi obviis ansam capiebat Deum, ac Divina vehementiùs prosequendi. Equum præ infirmitate homi jacentem funium ope super vectes efferri videns, conditionem protinus peccatoris accepit, qui in luto criminum consternatus jacens erigi nullatenus potest, nisi specialibus à Deo favoribus fulciatur, quod singulari animi sui tristitiâ meditabatur. Fabrum ferrarium pariter advertens, qui ferrum ignitum educebat contundendum, divinitùs statim intellexit spiritum quoque nostrum amoris vi in Deum transformandum esse, & unum cum Deo evasurum æquè ac ferrum cum igne, cujus remanet profectò substantia, sed alias induit qualitates, quod enim antea atrum, frigidum ac durum erat, lucidum statim fit, calidum, & molle, pari siquidem lege, proportione servatâ, spiritus hominis idem maneat, quoad substantiam par est, sed qualitatibus terrenis exutus induere debet cœlestes. Florum decor, fœcunditas arborum, volucrum cantus decorem illi indicabat, quem induit Dominus, ejusque potentiam, providentiam, aliaque Divina attributa, necnon perfectissimam, ac suavissimam cœlestium spirituum harmoniam. Jumenta quandoque vinculis, ut fieri solet, obligata respiciens Deum confestim orabat, ut se quoque tanquam rebellem, ac deviam arctissimè Divinæ suæ voluntati adhærentem teneret. Cytharæ sonum percipiens, vel ipsam temperari cognoscens, voluntatem suam Divinæ conformem petebat. Hinc planè studium illud insigne, quo sacra, pietatem, & virtutes omnes prosequebatur, de quibus singillatim inferiùs dicendum, quin incommodum ullum ab iis exercendis deterreret. Quantumlibet domesticis maximè distineretur curis, ex quo tanquam activitate præstantior à Parentibus generali Domûs regimini, licèt adolescentula, præfecta fuerat, ac proinde diu, noctuque plurimùm operæ conferret, ut præstò omnibus esset, omnia tamen eo ordine disponere satagebat, ut et Missæ interesset, & Dei verbum audiret, & Deiparæ Rosarium recitaret, & Divinæ Mensæ accumberet, amotis præsertim Divini Sapientiâ satis

A superque edocta, ita quidem omnia disponere, ut & munia domûs diligenter obiret, & pietatis opera compleret, nec sibi parcens, nec quieti, nec somno, quinetiam pro nihilo habens pluvias, procellas, nivium copiam, ventorum impetus, æstuum excessus, & aliud quodcunque infirmitati nostræ molestum, utpote charitate illâ maximè flagrans, quod nec flumina obruunt, nec aquæ. Eâdem charitate instructa didicerat Civitatem adire breviorem premendo semitam, quamvis longè difficiliorem, tum ut minùs temporis insumeret, tum ut neminem, vel saltem longè pauciores obvios haberet, ne quid vel minimum offenderet, quod spiritum ab arctissimâ cum Deo unione distraheret; Deus

B enim, cujus manus tornatiles sunt, ac plenæ hyacinthis, quandam ei fermè sensibilem amaritudinem mundi deliciis insuderat, contrà verò ineffabilem dulcedinem pietatis operibus instillaverat; hinc jugiter Ecclesiæ Sacramenta, & quæcunque Religionis officia mirum in modum esuriebat, præsertim verò cùm sibi, suisque votis satisfacere nonnisi rarò posset, ubi parvula domi suæ degebat ob distantiam ab Urbe,& quod ipsis cum Matre, ac Sororibus adeunda erat Ecclesia, quæ nonnisi festis diebus ipsam adire consueverant.

Eò quidem excreverat ejus amor in Deum, ut ei tantùm arctiùs, quàm fieri posset, adhærere contendens, quæ tantùm in ejus honorem cederent, agere, sitire, adeòque seculi *Seculi delicias aversatur.*

C delicias, ac vanitates mirum in modum aversaretur, etiam in seculo degens; hinc si quàdo opus aliquod eleganrissimè fecisset, quippe quæ naturalibus dotibus haud mediocriter ornata in operibus manuum valdè præstabat, animadvertens deinde quiddam potiùs vanitatem redolens egisse maximè indoluit, quod tempus otiosè trivisset, & hujus erroris veniam humillimè petens à Deo sibi meliùs, ac tempori consulturam in posterum promisit, ac pretium ex opere illo comparatum lampadi accensæ servandæ coram Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento consecravit. Interim seculi contemptui magis, ac magis studens cùm die quadam festivos plausus Puellæ cujusdam desponsatæ videret, vanitatem illi-

D us gaudii divinitùs illicò percepit, quàm inanes sint quæcunque mundi voluptates, ac Deo adhærere verè bonum esse; quibus abundè edocta mirum dictu est, quonam studio mundum muliebrem, festiva hominum gaudia, pecunias, & opes quascunque deinceps contemptui haberet, quocirca tum in se, tum in alios hæc omnia summâ libertate detestabatur. Seculo proinde, ejusque deliciis valè dixerat profectò, & Regulari Instituto nomen dare decreverat, eâque ratione ab hominum consortio penitus aliena soli Deo vacare, quod & aliquando consecuta fuit, interim difficultatibus, & molestiis domesticis quotidie pressa inferiùs explicandis, ubi de ejus æqua-

æquanimitate, & constantiâ, spe ferè dixerim excidens tantâ tristitiâ affecta aliquando (E) fuit, ut & macie conficeretur, & jugi dolore caput ejus laboraret, quod advertentes Domestici, ejusque causâ deprehensâ liberaliùs cum illa deinceps egerunt, ut Sacrificio Missæ, Deique Verbo interesse posset, ad Sacram Eucharistiam accedere, & alia pietatis officia peragere. Sublimiorem Seraphim perfectionem Deo illustrante cognoverat, cùm aliquando orationi vacaret, quo factum fuit, ut ad ipsam assequendam, sicuti vota jugiter, sic nervos omnes dirigeret, hinc maximè dolebat, quòd adhuc domesticis distenta negocijs plura sibi obstare cognosceret expetitæ perfectioni assequendæ, paulò verò post Domino interiùs ad cor eam alloquente, certior (F) facta fuit, quòd eo temporis momento ipsam prorsus à voluptatibus quibusque distraheret, quod planè rei comprobavit eventus, nihil enim omninò præter Deum, atque Divina erat illi jucundum.

Charitas in Deũ.

Adeò quidem charitate hujusmodi flagrabat, ut diximus, vel ab ineunte ætate ut ipsam exteriùs etiam proferre quandoque cogeretur, cùm enim aliquid spirituale, & ad Deum conducens accipiebat, vultu protinus immutata rubore prorsus suffundebatur, & ignescebat invita quoque, aut minimè advertens. Interdum verò præ charitatis vehementiâ ita corde dolebat, ut ignito ferro transfixum sibi putaret, Confessario suo dicere proinde coacta se tanto dolori imparem (G) planè fuisse, nisi specialem Deus opem illi tulisset, eo verò ad æquanimitatem confortante, ac si quid levissimum esset hic dolor, reponebat, id percipere eum non posse, qui nunquam expertus id fuerit, ideoque tanquã levissimum habere; qui verò expertus id foret, quomodo res cedant, perciperet, in hujusmodi rerum eventibus dicere perpetuò solita, *Deo gratias*, acri urgente hyeme, tanquam vehementissimo interiùs concepto ardore commota, aquam diù bibere, etiam jejuna, perseverabat, quâ se recreatam dicebat, laceris vestibus ut plurimum induta, nuditati potius tuendæ, quàm frigori arcendo. Quasdam cordium imagines varijs modis, & hieroglyphicis delineatas, Divinum (H) amorem exprimentibus, dum sedulò contemplabatur, eodem amore se vehementer agi sentiebat, tanquam ratum habens, quòd Deus sibi cor subire vellet, ibíque inusitatum aliquid præstare, insuper addens, quòd sicuti ab adolescentiâ usque sensum quemcunque venereum sibi retuderat, ita modò sperabat, quòd à re quacunque creatâ se prorsus alienasset, ut sublimiorem Divini amoris perfectionem assequeretur; cæterùm eos minimè patiebatur, qui Deo simul, ac seculo famulari contendunt, & utrique adhærere, dicere solita *Zelotem esse Deum, & in dilectione, quâ illum complecti debemus, consortium renuentem.*

Singula quidem, eáque præclara virtutum (E) specimina, quæ in totâ vitæ suæ serie præstitit, à nobis singillatim recensenda, charitatis ejus in Deum excellentiam ostendunt, non enim nisi ab eximiâ, quâ flagrabat, charitate procedere poterant; quod autem præ cæteris ipsam ostendit, est, quòd ita excreverit, ut communes limites prætergressa, communibus quoque legibus ipsum diligendi duntaxat coarctari minimè potuerit; hinc dilectionis hujus præcepto Fidelibus omnibus communi votum adijcere decrevit, quâ quidem in re pluries de more Confessarium consuluit. Itaque in festo omnium Sanctorum orationi diluculo, prout ipsi familiare erat, incumbens, longè majori studio, quàm sibi licuerit, ut ad votum hoc emittendum magis idonea fieret, (F) ex Deo sibi interiùs loquente cognovit, sibi prius evacuandum penitus esse amorem sui, & humanum quemcunque, itidem damna speciali illustratione discernens ab hujusmodi amore prodeuntia; cognovit etiam Deum sibi adfuturum ad hunc sensum amoris retundendum, ac propterea ejus amorem tantùm expetere, è quo solùm animæ sanctitas procedit. His mirum in modum refecta, & ad opus ipsum suscipiendum excitata Ecclesiam S. Mariæ Novæ confestim petijt, ubi coram Augustissimo Eucharistiæ Sacramento humi provoluta vehementi quodam præter consuetudinem dolore criminum suorum affecta primùm fuit, deinde voto prædicto se Deo obstrinxit ipsum diligendi, subinde coram Bea- (G) tissimâ Virgine ipsum ratum habuit, interim hæc ad cor ipsi Deo loquente: *Ignoras ne, quid sibi velit votum amoris, ejusque perpetui? Amor esse debet constans, perpetuus, indeficiens, nullo unquam tempore, vel occasione quacunque separandus, longéque alius esse homo debet interior. Ex quo igitur votum amoris emisisti, si verè id egeris, ex operibus constabit, qui enim hoc præstitit, ita mundus esse debet corde, ut neque minimum quidem Deum offendere audeat, qui enim diligit, offendere minimè potest, si verò offendit, non diligit, propterea ejus attendenda sunt opera, qui votum aliquod emiserit*, & hisce similia quamplura adiecit Dominus, quibus enarrandis imparem se esse dicebat. Ut autem sibi securiùs servandum es- (H) set hoc votum, Sanctæ Mariæ Magdalenæ protegendum consecrare meditabatur, sed excitatam se sensit interiùs ad implorandum potiùs Divini Spiritûs præsidium. Solemnitatis hujus pervigilium absque ullo penitus cibo, quod pluries facere solebat, transegerat, ut voto huic emittendo magis disposita fieret, quo deinde emisso incredibili repleta est gaudio, ac si gloriosum retulisset triumphum, orationi deinceps, & exercendis virtutum actibus majori studio incumbens, utpote quæ se magis indigere videbat.

Emittit votum diligendi Deũ.

Plura Deo interiùs docente intellexit excellentiam Divini amoris spectantia; primùm quidem intellexit, quàm ardua res, &

plena

Plura ad hoc voti spectantia divinitus intelligit.

plena periculi sit, quòd duo sibi invicem adhærentes in spiritu voluptate quadam reciprocè etiam in spiritualibus fruuntur, se quoque ab humanis affectibus solutos censentes, mutuum fovent affectum, munuscula quædam sibi invicem conferendo, necessarium omninò esse percepit lumen superius ad voluptatis hujus originem assequendam, num scilicet humana sit, num Divina. Quòd si forte humana fuerit, neque tantùm Divina, eradicandam omninò esse, veluti cariem occultam, quæ substantiam integram spiritûs paulatim corrumpit. Quamobrem adhibendum ipsis studium omne est exactè purgandis affectibus, adeò quidem, ut nihil prorsus creatum, quantumlibet licitè amabile, voluptatis ejus in causâ sit, sed in Deo solùm sibi complaceant, cætera verò nihili fiant. Gravissima item percepit damna, quæ nobis ingerit amoris alieni desiderium, quem æquè ac proprium abnegare debemus. Hinc subdidit, quòd si fortè præ dotibus, quibus cæteroqui destitutam se esse credebat, hominibus placere putasset, hominum consortio penitus abdicato Eremum petere voluisset, ne quis vel unus ansam ex ipsâ abriperet Deo prorsus non adhærendi. Intellexit adhuc de Confessariis illis Deum maximè dolere, qui voluptates, & amorem hujusmodi in rebus etiam spiritualibus cum suis Alumnis mutuò fovent, quos proinde tanquam latrones habet, animas enim, & purum erga Deum amorem eripiunt, quo primùm illæ potiebantur. Alia demum, & quidem plurima, necnon sublimia intellexit erudiendis omnibus aptissima, qui diligere Deum affectant, ipsos potissimùm monendo, ut ab iis omninò caveant, quæ in diligendis Creaturis, quantumlibet Sanctis, non Deum præcisè, sed creatum aliquid sapiunt; Deus enim neminem secum compatitur, quem unà cum ipso diligamus; sed sicuti nobis unus ipse est satis, & præter ipsum neque unus est satis, ita & unus præ cæteris diligi petit.

Arctissimam hanc unionem cum Deo, nonnisi per amorem comparandam, quàmmaximè sitiens, alia adhuc vota emiserat. In primis enim 16. agens ætatis annum die 21. Decembris anno Domini 1610. speciali Divini Spiritûs impulsu commota, quin ullum exterius exhiberet indicium, eadem semper, quoad habitum corporis, quoad modum agendi, eâdemque ratione, ac antea cum omnibus semper procedens votum emiserat Virginitatis, totam se Deo tanquam Dilectissimo Sponso addicens, Confessario suo probante, qui eo temporis erat Joseph Mariana oriundus è Scotia Societatis Jesu Sacerdos vitæ sanctitate clarissimus, qui cæteroqui Puellæ, ejusque conditionis ignarus, quem ipsa Typherni tùc casu convenerat, postquam leviter eam increpuerat, quòd proprium Confessarium non adiisset, Divino impetu actus beneficia illi à Deo collata detexit, quo proinde studio

Votum Virginitatis emittit.

Deo adhærendum ipsi esse edocuit. Interiorem animi turbationem, gravissimam tristitiam, & capitis dolores adamussim indicavit, omnia tamen brevî dissipanda prædicens, quæ ex eo originem ducebant, quòd perplexa adhuc foret quoad votum Virginitatis emittendum, cujus jampridem desiderio tenebatur, quin etiam, ut ab initio dicebam, adhuc balbutiens illibatum servare decreverat, verebatur enim antea se non posse fidem servare, quod rusticis Puellis contingere vix licet Habitum Monasticum induere, præsertim verò, quòd ipsam speciali dilectione prosequebantur Parentes ob eximias ejus dotes, & jam desponsare statuerant, ipsa tamen puritatem Virgineam re quacunque pretiosiorem existimans magis semper ac magis ad emittendum hoc votum sese sentiebat illectam. Ipsi quoque prædixit Josephus, quòd aliquãdo Deus satis ei fecisset, integram in statu Virginali servasset, Religiosæ vitæ confessasset, nec alius ipsi, quàm Christus Jesus, Sponsus fuisset. Quibus acceptis longè majori erga Deum amore incensa, speciatim verò erga Sacratissimam Christi Domini Humanitatem, & Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum ineffabili affecta dulcedine, quæ, quandiu vixit, perseveravit, specialissimo munere deinceps libidinis incitamenta quæcunque vel minima nunquam sensit, æquè ac si carnem exuta immaterialis esset substantia; quod incredibilem illi, eamque sensibilem contulit voluptatem 4. annos permanentem.

Hanc igitur Puellam P. Josephus duos annos continuos, quandiù scilicet Typherni commoratus fuit (Sacram enim deinde Lauretanam Domum electus Pœnitentiarius adivit, ibique ad obitum usque sanctitate celebris permansit) dirigendam aggressus quoad studium virtutum, & spiritûs profectum erudiebat; singulis Hebdomadis sibi cædere bis corpus 30. ictibus præscripsit, bis quoque cilicium gestare, aliaque Religionis officia peragenda constituens, eò tandem deduxit, ut votum prædictum emitteret. Procedente verò tempore Habitu Tertij Ordinis nostri proximè induẽda, pront infra dicemus, vota adhuc emisit solẽnia paupertatis, & obedientiæ, quamvis ad hæc non teneantur, quæ Tertij Ordinis Habitum induunt. Præterea votum aliàs emisit servandi per singulas hebdomadas jejunium, quo die eo anno inciderat Annunciationis Deiparæ Festum. Item servandi jejunium feriâ 4., feriâ 6., & Sabbatho cujuslibet hebdomadæ; quadragesimam perpetuò servandi, jejunium singulis diebus, excepto Dominico, colendi; pecuniam sibi, suoque usui nullo modo tractandi, peccata quæcunque vel minima non committendi; denique præter id, quod modo recensui, diligendi Deum, excellentissimum illud Sanctæ Theresæ proprium votum emisit, quod, ut meliùs intelligatur, optimè consultum existimo totam hujus rei seriem explicare.

Plura alia vota emittit.

Itaque

Itaque specialis Sorori nostræ accessit Divini Spiritûs impulsus ad votum emittendum S. Theresæ peculiare, non modò peccata quæcunque, vel minima, & imperfectiones quascunque deliberatè declinandi, verùm etiam quidquid perfectiùs esse cognosceret præstandi. Pluries quidem ad hoc excitata Divinitùs fuit, cùm verò sibi aliquando suaderet, se post annum emissuram, vehementiùs iterum excitata id longè prius, ipsâque nocte fortasse proximè futurâ Nativitatis Dominicæ se præstituram putavit, ideò præfatæ Virgini Sanctæ magis addicta, admiranda ejus scripta, & gesta quàmdiligentissimè scrutabatur, ipsam pro virili imitandam aggressa. Eodem anno infra octavam Præsentationis Deiparæ coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento publicæ venerationi exposito humi provoluta, postquam Divinæ Mensæ accubuerat, sibi, ac spiritui suo omninò consulens hæc interiùs sibi dicta accepit: *Ad Sacram illam Nativitatis Dominicæ noctem celebrandam apparatu singulari te instruas, tunc enim Professionem emittes, eamque quacunque meliorem, quàm hactenus emiseris, eritque superiorum omnium perfectio.* Accepit etiam interiùs, quòd eadem futura esset Professio, quam celeberrimo adnexam voto jampridem emiserat Theresa. Votum hoc Sorori nostræ adeò curæ erat, ut quantumlibet de se humillimè sentiret, seque ad sanctum opus quodcunque, eòque magis ad sublimissimum hoc feliciter complendum imparem se crederet, ipsi tamen se obstringendam minimè verebatur, neque in hoc fraudem ullam subesse, ex eo potissimùm ducta, quòd quæcunque per augustissimum Eucharistiæ Sacramentum hactenus ei significata fuerant, adamussim evenerint. Confessarius interim renuebat, ne in re tanti momenti nimiâ celeritate procederet, cæteroqui minimè dubius de voluntate Domini, utpote Divinam in Sorore Mariâ œconomiam jampridem expertus. Hæc sanè constanter decreverat Confessarium de hac re non amplius consulere, sed ab ejus duntaxat directione pendere, quin aliud eidem deregeret. Verùm paucis diebus elapsis adeò vehementer commota divinitùs fuit, quæ aliàs commota perpetuò erat, ad votum hoc emittendum, quòd sibi præstandum proximo Pentecostes die, nec ulteriùs differendum videbatur, ut temperare sibi minimè potuerit, quin illi novos hujusmodi aperiret impulsus, ideoque rem hanc, ejusque momenta ei penitus expendenda permitteret, sentire tamen interiùs sibi pœnas imminere videbatur, si in prædictis solemnijs ipsum non præstitisset. Itaque Thomas Mariæ non adhuc annuens severè potiùs cum ipsâ per Literas agebat, opus id esse monens nonnisi perfectissimis faciendum, ipsam verò ne perfectionis quidem assecutam fuisse nomen, quod pariter ratum habuit Thomæ subrogatus, arduitatem voti eidem ob oculos ponens, quod viris sanctitate præstantibus peculiare esset, neque ejus generis fœmellæ commune, hinc rubore suffusa curâ prorsus se abdicavit ipsum emittendi Maria, ac reipsa nonnisi elapso inde biennio ipsum emisit, tametsi divinitùs jugiter ad id excitata fuisset. Elapso verò biennio re ipsâ longè maturiùs expensâ Mariæ votis annuit Thomas, quod cùm ipsa accessisset hilaris, & alacris enixè petijt, quod scripto commendaretur quidquid votum illud complectebatur, adamussim excerptum ex narratione gestorum S. Matris Theresæ ijsdem verbis adhibitis. Quod pariter factum est quoad alterum votum ab eâdem Theresâ emissum, in singulis nimirum actibus ab obedientiâ prorsus pendendi. Post hæc divinitùs intellexit Maria aliquid aliud, & quidem gravissimum addendum superesse, ideoque inquirendum adhuc dicebat, cùm autem ingenti quoque curâ adhibitâ in operibus D. Theresæ ad rem hanc pertinentibus nil aliud deprehenderetur, iterum enixè petiit, quòd iterum eadem opera scrutaretur, se enim interiùs accepisse, quòd aliquid adhuc supererat, quemadmodum reipsa fuit; deprehenderunt enim, quòd ad perfectiorem voti prioris observantiam tertium aliud votum emiserat Theresa, seipsam videlicet, suique cordis penetralia claritate, & sinceritate majori, quàm fieri posset, Superioribus, & Confessarijs exponendi; quibus acceptis quievit omninò Maria, adiecit tamen huic voto obstringere se non posse, donec pleniùs tertium hoc assequeretur. Quoniam verò characteres scripto exaratos legere non noverat, ea typis tradenda postulavit, ut eadem præ manibus quotidie habens legere frequentissimè posset, activitati memoriæ alioqui præstanti in re tanti momenti se minimè credens, quod quidem absque ullâ morâ perfectum fuit. Hæc autem ad uberiorem Lectoris eruditionem, & voluptatem ex italico idiomate Mariæ proposito ad latinum conversa hic apponenda existimavi.

Unusquisque Religiosæ vitæ addictus ad sublimem quamcunque perfectionem aspirare debet, cùm ipsi ad hanc consequendam præsto sit Deus Dominus noster, cui operi plurimùm conducet ob oculos sibi obijcere S. Matris Theresæ singulare exemplar, quæ voto se obstrinxit in manibus sui Superioris peccatum neque Veniale, neque imperfectionem sibi compertam deliberatè committere, sed summo studio faciendum curare quidquid perfectius, Divinæ voluntati, & gloriæ conformius esset, ad amovendas verò anxietates, quascunque perplexitates, ac dubietates consilium ejus fuit se tantùm obstringere in rebus gravioribus, & alicujus momenti, quamobrem nihil prorsus omisit, quod perfectiùs, & Deo magis acceptum esse intelligeret, quamvis subeunda ideo ipsi forent incommoda, vitaque ipsa cum sanguine profundenda, adeò ut sibi servandam statuerit voluntatem, & gloriam Dei non quomodolibet, sed prout id gloriæ,

S. Theresam imitandam aggreditur

E F G H

et

et voluntati prædictæ conformius esse intelligeret. In quo virtutem suam necessitati inservire contendit, ut inde summa suis operibus accederet perfectio, quod fieri non posse ab aliquo compertum est, nisi perfectione spiritûs excellat, nec exactè impleri, nisi plurimum opis nobis conferat Deus, insignis enim ad hoc requiritur à rebus quibusque creatis alienatio, studium ingens Deo placendi, eximia spes, sanctum ejus timorem, munditiem propriæ conscientiæ, ac propriarum passionum dominium plusquam humanum assequendi. Prædictum votum emisit maturo consilio, prudentiæ deliberatione, obtentâ quoque P. Generalis, & Confessarij sui veniâ, quod etiamsi simplex videatur promissio, quædam tamen est determinatio, quæ sublimiorem, & excellentiorem perfectionem Christianam complectitur; neque quid unum est, & facillimè faciendum, sed plurium difficultatum congeries, complectitur enim obligationem id omne semper præstandi, quod in lege suâ præcipit Deus, quidquid in Regulâ, & Constitutionibus ejus sapientia disponit, eáque omnia opere implendi, quæ suggerit ratio, justitia constituit, fortitudo exposcit, temperantia, prudentia, aliæque omnes virtutes præscribunt, & statuunt; ea demum propriæ cujusque voluptatis abnegatio, ut uni Deo placeamus. Ut autem absque ullâ anxietate votum hoc adimpleret, aliud ipsi superaddidit, in singulis nimirum operibus ab obedientiâ pendendi, nec quidquam sine ipsâ præstandi, ut ipsius beneficio compertum id ei foret, quod voluntati Divinæ conformius esset. Insuper, ut ejus Prælati, & Confessarij id meliùs assequi possent, ac divinitùs magis illustrari ad rerum veritatem discernendam tertium aliud votum emisit, seipsam videlicet, suique cordis penetralia Prælatis, & Confessarijs suis memoratis manifestandi, claritate longè majori, quàm fieri posset, eâque ratione perfectiùs primum votum implendi. Quæ quidem omnia ad mortem usque egregiè servavit, & adimplevit, eximio suffulta, quo in Jesum Christum flagrabat, amore, cui ex Apostolo omnia possibilia, & facilia sunt, cùm ita prudenter spiritûe, & sapientiæ cœlestis ope triticum à paleâ, à fructibus folia, ab accidentibus substantia discernantur.

Documenta S. Theresæ quoad perfectionem.

Pluries quidem, ut diximus, ad votum hoc excellentissimum emittendum excitata divinitùs fuit, & ad preces Deo specialiter fundendas pro tantâ gratiâ consequendâ, insuper sentiens sibi Deum in hac re specialiter adesse. Die quadam D. Joanni Baptistæ sacrâ, dum orationi vacabat diluculo, Christum Dominum sibi hæc disertè dicentem audire sibi visa fuit, quòd scilicet, si quod ipsi licuerat præstitisset, utique votum illud emisisset, & sicuti ad prædestinationem complendam habenda sunt opera, sine quibus non prædestinat Deus, ita & in re propositâ ei contigisset, quod si sibi non defuisset, id procul dubio aliquando emisisset. Hisce verò similia frequentissimè sensit. Excitata potissimùm interiùs de more fuit sacram Ædem Lauretanam, quam aliàs adierat, iterum invisere, visaque sibi intelligere, quòd ubi Dominus nostram induit mortalitatem, se ipsam omnino exuere deberet. Eam deinde Confessarius etiam Thomas monuerat, se quoque excitatum interiùs fuisse ad votum hoc approbandum, quod proinde in Sacrâ eâdem Domo emittere decrevit Festo quodam B. Virginis recurrente. Benevolorum consilio ad sacram Domum prædictam curru vehenda erat unà cum alijs religioni, ac pietati addictis Soror nostra Maria (hoc ei nomen impositum fuit, cùm Habitum Tertij Ordinis induit) quod tamen non contigit, Divinâ quoad hoc voluntate satis abundè compertâ, siquidem id commodi, neque Perusii, neque Fulginei diligentiâ quacunque adhibitâ comparare licuit, præterea ægritudine detenta fuit nobilis quædam Mulier Mariæ dirigendæ decreta, aliáque non pauca evenere, quæ proposito huic consilio obstabant, ex quibus innotuit, quòd sola potiùs juxta Dei placitum, quam tantâ comitante catervâ eò migrare debebat, quò reipsa migravit unà cum Muliere sibi familiari, suæque curæ domesticæ præposita, quibus aderat Thomas, ut earum opportunitatibus consuleret. Obstacula prædicta in causâ quidem fuere, quòd votum hoc apud sacram Ædem Lauretanam emittere non potuerit in Festo Nativitatis Deiparæ, quo sanè quàmlibentissimè emisisset, ipsâ tamen die, cùm adhuc Perusij degeret, divinitùs intellexit, seque sensit obstrictam interiùs, ut fidem Deo daret ipsum saltem emittendi octavâ ejusdem Festi die, quæ eo anno Sabbathum erat, quam fidem reipsa dedit coram Venerabili Eucharistiæ Sacramento in Ecclesiâ Cathedrali, & sanctam habuit octavâ die memoratâ.

S. Domũ Laurett. petit.

Cùm Lauretum pervenisset, conclusâ undequaque lecticâ, cujus ope iter habuerat, quod ferè semper in itinere præstitit, & una cum Sociâ Deiparæ Rosarium vicissim recitaret, Civitatis Portam ingressa, quartum è Doloriferis contemplata Mysterium, dè Christo nimirum Crucem deferente, sibi super humeros imponi Sanctissimam ejus Crucem persensit. Sacram illam Basilicam subeuntes ter genua flexæ supremam Domini Majestatem brevi temporis spatio, sed eximia charitate flagrantes adorarunt; primò quidem in ingressu Basilicæ, secundò in medio, tertiò demum ante gradus Altaris juxta Sacram Ædẽ positi. Statim verò, ac Sacram Domum subiit Maria, Deum ibidem quasi obvium visa sibi fuit habere; gratiæ huic eximiæ conferendæ paratum æquè ac, prout illa narrabat, ex amicis alter alterum ad se Domi suæ vocatum expectare solet anxius, qui Mariæ nil aliud, quàm Crucem proponebat, interius dicens: *Hic planè Crucem obvijs ulnis amplexus jampridem fui, Crucem praelegi, Patrem, & gloriam studio Crucis reliqui.* Post hæc sacra

Christi Crucem super humeros sibi imponi sentit.

Obvium sibi videtur habere Deum.

cra primùm Ædes, deinde Basilica claudenda Ministris erat. Mulieres nostræ, unà cum alijs dimissæ, reliquis hospitium sibi paratum petentibus, Thomâ ductore destitutæ, qui Pœnitentiarios adierat ob domestica quædam negocia, neque ipsas, nisi post crepusculum noctis, convènit, mirâ anxietate tenebantur, utpote quò se reciperent ignaræ. Interim verò Maria eò angustæ sibi esse videbatur, quò redactam legimus Beatissimam Virginem, ubi Filium Jerosolymis amissum lugebat, accedente præsertim ariditate spiritûs gravissimâ, quâ totam noctem affecta misserimè fuit, quæque perseverante proximè sequente mane memoratum votum emisit, quo vix emisso recessit prorsus ariditas, & affluentia dulcedinis successit ab eodem Thomâ prædicta. Antequam verò ipsum emitteret, quantumlibet arida foret, ac desolata, vehementer interiùs commota temperare sibi non poterat, quin illud emitteret. His ita completis Perusium reversura iisdem comitantibus, ejusdem Lecticæ commodo iter suscepit Maria, quæ luculenter agnovit usum Lecticæ præ curru longè meliorem fuisse, ita enim conclusa orationi vacare jugiter potuit, cœlestibus superfusa sen per delicijs, ac veluti extra se rapta, quin al quid per viam adverteret, curis omnibus, anxietate, ac tædio soluta, quasi per Angelorum manus elata, magno huic operi incessanter addicta, vix corporis gravedinem sentiens, & munificentissimam in omnibus Dei providentiam experta, tum præ singulari Thomæ vigilantiâ, tum præ eximiâ nonnullorum charitate, qui sponte commodum præfatum itineri habendo obtulerunt. Perusium rediit tantâ dulcedine, tantòque gaudio affecta, ut nihil sibi deesse videretur, quinetiam Fulginei de confulendâ Ven. Matre Sorore Paulâ de S. Ursulâ Sanctitatis opinione percelebri solicita ullatenus fuerit, quamvis illius Cœnobij Moniales summopere ipsam expeterent, sibique plurimum deliciarum cœlestium ex consuetudine prædictæ Matris accessurum sperarer, ob singularem ejus sanctitatem satis omnibus compertam, suavitates autem, & beneficia hujusmodi superna, quibus cumulata modò fuerat, sex circiter menses sensibiliter ipsi adhæsere. Postmodum adeò menti ejus insederat Incarnationis Dominicæ mysterium, ut nominari vix posset, quin vehementer interiùs commoveretur. Sacram etiam Domum Lauretanam pluries in die quandiu vixit spiritualiter invisebat, pluribus jugiter affecta favoribus, in memoriam potissimùm revocans votum præfatum, quod licèt emisisse sibi valde gratularetur, nihilominus propriam humilitatem expendens anxia quandoque erat. Verùm ipsam interiùs de more alioquens Deus bono animo esse jussit, ipsi semper præstò futurus. Etsi verò non pauca subierit incommoda pro exactâ votorum omnium hujusmodi observantiâ, charitate tamen insignis,

E quam nec flumina obruere potuere, nedum ab emissis votis se minimè exsolvit, verùm etiam, ut eadem exactiùs servaret, è somno evigilans quotidie singula protinus recolebat, & innovabat vota, B. Virginis, atque Sanctorum præsidio sese commendans, quod ab initio usque imploraret. Prætereà signa quædam apud se retinebat, quæ absque ullo negocio ipsam ad vota servanda excitarent. Annulum argenteum scilicet in dexterâ, quo contigerat annulum B. Virginis, qui Perusii summâ veneratione colitur, ad excitandam memoriam votorum solemnium Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis. Annulum pariter argenteum in sinistra, cui loco gemmæ inserta erat parvula Christi Domini Cruci affixi Imago ad votum amoris recolendum, in bra-

Innovat quotidie vota, & quibusdam signis ad ea servanda se excitat.

F chio sinistro catenulam ex aurichalco ad voti memoriam renovandam de peccatis non cōmittendis; collo adhærentem catenam pariter ex Aurichalco, è quâ pendula erat parvula quædam custodia cum quibusdam D. Teresæ Reliquiis ad excitandam memoriam maximè ardui voti modò memorati, seque specialem B. Virginis Ancillam profitendi.

Quoniam probatio dilectionis ex D. Gregorio exhibitio est operis, Soror nostra Maria, quæ tanto Deum prosequebatur amore, utique operari, & quidem magna non destitit, Deique voluntatem undequaque complere, hinc ad utrumque parata, sicut in reliquis omnibus virtutibus, ita, & quidem maximè in obedientiâ excelluit, quam & Dei legibus,

G & ejus vices gerentium perfectissimè exhibuit in rebus etiam summopere arduis, quoties nimirùm ipsam probandam suscepere Confessarij. P. Christophoro ex Ecclesiâ novâ Typherni Confessario suo jubente, immobilis, & recta sepulcris quibusdam aliquando institit in medio Cathedralis Ecclesiæ positis in magnâ populorum frequentiâ oculis demissis, & manibus super pectus cancellatis per aliquod temporis spatium. In eâdem pariter Ecclesiâ, eâdemque frequentiâ singulas alias pulsavit campanulas, quæ singulis Altaribus adhærent. Prætereà in Ecclesiâ D. Petro dicatâ, ubi degebat Christophorus, plurimis spectantibus singulas tabulas pavimento superpositas, & quidem plures, formatâ Crucis figurâ hilari animo lingere non dubitavit,

Obedientia.

H sicut & alia hujus generis non pauca præstitit, prout è re esse censebant Confessarij plures, qui successivè eam dirigebant, nimirum P. Christophorus prædictus, P. Joseph Mariana superiùs memoratus, P M. Thomas Angelini Servita, & quicunque è nostris Perusij potissimùm Thomæ absentis vices in re propositâ gerebant. Hic autem opportunum existimo paucis exponere, unde Confessarios commutare Soror nostra debuerit, ac Thomam præ cæteris eligere, à quo nunquam deinceps recessit. Concionatorem in Ecclesiâ S. Mariæ Gratiarum Ordinis nostri Typherni Thomam fortè audiens, Famula Dei extraordi-

ordinario spiritu commota repente exinde fuit, ac disertè intellexit, quòd illi se dirigendam tradere juxta Dei placitum deberet. Quamobrem cùm Thomas unà cnm Discipulis Ordinis nostri Alumnis (erat enim ibi studiorum Præfectus) recreationis ergo Bonlportum statutis diebus identidem adiret (prædium nimirùm ad eorum Cœnobium pertinens, qnod Famula Dei, ejusque Domestici operabantur) ipsa plerunque humilis quidem specie, sed elegans Thomam conveniens de rebus cœlestibus collationes instituere nitebatur, arcana sui cordis pro opportunitate ipsi aperiebat, nec ipsum deserere poterat, quem sibi à Domino datum cognoverat, quo duce Mundi Ægyptum evadere, terramque promissam Religionis subire liceret; quod longè meliùs accepit, cùm in pervigilio D. Philippi Benitij sacramentalem Confessionem paulò post apud ipsum emisit. Hoc enim de rebus cœlestibus, ijsque sublimioribus, nonnisi divinitùs cum ipsâ disserente, hæc statim longè majus persensit Divini amoris incendium, ac longè majorem Divinæ gratiæ communicationem; contra verò Thomas ejus virtutem, & in eâ Divini Spiritus munera admiratus se illi à Confessionibus esse, eamque in viâ Domini dirigere pollicebatur. Abnuit Maria eleganti quidem ratione, quatenus Thomas adhuc juvenis erat, ipsamque 13. annos continuos erudierat prædictus Christophorus probatæ virtutis Vir. Cùm autem divinitùs commota iterum fuisset, Thomam iterum adijt, à quo consortata magis in Spiritu Deo obedire decrevit, ipsumque sibi in Confessarium assumere, animo licèt ob expositas rationes reluctante. Christophoro statim summâ ingenuitate consilium hoc significavit, humillimè ab ipso petens, ut per eum sibi liceret Thomæ deinceps se dirigendam tradere. Christophorus è contrario probè tenens, quomodo cum illâ se gereret Deus, & summam ejus ingenuitatem, quin rem ipsam ulteriùs, ejusqoe rationes expenderet, consilium probavit, non modò ipsi per se licere subdens, sed etiam præcipiens benedictione illi collatâ testatus, quòd cùm ei dirigendæ parem se ampliùs non esse cognovisset Dens, aptiorem alium suffecerat, à cujus nutu proinde penderet, quibus acceptis Thomas, & Christophori virtutem insignem admiratus est, & voluntatem Divinam in hac re adeò feliciter completâ deprehendit.

Obedientia.

Thomam igitur colendum suscepit Soror nostra, à quo deinceps, uti videbimus, non mediocre ipsi emolumentum accessit, quod & ab aliis mirum in modum semper accesserat, quos sibi à Deo traditos divinitus cognoverat. Duos annos Thomæ adhæserat Maria, qui planè profectûs ejus studiosissimus aptissima semper ei præbuit consilia, quorum beneficio plurimum gratiæ sibi à Deo collatum fuisse Maria ipsa proximè moritura testata postea fuit, sibique omnia exactè juxta vaticinium Thomæ contigisse, quod planè testimonium divinitus inspiratum Thomam maximè commendat, quem reverà Virum Apostolicnm, eximijs dotibus præditum, doctrinâ præstantem, & virtutibus clarissimom, non modò Servitæ, verùm etiam Magnates quamplures, ac Viri Principes venerabantur. Postquam verò Typherni Sorori nostræ dirigendæ diu præfuerat Thomas, Perusium transmigrare debuit, utpote ibidem studiorum Regimini prælatus, non ideo tamen ab eâ dirigendâ recesserat, tum quia plura, eaque salutaria monita, antequam Typherno discederet, ei reliquerat, tum quia tenoris ejusdem Epistolas, prout rei opportunitas ferebat, ad ipsam identidem mittebat. Interim Confessarius recèns electus de tantâ Sororis nostræ solitudine, de quâ alibi dicendum, aliter sentiens ac Thomas, exercendæ charitatis specie sæpius ipsam huc, & illnc adire probabat, quinetiam ad eleemosynas ostiatim quæritandas ipsam aliquando miserat quibusdam Solemnijs celebrandis designatas, quod sanè præstitit Famula Dei, licèt animo reluctante, quippe quæ Thomæ adhuc obedientiam exhibendam esse censebat, à quo Cõfessarius hic amovere contendebat. Cùm autem id accepisset Thomas sanctirati Snroris opportunè consulere volens, Angelo Mariæ Berardio Ordinis Servorum Generali, qui eo temporis commorabatur Perusij, mandante, qui pariter conditionem noverat Sororis, ipsam Perusium vocavit apud nobilem quandam Mulierem excipiendam, nbi omnibus incognita Deo liberè posset vacare. Ne verò hæc transmigratio tumultûs excitaret Typherni, aliàs proculdubio excitandos, si hæc innotuisset, secretò ipsi præcepit per Literas, ut se Perusium statim transferret nullâ interpositâ morâ, quin ei transmigrationis hujus causam aperiret. Qnod profectò humillima Soror hac virtute obedientiæ præstantissima implevit, vix enim ad Vesperam de bac re præmonita, quæcunque magis sibi expedire videbantur adornans, longè antequam illucesceret dies Typherno discessit die 17. Januarij anno 1641. unà cum altero è Fratribua tantùm, cui nomen Bartholomæus, reliquis omnibns inconsultis equitando, quod planè iter habendi genus grave ei nimis fuit, quæ usum non habebat, accedente præsertim incommodo, quod ex vehementi frigore, & ex ingenri nivium copiâ jugiter decidentium originem ducebat. Cæterùm Famula Dei Abraham fermè æmulata, ut obedientiam impleret, exijt de terrâ suâ, & de cognatione suâ, solicitudinem omnem exuta, & in summâ animi tranquillitate, quamvis enim quid sibi futurum esset in specie ignoraret, diù tamen se permansuram non esse Typherni divinitùs antea noverat, ac Divinæ Providẽtiæ innixa nihil adversum verebatur. Nam Thomas postquam decreverat transferendam Perusium esse Mariam, banc per Literas mo-

Perusiũ se transfert.

nuerar piurimùm ſibi Deo, arque Divinis vacandum, neque perpetuò apud Typhernares domicilium ſibi ſururum, adeóque volunratis Divinæ conformitati ſibi undequaque ſtudendum, quod longè meliùs aſſequuta fuiſſet beneficio orationis, cui proinde operam dare non detrectarer. Utique ex hoc ſcribendi genere adeò perplexo, & obſcuro cognoſcere naturaliter non potuit, quod ſibi futurum in ſpecie foret Maria, verùm Deo proiſus, ut diximus, innixa, orationi indulgens (mirabile dictu!) confeſtim intellexit ſibi Peruſium tranſmigrandum, idque per Thomæ Literas ſignificari, quod reipſa contigit 15. diebus exactis. Peruſium ergo die prædictâ 17. Januarij pervénit Maria ex itinere, ut diximus, haud mediocriter ſarigata, ſtatimque domum perducta fuit ſibi pararam apud Viduam quandam pietate, & charitate præſtantem, ibique 20. Menſes commorata, aliò deinde tranſmigravit, obedientiæ merito ducta, ubi ſupremum, uti dicemus, feliciter obijt diem.

Divinitus intellexerat ſe transferendã Peruſiũ.

Obedientia.

Confeſſarium Thomam quandoque abſenrem per literas aliorum ope, ipsâ dictante exaratas, certiorem jugiter faciebat de rebus omnibus interiorem animi ſtatum ſpectantibus, & ſupernis impulſibus ei quotidie illatis, quippe quæ obedientiæ omninò innixa, ſummâ ingenuitate, prudentiâ, & ſimplicitate, tum voce, tum ſcripro cum eodem ſemper proceſſit; hinc plurima novimus ejuſmodi, quæ cæteroqui latuiſſent, ſicuti plurima reipſa latuere. ſivè minimè notata, ſive quantumlibet notata perierint, etenim humilitati ſtudens, ac modeſtiæ, nonniſi obedientiæ virtute, & vehementi quodam, inuſitatoque Divini Spiritus impulſu coacta, hujus generis arcana aperiebat. Ab eodem pariter Confeſſario, ſive abſente, ſive præſente, ſeù voce, ſeu per Literas omnino pendebat, maximè verò in jis, quæ ipſi præſtanda erant, tum ut ſe meliùs diſponeret ad celebranda Chriſti Domini, B. Virginis Mariæ, Sanctorumque ſuorum Tutelarium Solemnia, tum in aliis quibuſque rerum eventibus. Definita quoque excipiebat mortificationum genera, quas ipſa petierat, eâ quidem animi ſuavitate, ut cùm pluries ſibi legendas Literas Confeſsarij curaſſet, per conſequentes annos etiam in occurrentibus Solemnijs, eorum exacte recordaretur, & hilari animo compleret ea omnia, non tanquam ab hominibus, ſed tanquam à Deo accepta exiſtimans.

Itaque obvium cuique erit intelligere, quonam ſtudio ea potiſſimùm proſequura fuerit Maria, quæ ad virtutem Religionis, Deique cultum pertinere videntur. Adhuc parvula, ut diximus, & domeſticis præpoſita curis, ſingula eâ ſedulitate diſponebat, (amorem enim ingenio præſtare quis neget?) ut & charitati erga Domeſticos non deeſset, & quæcunque pietatis officia diligenter impleret, nec labori parcens, nec incommodo, cui etiam Deus admirabilia patrando adeſse ſole-

Religio

bat. Diebus feſtis, cùm reliqui Domeſtici

E Miſsæ interfuturi Templum adirent, ipſa Domi manebat eorum neceſſitatibus conſulendo, donec Domum illi redirent, quorum profectò mora gravis illi admodum erat præ inſigni deſiderio, quo erga res ſacras tenebatur. Ipſis verò redeuntibus protinus illa motu celerrima, moræ impatiens, nuda plerunque pedes, ſimplici panno capiti impoſito, ac proinde pluribus incommodis obnoxia, anxia præ timore, ne Sacrificij Miſsæ, & Sacramentorum copia ſuppeteret, quæ tamen, ut ei conſerrent Presbyteri quicunque, tum Societatis Jeſu, tum Eccleſiæ novæ, utpote ejus vororum conſcij, necnon dilationis cauſam aſsequuti, eximiâ charitate ipſam expectabant, quandoque verò ex ipsâ menſâ ſur-

F gebant. Die 3. Februarij, quæ eo anno Dominica fuit, præ ingenti nivium copiâ deterritis omnibus, qui ad Eccleſiam procedebant, ut Miſſæ intereſsent, ac proinde Domum repetentibus, noſtra ſolùm Puella cæteris recedentibus non receſſit, altera ferè Magdalena, & amoris incendio acta nives ſuperavit, ſibique viam non ſine magnâ vi ad Eccleſiam ſtravit. Aliâ pariter die ad Eccleſiam procedens, Torrentem nomine *Rivum ſiccum*, qui aquarum alluvionibus adeò excreverat, ut & equis ipſis inſuperabilis eſset, mirum in modum ſolicita ſuperare voluiſset, verùm nec unum quidem præ manibus habens, qui opem ad hoc ipſi ferre vellet, Cognatum quendam, cui Mulæ commodum erat, ingeminatis pre-

Religionis cultus.

G cibus aliquandiu reluctantem, eò tandem deflexit, ut illius jumenti beneficio, non abſque ſingulari Dei Providentia feliciter transferret. Ad hæc cùm die quadam perſolutis in Eccleſiâ conſuetis pietatis operibus è Civitate Domum repeteret, torrentem eundem aquis undequaque exundantem ſuperare non poſſet, metu quocumque ſuperior tabulata quædam advertens Viatorum commodo aquæ fluenti ſuperpoſita eadem percurrere, & quidem celerrimè non dubitavit, Domeſticorum ſuorum utilitatem potiùs, quàm imminens diſcrimen præ oculis habens ſe, ſuaque Altiſſimo commendans. Cùm verò propè finem torrentis deveniſſet, gurges admodum latus, & altus ſuperandus illi ſupererat, cui ſuper-

H poſita non erant tabulata, & aquæ fluenta in præceps ferri vidiſſet, ſeipsâ quidem fortior, & viribus naturæ ſuperior, utpote Divinæ gratiæ ſpeciali ſuffulta præſidio gurgitem inſolito ſaltu tranſiliens ad ripam feliciter appulit.

Ætate poſtmodum proficiens æquè ac ſapientiâ cœleſti plura excogitavit genera cultus Deo exhibendi, ſive quoad auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſive quoad Chriſti Domini Paſſionem, orationi proinde, ac ſolitudini plurimùm indulgendo, de quibus ſingillatim agendum. Quo animi ardore Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum proſequeretur Famula Dei è ſingulari ſtudio conſtat,

flat, quo semper, vel adhuc adolescentula ejusdem participem se fieri contendebat, ut incommoda quæque subire non vereretur, quoties infirmitate quadam laborabat, vel aliud obstaculum erat, dummodo Eucharistico pane non fraudaretur, summo proinde affecta dolore, quoties obedientiæ virtute, vel aliâ quacumque de causâ eodem destitui cogeretur, quo deinde refecta præ gaudio exilire, tanquam phrenetica videbatur, speciatim verò cum novissimis decem vitæ suæ annis Divinæ Mensæ singulis diebus accumbere ei licuit, interioribus animi motibus compositis, sui juris, necnon affectibus, & rebus seculi quibusque, ac seipsâ superior, etsi præ summâ sui humilitate percipere satis non posset, quanam ratione ad ipsum accedere ei liceret, Divinam Clementiam admirata, quæ in hoc Sacramento erga nos miseros amoris sui divitias velut effudit: Populi frequentiam, & Urbis tumultus quammaximè exhortens, Ecclesias tamen adire non detrectabat, ibique Sacra peragere erat illi in deliciis; easque plerunque subibat, nullo penitus ductore, ubi vel sacra habebatur concio, vel Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ venerationi expositum erat, quin hoc illi antea innotuisset, utique nonnisi Divino Spiritu ducta, votis ejus obsecundante. Hinc maximè lætabatur, cùm Exercitijs spiritualibus vacabat, uti dicemus deinceps, quia cellulam Ecclesiæ contiguam, ac proinde Augustissimi Eucharistiæ Sacramenti præsentiam, quod ab Infantiâ usque cupierat, assequi tandem aliquando potuisset, é quâ ineffabilem dulcedinē hauriebat. Varijs utique artibus nitebatur eam Diabolus, ab Ecclesiæ, Sacramentorumque frequentiâ divertere, ei enim Ecclesiâ adeunti obvius aliquando, deformis hominis speciem, horrendâ cæsarie indutus, duplici baculo sibi in humeros imposito ipsam lateri proximus insequebatur, magno proinde terrore perculsam, donec baculos prædictos prævalido impetu in eam, sed incassum iniecit. Hujusmodi tamen Dæmonis conatibus minimè succumbens Famula Dei adhuc puella, sed exinde gloriosior evadens majori semper studio Divina prosequebatur, anxia quotidie de Sacrâ Eucharistiâ percipiendâ, quamobrem ad meridiem usque jejunium invicta servabat; licèt plurimum ipsi & consuetudo Rusticorum, qui pluries in die comedere solent, & domesticorum impulsus obstarent, spe jugiter freta, quod in proximis Ecclesijs celebrandum esset Sacrificium, quod cùm è sonitu Campanarum cognosceret, æquè ac si Paradisi januas reseratas videret, incredibili perfusa gaudio eò protinus celerrimè adibat, reliquis omnibus omissis, & cœlesti pabulo reficiebatur, ex quo planè constabat Deo maximè curæ esse Puellæ votis in hac re potissimùm satis, superque facere. Hinc etiâ quadam ferâ Mensis Martij consuetis distenta Domi negocijs, cùm ad

Devotio erga SS. Euchariſtiam, & Missæ Sacrificium.

Devotio erga Sanctissimam Euchariſtiam.

A Ecclesiam B. Virgini vulgò *del Combarbio* nuncupatam apud Typhernum, per duo millaria distantem pervenire non potuisset, antequam Sacerdos Hostiam consecrasset, neque Particula consecranda Sacerdoti proinde apposita pro ipsâ fuisset, nec alia ratione Eucharistiam sumere liceret, maximè dolebat, quippe quæ optatissimo Sacramento eo die se destituram putabat, Deus verò præstò ei fuit Sacerdotem interiùs monens, qui fortè eam advenientem viderat, ejusque votorum conscius erat, ut fragmenta Hostiæ consecratæ, quamvis non requisitus, illi spontè offerret. Quod sanè eo majori gaudio excepit Puella, quo minori spe ipsum assequendi tenebatur; Dei liberalitatem admirata, vota supplicum excedentem. Siquando per noctem morbo

B quodam laboraret, è quo febris accederet, hæc omnia dissimulabat, ne ab accessu Ecclesiæ detineretur, adeoque de more surgens Ecclesiam adibat, & omninò plerunque incolumis per viam evadebat, utpote vehementi desiderio Eucharistiæ accipiendæ incensa, non enim idem illi fiebat, si domestica tantùm peragenda suscepisset. Id pariter contigit, cum sacrum Alverniæ Montem invisere statuisset, vix enim iter susceperat, cùm repentè gravis illa febris prorsus evanuit, quâ totam noctem proximè præcedentem laboraverat, & sacrum illum Montem feliciter conscendit. Imminente pariter aliàs Quadragesimæ termino, altero è genubus malè affecto, ideoque immobiliter lecto adhærere coacta,

C cum ad Dominicam Resurrectionis pervenisset, singulari amoris impetu acta, & Eucharistiæ percipiendæ summo desiderio incensa, cum sibi suadere non posset, sibi carnes in cibum adhibendas, nisi prius cœlesti cibo refecta, Domestic s suos adeo urgere non destitit, ut ab ejus Importunitate victi immobilem equo imposuerint, & ad Ecclesiam non sine gravi ejus pœnâ deduxerint, quam tamen ipsa nihili faciens Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis refecta Domum hilaris repetere potuit, ac brevi convaluit. Etsi verò hoc animi ardore ad opera Pietatis obeunda propenderet, aliqua tamen ex ijs, si necessitas id poposcisset, omittere parata, quoties ea, prout par erat, præstare non posset, quod pari-

D ter legimus D. Hieronymo familiare fuisse, cui satius esse videbatur unicum Psalmum debitâ pietate recitare, quàm integrum Psalterium cum nauseâ.

Accedit, adeò compertum omnibus fuisse, quo animi ardore Famula Dei Sacram Eucharistiam expeteret, ut Ecclesiam adeunte, ac silenti leges exactissimè servante, adeoque nec Sacram Eucharistiam quidem postulante, quam cæteroqui summopere expetebat, pij quidam Homines indole ejus perspectâ, & consuetudine ipsi familiari sacram Eucharistiam quotidie percipiendi, cùm ætate gravior Perusij degeret, ut hæc ipsi ministraretur sponte perebant. Viribus aliquando post diuti-

diurinam infirmitatem instauratis è iecto surgere non distulit, E studio præsertim affecta Ecclesiam adeundi, ut ibi Sacrificio Missæ interesse, Mensæque Divinæ accumbere posset, piuries testata, quòd non ea alio capire præsens vita in desiderio ipsi fuerit, quàm ex eo quod è vivis excedens Christum Jesum sub specie Sacramenrali excipere reipsa ore, & corde non potuisset, quo munere seculum hoc maaimo habebat in prerio, quem aliàs Dæmonum pot ùs Domicilium habebat, qui unà cum cæreris hostibus, sibi invicem fæderaris, Mundo nimirum, & Carne, perdendis æternùm hominibus Insidias moliri non cessant. Hinc 14 adhuc diebus eaactis, quãtumlibet viribus fracta temperare sibi nou potoir, quin Ecclesiam adirer, ideoque duabus F Fœminis hinc inde innixa Cathedralem Perusij, utpote viciniorem Ecclesiam petijt, sicuri Cervus ad fontes aquarum desiderans, ubi Divino pabulo refecta supernis mirum iu modum supersusa delicijs in gratiarum actione diù ibidem permansit. Quoniam verò Feria feata Mensis Martij agebatur, sacræ quoque Concioni ibidem interfuit, invitis etiam Fœminis prædictis, quæ discrimen aliquod veriræ id pati nolebant, quas samen veluti modicæ fidei, cùm eeprehendisset Maria, præ magnâ sanctitaris ejus opinione acquieverunt, ac reverà nullum passa iucommodum ibidem permansit, nonnisi divinitus speciali mndo suffulta, quod pariter eaperta fuit feriâ 6. in Parasceve, cùm adhuc indigens aliorum ope Ecclesiam irerum adijt, ne suæ ni- G miùm infirmitati Indulgere videretur. Tantum Famulæ suæ studium fovere simul, & sibi acceptum esse ostendere volens Altissimus miris quandoque favoribus fusiùs infra recensendis ipsam cumulare solebat Eucharistico pane refectam. Cùm Sacram Ædem Lauretanam aliquando adijsset, Eucharistico cibo ibidem accepto, Sacrarissimum Sacramentum excipere sibi visa fuit in specie parvulæ, & candidæ Colũbæ è manibus Sacerdotis prodeuntis, æquè ac si oculis ipsis vidisset, quod sanè longè magis illam erga Mysterium istud ineffabile inflammavit. Ad Augustissimum hoc Sacramentum publicæ venerationi expositum adhuc etiam Adolescentula accedere fiequẽtissimè, nec nisi præmissâ Confessione Sacra- H mentali solebat; ac si stomachi nauseam secus faciendo sentiret, ibique orationem ad plures horas protrahere. Quoties Exercitijs spiritualibus operam in solitudine quadam extra Urbem dabat, uti dicemus ubi de Oratione, ac solitudine, ægerrimè inde recedebat, quia Venerabile hoc Sacramentum In Oratorio apud se haberet; summo autem perfusa gaudio fuit, cùm Oratorium Domi, quod Perusij colebat, è speciali Apostolicæ Sedis indulto habere ai licuit, quo Divina celebrari possent Mysteria, de quo iterum fusiùs, ubi de ejus solirudine, ac silentio. Tanto Sacræ Eucbasistiæ percipiendæ desiderio tenebatur,

Devotio erga SS. Eucharistiam.

ut cùm aliquando eam percipere non posset, E vel nimiùm differre, prout reipsa contigir, ubi nec in Ecclesiâ nostiâ S. Mariæ Novæ, nec in Cathedrali, quò statim adierat, Sacesdotem obvium non habuit, qui Sacris operaretur, nisi longè tardiùs, quàm fieri mos erat, gravissimo dolore affecta fuerit, ac penè deliquium passa, in ea sentenriâ sibi semper constans, quòd doloribus quibusque, vel ipsi Martyrio subesset potiùs, quàm Sacrâ Eucharistiâ destitui, hinc eâdem vix refecta singulari undequaque dulcedine replebatur, ac Deum eniaè rogabat, cùm adhuc in Domo Paternâ degeret tanris distenra negocijs, & contradictionibus Domesticorum pressa, ut se é tot periculis eriperet, & In plenam libeetatem assereret debitum ipsi cultum eahiben- F di; Virorũ invidens sorti, qui longè majosi præ fœminis iu rebus agendis liberrare potiunrue, quique Sacerdotio initiati, ubi Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum conficere, contrectare, intra se sumere quotidie, & cæteris miuistrare liberè valent, quod planè ai videbatur ineffabilem Beatitudinem redolere; eoque magis angebatur, quod sibi nunquam liceset seorsim ab alijs Domi Orationi vacare, sed furtim semper per foveas per mapalia subducere. Cùm adhuc Domi suæ apud Boniportum degeret, domesticis obruta curis, interesse aliquando non potuit solemnissimæ Processioni quotannis haberi solitæ in Festo Corporis Domini; cùm autem Id incredibili molestia sentiret, ac Deum ita de ejus crimi- G nibus sumere pœnas voluisse censeret, iutra Mapale quoddam abdita ad orationem confugir, statim verò visa sibi videre est solemnem illam Processionem, quæ tunc in Urbe habebatur, universam ejusdem seriem, ac singulos, qui eidem interfuere, eâ prorsus distinctione, quâ corpore præsens vidisset. Divino huic Pabulo tribuendum omninò erat, quòd omni penitus cibo, ac potu abstinens, quandoque viribus æquè integra foret, ac vividi coloris, ac si de more comedisset. Eò semper adeundi studiosissima erat, ubi Sacratissimum hoc Sacramentum publicæ venerationi expositum foret; locis proinde, ac temposibus memoriâ retinendis addicta, quibus exponi solebat; in Ecclesiâ verò nostrâ S. Ma- H siæ Novæ Perusij novem diebus proximè præcedentibus Festum Nativitatis Dominicæ ab ortu Solis usque ad occasum coram Venerabili hoc Sacramento Orarioni indesinenter incumbens, quin Domum eepeteret, & alimentum corpori necessarium acciperet, pijs operibus, & varijs Religionis Officijs ibidem tunc fiesi solitis, Adipe illo cœlesti refecta iuvicto aulmo perseverabat, Domum verò reversa tenuissimum, quem alibi dicemus, ad vesperam victum adhibebat. Quoties tandem Orationi vacabat coram Venerabili hoc Sacramanto, eo planè mentis studio addicta erat, ut ferè à sensibus abstracta Immobilia Statua videretur, quod profectò in Sorore

nostrâ mirari non decet, quæ sive Orationi, sive operibus manuum vacaret, æquè semper in Deum intenta Deo semper adhærebat; inde verò molestè ferebat, quòd in Ecclesiâ irreverenter procederent nonnulli.

Cùm tantâ in Deum Charitate flagraret, ut diximus, ejusque specimina quædam exhibendi studiosissima esset, Christum Dominum, adeò gravia passum, & in Cruce mortuum speciatim colere vel ab ineunte ætate consueverat. Tunc enim Christi Domini passioni contemplandæ jugiter addicta plures, easque continuas ducebat horas, quin adverteret meditationis dulcedine detenta, quâ planè fit, ut cum Apostolo nonnisi in Cruce Christi gloriemur. Sensum hujusmodi erga Domini Passionem maximè fovebant sanctissima quædam ejusdem Passionis exercitia eo temporis fieri solita Typherni in quadam Congregatione Mulierum, quæ deinde incitamento Sorori nostræ fuit, ut Perusij cellulam *Viæ Crucis* dictam aptaverit, quam Ipsa summo studio colebat, quæque tum ob varia mortificationum genera ibidem habita, tum ob singularia beneficia eidem à Deo collata magno habebatur in pretio. Itaque vix Domum illam ingressa, quam Perusij, ut diximus, nobilis illa Mulier hospitio exceperat, Cellulæ hujus se desiderio teneri ostenderat, cùm aptata eidem fuit. Hæc parum distabat à Cellulâ, quam jugiter colebat; Tredecim in eâ ad invicem proportione debita distantes erectæ stabant Cruces, atque figuræ, varia Christi Domini patientis mysteria exhibentes. Erat in medio Altare, cui supposita erat ejusdem Christi Domini mortui, & plagis affecti vulgaris magnitudinis figura nigro velamine coopetta, desuper autem magna Crux incumbebat, ad cujus imam partem magni cordis erat figura spineâ coronâ circumdati, ac tribus clavis confixi ad recolendos Beatissimæ Virginis dolores, quos juxta Crucem subierat, duorum Latronum Crucibus, & singulis Dominicæ Passionis instrumentis ad vivum expressis circumquaque per cellulæ parietes appensis. Cellulam hanc quotidie ferè adire consueverat, ubi profectò graviores frigoris sentiebat molestias, quòd Cellula partem Cœli respiceret frigidiorem, paulò tamen post vix cœlestibus meditationibus incumbens adeò exardescebat, ut & vestes sibi primum laxare, deinde superiorem exuere cogeretur. Ibi quoque sibi super humeros impositâ ex ijs Crucibus alterâ, fune sibi ad collum appenso, ac spineâ coronâ capiti superadditâ, quæ ad hoc ibidem asservabatur, modò coram hac, modò coram illâ è memoratis figuris aliquantulum immorabatur dolorosum recolens iter, quod Christus Dominus bajulans Crucem ad Calvarium habuit, & in altissimo Passionis ejus Oceano ferè dixerim submersa plurimum temporis insumebat. Ecclesiam aliquando petens, cùm dolorosum hoc Christi Domini patientis iter, & varios ejusdem casus contemplaretur, quos in eodem Itinere subierat, quin offendiculum aliquod obvium haberet Maria ad solum pronus cecidit, haud mediocri rubore suffusa, quòd plures ipsam viderint plurimum etiam illitam luto. Sextâ quadam ferià Mense Martio, postquam ab oculorum infirmitate convaluerat, quos veluti spinis jugiter transfigi sibi videbatur, sacram audiens Concionem, quâ spinea Christi Domini corona in Ecclesiâ Societatis Jesu contemplanda proponebatur, dexterum oculum statim æquè sibi dolere persensit, ac si transfixus spinis fuisset. Hinc amor ille insignis, & incomparabilis veneratio, quâ Servatoris nostri Passionem, & pretiosissimum Sanguinem prosequebatur, quæ æterno Patri jugiter offerre consueverat pro singulis Ecclesiæ, proximorum quorumlibet, Peccatorum, & animarum purgantium necessitatibus. Hinc laudabilis illa consuetudo Christi Domini è Cruce pendentis effigiem præ manibus, ac pectori adhærentem diù, noctuque gerendi. Hinc jugis illa Passionis ejusdem contemplatio, & insigne patiendi, imo nudæ Crucis, nudæque Passionis desiderium, quod cæteroqui se longe superius habebat, cum se miserrimam omnium peccatorum putaret, desiderium, cui proinde satisfecisse Dominum compertum est, ubi præter alia tum corporis, tum animi incommoda alibi recensenda, ubi de ejus æquanimitate, dolorû Christi quodammodo particeps facta, quæ proximè sequuntur toleravit. Expertã sub inde aliquando fuit solitudini addicta Domino votis illius obsecundante, pavores, angores, ariditates, desolationes, aliaque tormenta gravissima omni penitus solatio destituta. Alias quoque ab infirmitate gravissima convalescens angustiis internis, & angoribus quàmmaximè pressa, testata deinde fuit sibi potissimum manus, & pedes affectos dolore fuisse, quinetiam sui ferè non compos, insuper addens, quòd Jesus gravi ipsi in corde inflicto vulnere ineffabiles commotiones fecerat dolores, & aliquandiu Cruci suæ affixam tenuerat, sed eximiâ sui cordis voluptate, quod pariter iterum ei contigit, cum in solitudine exercitijs spiritualibus incumberet, sibi enim cor vulnere affectum visum est æquè ac acutissimo clavo transfixum, prout ibi dicendum, ubi de spiritualibus hisce exercitijs. His verò dictis obmutuit, advertens fortè mysterium, quod abscondere bonum esse sciebat, nec unquam quandiu vixit quid aliud nosse licuit, quod mysterium hoc spectaret, quod planè stigmatum impressionem, & cum Christo Cruci affixo similitudinem redolere videtur. Aliàs etiam præ nimio sanguinis fervore gravissimo oculorum vitio laborans, quibus ob ingentem humoris copiam intumescentibus adeò graviter affecta erat, ut Divino Officio persolvendo satis vix esset, Domum reversa, postquam cœlesti pabulo refecta fuerat, Deum rogabat, ut morbi vehe-mentiam

Alia mortificationum genera enarrantur.

Dolorû Christi particeps fit, eosque maximè colit.

mentiam moderaretur, & ita ipsum persolvere posset, visa tamen sibi fuit se veluti apprehenso brachio tractam sentire, & hæc interiùs accipere: *Patere, quòd tibi Crucem deferendam præbeam, mihi morem geras, tuam mihi præbe voluntatem, non hic doloribus modus, und mecum ad Crucem accede*. Quæ voces à venerandâ quadam Christi Domini Crucem deferentis Imagine apud suam Cellulam positâ, ubi orationi vacare solebat, processisse sibi videbantur. Quibus acceptis vehementia morbi statim excrevit, & in oculo sinistro deprehensa fuit fistula, adhibitis proinde varijs, ijsque molestissimis remedijs, igne quoque, & ferro, incredibili doloris sensu, sed ineffabili spiritûs dulcedine, utpote se Christo consimilem advertens, cujus Imaginem, tanquam sui delicium modò præ manibus habebat, modò pectori adhærentem tenebat, & collo pendulam perpetuò gerebat, ipsum non modò non rogans, ut doloris vehementiam leniret, quin potius augeret, si ei libuisset, ipsamque longè magis roboraret, quod pœnæ genus spineam coronam esse D. Catharinæ Senensi Tutelari suæ concessam, & ab ipsâ iampridem petitam Confessarius existimavit. Urgente prædictorum medicaminum violentiâ enormiter intumuit facies, ac deformi plagâ affecta fuit, quippe quæ plurimum carnis corroserat, licèt autē ab hac plagâ convaluerit, iterum tamen post quatuor menses idem rediit morbus, ex quo profectò non mediocrem sensit molestiam, verùm Divinæ voluntati conformis iterato martyrio se consecravit. Interim alterius Chirurgi curæ mandata, varijs præmissis remedijs, igni demum in pervigilio S. Matris Theresæ cruciandam se dedit, quâ quidem in re virilitatem exhibuit, & animi virtutem humanâ quacunque superiorem ipsa prorsus immobilis, & ab omni metu soluta non sine ingenti astantium omnium admiratione; paulò verò post incolumis omninò ab infirmitate prædictâ evasit. Sextâ præsertim feriâ graviùs ut plurimum à Domino vexata, quin advertere fas esset, quomodo se res haberet, acerbissimis aliquandò affecta doloribus fuit, tanquam verberibus contusa, quamobrem se cum Christo Cruci jugiter affigendam intelligens, eâ potissimùm die in ejusdem Passionis meditatione versabatur, à quâ sibi singularis accedebat voluptas. Aliàs pariter ab ædiculâ *Via Crucis* Cellulam suam serò nimis rediit æquè afflicta, ac ad Christi columnam flagellis cæsa, aliàs tanquam Cruci affixa, & in extremo agone constituta. Aliàs innumeris, ac molestissimis perturbata tentationibus, speciatim verò solicita, ne diutiùs infirmitate detenta otiosa foret, & cæteris gravis. Verùm à Domino confortata se proximè sequenti die inde penitus evaluram, prout reipsa contingebat. Quæ cùm ita essent, ferè dixerim futurorum præscius Confessarius Thomas Perusio abiturus nullum pœnarum genus, prout ipsa petierat, ei designandum putavit, ratum id habens, quòd pœnis designandis non defuisset Deus. Cùm infra hebdomadam Majorem in Cathedrali coram Augustissimo Eucharistiæ Sacramento publicè de more exposito Orationi incumberet hæc interiùs sibi dicta accepit: *Viam ad crucem sterne, tuam mihi præbe voluntatem, & hilari animo quidquid mihi libuerit excipe*. Quibus obsequens Maria paulò post veluti spinarum aculeis oculos transfixa laboravit, nullo vel frigidæ, vel alterius cujusque rei adhibito levamine, quæ cæteroqui, uti solebat, remedijs alienâ tantùm auctoritate coacta, quæ si gravia forent, & molesta, ijs magis delectabatur, passionem expetens nudam, & cujusque levaminis expertem. Aliàs quoque eas subire sibi visa fuit angustias, quas Deipara subierat, cùm Herodem fugiens in Ægyptum secessit. Christum Dominum Crucem ad Calvarium deferentem cùm aliquando contemplaretur, enixè petebat, sibi quoque ipsum sequi licere, ejusdemque dolorum, & Crucis participem esse; confestim verò Jesum inter, ejusque Matrem Sanctissimam veluti media esse visa sibi fuit, & atrocibus præter consuetudinem affecta fuit interiùs angustijs, quibus etiam accessere gravissimi corporis dolores, ex quibus profectò, sicut & è reliquis inferius recensendis, ubi de Sororis nostræ æquanimitate, & in adversis constantiâ clarissimè constat, quanam charitate Christum Dominum passum prosequuta fuerit, & quàm acceptus eidem Domino fuerit hujusmodi animi sensus. Quāobrem exercitia quædam speciatim ad Christi Domini passionem spectantia sibi retinuit, ex ijs, quæ per decem dies continuos, uti dicemus ubi de solitudine, habere solebat, quatenus in ipsis singulari affecta fuerat dulcedine, & divinitùs luculenter intellexerat, quid sibi perpetuò per singulas hebdomadas peragenda hæc essent, quapropter qualibet feriâ 5. ad Vesperam his meditationibus per duas horas vacabat, sex autem horas feriâ *6.* sequente generale silentium, majoremque solitudinem hisce diebus servans, quin & illum videret, qui sibi cibum deferret, & ab Exercitijs spiritualibus ne punctum quidem temporis cessaret, quibus etiam addebat corpori suo castigando catenulas quasdam eidem adhibere acutis cuspidibus contextas, pane tantùm, & aquâ, nudis pedibus insidens, terræ refecta, absynthium interim, vel quid simile per fauces revolvens. Feriâ *6.* pariter tres alias adhuc horas continuas, ab hora nimirum 18. ad 21. coram Imagine Christi Cruci affixi accensâ lampade meditationi incumbebat ejusdem è Cruce pendentis piissimæ mortis assequendæ gratiâ.

Devotio erga B. V.

Singulari pariter veneratione, ac veluti filiali fiduciâ ab Infantiâ usque Beatissimam Virginem prosequi cœpit Maria, ad ipsam ex animo confugiens, veluti Matrem Gratiarum, & cui referebat acceptum quidquid

juxta

juxta vota ei sempet contulerat Dominus.
Hinc familiare sibi jugiter erat Sanctissimum
Mariæ nomen proferre, ejusque dulcedine,
tanquam cœlesti nectare superfundi, ex quo
ipsi levamen in angustijs minimè vulgare.
Cùm aliquando Festum Conceptionis Deipa-
ræ celebrandum accepisset à Confessario suo
Thoma, præ gaudio exiliens summa animi
simplicitate dixit huic singulari mysterio plu-
rimum Religionis exhibere, singulis diebus
ejus memoriam recolendo orationis Domini-
cæ, & salutationis Angelicæ recitatione, ex
quò Deus mysterium hoc ipsi, dum adhuc
parvula foret, aperuerat. Quo accepto Con-
fessarius solerter ipsam increpuit, veritus for-
tè importunam in parvula malitiam, ac si e-
docta fuisset, quid sibi velit Conceptio, &
ab eadem proinde petiit, quid hoc sibi vel-
let, ut certior fieret, an ipsi malitia quædam
inesset. Ipsa quidem nil aliud reponebat, ve-
rùm repetitis Confessarij monitis obsequens
eximiâ spiritûs serietate, verborumque gra-
vitate, prout ipsi mos erat in hujusmodi even-
tibus, respondit, quòd adhuc decennis Ora-
tioni vacans in agro divinitus intellexit,
quòd in Æterni Patris mente, é qua Verbum
ab æterno genitum prodiit, totius humani ge-
neris massa exprimebatur, quæ licèt Diaboli
fraude decepta é Divinâ Gratiâ exciderit,
aliqua tamen ejus portio ab hoc generali ex-
cidio exempta fuit, quod Beatissima Virgo
ab eo immunis Domino semper adhæsetit,
ejusque sanctissimâ Gratiâ nunquam non orna-
ta permanserit, cui nunquam omninò macu-
la quæque insederit, adeòque superbire non
potuit Diabolus, quòd universam possederit
humani Generis Massam. Ad hæc subdidit se
probè novisse propositum mysterium, minimè
tamen satis esse eidem explicando, quatenus
verba non suppetunt. Participem pluries ip-
sam adhuc fecit Deipara arcanorum quam-
plurium, & sensibili voce è sacris suis imagi-
nibus prodeunte ipsam diversimodè afflictam
recreabat. Certior facta, quòd sacrum Ordi-
nis nostri Habitum induere deberet, & Ma-
gnæ Virgini Matti militare, ingenti gaudio
superfusa fuit. Ideo potissimùm legere cupie-
bat, ut Officium B. Virginis recitaret, quæ
semper illi propitia longè plura contulit be-
neficia, postquam sacram Lauretanam Ædem
primò petierat. Cùm aliquando in Ecclesiâ
S.Matiæ Novæ Perusij completis omninò Di-
vinis mysterijs à meridie in Sacello Deiparæ
nuncupato, consuetis pietatis Officijs de mo-
re vacaret, Mulier quædam, specie saltem
Mulieris, importuna repentè, & improba ip-
sam Sororem nostram objurgans ejicere pro
virili tentabat, ac si Patribus Cœnobij incom-
modo foret, & cæteris omnibus scandalo, &
hujus generis alia contumeliosa opponens,
Soror autem nostra ipsam nihili faciens, quam
non veram Mulierem esse putavit, sed Dæ-
monem specie Mulieris indutum, ibidem in-
victa permansit. In eodem Sacello Deiparam
aliàs rogabat, ut se ab angustiâ quadam exi-
A meret, quam ob Confessarium ab absente
Thomâ subrogatum subibat, quatenus sibi sa-
tis, suisque votis non faceret, verùm prode-
unte voce quadam sensibili è S. Virginis Ima-
gine super illud Altare depositâ: *Spiritum
collige;* ab omni prorsus perturbatione im-
munis, & ineffabili dulcedine perfusa evasit,
quàmmaximè confisa, quòd omnia compo-
nenda forent, sicuti reipsa composita fuere,
siquidem ipsa Divinæ voluntati conformior,
non æquo solùm animo, sed hilari Confessa-
rium excepit; deinde Confessarius ipse pau-
lò post vitâ functus fuit, quemadmodum ipsi
prædixerat Fulginei Ven. Mater Paula de S.
Ursulâ. In gravissimo ejus Voti discrimine,
quod ad instar D. Theresæ emittere cupiebat,
B auxietatibus plurimis, ut alibi diximus, ve-
xata, Beatissimam Virginem, ad quam de
more confugerat, sibi valde propitiam expet-
ta fuit, quæ ipsi loquens interiùs, præstò se
illi futuram esse promisit, ex quo mirabiliter
recreata jugum illud specie tenus gravissi-
mum subijt, sed tanto præsidio suavissimum.
Ad celebranda ejus solemnia infra annum oc-
currentia exactius quàm fieri poterat sese ad-
ornabat, quæ deinde inexplicabili Religioue
colebat, orationi magis, solitudini, ac silen-
tio per octavam indulgens, quod pariter præ-
stare consueverat in Festis D. P. N. Philippi,
S. Theresæ, aliorumque Sanctorum Tutelari-
um. Singulis orationibus, ac meditationibus
pro coronide semper apponere solebat spe-
C ciale quoddam cum B. Virgine colloquium.
Præterea pluries in die speciali cultu ipsam
venerabatur, recitando Rosaria, & alias hu-
jusmodi formulas orandi, quæ quidem tantâ
animi iucunditate præstabat, ut non absque
gravissimo sui cordis angore ea quandoque
omittere cogeretur. Innumera beneficia sibi
à Deiparâ collata grato animo recolens ejus
semper implorabat præsidium, quoties rei
opportunitas exegisset, cùm autem aliquan-
do dulcedinem spiritûs ab ipsâ primò subdu-
xerat Dominus, & memoratis desolationibus
affecerat, ad Virginem de more confugiens,
sibique obviam, atque propitiam minimè
experta, parum absuit, quin præ deliquio
deficeret, eòque angustiæ processit, ipsam
D solicitante Dæmone, ut se crimini cuidam
obnoxiam putaret, De'que gratiâ destitutam,
quod planè erat ipsi gravissimum, eòque ma-
gis, quòd à se pariter aversam B. Virginem
experiretur. Quàm ergo sibi semper propi-
tiam experta Deiparam fuit Maria, majori
semper in dies ipsam prosequi cultu stribat.
Hinc Sacram Domum Lauretanam semel, &
iterum corporaliter invisit, quotidie verò
spiritu invisere solebat, incommodis quibus-
que superior, ubi plurimis cumulatam fuisse
favoribus inferiùs dicemus, ubi de muneri-
bus, & gratijs ex instituto agemus ei à Do-
mino collatis. Denique totam se illi in holo-
caustum consecrasse dicenda est, cùm Tertij
Ordi-

Ordinis nostri Habitum solemniter induit nomine Sanctæ cum nomine Mariæ eximiâ animi sui voluptate commutato, cujus rei seriem opportunum arbitror exponere.

Ab ineunte ætate, ut alibi diximus, ab hominum consortio secerni, & Regulari cuidam Instituto nomen dare statuerat, idque magis in dies ac magis assequi cupiens Altissimum quotidie votis fatigare non dubitabat. Interim die quartâ Octobris anni 1637., quæ fuit prima Mensis Dominica B. Virginis Rosario dicata, cùm ad hæc celebranda mysteria unà cum alijs interesse non potuisset curis impedita domesticis, gravissimo affecta mœrore fuit, cui dissimulando par non erat, quem proinde cognovere Domestici. Dum ergo à cibo prorsus abstinoit, & noctem illam insomnem in uberes lacbrymas effusa agebat, Christus Dominus, quocum suaviter conquerebatur, certiorem illam fecit, quòd ab operoso illo vivendi genere solvenda quamprimum erat, nec aliud unquam simile opus peragendum ipsi erat, quod incredibile illi gaudium conciliavit. Vaticinij autem veritatem anno proximè sequenti comprobavit eventus, quo Sacrum induit Habitum, uti mox dicendum erit, Tertij Ordinis Servorum B.M.V., qui planè mentem ejus non subijt, cùm potiùs subierit, sed veluti per transitum, Sancti Francisci Habitus, & inter Capuccinas Biturgij aggregandam fore, vel in Cœnobio, quod eo temporis à fundamentis excitabatur Typherni ex vi supremæ voluntatis D. Joannis Antonij Fuccioli, quin tamen uni magis, quàm alteri Religiosæ vitæ Instituto animum adiecerit 20. annos continuos, quandiu Domûs Paternæ Regimini præfuit, cuilibet capessendo paratissima, prout Deo placuisset. Interim in Festo Omnium Sanctorum, cùm Famula Dei in Ecclesiâ B. Virginis dictæ *dell' Arco*, Venerabile Eucharistiæ Sacramentum ibi de more pro constitutis in extremo agone expositum supplex veneraretur, & à Deo enixè peteret, quòd tandem aliquando à seculi miserijs exemptam in Christi libertatem assereret, ac vitæ Religiosæ consecraret, divinitùs intellexit, quòd ob hujusmodi vota, suique cordis affectus evaserat jam Religiosa, & ut talis coram ipso habita erat, quamvis adhuc corporalem Habitum non induisset, sibique visa est Habitum ipsum invisibiliter à Deo accepisse, ita ad cor ejus loquente: *En Habitum, en cingulum*, & ita de singulis vestibus, quæ tradi solent Puellis Monasticum Habitum induentibus; postmodum verò hæc insuper addente: *Sub his vestibus secularibus coram me induta jam videris Religionis Habitum, ejusque meritorum particeps haberis, quâ die celebrabitur B. Virginis Conceptio ejusdem Habitum indues*. Post hæc hilaris, festiva, & alacris Maria Thomam Confessarium celerrimè convènit, gratijs quamprimum actis munificentissimo Domino, eidemque singula adamussim significavit, qui pariter in idem consensit, & Habitum spiritualiter E tradidit in nomine Domini, Deiparæ, & B. Philippi Benitij, qui subinde maximopere studuit, ut Habitum reipsa exteriùs quamprimum indueret, interim verò eo dirigente reliqua duo vota emisit Maria, Paupertatis nimirùm, & Obedientiæ, ut alibi diximus. Ipsa confestim Domesticis suis audacter consilium indicavit Domum Paternam deserendi, ac Habitum induendi Tertij Ordinis Servorum B. M. Virginis, quod planè eâ præstitit libertate, & eloquentiâ, divinitus quidem inditâ, ut Domestici omnes inusitato stupore affecti, quamvis ægerrimè ferrent, se, ac Domum ejus præsidentiâ destituendos esse, præ insigni tamen, quam de ejus virtute fovebant opinione, obmutuere, à lachrymis F tamen temperare sibi non potuerunt, sed voluntati Divinæ acquievere omnia eidem libenti animo exhibentes, quæ ad Religiosum hoc vitæ Institutum capessendum necessaria esse censerentur.

Induit Habitū Tertij Ordin.

Itaque anno 1638. die Conceptioni B. Virginis consecrato in Ecclesiâ S. Mariæ Gratiarum Typherni Ordinis Servorum in Sacello ejusdem Deiparæ coram Patribus omnibus illius Cœnobij, prædictus P.M. Thomas Sanctæ nostræ Tertij Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Habitum ritu solemni de more contulit, nomine Sanctæ cum nomine Mariæ commutato, præsente, & actum in scriptis confirmante publico Notario in magnâ Populi frequentiâ, siquidem *Sancta* erat omnibus G notissima, & maximè celebris, præterea nulla prorsus hactenus induerat in eâ Civitate hunc Habitum, quam tamen plures deinceps sunt insecutæ, ipsique inditum fuit nomen Sororis Mariæ, uti mox dicebam. Non defuit planè, qui Mariam rideret, cùm Thomas in hac solemni actione inter cætera ei contulit Breviarium, quippe quæ ipsum legere non poterat; verùm ad eorum ora obstruenda non defuit Deus, *qui dat omnibus affluenter, & linguas Infantium facit esse disertas*; Maria enim, & brevi legere didicit, & Officium parvum B. Virginis primùm, deinde Divinum recitare feliciter cœpit, & quandiu vixit recitavit, cùm divinitus antea intellexerit, quòd aliquando prædictum Di- H vinum Officium jugiter recitasset, cui muneri, prout par erat, explendo, Deus illi speciali ratione adfuisset; intellexerat quoque opus hoc valdè meritorium esse, ac Deo maximè acceptum. Hinc diligenter paulatim accepit, quid sibi vellet vox ista: *Officium Divinum*, & se pluries expertam esse asseruit, quòd illi Deus specialiter adfuerat, tum in eodem Officio ordinando, tum in assequendis rubricis, sibique ad hoc in Patronum elegit D. Bonaventuram. Postquam verò P.M. Michael Angelus Gosius Servita, qui Thomæ quandoque absentis in ejus Confessionibus excipiendis vices suppleverat, de pluribus in hac re ipsam erudierat, longè diligentiùs, ac faciliùs re-

citabat,

citabat, quin etiam quantumlibet Latini fermonis ignara ejusdem Officij lectiones optimè interdum intelligebat, sicut & Evangelium, quod legitur in Sacrificio Missæ. Quæ planè sibi aliquando futura divinitùs antea cognoverat, & Mulier illa asseruerat, apud quam primò in Civitate diverterat, quæ cæteroqui antea id fieri non posse pronunciaverat, hanc enim exuens sententiam, tanquam rem facillimè assequendam, Mariæ deinceps dicebat, & in opere suscepto prosequendo confortabat. Explicari, imo vel animo concipi vix potest, quanam alacritate, & animi sui dulcedine in hac actione Maria seculo vale dixerit, & omnibus ejus pompis, seculares exuerit vestes, humilem B. Virginis Habitum induerit, quem lætitiæ sensum interius illi communicaverit Deus, cum tandem aliquando Religiosæ vitæ addictam, ac Deo longè arctius unitam sese cognosceret, & id affecutam tot votis, & lachrymis expetitum. Quod verò præ cæteris ei gaudium adauxit, inditum Mariæ nomen fuit, quod antea minimè noverat.

Post hæc ejusdem Thomæ operâ Domi suæ nobilis quædam Mulier pietate, & claritate insignis, nomine Sulpicia Fucci, Sororem Mariam excepit, Cellam ipsi tradens ab alijs semotam, ubi Maria annum integrum vitam egit valdè solitariam, domesticos quoque declinans, perpetuum adhibuit silentium. Anno deinde probationis expleto, nimirum anno Domini 1640. die 10. Junij solemnem professionem emisit, tria vota proinde solemnia Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis antea edita, duo nempe priora die 1. Decembris anno 1638., tertium verò die 21. Decembris 1610. confirmavit, & votum adhuc emisit Jejunium Quadragesimale perpetuò servandi, tametsi se illud servaturam esse sensisset, non ratione voti, sed meræ pietatis studio, exceptis ferijs 4., & 6., necnon Sabbato, quibus diebus jejunium servare voto jampridem obstricta decreverat.

Sacrum Hunc Habitum induta, quasi tesserâ quadam insignitâ, qua se Deo, ac Deiparæ potissimùm specialiter militare declarabat, excolendis virtutibus, cæteroqui vel ab Infantiâ addicta, longè majori studio animum deinceps adiecit, ex quo planè noverat, quòd ratio perfectior Deum, Deiparam, ac Sanctos colendi in imitatione virtutum sita est, quibus ipsi speciatim venerationem omnem emerentur. Itaque præter hactenus dicta de Sorore nostrâ Mariâ, quoad charitatem in Deum, aliarum virtutum utique originem, & religionem, de reliquis modò dicere incipiam, primùm verò de Charitate in Proximum, quæ charitatem in Deum proximè consequitur. In primis à Parentibus generali Domus regimini præfecta, tanquam activitate præstantior diu, noctuque plurimum operæ conferebat, ut præsto omnibus esset, sibi minus, suisque necessitatibus consulens, rebus

Generali Domus Regimini præfecta nulli parcit labori, & omnibus intenta salutis monita præbet.

vilioribus contenta. Charitatis dulcedine A perfusa monebat, increpabat, avertebat incommoda; quæ verò ex se non poterat, majoribus curanda solerter communicabat, spiritum habens lenitati simul, ac severitati divinitùs permixtum; amabilis proinde æquè ac terribilis, omnibus quidem intenta, unicè tamen præ cæteris æternæ tum suæ, tum aliorum saluti immobiliter adhærens, non secus ac in curru Rota, quæ quantumlibet per terram jugiter volutetur, nonnisi tamen in puncto, sive minimâ sui parte, eidem adhæret. Ab infantiâ usque de Proximis juvandis maximè solicita, Pauperum angustias vehementer sentire cœpit, ac si propriæ fuissent, eóque magis angebatur, quominus ijsdem consulere valebat. Familiare ipsi perpetuò B fuit curam omnem habere, nequid vel minimum periret, fragmenta panis, sive cujusque alterius substantiæ quantumlibet tenuissima colligere, & asservare solita, Pauperibus deinde distribuenda, quos passim per Urbem obvios habebat. Alendam diù susceperat Puellulam quamdam Parentibus omninò destitutam, quæ publicè per viam exposita nequidem petere noverat quidquid sibi necessè foret, quam aliquando ægrotantem Domum propriam clam detulit, pluresque dies in humili lectulo suo cæteris Domesticis inscijs, magnâ pietate curatam, incolumem denique dimisit, quæ quidem, & alia hisce similia quamplurimis indigentibus nostra præstitit Maria, sibi quoque necessarium cibum sub- C trahendo, ut opem illis ferret. Singularis ejus Charitas limitis impatiens omnes utique spectabat, maximè verò enituit erga parvulos, quos huc, & illuc vagos videbat humano quocumque præsidio destitutos, duos autem præ cæteris, quos macie confectos præ inediâ, & frigore ferè semianimes adverterat, Matris, seu Nutricis adinstar excepit, diù pavit, & fovit, ac veluti Filios necessaria quæcunque ijsdem suppeditans educavit, eoque redegit, ut sui ipsius tandem curam habere potuerint; quo planè pacto cum innumeris alijs se gessit, vestes, cæteraque necessaria illis ministrando, sive ex proprio penu desumpta, sive aliunde petita semel quotannis unam, vel alteram è vilioribus, & magis D indigentibus Fœminis annuente Confessario, unà cum aliâ ejusdem Ordinis Sorore Domi secum ducebat, quibus postquam pedes humillimè abluerat, & alia hujusmodi officia præstiterat, prandium adornabat insigni charitate ijsdem inserviens, eáque reverentiâ, quâ planè magnas quasdam Principes prosecuta fuisset, divinam in ipsis Imaginem, & ipsum Christum Dominum venerata; deinde verò salutaribus additis monitis quoad paupertatem, quam ipsa plurimi faciebat, quoad omnia quantumlibet adversa æquanimiter ferenda, erogatâ quoque eleemosynâ, hilares simul, ac refectas dimittebat, longe majori divinitùs hilaritate superfusa. Certior

aliquando facta, quòd ex his Mulieribus altera incurabili, & ad nauseam provocante infirmitate, detenta, eò calamitatis devenerat, ut necessario quocunque ad vitam protrahendam destituta subsidio, nequidem unum haberet, qui ad eandem accederet, deterritis omnibus ab intolerabili graveolentiâ, quæ è pure totius corporis malè undequaque affecti prodibat; vehementi charitate commota, sui prorsus, suæque solitudinis oblita, ipsam confestim adiit, & cœlesti quadam sapientiâ haud mediocriter recrearam, fovendam deinceps suscepit, opem quamcunque, quæ sibi licuisset pollicita; interim subsidiû, annuente semper Confessario, à cujus nutu pendebat, ipsi ministravit, quodque pluribus diebus, quandiu superstes fuit alendæ, levandæ par erat, ineffabili sedulitate suppeditavit, ejus virturem admirantibus omnibus, potissimùm verò, quòd graveolentiam cæteris intolerabilem vix ipsa sentiret.

Etsi quoad corporis necessitates adeò charitate in Proximum præstaret Maria, eò magis præstitit quoad ea, quæ ad animam pertinent, quo corpori anima præstat; hinc si sibi integrum fuisset, universum terrarum orbem peragrasset, Christi doctrinam ubique Gentium promulgatura, de omnium æternâ salute mirum in modum solicita, quamobrem sicuti virilem sexum affectabat, ut sacris quotidie operari posset præ eximio in Eucharistiam amore, ita & eundem in votis habebat, ut Apostoli munus obire sibi fas esset præ singulari aliorum æternæ salutis sollicitudine, quoniam verò id sibi minimè licebat, diuturnas, & validissimas ad Deum preces sufficiebat, terribili ejus justitiæ adversus peccatores mitigandæ, pro quorum conversione uberes lachrymas effundere, seque jejuniis, aliisque macerationibus castigare consueverat. Quo animi sensu Proximos à peccatis avertendo seipsam in holocaustum Divinæ justitiæ obtulit pro eorum salute, consecrandam, Feriâ terriâ præsertim post Quinquagesimam in Ecclesiâ Divæ Theresæ nuncupata, ubi publicè expositum erat Venerabile Eucharistiæ Sacramentum hoc petens, ut illi die ipsâ contingeret, quod feriâ 6. in Parasceve Christo Domino contigerat. Statim verò ardentissimâ febri, & acerbissimis doloribus correpta fuit, non ideo tamen inde ab oratione recessit, sed genuflexo constanter permansit, nullatenus verita Domui repetendæ parem se futuram non esse, quò planè feliciter rediit sociam de eventu minimè monens, noctem autem illam malè affecta transegit, nudis tamen asseribus incumbens haud mediocrem hauriens ex hujusmodi cum Christo similitudine voluptatem, se enim veluti contusam in ossibus sentiebat; convulsiones etiam experta, quas Dominus in Cruce subierat, & ab ipso petierat; denique præ dolorum, & febris excessu se morti proximam putabat, quam utique libenti animo obiisset, utporè solius Divini amoris vi eò angustiæ redacta; grave tantùm illi erat, quòd ob hujusmodi incommoda feriâ 4. proximè sequente Divinæ Mensæ accumbere non potuisset, sed Angeli Tutelaris imploraro præsidio, spiritu maximè confortatam se persensit spe magnâ in Deum erectâ, quod adhuc Ecclesiæ Sacramentis præfatâ die reficienda foret, quod factum est. Holocaustum hoc, precesque consimiles prosecuta deinceps fuit, easdem etiam ab aliis pro peccatorum salute, & avertendis peccatis suppliciter emendicans, in id unum jugiter intenta, quòd unum eo temporis Deo in ipsa placebat. Notandum verò hìc est, quòd Soror nostra, quamvis luculenter agnosceret, utporè Divinitùs illustrata, gravissima hominum scelera, eâ tamen simplicitate mentis, & puritate cordis præstabat, ut nihil in aliis alienum à ratione suspicari posset, defectus ipsos charitate dirigente excusans, quod si fortè excusare non posset, tanquam sui impos, & rebus ipsis intelligendis impar infinitam esse Dei Bonitatem prædicabat. Virtutum enim studio maximè incensa mirâ planè anxietate gratiam à Deo jugiter petebat justificantem, quæque ipsam magis pretiosam coram *Domino* redderet, quod in reliquis quoque pari animi ardore cupiebat, ægerrimè ferens hominum oscitantiam, qui adeò terrenis inhiantes cœlestia negligunt, quos proinde Domino etiam atque etiam commendabat sibi præsertim benevolos, divinitus edocta quam maximè displicere, quod homines Dei causam non vendicent, deque ejus honore soliciti non sint. Quod speciali quadam ratione præstitit anno Domini 1648. 12. Augusti die, cum Perusina Plebs conjuratione quadam invita adversus Optimates depopulationem eorum bonorum minitabatur; siquidem Maria gravem Altissimi iram in eam Civitatem advertens iratæ plebis conatus, quamvis præ oculis non haberet, quia solitaria, luculenter tamen accepit, & propterea vehementer commota ad avertendam indignationem divinam victimam se ultrò offerebat, implorato simul Tutelarium suorum præsidio, ut Domui quoque consuleret, quæ illi præ cæteris curæ esse debebat, quam incolebat. In hoc rerum discrimine, quo nunquam aliud experta gravius fuerat, divinitùs intellexit, frustra quidem vigilare Civitatis Custodiæ Præfectos, nisi Dominus custodisset, ideoque ad preces validissimas iterandas excitatam se præsentiebat, edocta simul, quòd nonnisi precibus ira Dei leniri poterat. Hinc eâ potissimùm suadente Institutæ fuere publicæ preces Augustissimo Eucharistiæ Sacramento in Ecclesiâ Cathedrali omnium venerationi per quindecim dies exposito, Sacrâ quotidie ibidem habitâ concione, & recitatione Rosarii ad Vesperam magnâ Populi frequentiâ, quâ pariter habita fuit sacra generalis Communio. Tunc autem intellexit Maria veram, & solidam in Civitate pietatem desidera-

Iisdem petit affici pœnis, quas Christus Dominus feriâ 6. in Parasceve passus fuerat, & exauditur.

Charitas erga Proximum.

ſiderari, & valde paucos ibidem eſſe, qui verè orarent, adeòque eorum preces irritas, & vacuas eſſe, qui ipsâ teſtante pulcherrimi fontis in ſpeciem ſibi interius apparuere è candidiſſimis marmoribus conſtructi, qui tamen nullo habetur in pretio, quia deſtituitur aquis; ſpe tamen in Deum erecta erat, quòd ob aliorum preces, prout decebat, effuſas, communi omnium ſaluti proſpexiſſet. Quapropter eò vehementius orabat, charitatu maximè urgente, quo graviora Populo imminere flagella advertebat, ſeque alterum ex juſtis illis eſſe cupiebat, qui Domino ipſo teſtante ejus indignationi placandæ ſunt pares; jumentum potius ſibi eſſe videbatur, plus æquo onuſtum, adeòque humi proſtrandum. Intellexit quoque ſibi magis verendum in turribus Regum, quàm in Pauperum tabernis. Minacia illa Domini verba. ſuccidite arbores, ut quid terram occupant: ſummo ſui horrore adverſus peccatores pronunciata accipere ſibi videbatur, bono tamen animo ſe eſſe Ven. Euchariſtiæ præſentiâ jubebat, quâ perſeverante per eundem non eſſe ratum habebat, ſeriò deinde ſubdidit, inſigne Dei Beneficium fuiſſe, quòd popularis tumultus non contigiſſet, quamvis adhuc verendum de ipſo foret, quomodocunque verò ſe habitura res eſſet, cæteris peſſumeuntibus, à communi excidio res omnes immunes fuiſſent Deo conſecratæ. Intellexit etiam graviſſima Populi ſcelera, Divinamque de ipſis imminentem ultionem, ut interpoſitis precibus, interpoſitâ Populi emendatione fugerent à facie arcus; quæque victimam ſe obtulerat, ut diximus, pro peccatis Populi, anxietatibus, & afflictionibus ſpiritus præter conſuetudinem gravioribus affecta tunc fuit, integras noctes proinde genibus flexis, indeſinenter orando ducens inſomnes, æquè ac ipſas inferni pœnas ſubiiſſet; unum hoc in tot anguſtiis experta levamen, quòd talia pati pro Deo, æternâque Proximorum ſalute, cognoſceret, cujus ſtudio adeò tenebatur, ut poſthabitâ, quoties neceſſe foret, ſolitudinis dulcedine, eidem promovendæ adeſſet, nec ſine ingenti fructu, Divina enim quædam indita ei erat ſapientia, quâ curis omnibus ſolutos mœrentes priſtinæ tranquillitati reſtituebat, & unumquemque eximiâ ſuavitate replebat, adeout quicunque eam convenerant, ab eâ divelli vix poſſent. Sibi cor eſſe, Confeſſario ſuo dixit, præ charitate in Proximum adeò flagrans, ut ardentiſſimum ignem concepiſſe putaret, qui totam penitus conſumeret, & admirabili ſimul animi ſui tranquillitate potiri. Eidem aliàs teſtata palam fuit eadem urgente charitate nil intentatum fuiſſe relicturam ſe, & cum Apoſtolo cupere pro Fratribus anathema eſſe; hinc non modo in præfato Perufij diſcrimine, verùm etiam in toto anni circulo, præſertim in Bacchanalibus ferijs, in quibus voluptati magis effrænas indulgent homines, ingeminatis precibus, caſtigationibus corporis longè gravioribus adhibitis, & in ſanctis operibus ſe ferventiùs exercens, Dei clementiam ad excidium peccatorum declinandum implorabat.

Confeſſarios potiſſimùm colebat, Deoque quotidie commendabat, atque ipſos veluti Dei vices gerentes ſingulari veneratione proſequebatur, quâ pariter exelpiebat, tanquam Divinitatis oraculum, quidquid illi docebant, eò vel maximè, quòd adamuſſim contingere experiebatur quæcunque ab ijs prædicta, quamobrem ſeduiò perpendens quanam charitate ei præſtò forent, quibus curis pro eâ dirigendâ premerentur, ſe plurimum illis debere fatebatur, quibus proinde plurima contulit Deus beneficia Mariæ precibus impetrata, præſertim verò inſignem ſpiritualis vitæ profectum, prout ijdem teſtabantur. Orationi pro Confeſſario aliquando intenta poſt diuturnam deſolationem in ſummâ animi tranquillitate conſtituta eximium aliquod beneficium, ſive novam aliquam Crucem, ſive majorem aliquem perfectionis gradum ſe adepturam eſſe intelligens, ejuſdem beneficij participem futurum eſſe eundem Confeſſarium intellexit, quin tamen adverteret, quid futurum in ſpecie foret; ſed ad hoc excitatam ſe ſentiebat, ut eidem ſuaderet, ipſum ſibi nihil deeſſe ad Crucem prædictam amplectendam, ſecus enim culpæ obnoxius eſſet, paulo verò poſt ejuſdem dicti veritatem, Confeſſario ipſo teſtanre, comprobavit eventus. Cum è Confeſſarijs ſuis alter ex ordine recedere deberet ad ſpirituale Viri Principis obſequium vocatus, Deo ipſum commendans Maria, intellexit hoc illi non expedire, & imminentia eidem damna percepit; rem ipſam effectum conſecuturam non eſſe, Superiores Ordinis id minimè paſſuros, aliaque plura intellexit Confeſſario ipſi utilia, monita ſubindeque, quod Orationem aliò dirigeret. Idem contigit omninò, cum alteri è Confeſſarijs morem gerens Deum rogabat, ut quid ipſi libuerit, oſtenderet quoad honorificum quoddam negocium eidem Confeſſario propoſitum, non enim poterat Orationi ullatenus ad hoc perendum incumbere, quin potius ad alia ſe convertere divinitùs monebatur. Cum verò propoſitum negocium decerneretur, quin aliunde aliquid noſſet Maria, dum adhuc Orationi vacabat, ſingulari perfuſa gaudio fuit, & ſimul intellexit, negocium illud eventurum non eſſe, hoc autem Deo ſpeciatim placere, & negocium verſantibus expedire. Confeſſariis perſæpè beneficia contulit Dominus inſignia, quæ Mariæ precibus accepta referenda eſſe ipſe Dominus revelaverat, præſertim Thomæ Angelini, qui præ cæteris eidem adfuerat, quem plurimis, tum in præſenti, tum in futuro ſeculo cumulandum favoribus eſſe, ſi religioſam omninò vitam duxiſſet, intellexit; ſecus autem plurimis vexandum anguſtijs, ſi ſeculo nimis adhæſiſſet. Cum aliquando Peruſium, unde diutius

Charitas erga Confeſſarios.

diutius absuerat, idem Thomas redijsset, Deum rogabat Maria, quod si fortè sibi ejus adventus non expediret, ac spirituali suo profectui, ipsum impediret, illudque tantum, quod Deo placeret, impleretur, quæ dum peteret, hæc sibi dicta interius accepit: deprecare, ne dubites, id enim præstabo, quod obstacula quæcunque avertat, ac prout oportet compositus rectà te dirigat. Preces jugiter Deo inspirante fundebat ad impetrandam Confessarijs suis singularem corporis, & animi puritatem, quos ab humano quocunque affectu solutos expetebat, ijsdem significans, quòd si res aliter cessisset, curam ejus agere non potuissent. Itaque, cum è Confessarijs suis alter Moniali cuidam perfectionis studiosissimæ satisfacere decrevisset, quæ se illi dirigendam, saltem per literas tradiderat, Sorori Mariæ die quadam mandavit Deus, ut Monialem illam adiret, eique salutaribus Monitis consuleret, prout rei opportunitas exegisset. Maria quidem præter consuetudinem aliquantulum renuebat, verùm ipso urgente, ut Monialem illam veræ sanctitatis exemplar, tanquam erudienda adiret, obmutuit, nec ullâ morâ interpositâ eò processit. Statim autem ac obviam habuit Monialem, vehementer exarsit, divinitùs intelligens mala plurima Confessario inde impendere, adeoque necessitudinem illam Monialem inter, & Confessarium Deo minimè placere, maximè quoque ad eandem è medio tollendam excitata. Hæc sanè prudenter tunc dissimulavit Maria, verùm quàm celerrimè recedens mirum in modum anxia, præsertim verò, quod divinare non posset, quid esset futurum, Domum repetens, & Orationi incumbens iterum intellexit pro modulo suo necessitudinem illam omninò amovendam, secus enim & Monasterio illi, & Confessario gravissima damna imminebat. Quibus acceptis Confessarium protinus de ijs omnibus monuit, qui Mariæ sanctitate perspectâ super hæc haud mediocriter hæsit, specie tamen tenus eadem flocci facere ostendit, ipsam potius objurgans, ac si de se valdè præsumens docendum ipsum suscepisset. Humillimè quidem Confessarij monita excepit Maria; nihilominus adhuc magis interius ad propositum opus præstandum commota, ipsâ die post meridiem horâ quoque intempestivâ, sibique non familiari Confessarium rursus, tanquam à Deo legata graviter monuit, necessitudinem illam verè sanctam non esse, neque Deo placere, sed inde potius mala plurima eventura, ideoque ei omninò amovendam esse. Quod planè jugiter Maria Deo maximè commendabat, implorato quoque Beatissimæ Virginis, ac Tutelarium suorum præsidio, orationibus, jejunijs, alijsque corporis castigationibus, ac sanctis operibus indefinenter adhibitis. His commotus Confessarius necessitudinem illam amovere promisit; verùm quia nonnisi paulatim, & inurbanitate seclusâ id præstare decreverat, quatenus ob eleemosynas quasdam, necnon munuscula aliquantulum Moniali se debere cognoverat, Maria pari lege rursus commota, quod orationi incumbens divinitùs acceperat, necessitudinis vinculum solutum adhuc non esse, Confessarium festinanter convenit, ipsique significavit Apostolicâ quidem libertate sibi compertum esse, quòd necessitudo prædicta perseveraret, ipsum proinde sibi melius consulere, Deum non irrideri, & quamcitissimè vinculum hoc eidem esse frangendum potius, quàm resolvendum, se enim vereri, quòd Deus illi non amplius se dirigendam permitteret; Confessarium autem reponentem, quod utique vinculum illud solvere decreverat, sed paulatim, & violentiâ quacunque seclusâ, urgere statim singulari quodam zelo cœpit Maria, eundem graviter monens morositatem istam Deo minimè placere, sed unico ictu extirpandam radicitùs esse necessitudinem istam periculi plenam, seque valdè mirari, quod tantæ virtutis Vir ea sentiret, & pronunciaret, ac proinde modum omninò huic rei imponendum, seque ita à gravissimis vindicandam angustijs, quas incessanter subibat, ut Altissimi Indignationem averteret, qui certiorem interius magnâ suâ misericordiâ commotus de his omnibus faciebat. Divinæ voluntati obsequens Confessarius in tanto Mariæ studio sibi compertissimæ, vinculum necessitudinis adhuc etiam non omni prorsus urbanitate adhibitâ confregit; quia verò Monialis nondum acquieverat, sed pro virili in eodem consilio perseverabat æquè adhuc angebatur Maria, ac proinde Orationi vehementius incumbebat, de hac re præ cæteris sollicita. Annuit tandem Dominus rebus in summâ tranquillitate compositis. Testabatur verò Maria se longè magis ad hoc assequendum laborasse, quàm unquam in cæteris laborarit. Necessitudine prædictâ perseverante luculenter sentiebat Maria sibi Deum non æquè adesse, & Confessarij operam non æquè, ac antea ad gratiæ communicationem adhibere, necessitudini illi hoc referens acceptum, pro quâ maximè dolebat, ut diximus, ulterius verita, quòd in sui directione pristinam expertura non esset felicitatem, Confessario pariter condolens, quòd Divinæ gratiæ, & cœlestibus donis obstaculum hoc opposuisset. Quatuordecim continuos Menses anxietatibus, ariditatibus, perturbationibus, & hisce similibus vexationibus affecta Maria propter hæc, & alia hujusmodi Confessarium spectantia, destituta proinde facilitate sibi familiari actus virtutum exercendi, quæ tamen omnia æquanimiter ferebat, utpotè Christi Domini Cruci addicta. Denique cum aliquando die Sabbathi longè graviùs afflicta, quàm antea fuerit, Sacrificio Missæ interfuisset, & in Oratorio Domus Sacram Eucharistiam accepisset, summo de repente superfusa fuit gaudio, ac si de aliquo retulisset

set triumphum, eodemque temporis momento D. Pauli species mentem ejus subijt, qui ea Ecclesiæ Persecutore, Christi in instanti evasit Apostolus, quod pariter sibi, Gratiæ munus proportione servatâ collatum fuisse videbatur, melius verò deinceps persensit, hilaris proinde aliam prorsus se esse deprehendit, plurimis Deo actis gratiis, & eidem Apostolo, quem deinceps tanquam unum è Tutelaribus suis venerata est. Paulo verò post iisdem rursus pœnis affecta fuit urgente potissimùm Dœmone, quòd ipsa, & à Deo abhorreret, & Confessario diffideret, & Crucem Christi declinaret. Clariùs autem intellexit, quòd hujusmodi pœnarum igne purgare ipsam voluerat Deus, quoad propensionem, & affectum erga Confessarios, quâ de re omninò soluta, & ad omnes indifferenter se agens, incredibili animi tranquillitate potiebatur.

Quæ tanta in Deum, & Proximum charitate flagrabat, cæteris omnibus virtutibus utique præstabat, non enim diligere Deum quis dicitur, nisi qui sermones ejus omnes servaverit, adeòque à vitijs, & imperfectionibus quibusque abhorrens, oppositas iisdem virtutes omnes coluerit; qui enim in uno delinquit omnium reus censetur. Quæ ergo virtutibus omnibus instructa dicitur, proculdubio humilitate excelluit, quæ post Theologicas primatum tenet, ac firmissimum est cæterarum fundamentum. Itaque Soror nostra Maria, quæ primum naturæ dotibus valdè præstabat, ingenio siquidem perspicax erat, mente sublimis, & memoriâ valdè tenax, hinc sacrarum Concionum verba, Epistolas ipsi à Confessarijs scriptas, & alia hujusmodi, etiam à pluribus annis accepta memoriter exactè recitabat, ingenuitatis, nudæ veritatis dicendæ, simplicitatis, & prudentiæ laude insignis. Deinde cœlestibus cumulata favoribus, sublimibus prædita illustrationibus, privilegiis, muneribus, Deoque acceptissima, ejusque sanctissimâ gratiâ perfectissimè ornata, quemadmodum ea infra dicendis clarissimè constat, ea primum occultare pro virili studebat; si verò in spiritualibus collationibus, piorumque librorum lectione, prout rei opportunitas ferebat, rem aliquam hujusmodi referre, quæ sibi antea contigisset, coacta foret, non mediocriter tristabatur, ac veluti quid inutile grave ei erat dixisse, quamobrem insigni quadam solertiâ opus erat adstantibus, ut res hujusmodi liberè fateretur, nec mali quidquam in ijs referendis, se committere putaret, quin etiam exercitijs spiritualibus juxta D. Ignatij institutum operam dare Confessario probante, tametsi mirum in modum expeteret, prout inferius dicemus; hoc tamen aliquid esse suâ virtute longè superius putabat, vel dicere solebat: ita accepi; hoc mihi Deus significavit. Cæterum loquendi parcissima erat; hinc plurima ad eam spectantia nos latent, quæque novimus, vel obedientiâ cogente debemus,

Insigni humilitate præstat.

vel quod ea referret, quin fermè adverteret A perplexa plerunque, & dubia, an ea dixisse expediret. Præterea abiectissimam, & vilissimam Creaturarum omnium ex animo sese habebat Peccatorum omnium miserrimam, nuptiali veste exutam, ac demum terræ sinubus se adhuc viventem subeundis damnandam, indignam proinde lucis hujus usurâ, Creaturarum subsidijs, & quod eam Mundus hic pateretur præ defectibus innumeris, quibus se scatere dicebat, hinc orationibus omnium, quos obvios haberet, commendare se consueverat, utpotè omnium egentissima, & quantumlibet pro Deo plurimum laborasset, se nihil, vel aliquid vix præstitisse sentiebat, ac propterea singulari rubore suffusa, & aliquali sui ipsius odio se defecisse fatebatur, B suoque muneri deesse, habitâ omnipotentis Domini ratione, cui Creaturæ omnes, vitâ quoque destitutæ adeò exactè, ac fideliter obsequuntur. Indignissimam se palam dicebat sacro Deiparæ Habitu, cui tantùm referebat acceptum, quidquid honoris, & reverentiæ eidem cæteri exhibuissent. Alteram è fatuis Virginibus se reputabat, oleo Sanctorum operam vacuam, ideò maximè veritam, quòd Sponsus ipsam ignorasset. Hinc Perusij apud Comitissam Pliniam Barigiani Oddi divertere, prout Confessarius Thomas decreverat, debens, statim ac Domum ejus subijt humi provoluta coram prædictâ Comitissâ, cæterisque domesticis asseruit, se illis à Deo, veluti Crucem designatam, ideoque eorum C æquanimitatem humillimè implorabat. Tanquam aliquid abominandum omnibus se habens stupebat, quomodo non omnes ab ipsâ abhorrerent, a se eijcerent, cui pœna quæcunque, vel infernus ipse deberetur. Hæc autem verè ea animo sentiebat, maximè cum pluries, ut alibi diximus, reseratum propriæ conscientiæ librum ipsi Dominus aperuisset, ejusque infirmitatem, vilitatem, & nihilitatem speciali modo ostendisset, ac desolationibus diuturnis, iisque gravissimis edocta propriam sui ipsius cognitionem, ac nihili sui abyssum assecuta fuisset. Hæc insuper adeo sentiebat, ut cuperet etiam, quod idem omninò de seipsâ cæteri sentirent. Hinc ubi nobilis quædam Mulier Mariam in Ecclesiâ D de more Orationi vacantem convenerat ipsam allocutura, Maria verò opportunum id temporis, & loci non esse peragendis negocijs perhumaniter reposuerat, vehementissimè illâ Muliere obiurgatâ contumeliosis verbis impetita, elatâque voce pluribus audientibus, ac proinde scandalum de Mariâ patientibus, tanquam superba, hypocrisi laborans palam traducta, non æquo solùm animo, sed hilari adeò hæc excepit, ut velut insigni affectam se munere reputans, ipsi Mulieri vices rependere cupiens, quod aliâ ratione non poterat, hoc præstitit Deo ipsam jugiter cōmendando. Idipsum cum aliâ Muliere præstitit, cujus in Ecclesiâ genuflexæ vestem in-

talentis

tulentis fortè calceis oscitanter fædaverat Maria; illa enim Mulier pressi serpentis ad instar irâ vehementer correpta adversus Mariam sibilare, mussitare, & execranda verba evomere non destitit, nullo habito loci Sacri, vel adstantium respectu; contra verò Maria æquè ac ornata laudibus fuisset, obmutuit, imo ad ejus pedes provoluta, ac si graviter illam læsisset, veniam coram omnibus humillimè petiit, necnon in posterum, tanquam de se optimè merentem maximè Deo commendavit. Cùm aliquando Processioni interesset Deiparæ Rosarij à petulanti quodam Juvene, digito alteri designata fuit Maria, veluti prægnans ob alibi memorandam ventris intumescentiam, elatâque voce à circumstantibus omnibus percapta, & modo quodam contumelioso; Maria verò nullatenus commota Deo potius, cujus amore ducta, remittebat iniuriam, offensorem commendavit. Quod autem adeo humilitate præstatet ætate gravis mirandum non est, si adhuc adolescentula domi suæ præclara hujus virtutis specimina præbuit, ibi enim, ut diximus, communi omnium Regimini Præfecta, non modò vilissima muna quæque obibat, verùm etiam Fratrum, eorumque Coniugum, aliorumque omnium, qui alienum ab ipsâ foventes animum ipsi plerumque contradicebant, iniurias, obiurgationes, graves querimonias, & asperrima quæque hilari animo ferebat. Familiare sibi semper fuit, quoties Confessarium, vel alium quemcunque Sacerdotem conveniret, ut aliquid cum ipsis perageret, genu flexo humi provolutam, antequam quid diceret, benedictionem postulare ob insignem venerationem, quâ ipsos prosequebatur, se prorsus indignam existimans instituendi eum ipsis colloquia, quos Dei vices gerentes habebat. Vix aliquando audebat Divinæ Maiestati se exhibere, hoc autem tantâ sui despicientiâ præstabat, ut nec explicari, nec animo concipi posset; eodemque sacramentaliter excepto repetere cum Beatissimâ Virgine non desisteret, respexit Dominus nihilitatem ancillæ suæ, aliaque hujusmodi verba. Singularis hæc humilitas in singulis ejus operibus, verbis, nutibus, vel ipso corporis habitu elucebat, itaut quicunque eam adverterent magnâ afficerentur admiratione, eum sibi fuadere vix possent, quòd adeò humiliter de se verè sentiret, quæ tot Privilegijs à Deo cumulata constabat. Comperta verò magis fuisset humilitatis hujus excellentia, & ipsam venerabundi plures admirati fuissent, nisi tantæ solitudinis adeò tenax fuisset. Inde verò quod humillimè de se verè sentiret, fiebat, quod licet illustrata divinitùs, uti diximus, esset; dubia tamen, & errandi discrimen subire, ut plurimum verita, secum prudenter agens, sibimetipsi non credens, cæteros in rebus etiam facilioribus, tanquam omnium maximè ignara, consulere volebat. Quidquid faciebat imperfectum, scatens defectibus, & nihili apud Deum faciendum habebat. Vitium quodcunque sacri reprehenderent Oratores, sibi inesse putabat, quippe quæ eidem, & longè graviori patrando se putabat idoneam. Quamobrem severissimi Judicis instar seipsam ad examen vocans exactissimè expendebat, & inquirebat, num verè criminis illius rea foret, eòque tandem processit hujusmodi sui ipsius contemptus, ut crimina quædam perpetrasse sacramentaliter se confessa fuerit, quæ reipsâ ipsam minimè commisisse severiori examine præmisso Confessarius deprehendit.

Inde quoque castigandi corporis, per jejunia præsertim, studiosissima fuit, quòd ob innumera à se prætensa crimina Divinæ iustitiæ se plurimùm debere putaret. In primis jejunium Adventus Domini, necnon Spiritus Sancti familiare illi erat, interdum verò quadragenarium numerum in honorem S. Michaelis Archangeli, & in pervigilijs Sanctorum, & quidem plurium, quibus erat addicta, assiduis laboribus minimè deterrita; quadragesimales cibos quamlibentissimè adhibebat, adhuc in Domo Paternâ degens, votis omnibus expetens Quadragesimalis jejunij dies, tum etiam, ut Bacchanalibus voluptatibus imponeretur modus, tum ut Divini vi verbi ad meliorem frugem homines revocarentur. Prætereà postquam jejunium Adventus expleverat, quadragesimale jejunium, quod vulgo Cappuccinis dicitur *Benedicta*, nec unquam antea servarat, servandum suscepit, postquam Professionem emiserat, subinde generale jejunium, quo pariter completo jejunium aliud in honorem Spiritus Sancti statim suscepit, usu carnium adhibito solummodò tribus diebus festis Resurrectionis Dominicæ. Ipso quoque Ascensionis Domini die excitatam se sensit Divinitùs ad prosequenda incessanter jejunia, quod planè ex Deo esse luculenter intellexit die festo Pentecostes, tunc enim neque carnibus vesci, nec jusculentum quidquam sumere in posterum potuit absque gravissimâ stomachi nauseâ, quam revera passa est, quoties Confessario morem gerens quid simile sumebat. Hinc in abstinentiâ istâ prosequendâ magis, ac magis confirmata carnium usum omninò sibi à Deo interdictum esse cognovit, quin etiam oblatum sibi caseum excipere noluit, quem & bisce similia sibi non amplius delibanda cognoverat, ac Laviniæ Brancaleoni, apud quam Typherni post Professionem diversabatur, palam fecerat, quæ tamen ei fidem non habuit, ac si res ipsa fieri non posse videretur. Postmodum seriò aperuit novam hanc stomachi nauseam, & novum hoc desiderium Confessario, ab ipso enixè petens, ut sibi per ipsum liceret quadragesimales tantummodò cibos deinceps adhibere; Confessarius autem primò quidem inurbanè Mariam excipiens petitioni propositæ renuens ipsam à se rejecit, hæc tamen vota sua exponere, & preces inge-

Abstinentia.

ingeminare non destitit, graviora quoque expendenda proponens rationum momenta, quibus permotus Confessarius abstinentiam à carnibus, non ab ovis, & lacticinijs eo temporis indulsit. His nondum contenta voto se obstrinxit, quod alibi diximus, ubi de singulis votis ab ipsâ emissis, quadragesimales solummodò cibos perpetuò adhibendi excepto infirmitatis tempore, Confessario eodem probante, qui re maturiùs expensâ cœlesti lumine præditus altissimum Dei consilium assequebatur. Progressu quoque temporis alia adhuc vota in re propositâ emisit à Nobis superiùs memorata. Novum hoc abstinentiæ genus dissimulare ab initio studuit apud Domesticos, cibos omnes excipiens, jusculenta tamen pauperibus clàm distribuebat, quadragesimalibus tantùm utens. Diù tamen latere non potuit res ipsa, pauperes enim, etiam turmatim, & palam ipsam conveniebant, cùm Ecclesiam adiret, quamvis opus hoc celare summo studio niteretur, ijsque silentium mandasset, quorum necessitatibus haud mediocriter consulebat, quippe quæ eis omnia largiebatur, quæ aliunde, & quidem plurima, eleemosynæ titulo ob insignem ejus virtutem, vulgò notissimam ipsi obveniebat. Abstinentiam hanc, tanquam plus æquo severam damnabant omnes, tum Domestici, tum exteri, quam potiùs Dæmonis artem esse putabant, ut sanitate primùm, vitâ deinde destitueretur, quocirca nil intentatum etiam per Medicos reliquere, quibus curæ erat Maria, ut rigorem hunc moderaretur, ipsa verò Deo plenè innixa, cujus voluntatem perceperat, in proposito consilio perseveravit. Confessarium etiam urgebant nonnulli zelo charitatis commoti, ipsumque, tanquam inexpertum, ac temerarium habentes, seriò monebant, quòd ei reddenda foret apud Deum ratio de gravi vitæ discrimine, quod Soror Maria subibat, quæ se illi summâ humilitate, ac simplicitate dirigendam tradiderat. Sed incassum omnia, ratam enim habebant Maria simul, ac Thomas Divinam in hac re voluntatem. Accedente quadragesimali cujusdam anni jejunio, quæ paulo antea febribus, & variis morbis laboraverat, verita maximè, ne sibi cessandum foret à pijs quibusdam operibus, & silentij lege servandâ juxta temporis ejus conditionem, Deum etiam atque etiam rogavit, ne Medicis, & Medicinis indigere cogeretur, parata potius cujusque generis dolores æquo animo subire, cujus profectò preces, sicut & alias in hujusmodi potissimùm rerum statu irritas esse passus non fuit Dominus, sive se, sive alios spectarent, quamobrem maximo affecta rubore Divinæ Benignitati se plurimum debere testabatur. Quoties autem exercitijs spiritualibus juxta D. Ignatij leges vacabat, prout alibi diximus, & adhuc fusiùs deinceps dicendum, hæc ei semper fuit ratio victus. Vini de more cæteroqui parcissima præter quotidianum jejuniū, piscibus quibusque etiam salsis amoris, & alio quocunque quantumlibet quadragesimali obsonio, quod delicatulum foret, fructibus tantùm, herbis, & leguminibus vescebatur. Qualibet etiam feriâ 4. pane solùm, & frigidâ reficiebatur, feriâ verò 6. ab omni cibo prorsus abstinebat, adiecto quoque sabbato, cum ad exercitiorum finem accederet, à feriâ 5. ad diem usque Dominicum generali ciborum, & potus abstinentiâ jejunium feliciter protrahendo, viribus corporis æquè integris, & spiritu longè magis roborata; flagellis item, & ciliciis præter consuetudinem in se sæviebat, aliaque macerationum genera adhibebat cœlestibus excipiendis favoribus, de quibus deinceps, longè aptior futura, quippequæ noverat eò majora sibi divinitùs conferenda beneficia, quò arctiorem in solitudine cum Deo unionem iniret. Cæterum quotidianus ejus victus tenuissimus erat, ipsique alendæ vix satis, adeout Confessarius ipse aliquando haud mediocriter admiraretur, ac vereretur quandoque, ne ipsa naturæ juri deesset, ipsam proindè seriò monens, ut sibi omninò consuleret, ne præ nimiâ inediâ corpus deficeret. Tenuitatem autem hanc adhibebat in victu, non modò corpori suo per abstinentiam castigando, verùm etiam ut plura pauperibus sibi distribuenda superessent, quibus meliora quoque addicta volebat. Pane vescebatur, ut plurimum gravis odoris, ac duro, quem proinde sibi ex industriâ servabat. Quæ plures domos, ut diximus, incoluit, & plura ob domesticorū oscitantiam incommoda subijt, conquesta nunquam fuit, quin etiam eadem dissimulans in ijsdem subeundis gestiebat; si fortè quæsita foret, an ipsi paratum obsonium gratum accideret, reponere solebat, grata sibi esse omnia, quæ humili genere nata, & integrâ utens valetudine longè deterioribus assueverat, nec ullam sibi jacturam è quadragesimalibus cibis, quomodocunque etiam conditis accedere posse, adeoque ipsos monebat de hac re solicitos non fore, quemadmodum neque de tempore, quo prandium sibi ministrandum esset; ex quò conijcere licet, quod plura desideraret, quæ planè incredibili gaudio dissimulabat, quemadmodum ipsi contigit, cum exercitiis spiritualibus vacanti prandium parare oblitus fuerat ejus curæ Præfectus, necnon delato eidem acetario, neque aquis abluto, neque prout decebat condito, quin etiam lutulento. Delectabatur utique semper abstinentiâ, sed cum exercitiis præfatis vacaret, præter quotidiana jejunia, uti modò diximus, à quolibet genere piscium omninò abstinebat; Feriam 2., & 4. Pane tolerabat, & frigida, sextam verò absque ullo penitus cibo, & potu, adiecto quoque Sabbato, quibus tamen diebus ab omnibus prorsus, uti nuper dicebam, abstinebat, communicari sibi interius substantiam quandam sentiebat, nonnisi divinitùs sibi alendæ parem, ac si de more come-

Mortificationi addicta corpus castigat jejuniis aspero vestitu, flagellis, catenis ferreis, quæ singula adamussim describūtur

comedisset, sensui tamen gravis hæc erat inedia præ magno stomachi calore. Præterea si bi melius consultum esse dicebat vilioribus cibis adhibitis, vix etiam conditis, hinc delicatiores quosdam sibi paratos comedere noluit, & pauperibus ministrandos dimisit. Infirmitatibus quibusdam aliquandò curandis Medicorum consilio addicta enixè petiit, ne quadragesimale jejunium prætetire cogeretur, idque à Domino summo studio postulavit, ut Medicos, atque Domesticos excitaret interius, ut sibi indulgerent, vel si necesse fuisset jejunium illud præterire, insipidos, & amaros experiretur cibos Quadragesimæ tempore interdictos, cui planè annuit Dominus, Medicus enim abstinentiam illam præter consuetudinem induisit. Anno Domini 1644. Quadragesimam Adventus eò abstinentiæ genere transegit, ut altero die pane tantùm vesceretur, & frigidâ, altero verò ab omni prorsus cibo, & potu abstineret, & ita vicissim singulis diebus, exceptis Dominicis, quibus alimentum familiare sumebat, ultimis verò duobus diebus nihil penitus accepit. Anno proximè sequenti 1645. Quadragesimâ pariter Adventus recurrente, altero die Panem tantùm adhibebat, & frigidam, altero autem familiares cibos, novem ultimis diebus panè solùm, & frigidam, novissima tandem ab omnibus penitus abstinuit, vegeta tamen, & corpore valens æquè ac benè pasta, & benè pota fuisset. Ineunte generali Quadragesimæ jejunio viribus destituram se sentiens ob adversam valetudinem, à quâ recens convaluerat, verebatur, ne jejunia cogeretur omittere, quæ qualibet feriâ 6. servare consueverat absque ullo cibo, & potu; verùm primâ ex his feriis Mensis Martii, longéque magis secundâ sibi vires adesse persensit ad id præstandum idoneas, quamobrem & ipsos eadem lege transigere, & reliquos dies, quos pane tantùm tolerabat, & frigidâ, ad Paschalia usque solemnia feliciter potuit, quod pariter præstare solebat, quo tempore exercitiis spiritualibus vacabat terræ insidens, & nuda pedes. Sabbatum quoddam, in quod inciderat, anno Domini 1646. Pervigilium Annunciationis Deiparæ, quod proximè præcesserat jejunium feriæ 6. usu panis, & frigidæ, transigere nihil prorsus gustando decreverat, cum verò antecedenti nocte consuetis cordis doloribus affecta fuisset, & infirmitatibus aliis laborasset, id sibi servandũ minimè posse putavit, neque usu tantùm panis, & frigidæ; orationi tamen aliquantulum vacans, ac se Deo commendans, viribus integram se protinus sensit, quocirca ab omnibus abstinens diem illam transegit mirum in modum vegeta, speciali quidem Dei munere, quod sibi collatum pluries divinitùs intellexit. Anno proximè sequenti 1647., eâdem Adventus Quadragesimâ recurrente, alterum diem pane tantùm, & frigidâ, alterum ritu vulgari, & ita singulis diebus vicissim; feriam verò 6. ab omnibus penitus abstinens transegit, quod tamen

E abstinentiæ genus vel ipsa mulier ignorabat, quæ prandium illi adornaverat, quod Maria prandium ipsum pauperibus clam distribuebat, quod cum aliquando Christo Domino in pauperibus ipsis obtulisset, luculenter agnovit, quàm acceptum ipsi fuerat, participem enim ipsam fecit ineffabilis cujusdam gaudii, cui comprehendendo non erat. Aliàs etiam dixit sibi alendæ suffectum fuisse Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, cum ab omni prorsus cibo abstinuisset, quod ipsi plerunque contigisse vero proximum videtur. Alias quoque è novem ultimis diebus Adventûs Dominici, septem tantùm pane transegit, & frigidâ, duos verò novissimos ab omni penitus cibo, & potu abstinuit, æquè semper

F viribus integra, ac si benè pasta fuisset, supernaturali quodam, uti mox dicebam, eoque suavissimo succo refecta. Delicatioribus cibis non sine molestiâ vescebatur, & majorum auctoritate coacta. Proximè alenda quicquã absynthii faucibus ingerere solebat, quod proinde, ne sibi unquam per annum deesset, arefactum servabat. Quæ quidem omnia abstinentiæ genera, & pium prædictum erga pauperes charitatis officium ipsis nimirùm distribuendi sibi paratum prandium, ideo quoque adhibebat, ut defectus quoscunque supplere posset, quos in servandis præceptis jejunii fortè perpetrasset, quamvis eadem exactissimè ipsam servasse non vereamur. Ætate gravior, graviora quoque adhibebat jejunia,

G quæ pluries infra hebdomadam repetebat, dum adhuc Domi suæ degeret, rel quis diebus haud mediocri frugalitate transactis. In solemnioribus quibusdam pervigiliis vix ad vesperam aliquantulum vescebatur, ne deficeret in viâ, cæteroqui semper assueta cibos quomodocunque conditos ab ineunte quoque ætate, vel quocunque tempore sibi oblatos sumere, nihil unquam huiusmodi petere, dapibus quandoque suâ saltem sententiâ delicatioribus cineres permiscere, ad Mensam etiam minus commodum, ut plurimum præeligens locum, vini demum parcissima. Præterea vix puerilem ætatem egressa parum somno indulgere cœpit, reluctante quidem maximè naturâ diurnis laboribus fatigata, ut id

H temporis spatium, quod quieti corporis decretum esse solet, cœlestibus meditationibus dicaret; Beatissimæ item Virginis, Sanctorumque suorum Tutelarium solemnia à teneris etiam unguiculis severâ jejunii lege celebrare consuevit. Æstivo tempore, excessivis ultrò premebatur caloribus, tum præ fervidâ sui corporis constitutione, tum præ incommodo cellulæ situ solaribus radiis semper expositæ, brumali verò tempore frigoris æquè graviter subibat molestias ignem vix adhibens, cum ejus membra nimio rigore obstupescentia exercitiis etiam spiritualibus inepta fierent. Procedente tempore vulgari lecto posthabito nudis asseribus incubabat, li-

gneo

gneo qunque fulcro capiti adhibito, lanceæ, & quidem rudes ipsi erant fubuculæ, quæ potius cilicii fpeciem habebant, quas tamen veluti molles reputans, ferreas quafdam, eafque pungentes catenulas pluribus corporis partibus adhibebat, additis etiam flagellis, quibus modum imponere nefcia Confefsarii fræno indigebat; cum verò exercitijs fpiritualibus juxta D. Ignatium vacabat longè graviùs in fe defævlebat, prout fuo loco dicemus; denique fibi nunquam indulgens, fed longè femper feverior voluptatibus quoque fpiritualibus, quibus, ut diximus, affluebat, adhærere nunquam voluit, fed in Chrifti Crucis amplexu fuam jugiter ducere vitam.

Multipliciter quidem, ut diximus, carnem fuam affligere, & in fervitutem redigere Soror noftra ftudebat, quoniam verò Chrifti Cruci affixo maximè conformis efse fitibat, & martyrij palmam confequi, necnon à Domino enixè aliquando petiit fingulis fenfibus Crucem, ibique tormenta propria, tanquam in fede parari, ubi reliquis adornari folent deliciæ, utique non defuit votis ejus Altiffimus. In primis enim gravifſimas, diuturnas, & moleftiffimas perfæpe fubiit infirmitates.

Patiendi defiderium.

Cùm Perufii degeret ardentiffimâ febri correpta aliquando fuit, cujus præludia quædam aliquot ante diebus habuerat, non mediocrem fcilicet virium languorem, parem ciborum naufeam, & febrim quandam accidentalem, quæ noctu ingruens illucefcente die evanefcebat. Modo verò adeo vehementer vexata fuit Maria, ut decumbere coacta viginti tres dies continuos febris hujus incommoda fubierit, & præ virium languore adhuc fexdecim dies in lecto jacere debuerit; cæterum ingruentis febris ardore intumuerat, afpera evaferat, & extincti carbonis in fpeciem fubnigra facta fuerat lingua, ita quidem, ut loqui vix poffet, quidve diceret percipi; Adeò pariter aruerant fauces, & eo anguftiis devenerant, ut deglutire ferè non poffet quælibet etiam liquida, facultate quoque auditus ferè prorfus deftituta. Hæc fanè tunc erat Mariæ conditio, quam animadvertens Joannes Baptifta Perilli inter peritiffimos Perufij Medicos accenfendus, ejus curæ addictus fummo ftupore afficiebatur, teftatus fe nunquam vidiffe morbi vim adeò vehementem, ac diuturnam febrim adeò ardentem; cum verò Mariam noffet orationi maximè indulgentem, ipfam monebat, ut mentem à Deo, atque Divinis aliquantulum diftraheret, ac fi hujufmodi mentis contemplatio febris ardorem adaugeret, quæ Divini amoris incendiū adauget, quod planè Soror noftra fubridens excepit, quæ proinde Deo femper adhærebat, probè jam affecuta, quòd folis in Deo delicils affluere licet, qui revera febrilibus ardoribus afflictam fpeciali quodam modo jugiter levabat, hinc non modò, ne minimum quidem querebatur, quin etiam gravioribus affecta doloribus geftire præ gaudio,

In gravissimā incidit febrim.

A & rifum emittere coacta erat, verbis adeò fuavis, adeò hilaris, & facie adeò jucunda, ut nullo affici morbo videretur, ita fingulos docens, quòd mortem, cæteroqui terribilium terribiliffimum non exhorrebat, fed potius cupiebat, de quâ fæpiffimè mifcere colloquia erat illi in delicijs, quam veluti januam æternæ beatitudinis concipiebat, & ut arctius Deo adhæreret è corporeæ molis vinculis exfolvi cum Apoftolo petebat. Intereà metum eidem incutere nitebatur Diabolus, modò lumen extinguendo nocturno tempore, modò fe maximè deformi fpecie oculis fuis obijciendo, cum ipfa indulgere fomno cæpiffet, à quo excitata temperare fibi non potuit, quin exclamaret, ad quam proindè, ut opem ferrent accurrentibus aftantibus fæ-

Dæmon ei metū incutere nititur.

B minis rem ipfam abfcondere bonum effe exiftimans, verò fimilem aliam clamoris caufam adduxit.

Certior à Medico facta, quòd fibi de ipfa, ejusque falute conclamatum efse videretur, ideoque præmonita, quod Sacrofanctis Ecclefiæ Sacramentis adhibitis fibi viam ad æternitatem pararet, incredibili perfufa eft lætitiâ, non ex eo, quòd pati ipfam tæderet, quæ potius pati, vel mori jugiter à Deo petebat, quamvis hoc ab hiftoriâ D. Therefæ, vel ab alio quocunque minimè didiciffet, quemadmodum ipfa poftmodum afferuit, fed iofpirata tantùm divinitùs, & ab eadem Therefâ potius interius edocta, cujus deinceps virtutes adeò exactè æmulari debebat; fed

C ex eo tantum, quòd facie ad faciem aliquando Deum, ac Sponfum fuum Jefum intueri liceret; quem fub fpecie facramentali mox exceptura fe longè melius, quàm fieri poterat, repetitis virtutum actibus difponebat, nullâ, vel Inferni pœnarum, vel Paradifi deliciarum habitâ ratione, fed infinitam duntaxat Dei bonitatem admiratâ. Convalefcere poftmodum cœpit, fed angoribus, & internis anguftiis quanmaximè prefsa, teftata deinde fibi potiffimùm manus, & pedes affectos dolore fuifse, quin etiam fui ferè non compos, infuper addens, quòd Jefus gravi ipfi in corde inflicto vulnere ineffabiles communes fecerat dolores, & aliquandiu Cruci fuæ affixam tenuerat, fed fingulari fui cordis

D voluptate. His verò dictis obmutuit advertens fortè myfterium, quod abfcondere bonum efse fciebat, nec unquam, quandiu vixit, quid aliud nofse licuit, quod myfterium hoc fpectaret, quod planè ftigmatum impreffionem, & cum Chrifto Cruci affixo fimilitudinem redolere videtur, quemadmodum & alia hifce fimilia, quæ in ejus laudem, & exiftimationem cedere poterant. Primâ Quadragefimæ die præ dolorum exceffu cordis verita fractionem, Sacerdotem ad fe vocandum curavit, qui fuprema Charitatis officia in animæ tranfitu perfolveret, quam fubinde habituram credebat, quod planè præftitit Sacerdos, cum omnes idem cum Sorore vereren-

tur. Verùm interius à Deo monita, quòd sibi quoque illatâ vi deglutire cibum noceretur, quem, ut diximus, præ faucium angustiâ deglutire nonnisi ægerrimè poterat, secus rationem Deo redditura, quòd sibi mortem conscivisset, Divinis monitis protinus obsequens, pro virili, ac nervis omnibus cibum deglutire contendit, quòd cum pluries fecisset, difficultate paulatim sublatâ ab extremâ illâ infirmitate penitùs brevi convaluit obstupescentibus omnibus.

Præterea colicis afficiebatur quandoque doloribus, gravissimam identidem in corde pœnam subibat, ac si clavis transfixum ipsi fuisset, prout modò diximus, quod ei aliquando speciatim contigit, postquam interiùs monita fuerat Deum ipsi pro iis orandum, quæ in proximè futurâ Quadragesimâ obventura ei erant, quin tamen intelligeret, quid sibi futurum in specie foret, etsi quid gravissimum fore non dubitaret, tunc enim memoratam cordis passionem iterum subiit, additis palpitationibus, difficultate respirandi, ac vehementibus doloribus, ex quibus summus virium languor ortum ducebat, qui totum ejus corpus speciatim a lævâ inutile prorsus reddebat, ubi pariter doloribus afficiebatur, ac si cor tergo adhæresceret; adeo verò angebatur, ut nocte quadam morti proximam se crederet, animam suam proinde consuetis Ecclesiæ precibus adhibitis Deo commendans, seque ipsi in holocaustum offerens; inter m tamen ex iisdem pœnis singularem hauriebat dulcedinem, ecnon repetitis actibus conformitatis, & amoris in Deum vehementius ferebatur. His verò maximè adhærens insufitato calore correptam se sensit, quamvis anni tempore frigido, & præ intolerabili cordis pœnâ mirum in modum anxia Cellulæ non patiebatur angustias, reseratâ proindè fenestrâ, quin etiam nuda pedes, & caput quietis impatiens huc versabatur, & illuc. Tribus annis potissimum mortem proximè præcedentibus, quas dissimulare pro virili nitebatur Maria, tum, ut Medicos declinaret, quos sibi tenuitatem victus moderari verebatur, tum ne Domesticis incommodum inferret, & detrimentum; tum, & quidem maximè, ne quid sibi deesset pro Deo hilari animo perferendum, cui in eo patiendi genere placere se credens ineffabili gaudio afficiebatur, solita Deum rogare, quòd sibi labores corporis prædictos restitueret, si quando cessassent, qui tamen, ut alibi diximus, utpotè divinitùs potius immissi, quàm à naturalibus causis procedentes, postquam totam noctem malè ipsam habuerant, illucescente die incolumem, & integram ad consueta pietatis officia obeunda dimittebant, nullo servato periodorum ordine, sed ratione quadam speciali artis Medicæ peritis incompertâ. Cum aliquando in Cathedrali coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento orationi incumberet, se illi videndum interius obtulit Christus

Infirmitates.

Pœnas ferè intolerabiles subiens mortem proximam se credit.

E Crucem gravissimam super humeros deferens, hæc dicens: *nisi me hoc modo sequaris, non eris me digna*: quibus acceptis summo perfusa gaudio, ac veluti extra se rapta jucundam speciem illam diligentissimè lustrabat; verùm illâ recedente pœnas iterum Inferni subire visa sibi est, quæ ipsi cor suffocabant, & singulas corporis partes constringebant, earumque usum omninò interdicebant, Divinæ tamen voluntati simul & Cruci adhærens; paulo verò post inde soluta Domum reversa est gemebunda, & gravi dolore affecta, complures dies varios tum cordis, tum corporis passa labores. His aliud pœnæ genus accessit, & quidem gravius, quòd gaudio illo per quatuor Menses continuos destituta prorsus fuit, quod experiri se diximus,

F ubi pro Deo se pati sentiebat. Angores rursus, & molestissimos horrores animo concepit proximè morituris familiares, quibus proindè declinandis dignos Pœnitentiæ fructus facere decrevit. Oculis graviter bis laboravit, quibus curandis ignem, & ferrum adhibere Chirurgis necesse fuit, haud mediocri planè doloris sensu; inde verò soluta aliud insuper subiit morbi genus nimio frigori aliàs sponte tolerato, nimio pariter ciborum quadragesimalium, & frigidæ usui tribuendum, pellicularum scilicet circa umbilicum relaxationem, in globum quemdam vergentium, quod cum ipsa somno proxima advertens, stupore simul, ac terrore perculsa fuit, supremum sibi exindè verita imminere discrimen, totam illam noctem proinde ducens insomnem, æ-

G quanimiter illud ferens incommodum nulli prorsus è Domesticis indicando, ne ullam ipsis molestiam inferret, quod ubi illis detegere coacta fuit, quamvis nihili faceret ex eo prodeuntes dolores, incommodum inde illis obveniens ipsi grave erat, cui pariter valdè gravis erat Chirurgi incuria, qui pluribus de causis ipsam curare detrectabat, quatenus piis exercendis operibus obstabat, sicut & alias curandum oculum male, ut diximus, affectum aggressus, utpotè loquax, ac temporis prodigus haud mediocriter illam vexabat. Quinto hujus morbi accedente die Sacrâ de more Eucharistiâ perceptâ, coram Sacratissimo eodem Sacramento publicè exposito sani-

H tatem, corpus & vitam Deo in holocaustum obtulit de ejus voluntate tantùm sollicita, licet ipsi per gravia quoque tormenta obsequendum foret. Post hæc confortatam se maximè sensit ad Crucem illam subeundam, quam reipsa summâ alacritate subiit, D. Annæ sese commendans sanctum ejus uterum venerata, cui Dei Mater insederat, necnon Beatissimæ eidem Virgini immaculatum pariter illius uterum venerata, in quo Verbum caro factum erat. Adhibitis frustra tres Menses continuos artis Medicæ remediis, nonnisi divinitùs D. Annæ intercessione, prout Maria ipsa senserat, tandem convaluit, quæ sanitatem ideò potissimùm petebat, non quòd

pati

pati refugeret, sed quòd Medicos declinare vellet, quorum consuetudine tempus inutiliter terere sibi videbatur, ab ipsis verò subducta consueta sibi jejunia prosequi liberè posset. Gratijs Deo habitis pro hujusmodi beneficio, diversi generis doloribus vexata subinde fuit, ita tamen, ut Medicorum operâ, vel humanis quibusque remediis nõ indigeret; postquam enim totam noctem ita affecta transegerat, adveniente die, ut alibi diximus, ab ijs doloribus exempta consuetis operibus liberè vacabat.

Ad Crucem quãcunque subeundam se vehemẽtissimè excitatã sentit, & eam gravissimis morbis statim tolerat.

Cum 6. quadam feriâ coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento venerationi publicæ exposito orationi Indulgeret, excitata vehementissimè fuit ad Crucem quamcunque subeundam, quæ Deo libuisset, quod statim Ipsa præstitit, se illi, veluti mortuam pro libito tractandam offerens; vesperè autem proximè sequenti ardente febri correpta fuit, ventris, & ossium doloribus eâ vehementiâ Ingruentibus, ut ipsi tanquam contrita viderentur, quamobrem sequenti die neque Missæ interesse, neque Sacrâ Communione refici potuit, vis enim morbi maximè increbuit, totamque diem, & insequentem noctem malè ipsam affecit; altero autem die adveniente sacrosanctam Eucharistiam esuriens, & Sacrificii Missæ percupida è lecto surgere pro virili studuit; quo vix tentato pristino statim restituta vigori fuit, necnon incolumis, & integra Ecclesiam facillimè adiens sibi, suisque votis satis superque fecit. Post hæc sanguis efferbuit, qui proinde febres excitavit ardentissimas, & oculos diù vehementer sulicitavit, quin etiam quandiu vixit hoc identidem præstabat. Aliâ quoque feriâ 6. vehemens illi febris adlecto frigore accessit, dum adhuc In Ecclesiâ piis operibus incumberet, non ideò tamen Missam, sacram Concionem, aliaque Religionis officia omittere voluit, post biduum verò deprehensum in facie Ipsi fuit erysipelas, quo plures dies laboravit, et iterum in capite affecta postmodum fuit. Præ nimio sui sanguinis fervore, cui prædicta capitis, oculorum, & aliarum partium incommoda tribuebantur, eundem sæpissimè minuere solebant Medici, eâ planè copiâ novem Mensium spatio, ut ipsam omnes admirabundi adverterent, quæ quinquagesimum tertiũ annum agens continuis diù macerata jejuniis, quæ adhuc deinceps prosecuta fuit unà cum reliquis pietatis, & pœnitentiæ operibus adhuc viribus integra permaneret, affectibus colicis etiam, & urinæ retentione laborare primùm cœpit, & quidem dies quamplures, quæ licet aliquando cessarent, nihilominus ad obitum usque identidem ipsam vexarunt. Hæc autem morborum genera adeò Inusitata à periodis Medicorum aliena, ac præter consuetudinem frequentissimè conata, si quis diligenter advertat, sibi facilè suadeat necesse est, quòd immissi divinitus, uti nuper dicebam, potius fuerint ad ejus virtutem roborandam, quam naturalem sui causam agnoverint, A præsertim verò, quòd macie confecta non apparebat, sed optimo utens colore, integra, rubicunda, & eâ semper hilaritate perfusa, ut adhuc memoratis angustiis pressa temperare sibi à risu vix posset.

Emisso Virginitatis voto pluribus à Dæmone, & ab hominibus vexatur, quas invicto animo suffert, & superat.

Hisce corporis incommodis cæteroqui gravissimis accessere Domesticorum molestiæ, Dœmonum persecutiones, confessariorum severitas, & spiritus desolationes. Itaque secundum votum Virginitatis emissum per Confessarium Parentibus aliquando significans, & ex animo paratam se exhibuit ad ardua quæcunque subeunda, vel mortem ipsam potius, quàm fidem ejusdem frangendã, muliebrem mundum, quem etiam elegantiorem adornaverant ipsi Parentes, ut eam à voto B distraherent, insigni constantiâ contemnens. Pluribus quidem, & à Dœmone, & ab hominibus seculi hinc inde vexata molestiis traducebatur tanquam imprudens, ac temeraria, quippe quæ vitæ genus suscepisset, quod tandem deferere coacta aliquando foret majori suffusa rubore. Præterea Dœmones horribili specie identidem ipsi apparentes terrorem incutere non desistebant, mortem ipsi illaturos se esse minabantur; modò illi, tanquam elegantiora objicientes, quæ corporis ornamenta dimiserat, quibus omnibus tamen invicto animo superatis acquievere tandem Parentes, Ipsa verò majoribus à Deo instructa præsidiis eo usque perfectis processit, ut nec repugnantiam in hisce mo- C lestijs sentiret, & in summâ animi tranquillitate Deo tantùm, ac piis operibus vacaret, ideò potissimum petens à Domino, ut domi sola degere aliquando posset, etiamsi à carnibus abstinendum, & jejunium servandum illi fuisset, quod planè Deus illi concessit, prout suo loco dicendum est. Paucis diebus exactis divinitùs de more intellexit, quòd licet voluptatum carnalium sensus sibi defecerat, in rebus asperis tamen vivida sensibus fuisset, quod profectò invito Dœmone contigit, cum exindè uberrimæ meritorum leges eruperit.

Domi solam degere à Deo petit, & exauditur.

Ad matrimoniũ à Parẽtibus iterum solicitata, prodigioso, & et molesto quodam eventu Divinã experitur præsidium.

Cum autem hæc ita se haberent, ipsam iterum urgere cæperunt Parentes, ut Matrimonium iniret longè opportuniorem nacti occasionem. Verum Deus, qui preces pauperum D exaudit, & vota humilium respicit, ab hisce molestiis ipsam penitus exemit prodigiosâ quadam ratione, è quâ tamen gravior accessit illi molestia; intumuit Famulæ Dei uterus ad modum Prægnantis Puerperio proximæ, quin tamen Ipsa hujus monstri causam attingeret, dolorem, gravedinem, & infirmitatem aliquam sentiret, immo quin solitus è vultu decor abiret. Quid homines præsertim otiosi de ipsâ passim dictitarent, unicuique licet conjicere. Unum hoc ipse adjiciam, quod Confessarius Ipse, qui diù ipsam ab afflictis calumniis vindicandam susceperat, scandalum præ alijs subiit, ac paulò post cum illâ coram se sisteret ad sacrum Pœnitentiæ tribu-

Intumescet uterus.

A Confessario obiurgatur tanquam sacrilega.

nal, severissimè ipsam accepit, obiurgans non modò tanquam inverecundam, sed etiam tanquam sacrilegam, & hypoctisis notâ affectam, ac si ipsum in administratione Sacramenti decepisset, innocentiam impetu superbiæ acta fallaciter ostentans, & gravissimum scelus dissimulans, quod palam omnibus fiebat. Verùm innocens Puella acri hac reprehensione commota eâ animi alacritate, eâ eloquentiæ vi integritatem suam, pro quâ Deum in testem vocabat apud Confessarium vindicavit, ut ipse tandem alioqui conditionis Puellæ conscius ejus dictis acquieverit, fidem ipsi potius, quàm propriis oculis habens, quin aliud de hac re, ejusve causâ divinaret, quin etiam plurimas Deo gratias agens apud alios quoque, quibuscum integritati Puellæ detraxerat, ex integro restituendam curavit. Maria quidem ratione suæ innocentiæ, ac simplicitatis nihili molestiæ hactenus passa, scandalum deinde advertens, quòd ex hac intumescentiâ sibi fumerent omnes, dolere ex animo cœpit, ipsumque lachrymis exprimere; sibi tamen propriæ innocentiæ conscia penitus quievit Divinæ obsequens voluntati, pro quâ exactè complenda vitam etiam simul, & sanguinem profudisset, ideò potissimum Christi Martyr futura. Hæc tamen Puellæ constantiâ pro innocentiæ suæ testimonio non obstitit, quin obnoxia passim dicterijs esset, atque contemptibus; ac licet præ singulari probitatis ejus opinione, quæ communiter omnibus insederat, vel quid sinistrum de eâ suspicari non possent, vel suspicionem fortè conceptam dimisissent, alter tamen ex ejus Fratribus nomine Paulinus perverso impetu actus stricto gladio aliquando ipsam impetere, veluti necem illaturus minimè veritus fuit, cui ipsa quin ullatenus commoveretur, tremeret, turbaretur, expallesceret, pacificè respondit: nisi Deo placuerit, utique me non lædes: quibus divinitùs commotus Paulinus confestim quievit cuicunque læsioni inferendæ ineptus, eamque in posterum illæsam semper dimisit. Hinc modus omninò molestiis hujusmodi impositus fuit; hac enim viâ, prout asserebat Pater Christophorus Cherubini alibi memoratus ex Ecclesiâ novâ illius Congregationis apud Typhernum fundator ejusdem Puellæ Confessarius magni nominis, & integritatis maximæ Vir, Deus optimus statuit, quod Famula Dei optatissimum finem consequeretur, qui planè jucundissimus eidem fuit.

Summa animi moderatione innocentiã suam tuetur.

Uteri tumor ad obitum usque permanet.

Tumor autem hic ad obitum usque permansit absque ullâ gravedine, vel alio quolibet incommodo, quamvis Perusij deinceps, quò adijsse suo loco diximus, non sine notâ à circumforaneis traducta fuisset. Quod planè divinitùs contigisse putandum est, tum, ut ab expositis Mundi molestiis quoad Matrimonium eximeretur, tum ut Matri Virgini Sanctissimæ socia foret in tribulatione, quæ pariter maximam cum Sponso castissimo molestiam subierat, dum apud hominum vulgus æquè ac aliæ Mulie-
E res affecta gravedine videbatur, quæ cæteroqui Spiritus Sanctus opere tantùm conceperat.

Ejus vitæ tenor à Domesticis increpatur.

Sanctissimam vivendi rationem, quam adhuc in Domo Paternâ inierat, quam sæpissimè damnabant Domestici, & exteri, & ab ipsâ proinde alieni quæcunque in eorum obsequiũ ipsa Domi præstabat quantumlibet eximia charitate condita stomachabundi notabant, additis quoque clamoribus, & ululatibus, præ cæteris verò alterius ex Fratribus Coniux ipsam quotidie affligebat. Accedebat finitimorum judicium, qui pariter consuetudinem illam vivendi, quamvis in operibus pietatis exercitam in Adolescentulâ tamen, eademque eleganti, damnabant. Prætereà
F ejusdem Pater Confessarios ipsos obliquis oculis respiciebat, ac sinistrum aliquid de ipsis vereri cœpit, quippequi charitate commoti Famulam Dei, quandoque Domi, seu potius in agro adibant gravissimi doloris conscij, quo ipsa Sacramentorum usu fraudata afficiebatur. Insuper gravis Domesticis omnibus erat Ecclesiarum isthæc frequentia, quatenus opera sibi commissa negligeret, ac domui detrimentum aliquod accederet, quocirca hinc, & inde quotidie varijs dicterijs notabatur, ac pluribus modis vexabatur. Sancta Deum enixè rogabat, ut se è tantis periculis eriperet, & in plenam libertatem assereret debitum ipsi obsequium exhibendi, Virorum invidens sorti, qui longè majori,
G quàm fœminæ in rebus agendis libertate potiuntur, quique Sacerdotio initiari cum possint, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum conficere, contrectare, intra se sumere quotidie, & cæteris ministrare liberè valent, quod planè videbatur ipsi ineffabilem beatitudinem redolere, eoque magis angebatur, quod sibi nunquam liceret seorsim ab alijs Domi orationi vacare, sed furtim semper, ut diximus, per foveas, per mapalla. Eo quidem angustiæ ob contradictiones præfatas devenerat, ut infirmitates corporis expeteret, sibi suadens, quòd id temporis à Domesticis operibus cessare coacta, quantumlibet quiete corporis destituta, Spiritu tamen Deo vacare, ac rerum cœlestium meditationibus lon-
H gè liberiùs posset. Ad hoc jugè, & æquè molestum abnegationis exercitium habuit Sancta apud omnes sibi Domesticos, speciatim verò apud Coniugem alterius ex Fratribus, quam sicut, & aliam Mulierem suorum Fratrum futuras esse Coniuges divinitùs cognoverat, antequam de hujusmodi coniugio quis unquã cogitasset, eamque sibi ad augmentum virtutis valdè profuturam esse, quatenus inurbanè jugiter secum egisset, spiritualia exercitia à se peragenda damnasset, & alia quæcunque animo semper alieno notasset, haud mediocri affecta invidiâ, quòd Sancta Domestico Regimini præfecta fuisset, cum contra altera è Coniugibus erga Sanctam propensa, ipsi,

ejus-

eiusque functionibus opem opportunè conferret. Cum Puella nostra febri laborasset, postquam convaluit, intellexit, quòd prædictæ Coniuges ad invicē certare potuissent, cuinam vice Sanctæ obeunda essent domestica negocia, cum verò hæc posset ea peragenda suscipere, pigritiâ quadam detenta adhuc decubuit, quamobrem jurgium inter Coniuges excitatum fuit, quo commota Sancta è lecto surrexit, preces ad Deum pro eorum concordiâ, & criminum veniâ fundens. Intellexit autem, Deo superius illustrante, quòd erroris hujusmodi ipsa esset in causâ, quia cum impedire cum posset, non præstitit, quam proindè Deus acerrimè obiurgavit, eaque super hac re maximè indoluit, & in posterum summoperè studuit, quòd Coniuges illæ perpetuam ad invicem concordiam servarent.

A Deo acerrimè obiurgatur, quia domesticas non impedivit discordias.

Intereà cum è Puellæ fratribus procrearentur Filij, ac senectute pressus Pater immobilis lecto tres annos continuos adhæsisset, longè pluribus Sancta distinebatur operibus, utpotè generali Domus Regimini, ut diximus, præfecta, adeoque ab orationis quiete ipsa valdè distrahebatur. Hinc sibi ipsi condolens cum Domino jugiter conquerebatur, quòd eam non adhuc educeret ex hujus mundi carcere, cujus vanitatem, & stultitiam jampridem ipsi patefecerat, præsertim verò, cum alias Puellas Monasticum Habitum induere videbat, & sacros Oratores audiebat de seculi contemptu, & Monasticæ vitæ felicitate differentes. Hinc Dominus irritas amplius Sanctæ preces non passus, suam illi voluntatem longè melius expressit, in quâ sibi Sancta omninò complacuit. P. Christophorus ejus Confessarius apud quandam nobilem Mulierem in Urbe recipiendam quidem curabat, ex quo potissimùm Mater ejus obierat, ut eâ ratione melius à Domesticis distractionibus soluta Deo posset vacare, quod Puellæ nostræ acceptissimum erat. Verùm Deus ipsam adhuc tanquam aurum igne probare contendens nullatenus voluit, quod è Domo Paternâ prosiliret, ubi ob expositas molestias, quæ magis semper, ac magis eā premebant, ad Monasticū Institutum capessendum pretiosioribus meritorom [sic] ornamentis instructa procederet, & ad supremam ejus voluntatem opere perfectiùs complendam in omnibus disponeretur. Itaque Dei consilium longè meliùs edocta, in eo prorsus quiescens, initam Domi vivendi consuetudinem invicto animo servabat, ac sanctis operibus sedulam de more operam dabat, non amplius sollicita de Paternâ Domo deserendâ, in quâ profectò licet corpore degeret, & prædicta omnia quamdiligentissimè obiret, spiritu tamen soli Deo adhærebat, & ejus Conversatio in Cœlis erat; ulteriùs enim cognoverat speciale Dei placitum fuisse, quòd ipsa jampridem Spellum adire renuisset apud Sacerdotem quendam integerrimæ vitę, nomine Justinianum Cambi, qui summo studio eam vocandam curaverat, ut Domi suæ A solitariam vitam instituendam susciperet unà cum duabus suis Sororibus vitæ sanctitate cōspicuis, quæ Tertii Ordinis S. Francisci Habitum indutæ, cœlestibus tantummodò vacabant, quin ullatenus de ijs solicita foret, quæ corpori necessaria esse videntur, quod planè vitæ genus Puellæ nostræ consilio accommodatissimum quisque putasset.

Non mediocrem quoque sensit molestiam, ubi Diabolos optimam de Thomæ Confessarij virtute opinionem è medio tollere studuit, calumniâ quadam per improbos homines ipsi affictâ, quod affectu minimè laudabili commotus Mulierem quandam nobilem infirmam, sed juvenem nimis frequenter inviseret, cui cæteroqui, sicut & alijs ægrotantibus, pro- B ut eorum exigebat conditio, præsto esse solebat. Qui sanè rumor, licet falsissimus, eò tamen increbuit, ut plures ætate quoque, & prudentiâ graviores, & spirituali profectui dediti à Thomâ recesserint, cui se dirigendos tradiderant, advertere detrectantes, quod nobilem illam Mulierem ideo frequentiùs adibat Thomas, quia præ conscientiæ anxietate longè magis indigentem. Hinc verò Sanctæ quoque non defuit Dæmon, ut ipsam à Thomâ distraheret, ipsam graviter notans, quod Christophorum sanctitate, & Doctrinâ præstantem deseruisset, quem sibi ducem tredecim annos fidissimum experta fuerat, sibique omnia in posterum infeliciter cessura prædicens, si Thomam adhuc, à quo de- C cepta fuerat, non declinaret. Quibus commota Sancta parum adfuit, quin à Thomâ recederet. Verum Deus securitati Sanctæ, & integritati Thomæ prospiciens, eidem Sanctæ noctu quadam super hac re vehementer oranti, & in uberes lachrymas solutæ, opportunè adfuit ipsam seriò monens, quòd ob preces tum suas, tum aliorum, quorum à Confessionibus erat Thomas, nihil ipsi sinistrum acciderat, quòd accidere poterat, & omnibus brevi compositis facta fuisset tranquillitas magna, quòd reipsa contigit, obiit enim subinde nobilis illâ Mulier, & apud omnes integritas Thomæ innotuit. Quem sanè obitum Sancta cautè prædixerat Thomæ, hæc dicens: Mulier hæc nobilis proculdubio mori- D etur, neque Medicis, nec alijs quibusque credendum, qui de prosperâ ejus valetudine prosperè divinant, ita enim Domui illi prospiciet Deus, quòd Fœminam hanc Mundo subducat, quæ Domesticis omnibus nimis gravis videtur: quod vaticinium Thomas tanquam certissimum habuit Sanctæ Spiritum jampridem assecutus, in quo dolus non erat: quindecim verò circiter diebus exactis nobilis illa Mulier orationum quoque Sanctæ præsidio innixa piè creditur in Domino obiisse. Non deerat quoque Confessarius eidem probandæ multipliciter ipsam affligendo, identidem enim Thomas severissimè secum agebat, præsertim ubi quid admirabile, & laude dignum

Falsa calumnia affectus Thomas eam Dæmon ab ipso distrahere nititur.

dignum præstitisset, tum re, tum verbis, tum privatè, tum publicè ipsam contemnere non E desinens, & contemptibilem cæteris exhibere, eam quandoque à se, & ab Ecclesiâ elato supercilio eiiciens, & hisce similia exercens, quæ tamen omnia invicto animo superabat Maria, ac veluti scopulus inter huiusmodi procellas immobilis prorsus perstabat, tum interius, tum exterius, quin etiam Deo semper gratias agebat, quòd ipsam ad hoc vitæ genus duxisset. Etsi verò præ gaudio Mariæ spiritus exiliret in arduâ hac vivendi consuetudine, cui solùm jucundum erat pro Deo pati, corpore tamen laborabat ob inusitatum hunc agendi modum; quæ enim antea libero per agros ære fruebatur, & varijs manuum operibus Rusticorum de more se exercebat, F ab operibus hujusmodi omninò cessare coacta intra Cellulæ angustias detenta degebat, indeque per annum integrum, quater duntaxat recreationis ergo evaserat, quod profectò vitæ genus adhibito præsertim perpetuo silentio indoli nostræ, potissimùm verò fœmineæ maximè opposito, Mariæ corpus graviter afflixit, ita quidem, ut speciale Divinæ Providentiæ munus habitum fuerit, quæ in se confidentibus non deest, quòd ipsa infirmitatem non subierit: interim humani generis bostis Mariam urgere non destitit, suadere ipsi contendens, quòd temerè posthabito P. Christophoro Thomam prælegisset, uti modò dicebam, qui nondum ætate, & experientiâ maturus ipsam deceperat importunas ei vias G indicando, imprudenter secum agendo, dum ipsam luce solis destitutam, cujus beneficium, vel ab infantiâ jugiter experta fuerat, sepulchri fermè tenebris damnaverat: hæc, & hisce similia Mariæ ingerebantur à Dæmone, Maria tamen cœlesti jampridem sapientiâ imbuta, in suscepto animi proposito longè constantior, Deo tantum innixa, omnes hujusmodi conatus elusit. Ex quo pariter varias aliorum Domos Typherni, atque Perusij incolere debuit, licet ubique perhumaniter excepta, imo votis omnibus expetita, non pauca tamen sensit incommoda, ubi de ejus solitudine agemus, recensenda. Plurimum enim incommodi præ cæteris passa fuit Perusij, quâ Domo primùm excepta fuerat, non H utique è Charitatis Domesticorum defectu, sed potius ex eorum negligentiâ, quibus demandata erat illius custodia, qui etiam quandoque necessaria desiderari patiebantur, sibi suadentes, quòd hac ratione satis ei facerent, quæ pati cuperet, quamsæpissimè enim fame laborabat, ideoque pluries huic necessitati Thomas, & Generalis Berardius præfati consuluere; pane ut plurimum vilissimo utebatur, eoque etiam aliquando, qui canibus paratur, quod cum diu celasset, Thomæ tandem aperuit ipsum enixè rogans, ne id ulli significaret, Dei consilium in hac re venerata sibi in hujusmodi pœnarum genere complacentis. Raro per hebdomadas vix aliquid ad

Variis experimentis à Confessario probatur

Præ novo vivendi genere aliquantisper tristatur

Dæmonis conatus eludit.

Plura alia patitur incommoda

panem illi adhibebant ejus curæ Præfecti; E Brassicas etiam inconditas diù pararunt, quæ ejus usui forent per plures etiam dies, quæ proinde ob graveolentiam stomachum provocabant non mediocri sui afflictione; ex quo profectò luculenter innotuit, quòd Mariam Deus adeò afflictam volebat, fieri enim aliter non poterat, quòd tum hospes, tum famuli, cæteroqui solertiâ, & charitate conspicui, Mariæ curam adeo negligerent. Prætereà dies conplures dormire coacta fuit ligneæ cuidam arcæ innixa stragulo quocunque destituta, quòd cum repentè alter è Filiis Viduæ hospitis Militiæ Præfectus plures Milites Domi noctu quadam excipere debuisset, lectulum quoque Mariæ ad usum hunc comparavit, nemo verò in posterum restituendi lectuli cu- F ram egit, ipsa quoque patiendi avida rem tacita dissimulabat, donec juxta Thomæ consilium incommodum hoc Famulis aperuit, quòd sibi exinde præ nimio frigore, quo constringebatur, præsertim in tibiis, quæ arcæ prædictæ non adhærebant, sanitati detrahendum maximè verebatur. Famuli quidem lectum restituere polliciti statim sunt, sed iterum rem hanc obliti, adhuc Maria insigni animi moderatione idem subiit incommodũ, quòd æquè acceptum Deo censebat, ac recessum à Patriâ, ac propterea ad utrumque æquè paratam sese sentiebat. Plura quoque subiit incommoda, quoties exercitijs spiritualibus pluries memoratis vacabat, ibi speciatim recensenda, ubi de ipsis ex instituto agemus. G Cujusque verò generis tribulationes, tanquam Divinæ beneficentiæ argumenta habens, plurimas Deo, & quidem ex animo, gratias referebat, quinimmo veritatem hanc perfectissimè edocta, quòd temporis hujus tribulationes Divina sunt beneficia, è suis Domesticis alteri, cui proindè plurimum debebat, quasi præmium adhibitæ secum charitatis, ei conferendum prædixit, quod ei tribulatio immineret, quam proinde ipsi quotidie petere à Domino volebat, donec assequeretur, ideoque ipsum monebat, ut ad eam subeundam se pararet, ac reipsâ paulò post gravissima illi febris accessit, & molestissimis affectum angoribus in supremo vitæ discrimine constituit, quòd tamen verita nunquam fuit Maria, quæ H potiùs iteratis precibus sanitatem integram ipsi paulò post impetravit. Regendis enim animi motibus, ac sensibus ita præstabat, ut quamvis temperamento corporis præservida, ex quo frigidiori quoque hyeme Cellæ fenestram excipiendo liberè aeri aperire frequenter coacta fuerit, ac nuda plerunque pedes, & crura, vestibus quoque laxatis incedere solebat, cum in Domo Paternâ degeret, tum corporis, tum animi gravissimis, ut diximus, affecta doloribus, neque motibus, quos primo primos appellant, tum iræ, tum immoderatæ lætitiæ, atque tristitiæ cieretur, unde stupida potius, vel sensibus destituta videretur, eximiâ mansuetu-

dine

dinc admirabilis, lenis semper, amabilis, omnibus acceptissima, eadem semper, tum in prosperis, tum in adversis magnanimitate præstans, & imperturbata, eventibus quibusque superior.

Inusitatam denique dulcedinem, quâ superfundebatur Famula Dei, speciatim cum exercitiis spiritualibus vacabat, insequi per se plerunque solebat inusitata spiritus ariditas, quâ familiare Deo est sibi acceptos servos, tanquam aurum igne probare, quæ planè Mariæ eò gravior ab initio fuit, quò minus ipsam, neque de nomine noverat, & licet quandiù vixit, ita plerunque vexata fuerit Maria, ei tamen gravissima semper fuit, præ cæteris, tum corporis, tum animi laboribus; cum enim orationi indulgens, seu privatim, seu publicè adeò in Deum raperetur, ut ferè sensuum omnium usu destituta immobilis potius videretur statua, incredibili gaudio affecta hoc sibi subductum divinitùs advertens, præ tristitiâ omninò fermè defecit; verebatur enim se criminis alicujus, quod ipsam lateret, ream esse, quod planè diligentibus Deum intolerandum est; se tanquam anathematizatam habebat, & omnium consortio interdictam, ac proindè putabat ex eâ Domo ejiciendam fore, neque Sacramentorum Ecclesiæ participem amplius futuram, quinimmò Creaturas omnes Divinæ justitiæ vindices contra ipsam armandas esse; gravissimè ipsam angebat, quod Beatissima Virgo ipsâ posthabitâ ejus preces irritas omninò pateretur, quàm sibi semper propitiam probarat, quin vel semel inanes ejus evaserint preces. Accedebat proprij Confessarij tunc Romæ degentis absentia, qui de his omnibus certior factus per Literas, tanquam rerum hujusmodi peritissimus rem ipsam plenè assequutus, non modò ipsam per Literas consolabatur, sed graviùs affligebat, se quoque cupere ostendens, quòd eâdem lege cum ipsâ se gereret subrogatus ab ipso Confessarius; quòd cum accepisset Maria aliquantulum indoluit, cum sibi videretur charitati minus conformis Cōfessarius, quod postmodum detestari frequentissimè solebat, se veluti nimis mollem accusans, Crucis Christi inimicam, & à nimio sui amore seductam. Adeò vehementer cruciabatur, ut ipsas Inferni pœnas, immò graviores pati sibi videretur, ac penitùs Divinâ gratiâ destituta esse, eo quidem mota, quòd sicuti reprobi, utpotè Deo destituti ipsum oderunt, & execrantur, idem prorsus se sentire putabat, & quamvis probè nosset nil Deo melius esse, vel concipi posse, ipsum tamen abominari sibi videbatur, necnon Ecclesiæ Sacramenta, Sacerdotes, Confessarios, & quidquid antea sacrum erat ipsi in deliciis detestari; quin etiam etsi Confessarius subrogatus leniter secum ageret, inde tamen nonnisi molestiam hauriebat, Divinæ semper voluntati constantissimè conformis. Præterea quantumlibet nullius criminis conscia, adhuc tamen æquè ac Apostolus (1. Cor. 4.) justifi- A catam se minimè credebat, sed incogniti criminis ream, ideóque mirum in modum vetita ad Sacram Eucharistiam accedere, nisi Confessarij auctoritate coacta, non audebat. Sibi quoque videbatur à Deo turpiter defecisse, quodque cum ipsâ tanquam cum rebelli ageret, & justitiam punitivam exerceret; quamvis autem in exequendâ Dei voluntate constantissima esset, cupere tamen posse sibi non videbatur, quòd ipsum omnes venerarentur, & colerent; immo quòd omnes odissent, & execrarentur, & illos simul odisse, qui famulatum ei exhiberent, Divina beneficia abominari, & id omne expetere, quod ipsi expetunt reprobi. Graviores corporis afflictiones erant ipsi in votis, tata, quòd levamini ipsi B forent præ cordis, & mentis angoribus, ubi Lectorem monitum volo, quòd nonnisi vicissim ut plurimum corporis, & animi premebatur angustiis, his enim soluta erat, dum corpore non benè valeret. Hisce pressa angustiis sibi sentire Dæmones videbatur, qui vehementissimo impetu prostrandam curabant nihil omninò obvium habens id temporis, quod ipsi levandæ par esset, quemadmodum è contra ab hisce angustiis soluta nihil esse testabatur, quod ipsius animum frangeret, divinitùs edocta, quòd ipsi adesset Deus, adeoque nihil prorsus ipsi posset adversari.

Ariditates Spiritus, quas subivit, ejusque sensus recensentur.

Postquam ariditates hujusmodi aliquandiù subierat, identidem ea hoc lacu Leonum eductam, ipsam confortabat Deus speciali C quadam gratiâ collatâ, & pristinæ dulcedini restitutam, jucunda tristibus miscens, modò nimirum in ariditate jacentem relinquens, modò jucunditati restituens. Cùm aliquando in loco aliàs memorando apud S. Matthæum solitudini vacaret, feriâ quadam 6. ad Vesperam gravissimos Deiparæ dolores animo meditabunda recolens, orationes ad hoc institutas recitando, ingenti quodam pondere totum undequaque corpus sibi sensit urgeri, cor autem veluti vulnere affectum, & se clavis undequaque affixam, adeòut veluti Cruci affixa viribus omninò destituta nudis asseribus quiescendo de more designatis, incumbere coacta fuit. Præterea gelu quodam inusitato undequaque pariter constrictam se sensit, me- D dullas, & ossa penetrante, maximè anxia, æquè ac si Divinum Judicem sibi imminere videretur, ac de suis criminibus pœnas sumere velle, quod ipsi longè gravius erat, quàm si carnifex laqueo obstrictam interficiendam curaret. Cellula, quam incolebat teterrimi carceris speciem induisse sibi videbatur, aerem expirare nimis arduum erat; sol ipse cæteroqui votis omnium expetitus, & omnium plausu exceptus, gravem illi inferebat molestiam, quemadmodum sacra, & spiritualia quæcunque, quibus antea maximoperè delectabatur, ita quidem, ut Diabolus suadere ipsi pluries, & quidem frequentissimè tum apud S. Matthæum, tum alibi niteretur, sibi nun-

Jucunda tristibus miscens Deus eam speciali gratia cōfortat.

nunquam in posterum locum illum adeundum, aliis etiam conaribus ipsam urgendo, easque E molestias è tantâ severitate, & solitudine, ac nimiâ suæ voluntari adhæsione vitam hanc singularem ineundo, maximè verò postquam votum emiserat, uti suo loco diximus, ad instar D. Theresæ, originem ducere; propterea non ita rem se habuisse, antequam Sacrum Habitum induisset, se procul dubio seductam esse, Deo nullatenus acceptam, cui planè adhærere non poterat, ariditatibus hujusmodi, ac desolationibus abstracta, quibus utique subjecta non erat, cum Urbem coleret, adeoque longè meliùs ibidem res ipsi cedebant, vulgarem proinde, communemque vitam instituendam sibi esse, ac insolitam illam vivendi rationem dimittendam omninò esse, utpotè F certam perditionis suæ causam ob repetita præsertim sacrilegia in tantâ Sacramentorum frequentiâ. Denique hoc vivendi genere obsequi Deo insaniendi discrimen subeundum facillimè esse, ac si Deo nunquam satis superque faciamus, cum dulcedine modò nos replet, modò inusitatis hisce rationibus nos gravat, quasi ludibrio nos habens, quod ipsa planè experta nimium erat, utpotè variis pœnarum, ac desolationum generibus jugiter subjecta, quæ ipsa quoque neque verbis exprimere, neque mente concipere valebat. His ergo premebatur angustiis Maria, cùm in loco prædicto spiritualibus exercitiis operam dabat, inde tamen nullatenus commota eò pluries rediit, eadem exercitia pluries instituit, G & propositam vivendi rationem ad obitum usque intemeratam servavit, satis abundè experta, quòd extraordinariam quandam divinitus infusam spiritûs sui dulcedinem, extraordinaria plerunque insequebatur tentatio.

Afflictiones petit, & accipit.

Dum in Ecclesiâ S. Mariæ Novæ manè quodam ad Altare Beati Patris nostri Philippi orationi indulgebat mirabili gaudio superfusam interius se sensit, hæc verò deinde ad cor sibi dicta accepit: *Hoc petat à Deo, quod tibi subtrahat quidquid voluptatem, & suavitatem ingerere potest, & ignominiam Crucis, ejusque pœnas reluctantibus sensibus perferenda tibi curet; afflictiones pete, nunquam verò consolationes.* Quod cum petiisset molestissimâ affecta statim fuit ariditate, eaque Spiritûs afflictio H ne, ut ipsi explicandæ non esset, ac Martyrum pœnas minimi præ illis haberi, Deo tamen semper conformis, præsertim verò quòd longè antea nonnisi divinitùs cognoverat, gravia sibi in posterum obventura, dum hæc interiùs sibi dicta de more accepit. *Deprecare pro iis Deum, quæ in proximâ futurâ Quadragesimâ obventura tibi sunt*: ratum id quidem habens, & quid gravissimum, quid tamen in specie futurum esse scire nullatenus solicita, memoratam cordis passionem iterum subiit, additis palpitationibus, difficultate respirandi, ac vehementibus doloribus, ex quibus summus virium languor ortum ducebat, qui totum ejus corpus speciatim à lævâ inutile prorsus reddebat, ubi pariter dolore afficie- E batur, ac si cor tergo adhæresceret, adeò verò angebatur, ut nocte quadam morti proximam se crederet, animam suam proindè consuetis Ecclesiæ precibus adhibitis Deo commendans, seque ipsi in holocaustum offerens, interim tamen ex iisdem pœnis singularem hauriebat dulcedinem, necnon repetitis actibus conformitatis, & amoris in Deum vehementiùs ferebatur. His verò maximè adhærens inusitato calore correptam se sensit, quamvis anni tempore frigido, & præ intolerabili cordis pœnâ mirum in modum anxia Cellulæ non patiebatur angustias, reseratâ proindè fenestrâ, quin etiam nuda pedes, & caput quietis impatiens huc versabatur, & illuc. Ecclesiam petens, ubi Sanctissimum F Eucharistiæ Sacramentum publicæ venerationi esset expositum, damnati patibulo speciem sibi gerere videbatur, & quod Divina ibidem latens Majestas severissimè secum ageret, quæ prius ipsam consolationibus replere consueverat, hinc licet in lachrymas spontè naturæ facilè solvi non posset, id temporis tamen ipsas ubertim effundebat Divino Judici morem gerere parata, & gravissimũ quodque subire. Quod autem adversa hæc ob sua crimina sibi contingerent, intolerandum sibi prorsus erat, seque maximè incusabat, ac si temerè nimis prædictum D. Theresæ votum emisisset, quod excellentiam perfectionis exposcit, cum ipsam miserrimam omnium, & imperfectissimam se haberet, ideò verita G quiete semper in posterum destituendam se esse, à quo proinde si licitu esset abstinere vellet omninò. Sibi quoque videbatur, quòd Dominus veluti jam reprobatam seduxisset, cum enim votum hoc emissura proximè esset, suamque prætenderet infirmitatem, omnia ipsi Dominus facilè complenda promiserat, sibique quodammodo curæ fore eadem exactè implere, interpositâ fide, quòd ipsi semper præsto fuisset, & ipsam nunquam deseruisset. Quæ quidem species pœnarum omnium procul dubio gravissima, quas excogitare potuerit humana barbaries, Sorori nostræ videbatur. Aliàs quoque participem ipsam aliquomodo fecit Dominus desolationis ejus ineffabilis, quam Deipara subiit, cum Filium suum H Hierosolymis amissum per triduum quæsitabat, nocte præsertim feriam quandam sextam Martii præcedente adeò ipsam afflixit tum Spiritu, tum corde, ut sibi mortem tunc subeundam putaret, Confessario autem suo retulerit, quod tantis obruta pœnis diù vivere non posset. Quod animo quandoque recolens, quòd sibi dum in seculo degeret, plurimum afferebant levaminis, quæ Confessarius interdum opportunè dicebat, gravius inde cruciabatur, quatenus religiosam vitam inierit, tentationibus duntaxat exagitanda.

Pœnas ferè intolerabiles subiens mortis proximam se credit.

Ariditates.

Cum Sacram aliquando Eucharistiam accepisset, humilitatemque suam ingenuè Deo confiteretur, fugatis omninò tenebris, Spiritus

ritus plures dies, curis omnibus solutus, summâ tranquillitate potiebatur. Verùm longè gravius, quàm unquam, affecta doloribus corporis fuit, quos tamen vix sentire videbatur præ vultûs hilaritate, quippe quæ longè pluris faciebat memoratas animi afflictiones, ob quas Divinæ gratiæ amittendæ periculum maximè subibat. Procedente tempore solidiorem in Sorore nostrâ virtutem advertens Deus doloribus corporis Spiritus pœnas cumulavit, quocirca nudis asseribus posthabitis commodiorem lectulum adhibere coacta fuit, ubi tamen nihil commodi experta, sed æquè graviter vexata pristinos asseres repetere decrevit, rata, quòd lecti commodioris usus graviores pœnas inferret, illud sibi revocans in memoriam, quod jampridem acceperat de S. Mariâ Magdalenâ de Pazzis, quæ cum jubente Deo nuda pedes incederet, res ipsi benè cedebant; cum verò Confessario, & Priorissâ præcipientibus calceos adhiberet, pedibus intumescentibus malè cedebant; adhibitâ verò oratione Deum consulens, ipsique conformem se exhibens, & suos asseres repetens convalescere protinus cœpit, ideò meliùs semper edocta, quòd Ipsam Deus solitudini consecratam vellet. Non ideo cessavit ariditas exercendæ patientiæ aptissima, sibi proindè id pluries petenti Deum annuisse existimans inferiùs de more hæc aliquando dicentem, quæ pariter aliàs ipsi dixisse recensui: *voluntatem tuam da mihi ad tribulationes tibi obventuras perferendas, siquidem longè minoris pretij habentur quæcunque sponte suâ perferenda sibi quisque elegerit.* Ac reverà deinceps hisce ariditatibus subiecta jugiter fuit, quin vel punctum quidem temporis ferè dixerim, quiesceret, quod ipsa prædixerat, modò enim unius generis, modò alteriùs ingruebant: quapropter è corporeæ molis vinculis exsolvi cum Apostolo cupiebat, eóque transmigrare, ubi æterna pax est, ac Divinæ gratiæ non amittendæ securitas; cæteróqui ad eadem, vel etiam longè graviora subeunda paratissima; hinc ubi refecta Eucharistico cibo, quâ die D. Herculani alterius è Perusij Patronis celebrabantur solemnia, Venerabile Sacramentum supplex de genu adoraret, dissipatis iterum tenebris sibi solem interius refulsisse, séque non mediocriter recreatam persensit, inde speciatim indoluit, quod verita statim fuerit, ideo propositis pœnis subductam à Deo fuisse, quòd Christi Domini Cruci ferendæ inepta habita sit, quam proinde iterum petere cœpit. Quocirca vix Domum reversa pristinis affecta fuit ariditatibus, ac divinitùs intellexisse sibi visa est, quòd acceptum Deo foret deponendæ Crucis desiderio Ipsam minimè teneri, ejus verò præsertim, quæ nobis ex ariditatibus accedit, ita enim plenè cognoscimus infirmitatem nostram, quod nihil omninò valemus, & gravissima criminum damna, eâque ratione veram pariter consequimur humilita-

Pluris facit animi afflictiones, quàm gravissimos corporis dolores.

Commodiorem lectulum adhibere coacta, cum æquè graviter se vexatam sentiret pristinos asseres repetit, & convalescit.

Ejus voluntatem sibi dari Deus postulat, ut tribulationibus perferendis aptetur.

Se recreatam persentiens pœnas iterum petit, & accipit.

tem. Reseratum iterum sibi videre videba-
A tur suæ Conscientiæ librum, in quo, tanquam
nitidissimo speculo, suas iterum culpas perspi-
ciens summo rubore æquè affecta fuit, ac
Sponsa, quæ fidem sponso fregisse deprehen-
sa fuerit, cui proinde se sistere non audet, quâ
planè specie sibi pariter contritum Divinâ
severitate premente sentire cor videbatur,
adeo quidem nihilitatis suæ angustijs contenta,
& in altissimo suæ infirmitatis sedens, ut
quantumlibet magnificè fortè jampridem de
se sentire sponte naturæ cupierit, certa ta-
men quodammodo nunc esset, quod Ipsam in
posterum nullatenus solicitasset Inanis gloriæ
cupido; hinc assecuta omninò fuit, quânam
ratione, sine ullo veritatis præjudicio D.
Franciscus, cæterique sancti sese habuerint,
B & publicè accusaverint præ reliquis peccato-
ribus miserrimos. Prætereà alienum à Con-
fessario conceperat animum, quippe quæ soli-
citante Dæmone eundem plus æquo seve-
rum, & charitate destitutum, ac si pœnas il-
li potius adaugeret, quamvis leviter secum
ageret, reputabat; verebatur maximè, cum
se illi sisteret, ut proprias culpas nullius for-
tè ponderis sacramentali Confessione accusa-
ret, sibi enim ille crudelis Tyranni speciem,
ac verè Carnificis induisse videbatur, testata
tamen subinde, non ipsum præcisè, sed De-
um terrorem incutere, qui irâ vehementer
incensum, ac furore repletum sese illi viden-
dum exbibebat, ideò in uberes lachrymas
soluta ex animo jugiter dolebat.
C Ex hactenus dictis obvium cuique est intel-
ligere, quonam animi sensu Mundi delicias
detestata fuerit; non solùm enim ijs omnibus,
& quidem pluribus obstitit, qui de ipsâ in
Matrimonium collocandâ secum agebant, ut
diximus, verùm etiam ornamenta quæcunque
Puellis sibi consimilibus congruentia, festivos
quoscunque conventus adhuc adolescentula
aversabatur; divinitùs enim monita fuit,
quanam solicitudine premantur, qui Matri-
monio copulantur, & quanâ dulcedine è con-
tra afficiantur, qui Matrimonio soluti, quæ
Domini sunt tantummodo exquirunt. Ele-
gantibus profectò, ac varijs, prout ejus con-
ditio ferebat, ornatibus instructa incedebat
Puella, Parentibus morem gerere coacta,
D necnon choreis, ac festivis hujusmodi con-
ventibus intererat, & unà cum alijs choros
ducebat. Verum eâ cordis reluctantiâ, quam
dissimulare non poterat, sæpissimè propterea
à suis Domesticis obiurgata. Quapropter
vultus decorem exuere, cœcitati damnari,
vel aliâ quacunque ratione deformem fieri
petebat, se ita melius ab huiusmodi seculi ob-
staculis eximendam esse confidens. Cùm au-
tem diversis, ac vehementibus hisce ageretur
affectibus, præstò jugiter erat Deus, qui se
illi semper adfuturum pollicitus, mirum in
modum eam solabatur, quamobrem affecti-
bus, ac motibus obnoxia minimè erat, quos
in prædictis festivis conventibus excitare

semper solet humana fragilitas ad malum indesinenter intenta, quin etiam gravitatem in- E signem omnibus conspicuam præferebat, corpore quidem præsens, animo tamen in Deum capta, cum etiam actu choros duceret, quod cum ultimò fecisset, incredibili affecta gaudio, se nunquam deinceps hæc passuram divinitùs intellexit. Sacerdotis cujusdam Capuccini suavi objurgatione commota ornamentis quibusque cæteroqui familiaribus seipsam statim exuit, ac Domum reperens alia quæcunque deposuit, ipsis omninò valè dicens, nec ullatenus deinde passa ornamentum capitis, simplici utebatur operimento, quod totam frontem, & oculos obtegeret, ac vestes simpliciores adhibebat. Seculi vanitatem in conviviis etiam advertens, cum aliquando unà cum Sorore sua nomine Camillâ F adornandis epulis vocata fuisset Viro cuidam illustri excipiendo, ubi pariter plurimi eidem operi aderant intenti, Sancta aliquantulum recedens, ut cœlestibus Meditationibus de more vacaret, liquidò cognovit Mundi stultitiam; die verò proximè sequenti, idem longè meliùs assecuta est, siquidem ipsa solum sacrificio Missæ interfuit, Divinaque Mensæ accubuit, reliquis omnibus adornando convivio unicè addictis, quod maximè detestabatur, cum sibi suadere non posset, quonam jure in hominis unius obsequium, tot, ac tanta, & quidem inania pararentur, Dei autem obsequio nemo, vel unus operam daret. Denique serica quædam ligamina sibi à Parentibus collata, ut Cognatæ cuidam G Puellæ alteri desponsatæ dono daret, tradere nunquam potuit hujusmodi ornamentorum vanitate deterrita, quæ planè, si dono dedisset, sibi videbatur fovere.

Insigni gravitate, ac modestiâ choreis assistit.

A Sacerdote suaviter objurgata ornamenta deponit.

Seculi vanitatē detestatur, quā in alijs fovere etiam minimo ornamēto recusat.

Quantumlibet verò vanitatem seculi contemneret, non ideò tamen ipsam adhuc non urgebant quamplures, qui proinde ad festivos nocturnos conventus eam trahebant, vel potiùs ideò solùm conventus hujusmodi cogebant, ut ipsa interesset; quod cum aliquando factum fuisset apud Mulierem quandam illustrem nomine Margharitam Panderi ejus Dominam, animadvertens Maria, antequam inciperet tripudium, quod Societatis cujusdam Confratres per viam sibi proximam B. Virginis Litanias canebant, qui Cathedralem H Urbis adibant Venerabile Sacramentum Eucharistiæ ibi de more Ferijs Bacchanalibus expositum veneraturi ad fenestram accedens, imagine vix conspecta Christi Domini Crucifixi Confratribus prælata adeò vehementer commota fuit, ut contemperare sibi non potuerit, quin elatâ voce clamare cæperit, & humi prostrata gemebunda, & lachrymis obortis dicere: *Hic meus est Sponsus, hic meus est amor, hunc tantummodo peto; cætera recedant, vale mundo, vanitati vale*. Prætereà ab hisce rebus magis semper aliena, nunquam deinceps hujus generis conventibus interesse voluit, etsi Domi suæ haberentur, invitis quoque Parentibus, & Fratribus, qui E proindè malè ipsam habebant, sed potiùs eò temporis secretiorem aliquem in Domo locum subibat, soli Deo vacatura, ubi quandoque eam deterrere contendit Diabolus, Anûs cujusdam speciem induens ad hujusmodi oblectamenta, tanquam licita, & cæteris Puellis familiaria, allicientis, qui tamen cum oleum, & operam se perdere cognosceret, manum teterrimam confestim ejus fronti superimposuit, abreptisque capillis huc, & illuc vehementer caput ipsi agitabat, dentibusque deformibus objectis terrorem ipsi maximum incutere tum re, tum verbis nitebatur: Quæ planè haud mediocri concepto terrore hiscere vix poterat, ac spiritu penè destituta, reserare tantillum vix potuit cubiculi F januam, quâ & particeps esse posset lucis aliunde prodeuntis, & voces ejus in hujusmodi casibus, si fortè iterum accidissent, accipi ab aliis possent. Cùm ergo Sancta excolendis virtutibus adeò constanter incumberet, Deus, cujus manus tornatiles sunt, ac plenæ hyacinthis, quandam ferè sensibilem amaritudinem super his Mundi delicijs infudit, contra verò ineffabilem dulcedinem pietatis operibus instillavit, hinc semper Ecclesiæ Sacramenta, Sacrificium Missæ, Dei verbum, & alia hujusmodi Religionis officia mirum in modum esuriebat, præserrim verò cùm sibi, suisque votis satisfacere nonnisi raró posset ob distantiam ab Urbe, & quod ipsi cum Matre, & Sororibus adeunda erat Ecclesia, quæ nonnisi G festis diebus ipsam adire consueverant. Itaque cum die quadam orationi de more indulgeret, sublimiorem Seraphim perfectionem Deo illustrante cognovit, quo factum est, ut ad ipsam assequendam, sicuti vota jugiter, sic nervos omnes dirigeret. Verùm propriam humilitatem expendens, ac Indignitatem, Intellexit sibi, ne latum quidem unguem à Divinâ voluntate recedendum, appositâ duarum tabularum similitudine, quarum una ita alteri aptetur, ut neque excedat, nec excedatur. Intellexit quoque divinitùs veneranda Christi Domini Passionis, aliaque catholicæ fidei mysteria, de quibus adeò sapienter disserebat, ut sapientes quicunque summâ admiratione afficerentur. Locutione internâ ipsi fa- H miliari, de quâ superiùs, sibi animos addi sentiebat ad retundendos impetus Domesticorum, qui in Matrimonium ipsam collocare identidem conabantur. Intellexit etiam Divini amoris erga homines excessum, quaque ratione Deus in libero hominis arbitrio sibi complaceat, quod ipsi morem gerere studeat, quave affluentiâ cœlestia munera eidem largiatur. His affecta delicijs, dum orationi, & virtutibus vacaret eo semper majori studio utrunque prosequebatur; Dæmon autem tantæ felicitati invidus ipsam non raró deterrere conabatur, & quidem cum aliquando in hortum domui suæ proximum se abdidisset, sepe undequaque circumdatum, & clauso ostio ani-

Dæmon ad Mūdi delicias eā alliciēs, cùm nihil proficeret, eam tādem deterrere contēdit.

Mirabilia divinitùs intelligit, de quibus disserēs quorūcunque sapientiā excitat admirationem.

Mirabili invēctione à festivo cōventu se subtrahit.

Dæmon invidia cōmotus eam deterrere conatur.

animalis immundi speciem indutus sese illi videndum exhibuit, ut ipsam ab oratione deterreret, quod sanè pluries, sed frustra tentavit, quamvis ab ipso quoque graviter percussa. Hinc nullo negotio conijcere licèt, quanam ratione virginitati colendæ adhæserit; præter enim ab initio dicta singulari planè modestiâ, ac verecundiâ prædita semper, quam & vultûs rubore, & corporis habitu, & in verbis moderatione præseferebat, demissis in terram oculis semper neminem altetius potissimùm sexûs per vias obvium, aut alibi spectabat, ferè plerunque, tanquam extra se rapta procedens orationes ipsas vocales proinde corde magis, quàm ore proferebat, ita quidem, ut ipsi perinde esset clauso ostio, ac in conspectu Populi orare. Quibus addere juvat, quòd ob hujusmodi capitis demissionem, cùm Eucharistico cibo reficienda erat, Sacratissimam Hostiam Patenæ adhærentem tenebat Sacerdos eam nullatenus elevandu, quia faciem, & os Puellæ minimè videbat, ideoque illam proprijs labijs absque Sacerdotis ministerio desumebat. Ea quo factum est, ut specialissimo munere incitamenta libidinis quæcunque vel minima nunquam sentiendi prædita aliquando fuerit, prout alibi diximus, ubi de ejus veneratione erga Sacram Eucharistiam.

Ejus insignis modestia, & verecundia.

Quæ patiendi desiderio mirum in modum, ut diximus, flagrabat, & à rebus quibusque Infra Deum aliena maximè erat, religiosæ paupertati, cujus voto sese obstrinxerat Habitum nostri Ordinis proximè loduenda, quamvis ad id non teneretur, sese magis addictam persentiens, eique arctiùs adhærendi majori desiderio affectam, in Sacrâ Æde Lauretanâ primùm pollicita Deo, ac Deiparæ fuit votum se emissuram de Pecunijs minimè tractandis, nisi quatenus Pauperum necessitas id postulasset, ibique reipsa emisisset, si per Confessarium licuisset; interim tamen propriam voluntatem in holocaustum obtulit Deo, ac severissimæ paupertati, prout sibi integrum erat se consecrandi. Procedente verò tempore vehementius indesinenter cômota, majorique studio incensa memoratum votum emittendi de severiori paupertate, longè sibi faciliùs reputans accensos carbones, quàm pecunias tractare, Confessario tandem probante, qui repetitas Mariæ preces diù, multumque perpenderat, illud tandem emisit eximiâ sui spiritûs jucunditate in Ecclesiâ S. Mariæ Novæ coram Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, eodemque refecta, quâ die agebatur solemnitas B. Virginis in Cœlum Assumptæ, illudque Sanctissimæ Virgini, Divoque Francisco Seraphico commendavit, eorum præsidio confisa, quòd ipsi exactissimè servanda foret, prout revera ad obitum usque servavit. Voti hujus desiderii originem exinde duxit, quòd cùm Confessarius prædictus modicam quandam pecuniæ summam, quam Soror Maria tum à Cognatis, tum à Domesticis eleemosynæ titulo collegerat, ut Religiosam sibi vestem compararet, eidem subduxisset, quo tempore in gravissimâ infirmitate superiùs relatâ conclamatum de Ipsâ erat, pecuniam ipsam partim in Missis pro ejus animâ celebrandis, si decessisset, erogandi consilio, partim verò Matri Cognatis tradendi, eidem postea postquam convaluetat, non pecuniam restituit, sed laneam detulit materiam formandæ vesti accommodatam; quòd ipsa, tanquam Dei monitum excipiens, cui familiare erat quæcunque ipsi contingerent, non casui, sed Divinæ Providentiæ tribuere, sibi facilè suasit, quod hac ratione Deus ad hoc votum emittendum eam excitaret, cujus revera adeò tenax fuit, ut nihil, vel minimum de pecunijs usui suo retinuerit, sed in holocaustum universa consecravit, quin etiam minutam quandam pecuniam post aliquot dies ab emisso voto deprehendens, eâ cordis abundant à pauperibus tradidit, ut pari liberalitate longè plura tradidisset, si eidem adfuissent. Adeò verò promissi servandi tenax fuit, ut non à pecuniis modò, verùm etiam à rebus omnibus avulsa Deo unicè adhæreret; intelexerat enim aliquando divinitùs, quod ipsam Deus, quantumlibet contagione corporis detentam, ab humanis avulsam, sibique tantùm adhærentem volebat, hinc rerum omnium humanarû, ut alibi diximus, oblita, nec de Cognatis solicita erat, immo Confessarium suum Typherno redeuntem, ubi sacras in Adventu Domini conciones habuerat, etiam, atque etiam rogavit, ne vel unum è Typhernatibus sibi in memoriam revocaret.

Paupertas.

Cum ergo Soror nostra tanto virtutum apparatu exornata videatur, nemini dubium erit, quòd orationem, atque cœlestium contemplationem summo studio coluerit, lignum enim, quod plantatum est secus decursus aquarum fructum edere in tempore suo divinitus docemur, adeòque beatum, ac virtutibus prædivitem esse, qui in lege Domini diù, noctuque meditetur, quæ verò Deum eximio prosequebatur amore, utique jugi Divinorum meditatione ei semper adhæsisse credenda est. Ab ineunte ætate, quemadmodum ab initio dictum est, contemplationi cœlestium pro modulo suo addicta, & ab Altissimo de iisdem edocta, procedente tempore majori semper orandi desiderio tenebatur, longèque magis à Domino erudiebatur, hinc, vel adhuc parvula supernis illustrationibus prædita ea planè intelligebat, quæ Confessarios ipsos in admirationem rapiebant; Deus enim, qui cum humilibus sermocinatur, eximia illi pollicebatur beneficia, si pes ejus in viâ rectâ stetisset; è contra verò minabatur supplicia, si Mundi delicias profecuta fuisset, quæque reipsa el largè contulit mox recensenda. Singulis noctibus tres horas continuas, & ampliùs cœlestibus Meditationibus reficiebatur, postquam duas tantùm quieti indul-

Orationis studium.

induiserat, sese furtim subducens Sorori suæ,
quâ cum jacebat, & è lecto prosiliens, vel
saltem super lectum ipsum genuflexa urgente
etiam brumali rigore motum animi quemcun-
que inde avertentem evadens. Quo planè
exercitio, quoad Christianæ fidei mysteria,
mirum in modum edocebatur, sive longè me-
liùs fortasse, quàm in scholis Theologi disse-
rere ipsi familiare erat de Gratiâ, ejusque spe-
ciebus, proprietatibus, nominibus, & effe-
ctibus; de Sanctissimæ Trinitatis mysterio;
de Divinis Personis, attributis, ac perfectio-
nibus omnibus; de Angelis etiam, eorumque
Hierarchiâ, sapientiâ, naturâ, eorumque
prærogativis, necnon de cæteris ejusdem fi-
dei Arcanis, ita quidem, ut discernere vix
aliquis potuisset, an Deus se ejus voluntati
magis per amorem communicarit, an intelle-
ctui per illustrationes; humanum enim intel-
lectum excedebant cœlestia dona ipsi collata,
speciatim verò in solemnijs Domini nostri,
ejusque Sanctissimæ Matris, aliorumque San-
ctorum. Hinc fortè etiam obvios Religiosos
quosdam habens sibi futuros Cōfessarios cog-
noscebat, quorum proinde beneficio sibi
plurimum emolumenti accessisse experta de-
inceps fuit. Alienam se quoque ab aliquibus
sentiebat, quos vix semel conspexerat, quia
ipsi detrimento futuros esse, nisi ab ijs maximè
cavisset, cognoverat Deus. Gravissima qui-
dem vitæ discrimina identidem superasse di-
vinitùs fertur Puella. Adhuc Parvula colli-
gendis lignis jubente Matre intenta, magnam
aquarum congeriem molæ Asinariæ volutan-
dæ decretam transilire contendens, cum præ
sui imbecillitate ad ripam oppositam appel-
lere non potuisset, sinus aquarum subire coa-
cta à profluente deferebatur ad fauces usque
demersa, ipsa verò rationem discriminis mi-
nimè advertens cistellam suam tantùm ab
aquis pariter abreptam insequi studebat, ope-
ri præscripto exequendo unicè addicta; ubi
verò Altissimum attigit aquarum sinum molæ
prædictæ volutandæ speciatim designatum,
(mirabile dictu!) erepta exinde fuit, &
prorsus illæsa ad ripam accessit, quin unquam
noverit, quâ virtute, quâve ratione hoc ipsi
contigisset. Die quoque 24. Novembris li-
gneam quandam scalam, vulgò dictam, à *pi-
rols*, Domi suæ super quoddam solarium a-
scendens, ut jussa Majorum exequeretur, la-
terem non satis firmum premens ex ipso sola-
rio decidit, & ad inferiùs adeò præceps ruit,
ut semianimis habita præ gravibus ossium fra-
cturis, proximè moritura censeretur, ideò
extremis Ecclesiæ Sacramentis munita, nihil-
ominus paulò post obstupescentibus omnibus
sibi ipsi ex integro restituta, illæsa prorsus
apparuit, & interiori quodam gaudio affe-
ctam se persensit, quod ipsa teste cœlestem
Beatitudinem sapiebat, ac totam proximè
sequentem diem perseveravit; quod quidem
speciale Divinæ Providentiæ munus, non se-
mel experta est, sive ex Arborum summitate,
sive aliundè deorsum ruens.

Cœlestibus Meditationibus intenta de Fidei Christianæ mysterijs edocetur.

Alia miranda narrantur.

E Cùm ageretur annus 1637. à Confessario
suo Thomâ præmonita fuit Sancta, quòd in
solemnijs imminentibus Nativitatis Domini,
cujus eò temporis celebrabat Adventum Ec-
clesia, singularibus à Deo, & alia quacunque
hactenus habita majoribus cumulanda gratiis
erat, ut inde Divino magis inflammaretur
amore, quin tamen de ijs solicita esset, quæ
conferre ipsi voluerit Deus; ratum habuit hoc
vaticinium Sancta, quippequæ de Thomæ
sanctitate præclarè sentiebat, hinc longè ma-
jori studio dies illos orationi, alijsque pieta-
tis officijs operam dabat, ut arctiorem cum
Deo unionem iniret, divinisque favoribus
excipiendis aptior evaderet, ab Apostolis,
cæterisque Domini Discipulis, ejusque San-
F ctissima Matre edocta, quòd hominum cor-
dibus Spiritus Sanctus illabitur, qui Deum
in solitudine cœlestibus Meditationibus va-
cantes exquirunt. Itaque ipsâ die, quâ re-
currebat solemnitas Nativitatis Dominicæ,
cùm Sancta Eucharistico cibo refecta dulcissi-
ma cùm Deo misceret colloquia, Beatissima
Virgo hæc ipsi interiùs, sed articulatis voci-
bus dixit: *Dei Mater ego sum, quod mihi li-
bet, id possum. Gratiam tibi conferre decre-
vi aliâ quâcunque superiorem, scilicet cùm
huic seculo defuncta fueris, meum Tibi Fili-
um tradam, ut eo æternum fruaris, quo qui-
dem nil majus assequi possunt Creaturæ.* His
acceptis Sancta ineffabili perfusa est dulcedi-
ne, parique incensa est desiderio cœlestia me-
G liùs intelligendi, & cœlestem Patriam con-
sequendi; excolendis proindè virtutibus lon-
gè magis addicta, quamvis adhuc domesticis
negotijs detenta. Antequam Religionis Ha-
bitum indueret duos annos Quadragesimale
jejunium speciali quadam abstinentiâ, ac pie-
tate transegit Confessario suo annuente, qui
ut ipsam magis, ac magis ad opera charitatis
incenderet, eidem prædixit, & quidem plu-
ries, quod accedente Quadragesimæ termino
eximiam illi contulisset gratiam Altissimus.
Aliquando verò speciatim præmonuit, quòd
feriâ 6. in Parasceve id contigisset, denique
Vespere feriam 6. præfatam antecedente ip-
sam iterum monuit, quòd ad excipienda Dei
beneficia vigilaret; hinc Sancta ne rebus do-
H mesticis distraheretur, noctem illam intra Ci-
vitatem apud Mulierem quandam sibi bene-
volam mansit, sed in Cellulâ ab alijs omnibus
semotâ, amarissimos Christi Domini dolores,
singulari tamen sui cordis suavitate recolen-
do. Die interim sequente ante meridiem,
cum adhuc ferventiùs orationi indulgeret
Sancta, menti videndam ipsi æquè ac oculis
Crucem quandam exhibuit Dominus, hæc ad
cor ejus clarâ voce subdens: *En lectulum,
quem tibi paravit Jesus Christus; en lectulum,
quem ijs adornat, qui seculo, ejusque volup-
tatibus vale dicunt: en lectulum, en quietem.*
Tunc planè Sancta Dei beneficentiam admi-
rata, nullam sensit molestiam, quin potiùs
ingen-

Beatiss. Virg. ei Filium suum tradituram interiùs audit.

Crucem ei videndam exhibet Deus.

ingenti affecta fuit voluptate, quæ diù ipsi sensibilis fuit. Progressu verò temporis probè novit vaticinij hujus veritatem, deinceps enim ad extremum usque vitæ spiritum Christo Cruci jugiter affixa vitam duxit.

Anno probationis expleto ejusdem Thomæ consilio è Sulpiciæ domo educta Maria apud nobilem aliam Mulierem nomine Laviniam Brancaleoni excepta fuit, quod antea Soror nostra divinitùs intellexerat, minimè tamen revelaverat, utpotè fraudem aliquam verita, quemadmodum intellexisse visa fuit, quòd aliquando apud eandem Laviniam, Cellulam suam, quam cæteroqui nemo subibat, præter omnium expectationem visitassent nonnulli, quod reipsa facerēt, dum unà cum Laviniâ Divinis officijs in Ecclesiâ interesset. Hic pariter, licèt aliquanto remissiùs, solitudini vacabat jugiter in virtute proficiens, quæ se proindè absolutissimum omnibus exemplar exhibebat, castigando corpori potissimùm intenta. Vereri profectò non licet, quòd è Patrio Cœlo exemptam Perusium transtulerit Deus Mariam, ut à Cognatis, & Concivibus soluta universis incognita Deo solùm vacaret, quod etiam eidem significavit Fulginei Venerabilis Soror Paula de S. Ursulâ, ut inferiùs dicemus; vero tamen proximum videtur, quòd ad avertenda quoque è Civitate Perusij imminentia Divinæ justitiæ flagella sibi acceptam Sororem eò vocaverit Deus, qui propter aliquos etiam paucos justos salvandas jampridem Abrahæ promiserat Urbes (*Gen.* 18.) quemadmodum rei comprobavit eventus, ut ex dicendis patebit. Quâ igitur Domo excepta primùm fuit Maria, plura subijt incommoda ad roborandam ejus virtutem à Domino decreta; paulò verò post, cum eò transferri videret tenuem suam supellectilem, diu sibi commorandum ibidem non esse divinitùs intellexit. Hospitis consilium in primis fuerat, quòd Soror Maria consuetudinem jugiter haberet cum alterâ ejusdem Ordinis Sorore, & quidem pluribus dotibus, atque virtutibus ornatâ, quæ in eadem Domo degebat; verùm cum hæc collationes potissimum cuperet, adeoque solitudini non indulgeret, Soror nostra Maria in hanc Societatem minimè consensit, quantumlibet ipsam urgerent, ipsáque potissimum suaderet morem alijs gerere, & incommodum nullatenus inferre, probè enim noverat hoc sibi non expedire, quinimmò Divini Spiritus impulsu se ab hac Societate rejectam esse sentiebat, & solitudini consecratam, quod planè beneficio temporis comprobatum est. Eò siquidem magis Spiritu Sancto replebatur, quò magis à Creaturis distabat, hinc in Cellulam sibi traditam se penitùs abdidit, interdicto sibi quocunque commercio, etiamsi febri, vel alio morbo laboraret, experta sibi desuper opportunum à Deo præsidium accedere, quod profectò defuturum esse intelligebat, si hominum consortium, eorumque subsidia vocasset. Tenax

Apud aliam nobilē Mulierem Domi excipitur, ubi in virtute jugiter proficit.

Solitudo

Domi, quâ primùm excipitur Perusij plura subiens incōmoda, diù ibi commorandū non esse divinitùs intelligit.

A ergo propositæ solitudinis Maria nec diem unam interruptæ, quæ ibidem gesserit, quæque à Deo beneficia exceperit, omninò nos latet, plurima quidem æternitati consecranda, æternisque laudibus prosequenda ad aliorum etiam utilitatem ibidem contigisse non est dubitandum. Non mediocre quoque ex eo subijt incommodum Maria, quod altera Soror, quamvis secreta, quia tamen Cellam colebat Sororis nostræ cellulæ contiguam, creberrimis quærimonijs, frequentissimis singultibus, quos ob varias corporis, & animi afflictiones exprimebat, quod etiam elatâ voce secundùm veterem consuetudinem orationes recitabat, ipsam maximè ab Orationis studio distrahebat, cui pariter grave nimium erat, quòd & Soror, & hospes interpositis

B modò salutarionibus, modò colloquijs, quamvis brevioribus, & salutaribus ejus quietem turbarent, quæ præ singulari dilectione, quâ ipsam amplectebantur, ab eâ divelli vix poterant, nec solitudinem illam commendabant.

Post hæc divinitùs monita commutandum sibi fore domicilium, Confessario suo Thomæ id statim significavit, qui Dei consilium affecutus Domicilium aliud paulò post comparavit apud D. Comitissam Pliniam Barligiani Oddi; deinde Sorori nostræ præcepit, quòd humillimè peteret ab Hospite Viduâ ex ejus Domo exeundi licentiam, quod protinus præstitit Maria, plurimis gratijs actis, & veniâ, tum à Dominâ, tum à cæteris Domesti-

C cis enixè petita, qui de hoc recessu maximè doluere. Interim Maria postquam Confessario Divinum hoc monitum significaret, longè majori studio Deum rogabat, quod & antea fecerat, ut aptum sibi locum pararet, quocunque ipsi liberet adire parata. Quapropter quænam sibi colenda foret Domus ignara ad prædictam Comitissam perducta insolito gaudio affecta fuit dicens, quòd ibi ad obitum usque permansisset, quomodo octo annis elapsis contigisse videbimus. Statim ac Domum hanc subijt, humi provoluta coram D. Comitissâ, cæterisque Domesticis asseruit se illis a Deo veluti Crucem designatam, ideoque eorum æquanimitatem humillimè implorabat. Postmodum eorum obsequio se

D in omnibus exhibuit, unum id postulans, quòd solitudini, atque silentio consecratam sui juris esse permitterent, neque de Cellulâ ipsi tradendâ soliciti in posterum essent, neque de iis, quæ ibidem ipsa fecisset, quippequæ à Creaturis secreta Deo magis adhærebat, nec unquam si ipsi integrum fuisset, è solitudine evasisset, ut à Creaturis aliquid levaminis emendicaret. Procedente verò tempore asseruit sibi innotuisse speciali Dei placito se Domum hanc subiisse, nullatenus enim morem gerere potuit P. Antonio Manfredi Servitæ in eâ dirigendâ vicesgerenti P. M. Thomæ absentis, qui summo studio curaverat, ut ipsa Domum commutaret, ex eo potissimùm ductus,

Solitudo

Domum commutans solam solitudinem quærit, ut Deo liberiùs inserviat.

Speciali Dei placito se Domum hanc subijsse, sibi innotescit.

ductus, quod grave nimis esset Mariæ Sanctæ Mariæ Novæ Ecclesiam Ordinis nostri ex eâ E Domo adire ob insignem distantiam, & ob incommoda, quæ æstivo tempore ob excessivos calores, brumali verò ob imbres, & hisce similia ipsi obveniebant, necnon quod publicum Urbis forum pertranseundum illi foret in Magnâ Militum frequentiâ, qui tunc in ijs regionibus degebant; ac denique, quòd Domicilium præstò erat ejus vocationi magis accommodatum ex sententiâ quoque Generalis Berardij, qui Sororem nostram perfectè noverat, & singulari charitate prosequebatur. Morem gerere pariter non potuit duobus Viris Nobilibus Typhernatibus, qui Perusium eo solum consilio decrevere, ut ipsam Typhernum reducerent, summâ comitate, ac benevolentiâ nomine quoque Civitatis Do- F micilium ipsi exhibentes in Cœnobio pro Monialibus Capuccinis recens extructo, cujus jampridem desiderio tenebatur, prout alibi diximus. Præterea paulò post Prior ipse Generalis Mariæ addictissimus obijt, quocirca Confessarius Thomas Urbem adire compulsus fuit, & paucis diebus exactis Vidua illa quoque, apud quam primò diverterat, è vivis excessit. Ex quibus omnibus Dei consiliũ innotuit in Domicilio commutando. Quatuor verò Mensibus ab ingressu Domûs Comitissæ Pliniæ, hæc etiam seculo defuncta piè creditur ob eximia ejus virtutum opera æternam gloriam sibi comparasse; Maria tamen subindè intellexit, obitum hunc Comitissæ sibi valdè profuturum, Comitissa enim ali- G quatenus ipsam à pristinæ solitudinis rigore divertisset, sive Salutationibus de more interpositis, sive quantumlibet brevibus colloquijs, quæ procul dubio arctissimæ cum Deo consuetudini adversantur. Præ cæteris diebus ægertimè feriâ 6. ex Cellulâ prodibat, hac enim die indictum sibi silentium severiori lege servabat, quâ pariter non deerat, qui majorem aliam molestiam in Ecclesiâ inferret miscendo secum colloquia, quamobrem Deum enixè rogabat, ut ex hisce molestijs se vindicaret, adeò enim Spiritu Deo adhærebat, ut loqui nullatenus voluisset, ne pro petendâ quidem S. Eucharistiâ, quâ quidem in re, ut alibi diximus, satis illi fecit Deus, ipso enim inspirante pij quidam homines indole H Mariæ perspectâ, & consuetudine ipsi familiari S. Eucharistiam quotidie percipiendi, ut hæc ipsi ministraretur spontè petebãt. Divinitùs etiam cognovit, quòd acceptissimum Deo foret severissimam hanc silentij legem per plures dies ab ipsâ servari, idque facillimè assequi ipsam potuisse, dummodò confectatum Domi fuisset Oratorium, quo Divina possent celebrari mysteria. Votum aperuit, & postulandam curavit ab Apostolicâ Sede facultatem, ne Divinæ voluntati in hac re exeqnendæ ullo pacto deesset. Primùm quidem negata Romæ fuit facultas; verùm eâ in votis suis, & petitionibus constantissimè perseverante, præ illustratione desuper habitâ, E concessa tandem fuit; quod cum assecuta fuisset, sibi exinde, & cæteris plurimum emolumenti accessurum esse prædixit, & ulteriùs advertisse testata est, se nunquam ijs omnibus fraudatam fuisse, quæ divinitùs inspitata ejus animo perpetuò insidebant.

Typhernum eam reducere quidam Viri nobiles contendunt.

Ut silentium exactiùs servare possit, Oratorium ex Indulto Apostolico Domi sibi aperiendũ curat

Sextâ quadam feriâ Christi Domini dolores de more contemplans, deliciarum cœlestium affluentiâ præter consuetudinem superfusa, longè meliùs intellexit, quòd ipsam Deus in solitudine penitùs vellet; inusitatâ quoque facilitate meditabatur, parique animi tranquillitate orabat à Creaturis omnibus, vel ab ipso Confessario, mirum in modum aliena, precibus potiùs pro salute peccatorum fundendis specialiter illecta, dicens, F excitatam se valdè sentire ad preces, & opera pro ijsdem peccatoribus majori studio præstanda. Accedente quadragesimali jejunio, quę paulò antea febribus, ac variis morbis laboraverat, vetita maximè fuit, ne sibi cessandum foret à pijs quibusdam operibus, & à silentij lege servandâ juxta temporis illius conditionem, propterea Deum etiam atque etiam rogavit, ne Medicis, & Medicinis indigere cogeretur, cæterum parata cujusque generis dolores æquo animo subire; cujus profectò preces, sicut & alias in hujusmodi potissimùm rerum statu irritas passus non fuit Deus. Quadragesimæ, & Adventûs diebus, necnon infra octavas Festorum B. Virginis solitudini, atque silentio maximè vacabat. G Ne verò Typhernates, dum Assisium petere solebant, notissimam peccatorum veniam D. Francisco promissam imploraturi, Perusium pertranseuntes colloquia secum inirent, seu per vias, seu per Ecclesias, ex quo id assequi posse Domi desperarent, Dominorum suorum pomærium extra Urbis mœnia biduum permansura petijt, ubi Templum adest D. Matthæo Apostolo Sacrum, ibique dulcedinem Deus longè majorem instillavit, ac solitudinis desiderium singulari cordis suavitate excitavit, quæ quidem omnia ab ipso Pentecostes die ad hæc usque tempora per duos circiter Menses, speciali quadam ratione experta fuerat, rerum ferè omnium oblita; pœnâ tamen quadam, & dolore capitis affecta ibi- H dem fuit, animadvertens, quòd ibi semper Dominus pœnas hujusmodi permiserit, ubi jampridem petierat sui corporis sensus delicijs quibusque destitutos perpetuò esse, quantumlibet locus ille cæteris esse deberet in delicijs. Affecta quoque ibi fuit molestijs ob turbas, & strepitus, quos ibidem agebant Dæmones ad incutiendum ipsi timorem, & à solitudine avertendam. Statim ac Domum prædictam ingressa fuit Maria, divinitùs quoque intellexit sibi nunquam integrum fore Societatem inire cum Ancillâ quadam, quam ibi repererat, & obstaculum hoc è medio tollendum esse dixit, quod voluntati Divinæ adversabatur. Die quadam unà cum Famulâ

Ne solitudinis, & silentij leges frãgere cogatur, extra Urbis mœnia Pomęriũ petit, ubi dolores capitis, & Dæmonis molestias patitur.

Solitudo

mulâ

mulâ forum Civitatis petens, instrumentum quoddam mirabili arte fabrefactum sensibili A quadam voluptate adverteret, sibi statim subductum devotionis sensum agnovit, pœnas ita luere à Deo coacta, quòd vel minimum illud temporis Deo non prorsus adhæserit, cujus erroris pœnitentiam gravissimam egit apud Divinam Clementiam gemebunda, siquidem juxta ejus vota, quæ in hoc seculo potius, quàm in futuro pœnas subire cupiebat pro singulis erroribus, vel minimis debitas Deus illam opportunè toties affligebat, quoties pro humanâ fragilitate peccaret. Hinc pariter, cùm aliquantulum die quadam feria planè, & spiritualia habuisset colloquia cum D. Comitissâ, ejusque Sorore orationi de more ad Vesperam vacanti febris accessit, cujus vi Spiritualia exercitia omittere B coacta fuit graviori addito cordis dolore, satis superque edocta, quòd nullum, vel minimum è solitudine recessum inultum in ipsâ pateretur Deus. Solitudinis amore mirum in modum incensa haud mediocriter etiam indoluit, ac si nimiam cum creaturis consuetudinem adhibuisset, quòd cum Confessario ipso probante Sororem aliam Tertij Ordinis nostri Sanctitate vitæ sibi consimilem die quadam apud se ad Mensam adhibuerit unà cum duabus pauperibus fœminis, quibus antea ablutis pedibus eximiâ charitate inservierunt, postea moras tantisper nectere cum ipsâ libuerit, quod & in Ecclesiâ præstiterat; etenim inusitatâ afficiebatur dulcedine Deo in solitudine vacans, hinc quoties homines, C vel in Ecclesiâ, vel alibi videre opus erat, contremiscebat, dulcedine præfatâ destitui verebatur, interius quoque vocem hanc audire sibi videbatur: *surge, recede, secede*: dicere solita, quòd planta secus viam posita rarò fructus emittit, vel saltem non omninò perfectos. Dei consilium in hac solitudine luculenter apparuit, cum ex Ordine nostro quidam Thomæ vices in munere Confessarij cum Sorore nostrâ gerens solitudinem hujusmodi damnans, quippe quæ superbiæ nomine traducebatur, ipsi mandaverit infirmas quasdam invisere, quæ hoc expetebant, quatenus opus hoc erat charitatis, turbata aliquantulum fuit Maria, statim verò Domi suæ recepta Deum rogare cœpit, ut dolo quocunque D secluso id solum fieri sineret, quod magis expediret, die postmodum proximè sequenti Divino semper beneplacito conformis, quodcunque illud fuisset, Confessarium convenit, ipsumque perspexit oppositæ sententiæ adhærentem, qui potiùs solitudinem ejus, quam maximè commendavit, à quâ ipsa ne latum quidem unguem recedere in posterum voluit; hinc præ gaudio exiliens Maria in propositâ sententiâ confirmata magis fuit, quòd accepta Deo foret hæc solitudo.

Acceptã Deo fore ejus solitudinem confirmatur.

Acceptis beneficijs vicem rependere cupiens Soror nostra Maria, satis superque viribus integra unà cum alijs pijs Christifidelibus

Divina Beneficia.

Sacram Domum Lauretanam invisere decrevit. Quò cum se transferret, Fulginei perhumaniter ipsam unà cum socijs in Cœnobio suo hospitio excepit Venerabilis Mater Paula de S. Ursulâ famâ sanctitatis notissima, ibi verò seorsim ab alijs cœlestia cum Sorore nostrâ instituit colloquia, & ei quædam aperuit ad interiorem ejus œconomiam pertinentia; potissimùm verò asseruit, quòd maximum præ cæteris à Deo ipsi collatum beneficium fuerat eam è Civitate Typherni subduxisse, indeque originem ducere perfectionem, quam erat deinceps assecutura, quin aliud in specie exposuerit. Quoad Confessarium pariter sermonem habuit ipsi prædicens, quòd longè aptiorem ei adornasset Altissimus, quàm ille foret, qui modò Thomæ vices gerebat, quemadmodum factum est Confessario hoc subrogato decedente. Insuper adiecit non sine magno Dei consilio sacram illam peregrinationem suscepisse, pluribus enim gratijs in Domo Lauretanâ cumulanda procul dubio erat, aliaque plura addidit, quæ maximè Sororem nostram recrearunt. Hæc autem è contra propositum aperuit votum aliud emittendi de severiori paupertate servandâ, sive de minimè servandis, vel tractandis in posterum ad proprium usum pecunijs, quòd Paula manibus ejus capiti superpositis, & oculis in Cœlum elatis probavit inhæsitanter subdens, quòd ipsum omninò emisisset, prout reipsa emisit, & aliorum omnium veritatem, quæ Paula illi prædixerat, rei comprobavit eventus. Nam in Sacrâ Lauretanâ Domo Beatissima Virgo plurima illi contulit beneficia. Summo incensa fuit desiderio longè majoris puritatis, quòd jugiter incrementum cœpisse sensit; ubertate gratiæ repleta fuit, ac singulari gaudio perfusa, pluribus etiam illustrationibus insignita quoad mysterium speciatim Incarnationis Dominicæ, cui semper addictissima fuit.

Fulginei cùm ven. Matre Paulâ de S. Ursulâ spiritualia instituit colloquia, & plura sibi proficua ab ea accipit.

Beatissima Virgo in S. Æde Lauretanâ plurima ei cõfert beneficia.

Sanctam solitudinem prosequi magis semper affectabat una cum Jesu, Mariâ, & D. Joseph. cœlestibus gratijs modus non fuit in venerabili illâ Basilicâ, sed etiam cum iter haberet experta clarissimè fuit, quod sibi pluries adfuerat Beatissima Virgo, & Altissima Dei providentia.

Solitudo, & oratio.

Tolentinum pertransiens locum illum invisit, ubi reconditum jacet venerandum B. Martyris Caterbi corpus, & specus, in quo prædictus Martyr detentus diù carcere fuerat, quò cum subijsset Maria desiderio statim incensa fuit vitam ibidem, si fieri potuisset, ad obitum usque ducendi, & Martyrij palmam assequendi; deinceps verò familiare illi fuit Lauretanam Domum quotidie spiritu adire, ibique Sanctissimam Dei Matrem invisere, necnon prædicta S. Caterbi, aliaque sacra loca repetere pluribus, & quidem vividioribus virtutum actibus exercendis addicta, ibi enim Paradisi delicias assequi sibi videbatur, & sublimiora percipere, quemadmodum

S. Ædẽ Lauretanam quotidie spiritu adiens SS. Dei Matrem invisit.

Martyrij desiderio flagrat.

sum-

summio affecta gaudio testabatur, ex quo magis semper ac magis desiderio Martyrij flagravit, cujus tormentis obnoxia, ut suo loco dicemus, spiritum Deo reddidit. Perusium reversa excolendis virtutibus longe magis intenta Divini Spiritûs igne succensa ad Evangelicam perfectionem nervis omnibus contendebat seipsâ superior de singulis humani generis hostibus gloriosum agebat triumphum, Deo magis adhærens, cæteris proindè admirandū virtutū omnium exemplar.

Spiritualia Exercitia D. Ignatij peragens in singulus gratijs decoratur.

Spiritualibus Exercitijs juxta D. Ignatij Institutū operā dare Confessorio probante decrevit, licet humillimè de se sentiens aliquid suâ virtute superiùs id esse putaret. Itaque decem dies eximia sui spiritus voluptate in ijsdem peragendis impendit, quo quidem tempore plurima, eáque utilissima divinitùs accepit; potissimùm verò in oratione Dominicâ verba illa perpendens Pater noster, & fiat voluntas tua, sibi vidisse visa est mirabilem Paradisi harmoniam Spirituum omnium ad invicem, & eorundem cum Deo arctissimam unionem, in qua sibi valdè complacuit; maximum quòd nobis accedit ex conformitate cum Dei voluntate commodum affecuta est, sicut & incommodum, quod ex hac difformitate procedit; affecuta quoque fuit bona quæcunque ex Divinæ voluntatis conformitate, & mala omnia è contrario ex ejusdem difformitate prodeuntia. Ineffabile quoque desiderium concepit Divinam voluntatem perfectissimè complendi, & in Deum se transformandi omninò parata, si licuisset, mala, & bona hujusmodi per universum orbem annunciare, insuper adiiciens, quòd nemo, vel unus conformitatem hanc maximam assequi non studeret, si hæc, prout oportet, cognosceret. Testata item est Dominum sibi hæc ad cor increpando dixisse: *In omnibus eventibus singula opera tua rectè facere cures, mihi semper addicta; cæterum quidquid eventurum sit ne solicita sis, sed mihi addictam esse cures* (quod verbum longè efficaciùs fuisse asserebat) *si verò quid molestum in ipsis offendas, grave tibi non sit, nihil tibi fieri volo, sed tuum omne consilium sit opera quæcunque mihi duntaxat consecrare*. Prætereà speciale Dei auxilium experta est, tum quoad corpus, siquidem prosperâ tunc semper usa est valetudine; tum quoad spiritum, singula enim diebus illis feliciter perfecit, qui proindè paucissimi sibi visi fuere, in quibus nullum omisit è consuetis pietatis operibus, nullam ex orationibus vocalibus, neque Divinum Officium, quinimmò pœnalia quædam adiecit, prout fieri mos est eo temporis. Solitudinem exactissimè servavit, potissimùm cordis, sensuum omnium usu ferè dixerim penitus interdicto, sibique tantùm interiùs ad examen vocandæ intenta, quamvis Ecclesiam S. Mariæ Novæ adire quotidie cogeretur sacrosanctis Sacramentis præficienda, cum adhuc erectū Domi non esset Oratorium. Antequam hæc exercitia obeunda decrevisset, votum conce-
E perat, se modo quodam speciali instruendi ad celebranda solemnia B. Virginis in Cœlum Assumptæ, quin aliquid in specie pro hac instructione meditaretur, sibi suadens duntaxat solitudini majori vacandum, certior autem facta de Exercitiorum hujusmodi conditione, quæ antea minimè noverat ad instructionem hanc obeundam accommodatissima illa putavit.

Quantū in hisce Exercitijs profecerit, expenditur.

Decem ergo dies illos à Creaturis omnibus secreta orationi jugiter indulgere, ac Deo adhætere sibi visa fuit, studio proinde incensa reliquum vitæ hac ratione ducendi, eóque magis eùm libellum quendam obvium habuit, quo Eremitica vita in elegantibus figuris impressis exhibebatur unà cum imaginibus
F plurium Sanctorum Eremitarum, qui dono datus illi erat ipsi in delicijs, quæ solitudinis amore tenebatur, ita enim amorem hunc longè meliùs fovebat, alterum è sanctis illis quotidie contemplandum assumens, à quo deinde petebat, ut solitudinis spiritum primùm, postea verò gratiam sibi impetraret in remotissimum antrum se recipiendi, ubi Creaturis omnibus subducta Deo tantùm vacaret. Exercitia speciatim ad Christi Domini Passionem spectantia sibi retinuit, quòd in ipsis singulari affecta fuerat dulcedine, ac divinitùs luculenter intellexerat, quòd sibi perpetuò per singulas hebdomadas peragenda hæc essent, quapropter qualibet feriâ 5. ad vesperam his meditationibus per duas horas vaca-
G bat, sex autem horas feriâ 6. sequenti, generale silentium, majoremque solitudinem hisce diebus servans, quin et illum videret, qui sibi cibum deferret, & ab exercitijs spiritualibus ne punctum quidem temporis cessaret, quibus etiam addebat corpori suo castigando catenulas quasdam eidem adhibere acutis cuspidibus contentus, pane tantùm, & aquâ nudis pedibus insidens terræ refecta, absynthium interim, vel quid simile intra fauces revolvens. Feriâ 6. pariter tres alias adhuc horas continuas ab horâ nimirū 18. ad vigesimam primam coram Imagine Crucifixi accensâ lampade meditationi incumbebat Christi è Cruce pendentis, piissimæ mortis gratiâ assequendæ. Itaque ex his exercitijs
H adeò profecisse sibi visa fuit, ut illa iterum peragere decreverit, quod reipsa præstitit, uti videbimus, sibique incitamento fuere ad votum severissimæ paupertatis emittendum. Paulò verò post eandem legem amplexa est ad celebranda B. Philippi solemnia, quod etiam facere consuevit in Festis Deiparæ, aliorumque Sanctorum, quibus erat addicta; in contemplatione verò Senatij Montis summâ animi tranquillitate potita est, magnum experta fuit sui spiritus augmentum, in meditationibus felicitatem, & quod B. Philippus spem illi indiderat specialis in posterum suæ protectionis habendæ. Ne verò hæc, & hisce similia divinitùs inspirata perirent,

Con-

Confessarijs probantibus edocta scribere fuit, ut ipsa specie comparandi posteriora cum A prioribus spiritûs profectum assequeretur; verùm id omittere ex peculiari Dei monito coacta fuit, ac si id minimè necesse foret.

Plurimum è spiritualibus Exercitijs, quæ juxta D. Ignatij Institutum obierat, ut diximus, sibi accessisse experta, Soror nostra Maria, semel & iterum in annum vacare perpetuò decrevit, prout reipsa ab obitum usque singulari animi sui voluptate vacavit, certis quibusdam anni temporibus, sibi ad hoc præfinitis, specialem Divini Spiritûs impetum secura, quo solùm præeunte opus ipsum aggrediebatur, peculiarem etiam finem edocta, quem sibi Deus proposuerat in iisdem obeundis, sive ut Divinis beneficijs excipiendis aptior fieret, sive ut in sanctitate proficeret, B sive ut eius spiritus renovaretur, reipsâ quidem experta, quòd hac ratione supernis cumulata favoribus erat, & ad excolendas virtutes longè alacrior fiebat, æquè ac si nihil hactenus laudabile præstitisset, quod planè mirandum nobis non est, si rationem eandem solitudinis ad roborandum spiritum à Sanctis Viris, immo ab ipso Christo Domino initam fuisse advertamus. Itaque peculiari Divini amoris impetu acta, moræ cujusque impatiens, quæ cæteroqui exercitijs hujusmodi vacare decreverat diebus proximè præcedentibus festum Pentecostes Divino Spiritui meliùs excipiendo, ne punctum quidem temporis opus hoc differre passa ad locum aliàs memoratum secus Urbis mœnia D. Matthæo Apostolo nuncupatum, se protinus transtulit, ac 25. dies continuos, gravissimis licet affecta molestijs, ijsdem exactè vacavit.

Exercitia spiritualia speciali Divini Spiritûs impetu repetit 25. dierum spatio.

Solitudinem perfectissimè coluit, celebriorum veterum Eremitarum ad instar in abditis Ægypti cavernis degentium; conclusa enim perpetuò in parvâ cellulâ permansit, incredibili perfusa gaudio, quòd augustissimum Eucharistiæ Sacramentum adorare semper ibi de genu posset fenestellæ cujusdam beneficio sibi in Ecclesiâ ob oculos positum. Cæterùm reliquis omnibus subducta, nec viridarium, nec vineam, nec alia quæcunque ad ipsam Domum spectantia oculis nunquam lustravit, nec libero aere caput per fenestram educendo frui curavit; nec ipsum pariter vidit, qui tenuissimam alimenti portionem singulis diebus deferebat, sed Confessarium tantùm conveniebat, qui sacramentalem ejusdem Confessionem quotidie excipiebat, Sacris ibidem operabatur, ipsam Eucharistico pane reficiebat, & normam in paginis pro Meditationibus peragendis præscribebat; quæ tamen exactæ solitudini satis esse Sorori nostræ non videbantur, ob tumultus, ac strepitus è publicâ semitâ suæ cellulæ contiguâ jugiter à populis frequentata ipsi accedentes. Vix Cellulam ingressa, ac si Paradisum subijsset præ gaudio exilire cœpit, præsertim verò cùm sibi perpetuò ob oculos adesse Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum advertisset, eximiam Dei misericordiam admirata, qui sibi A præstò esse adeò familiariter pateretur, hinc ferè dixerim, extra se rapta, coram ipso semper aderat, indeque vix ob corporis necessitates divellebatur. Primam igitur noctem super nudos asseres caput innixa non pulvinari sarmentitio, ipsi antea familiari, sed ligno, quod in posterum adhibuit, sive cum exercitijs hujusmodi vacaret, sivè in alijs quibusdam temporibus à quacunque molestiâ immunis transegit. Primâ verò die proximè sequenti insitatis à Deo cumulata favoribus sibi de more ad cor ab eodem Augustissimo Sacramento clarâ voce loqui persensit, & imminentia prælia moveri, quibus tamen Deo semper præsente superior evasisset. Complementis B autem omnibus illius diei exercitiis, cum sequenti nocte vix somno indulgens molestissimos accepit strepitus Diabolico impetu excitatos, januas, fenestras, parietes, tabulata, & aliam quamcunque Domus partem exagitando, sibi quoque videbatur cubiculum suæ Cellulæ contiguum Militibus armatis, atque Dæmonibus refertum, ac Domos ipsas, tanquam à Latronibus circumseptas, clamores validos emittentibus, & omnia susdeque vertentibus, ita quidem, ut Infernum ipsum subijsse videretur. Præterea Dæmones inde ipsi abeundam esse monebant, quòd nefariis Spiritibus loca ibi quæcunque subessent, adeoque plura eidem molestissima, ac terribilia imminere, temerè proinde secum egisse C Confessarium, qui ad solitudinem tantis periculis obnoxiam, neque Deo acceptam direxerat, & ab eadem pro virili avertere ipsam nitebantur. Interim lampas ante Altare accensa lucem insolitatam emittebat, nonnisi speciali Dei virtute, ne nimio terrori succumberet Maria. Hujusmodi molestijs obnoxia sequentibus etiam noctibus fuit, adeò quidem ut animo ferè ibidem diutiùs permanendi desponderet, ipsa tamen conatibus diabolicis superior, nec unquam à solitudine recessit, nec ullum, vel minimum è consuetis exercitiis prætermisit, Deo, atque cœlestibusque intenta, ac pari immobilitate adhærens, ac si in summâ tranquillitate vixisset, quin etiam quò magis urgebatur à Dæ- D mone, eò magis adhærebat Domino, gloriosum tandem de hoste referens triumphum, cum quo tredecim noctes continuas gravissimum inierat prælium ferè semper insomnis, quamobrem Spiritibus exhausta capite, & undequaque viribus corporis fracta divinitùs tantùm consuetis oneribus deferendis par erat. Die tandem Sancto Michaeli Archangelo Tutelari suo nuncupato, quem pluries in præfato discrimine invocarat, exactis ad Vesperam pijs omnibus operibus coram venerandâ Beatissimæ Virginis Imagine, quæ ipsi erat in Cellulâ humi provoluta lachrymis obortis, ac frequentibus singultibus Patronam Sanctissimam pluribus, ut opem sibi ferret

Quo fervore, quo spiritu, & rigore hæc peragit exercitia.

Gravissimas Dæmonum molestias suffert, & superat.

ret, rogavit, non eâ planè ſententiâ, quòd Crucem refugeret, ſed quòd vereretur ſe ob diuturnas vigilias neceſſario ſomni commodo deſtitutam complendis exercitijs parem eſſe non poſſe; cujus vota ſuſcipiens Clementiſſima Gratiarum Mater diſertis vocibus interius hæc dixit: *cubitum adi curis omnibus ſoluta à moleſtijs omnibus vindicaberis, tempeſtatesque ceſſabunt*. Quibus acceptis eâ dulcedine, atque lætitiâ perfuſum fuit Mariæ cor, ut ſicuti moleſtias prædictas ſuperiores experta nunquam fuerat, ita nec gratiam unquam ſibi adeſſe perſenſerit huic comparandam; idem propterea Beatæ Virginis præſidium expetere quotidie ſolita in extremo ſui agone, hinc perfectam eâ nocte aſſecuta quietem reliquum temporis in exercitijs Spiritualibus feliciter inſumpſit.

A Beatiſſima Virgine cõforta tur.

Vini de more parciſſima præter quotidianum jejunium, piſcibus quibuſque, vel ſalſis ſecluſis, & alio quocunque quantumlibet quadrageſimali obſonio, quod delicatulum foret, fructibus tantùm, herbis, & leguminibus veſcebatur (hæc autem fuit ipſi ſemper ratio victûs, quoties exercitiis hiſce vacabat) qualibet etiam feriâ 4. pane ſolùm, & frigidâ reficiebatur; feriâ verò 6. ab omni cibo prorſus abſtinuit, adiecto quoque Sabbatho, cum ad exercitiorum finem accederet; à feriâ 5. ad diem uſque Dominicum generali ciborum, & potus abſtinentiâ jejunium feliciter protrahendo viribus corporis æquè integris, & ſpiritu longè magis roborata, Flagellis, & cilicijs præter conſuetudinem in ſe ſæviebat, alia quoque caſtigationum genera Confeſſario probante adhibebat, cœleſtibus excipiendis favoribus longe aptior futura, rata ſibi eò plura divinitùs conferenda beneficia, quò arctiorem in ſolitudine cum Deo unionem iniret. Sublimibus eo temporis prædita erat illuſtrationibus, ac vehementiùs Dei amore inflammata, altiſſima fidei myſteria meditari facillimum ipſi erat, pati quoque iucundiſſimum, adeò proinde huic exercitiorum rationi addicta, ut ſi libitum Deo fuiſſet, ipſi perpetuò adhæſiſſet. Aſſecuta tunc id fuit, quòd cœleſtium meditationibus acceptum teferri debet quidquid perfectionis, & veræ cognitionis ſpiritui noſtro accedit, neque mirum videri, quòd ſpiritus hominis areſcat, ſi hujuſmodi meditationum fonte deſtituatur. Senſuum uſu ferè dixerim interdicta in hac ſolitudine fuit; ſimplicitatem puerilem induta, quinimmo rerum omnium Mundi viſibilis oblita æquè ac qui Matris ex utero nuper erupit. Interiùs munita pluries fuit ſibi orandum potiſſimùm eſſe pro exaltatione S. Matris Eccleſiæ, hæreſum extirpatione, Infidelium, & Peccatorum converſione, quorum ſcelera, ac ſi propria forent ſummo odio deteſtabatur, & amaris lachrymis deflebat. Conatus Dæmonis perſpexit ad homines omnes, nullo penitus excepto, perdendos adhibitos, quibus oppoſitum è diametro omnium

Plurima, & inſignia accepit Beneficia.

E ſaluti conſulendi zelum fovebat. Perſpexit etiam præſentis ſeculi vanitatem, & inſignem hominum ſtultitiam, qui diù, noctuque congregandis divitijs, excitandis ædificijs, & cumulandis honoribus brevi perituris irreparabili animarum jacturâ indeſinenter ſtudent. Perſpexit adimplenda hominibus eſſe, quæ viderint, perindeque eſſe, quin etiam deteriùs, quæ viderint non adimplere, ac adimplenda non cognoviſſe. Quàm grave ſibi præjudicium inferant, qui modica negligunt in exercitijs virtutibus, & inanibus ſeculi delicijs addicti ſũt; quâ curâ, quove ſtudio opus omninò ſit ad puritatem cordis conſequendã, quâ ſecluſâ placere Deo non poſſumus, cujus oculis maximam ingerit moleſtiam quælibet, vel minima imperfectio, qua ratione oſcitantiam noſtram in ejus obſequio, & in aſſe-

F quendis cœleſtibus deteſtetur Deus, qui cõmodis noſtris, captandiſque Mundi delicijs adeò exactè vigilamus. Graviſſimis licèt, ut diximus, affecta moleſtiis, ſanctis tamen Meditationibus nullatenus diſtracta incubuit, ſpeciatim verò cùm verba Orationis Dominicæ contemplaretur; In verbo illo tantummodo *Pater* integram horam tranſegit, ſibi viſa fuiſſe deinde teſtata, quòd à præclarioribus Theologis edocta plenè fuiſſet Divinitatis naturam, Trinitatem Perſonarum, attributa, & alia quæcunque Divinitatem ſpectantia enucleanda in ſcholis proponuntur; alia demum, & alia utique ſublimiora perſpexit, quæ cæteroqui nos latent, quibus inſtructa eò clari-

G tatis in aſſequenda rerum veritate, eoque amoris in Deum proceſſit, ut Domum repetens nihil ſibi in hoc Mundo viſibili obvium habere videretur, quod ſibi moleſtum non eſſet, quippe quæ ex conſortio Sermonis Dei, Moyſis ad inſtar illuſtrior facta, à Creaturis magis averſa in Deum magis ferebatur.

Hæc igitur aſſecuta Maria, cum exercitiis his operam daret, iiſdem frequenter vacare ſummoperè cupiebat, tametſi cœleſtium meditationibus inceſſanter incumberet, Deoque adhæreret, ab humanis prorſus avulſa, cum etiam exterioribus operibus quàm diligentiſſimè intenderet, ſeipsâ quidem, & affectibus quibuſque ſuperior, nullam perinde in adverſis quibuſque perturbationem paſſa, ac

H ſenſu ferè dixerim deſtituta. Itaque interiùs de more præmonita eadem exercitia ſibi quamprimùm repetenda, licet viribus fracta, nec ullum ab adhibitis medicaminibus levamen experta, proindeque ab exercitiis, attenta ſolùm conditione naturæ, deterrita, ſtabili fide in Deum per orationem concepta conſuetum petiit S. Matthæi locum in pervigilio Aſcenſionis Dominicæ, ibique ſtatim operi manum admovit, quin impetum divinitùs conceptum moraretur adhuc gravior corporis, & virium infirmitas, à quâ potiùs brevi convaluit. Acceſſit autem primâ, & ſecundâ die non mediocris quidam tumultûs, quem tanquam à Dæmone incitati, eò convenientes

tes nonnulli in ijs diebus excitarunt, sed molestiam inde prodeuntem ope Divinâ, & Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti præsentiâ mirabiliter evasit. Opus hoc aggredi meditabatur in honorem Divini Spiritus, cujus adventus solemnis imminebat memoria, beatam Mortem impetrando; divinitùs tamen intellexit, ideò potiùs aggrediendum, ut gratiam assequeretur exactè implendi vota hactenus emissa, & alia in posterum longè graviora à Deo inspiranda emittendi. Intellexit etiam sibi à Domino peculiare aliquod munus ibi conferendum esse, ac Deo acceptissimum ibidem in annum quandoque solitudinem esse. Cùm igitur eò vix accessisset, Creaturarum omnium, vel ejusdem Confessarij penitus oblita, spiritualia exercitia inusitato animi ardore auspicata primâ die extra se fermè rapta, insequenti die consuetam meditandi methodum Deo ipsam agente prætergressa, miserrimum perspexit improborum statum, qui sicut aquam iniquitatem hauriunt; beatissimum contra, quo in hoc etiam seculo justi fruuntur, & quibus affluat delicijs Spiritus Divinæ voluntati conformis, ipsique arctissimè adhærens. Feriâ 6. gravissimis affecta fuit doloribus, quæ aliquid à Deo pro Deo pati petierat. Frigore præsertim vehementissimo eo temporis urgente, præter anni temporum consuetudinem ejus ossa mirum in modum vexante, quibus accessit maxima spiritûs desolatio, quò non mediocriter premebatur; quæ tamen omnia sororem nostram à nullo, vel minimo è præfinitis exercitijs, quin etiam à consuetis religionis operibus diverterunt, supremum quoque generale judicium, & pœnas Inferni perpendens plura divinitùs sibi inspirata utilissima quidem, & sanctissima persensit. Quemadmodum Meditationi mortis incumbens ad varia sanctitatis officia obeunda confestim se vehementer excitatam cognoverat, probè intelligens, quàm gravis ijs evadat, qui terrenis tantummodo inhiant, mortis prorsus obliti, dum ipsâ ingruente fortunas, commoda, Thesauros, delicias, Cognatos, Filios, & alia quæcunque ipsis jucundissima deserere coguntur. Severitatem Divini Judicis perspexit Jerusalem in lucernis scrutantis (*Sophoniæ* 1.) propriæ conscientiæ quoque reseratum librum eâ claritate perspexit, ut quid sibi nunquam gravius accidisse testata fuerit, provoluta statim proinde coram Domino humillimè confessa plurimum temporis otiosè in foro sedisse, adeoque Divinæ justitiæ flagella reverita, criminum veniam postulabat, parata deinceps mortem potiùs subire, quàm à Deo vel tantillum quidem indulgendo sensibus deficere; vehementissimâ subinde cordis contritione conceptâ, castigando corpori intenta, catenulas ferreas adhibendo pluribus corporis partibus, manibus etiam, & collo, magno affici stupore dicebat præ nimiâ hominum hebetudine, qui nedum juventute florentes,

Insolito animi ardore ijsdem Exercitijs iterum dat operam.

Severè se cruciat.

sed etiam ætate graves in altissimo vitiorum A cœno jacentes, Divinâ gratiâ fraudati, neque de ipsâ soliciti, vitam hilares ducunt. Denique sibi ex hac vitâ decessisse videbatur, ac Divinum judicium subire.

Gravissimas desolationis molestias, non æquo solùm, sed hilari animo ferebat, febri quoque accedente, quâ diem integram, & noctem laboravit; quibus tamen sibi, suoque patiendi desiderio nondum satis superque factum existimans, enixè petiit, ut alibi dicemus, à Domino singulis sensibus Crucem, ibique tormenta ijsdem propria tanquam in sede parari, ubi reliquis adornari solent deliciæ. Quod planè factum est, quoties enim eò se spiritualibus his exercitijs operam datura recepit, affecta doloribus graviter fuit, B quin etiam curru eòdem aliquando delata à Dominâ suâ Comitissâ, consulente Medico, qui commotionem illam currus doloribus colicis ipsi levandis aptissimam putabat, quibus interdum vexabatur, tunc planè ijsdem affecta longè graviùs fuit, quod petitioni suæ propositæ conforme esse rata, ita se habere rei eventu comprobavit; vix enim exinde recedens insigne doloribus experta fuit levamen. Cùm pœnas Inferni iterum mente lustraret, disertè cognovit quibusnam titulis Divinæ justitiæ obstricti tribus in locis severitatem ejus expiantur homines, in Inferno nimirùm, in Purgatorio, & in seculo præsenti. Cognovit quoque singulare Dei beneficium esse homines in hac vitâ potiùs puniendos C suscipere; hinc Animarum in Purgatorij carcere detentarum longè magis miserata, longè pariter plura ijsdem levandis præstare decrevit, statimque acutissimos illis obtulit dolores, quos à vertice capitis ad plantam usque indesinenter patiebatur, cum etiam somno indulgeret, quo tamen refici plerumque non poterat, licet aliundè divinitùs, scilicet ex ingenti patiendi desiderio plurimum voluptatis hauriret, quapropter etsi totam noctem duxisset insomnem, die tamen illucescente integra prorsus, & incolumis consuetis sanctis operibus operam exactissimè dabat. Reliquis Meditationibus quantumlibet arida, & desolata constantissimè addicta, interiori de repente, tantoque affecta fuit gau- D dio, & inusitato solitudinis amore, ut exteriùs etiam appareret, viribus corporis instauratis, licèt plurima subijsset incommoda, ac pluries pane tantùm, & frigidâ vitam tolerasset, à quâ proinde solitudine, maximè verò, quòd ibidem adesset venerabile Eucharistiæ Sacramentum, nonnisi ægerrimè divelli poterat, quòd pariter aliàs experta fuit. Adeò verò huic solitudini adhæserat, ut domum deinde reversa, neque ex Imaginibus, cæteroqui maximè venerandis, neque ex aliâ quacunque te ad pietatem excitandam aptissima Religionis sensum præter consuetudinem hauriret, eo solùm recreata, quòd favente Domino solitudinem præfatam repe-

Maximo patiendi desiderio flagrans exauditur.

 tere

tere, ibique exercitationibus prædictis vacare spectaret.

Postmodum Christum Dominum expendens ab hostibus inhumaniter vinctum, proditione Judæ, Petri perjurio, & à reliquis Discipulis adeo malè affectum, excessivam ejus in perferendis tot adversis charitatem speciali modo perspexit; contra verò intolerandam hominum ingratitudinem, cæcitatem, ac superbiam, qui naturæ humanæ assumptionem in Deum eximiis ipsam ornando dotibus, divinisque muneribus, ac tot alia hominibus collata beneficia vix oscitanter recolentes, neque pares illi vices rependunt, sed novem Evangelicos leprosos imitati benefactore posthabito corporis tantùm deliciis inhiant, Deoque nonnisi angustiis pressi obsequuntur. Quàm gravia sint crimina quæcunque exactè perpendit, levissima, vel minima quandoque in stateris hominum definita, pluresque Deo odibiles esse, utpotè pluribus obnoxios imperfectionibus, qui tanquam homines è Cœlo delapsi, & virtute præstantes coluntur; quamobrem penitiores conscientiæ propriæ sinus altiùs scrutata se præ cæteris peccatoribus miserabiliorem putabat. Confessario annuente feriam 4. absque ullo cibo, & potu commodè transegit, quamvis inusitati calores tunc ingruentes sui corporis indoli plurimum noxii essent, quin etiam viribus profecit, & singula pietatis opera longè exactius implevit; leviores quoque experta fuit dolores augeri solitos ad vesperam quotidie, die proinde sequente longè vegetior, quam consueverat surgeret; feriâ verò 6. cibo cuique sumendo ineptam prorsus se sensit, quem pariter die eadem omninò facilitate, parique virium robore egit, sed maximâ spiritus ariditate afflicta, quam è præcedentibus consolationibus divinarat, vehementioribus adhuc totam noctem affecta doloribus, quos hilari animo de more ferebat, cœlestibus æquè meditationibus intenta, quin ejus mentem humanum aliquid subiret. Cum Lazari resurrectionem meditaretur, interius de more locutus Dominus, plura suæ Divinitatis mysteria Sorori nostræ aperiens hæc dixit: *Fide opus est: Ego sum resurrectio, ego sum vita, mortuos ad vitam revocare valeo, & ex nihilo quæcunque mihi libuerint creare; mihi fides habenda est; quis enim ex hujus Mundi proceribus ea potest, quæ ipse possum præstare!* Plura quidem alia adjecit Dominus, quæ Mariæ exciderunt, artemque scribendi percepisse voluisset, ut sublimiora scripto notare ei licuisset, quæ communicarat Altissimus, tristitiâ quaecunque fugatâ ineffabili gaudio perfusa. Exercitiis absolutis pristinam Domum reversa consueta animi tranquillitate fruebatur, majori semper incensa desiderio Deo morem gerendi, ejusque voluntati obsequendi, parata potiùs inferni pœnas subire, & Paradisi deliciis destitui, quàm ipsam ullatenus præterire; solitudini præstatæ magis semper addicta, quam veluti tutiorem, & compendiariam viam ad perfectionis apicem, quem jugiter affectabat, attingendum cognoverat, à consuetudine præsertim familiari Creaturæ cujusque magis jugiter abhorrens. Præterea se magis dispositam sensit, quàm antea senserit ad solicitudinem omnem eavendam de se, suoque corpore, quinimmo de Confessariis, cæterisque ad interiorem spiritûs œconomiam spectantibus, & Divinæ Providentiæ in omnibus omnino se consecrandam.

Hominum ingratitudinem detestatur.

Plura suæ Divinitatis mysteria ei aperit Deus.

Eximiis cumulata beneficii jis Domum revertitur.

Cùm bis in anno, Vere nimirùm, & Autumno, ut diximus, Exercitiis spiritualibus præfatis vacare, familiare esset Mariæ in loco aliàs memorato, quo nonnisi specialiter à Deo præmonita sese recipere consuevit, anno Domini 1647. opus hoc suscipere decreverat infra Octavam Nativitatis Beatissimæ Virginis, quam solemnitatem speciali cultu prosequebatur. Maximâ quidem affecta erat ariditate, variis pressa timoribus, neque mediocriter interiùs vexata, optimè consultum proindè existimans opus istud differre, spe tamen in Deum erectâ illud statim aggredi constituit cum Sacrâ Eucharistiâ refecta apud venerabile Sacellum in Ecclesiâ Cathedrali, ubi Sacer Deiparæ annulus magnâ Religione asservatur, eandem Deiparam sibi ad cor loquentem audivit, idque speciatim præcipientem, quòd antequam exercitia obeunda susciperet, ad eadem per biduum sese disponeret, ibidem coram Sacratissimo Eucharistiæ Sacramento perpetuo silentio addicta, & ab omni prorsus hominum consortio aliena. Itaque proximè sequenti die præfatum Sacellum adiit æquè semper desolata, quæ licèt B. Virginis ope recreata aliquantulum fuerit, brevi tamen iterum jacuit solatio quocunque destituta, hinc veluti mortuam Deo totam se credidit, cujus generosam fiduciam respiciens Dominus, fugatis nebulis ipsam pristinæ tranquillitati restituit, insuper monendo, quòd feriâ 6. sequente Sacratissimam sui Passionem de more contemplaretur, quod reipsa præstitit ineffabili sui spiritus voluptate. His ergo præmissis exercitia spiritualia suscipiens specialibus à Deo illustrationibus prædita, alia adhuc sublimiora percepit consueto locutionis internæ beneficio. Damna peccati perpendens fieri vix posse summo affecta stupore dicebat, quòd Creatura ultrò, & liberè Deum offendere valeat de tantâ temeritate mirum in modum sollicita. Regnum deinde Christi contemplata præmium cognovit iis omnibus conferendum, qui simul cum ipso certaverint, veramque iis pacem assequendam, qui sensuum affectibus superiores sibi ipsis dominabuntur. Cùm altissimum Incarnationis Dominicæ mysterium meditaretur, divinitùs intellexit, quonam pacto in Sacrâ Æde Lauretanâ intra Virginis uterum Verbum caro factum fuerit, eoque temporis momento Sacratissima Christi humanitas obla-

Beatissimæ Virgin. cōsilio ad exercitia obeūda per biduum sese disponit, & desolata jacens à Domino recreatur.

Consueto locutionis internæ beneficio percepit sublimiora mysteria.

tam

tam sibi à Deo Passionem, & mortem pro redimendis ab æternâ servitute hominibus incomprehensibili amore exceperit, eumque sibi hæc dicentem præ cæteris interiùs persensit: *Expende Filia, quænam incommoda, quas angustias subire volui dum sinu Patris recedens, & humilem carnis tuæ conditionem pro tuâ salute indutus.* Cùm verò gravissimum in horto Christi contemplaretur agonem, Filij cum voluntate Patris conformitatem perspexit, ab eodem Æterno Patre ad cor de more loquente præmonita, quod quæcunque Unigenitus suus in eximio redemptionis mysterio gesserat, & passus fuerat, æquè pro Sorore nostrâ duntaxat præstiterat, ac si nemo, vel unus præter ipsam Redemptione indiguisset, simulque singula cognovit, quæ idem Unigenitus pro ipsâ speciatim libentissimè pati statuerat. Posthæc monita quoque fuit sublimissimo, & incomparabili amore Dei Filium hæc omnia præstitisse, ejusque excellentiam perspexit, longè majorem in subeundâ Passione fuisse affectu, quàm si Thronum ipsum suum, coronas omnes, & diademata æternæ gloriæ hominibus contulisset; insuper monita amoris huius excellentiam expendendam hominibus jugiter esse, neque melius ipsos, quàm aliquid patiendo vicem rependere posse. Denique opus hoc Redemptionis, & in eodem compleudo Unigeniti Dei amorem à Deo solùm comprehendi posse. Quæ planè præmonita Mariæ voluit Dominus, ut imminentes ipsi dolores alacriùs exciperet; insuetatis enim interiùs affecta fuit angoribus, pavoribus, tenebris, ac desolationibus. Sibi cor esse vulnere affectum videbatur æquè ac acutissimo clavo transfixum animâ simul, & corpore quàmgravissimè afflicta ferè semper insomnis. Ipsas Purgatorij pœnas sibi videbatur subire, Divinæ tamen voluntati constantissimè adhærens, pluresque virtutum actus exquisitè, summâque facilitate, non sine sui admiratione exercens.

Superna illustrationes.

Gloriosam deinde Christi Domini Resurrectionem expendenti visa sibi est gaudium Christi resurgentis excipere, & gloriosa ejusdem videre spolia; intellexit etiam, quòd potissimùm in Resurrectione Domini gaudium ex hominibus illi accesserit æternæ gloriæ restitutis, ipsi maximè acceptis; sibique videre videbatur Christum Regem unà cum electis suis numero quocunque superioribus ineffabili gloriâ ornatum cœleste Capitolium conscendere ipsis gratulabunda. Prætereà quòd ipsam Deus graviter reprehendisset tentata est, quòd orationi speciatim operam non dedisset gratiæ cuidam consequendæ, quam consecuta planè fuisset, si eandem ex animo petiisset, quam tamen sibi conferendam aliquando esse, sed quam corporis afflictio comitaretur, intellexit, eamque ipsâ post triduum consecutam fuisse asseruit, precibus jugiter præmissis, jejuniis, castigationibus corporis, adhibitâ quoque Beatissimæ

Resurrectionis Domini cæ mysterium expendenti ipsius gaudium excipit, & plura intelligit.

A Virginis, Sanctorumque suorum Tutelarium intercessione; qualis reverà fuerit in specie hæc gratia nos latet, id solummodò novimus, quòd eximia fuerit. Interim humani generis hostis huic solitudini invidens, & ab eâ Sororem nostram deterrere contendens, summo studio nitebatur ipsi terrorem incutere, quemadmodum ipsi jampridem prædixerat P. Josephè Societate Jesu, qui per biennium Typherni ei fuerat à Confessionibus, & à pluribus anxietatibus vindicarat, ingentes strepitus nocturno tempore excitando, domesticam supellectilem huc, & illuc subagitando, ululatus horribiles emittendo, nigri canis aliquando specie secus lectulum ipsam minitando; insuper addendo, quòd solitudo illa accepta Deo non erat, ac in extremo vitæ discrimine futurum omninò esse, ut ejusdem

Pluribus molestijs eam Dæmones deterrere conantur, sed frustra.

B pœniteret, sed frustra, eâque ratione diversis quidem, sed horribilibus speciebus à Dæmone totam noctem d vexata Maria quiescere nunquam potuit, donec surgendi tempus advenit, quo adveniente cessantibus Dæmonis conatibus, eodemque superato consuetis piis operibus vacare pacificè cœpit, quæ sanè pluries, diversisque temporibus apud S. Matthæum præsertim contigere, è quorum exitu summa semper accessit Mariæ gloria, summa Dæmoni confusio. In libello quodam altissima Christianæ perfectionis mysteria continente, cujus Auctor fuerat P. Gagliardi è Societate Jesu, cuique etiam in Theologicis erudito ægerrimè intelligibilia, Soror no-

De altissimis Christianæ perfectionis mysterijs summa facilitate disserit.

C stra facillimè singula divinitùs assequebatur, & cum Confessario de iisdem quandoque disserebat, qui tacitus Divinam sapientiam in Sorore nostrâ admirabatur, dum etiam Divinum persolvebat Officium specialem illi contulerat gratiam Dominus, ipsum enim pari facilitate, ac peritissimus quisque recitabat.

Hic verò de locutione internâ fusiùs agendum, quam Sorori nostræ familiarem fuisse alibi diximus. Ab ineunte quoque ætate ad cor ejus loqui, & quidem disertè consueverat Dominus, ipsam opportunè monens, erudiens, objurgans, quocirca exquisitâ semper animi tranquillitate perfruens Deo solùm placere, ac morem gerere studuit; à Dæmonis proindè fraudibus, ac de rei veritate adeò

A teneris annis ad ejus cor loqui incipit Deus.

D secura, ut humanâ persuasione nô ampliùs indigere videretur, illud enim etiam assequebatur, quòd qui loquebatur verè Deus esset. Plurima sanè, Deo frequentissimè eam sic alloquente, didicerat, è quibus ob insignem ejus humilitatem nos latent, pauca proindè mox recensenda supersunt. Christi Domini Cruci affixi Imaginem in Ecclesiâ Cathedrali Petusij publicè nuper expositam, Soror nostra per transitum de genu adorans, pijs aliis operibus intenta Jesum protinus sibi ad cor haud mediocri vi hæc dicentem accepit: *Pro peccatoribus deprecare, pro quorum salute Cruci sum affixus:* Visa sibi B. Virginem juxta eandem Crucem simul videre, quæ pariter eam doce-

A Christo cruci affixo, et B. Virg. monetur ut pro Peccat. salute exoret, pro quibus tot dolores pertulere.

docebat, quàm gravia pertulerat, quot lachrymas sudetat pro eorundem salute; ibique E diù detenta Maria, modò Jesum, modò B. Virginem audiebat, acerbissimos dolores ad mortem usque pro peccatoribus superatos exactè referentes, & Sororem nostram monentes, ut Altissimo jugiter tum Filij, tum Matris labores pro iisdem peccatoribus indesinenter offerret; quæ planè species Sorori nostræ adeò insedit, ut quoties Imaginem illam, vel aliam quamcunque consimilem ob oculos haberet, eadem semper accipere sibi videretur. In Festo Resurrectionis Dominicæ, cum Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiâ Societatis de Morte publicæ venerationi expositum supplex aliquàdo adoraret, inusitatâ quadam ratione vividam maximè Beatitudinis speciem accepit, F quam in futuro seculo diligentibus se præparaverat Deus dicens: *Summam illam Beatitudinem mundis corde servatam*. Die quodam verita Divinæ Mensæ accumbere se non posse, divinitùs intellexit longè majoris momenti apud Deum pœnas illas haberi, quas absque ullâ liberi nostri arbitrij electione subire cogimur, quàm eas omnes, quas præcæteris eligimus. Aliàs pariter idem verita, quippe quæ in Ecclesiâ primùm S. Mariæ Novæ S. Communione cùm refici non potuisset, ac propterea Cathedralem petijsset, Sacerdotem præter consuetudinem obvium non habuit, qui sacris operaretur, sed longè tardiùs, quàm fieri mos erat, gravissimo affecta dolore fuit, & ferè deliquium passa, in propositâ G proinde sententiâ semper constantior, quod doloribus quibusque, vel ipsi Martyrio subesset potiùs, quàm S. Eucharistiâ destitui, hinc eàdem vix refecta singulari undequaque repleta fuit dulcedine. Intellexit aliàs, paulò nimirùm ante obitum, quòd ipsam Deus, quantumlibet contagione corporis detentam, ab humanis avulsam, sibique tantùm adhærentem volebat; hinc rerum omnium humanarum, ut alibi diximus, oblita, nec de Cognatis solicita erat, immò Confessarium suum Typherno redeuntem, ubi sacras in Adventu Domini Conciones habuerat, etiam atque etiam rogavit, ne vel unum è Typhernatibus sibi in memoriam revocaret. Vix habitum nostri Ordinis induta paulò ante quàm H se transferret Perusium, Servitæ cuidam Typhernati, nomine Felici, Thomæ Angelini vices in munere Confessarij gerenti, commendata ab eodem fuerat. Felice verò Balnea ob quasdam infirmitates petente, Soror nostra angebatur, ac si destituta Duce fuisset, neque enim conferre per Literas cum Thomâ ipsi fas erat sui cordis arcana, utpotè legendi, & scribendi ignara, alter autem è Patribus loco Felicis suffectus sibi, suisque votis satis minimè faciebat; in hoc ergo rerum discrimine ad Orationem confugiens hæc sibi de more dicta interiùs accepit: *Cur ab hominibus emendicas solatium? Unus ipse, vel unum*

Claram Beatitudinis speciem accipit.

Ab humanis avulsa, Deoque tantum adhærentem esse intelligit.

A Domino in Confessarij sui absentia confortatur.

E *è tuis suspirijs excipiens, longè magis tibi satis facendo par sum, quàm homines omnes simul accepte; nonne te consolari, te intelligere, tibi opem ferre potis ipse sum?* Quibus acceptis turbatione quacunque dimissâ omninò quievit. Alias quoque cùm Thomam consuleret, intellexit, quòd Dominus per ipsum mirabilia quædam operari in eâ vellet, quin tamen solicita ullatenus esset, quid futurum sibi esset, sed voluntati Divinæ jugiter addicta perfectam cum Deo duntaxat unionem sitiret. B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis gesta lectione percurrens, ex quò divinitùs, ut alibi diximus, legere promptè didicerat, peculiari in Deum affectu sese ferri sentiebat. Aliàs Deo quendam commendans, cognovit, ipsum huic seculo nimis adhærere, ideoque ad ipsum accedere non posse, qui tamen paulò F post Mariæ precibus, ut piè creditur, ad meliorem frugem sese convertit. Perusij secundam Domum ingressa, excitata statim interiùs ad locum quendam inquirendum, quò se reciperet, ut pium illud opus per viam Crucis institueret, quod Typherni præstare consueverat, quin ullum in eâ Urbe situm specialem advertisset, Deo interiùs docente intellexit in eâ Urbis parte, quam planè non viderat, locum idoneum ad hoc institutum esse, quemadmodum reverâ fuisse comprobavit eventus, ibi enim opus prædictum eximiâ religione prosecuta deinceps fuit.

Difficultatem advertentes nonnulli, quam Soror nostra vix Habitum nostrum induta in G persolvendo Divino Officio subibat, utpotè Magistro destituta, qui legere, ipsumque dirigere eam exactè doceret, coacta proindè modò hunc, modò illum consulere, recitationem ejusdem, tanquam aliquid sua virtute superiùs ipsi omittendam esse curarunt; ipsa verò in hanc rem nunquam consensit, sed ad ipsum omittendum ineptam semper se sensit, quæ de prædicto Officio divinitùs edocta præclarè sentiebat, & eidem persolvendo parem se quandoque futuram inhæsitanter sperabat. Divinitùs quoque ab ineunte ætate quosdam S. Scripturæ sensus percepit, quos proinde à Sacris Oratoribus in medium produci intelligens, eos esse cognoscebat, quos jampridem perceperat. Quàmsæpissimè ob H quemlibet, vel minimum errorem increpabat illam Deus, quem antea ipsa non noverat, quamvis erroris cujusque declinandi studiosissima; ideoque censendum est corporis afflictationibus, ac spiritus desolationibus, quas interdum patiebatur Maria, juxta ejusdem vota, quod alibi diximus, de erroribus hujusmodi pœnas sumere Deum voluisse in hoc seculo, quod planè singulare est Beneficium Dei servis collatum. Ob eandem causam sacrâ Communione casu quodam aliquando fraudata de hujusmodi errore præmonita, & interiùs objurgata Domum repetens, indignam S. Eucharistiâ se reputans, amarissimè lachrymata est spirituali tantùm habitâ Com-

Mirabilia per Confessarium in ea Deum operari velle intelligit.

Divinû Officiû semper persolvit etiã in magna difficultate legẽdi.

S. Scripturæ sensus percipit

Divinitus edocetur in difficultatibus justificationis gratiæ, & quid sit Anima justa.

munione, quâ quidem in re mixtum dolori gaudium inusitatâ ratione persensit. Intellexit quoque divinitùs, quòd sibi velit Justificatio, quid Gratia, quid Anima justa, & alia hujusmodi sublimia. Intellexit se infirmitatibus, ac desolationibus subesse in posterum debere, necnon Dei placitum in suis operibus, & quod sibi magis expediret. Completis Exercitijs memoratis die quadam sola Domi remansit, postquam Sacrificio Missæ interfuerat, & Sacrâ Communione refecta erat in Oratorio privato. Dum verò se ipsam, &

Videt seipsam in Deo, tanquam in nitidissimo speculo.

opera sua vereretur, & imperfectum suum oculos suos non videre putabat, interiùs ei dixit Dominus: *volo, quòd in me te videas*, statimque nihilitatem suam, & abiectionem perspexit, tanquam in nitidissimo speculo, maximè proindè humiliata, & rubore suffusa, sed confirmata simul, quòd ineffabilem pariter Dei misericordiam perspexit eidem dicentis: *Videsne quid præstare posses, si te ex nihilo non eduxissem?* Perspexit etiam aliquando æquè ac corporis oculis lustraret suorum criminum deformitatem, ex quo maxima illi interiùs accessit confusio. Pro impetrandâ

Mira alia intelligit, & videt, quæ ex penduntur.

Benevolo cuidam sanitate Deum enixè deprecans, obiurgatam se sensit interiùs, ideò protinus Divino beneplacito se consecravit. Cùm diu familiæ cujusdam damna Deo commendasset, intellexit ejusdem quoque familiæ esse Deo se commendare, & pijs operibus adhibitis ad gratiam assequendam se disponere. Arculam quandam aliquando excipiens, in quâ recondita jacebant Sancti Gabini Episcopi, & Martyris ossa, ut ipsa apud se aliquandiù servans pro libito veneraretur, statim ac præ manibus habuit suavissimam inde profluere sensit fragrantiam, sicut & cùm ipsam restituit, quam cæteri sanè minimè senserunt, quod ei pariter contigit in excipiendis aliorum Sanctorum Reliquijs. Christi Domini effigiem in Oratorio suo positam aliquando, & quidem per plures dies videbat præter consuetudinem ad mœrorem compositam, quód planè ex majori Divinæ gratiæ affluentiâ majus Religionis studium instillante pendebat. Humiliandis proprijs passionibus paratissima erat, quippe quæ noverat quidquid boni à Deo nobis accedit, nos promereri debere virtutes exercendo, quæque à Deo procedunt, quæque ipse vellit ab aliquo ex quatuor capitibus opera Dei esse cognoscere dicebat. Primò, quòd Deus ei cognoscendum aliqoid exhibet antea prorsus ignotum: secundò ex propensione ad illud opus ei divinitùs inditâ. Tertiò, quòd ipsum ad operationem efficaciter ducit. Quartò ex perseverantiâ in opere, eaque omnia in se expertam esse dicebat. Quæcunque pariter ipsi facienda, antequam sacrum indueret Habitum, voluerat Deus, adeò luculenter Deus ipse explicabat, quæ cæteroqoi nunquam percepisset, ut ea quidem intelligeret Maria, sed exteriùs verbis exprimere non posset, quod pariter alijs temporibus contigit. Thomæ Confessario suo ex Urbe redeunti, ubi habita fuerant Ordinis nostri Comitia, isque quasdam subierat molestias, significavit Maria, quòd animo conceperat, dum Comitiorum tempore orationi incumbebat, Deo quàmmaximè ejusdem gesta commendans, & id temporis desolatissimam fuisse, quòd scilicet pœnas illas omnes, contradictiones, & molestias Deo permittente subierat, quæ inter æmulorum jurgia intercedere solent, & quamvis inde abesset corpore, eâ omnia tamen spiritu æquè experta erat, ac si ibi reipsa adfuisset, quæ pariter ea claritate, verborumque proprietate referebat, quâ utique majorem adhibere non potuisset, si revera ibi interfuisset. Antequam Sacros Oratores, sacrasque Conciones audiret, ab ipsis dicenda in se pluties sentiebat, jucundissimum autem illi erat eadem ab illis audire, ita enim sibi certò suadebat ea ex Deo prodire. Typherni, quâ Domo primum degere cœpit, sicut & alterâ, quam deinde coluit, divinitùs cognovit, sibi in ipsis diù immorandum non esse, excitatam de repente aliquando se sensit ad specialem cultum Sanctissimo Virginis annulo, quòd in Ecclesiâ Cathedrali Perusii servatur, exhibendum, & ad Sacram Communionem in ejus sacello percipiendam ad honorem Incarnationis Dominicæ, paulò verò post innotuit sacrum prædictum Annulum Magnati cuidam Clarissimo ostendendum esse, quâ de re sibi Maria, suisque votis satis superque fecit.

Anno elapso votum renovat

Plura quoque intelligebat quoad sublimiora Mysteria, perfectionesque Divinas, de quibus eâ sapientiâ differebat, ut ipsi nonnisi divinitùs infusa procul dubio censeretur. Anno ab emissione voti exacto iter in spiritu ad sacram Domum Lauretanam aggressa, votum ipsum ibidem ratum habitura, ea omnia adamussim præstitit, quæ tunc, & in sacrâ Æde, & per viam præstiterat, quoad exercitia spiritualia, quibus tamen accessit, quòd incommoda corporis sensit iter habentibus familiaria, quæ minimè senserat, ut diximus, cùm reipsa iter habuisset. Post triduum in spiritu ad Sacram Ædem pervenit, ibique ijs omnibus exactis, quæ corporaliter anno superiori compleverat, diem unam cum dimidio longè majoris gratiæ divinitùs particeps fuit, quam & in eadem sacrâ Æde, & alibi unquam experta fuerit, quamvis præ nimio frigore plurimùm in corpore laboravit. Insequenti die Exaltationi S. Crucis dicato, sicut & in consequenti nocte tantâ affecta fuit ariditate, ut neque animo concipere, neque verbis exprimere id posset, ea pariter corporis incommoda subijt, sive à frigore, sive ab alijs quibusque causis emanantia ipsi potius excruciandæ specialiter divinitùs immissa, ut pœnas ipsas Inferni subire sibi videretur; non

Ariditates gravissimas patitur.

ideò tamen à consuetis pijs operibus ullatenus cessavit Dæmone, & seipsâ superior, Divi-

Ab hominum consortio alienam se facit.

Divinaque voluntati constantissimè semper adhærens. Postquam hoc votum emiserat immunis aliquandiu fuit ab angoribus corporis, ac spiritûs, longeque magis ab hominum cōsortio aliena, hinc vetuit sibi quæcunque significati minimè necessaria, literasque deferri, si quid verò necessariò dicendum ipsi foret, id paucis fieret à prandio lectione Spirituali de more completâ; vel quum verò ad Deum, interioris vitæ profectum, vel aliquid gravis momenti Proximorum utilitati conducens pertineret, hæc omnia exequendi studiosior erat, quàm antea fuerit. Longè quoque majori pro suis erroribus contritione afficiebatur, pro iis verò speciatim utique levissimis, quos ab emisso voto patraverat. Solitudinis beneficio arctissimam cum Deo unionem inierat, quâ proinde fiebat, ut cum ab adolescentiâ usque modò hæc, modò illa è terrenis deliciis, V. G. nocturni modò Conventûs, modò Mundus muliebris, modò alia hisce similia seorsim gravia esse cœperint, omnia simul hisce diebus gravissima evaserint. Præterea sui ipsius, ac propriæ infirmitatis pleniorem assequi cognitionem sibi divinitûs videbatur, pavida proinde semper, utpotè beneficiorum pondere se veluti obrutam sentiens, ipsisque referendis se imparem advertens, spe tamen simul in Deum haud mediocriter erecta.

Ad iteranda spirit. Exercit. excitatā se sentit ad assequendā gratiam pro arduo voto servādo.

Coram Altari D. Ignatio dicato in Ecclesiâ Societatis Jesu excitatam se sensit ad obeunda apud S. Matthæum de more spiritualia Exercitia decem illis diebus, qui Festum Ascensionis Domini, & solemnia Pentecostes intercedunt, Deique consilium esse sibi videbatur, quòd opus hoc ad assequendam gratiam votum prædictum D. Theresæ præstaret, ibique se veram animi pacem, eaque potissimum, quæ ad votum prædictum maxime spectarent, consecuturam. Intellexit deinde eximium aliquod sibi conferendum esse beneficium, prout reverâ collatum fuit; ad hæc eidem voto adamussim servando orandum semper esse, & nunquam deficere, orationi proinde jugiter incumbebat. Majori quoque desiderio flagrabat æquè ac D. Theresa, Proximos ad meliorem frugem convertendi, eâque de causâ silentium frangere, & Proximorum adhibere consortia non verebatur, alienæ salutis studio incensa.

Anxia perpetuò de exactâ voti observātiâ variis desolationibus, & tentationibus agitatur.

Pax illa interior, & à desolationibus, tentationibus, cæterisque tum spiritûs, tum corporis angustiis immunitas, quam ab emisso voto Mariæ communicatam diximus, non diù perseveravit, quininimo longè gravior accessit ipsi tempestas, quemadmodum ex superiùs dictis apparet, quibus addere solùm juvat, quòd anxia perpetuò de exactâ voti observantiâ à Divinâ gratiâ excidisse verebatur, seque pluribus obstrictam criminibus, postquam ad sublimiorem perfectionem assequendam voto se obstrinxerat, quâ quidem in re adeò ipsam urgebat Diabolus, ut vel ipsi Thomæ, cujus dictis alioqui ob magnam sui existimationem antea prorsus acquiescebat, [E] fidem ampliùs habere vix posset, ipsumque seductum putabat, quoties illam assereret prætensi criminis ream non esse. In singulis operibus, sive Dei cultum spectantibus, sive necessaria corporis tangentibus perfectionem promissam non assequi sibi videbatur, rata semper quid meliùs præstare se potuisse. In quo rerum discrimine Deo semper conformis Beatissimæ Virgini etiam atque etiam se commendabat, quæ pariter istud votum emiserat, quæque sibi pollicita fuerat, quòd ipsum exactè servasset, præterea coram ejus Imaginem apud S. Matthæum posita, ubi aliàs, ut diximus, ab infestationibus Dæmonum tredecim noctes continuas ipsam prementium ejusdem Virginis præsidio vindica- [F] ta fuerat, humillimè provoluta opem sibi in tantis angustijs petebat, quam statim experta confortatam se sensit interiùs, & ineffabili perfusam gaudio suavissimo lachrymarum profluvio accedente, unaque simul certissima protectionis ejus validissimæ tum in his, tum in alijs eventibus fiducia.

Mortem meditatur.

Alienam pluries diximus à rebus quibusque creatis Sororem nostram Mariam, postquam speciatim spiritualibus D. Ignatii exercitiis apud S. Matthæum operam dare consueverat. Verùm quatuor circiter ante obitum annis affectus hic mirum in modum excrescere cœpit, accessit autem & vivida supremi vitæ discriminis, ac severitatis à Divino Judice adhibendæ species, quæ non modò quo- [G] dam vulgari, sed plane divinitûs identidem ipsi imprimebatur, gravissimas videlicet ob oculos ponens angustias tum corporis, tum animæ proximè morituris communes, maximè si vitam duxerint æternæ salutis obliti, ita quidem, ut de morte valdè solicitæ nihil aliud sibi magis curæ esse videretur.

Mortem interiùs sibi prædici sentit.

Cùm aliquando solemni pompâ, ut alibi dictum est, ad Ecclesiam S. Florentij Ordinis Nostri de Perusio transferretur Imago B. Virginis miraculis conspicua, Soror nostra eo temporis in Ecclesiâ præfatâ orationi incumbens, inusitatis cumulata consolationibus, eâdemque specie mortis exhibitâ hæc sibi interiùs dicta accepit: *Bonis operibus vacare modò ne desinas, eadem mihi commendans tibi in extremo vitæ* [H] *discrimine profutura*. Hisce similes species, & hujusmodi verba repetita pluries ipsi fuere, quæ frequentibus corporis incommodis alibi memoratis coniuncta brevitatem vitæ præsentis, & obitum sibi imminentem docebant, ipsamque ab hoc seculo magis in dies distrahebant, & ad æternam cum Christo Societatem excitabant pari fermè ratione, prout ipsa dicebat, ac si Matrimonio cum Fœminâ dissitæ Regionis inito, quis ejusdem videndæ desiderio incensus moræ impatiens est, & Sponsæ præsentiam affectat; etsi verò dissolvi ita se cuperet, id fieri tamen tunc maximè petebat, cùm se Divini amoris incendio vehementiùs commotam sensisset, haud

medio-

mediocriter confisa in Festo quodam Deiparæ morituram se esse : utique per totum vitæ cursum, tanquam aurum igne memoratis angustijs probata, Mariæ virtus enituit, præclariora tamen, ubi mors imminere cœpit, ejusdem specimina edidit, maximè verò quâ per triduum infirmitate detenta præ doloribus gravissimâ è vivis tandem excessit. Frequenter, ut diximus, hisce premebatur angustijs, oovissimis præsertim diebus, longè autem magis cùm agerentur solemnia quædam, quibus ipsa foret addicta; hinc certior etiam interiùs facta fuit, quòd solemnitati, ac Processioni ad recolendos Deiparæ dolores proximè habendæ interesse non potuisset, quod utiquè ægerrimè ferebat; hujus enim solemnitatis celebrandæ haud mediocri desiderio tenebatur; verùm Deo statim obediens æquè paratam se obtulit ad pœnas quascunque super lectulo tolerandas, quàm ad alia quæcunque sibi proposita Religionis Officia obeunda, dummodò Divinæ tantùm Majestati acceptum hoc Sacrificium fuisset. Propterea 12. Augusti die, quæ Sabbathum fuit solemnitatem præfatam antecedeote anoo Domini 1651. Ecclesiam S. Mariæ Novæ de mane adijt, ut ea opere compleret, quæ subsequente die sibi minimè licere præsagibat, Sacrosanctis enim Ecclesiæ Sacramentis refecta fuit, cætera pietatis opera sibi consueta perfecit, ibique à Beatissimâ Virgine, ubi fuerat aliàs ab eâdem varijs affecta muneribus, eximijs eo temporis, ac præter consuetudinem beneficijs piè creditur cumulata fuisse. Domum repetens colicos dolores, quibus affici tunc cœpit, solerter de more dissimulavit, opera quæcunque sibi familiaria ad horam usque 21. adamussim perficiens, tunc verò adeò vehementer ijsdem affecta fuit, ut decumbere coacta super nudos asseres, veluti super lignum Crucis jacuerit, doloribus, & pœnis quibusque liberè permittens, prout sibi fas erat, ipsam undequaque urgere, ideò corpus non ampliùs tanquam proprium habebat, sed ad mortem usque obediens Medicis, cæterisque suæ curæ præfectis pro libito curandum tradidit, rata se posse hac ratione Martyrij palmam assequi, sommo studio expetitam, quam juxta D. Joannem Chrysostomum edocta satis erat consequi unumquemque posse in propriâ Cellulâ proprio lectulo innixum gravioribus morbi angustijs affectum, perinde ac si Barbaris jubentibus Carnifices illi mortem inferrent. Hac igitur animi persuasione non æquo tantùm, sed hilari animo supremos pertulit dolores, licèt enim præ eorum vehementiâ præter consuetudinem aliquatenus vocem efferre coacta fuerit, & in sudores uberrimos soluta, huc, & illuc per lectulum, tanquam phrænetica incessanter versari, nil aliud tamen ex ejus ore prodijsse adverterunt domestici, quàm Sanctissima nomina Christi Jesu, & Virginis Mariæ, quæ sanè eo animi ardore, eâque suavitate proferebat, ut astantes ad pietatem, & commiserationem excitaret in lachrymas etiam effusos. Totam ergo Dominicam, ac singulos ad obitum usque sequeotes dies ijsdem indesinenter affecta doloribus languebat, humanis quibusqoe incassum adhibitis remedijs. Biduo antequam decumberet, quasi futurorum præscia generali criminum suorum Confessione seipsam porgare decrevit, existimans sibi mortem proximè imminere, quod iterum asseruit sabbatho prædicto coram tribus fœminis Domesticis, ubi cum singulis seorsim ad levandam fermè earum tristitiam, spiritualia miscebat colloquia, perinde ac si abeundi licentiam peteret, postulatâ demum ab ijsdem illatæ molestiæ veniâ, testata novissima esse hujusmodi verba. Quòd ipsâ die de more legendum post prandium exhibitum erat nonnulla fortè pietatis officia continebat ad obitum præambula, sapientissimâ utique Divinæ Providentiæ dispositione ad Sororem nostram magis in dies erudiendam, quæ planè, ut par erat, accepta exactè subindè credenda est adhibuisse. Feriâ 2. ad vesperam viribus semper infirmior ab agitatione præfatâ cessavit, ex quo dolores ipsi mitiores evasisse coniecere astantes, res autem non ita se habuit, vehementiores enim accessere, sicut & febris, quæ intolerabilem in faucibus immisit ardorem, vomitibus obnoxiam fecit; quibus addita quoque fuit, & quidem gravissima, inusitata spiritûs ariditas, quæ planè omnia sibi divinitùs accidere putabat Maria, ea esse arbitrata, & intellectui humano incomprehensibilia, & humanis viribus intolerabiliora, prout ipsa deinde Confessario suo testabatur. Enixè petijt Christi Domioi Cruci affixi imaginem, quæ sibi è manibus exciderat, cùm vehementiâ prædictâ per lectulum versaretur, quam præ manibus habens, Sponsum suum Jesum suavissimè alloquebatur, ei tantùm adhærere, & ad eum coofugere velle testata, in amplexus ejusdem, & oscula Divino impetu ruebat, & ad extremum usque spiritum maximo cordis affectu retinuit. Quamvis exquisitis pressa doloribus fuisset, sensibus tamen integris permanebat, ad rem, & quidem prudenter ioquebatur, licèt parcissima, & satis tenui voce, pœnas illas æquo animo excipiens, quas subeundo, Deo magis placere nos posse dicebat, quàm alia quæcunque, sive faciendo, sive patiendo liberè præstemus, hic enim aliquid nostri permixtum semper contingit, Deo proindè gratias agens, qui & Crucem hanc sibi obtulerat, & robur, quo ipsam perferret, largiebatur, quod jugiter ab ipso petebat, eoque ardentiùs petijt, cùm eâ postulante Confessarius inungendam oleo susceperat è lampade educto coram D. Dominico in Soriano è suis Tutelaribus altero quotidie ardente, ab astantibus orationum suarum præsidium exposcens; quod cùm illa præstaret, ipsos quoque præmonuit, quòd sibi non sanitatem, non moderationem dolo-

Ad pœnas quascunque ferendas paratam se offert.

Colicis dolorib. graviter affecta Medicis curandā se tradit putans Martyrij palmam consequi posse.

Additur dolorib. inusitata spiritus ariditas

Exposcit non moderationem dolorũ, sed Divinã impleri voluntatem.

rum exposcerent, sed quòd omninò impleretur Divina voluntas, sibíque robur necessarium conferretur, hæc verò obortis lachrymis humillimè petebat, quippe quæ sibi satis non esse putabat, hoc unum tantummodò testata, sed ad alia quæcunque, etiam graviora pro Christo, & cum Christo subeunda paratam esse; qui planè eventus eorum veritatem comprobavit, quæ jampridem divinitùs, & pluries intellexerat, quòd scilicèt ad mortem sese disponeret, Deo identidem offerens pretiosissimum Christi sanguinem, ejusque tormenta, Crucem, & mortem, necnon Matris ejus mœstissimæ lachrymas, & dolores, futurum enim esse aliquando, ut id præstare sibi minimè fas esset; veritatem quoque eorum comprobavit, quæ Confessarius Thomas jampridem quoque prædixerat, brevi nimirum infirmitate præcedente morituram esse, ex eo fortè ductus, quòd ipsa à Deo jugiter petere consueverat, quòd gravissimis ipsam premeret doloribus, prout ipsi libuisset, sibique tantùm molestissimis, non iis tamen, qui & incommodum, & dispendium domesticis inferrent. Ex infirmitate virium, & macie in vultu præsertim conspicua inusitati sudoris guttulis persuso, cum astantibus & ipsa suprema sibi imminere conijciens, séque impasem Divinæ justitiæ pro anteactæ vitæ criminibus satisfaciendæ cognoscens, eidem exhibuit, quod exhibere jampridem ipsi familiare fuerat, Christi Domini merita, & quidem longè majori studio in extremo illo vitæ discrimine, quibus duntaxat tanquam basi firmissimæ innixa fidelis usque ad coronam permansit.

Pro Christo graviora pati testatur.

Morti proximã se agnoscens Sacramentis Ecclesiæ muniri petit.

Feriâ tertiâ circa horam undecimam sacramentali Confessione, quæ non ampliùs iterata fuit, eodemque aliàs memorato contritionis affectu peccata sua confitendo, conscientiam iterum purgavit. Deinde Sacratissimum Christi Jesu Viaticum enixè petijt, quod cùm ampliùs in hoc seculo se non excepturam esse certò jam nosset, sibi quisque suadeat, quonam mentis ardore, quanam Religione, atque pietate illud exceperit; sibíque magis semper Dominum appropinquare animadvertens, aliorum quoque, ut diximus, implorato præsidio, pluribus virtutum actibus, tanquam pretiosissimis gemmis instruendam se curabat, ut coram Sponso nitidior appareret. Sacro refecta Viatico Deo tantùm arctissimè adhærere studebat, quamvis præ nimiâ spiritus ariditate nullo sensibili pietatis affectu commota. Interim ad extremam Unctionem recipiendam pariter se disponebat, quam horâ decimâ octavâ summâ humilitate, ac religione excepit, ad hæc solemnem pariter excepit, & plenariam absolutionem à se quoque petitam juxta Ordinis nostri Indulta Habitum nostrum deferentibus concedi solitam, eáque tandem adhibita fuere suprema pietatis officia persolutis precibus ad hoc ab Ecclesiâ institutis; id autem tunc accidit vè miserabile, quòd in oppositam Lectuli partem conversa, quantumlibet viribus destituta, corporis ferè immobilis gravedine impedita, ac penè semianimis, nullius tamen ope ad Sacerdotes protinus se summâ agilitate convertit, mente semper integrâ Sanctissima nomina Christi Jesu, ejusque Matris Mariæ jugiter proferens, paulò verò post oratione recitatâ *Maria Mater Gratiæ, &c.* alijsque prolatis, quæ nullus Astantium percepit, summâ corporis, & animi tranquillitate in osculo Domini obijt 15. Augusti die ejusdem anni 1651. B. Virgini in Cœlum Assumptæ consecratâ, juxta Sororis nostræ votum, quæ in Festo quodam Deiparæ mortem oppetere jugiter à Deo postularat, & quidem horâ 21., quo tempore qualibet 6. feriâ tres horas continuas orationi incumbere consueverat coram Imagine Christi Domini Cruci affixi accensâ lampade, in argumentum venerationis trium horarum, quibus Christus ipse in Cruce vivens pependit, pœnas ejus gravissimas piâ meditatione recolens, pretiosæ morti consequendæ. In arculâ quadam portionem quandam cineris feriâ 4. pariter cinerum benedicti servabat, ipso caput aspergenda in mortis articulo, habitu, ut ipsa dicebat, pœnitentis moritura, & speciem veræ peccatricis induta. Verùm id minimè factum fuit, quòd nemo, vel unus de hac re solicitus fuit, utpotè fortè ignarus, ipsa quoque, utpotè in Deum penè dixerim transformata, nullatenus advertit. Eo niture, eáque serenitate vultûs apparuit, ut ipsi mors ornamentum potiùs, quàm injuriam contulisse videretur, ejus enim carnes tractabiles evasere, & molles, & quamvis 56. ætatis annum ageret, Adolescentulæ tamen speciem potiùs exhibebat, eamque semper nitidiorem, quin ullum astantibus horrorem ingereret, quem ingerere solent de more cadavera, immo voluptatem, suavitatem cordis, & amorem in Deum excitabat. Ad eam publicè de more expositam turmatim confluentes Populi certatim venerationis studio aliquid sibi comparabant è vestibus, velaminibus; flores etiam ipsius corpori de more interspersos pluries ei superpositos pluries rapuere, quinetiam ungues, & crines exscindere non dubitarunt, quamvis præ nimiâ solitudine, quàm semper coluerat, ferè omnibus esset ignota.

Summâ animi trãquillitate obdormit in Domino.

Ejus Cadaver non horrorem, sed voluptatẽ potius excitat.

Delatum deinde decenti pompâ fuit ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Novæ venerandum ejus corpus, ubi in Arâ reconditum seorsim tumulatum fuit in Sacello septem Beatis Ordinis nostri Fundatoribus dicato, deliberatione quidem, si nostra spectemus consilia, de repente habitâ; vero tamen proximum est, quòd id contigerit non sine sapientissimâ Divinæ Providentiæ dispositione, quodque Deo placuerit Sorori nostræ quoad hoc etiam satisfacere, quæ ab anno usque 1644. cùm vitâ periclitaretur, ut diximus, sibi acceptum esse dicebat, quòd sicuti dum viveret ab ho-

Ejus Corpus in arcâ repositũ seorsim tumulatur.

minum

minum consortio alienam servarat Dominus, idem quoque post obitum præstaret, quod rursus asseruit cum P. Confessario, & Sorore Servâ Mariâ Tertij ejusdem Ordinis Æditua Sacelli Deiparæ 7. Doloribus transfixæ 20. circiter ante obitum diebus, iisdem insuper addens id sibi suadere, quod ipsa præ cæteris in sepulcro Tertiarijs designato tumulanda primùm esset in eodem Sacello posito, ex quo paulò antea extracta fuere quæcunque Cadavera, quo primùm repositum fuit vas extis Sororis nostræ repletum, totum pariter corpus eòdem reponendi consilio. Maturâ verò consultatione præmissâ expensis Mariæ meritis illius nostri Cœnobij Prior, & Patres tumulandum seorsim à cæteris corpus hoc decrevere, & Sacellum præfatum 7. Beatorum præeligere, ubi in dextro angulo, ipsius ingressu spectato, effossâ terrâ corpus hoc sepulturæ mandarunt unà cum extis è sepulcro prædicto eductis, quàmdiligentissimè in chartâ pecudineâ descriptis, intra ferreum tubum, in eodem tumulo repositâ, Sororis nomine, tempore obitûs, cæterisque memoratu dignioribus, maximo cordis affectu; dum adhuc viveret Maria, erga Venerandam illam Imaginem tenebatur, hinc plures horas orationi ibidem indulgebat, & paucissimis ante obitum diebus suavitatem eximiam, quâ ibidem afficiebatur, Confessario suo aperuit, se beatissimam fore ratam, si diù, noctúque absque cibo, & potu orationi vacare ibidem sibi licuisset; quocirca conijcere fas erit, quòd in ejus corpore tumulando votis ejus satisfacere voluerit Deus, qui simul testatam facere voluisse Mariæ sanctitatem videtur gravem odorem ex ejus visceribus ab initio prodeuntem in suavem repentè convertendo; cùm enim graveolentiam illam arcere contenderent illius Cœnobij Patres calce, & hisce similibus pavimentum undequaque obstruendo, locum ipsum petentes illam omninò cessasse, & suavem inde potiùs odorem profluere animadverterunt, non sine ingenti omnium admiratione, qui fortè ob graveolentiam prædictam scandalum passi fuerant, ac si non eâ sanctitate præstaret Soror nostra Maria, quâ passim traducebatur.

Gravis odor ex ejus visceribus prodiens in suavem convertitur.

Testatam planè voluit Mariæ sanctitatem Altissimus in ejus exequijs incredibili Populorum confluentiâ, singularíque plausu celebratis, ut diximus; verùm Divinæ beneficentiæ non hic modus fuit, in primis enim ubique per loca quoque Perusio finitima de Sanctissimis Mariæ gestis publicus rumor increbuit, omnibus, & singulis *Sanctam* ipsam prædicantibus, & eximias ejus virtutes dignis laudibus prosequentibus. Prætereà tribus annis ab obitu Sororis ejusdem corpus à communi corruptione vindicatum deprehensum hoc modo fuit. Cùm Rhegio Lepidi Perusium redijsset P. M. Thomas Angelini ejusdem Confessarius pluries memoratus, quique pretiosæ ejus morti non interfuerat, ideò fortè hoc disponente Domino, quòd ita melius Mariam illustrare voluerit, pari fermè ratione, ac D. Thomas Apostolus dormitioni Deiparæ minimè interfuit, ex quo longè major eidem Deiparæ gloria accessit, tum ipse Thomas, tum cæteri illius Cœnobij Patres venerandi Mariæ corporis, quam speciali honore prosequebantur, prout fas erat, summo desiderio incensi, enixè petierunt à P. M. Joanne Angelo Raynerio Typhernate eo temporis Priore Provinciali, ob publica Ordinis negocia ibidem degente, & à P. M. Feliciano *della Penna* Perusino illius Cœnobij Priore, qui pari desiderio tenebantur, ut sibi liceret Mariæ corpus detegere, quod statim ita factum est. Obtentâ in scriptis facultate ab Illustrissimo, & Reverendissimo Dom. Episcopo Perusino Horatio Monaldi die 30. Maii, quæ sabbathum fuit anno Domini 1654. sub crepusculum noctis, clausis undique Ecclesiæ portis, Patribus omnibus, & vix alijs paucis eodem studio affectis præsentibus, præsente quoque Notario Episcopali, qui subinde de hoc actu testando canonicè rogatus fuit, pavimenti lateres elati fuere, cui subiectum jacebat Sororis corpus, statímque deprehensa fuit arca luto obruta, ejus autem operculo amoto, quod præ nimiâ calcis, & luti humiditate corruptum in frustula concisum corruit, deprehensum corpus fuit, quod habitibus exutum, quibus indutum fuerat præ eadem humiditate corruptis, integrum undequaque omnibus videntibus detectum fuit incorruptum, neque tineis, neque vermibus ullatenus subactum absque ullo gravi odore pellem præseferens tractabilem, mollem, & candidam, si pedes, eorumque digitos quoad extremitates excipias aliquantulum nigrescentes; crinibus pariter humore quodam affectis, Facie quoque subnigrâ, ob sudarium ipsi, cùm tumularetur, appositum, quod eâdem humiditate scatens faciei tenaciùs adhæserat: oculis autem nec effossis, neque consumptis, sed integris adhuc unà cum palpebris adhærentibus; integris pariter naribus, sed aliquantulum contusis, & versus dexteram partem deflexis, vi ipsis illata à superposito pulvinari, quòd vix cedens ab operculo prædicto premebatur, sed pulvinaris speciem exutam lutulenta compages evaserat. Os verò integrum, & elegans erat, integra quoque labia, quæ dentes omninò operiebant. Dextro cruri parvula quædam pelliculæ portio deerat, genu verò subnigrum evaserat. Juxta corpus deprehensus pariter fuit prædictus ferreus tubus in depositione corporis ibidem repositus, ut diximus, qui præ rubigine nonnisi ægerrimè aperiri potuit, unà cum scripturâ præfatâ intus reconditâ, quam legere non licuit, utpotè in frustulâ concisam. Arca quoque ob juge stillicidium incumbentis putei emarcuerat, cujus asseres à nonnullis è Patribus, qui venerationis studio servandos curaverant, ardentibus solis radijs plures dies expositi exsic-

Ejus sanctitatis fama circumquaque diffunditur.

Tribus annis ab obitu corpus ejus incorruptum invenitur.

cati vix fuere. Hæc sanè singulatim expensa stuporis in causâ fuere, quò Astantes omnes affecti venerandum illud corpus cernebant, Deo gratias agentes, qui ad confirmandam de sanctitate Mariæ opinionem, & ejus gloriam propagandam, integrum servaverat corpus oppositis hisce circumstantijs obnoxium, quibus etiam accedit animadversione dignissimum, quòd in fervidiori anni tempore tumulatum fuerat. Inde verò eductum super asserem panno lineo opertum impositum, & velamine quodam amictum intra ligneam arcam majorem reconditum fuit, quæ obserata clavi pariter fuit, seræ deinde foramen opertum asserculo quodam duobus clavis confixo, & ab eodem Notario duobus sigillis firmata præsentibus Testibus, quam clavem apud se retinuit, donec nova quædam arca formata fuerat, & locus eidem recondendæ designatus. Interim varijs per plures dies consultationibus adinvicem habitis decrevere Patres tumulando Sororis Mariæ corpori aptissimũ locum esse Sacellum D. Hyeronimo primum, deinde verò S. Annæ dicatum infra parietem ex latere Evangelij. Itaque undecima Augusti die ejusdem anni, feriâ nimirum tertiâ circa horam nonam ab eodem Notario præsentibus ijsdem testibus, & alijs, qui superiori actui interfuerant, reserata fuit arca prædicta, recognitis antea integris, & benè formatis sigillis in eo actu impressis; deinde extractum ex ipsâ fuit Mariæ corpus, & insigni pietate, ac reverentiâ illius Cœnobij PP. sacris Ordinis nostri Vestibus, Velaminibus, & reliquis ejusdem Insignibus recens adornatis ipsum induere, & capiti posuere elegans sertum e floribus mirâ arte fabrefactis contextum, sicuti mos est Perusij Virgines sepulcro inferre. Lilium pariter ex lino confectum manibus inseruere unà cum ligneâ Cruce pectori adhærente; denique corpus ipsum in Arcâ nuceâ ad hoc recens fabrefactâ posuere, velamine quodam faciei superposito, alio deinde consimili totum corpus operientes, Arca ipsa deinde clavis undequaque confixa, & sigillis, uti superiùs, obsignata, quæ deindè intra aliam arcam recondita fuit ab injurijs temporis, longè securiùs vindicanda, quæ pariter clavis confixa terræ iterum mandata fuit infra prædictum parietem præfati Sacelli.

Novis vestibus indutum ejus corpus in novâ Arcâ reconditur, & in Sacello, nunc D. Annæ dicato, denuò tumulatur.

Plura sanè de Sorore nostrâ diximus, prout operis suscepti ratio exposcere videbatur; verùm pro coronide, seu potiùs epilogo consentaneum arbitror axiomata quædam eidem familiaria nunc recensere, ex ijs enim, quasi ex ungue Leonem unicuique, si sapiat, cognoscere licèt excellentiam virtutis, quam in eâdem Sorore veneramur. Solebat ergo insigni animi ardore hæc identidem proferre, animorum profectui haud mediocriter conducentia. Amor in Deum ad instar Tyranni videtur, pœnas ingerit secumque tormenta, hæc autem adeò lapida sunt, & solida, ut beatus habendus is sit, quem Divina Clementia participem eorum fecerit. Quò magis quis diligit Deum, eò majorem subit pœnam, ipsam verò suavem. Crux nostros sensus retundit, excitat autem, & fovet prosperitas. A' Deo declinat, qui Crucem declinat. Qui seminat peccata, metet angustias. Quod magno pretio non comparatur, minimi habetur. Coronam refugit, qui refugit pati. Si quis assequi perita velit, seipso liber Deum adeat necesse est. In pluribus à culpâ nos eximunt homines, non item Deus. Quò magis Creaturæ deferimus, Deo minùs indulgemus. Quàm exactè obsequimur seculo ejus monita adamussim complentes? Quomodo verò cum Deo nos gerimus? Ubi quis de re quadam sibi complacere sentiet, vereatur, expendat, & diligenter meditetur, undenam complacentia ipsa procedat, de eâ suspicetur, sibique inimicam putet. Opus cum sui complacentiâ præstitum fallax plerunque est, & charitatem imminuit. Complacentia in opere suspecta quidem semper est, Crux verò secura. Crux sensus extinguit. Qui non est pavidus, parum se novit. Abditissima sunt amoris sui penetralia, ad eadem deprehendenda magnâ opus est illustratione. Plura nobis spiritualia videntur, & amorem nostri complectuntur. Si Creaturas, & seculum omninò exuerimus, ea desuper nobis obvenient, quæ nos ipsi mirabimur. Beatus, qui seminat in agro Patientiæ. In hoc seculo nil, nisi culpam vereri debemus. Magis horribilis, ac tremenda res est in se quælibet in hoc seculo, vel minima culpa, quàm quælibet in futuro seculo pœna, quamvis immensa, nisi quis præstet munditiâ, ipsi lux nequit accedere puritati Conscientiæ servandæ necessaria, Divinæque gratiæ assequendæ. Quotnam conferret nobis beneficia Deus, si Orationi jugiter, & solitudini vacantes eadem postularemus! Terribilia maximè sunt prælia, quæ Dæmones equitando cum hominibus ineunt, ijsque resistere vix pauci valent; hoc autem intelligebat de Dæmonibus, qui cum hominibus fœderati aliquem, sive quoad irascibilem, sive quoad concupiscibilem urgere nituntur. Pati nunquam debemus, quod cor nostrum in aliquo sibi extra Deum complaceat. Bonum indesinenter operemur, neque de Vitâ, neque de morte soliciti. Benè operandi ansam amplecti debemus, quoties ipsam nobis exhibet Deus, secùs periclitabimur. Benè operari, mala verò pati nos decet. Gloriam fugit, qui fugit laborem. Quod seculum diligit horreamus, quod autem illud refugit, sequamur. Timor ex amore procedit, quique plus diligit, plus veretur amittere, quod noverit bonum. Optima sanctitas est Dei voluntatem implere. Qui Dei servum se esse profitetur nil diligat, nisi Deum. Qui Deo potiri velit, jugi desiderio, eoque extraordinario, & excessivo teneatur unionem cum ipso ineundi, & ab eodem ex animo perseveranter, ac summo studio petat; quòd à se penitùs aver-

Axiomata.

avertat quidquid ipsi adversetur. Erga Creaturas, quæ nobis nimiùm adhærent, inurbanitas quædam, & morum asperitas est adhibenda, & leviter sunt declinandæ, principijs obstando. Cui habenda cum seculo consuetudo est virtute duce id præstet, sive ex obedientiâ, & elatâ in Deum mente. Quæcunque sunt nobis facienda ad trutinam primùm coram Deo expendamus. Ex animo, & amoris impulsu, non autem vi benè operari debemus, sed cum benè valemus, non ubi proximè morituri decumbimus. Quidquid liberè eligendo præliamus, Deo minùs acceptum est, quàm id, quod ob ejus amorem pati cogimur, tunc enim aliquid nostri accedit. Orationis, ac fidei præsidio nobis ipsis, ac repugnantiæ nostræ dominamur. Magnâ Nobis opus est cautelâ, nequid amoris nostri, & Creaturæ cujusque amori in Deum immisceatur. Creaturas diligere, & ab ipsis diligi velle, vanitas est. Charitas à complacentiâ quacunque esse debet soluta, solùm enim in Deo complacere nobis debemus, propter quem operamur, aliter enim valdè decrescit meritum, ac prorsus quandoque perit. Apis limitibus, & Limbo lancis prudenter contenta, comedit, ac plenè sibi complacet in melle; quæ verò limites ejusdem prætergreditur, ac medium lancis petit, impedita miserrimè perit, ubi delicijs affluere sperabat. Anima gratiæ insidens plurimùm in itinere proficit, si verò pedetentim, seu propriâ virtute procedat, vix proficit, & quàmcitissimè fatigatur. Divina semper implenda nobis voluntas, nostráque abneganda, quæ solùm iis evertendis conducit, quæ Deus in nobis præstiterit, Dominus, tanquam perfectissimus Medicus probè novit, quandonam emissione sanguinis opus sit nobis, quandonam medicaminibus purgantibus, quandonam tenuitate victûs, ejusdemque lautitiâ, atque pinguedine. Vivere nullo modo meretur, qui semel saltem in die de morte non cogitat.

Cùm igitur hæc ita sint, minimè mirandum erit, si Venerabilis omnibus, & amabilis maximè fuerit virtus, hoc enim virtutis privilegium est venerationem apud omnes, & reverentiam sibi conciliare. Paternam Domum colens omnibus omnia facta in omnium amoribus esse cœpit, tum operâ, tum consilio omnibus consulens, veræque paci prospiciens, Orationi potissimùm incumbens, ad Eucharisticam Mensam accedens, spe magnâ in Deum erectâ, quòd jurgia, si quæ fortè excitata Domui fuissent, proculdubio averteret Deus, qui planè ei morem gerebat, ipsam proindè, totamque Domum incredibili gaudio perfundens. Præthereà ipsam valdè verebantur Domestici, & quamvis omnium Ancillam se exhiberet humillimam, & abjectissimam, salutaria tamen ejus monita plurimi omnes faciebant, ac reprehensiones æquo animo ferebant, singularis ejus Innocentiæ opinione commoti, quâ pariter commoti viri, ac mulieres clarissimi quoque generis, vel apud se diù detinebant, quod præ cæteris præstitit pluries Marchionissa Hieronyma Bandini Vitelli; vel ad hoc potissimùm è Civitate recedentes Domi suæ ipsam invisebant, vel iter aliò habentes Domi suæ aliquantulum divertebant ob ingens desiderium, quo tenebantur omnes consuetudinem cum ipsâ habendi. Hinc Sacerdos quidam nomine Franciscus Januarius consummatæ perfectionis Vir Ecclesiæ addictus B. Virgini de *Rivo Sicco* nuncupatæ, qui duos annos Famulæ Dei Confessiones exceperat, ejusque spiritum direxerat, sibi minimè parcens, & ipsam Domi conveniens, quoties ob nivium, & imbrium importunitatem sibi suaderet, quò ipsa Ecclesiam adire non posset, proximè moriturus etiam atque etiam pluribus Viris nobilibus, ac Regularibus ipsam commendavit, eos enixè rogans, ut curam ejus haberent, quam virtutibus omnibus plurimùm ornatam habebat, quæ licèt adolescentula esset, & specie saltem rudis, spiritu tamen prædita erat potiùs angelico, & hisce similia prædicans Franciscus a Puellæ laudibus cessare non posse videbatur. Idem pariter præstitit alter ejus Confessarius, quocirca illam omnes maximè venerabantur, & Moniales quædam, tanquã Sanctorum Reliquias textum quoddam precatorium habuere, quod illa adhibuerat. Ipsa verò Deum jugiter exorabat, ut sibi de Confessariis consuleret, qui ipsam perfectè dirigerent, quos proinde Deo semper commendabat, è quibus non paucos sibi Duces futuros divinitus antea cognoverat; contra verò ipsi testati sunt, ut plurimum sibi satis emolumenti quoad sanctitatem morum, Spiritûs Sancti communicationem, aliaque spiritualia subsidia, è consuetudine ejusdem accessisse.

Existimatio.

Eò quidem virtutum ejus, ac sanctitatis fama percrebuerat apud Typhernates, ut singuli ipsam alloqui saltem, & consuetudinem habere percuperent, speciatim verò infirmitatibus detenti, vel aliâ quacunque molestiâ affecti Confessarium ipsum ad hoc assequendum adhibentes, liberè testati sibi plurimum solatij exindè accessisse; Confessarius tamen optimè consultum putavit frequentiam hanc declinare, hinc Mariam pristinæ totali solitudini restituit. Id verò majus in populis consulendæ, videndæque Mariæ excitavit desiderium, quæ semper in opinione sanctitatis proficiebat, quamobrem quoties Ecclesiam adibat, ipsam undique adeò premebant omnes, ut sese subducere summo studio niteretur, singulos quoque deprecans, ut sibi molesti non essent. Propterea quoque Confessarius graviùs, atque severiùs cum ipsâ agens coram omnibus in Ecclesiâ ipsam à se repellebat, tanquam inanis gloriæ cupidam, & illius frequentiæ auctorem, quantumlibet probè nosset, quàm aliena ab iis omnibus esset Maria, quam in sudorem etiam hyemis tem-

Ejus Sanctitatis fama circumquaque diffusa ingens in omnibus eam videndi & alloquendi desiderium excitat.

tempore solutam ex vi prædictæ molestiæ sciebat; tanta autem erat in Populis de Ma- E riæ sanctitate opinio, ut invitæ quoque manum abriperent, ac proprio capiti, si quando laborarent, admoverent, ex quo sibi levamen accedere sentiebant; sertum precatorium, & alia hujusmodi, quæ Mariæ usui fuerant, certatim raperent, & hujus generis alia præstarent, quibus declinandis, se prorsus ab omnium oculis subducere meditabatur. Seorsim quidem ab aliis, ac in desertâ fermè solitudine juxta Confessarii mandatum degebat Maria; verùm celeberrima nominis ejus fama cellulæ angostias non passa, sed circumquaque diffusa ingens in omnibus ejus desiderium excitabat, præ cæteris autem memoranda videtur Mulier quædam primaria, quæ gravi infirmitate decumbens Sororem no- F stram sibi adesse maximoperè cupiebat, quod iteratis apud Confessarium precibus iisque validissimis, affecuta tandem fuit. Is enim Mulieri infirmæ satis hinc facere cupiens, & Sororis Mariæ humilitati consulere huic præcepit, quòd infirmam inviseret, & quæ sibi divinitùs inspirata forent, aperiret, necnon B. Virginis Habitum, quem ipsa gerebat osculandum illi præberet, ex quo conjicere Mariæ fas esset, quòd Confessarium ad se vocasset infirma, qui cùm eò adire non posset sibi Mariam subrogasset, perinde enim erat, quod ipse, vel illa infirmam inviseret, quæ Sacri Habitûs osculandi studio tenebatur. Confessario statim morem gerens Maria Infirmæ cubiculum subiit, è quo cæteris exeuntibus, ipsa solùm cum Infirmâ remansit, quomodo se haberet perijt, bono animo eam esse jussit, & osculandum præbuit Habitum, quo pariter partem corporis dolore affectam signavit. Eâ verò spe in Deum erecta erat Infirma, eoque gaudio ob hanc visitationem perfusa fuit, ut ei plurimùm levaminis accesserit, & brevi convaluerit. Certior de omnibus factus Confessarius etiam à Sorore Mariâ ansam inde sumpsit, ipsam graviter objurgandi, ex eo, quòd Mulier adhuc seculo adhærens osculo tantùm Habitûs Virginis adeò profecerit, ipsa verò licèt Habitum eundem diù gestasset, veterem hominem nondum exuisset, quibus plura hisce similia ad retundendam vanâ gloriâ, & humilitatem fovendam aptissima subjunxit; quæ verè ita esse in sui nihilitate permanens confirmavit Maria. Itaque animadvertens Confessarius declinari non posse hujusmodi frequentiam, ut alumnæ virtutem, & sanctitatem ab omni discrimine vindicaret, loco movendam existimavit.

Habitum infirmæ osculandum præbens pristinæ restituit sanitati.

ANNOTATIONES IN CAP. XVIII.

QUæ de Sorore Mariâ hîc recensentur excerpta sunt ex iis, quæ in lucem ediderat Perusij Jacobus Oddi Archidiaconus anno 1669.; ejus etiam meminerant Franciscus Ignatius Lazari in serie Episcoporum Typherat pag. 266. dicens præ cæteris, quòd E *Soror hæc magnam Perusij sui admirationem conciliavit. Et Nicolaus Barbioni in Diaria Sanctorum, ac Beatorum Typherni sub die 15. Augusti. E' monumentis autem Conventûs nostri de Typhera præterea novimus, quòd apud Sororis hujus Cognatos diligenter servatur lanea ejusdem subucula, quam sibi superpositam Puerperæ maximè propitiam experiuntur. Novimus etiam, quòd in prædicto nostro Cœnobio asservatur lignea quædam Crux non mediocris magnitudinis, ante quam Veneranda Soror provoluta orare solebat, & cœlestibus delicijs superfundi, prout testabatur ejusdem Avunculus Nicolaus Chialli.*

F

In Germaniâ ponitur primus Lapis pro Ecclesijs Lauretanâ, & Viennensi, necnon pro Cœnobio Langeggensi.

C A P. XIX.

ANnum hunc 1651. præ insigni Terræ sterilitate celebrem, longè celebriorem Nobis præstant Ecclesiæ quædam, & Cœnobium, quibus in Germaniâ erigendis primus ponitur lapis. Anno quidem 1644., ut ad eundem est dictum cap. 5. Rudolphus Stoczing. Dynastiæ Seyberstorffiensis, & Comitatûs Hoirnstainensis Dominus, D. Virgini Lauretanæ Domum extruere cœperat, quam subinde Servitis tradidit G colendam; cùm autem anno præcedente 1650. è Dynastiâ prædictâ recedens aliam adierit trans Danubium nuncupatam Eggertsau, eidem in Comitatu, & Dominatu præfatis successit Franciscus de Nadasd, .r. de quo nobis, ejusque munificentiâ modò erit agendum. Antequam verò hoc opus aggrediar, dignis prosequendus laudibus videtur prædictus Rudolphus hoc anno fatis concedens 5. idus Januarij. Primus hic fuit Sacræ Domûs Lauretanæ Fundator, quam proinde relinquere ægerrimè tulit, cùm è Dominatu illo recessit; ipsi enim adeò in amoribus erat, ut id omne optimè impensum arbitraretur, quod in ejus cultum contulisset. Hinc singulari afficiebatur voluptate, quoties ipsam supplices adire H undique gentes videbat, quinetiam Sacerdotes persæpè Lauretanæ Domûs curam gerentes mensæ suæ accumbere gestiebat; nullâ enim aliâ re oblectabatur magis, quàm Religiosorum Virorum consortio, quidquid vitium redoleret penitus exhorrens. In Pauperes quoscunque erat admodum liberalis, in subditos sibi rebelles clementissimus, ad Divina Officia sedulus, Sanctorum cultor eximius, erga Deiparam verò tenerrimo sensu commotus, cui proinde inter cætera pietatis officia prosequendæ singulis mensibus ardentem facem præseferens supplicationibus, quas Laureti B. Virginis Dolorosæ Societas habet, interesse semper consuevit. Plura quidem pro

Rudolphi Stoczing insignis Benefactoris obitus, & laudes.

ejus

cjus cultu animo amplexus adhuc præstitisset,
si major illi præstò fuisset opum affluentia,
cujus erga se Religionem advertens Beatissi-
ma Virgo in extremis agentem specialiter
juvit, ipsi quoque se videndam exhibens,
quo planè præsidio confortatus Rudolphus
hilaris, ac lætus in domum Domini ivit; &
ad Patres suos appositus fuit in familiari
Mausoleo apud D. Virginem VVindpassin-
ganam Conventûs D. Francisci Minoritarum,
qui pariter Stoczingensi familiæ ortum de-
bet, ac progressum. Ad successorem modò
revertamur. Etsi Rudolphi tempore Laure-
tanæ Domûs eâ felicitate, quâ diximus, res
cederent, augustior tamen ejusdem apparuit
facies, cùm Franciscus de Nadasd Domina-
tum illum adivit, quippequi majori rerum
opulentiâ affluebat, et à Virgine Lauretanâ B
multiplici beneficio affectus se illi, suáque ex
animo consecranda videbat. Franciscus ergo
perpetuus Terræ Fogaras, & Comitatûs Ca-
stri Ferrei supremus Comes, S. C. Regiæque
Majestatis Cubicularius, Consiliarius inti-
mus, supremus per Hungariam Judex Curiæ,
Pauli Filius sub Ferdinando III. Consiliarij,
& partium Regni Hungariæ, Præsidiorum-
que adversus Canisam Generalis, Nepos
Francisci de Nadasd totius Hungariæ à Ru-
dolpho II. constituti generalissimi Capitanei,
adeóque clarissimi sanguinis, ab adito anno
1650. Dominio, cui sublacet Lauretum, sibi
quoque præcipuè colendam Virginem cog-
novit, cujus ope detersa prorsus, & expulsa
fuerat venenata tabes, quæ ejus corpus ita in- C
sederat, ut remedio quocunque superior è
Medicorum sententiâ haberetur. Pietatem
Francisci æmulabantur, & lectissima ejus Co-
niux Anna Juliana Eszterhasi celeberrimi per
Hungariam, & Austriam Principis Nicolai
Regni Hungariæ Palatini non degener Filia,
& eorundem Filii, omnes enim in extremo
constituti discrimine sibi propitiam sensere
D. Virginem Lauretanam, quarum planè gra
tiarum testimonium exhibuit, sicut & voti,
quo se obstrinxerat Beatissimæ Virgini præ-
dictus D. Franciscus apud Romer videndum
lib. 10. cap. 11. Itaque ob prædicta beneficia,
necnon quòd cùm plures annos unà cum Co-
niuge vixisset expers prolis, & absque ullâ
spe assequendæ Franciscus, D. Virgini sup-
plex plures obtinuit Filios, eidem Virgini
Lauretanæ novam Domum erigere, & Ordi-
ni Servorum donare interposito voto promi-
sit. Hoc autem emisso absque ullâ morâ rem
opere complere decrevit, & aream, cui Do-
mus hæc superextruenda foret, designavit.
Cùm verò apertis fundamentis præstò essent
omnia, Dominus Joannes Piisky Ecclesiarum
Colocensis, & Baccienfis unitarum Archie-
piscopus, Episcopatûs Jaurinensis admini-
strator, ejusdemque Loci perpetuus supre-
mus Comes S. C., & R. M. Consiliarius, 6.
nonas Julij, die nimirùm Visitationi B. Vir-
ginis nuncupato hujus anni, præsentibus Ex-
cellentissimo D. Comite de Nadasd cum In-
A signi, atque spectabili Nobilium Hungarorũ,
& Germanorum Coronâ, necnon frequentis-
simo Populo, inter festivos Buccinatum clan-
gores, & suavissimos musicos concentus sa-
cris concionibus triplici idiomate habitis,
plaudentibus omnibus, primum lapidem in
fundamentum Ecclesiæ sacris ritibus initia-
tam posuit, sequentibus verbis laminæ eidem
lapidi includendæ antea impressis.

Opifici rerum
Deo Uni Trino
Lapidi angulari
Jesu
Sanctuario Dei
Matri Virgini
Immaculatè conceptæ
Laminâ hanc in Fundamẽtis Templi
ex Voto
Franciscus Comes de Nadasd
et
Anna Juliana Eszterhasi
poni fecerunt.
Anno MDCLI. VI. Nonas Julij
Per Illustrissimum Principem
Joannem Pusky.
Archiepiscopum Colocensem
Ordinarium
pro Patribus Servitis ejusdẽ Virginis.

Solemnem hunc pro Deo, ac Deiparâ tri-
umphum, solemnis pariter alius actus corona-
vit, scilicet collatum ab Archiepiscopo,
quamplurimis hoc expetentibus, confirma-
tionis Sacramentum, qui planè mille circiter,
& quingenti recensiti fuere, cùm alioqui uni-
versa multitudo, quæ ad celebritatem hanc
convenerat, duodecim millia capita exces-
sisse credatur, quæ profectò populorum Reli-
gio, quàm accepta fuerit D. Comiti, insignis
D ejus lætitia luculenter declaravit.

Hoc pariter anno 3. Idus Novembris, ipso
nimirùm die D. Martini Turonensis .2. Epi-
scopi solemnijs dicato, natali verò Excellen-
tissimi Ducis Amalphitani Octavij Piccolo-
minei, qui festivitatis hujus, & Fundationis *Ponitur*
Auctor erat D. Philippus Fridericus S. R. I. *Viennæ*
Princeps Episcopus Viennensis primum lapi- *solemni*
dem in fundamentum novæ Ecclesiæ D. An- *pompâ*
nunciatæ apud Viennam erigendæ solemni *primus*
ritu posuit. Splendori pompæ, quâ celebrata *lapis pro*
fuit hæc actio, mirum in modum contulere *novâ e-*
aliquot eximij Magnates, qui eidem interfue- *rigendâ*
re, necnon summi ad Cæsarem Legati, scili- *Ecclesiâ*
cet Pontificius Nuncius D. Cammillus Mel-
zius

zius Archiepiscopus Capuanus, & potentissimi Hispaniarum Regis, Serenissimæque Venetorum Reipublicæ Legati, supremum tamen festivitati momentum addidere, & veluti augustam coronidem imposuere Augustissimi Principes Ferdinandus III., Maria Eleonora Mantuana ejus lectissima Coniux, Ferdinandus IV. Hungarorum, Bohemorum, & Romanorum Rex, ac denique junior Frater Leopoldus septemnio post ad Imperiale sollum assumptus, qui deinceps quàm frequentissimè Ecclesiam hanc invisere in delicijs habuere, præsertim verò cùm D. Annunciatæ Festivitas Templi illius Titularis, vel B. P. N. Philippi, quem adeò venerabatur Rudolphus Inclytæ Domûs Austriacæ gloriosissimus Parens, solemnis recolebatur memoria. Lapidi verò in fundamentum posito argentea orbicularis lamina inclusa fuerat sequentibus verbis impressis.

D. O. M.
In honorem
Virginis
Angelo Annunciante
in
Dei Matrem
Electæ
In usum
Ordinis Servorum
ejusdem
Virginis Matris
Templi, Cœnobijque
ex voto
à Fundamentis
excitati
Memoriæ
Fundatori
Octavio
Piccolomini de Aragona
S. R. I.
Principe
Duce Arnalphi
primum lapidem
posuit
Philippus Fridericus
S. R. I.
Princeps
Episcopus Viennensis
III. Idus Novembris
Anno

à Christo Nato
MDCLI.

Ab anno 1644. Langeggensem Ecclesiam colendam susceperant Servitæ, prout ad eundem annum dictum est Cap. VI. humili Domo, ac tenui supellectile contenti. Interim verò D. Virgine fidelem eorum servitutem advertente, à pluribus eidem Virgini, ipsisque quàm maximè addictis, non pauca, nec modica experiebantur Christianæ beneficentiæ argumenta. Præ cæteris autem primas obtinuit Reverendissimus, & Amplissimus Campiliorum Antistes Cornelius, qui pauperem illam Servorum Virginis Familiam sublevandam suscepit, omnia illi quotidie suppeditans, quæ eorum usui necessaria fore videbantur, eâ quidem liberalitate, ut coempta hisce auxilijs Villa VVildenthalica comparare sibi deinceps potuerint ligna necessaria, lapides calcarios, & aquas eo loco rarissimas præter haud modicam annonæ copiam; neque id fuisset Abbatis beneficentiæ modus, si invida mors non obstitisset, à quâ schedula fertur inventa hujus tenoris: *Anno 1652. Deo dante ædificabo Patribus Servitis Monasteriolum in Langegg.* Itaque sublevatis utcunque per Campiliensem Præsulem rei nostræ familiaris angustiis, Domui ipsi ampliandæ, & ad Cœnobij modulum formandæ consuluit Venerabilis Conventus Meilcensis Clarissimi Ordinis D. Benedicti, collatâ ad hoc quingentorum Florenorum summâ, & quidem opportunè, PP. enim nostri, quos Melicensium charitas suos veluti Fratres effecerat, primis Domicilij sui muris adeò arctabantur, ut non Domum, sed rudimentum Domûs incolere viderentur. Pro erigendâ ergo hujus Cœnobij Fabricâ jacta sunt hoc anno fundamenta, ab angustâ, & humili Loci possessione septimo, quæ fabrica progressu temporis Primarijs nobilibus opem ferentibus perducta tandem ad fastigium fuit. In Provinciâ quoque Narbonensi Massiliensis Conventus, qui paulatim increverat, hoc tandem anno reparatus à fundamentis fuit. Interim Oeniponte apud D. Josephum viam universæ Carnis ingressus Nobis memorandus occurrit P. Angelus Maria Fieger, Nobilis quidem genere, sed spiritu longè nobilior, quem inter primos Clericos, ac novella reparati Ordinis germina Deo, atque Deiparæ consecratum habuimus. Hic verò Spiritus satis luculenter apparuit non modò in libello, quem *Legationem Germaniæ ad Magnam Magni Regis Matrem* inscriptum Typis vulgavit solidissimæ Religionis, cæterarumque omnium virtutum actibus refertissimo, verùm etiam in privato suo Decachordo hominis bonæ voluntatis Psalterio; ut alia quamplura taceamus. In tantâ tamen animi religione non minùs elucebat in Angelo Mariâ variæ eruditionis amænitas, omniumque propemodum Literarum consortium,

Langeggensis Ecclesia augustior ædificatur cum Cœnobio.

Conventus Massiliensis reparatur à fundamentis.

P. Angeli Mariæ Fieger obitus, & laudes.

tium, quarum ferè nullas ad ejus usum, & negotia facta virtus exclusit miro sui contem- A ptu conditas; hinc nemini molestus, affabilis omnibus, multis denique lecturarum, Concionum, & majorum munerum laboribus hoc anno succumbens in Domino, sanctè requie- B vit, cùm adhuc ætatis suæ annos nonnisi quadragintanovem ageret, & Conventum VValdrastensem administraret.

ANNOTATIONES IN CAP. XIX.

1 EX *Augustino Romer Serv. Mariana lib.* 10. *Cap.* 2.
2 *Ex eodem lib.* 9. *Cap.* 25.
3 *Ex eodem lib.* 11. *Cap.* 13.
4 *Ex eodem l.* 7. *Cap.* 25.

F I N I S.




CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,

AUCTORE

F. ALOYSIO MARIA GARBI FLORENTINO,

Liber Tertius,

CONTINENS AB ANNO MDCLII. USQUE AD MDCLX.



Habentur Comitia Generalia. Supprimuntur Conventus Parvi. Confirmantur Dietæ pro Capitulis Provincialibus. Ordo noster in Germania acquirit jus Provinciæ majur.

CAP. I.



Nnus 1652., cujus acta A in Ordine nostro conscribenda suscipimus, eidem Ordini haud mediocriter infaustus occurrit, hoc enim anno idibus Octobris Bulla Summi Pontificis Innocentij X. data fuit, die verò 22. ejusdem Mensis publicata; .r. quâ perpetuò extincta, suppressa, & abolita declarantur Monasteria, & Loca quæcunque quorumcunque Monachorum, ac Regularium Virorum Bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscunque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Cōgregationis, Societatis, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, etiamsi Illis animarum cura Personarum secularium incumbat, sintve Hospitia, vel Granciæ, seu alterius Monasterii membra, intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium existentia, in quibus ob parvum numerum Religiosorum Regularis Disciplina juxta peculiaria cujusque Ordinis Instituta servari non potest, unà cum omnibus eorum dignitatibus, officijs, ac ministerijs, eáque ab omni proprietate, Dominio, superioritate, jurisdictione, ac alio quocunque jure Regularium exempta, & to-

Bulla instaurandæ.

A taliter liberata, omnīque Conventualitate, titulo, essentiâ, ac denominatione Regulari in eis penitus extinctâ, ad statum secularem redactâ, reservatâ tamen Congregationi super statu Regularium facultate conservandi Religionibus aliquem ex Conventibus, si hoc expedire visum fuisset, salvis etiam juribus, quæ Fundatoribus Conventuum sic suppressorum, vel alijs ex Sacrorum Canonum præ- B scripto, vel ex privilegio Apostolico quomodolibet competunt &c. pruut latiùs patet in eadem Bullâ, quæ incipit *Instaurandæ*. Hinc plurimûm incommodi Ordini nostro accessit, quia plures ejusdem Conventûs in omnibus Provincijs hujus Bullæ virtute aboliti fuere, non sine ingenti, tum Fratrum nostrorum, tū Populorum, qui eorundem Fratrum operâ ad Literas excolendas, & pietatem fovendam C utebantur, mœrore; ex quo factum est, ut Populis ipsis S. Sedi Apostolicæ humillimè, & enixè petentibus non pauci è suppressis Conventibus Ordini nostro fuerint restituti, prout ex mox dicendis patebit.

Conventûs autem in Ordine nostro aboliti numero 71. fuere, prout constat ex Literis .2. Sacræ Congregationis ad P. Procuratorem Generalem datis die 24. Octobris ejusdem anni, scilicet in Provinciâ Etruriæ Conventûs de Casulis, de Agnino, de Marradio, & Balnea

Memorātur Cōventus Suppressi, & Grăciæ.

nea S. Philippi. In Provinciâ Romanâ Conventûs de Vitorchiano, de Aquipendio, de Spello, Montis Falisci, de Aquilâ, de Valentano, de Publico, de Camerino, de Tavoleto, de Castro Petræ, de Monticulo, de Campo Rotundo, de Capite Montis, in Sabinâ de S. Polo, de Cantiano. In Provinciâ Romandiolæ Conventûs de Verruchio, de Russi, de Portu Cœsenatico, de Capite Fluminis, de Formigine, de Cento, de Civitellâ, de Solarolo, de Spezzano. In Provinciâ Lombardiæ Conventûs de Cremonâ, de S. Rocho, de Campiano, de Rosato, de Cugnasco, de Angerâ, de Salso, de Piadenâ. In Provinciâ Marchiæ Tarvisinæ, Conventûs de Cascille, de Soave, de Porriâ, de Portu Buffaletto, de Savizzo, de Brugnarâ, de Mestre, de Este. In Provinciâ Venetâ Conventûs de Paduâ, de Civitate Belluni, de Valvasone, de Cornedo, de Bassano, de Passirano, de Ciusone, de Branciâ, de Tango, de Corniolo, de Maderno. In Provinciâ Mantuanâ Conventûs de Vigevano, de Urbino, de Gassignano, de Burgo Forti, de Monte salso, de Castro S. Joannis, de Bronio, de Riverâ, de Monte Fano, de S. Salvatore. In Provinciâ Genuensi Conventûs de Moote, de Murrâ. In Provinciâ Neapolitanâ Conventûs de Octaviano, de Capite Leonis, de Molinarâ. Abolitæ quoque fuere, & ad statum secularem redactæ Ordinis nostri Granciæ, sive Conventûs uniti, quamvis adnexam habeant curam animarum, & sint Ecclesiæ Parochiales numero 32., prout constat ex aliis Literis S. Congregationis ad P. Procuratorem Generalem datis die 10. Decembris ejusdem anni, scilicet Ecclesiæ S. Constantij *delle Forme* in Diæcesi Perusinâ, S. Salvatoris de Panicale in Diæcesi Civitatis Plebis, unitæ Conventui S. Mariæ Novæ Perusij; S. Martini de Lubaco in Diæcesi Fesulanâ unita Conventui D. Annunciatæ de Florentiâ; S. Gaudentij, cui adnexæ sunt Ecclesiæ S. Mariæ de Eremo, & de Pescognano in eadem Diæcesi, S. Mariæ de Legoli in Diæcesi Volaterranâ; D. Annunciatæ de Florentiolâ in Diæcesi Florentinâ; S. Mariæ de Cascinâ in Diæcesi Pisanâ; D. Annuntiatæ de Castro Terziere in Dæcesi Sarzanensi unitæ eidem Conventui de Florentiâ; S. Helenæ in Villâ SS. Chierni, & Ansani unitæ Conventui Servorum de Bononiâ; de Gravatâ, & Trasseno unitæ Conventui S. Annæ de Placentiâ; de Petrâ Crucis unita Conventui S. Petri de Anconâ; Sanctorum Petri, & Andreæ de Casanovâ de Morbasco unita Conventui S. Victoris de Cremonâ; de S. Blancâ unita Côventui S. Mariæ Consolationis de Ferrariâ; de Querciolâ Panicalis in Diæcesi Civitatis Plebis S. Angeli de Domo Gastaldâ in Diæcesi Nucerinensi; S. Mariæ de Antriâ unita Conventui S. Mariæ Novæ de Perusio; S. Mariæ Gratiarum de Seravitiâ, & Sanctissimi Crucifixi unitæ Conventui S. Mariæ Servorum de Lucâ; S. Mariæ *del Bosco* in Diæcesi Juliensi

A D. Annunciatæ de Varano, & S. Mariæ ad Nives de Chiaratico unitæ Conventui de Parmâ; S. Jacobi de Gorgonzolâ, S. Petri de Decio; D. Annunciatæ de Varese; D. Mariæ de Magnago unitæ Conventui Servorum de Mediolano; S. Columbani in Diæcesi Laudensi unitæ Conventui de Marignano, Ecclesia Genesare unita Conventui S. Barnabæ de Mantuâ. Ecclesia Calibani unita Conventui de Pisauro; Antrum S. Pinelli unitum Conventui de Forolivio; S. Mariæ Gratiarum de Valsanâ unita Conventui de Alexandriâ. Denique Grancia de Monteresinâ unita Conventui S. Catharinæ Astensi. Cùm verò Sanctitas Sua præcepit in Bullâ prædictâ, ne apud Ecclesias, seu Grancias hujusmodi, & Parochiales aliquis è Regularibus degat, sed omnes

B & singuli ad Monasteria revocentur, ubi vigeat Regularis observantia, illud tantummodò permisit, quòd Superiores Ordinum Regularium, dummodò Seculares non habeant idoneos, fideles, ac sibi benè visos, quorum operâ uti valeant ad bona illa administranda, quæ fuerint prædictis Ecclesiis adnexa, Laicos Professos ad hoc deputare possint, moribus graves, ac irreprehensibiles, oneratâ eorum conscientiâ. Hi verò deputati curam habeant etiam, quòd in Ecclesiis, & Sacellis Granciarum hujusmodi celebrentur Missæ deinceps juxta consuetudinem diebus saltem Dominicis, & reliquis de præcepto à Sacerdotibus secularibus, vel etiam Regularibus, qui tamen extra Monasterium minimè

Conceditur Superioribus facultas deputandi Laicos Professos, pro administratione bonorum ad Grâcias spectantium.

C pernoctent. Præterea eadem Sanctitas Sua præcepit, quòd in Granciis hujusmodi animarum curam adnexam habentibus, vel Parochialibus, Parochi munus exerceant Sacerdotes non Regulares, sed Seculares, qui ab Episcopis Diæcesanis à S. Congregatione de hac re præmonitis, deputentur, sive amovibiles ad nutum, sive perpetui, à Superioribus quidem Monasteriorum nominandi, ad quæ prædictæ spectant Granciæ, approbandi tamen ab iisdem Episcopis, congruâ illis assignatâ portione eorundem Episcoporum arbitrio super annuis proventibus earundem Grâciarum juxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini. Quamvis autem ita suppressa intelligantur, & extincta prædicta Regularium

D Loca, Conventualitate omni semotâ, & ad statum secularem redacta sint, Sanctitas sua non ideò intendit, quòd super bona, & jura proprietatem, & possessionem eorundem Locorum Monasteriis competentia, quibus adnexa de jure sunt, Monasteriis ipsis per Bullâ hanc ullum inferatur præjudicium, sed congruâ præfatâ portione detractâ, quidquid ex annuis proventibus superest in eorundem Monasteriorum utilitatem, & commodum cedat. His accessit interdictum recipiendi ad Habitum quoscunque absque expressâ Sacræ Congregationis facultate, quod planè quàm incommodum fuerit Regularium omnium Ordinibus, nemo non videt.

Habentur hoc anno Mense Majo diebus 19. 20. 21., & 22. Comitia Generalia .3. Romæ apud S. Marcellum, præsidente D. Cardinali Julio Sacchetto Ordinis nostri Protectore, cui interfuere Vocales numero 30. sexdecim è singulis Provincijs electi ad Gradum Generalatûs præsentati, ac propositi fuere, scilicet è Provinciâ Etruriæ Lælius de Aretio, & Camillus Baldi de Senis. E' Provinciâ Romandiolæ Angelicus de Bononiâ, Henricus de Bononiâ, Augustinus Merlinus. E' Provinciâ Lombardiæ Ludovicus Beretta, Angelus Maria, & Basilius omnes de Mediolano. E' Marchiâ Tarvisinâ Lælius de Paduâ. E' Provinciâ Mantuæ Joannes Maria Zazzera, Joannes Baptista de Perusio, Hiacynthus de Soraneâ, Michael Angelus de Placentiâ. E Provinciâ Genuensi Joannes Baptista Drusiarus, Dionysius de Summaripâ, & Henricus Burgo de Castronovo Scripiæ. Præ cæteris autem in Priorem Generalem electus, & per D. Protectorem declaratus P.M. Henricus Burgus de Castronovo Scripiæ Genuensis Provinciæ Definitor Generalis, qui emissâ Fidei Professione, cæterisque ad præscriptum Constitutionum nostrarum servatis Magistratûs insignia per ejusdem D. Cardinalis manus suscepit, ipsique deinde obedientiam de more Patres omnes, & Fratres præstiterunt in Ecclesiâ frequentissimo inspectante Populo, quam processionaliter adierant hymnum *Te Deum laudamus* cantantes. Post Vesperas processionaliter quoque ad Palatium Montis Quirinalis se contulere, ibique in Sacello Pontificio coram Eminentissimis Cardinalibus ad Sanctissimi pedum oscula admissi fuere. Die proximè sequenti 20. ejusdem Mensis convenientibus in loco Capituli Patribus Definitoribus cum P. Generali assignata fuere ex improviso puncta Theologica juxta præscriptum Constitutionum Baccalaureis decem pro Gradu Magisterij consequendo, recognitis antea, & approbatis cæteris à lege requisitis, quibus cùm singuli statim optimè sat fecissent, de consensu Definitorum per vota favorabilia dimissi fuere per Literas patentes Generalis, ut in aliquâ publicâ Universitate Doctoratûs insignia reciperent; ex ijs autem P. Baccalaureus Bonaventura Pellini de Forolivio, & P. Baccalaureus Julius Arrighetti de Florentiâ ad annum 1705. æternis laudibus commemorandus, à P. Generali juxta facultatem sibi à Constitutionibus tributam creati fuere Magistri. Prætereà gratiâ speciali P. Generalis, & Definitorum admissus etiam fuit ad recitationem Punctorum P. Baccalaureus Sebastianus de Bononiâ, ut debito tempore, & non aliàs, dimitti possit à P. Generali ad effectum consequendi lauream Doctoratûs in aliquâ publicâ Universitate .2. Deinde P. Ex-Generalis Hippolytus Bazzanius coram Generali, & Definitoribus redditâ suæ administrationis ratione, scripturis, & processibus ad Ordinem spectantibus eidem Generali consignatis, liberè dimissus fuit .2. Bacealaureis quo-

Comitia Generalia.

Eligitur 52. Gen. Henr. Burgus.

Promoti ad Doctoratû.

E que, qui ratione infirmitatis ad Capitulum Generale accedere non potuerunt, ibique Doctrinæ suæ specimen exhibere, petentibus sibi licere, idem præstare coram Patre Generali unà cum P. Definitore Generali, & quatuor ex peritioribus Magistris Provinciæ, in quâ idem Generalis resederit, de requisitis docere, & ab eodem Generali dimitti ad effectum consequendi Lauream Doctoralem in aliquâ publicâ Universitate, votis omnibus favorabilibus PP. Definitores benignè annuerunt. Confirmatum postmodum fuit Decretû Capituli Generalis anno 1646. celebrati quoad modum recitandi Coronam 7. Dolorum Beatissimæ Virginis typis impressum Mediolani in singulis Ordinis Nostri Conventibus.

F Die 21. ejusdem Mensis congregatis in loco Capituli cum P. Generali PP. omnibus Vocalibus ad munus Procuratoris Ordinis in Romanâ Curiâ propositi fuere decem & octo PP. è singulis Provincijs de more præsentati, quos inter præelectus votis omnibus favorabilibus fuit, & ad hoc munus assumptus P.M. Hieronymus Maria Puricelli de Mediolano, qui statim à P. Generali confirmatus fuit habito in ejusdem manibus, juxta præscriptum Constitutionum, juramento. Denique die 22. Mensis ejusdem congregato rursus per P. Generalem Capitulo publicata fuere sequentia Decreta à Vocalibus omnibus approbata.

Eligitur Proc. Gener. Hieron. Maria Puricelli.

1 *Instante P. Cœlestino Mariâ Provinciali* G *Provinciæ Germanicæ, & exponente; quòd in suâ Provinciâ congruus tum Fratrum, tum Conventuum numerus reperitur, ac proinde digna est, ut inter Provincias majores numeretur, illique facultas concedatur, ut in Capitulo Provinciali Socius, ac Definitor Generalis ad præscriptum Constitutionum eligantur, qui unà cum Provinciali in Capitulo Generali vocem habeant: PP. Definitores cum P. Generali censuerunt petitioni annuendum esse, servato tamen jure Provinciæ Narbonensis eâ ratione, quâ statutum fuit aliàs, quando inter Provincias majores numerata fuit Provincia Hispaniæ .3.*

Decreta Capit. Gen.

2 *Cùm facultas convocandi annuatim Dietas loco Capitulorum Provincialium, quæ ad tempus concessa fuerat, elapsa sit, quæsitum fuit,* H *an expediret petere prorogationem ejusdem facultatis ad sexennium, ut aliàs factum est, cùm causa eadem adhuc perseveret. Annuerunt Patres Definitores votis omnibus favorabilibus, dummodò obtentâ tali facultate expensâ pro cibariâ, & pro recognitione consuetâ Generalis, vel alterius ejusdem nomine assistentis, alijsque expensis fieri solitis non excedat summam scutorum quadraginta monetæ Romanæ, exceptâ tamen expensâ pro Viatico Definitorum taxandâ pro qualibet Provinciâ in Capitulo, seu Dietâ à P.Generali, vel ejus vicario, Provinciali, & Socio ejusdem Provinciæ juxta debitam capacitatem, & proportionem Provinciarum.*

3 *Pro-*

3 Provinciales officio perfuncti, qui & Definitores perpetui, & Patres Provinciæ vocantur, quoad obedientiam quidem Prioribus etiam Conventualibus, quoad publicam verò correctionem soli Provinciali, aut Generali subjiciantur, & cæteros quoscunque Magistros Provincialatûs officio non perfunctos præcedant, provideaturque illis, vel à Priore, vel à Provinciali pro ministerio Conversus, qui tamen ipsis ita non sit addictus, ut à publico Conventûs servitio, seu ministerio omninò eximatur, sitque dictis Patribus Provincialatûs officio perfunctis benè visus. Insuper ne prædicti Patres Definitores, & Patres Provinciæ solo nomine, & non re vocentur, Definitorium Provinciale in quocunque Capitulo Provinciali, seu Dietâ suæ Provinciæ ingrediantur, in illoque vocem habeant, suffragia ferant, si velint, dummodo propriis expensis ad Capitulum, seu Dietam accedant, quo quidem privilegio, quoad correctionem tantùm gaudeat etiam Procurator Ordinis officio suo perfunctus.

4 Vacante aliquo officio teneatur Prior intra 15. dies convocare Capitulum Conventuale pro novâ, & canonicâ electione novi Officialis, & non valeat ultra prædictum tempus aliquem substituere per modum provisionis, aut alio titulo sub pœnâ privationis Officij Prioratûs, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrendâ.

5 Instante P.M. Joanne Mariâ Zazzerâ Definitore Generali pro Provinciâ Mantuanâ, & petente, quòd in ipsâ possint eligi in Priores Conventuum ejusdem Provinciæ Fratres aliarum Provinciarum, Patres Definitores annuerunt, dummodo habeatur beneplacitum Apostolicum, quatenus oporteat, & hoc fine præjudicio Provinciæ Venetæ. Lecto hujusmodi Decreto, & instante P. Provinciali Provinciæ Venetæ dictum fuit in Capitulo Generali, quòd suspendatur executio hujus Decreti, donec exhibeantur rationes à partibus, datâ facultate Generali recognoscendi præfatas rationes, & decidendi, prout de jure &c.

Decretis hisce subscripsere P. Generalis, & Definitores omnes, quæ pariter approbavit Cardinalis Protector, excepto tertio quoad particulam ingrediendi omnes Definitorium, in quâ mandamus servari Decretum Capituli Generalis anni 1646. vigesimum in Ordine.

D Juxta petitionem in hisce Comitijs secundo loco decretam de procurandâ prorogatione facultatis convocandi Dietas loco Capitulorum Provincialium D. Protector auctoritate sibi ab Apostolicâ Sede tributâ facultatem hanc ab anno usque 1647. die 17. Augusti Superioribus Ordinis instantibus concessam speciali rescripto in Archivo generali apud S. Marcellum in Urbe existente, Decretorum hujus Capituli generalis approbatione confirmasse censetur. Postmodum per manus publici Notarij factum fuit Procuratorium mandatum P.M. Hieronymo Mariæ Puricello de

A Mediolano moderno Procuratori Generali, ac peractis omnibus, quæ cap. 42. de Capitulo Generali sancita sunt à maioribus nostris, absoluta fuit celebratio Comitiorum Generalium.

Moritur hoc Anno Ferrariæ P.M. Dionysius Bossetti Publicus in Patriâ Theologus, 4. & celeberrimus Concionator, cujus meminit in suâ historiâ P. Abbas Libanori. Moritur etiam P.M. Andreas Sanguinei de Genuâ Doctrinâ, & rerum gerendarum peritiâ præclarus, qui proinde pluribus in Locis Ordinem administravit, mandantibus D. Cardinali Sacchetto, & P. Generali, qui eum plurimi faciebant. *P. M. Dionys. Bossetti Ferrariensis obitus, & gesta*

B Recolendum etiam hoc anno occurrit, quòd Vir quidam nomine Guido Adriani Filius de Passiniano juxta Lacum Trasymenum gravissimo dolore affectus ob ictum Sclopeti, quo impetitus fuerat, B. Virginem 7. Dolorum invocaverat, deinde verò eandem Virginem, sive in somnis, sive in visione, incertum sibi dicentem accepit, quòd ad ipsam libere confugeret, ita enim convaluisset, sed eius imaginem ibidem in Ecclesiâ nostrâ instaurandam curaret; evigilans verò liber omninò, & incolumis è lecto surrexit, proindeque juxta Virginis votum Imaginem ejus instaurandam curavit. *B.Virg. 7. Dol. de Passiniano insigne Beneficium.*

ANNOTATIONES IN CAP. I.

C 1 *Bulla servatur in Archiv. D. Annunc. de Flor., & aliorum Conventuum.*
2 *Ex Reg. Thuscia, & Lib. E. memorab. D. Ann. de Flor.*
3 *Ex Reg. Gen.*
4 *Ex monum. eorundem Locorum.*

Nonnulli Conventus à suppressione eximuntur.
CAP. II.

Graves inter angustias, quas subire cogitur hoc anno cum cæteris Regularium Ordinibus Ordo Servorum, dum hisce diebus executioni mandantur Summi Pontificis, & Sacræ Congregationis Decreta anno superiori memorata, quoad suppressionem Conventuum, iucundissimum illud accidit Ordini nostro promovendo opportunissimum, quòd totius Orbis Christiani plausu electus in Romanorum Regem fuit Ferdinandus hujus nominis IV. Imperatoris, adhuc feliciter Regnantis Filius ex Augustissimâ Austriacâ Gente, quam Ordini nostro ab ipso usque sui exordio, quòd in Rudolpho hujus nominis primo pro Austriacâ Domo ad Imperium assumptâ commune esse videtur, valdè propitiam indesinenter fuisse nemo non novit, eamque semper futuram consequentia tempora docebunt. Inde quoque gratulandum nobis occurrit, quòd generalem *Ferd. IV. Roman. Rex electus.*

Eximuntur à suppressione nonnulli Cõventus.

ralem hanc tempeſtatem ex præcedenti Bullâ exortam, ſummo adhibito ſtudio nonnulli evaſere Conventûs in Literis Sacræ Congregationis expreſſi. Primùm verò in Provinciâ Etruriæ, poſtquam P.M. Rodulphus Guglіantinus ejuſdem Provinciæ Præfectus ſupradictis Decretis obtemperans D. Annunciatæ de Marradio Conventum poſſidendum actu tradiderat D. Cardinali Roſſerto Epiſcopo Faventino, hic verò partem fortunarum ad eundem Conventum ſpectantium Monaſterio Monialium apud Marradium conſiſtentium deſignaverat, reliqua verò cum Eccleſiâ, & Conventu in Commendam, ſeù Vicariatum tradiderat Domino cuidam . . . . de Marradio, paulò poſt hic è vivis exceſſit. Quamobrem P. M. Calliſtus Puccinelli nuper aſſumptus ad ejuſdem Provinciæ Regimen, poſtmodum ad univerſum Ordinem adminiſtrandum, ac demum ad Eccleſiam Urbinatenſem moderandam promotus, quemadmodum alibi dicendum, Commendatarij defectum ſolerter animadvertens, Literis favorabilibus Sereniſſimi, & Reverendiſſimi Principis Cardinalis Joannis Caroli Medices, cui in munere Theologi obſequebatur, ad Eminentiſſimum Roſſetum datis pro Ordinis noſtri augmento, & prædicti Conventûs reſtitutione in integrum, Eminentiſſimum prædictum Roſſettum cum hiſce Literis adijt, quibus perhumaniter acceptis præfatus D. Cardinalis ſe operam daturum quamlibentiſſimè promiſit, ut memoratus Conventus Ordini noſtro reſtitueretur, qui planè ſacram noſtram Familiam ſingulari benevolentiâ ſemper proſecutus hujus generis alia eidem contulit beneficia. Propterea S.Congregationem Reformationi Regularium præpoſitam certiorem ſtatim fecit, tum Conterraneis, tum exteris quàmmaximè expedire, quòd ibidem noſtri degerent Fratres, qui venerationem foverent erga D. Virginis Annunciatæ Imaginem, ibi miraculorum gloriâ celeberrimâ, & eorundem ſaluti haud mediocriter conferrent, tum gravitate morum, tum ſalutaria monita, & Eccleſiæ ſacramenta opportunè adminiſtrando omnibus proinde dilecti, denique copiam ibi ſuppetere ſex Religioſos alendi juxta præſcriptum Decreti: Quibus acceptis S. Congregatio decrevit, prædictum Conventum D. Annunciatæ de Marradio intelligendum non eſſe ſuppreſſum, neque proinde ab Ordine ſecretum, quod ſubinde Eminentiſſimus Roſſettus tum Priori Generali, tum Provinciali Etruriæ ſignificavit per Literas datas die 23. Auguſti hujus anni. Hinc P. Provincialis Eminentiſſimum prædictum Dominum protinus adijt, & plurimis, prout par erat, habitis gratiis, Florentiam rediit, ubi mandatum Sereniſſimi Magni Ducis ſub datum Florentiæ die 27. Auguſti pro recuperatione poſſeſſûs prædicti Conventûs, ejuſque bonorum, & jurium aſſecutus, iterum cum P. M. Bonajunctâ Colleſcbi Socio Faventiam repetens ab Eminentiſſimo prædicto perhumaniter exceptus, dimiſsus deinde fuit cum Literis ſub datum die 23. Auguſti D. Præpoſito Marradij exhibendis ad effectum recipiendi poſtliminio corporalem poſſeſſionem prædicti Conventûs, eorumque bonorum omnium, & jurium, quàm planè Eminentiſſimo prædicto potiſſimùm agente, ne Moniales obſtarent bonorum illorum reſtitutioni, quæ fuerant illis, ut diximus, deſignata, reipsâ receperunt eodem Menſe Auguſto magnâ Populi frequentiâ coram Notario, ac teſtibus, apertâ Eccleſiâ, & ſervatis de jure ſervandis in excipiendâ Locorum poſſeſſione, detectâ inſuper B. Virginis Imagine, & hymno *Te Deum*, ſolemniter cantato, electo ſubinde in Priorem P.M. Ferdin. Gucci de Florentiâ.

Conv.D. Annun. de Marradio, & S. M. de Agnino ſuppreſſionem evadunt cum altero S. M. de Publico.

His feliciter exactis idem P. Provincialis, recuperandis etiam Conventibus S. Mariæ de Agnino, & de Caſulis animum ſeriò adiecit, præſertim verò Conventui de Agnino, quem non adhuc dimiſerat Ordo, nec quidquam ex ejuſdem bonis ab Ordinario Diæceſano alieni juris factum fuerat, tum ob ſingularem ejus erga Ordinem noſtrum benevolentiam, tum quòd Sereniſſimus Magnus Dux ad aliorum Ditionem Conventûs illius bona cedere renueret. Itaque favorabilibus Literis ejuſdem Sereniſſimi, ac Reverendiſſimi Principis Cardinalis Jo: Caroli, necnon Sereniſſimi Principis Leopoldi Medices ad Epiſcopum Sarzanenſem Proſperum Spinulam datis pro manutentione Conventûs S. Mariæ Servorum de Agnino enixè perentium, operâ, ac ſtudio P.Conſtantini Chellini de Florentiâ ipſum Dominum Epiſcopum cum hiſce Literis adeuntis, factum eſt, ut exhibito S. Congregationi ſupplici libello tria continente, ſcilicet, quòd Patres Servitas ejus Regionis Populi ſummopere diligebant, & ratione Habitûs Deiparæ venerabantur. Item, quòd ijdem Patres irreprehenſibiles ſemper fuerint; ac demum ipſis minimè deeſſe, unde alì ſex Fratres juxta præſcriptum Decreti commodè valeant, S. Congregatio benignè indulſerit manuteneri in Ordine noſtro prædictum Conventum, prout conſtat ex Literis S. Congregationis ſub datum die 15. Novembris hujus anni ad eundem Epiſcopum, qui ſtatim Priori ejuſdem Conventûs per Literas Sarzanæ datas die 21. ejuſdem Menſis, & anni id ſignificavit, dignus profectò, quem ſummis laudibus ornemus, plurimùm enim in hac re Ordini noſtro contuliſſe ex Actis apparet. Pari quoque operâ D. Comitis Antonij ſuppreſſionem iſtam evaſit Ordinis noſtri Conventus S. Mariæ de *Publico*, ſeu *Piobico* in Provinciâ Romanâ. Cùm ex vi conſtitutionis prædictæ Innocentij Papæ X. in omnibus Regularium Ordinibus ſuppreſſa manſerint Monaſteria parva, & eædem Religiones per ſupplicem libellum petijſſent, quomodo ſe gerere deberent in aſſignandâ Filiatione his,

qui

qui erant Filij Conventuum suppressorum, pro nostrâ Religione Servorum emanavit Decretum tenoris sequentis.

Decretũ pro Filijs Conventuum suppressorum.

SAnctissimus D. N. ex sententiâ S. Congregationis super statu Regularium benignè indulsit Generali Ordinis Servorum B.M.V., ut consultis Patribus gravioribus, ac Provincialibus auditis Religiosos Filios Conventuum suppressorum ex vi Constitutionis Sanctitatis Suæ hac de re editæ efficere possit aliorum Conventuum Filios, prout Locorum, ac Personarum qualitatibus perspectis pro earum salute, & consolatione, ipsiusque Religionis bono magis expedire judicaverit, etiamsi Capituli Conventualis ad id non accedat assensus, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Datum Romæ die 21. Februarij 1653.

B. Card. Spada

P. Fagnanus Secretarius.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

OMnia in hoc cap. contenta ex Reg. Thusciæ, & è monum. illorum Conventuum colliguntur.

Decretum super subjectione Conventuum jurisdictioni Episcoporum. Solemnes quædam Processiones. Consecratio Ecclesiæ Perusinæ. Moritur Dionysius Bussotti Episcopus Biturgiensis.

CAP. III.

Expenduntur, quæ in Decreto super subiectione Conventuum jurisdictioni Episcop. continentur.

MEmoratis incommodis, quæ Regularium Ordines subijsse dicebam, & etiam nunc subeunt, tum ob suppressionem Conventuum, tum ob interdictam facultatem recipiendi ad Habitum, alia quoque accedunt hoc anno universo Orbi Christiano gravissima. In primis enim egregios Proceres legimus in Gallijs, in Urbe, in Apuliâ, vel teterrimo carceri, vel deplorandæ morti damnatos. Præterea Othomannicum exercitum Insulam Cretensem circumquaque invadentem, proscriptis Episcopis, Sacramentis Ecclesiæ conculcatis, profanatis Altaribus, ac solo tandem æquatis Ecclesijs, plurima adhuc, eaque majora mala minitantem, Interim Summus Pontifex cum aliquot è suppressis Conventibus vi Constitutionis *Instaurandæ* Regularium Ordinibus restitu isset, Decretum hoc anno edidit die 10. Februarij, quod incipit: *Ut in parvis*, quo cavere contendit, ut ibidem Regularia Instituta exactiùs, quàm fieri possit, observentur; quapropter ex sententiâ S. Congregationis statu. Regularium præpositæ omnes, & singulos Conventus hujusmodi sic restitutos, & concessos, ac Personas tàm Regulares, quàm seculares in eis degentes, Visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarij Loci, tanquam super hoc ab Apostolicâ Sede delegati, Illius Decreti tenore plenè in omni- A bus subiecit, ac subiectos esse declaravit, donec ipsorum redditus eò usque adaucti fuerint, ut in eis commodè substentari valeant, & cum effectu substententur 12. Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem S. Congregationi legitimè constiterit, ut ejus Decreto in singulis hujusmodi casibus declaratum fuerit, & non aliter. Intereà verò Sanctitas Sua voluit, ut in eorum singulis alantur reipsâ sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis, alioquin gratia restitutionis, & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarij Locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, quæ in alijs Conventibus itidem B suppressis per eandem Constitutionem ipsis demandantur, perinde ac si restituti minimè fuissent. Prætereà idem omninò decernit quoad Visitationem, & jurisdictionem Episcoporum in Conventibus, qui in suppressione prædicta comprehensi non fuerant, quòd ibi numerus adesset Religiosorum ad observantiam Regularis Disciplinæ sufficiens, sed ob reddituum diminutionem, vel ob aliam quamcunque causam prædicto numero inposterum destituantur cum gravi Regularis Disciplinæ jacturâ, quoties in ipsis actu non degant sex saltem Religiosi probatæ itidem vitæ, quorum quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis. Cæterùm quoad Conventus cum pauciori numero, quàm 12. Religio- C sorum erectos post diem 21. Junij 1620., & illorum subiectionem Loci Ordinario Sanctitas Sua voluit in suo robore permanere Decretum Urbani Papæ VIII. jussu editum.

Solemnis Mutinæ processio

Mutinæ die 29. Martij Dominicâ Palmarum hoc anno in Ecclesiâ nostrâ insigni pompa publicæ venerationi exposita Sacratissima Sanguinis, & aquæ Christi Domini Reliquia per Urbem deinde processionaliter circumducta fuit Serenissimis Principibus, & Episcopo D. Fontanâ comitantibus, & frequentissimo Populo insequente, cui sacræ actioni idem Episcopus solemni benedictione collatâ coronidem imposuit. Apud Eremum Mõtis Senarij alia pariter solemnis habetur Processio.

Transfertur solemni pompa ad Eccl. Montis Senarij Corpus S. Justini M.

Cùm D. Magdalena Aldobrandini Ca- D valcanti P. Philippi Mariæ Eremitæ nostri Mater Eremo huic designasset Venerandum S. Justini Martyris corpus è cœmeterio Ciriacæ in Urbe extractum à Principissâ D. Olimpiâ Aldobrandini Pamphili sibi dono collatum, postquam in Oratorio suo privato Florentiæ sex Menses continuos decenti pompâ servasset, pretiosum annulum ejusdem digiro imposuisset, & ad ipsum venerandum eò plurimi confluxerant, singularem quoque ejus beneficentiam experti, ab Ordinario authenticè recognitum die 18. Novembris anni proximè superioris, die 30. Maij hujus anni delatum fuit ad Ecclesiam S. Martini penes Eremum positam honorificè instructam comitantibus

tibus

tibus Patribus ipsius Fremi Rectore, & præfato P. Philippo Mariâ, obviam euntibus juxta eandem Ecclesiam adhuc alijs Patribus Eremitis, magnâ Populi frequentiâ, singulis ad sacrum illud pignus deferendum certatim accurrentibus, & varias preces non mediocri Religione per viam recitantibus, accedente quoque festivo Campanatum plausu quàcunque idem corpus deferebatur. Noctem insequentem sacris vigilijs ibi vicissim adhibitis ijdem Patres transegere: Manè verò proximè sequente plures Sacerdotes in eadem Ecclesiâ Sacris operati fuere. Quoniam verò Ecclesia hæc intra Clausuram jacet, quò proinde adire Mulieribus non licet, circa meridiem, earum etiam pietati satisfacere volentes Eremitæ, pretiosum illud Depositum in limine clausuræ super quoddam Altare ad hoc ibi paratum collocarunt, omnibus majori commodo venerandum, qui planè duo millia excessisse feruntur. Post vesperas ex Eremo Ecclesiam illam processionaliter adiere reliqui omnes Fremitæ, è quibus quatuor Sacerdotes cum Rectore Sacerdotales vestes rubri coloris induti, quò pariter convenerant proprio habitu amicti Confratres Societatis S. Romuli in Vico Biviliani haud procul ab Eremo existentis, ipsique Fremo aliquomodo fæderatæ, necnon 26. Confratres celeberrimæ Societatis S. Benedicti de Florentiâ proprijs pariter vestibus, albi nimirùm coloris, induti, singuli cereum accensum præ manibus gestantes, singulari pietate, ac veneratione ducti, quâ Fremum hanc prosequebantor. Cùm omnes eò convenissent præstantissimus Orator, & famâ notissimus D. Franciscus Zappata disertissimam de more Orationem habuit de S. Martyris laudibus extra Ecclesiam, ut omnibus, & quidem plurimis ipsum audiendi copia suppeterer, non paucis proinde arbores ipsas ascendentibus. His habitis institutâ supplicatione ad Ecclesiam Eremi præcedentibus Confraternitatibus prædictis eorum vestigia legebant PP. Eremitæ per ordinem dispositi varias precandi formulas adhibentes, & Eremi scalam superando hymnum *Te Deum laudamus* recitantes. Insequebantur demum quatuor Sacerdotes Sacris vestibus, ut diximus, ornati S. Martyris corpus deferentes, cui Baldachinum pretiosissimum incumbebat à sex clarissimis Florentiæ Proceribus delatum, quod super Aram principem Ecclesiæ decenter instructæ, prout Eremiticum patiebatur Institutum, collocatum, per triduum ibidem permansit publicæ venerationi populorum è finitimis locis etiam processionaliter confluentium, expositum, deindè honorificè reconditum fuit infra eandem Aram, ubi etiamnum summâ Religione servatur.

Ponitur solèmnter apud Novellarã primus lapis pro Ecclesiâ.

Hoc eodem anno die 6. Septembris solemni pompâ positus fuit primus lapis pro Ecclesiâ in honorem S. P. Philippi apud Novellaram iterum à fundamentis excitandâ, præsentibus Illustrissimis, & Excellentissimis Dominis Comite Alphonso II. Gonzagâ, qui plures monetas, tum aureas, tum argenteas cum lapide posuit, & ejus Coniuge Comitissâ Riciardâ Cybo, necnon universo Populo. Hisce diebus Archiepiscopus Chieti .2. consecratus fuit P. M. Angelus Maria Citia Panuini de Cremonâ alter è Theologis jussu Innocentij Papæ X. adversus Jansenistarum doctrinam congregatis. Hoc eodem anno die 24. Junij D. Dionysius Bussotti de Florentiâ ex Ordine nostro Episcopus Biturgiensis .1., annuente D. Horatio Monaldo Episcopo Perusino Ecclesiam nostram S. Mariæ Novæ de Perusio solemni ritu consecravit, cujus rei perenne Monumentum in marmore impressum penes Aram principem ejusdem Ecclesiæ omnibus conspicuum occurrit, prout sequitur.

P. M. Angelus M. Panuini de Crem. consecratur Archiep.

Ecclesia S. M. Novæ de Perusio solemni ritu cõsecratur

D. O. M.

Illustrissimus, & Reverendissimus D. F. Dionysius Bussottus Episcopus Civitatis Burgi S. Sepulchri Ordin. Servorum B.M.V. facultate sibi ab Illustrissimo. & Reverendissimo D. Horatio Monaldo Episcopo Perusino concessa, Templum hoc ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ac Deiparæ semper Virginis, in honorem S. Joannis Baptistæ die 24. Junij anno Christi D.N. 1654. consecravit; ejus verò Anniversarium die 5. Junij quotannis celebrandum decrevit.

Quatuor elapsis Mensibus ab hac solemni consecratione die 24. Octobris, prædictus D. Episcopus in suâ sede è vivis decessit æternitati consecrandus, tum ob omnigenam eruditionem, cujus quamplurima, eaque præclarissima in Universitate præsertim Pisanâ, ubi Sacram Theologiam interpretabatur, specimina tribuerat, tum ob insignem in rebus gerendis prudentiam, quæ satis superque è Magistratibus in Ordine nostro administratis apparet, & ex Ecclesiæ Biturgiensis Regimine longè celebrior evasit, tum ob eximiam pietatem, & summum veræ disciplinæ promovendæ studium, tum ob raram munificentiam erga omnes exhibitam, præsertim verò erga Patriæ suæ Cœnobium, cujus Bibliothecam annuo proventu perpetuò ditavit, quamobrem ejusdem Cœnobij Patres, præ cæteris omnibus honorificè eidem parentarunt, & monumentum marmori impressum in eadem Bibliothecâ posuere.

Illustrissimi, & Rever. D. Dionysij Bussotti Episcopi Biturg. obitus, & gesta

Recolendum omninò hoc anno pariter occurrit Divinæ clementiæ argumentum religioni

B. Virg. 7. Dolor. insigne Parmæ prodigium.

gioni erga B. Virginem doloribus transfixam augendæ maximè accommodatum. Die 22. Maij ferià 3. Pentecostes, cùm Parmæ in Ecclesiâ nostrâ agerentur solemnia ejusdem Beatissimæ Virginis, ejusque dolorum, magnâ Populi frequentiâ fatua quædam Mulier adhibito forcipe pluries faciem percusserat Dominæ Ufiliæ Felicis Dionisis; hæc verò ad B. Virginem 7. doloribus transfixam coram ejus Altari confugiens, quam antea ibidem venerandam susceperat, integra prorsus, & incolumis evasit, quin ullum, vel minimum, tum forcipis, tum ictuum appareret indicium, prout constat ex Tabellâ votivâ ante idem Altare unà cum forcipe appensâ. Eminentissimus Cardinalis Sacchettus Ordinis nostri Protector .2. hoc etiam anno eâdem facultate, & lege, quâ anno 1647., celebrari Dietas loco Capitulorum intermediorum perbenignè ad quinquennium indulsit. Anno autem insequente 1655. in Vallibus Lucernæ tumultûs adversus Catholicos excitarunt Hæretici, de quibus ad annum 1555., & 1595. Sabaudiæ Ducis præsidio jampridem, ab anno videlicet 1595., sedatos, conventionibus quibusdam hinc inde initis. Siquidem Hæretici hoc anno 1655. in suum Principem insurrexere, proindeque plura Catholicis, necnon ipsis hæreticis illata fuere damna, depopulationes, incendia, & hisce similia non pauca.

Apud Lucernā graves subit vices Ordo Servor.

Cœnobium illud nostrum Lucernæ .1. commune hoc incendium revera evasit, & cum administranda Catholicis in illis Vallibus Ecclesiæ Sacramenta expedire magis visum fuisset Ordinis nostri Patres apud Lucernam degentes adhibere, ad hoc Apostolicum munus electus, & missus fuit P.M. Michael Angelus Gallina spectatissimæ Virtutis Vir, Literis, & commissionibus, die 17. Septembris 1655. à C.S.R., & ab Archiepiscopo Augustæ Taurinorum datis, necnon largâ pecuniæ vi instructus, qui alacer, & impiger Ecclesias statim vel erigendas, vel instaurandas suscepit in singulis Locis, quas impiè profanaverant hæretici, eoque studio, ut post 15. dies Divina ibidem publicè celebrata fuerint Mysteria, de quibus habitum fuit publicum Instrumentum in Archiepiscopali Curiâ Taurinensi, quinimmo alij adhuc è nostris accessere, ut Populi necessitatibus meliùs consuleretur, addito proinde ijsdem à C.S.R. annuo commeatu; diù sanè prosperè cesserant omnia, verùm plurimis aureorum millibus ad reparanda damna à pluribus Viris Principibus instructi Hæretici, sibi, suisque primùm opportunè providere cœperunt, elato deinde animo Catholicos iterum vexare ausi fuere, è quibus non pauci proinde tam gravia incommoda subeundo, se impares agnoscentes, inde recedere coacti sunt. Ad comprimendam eorum audaciam instructo Exercitu C.S.R. plurimis hinc inde interfectis, plurimis iterum illatis injurijs, nostra quoque cecidit Ecclesia, & damnum subiere Patres

A plura aureorum millia excedens, quòd tamen consequentibus annis reparavit Altissimus, cùm eo afflante non pauci pietate simul, & claritate generis insignes amplissima ad hoc obtulerint donaria.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

1 Ex *monum. illorum Conventuum.*
2 *Ex Regesto Gen.*

Moritur Innocentius Papa X. Decreta nonnulla S. Congregationis. Soror Anna Maria Biacca sanctissimè obit.

CAP. IV.

B Defuncto die 7. Januarij hoc anno Innocentio X. in Apostolicâ Sede successit Fabius Cardinalis Chisius, Alexander VII. nuncupatus .1., qui pariter zelo Ecclesiasticæ, ac Regularis Disciplinæ instaurandæ commotus, necnon tranquillitatis in Ecclesiâ confirmandæ ex sententiâ S. Congregationis statui Regularium præpositæ 21. dubia super subiectione Conventuum jurisdictioni Episcoporum ex Decreto Fel. rec. Innocentij Papæ X. anno 1654. emanato eidem S. Congregationi proposita resolvit, ac declaravit sub datum Romæ die 27. Julij 1655.; quæ cum publici juris facta fuerint, & ad Regulares Ordines omnes generatim pertineant, hîc recensenda, prout C jacent, minimè videntur, quod pariter in reliquis Constitutionibus, ac Decretis Pontificijs servandum proposui, quæ non speciatim ad Ordinem nostrum, sed ad omnes communiter spectant, & typis aliàs impressa iterum hîc frustra proponerentur. Die verò 27. Maij hujus anni Decreta quædam ediderat ad institutionem Novitiorum in Ordine nostro speciatim pertinentia, scilicet .2.

Decreta ad institutionē Novitiorum spectātia.

Ad propagandam in Religione Servorum B. M. V. Regularem observantiam, quæ Novitiorum institutioni, & educationi præcipuè innititur, S. Congregatio deputata supra statum Regularium de mandato Sanctissimi D. N. Alexandri Papæ VII. in singulis Italiæ Provincijs D *ejusdem Religionis præsentis Decreti vigore designat, ac deputat pro Novitiatibus, & Professorijs Conventus infrascriptos, videlicet.*

In Provinciâ Thusciæ pro Novitiatu Conventum D. Annunciatæ de Florentiâ, & pro Professorijs eundem Conventum D. Annunciatæ, & Conventum Servorum de Senis, necnon Conventum Servorum Lucæ.

In Provinciâ Romanâ pro Novitiatu Conventum S. Mariæ Novæ de Perusio, & pro Professorijs eundem Conventum Perusij, & Conventum S. Mariæ Veritatis de Viterbio.

In Provinciâ Romandiolæ pro Novitiatu Conventum Servorum de Bononiâ, & pro Professorijs Conventum S. Joseph de Bononiâ, &

Conventum Servorum Cosonæ, & Conventum S. Laurentij de Butrio.

In Provincia Lombardiæ pro Novitiatu Cōventum Beatæ Mariæ de Rhegio, & pro Professorijs Conventum eundem Rhegij, Conventum Servorum Mediolani, & Conventum Monticuli Diœcesis Parmensis.

In Provinciâ Mantuanâ pro Novitiatu Conventum Servorum Forolivij, & pro Professorijs Conventum S. Mariæ de Plateâ Placentiæ, & Conventum S. Georgij de Bononiâ.

In Provinciâ Januensi pro Novitiatu Conventum S. Primi de Papiâ, & pro Professorijs Conventum Servorum Genuæ, & Conventum Sanctissimæ Trinitatis de Racoaisio Diœcesis Taurinensis.

In Provinciâ Neapolitanâ pro Novitiatu Conventum S. Mariæ omnium Bonorum de Neapoli, & pro Professorio Conventum S. Mariæ in Jerusalem de Capuâ.

Pro Fratribus Eremitis in tribus Eremis Sacri Montis Senarij, S. Georgij Lunensis Diœcesis, & S. Mariæ de Cibonâ propè Tulfam, pro Novitiatu Sacrum Eremum Montis Senarij, & pro Professorijs eandem Eremum, & præterea Eremum S. Georgij.

In quolibet autem ex prænominatis Conventibus pro Novitiatu, ut præfertur, designatis eadem Sacra Congregatio impertitur licentiam hac vice tantùm, recipiendi Novitios intra numerum hîc præfixum, videlicet.

In Provinciâ Thusciæ 12. Clericos, seu Choristas, & duos Laicos, seu Conversos. In Provincijs Romanâ, Romandiolæ, Lombardiæ, Mantuæ, & Januensi octo Clericos, & duos Laicos, & in Provinciâ Neapolitanâ quinque Clericos, & unum Laicum, & in Novitiatu Montis Senarij sex Clericos, & duos Conversos, & præcipit, ut hæc, quæ sequuntur inviolatè observentur.

Primum. Quicunque Habitu prædictæ Religionis optaverit indui, juxta illius Constitutiones examinetur à Provinciali illius Provinciæ, pro quâ recipiendus est in Filium, qui Provincialis si fortè fuerit absens, alteri ex gravioribus Patribus committere poterit examinandum.

Examinetur autem quoad vocationem, & quoad Literaturam, scilicet an linguam Latinam saltem ita didicerit, ut mox ad altas scientias transire possit; deinde si habilis habeatur remittatur ad Priorem Conventus, pro quo recipiendus est in Filium, qui simul cum Patribus gravioribus, & prudentioribus inquirat de illius natalibus, ætate, vitâ, & moribus anteactis, corporis habitudine, alijsque requisitis juxta Constitutiones Apostolicas, & ipsius Religionis. Neque ullum habeat defectum ex notatis in dictis Constitutionibus, quòd si de aliquo dictorum defectuum fuerit convictus mendacij, abijciatur ab Ordine, etiamsi fuerit receptus; si tamen nondum expressam emiserit professionem, & Prior, qui sciens, talem proposuerit, officio privetur; nec aliquis approbetur pro Clerico, qui 15. ætatis annum non expleverit.

Priusquam autem recipiatur ad Ordinem maneat Seculari Habitu indutus in probatione per Mensem, aut per minus spatium temporis ad arbitrium Generalis, in eo Conventu, pro quo recipitur, si fuerit Collegiatus, sin minus, in quo sit Novitiatus. Et superior diligenter exquirat, quo Spiritu, quâ mente, ac voluntate id Regularis vitæ genus elegerit, quem sibi finem proposuerit, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo, ac B. Virgini liberius famulari possit; an potius levitate, necessitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducatur, & an ejus Parentes, & subsidio ejus indigentes destituantur. Factâ probatione per Priorem, aut alium ex gravioribus Patribus exponatur ei austeritas Ordinis, abdicatio propriæ voluntatis, vilitas ciborum, vigiliæ nocturnæ, atque his similia; & si perseveraverit in proposito ingrediendi Religionem proponatur Patribus per tria Capitula distinctis temporibus, & quod à majori parte in tertio Capitulo statutum fuerit per secreta suffragia, illud ratum habeatur, et si admissus fuerit induatur.

Novitijs, & vitæ integræ, & ætatis provectioris, & Religionis præcipuè Zelator præficiatur Magister à Definitorio, cum approbatione Prioris Generalis, atque eos ante omnia, timorem Domini, Doctrinam Christianam, & Catechismum Romanum doceat, ac purè, & frequenter, & discretè confiteri; ad Regulæ item, & Constitutionum observationem, ad Cæremonias, Officium, & spiritualia Exercitia juxta præscriptum earundem Constitutionum; ad mores denique, & Regularem observantiam erudiat.

Pro Fratribus autem Conversis non recipiantur ad Habitum, qui annum vigesimum, ad professionem autem, qui 25. non compleverint, et manserint in Habitu Commissorum per biennium integrum, hique sint bonæ, ac probatæ vitæ, neque profiteantur, nisi fecerint probationem in Conventu Novitiatûs, à quo per id temporis non removeantur, & Disciplinæ Magistri Novitiorum omninò subjaceant. Tempore Novitiatûs elapso, qui habiles inventi fuerint, ad professionem admittantur, sub vitâ tamen communi exactâ ad præscriptum Regulæ, quavis laxiori consuetudine, seu potius corruptelâ in contrarium non obstante, servatâque formâ Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, & præcipuè Decretorum S. Memoriæ Clementis Papæ VIII., necnon Statutorum prædictæ Religionis. Nihil autem ante Professionem excepto victu, & vestitu illius temporis, cùm est Novitius in probatione, quocunque prætextu, à Parentibus, vel Propinquis, aut Curatoribus ejus Monasterium juxta Decretum Concilij Tridentini recipiat. Quòd si aliquem ante Professionem à Religione discedere, aut expelli contigerit, alius in ejus locum subrogari possit, dummodò tamen in omnibus servetur forma superiùs præscripta. Præterea

tereà ne noviter Professi Fratres defervescant à spiritûs calore, quem in Novitiatu conceperunt, cùm è Novitiatu exeunt, mittantur ad designatum Conventum Professorij, ibique permaneant, quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem pervenerint, vel saltem per Triennium post Professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo, & debebunt, Literarum studijs operam navare sub Disciplinà Magistri eisdem qualitatibus præditi, quibus Magistri Novitiorum, nec eis liceat cum alijs Fratribus conversari, nullisque negotijs Conventûs implicentur, sed in Choro tantùm, in Refectorio, & Missis, siquando opus fuerit, inserviant, Spiritualia Exercitia, ac Literarum studia prosequantur, & pro opportunitate illis de Lectore Scientiarum provideatur. Porrò in prædictis Conventibus, tam pro primo, quàm pro secundò Novitiatu, ut supra, deputatis non collocentur, nisi Religiosi graves, devoti, exemplares, & Regularis observantiæ, ac puritatis, Regulæ studiosi, à quibus servetur vita communis ad præscriptum Regulæ; contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Datum Romæ die 27. Maij 1655.

B. Card. Spada

Loco ✠ Sigilli

Prosper Faganus Secretarius.

Quæ à Superioribus facta fuere pro restitutione Conv. S. Mariæ de Casulis.

P. M. Callistus Provincialis, postquam operam omneo, ut diximus, contulerat 3. pro recuperandis Conventibus suppressis D. Annunciatæ de Martadio, & S. Mariæ de Agnino, utique sibi non defuit, & nil intentatum reliquit pro restitutione Conventûs S. Mariæ de Casulis. Pluribus enim in primis egerat apud Prosperum Fagnanum S. Congregationis Secretarium, adhibitis Literis favorabilibus Serenissimi Principis Mathiæ Civitatis, & Dominij Senensis Gubernatoris, sub cujus ditione positus erat prædictus Conventus, ad Serenissimum, & Reverendissimum Cardinalem Carolum Medices Decanum in Urbe tunc commorantem datis, qui proinde Literis hisce commotus, necnon alijs Literis continentibus instantiam Communitatis Casularum restitutionem prædictam eidem Prospero plurimùm commendavit, sed studium hoc optato fraudatum remansit effectu Innocentio X. adhuc in vivis agente. Cum verò in Apostolicâ sede successisset Alexander VII. Patriâ Senensis, jampridem certior factus ab eodem P. Provinciali de necessitate hujus Conventûs apud illam Communitatem, & in minori dignitate constitutus Ordini nostro apud S. Congregationem vindicando paratissimus, Instaurata statim ab eodem P. Provinciali fuere validiora Officia ad restitutionem hanc consequendam opportuna, adhibitis iterum Serenissimi Principis Mathiæ favorabilibus Literis, necnon aliorum Procerum Senensium ad Optimares Romanæ Curiæ datis, adhibitis Literis favorabilibus apud Episcopum Volaterranum, in cujus Diœcesi positus erat Conventus pro opportunâ ab eodem consequendâ informatione, accedente apud eundem Episcopum instantiâ Communitatis Casularum, quæ eidem Conventui annuos quosdam proventus superaddiderat, qui Superioribus proventibus ad certi sex Religiosis alendis juxta præscriptum Decreti, *Ut in parvis*, pares essent, quæ quidem omnia confirmata fuerant à Conservatoribus Civitatis Senensis, & à Serenissimo Magno Duce; accedente demum singulari benevolentiâ, quâ prædictus D. Episcopus Ordinem nostrum complectebatur, qui proinde à S. Congregatione requisitus super informatione, & necessitate memorati Conventûs Literas responsivas eidem Sacræ Congregationi directas valdè favorabiles dedit. Verum adhuc imperfecta res est.

Sororis Annæ Mariæ Biaccha Bonon. felix obitus, & gesta.

Bononiæ hoc anno die 17. Februarij septuagesimum septimum ætatis annum agens pretiosam oppetit mortem, non sine magnâ sanctitatis opinione Soror Anna Maria Biacca Tertij Ordinis nostri Monialis, dignis proinde laudibus in his Annalibus prosequenda, quam pariter prosequitur Antonius Masini in suâ Bononiâ perlustratâ parte primâ; hæc sanè perfectionis assequendæ studio Sororem quandam, nomine Prudentianam Zagnoni æmulata sanctitate percelebrem, à quâ cùm florem accepisset, quoties ipsum olfaceret non mediocrem inde fragrantiam, & inusitatum gaudium sentiebat; Christi Domini Passioni addictissima fuit, qui pluries ei videndum se præbuit exim â luce circumfusum specie deferentis Crucem ad Montem Calvarium, à quo cum postulasset aliquando gravissimæ Passionis ejus participem fieri, irritæ illius preces non fuere, tribus enim plagis affectum illi est dorsum. Postquam verò à B. Virgine pariter petierat sibi communem esse ex ijs doloribus aliquem, quos ipsa in Passione, & Morte Unigeniti sui subierat, quatuor aliæ illi accessere plagæ, quæ septenarium numerum implentes Annæ vota implevisse videntur. Has autem ad obitum usque, & quidem diù unicuique dissimulavit, nec unquam curandas suscepit, quæ profectò magnam ei molestiam inferebant. Charitate in Pauperes excelluit, quam Dominus sibi valdè acceptam esse aliquando ostendit pane ipso ei divinitùs restituto, quem tribus Pauperibus paulò antea dederat. Cùm infirmitate detenta decumberet, nunquam oleum defecit, quòd totam noctem Lucernam servarat accensam. Denique P. M. Archangelo Amadei, alias memorando, de Bononiâ, eo temporis ejus Confessario teste oculari Annæ ægrotantis cubiculum luce quadam supernaturali circumfusum ipsi Confessario apparuit, qui ab eadem Annâ de hac re interrogatâ accepit, quòd ipsi conspicuam sese exhibuerat speciosò, ac triumphantis in morem habitu S. Justina ejus Tutelaris, cujus Imaginem secus lectum venerabatur, ejus autem corpus

In speciali quodam Ecclesiæ nostræ Servorum loco propè Aram S. Eustachij tumulatum fuit. Cùm hoc anno Svecorum Rex Carolus alijs Principibus Hæreticis fœderatus totum ferè Regnum Poloniæ subjugasset Summus Pontifex Alexander VII, tum pecuniæ, tum Orationum subsidijs collatis Catholicorum partes tuendas susceperat, veri Pastoris munus exercens, quamobrem ipso mandante universi Orbis Christiani Ecclesiastici Proceres unà cum Clero, & Populo supplicationibus, alijsque sanctis operibus, tum privatim, tum publicè vacabant, quibus inhærentes Ordinis nostri Præfecti Summi Pontificis votis respondere non detrectarunt varia ubique in singulis Provincijs pietatis officia exhibenda curantes.

Institutitur supplicationes pro imploradâ Dei ope contra hæreticam pravitatem.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

1 *Ciaconius, & alij Scriptores communiter.*
2 *Ex Archivo D. Annun. de Flor., & aliorum Conventuum.*
3 *Ex Reg. Thuscia.*
4 *Ex monum. Conv. Serv. Bononiæ.*

Pro avertendâ lue varia pietatis officia. Virorum illustrium obitus.
C A P. V.

Italiæ præsertim gravis decurrit hic annus, lues enim pestifera Neapolitanum Regnum, Urbem, & alias Civitates Invaserat. Itaque præ cæteris Imolenses Populi singularis beneficentiæ memores, quam superioribus annis, ut alibi diximus, experti fuerant, implorato Deiparæ præsidio, cujus Imaginem in Ecclesiâ nostrâ miraculis celeberrimam summâ Religione venerantur, Eminentissimo Donghi vigilantissimo ejus Urbis Episcopo urgente, ac præeunte, unà cum Gubernatore ejusdem Urbis, Magistratu, & universo Clero institutâ supplicatione Sacram prædictam Imaginem venerabundi adiere, ibi per biduum Pontificalia exercente Eminentissimo eodem Episcopo, vota, precesque Sanctissimæ Dominæ offerentes, ut luem pestiferam averteret, quibus verè annuit Augustissima Mater Gratiarum, votivis proinde donarijs eidem Ecclesiæ liberaliter oblatis. Bononiæ quoque Servitæ Christi Domini è Cruce pendentis Imaginem, quam ibidem in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ eximiâ veneratione prosequitur Civitas, processionaliter deferendam frequentissimo Populi concursu, aliaque pietatis opera ad luem pestiferam arcendam facienda curarunt; quod planè in alijs quoque locis cum cæteris Christifidelibus, quòd res hæc omnes communiter urgeret, Fratres nostri præstitere. Apud Môtem Faliscum sibi propitiam experti quoque omnes fuere Deiparam, cujus ibidem in Ecclesiâ nostrâ maximæ venerationis colitur

Supplicationes apud Forum Cornelij, & Bononiam.

Imago, prout ad annum 1658. dicendum nobis
E fusiùs erit, quòd ad hunc annum 1658. narraturos nos esse innuimus Tom. 1. horum Annalium Cent. 3. lib. 3. c. 3. ad ann. 1474.

Decedunt hoc anno duo .r. è nostris Patribus non omnino prætereundi, scilicet in Etruriâ die 18. Januarij P. M. Lælius Clerici de Aretio celeberrimus Concionator, S. Theologiæ in pluribus Ordinis nostri Cœnobijs Interpres, è cujus sapientiâ, & solertiâ Aretino Cœnobio plurimum emolumenti accessit. Die verò 17. Septembris Papiæ extremum sui desiderium reliquit quinquagesimum ætatis annum agens P. M. Joannes Baptista Drusiani Alexandrinus famâ notissimus. Triginta duobus annis in Regiâ Universitate Papiensi Mathematicas disciplinas summâ celebritate explicavit, necnon speciali mandato
F Catholici Regis Philippi IV. Lectiones de Architecturâ militari habebat annuo sexcentorum scutorum stipendio decoratus. Excellentissimo Domino Marchioni Leganes Gubernatori Mediolani adfuit tanquam Architectus in expeditionibus Placentinâ, Vercellensi, Taurinensi, ac Derthonensi summam laudem promeritus, præsertim verò in propugnatione Ticinensi, quem proinde tanquam de Patriâ optimè meritum Civitate donarunt Ticinenses. Astronomiâ quoque, & Cosmographiâ præstantissimus plura scripsit egregiè, scilicet Universalis totius Europæ descriptio, subiectis itinerarijs, Gentium moribus, & statu Ecclesiastico, & seculari.
G Qualis mundi sit structura ad mentem Antiquorum, & Neotericorum. Dierum decretoriorum prænotio utilis, & necessaria omnibus. Præterea in Facultate Theologicâ nemini secundus, in administrandis Ordinis nostri Magistratibus prudentissimus æternitatem sibi apud Posteros comparavit, cui profectò comparandæ studuere Alexandrini Patres, qui ejus corpus Papiâ Alexandriam transferendum, & ad Patres nostros apponendum curarunt impresso lapidi in loco Ecclesiæ conspicuo juxta Aram Principem proximè sequenti Epitaphio.

Obitus, & gesta P. M. Lælij Clerici de Aretio, & P. M. Jo. Baptistæ Drusiani Alexandrini.

F Jo. Baptista Drusianus Alexand.
H Sacræ Theologiæ Magister Ord. Ser.
Generalis Definitor.
Genuæ iterum Provincialis,
Sacræ Inquisitionis Assessor,
Collegij Theologorum Decanus
In Academia Ticinensi
Mathematicæ, & Bellicæ
Architecturæ Professor.
In Placentina, Vercellensi,
Taurinensi, Derthonensi
expeditionibus

Recen-

Recenti Machinarum invento
Italus Archimedes,
Ticinensi propugnatione fatigatus
Hìc tandem quiescit,
Si quiescere tamen potest
Qui abijt, non obijt.
Cœlum inspicit, quod suspexit,
Munimentis editis, monimẽta tradit
Conditus monumento
Condi quo potuit, non recondi
Mirare Viator, &
Rerum vices ingemisce.

Moritut anno sequente 1656. die 1. Mensis Octobris, & proximè sequenti die 5. sepultus in Ecclesiâ nostrâ de Senis æternitati consecraodus tum præ Doctrinæ præstantiâ, tum præ sanctitate vitæ, cujus maximè celebris rumor in vulgus invaluit, ætatis annum 49. agens P.M. Thomas Angelini Romani in eo studio Regens, & in publicâ Universitate Senarum Metaphysicæ Professor. Pauca sanè de hoc Viro dicere mihi licet, ea tamen longè pluribus, quæ me latent satis superque videntur, ex ijs enim ejus præclarè gesta, virtutumque merita sapienti cuique colligere fas est. In primis enim vel in ipso juventutis flore Tipherni primùm, deinde Perusij Divino quodam instinctu dirigendam suscepit Sororem Mariam Tiphernatem, prout ex ijs constat, quæ ad annum 1651. de hac Sorore diximus insignem in ejus directionem laudem promeritus, & faustissimum eventum sortitus. Deinde Societatis S. Mariæ, quæ nocturnas habere Senis Vigillas solet, Confessarius, & Director fuit, è quâ cùm plures prodierint sanctitate celebres Viri, eique aggregentur Viri Nobiles, pietate præ cæteris præstantiores Spiritum Thomæ, atque virtutem in ijs dirigendis conijcere quisque potest, sicut & ejus sapientiam è munere prædicto Metaphysici, & hujus generis alijs, quæ in Ordine obierat.

Recolendus pariter omninò videtur P. Franciscus de Bignamis à Cavacurtâ, qui hoc anno 1656. die 5. Novembris ibidem obijt sanctitatis opinione celebris, cujus corpus proinde recooditum jacet in communi quidẽ sepulcro Patrum, sed à reliquis seorsum inscriptione seqneoti ibi superiùs lapidi impressâ.

Quieti Patris Francisci
de Bignamis
à Cavacurta, qui obijt 5. Novemb.
1656.

E' vivis etiam excessit hoc anno 2. è cordi- A bus nostris nonquam evasurus Excellentissimus Dominus Octavius Piccolomini de Aragoniâ Dux Amalphi S.R.I. Comes &c. Viennensis nostri Cœnobij, & Ecclesiæ D. Annunciatæ Auctor, cujus laudes prosequitur Augustinus Maria Romer in historiâ Ordinis nostri per Germaniam lib. 9. cap. 26. Interim apud D. Lauretanam in Hungariâ D. Franciscus Comes de Nadasd, qui anno 1651. primum lapidem pro Ecclesiâ erigendâ ponendum coravit, uti diximus ad eundem annum cap. 19. hoc anno, Servitis construendo amplissimo Cœnobio animum seriò adiecit, quod nedum Patribus, verùm etiam ad D. Lauretanam peregrinantibus perutile futurum erat, & ut alimẽtis etiam ipsos instrueret, erectis quarto B Nonas Julij fundationis Tabulis de sufficienti duodecim Religiosorum sobstentatione maturè providit, tum liberè confirmando Stocringensem donationem, tum superaddendo quidquid iisdem commodè alendis satis esse posset, bona ipsis assignando immobilia ab omnibus oneribus soluta, & annuos quosdam proventus; quam fundationem P. Archangelus Benivenius Ordinis nostri per Germaniam Vicarius Generalis cum toto Provinciali Capitulo, tanquam eidem Ordini valdè honorificam, ejusque incremento proficuam ratam habuit, eique subscripsit, additis etiam ultrò conditionibus quibusdam in perenoe grati animi monumentum.

Coronidem imponant huic capiti 1. pro- C digiosa quædam beneficia intercessione B. P. Philippi ab Altissimo nonnulis collata, unà cum eorum utilitate illius gloriam promoveodo. Franciscus Bernardini de Tosinis Filius de Castulone Aretino fidem indubiam hoc anno facit, & aothenticam die 28. Aprilis in Civitate Aretinâ apud Episcopalem Curiam, quod anno 1653. Febri tertianâ diù laboraverat; cùm autem die 2. Septembris implorato S. P. Philippi præsidio frustulum è panibus in honorem ejusdem Sancti de more benedictis singulari religione comedisset, preces nonnullas se deinceps persoluturum per annum integrum pollicitus in ejusdem Sancti venerationem, si convaluisset, quamvis actu vehementiori febre laboraret, illicò D tamen ab eadem penitus incolumis evasit, neque unquam hactenus quidquam molestiæ subijt. Camulij pariter duo æquè mirabilia recensenda nobis occurrunt. Bartholomæus Pellerano pestiferâ febri adeò laborabat, ut ipsi conclamatum fuerit à Medicis. Cùm verò ejus Genitrix summo dolore affecta ad implorandum S. P. Philippi præsidium eundem excitasset, & alter è nostris Patribus ad id speciatim vocatus idem præstitisset, & frustulum panis in ejusdem Sancti honorem de more benedicti ei comedendum tradidisset, Bartholomæus accepto Panis frustulo D. Philippo etiam atque etiam se commendavit, postmodum somoo quodammodo indulsit, paulò

Mirãda B. P. Philip. apud Castulonem Aretinum, & Camulium.

verò

verò post evigilans Matrem compellavit dicens, ipsi non amplius dolendum, sibi nimi- E rum apparuisse Philippum, ac de suâ incolumitate certum fecisse, quemadmodum statim evénit, qui proinde Ecclesiam, & Altare S. Philippo dicatum invisit, vota solvens, & plurimas referens gratias. Præstereà alter Bartholomæus Schiaffini jugi febre correptus adeò vehementibus jamdù afficiebatur doloribus, ut iis graviores accidere non posse censeret. Plurium Sanctorum opem reverà imploraverat, sed inusitato quodam actus impetu cæteris præferendum in hoc discrimine S. P. Philippum animo concipiens ad ipsum humillimè confugit, quo vix præstito dolorum ignem evadens eductus fuit in refrigerium penitus incolumis, qui pariter Sacellum D. Philippi venerabundus invisit, & F plurimis eidem actis gratijs longè maiori munificentiâ voto se exsolvit.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

1 EX *monum. illorum Conventuum.*
2 *Romer. Serv. Mar. lib. 9. c. 26., & lib. 10. c. 15., & 16.*
3 *Ex monum. Conv. Serv. de Senis.*

Augusta Taurinorum nova Sedes Ordini tribuitur. Principes Mutinenses Sacrum B. V. 7. Dolorum Habitum induunt. Moritur P. Archangelus Benvenius.

CAP. VI.

G

P. M. Callistus Puccinelli aliàs memoratus præcipuis laudibus verè prosequendus .1. Augustæ Taurinorum, quo Sacri Oratores celeberrimi Regali Serenissimi Ducis illius munificentiâ illecti Conciones Quadragesimales habituri conveniunt apud Regiam illam Celsitudinem anno 1652. id muneris exercuerat singulari omnium plausu exceptus, præ cæteris autem eximiâ sapientiâ, & eloquentiâ, quâ verè pollebat, Serenissimam Christinam à Franciâ, eo temporis Regentem, cùm adhuc minoritatem non excessisset Carolus Emmanuel II., adeò promereri sibi potuit, ut non pauca ei præbuerit specialis benevolentiæ, ac Regiæ libe- H ralitatis specimina. Quòd autem Reliquis omnibus supereminet illud est, quòd Sereniss. Princeps Sacrum B. Virginis 7. Dolorum Habitum summâ veneratione prosequi cœpit, ipsum induere honorificum habuit unà cum alijs Regiæ Domus illius Principibus in solemnijs Resurrectionis Dominicæ, quem Regijs vestibus superpositum tres illos dies omnes, tanquam sibi gratulabundi gestarunt, cæteris in clarissimâ illâ Metropoli ob raram hujusmodi Religionem ad eundem Habitum induendum commotis, proindéque Ordinem Nostrum non mediocri affectu complectens anno 1653. die 28. Maij eidem dono dedit

Ecclesiam Sanctissimo Salvatori, ac S. Valen- E tino Martyri nuncupatam juxta eandem Urbem apud celeberrimum Pompejum Regiæ suæ Celsitudinis delicium sequenti diplomate daro, quod hîc placet inserere, ut & nos pro modulo nostro tantæ Principis pietatem, munificentiam, erga Ordinem nostrum propensionem æternuati, prout decet, consecremus, & Posteris omnibus compertum sit, quòd eidem Ordini exindè plurimum honoris, & emolumenti accesserit; longè verò plura ei accessissent Regalis Christinæ beneficentiæ argumenta, nisi invida mors obstitisset, nam Serenissima hæc Princeps Cœnobium a fundamentis excitare decreverat juxta prædictam Ecclesiam, illudque amplissimum præ animi sui magnitudine, & insigni F erga Deum, Deiparam, & ejus Venerandum Habitum Ordini nostro peculiarem religione, quamobrem Archetypon faciendum curavit, sed immaturâ morte præventa opere complere non potuit. Ita verò se habet mox indicatum diploma, cujus originale Regio Sigillo obsignatum inter monumenta illius Cœnobij asservatur .1.

Cristina di Francia per Grazia di Dio Duchessa di Savoia, Regina di Cypro ec.

FRagl' abbellimenti del nostro Regio Palazzo del Valentino, abbiamo anche voluto far comparire qualche sacro ornamento, che lo nobilitasse maggiormente, eleggendo a questo fine G *la Cappella del Santissimo Salvatore, e S. Valentino poco discosta da detto Palazzo nella maniera, che ora si trova; e come che abbiamo fatta questa spesa del proprio, e resti detta Cappella per conseguenza in nostra libera disposizione, conoscendo noi quanto sia necessario d' aver un Convento di Religiosi in quel posto per comodità della Corte, mentre si trattiene nel medesimo Palazzo, e di quanta utilità sij alla Republica Cristiana la Religione de' Servi della Gran Madre di Dio, dalle cui mani riceverono nobilmente sopra del Monte Senario di Fiorenza nel Venerdì santo l' Abito suo Nero, e vedovile in memoria de' suoi santissimi Dolori sofferti in Vita, e Morte del suo unico, e dilettissimo Figliolo: E volendo pure ancor Noi, come Vedova, di-* H *mostrar la singolar devozione, che le professiamo, come Protettrice di questa Real Casa, e nostra particolare per l'infinite grazie, che ci fà provare giornalmente nella conservazione della Persona nostra, di S. A. R. mio Figliolo amatissimo, e de' suoi Stati, al cui effetto le abbiamo sempre indrizzate le nostre Orazioni, e preghiere. Per non differire maggiormente il nostro divoto riconoscimento verso tanta Benefattrice, ecco, che con le presenti abbiamo dato, ceduto, e rimesso, e per noi in perpetuo in forma di donazione, e concessione irrevocabile doniamo, cediamo, e rimettiamo alli suddetti Padri de' Servi di Nostra Signora la suddetta Chiesa, o sij Capella Reale dedicata al Santissimo*

Sal-

Salvatore, & à S. Valentino, posta vicino a questa Città fuori di Porta Nova nel Sito fra due strade di Moncalieri, e Mille fiori, ed in punta dello stradone vecchio del Valentino sotto le altre debite sue coerenze, sebbene quì non espresse, con la fabrica intieramente, come al presente si ritrova, con riserva però à Noi di perfezzionarla conforme al disegno, e facoltà à medesimi PP. d'ampliare la fabbrica per ridurla à modo di Convento Collegiato, con le sue comodità, Claustri, Giardini, Orti, ed altre Fabbriche necessarie per l'abitazione de' Religiosi, che ivi si tratterranno; e stendendosi la detta Fabbrica, Claustri, e Giardini eziandio sopra li siti, e Terreni di terzi Possessori de Beni, ivi contigui, quali S. A. R. vuole, che siano tenuti di vendere detti siti, e Terreni necessarij per la detta Fabbrica, Giardini, e loro accommodamento al prezzo, che sarà fra loro amichevolmente convenuto, per dovere essi PP. Religiosi tanto presenti, che futuri tenere, fruire, godere, e possedere detta Chiesa, Convento, siti, e pertinenze in perpetuo, e farne come di cosa loro propria al libero loro beneplacito, e come di cosa, e beni liberi, esenti, & immuni da ogni carico, servitù, e soggezzione, salvo che dall'obbligazione d'una Messa in perpetuo per la conservazione di S. A.R., e Nostra insieme, da celebrarsi quotidianamente nella detta Chiesa del Santissimo Salvatore, e S. Valentino, overo nella Cappella situata nel nostro Regio Palazzo del Valentino, mentre quivi dimoreremo, e dopo morte s'applichi in suffragio, e salute perpetua dell'Anima Nostra. Dando a' medesimi Padri ampia autorità per Loro, ò per Procuratore di prenderne il possesso, e preso per sempre ritenere, senz'altra licenza di questa nostra, constituendoli in essi Padroni, e Signori, come in cosa loro propria, & in proprio luogo nostro mettendoli. Promettendo in fede, e parola di Principessa di non averne fatto, nè volerne fare alcun altra donazione, contratto, nè concessione alla presente pregiudiziale, la quale vogliamo aver per sempre rata, grata, valida, e ferma, nè mai rivocarla, meno contravenirli in qualsivoglia modo, nè per qualsivoglia causa, ancorchè di ragione potessimo, e di voler per sempre, che al possesso tenuta, e goduta essa Chiesa, Convento, siti, e pertinenze sieno mantenuti, e difesi li suddetti Padri, come di così fare ne incarichiamo il Conte Filippo S. Martino d'Agliè Cavaliere dell'Ordine, e Maggior Domo di S. A. R. mio Figliolo amatissimo, alla cui direzione resta particolarmente appoggiata questa Fabbrica, poi il Patrimoniale nostro presente, e futuro, a nostre spese. Mandiamo per tanto, e comandiamo al nostro Consiglio Presidiale, e Patrimoniale d'osservare, e fare inviolabilmente osservare le presenti, e di fare, che li detti Padri siino stimati per veri Padroni, e Possessori della detta Chiesa dedicata al Santissimo Salvatore, e a S. Valentino, come anche di procurare, che la presente nostra Patente sia registrata ne' registri della Camera de' Conti di S. A. R. mio Figliolo amatissimo a perpetua memoria del seguito, e da noi operato à maggior gloria d'Iddio, e della Santissima, & Addolorata sua Madre, e nostra Protettrice.

Data in Torino li 28. di Maggio 1653. Cristiene.

Interim Servitæ, præ cæteris verò P.M. Dionysius Brayda à Summaripâ, cui proinde accepta referenda haud mediocriter est apud Regiam illam Urbem Ordinis nostri reparatio, præcipuo studio annuos proventus 12. Religiosis alendis juxta Constitutiones Pontificias necessarios stabiliendos curarût, quod cùm assecuti fuissent, idque Taurinensis Archiepiscopus, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus die 18. Julij huius anni 1657. pro Tribunali definijsset, prout constat ex Instrumento publici Notarij, quòd inter monumenta Conventus asservatur, ac Sacræ Congregationi statui Regularium præpositæ significasset, benignè annuente Apostolicâ Sede, hoc eodem anno die 21. Novembris Deiparæ in Templum Præsentatæ dicato, realem loci possessionem juridicè receperunt, salutiferæ Crucis signum solemni pompâ, & magnâ Populi frequentiâ, sacrâ ad ipsum habitâ Concione de Ordinis, & Habitus nostri laudibus ab eruditissimo P.M. Carolo Juvenale Barberijs de Raconisio, aliàs varijs ingenij sui monumentis notissimo, erigendo, quòd pariter constat ex instrumento publici Notarij Laurentij Nevroni. Hoc pariter anno sacrum eundem Habitum non mediocri pietate induunt, & Societati ejusdem cooptantur Serenissimi Principes Estenses Borgo, Coniux ejus Julia, ac tres eorum Filij, in Ecclesiâ nostrâ Sandiani, quâ die ejusdem Habitus solemnia de more celebrantur.

Apud Augustā Taurinorum Ordini Servor. Conv. accedit.

Princip. Estenses induūt parvum nostrum Habitū.

Oeniponte eodem anno moritur .2. P. Archangelus Benivenius, dignus profectò, quem speciali laudum genere exornemus, qui tam multa pro Ordine nostro per Germaniam promovendo ab ipsis suæ reparationis exordiis egregiè præstitit, quas laudes pari studio prosequitur gratissimi animi ergo in suâ historiâ Augustinus Maria Romer lib. 11. cap. 17. 18. & 19. Vir iste ex Illustri Familiâ de Benivenijs Florentiæ natus anno Domini 1584. tertio nonas Septembris pridie nonas è salutari Fōte levatus Francisci nomen tenuit. Ab egregijs Parentibus sanctissimè educatus nunquā se degenerem probavit, sed ubi per ætatem licuit, excolendis Literis, & Pietati fovendæ animum seriò adjiciens, Congregationibus sacris, primùm quidem D. Joannis Evangelistæ, deinde D. Benedicti *Albi* communi vocabulo nuncupati nomen dedit, non pauca quotidie exhibens solertiæ, Prudentiæ, ac Religionis specimina. A' Beatissimâ Virgine, cujus ab Angelo salutatæ Sacram imaginem toto Orbe celeberrimam, quàm sæpissimè Florentiæ ad assequenda Dei consilia invisebat, ad Eremiticam Vitam in Monte Senario

P. Archangeli Benivenij Flo. felix obitus, & gesta

haud

haud procul ab ipsâ Urbe nuper institutam vocatus, ei protinos ibidem relicto nomine Francisci, susceptóque nomine Archangeli consecravit. Quanam curâ Sanctitatem in Ordine coluerit, quosve progressus in virtutibus profecerit, & anteactæ vitæ ratio, quæque deinceps in Ordine exercuit munia, nonnisi probatissimæ virtutis viris demandari solita, satis superque commendant; in primis enim instituendis in Senario Novitijs præfectus fuit Magister, deinde Germaniam secundò repetens renascentem illam Provinciam ab anno 1624. ad obitum usque Generalis Ordinis nomine administrans magnam sui expectationem notissimo virtutum omnium, maximè verò Religionis studio innixam facilè implevit. Ut primùm Oenipontem P. Generali Ferrario mandante, & Summo Pontifice Urbano VIII. in legibus Eremiticis, prout rei necessitas exigebat, dispensante, venit, Religiosam Familiam in Cœnobio D. Josephi degentem tum verbo, tum exemplo eò perfectionis provexit, ut moribus ad omnem inculpatæ vitæ honestatem compositis, & animis in Dei, ac Deiparæ obsequium vehementer incensis Servorum Virginis fama quàm celerrimè quòquoversum diffusa, ubique per Germaniam clarescceret, & ingens eorum desiderium in pluribus Germaniæ partibus, ut ex hactenus dictis apparet excitaretur, tum vel maximè, cùm Regolæ quædam reliquis Ordini communibus additæ juxta mentem Serenissimæ Fundatricis, Archangeli operâ in usum deductæ fuere, inde enim novæ prodiere Coloniæ VValdrastensis, Pragensis, Lucaugiensis, Bononiensis, Viennensis, Lauretana, & Langeggensis, in quibus omnibus exactè constituendis mira Archangeli enituit solertia, quippequi rerum experientiâ multiplici edoctus eam assecutus fuerat prudentiâ, ut tâ æquanimitate gravia quamplura, & aspera non semel obvia feliciter superarit, ac plerosque sibi primùm adversantes sui juris fecerit. His accessere varia corporis incommoda, quibus Archangeli virtus per triginta tres annos fermè continuos probata à Domino fuit, quæ hilari animo subiens sibi, ac muneri suo minimè deerat, Regularis disciplinæ vigilantissimus Custos, temperantiæ potissimùm addictus, sibi severus, cæteris suavis, quorum animos vultu semper jucundo, & singulari quadam comitate in sui amorem rapiebat, nemini iniquus, omnibus æquus, ac ut universa uno verbo complectar, & Magistratus supremus Archangelo par erat, & Magistratui par Archangelus. Postquam ergo triginta tres annos continuos Provinciam illam Germanicam summâ laude administraverat, septuagesimum quartum ætatis suæ agens, Domini verò 1657. die 21. Decembris Divinis ad Aram peractis mysterijs decumbere coactus fuit gravi infirmitate detentus, cujus vim superare minimè potuere quæcunque artis Medicæ molimina summo quidem studio parata, ac propterea se morti proximum sentiens, cùm plura Fratribus astantibus de Legum observantiâ, certóque Dei, ac Deiparæ præsidio præclarè dixisset, Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis ex animo petitis roboratus, Cœlestium meditationibus omninò vacans, extremo agone per dimidium quadrantis superato, die 30. Decembris, quæ Dominica fuit, sub matutinum crepusculum, Deo maximè compositus Oeniponte eidem spiritum reddidit. Die proximè sequenti expositum de more in Ecclesiâ ejus Cadaver fuit plurimis undique eò confluentibus, neque vulgaria doloris signa exhibentibus, tanti Patris obitum communiter illachrymantibus, ejúsque virtutes vulgò notissimas prædicantibus. Rem Divinam plures Sacerdotes fecere, & honorificâ pompâ celebratis exequijs tumulatum fuit, non in communi sepulcro, sed seorsim ab alijs ad D. Annunciatæ Sacellum, ex speciali Decreto Patrum ob eximiam opinionem, quam de Archangeli erga Deiparam ab Angelo salutatam religione fovebant, ibidem apposito in perenne grati animi monumentum sequenti epitaphio in marmore impresso, cui licèt eleganti error tamen irrepsit, cùm tres anni sui per Germaniam regiminis præteriri videantur. Septimâ item die ab obitu instaurarunt solemni pompâ Musicis etiam concentibus suffragia Germani PP. singulari profectò benevolentiâ Archangelum nostrum prosequuti.

D. O. M.

Hic situs est Admodum Reverendus
Pater Archangelus Benivenius Florentinus Ord. Serv. B. M. V. per
Germaniam annis XXX. Vicarius
Generalis, Justus, Pius, cui in grati animi tesseram, ut Patri hoc positum fuit Monumentum à Filijs suis, & Fratribus Servitis Oenipontanis, postquam diem ultimum clausit, cùm Domini anno MDCLVII.
ætatis suæ LXXIV. Religionis LII.
Sacerdotij XLVII. die XXX. Decembris Requiescat in pace.

Cùm annos 46. continuos, ab anno nimirùm 1613. usque ad annum 1659. Ditionem Mediolanensem, eíque finitima loca &c. magna plerunque Militum vis invasisset, Hispanos inter, & Gallos, ijsque fœderatos Principes gravissimis initis prælijs, ac propterea omnia susdeque verterentur, & in pessum abirent, Cœnobium nostrum S. Mariæ vulgò dictæ *della Scaglia* extra Oppidum *Galeatæ* in Diœcesi Novariensi, quamvis incursiones hosti-

Cœnobia Galeatæ, & Castellaccij bellicū furorem patiūtur

hostium non evaserit, quæ pluries contigerant; nihilominus nullam ferè jacturam Divinâ favente gratiâ, necnon Superiorum ejusdem Vigilantiâ subiit, in opportuniorem, & securiorem locum intra Civitatem Novariæ pretiosa quæque recipientium. Verùm hoc anno, quo ejus regimini præfectus fuerat quidam Pater Josephus Maria Catalaunus sibi fortè nimiùm fidens, irruentes in Ecclesiam, & Cœnobium Milites, universa penitus inde rapientes, quòd ipsis opportunè non consuluerat, sicuti consuluerant Prædecessores, gravissimum eidem contulere detrimentum, idque pari barbarie ubique de more præstiterunt, neque Cœnobijs, neque Ecclesijs, neque ulli cujuscunque sexûs ætatis, & conditionis parcentes, sed omnia indiscriminatim communi excidio involventes. Quod pariter evadere non potuit Cœnobium nostrum Castellacij propè Alexandriam positum, irruentes enim Gallorum copiæ, & Oppidum undequaque depopulaudum aggressi, Ecclesiam nostram jampridem ab iisdem anno 1651. magnâ ex parte incendio traditam, hoc anno Campanis omnibus etiam abreptis desolatam omninò dimisere; verùm consequentibus annis iterum instauratum postliminio adiere.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

1 Ex *monum. illius Conv., & Allevazzoli Reg. de Mart. p. 2. c. 7.*
2 *Ex monum. Senarij, & Romer Serv. Mar. lib. 11. cap. 17. 18., & 19.*
3 *Ex monum. eorundem Conv.*

Generalis Burgus creatur Episcopus Alifensis. Succedit Hieronymus Puricelli. Callistus Puccinelli Procurator Generalis, deinde Vicarius Generalis. Facultas promovendi ad Magisterium. Nova Sedes in Regno Aragoniæ, & Patavij. Venetijs novum Monasterium pro Monialibus nostri Ordinis. Votum Montis Falisci erga B. Virginem.

CAP. VII.

Postquam Henricus Burgus è Castronovo Scriptæ Henrici Antonij Burghi, quem aliàs dignis laudibus exornare contendimus, minimè degener Nepos per integrum ferè sexennium Generalem Ordinis Præfecturam singulari prudentiâ laudabiliter administraverat, ineunte hoc anno in Regno 1. Neapolitano Alifensis Episcopus creatur, octo verò mensibus exactis in Episcopali Sede seculo defunctus, ob præclara sui ingenij monumenta, nimirùm Axiomata, seù Paradoxa juxta doctrinam Henrici Gandavensis anno 1652. Typis impressa, æternitate donandus ad Ordinem regendum ex Indulto Apostolico suffectus fuit Hieronymus Puricelli Procurator Generalis in Romanâ Curiâ Conventus S. Dionysij Mediolanensis Alumnus, & ex eo-

Henr. Burgus creatur Episcop. Alif.

Moritur.

Succedit Hieron. Puricelli

dem Indulto sufficitur Procurator Generalis A Callistus Puccinelli aliàs memoratus, & iterum commendandus. Verùm Generalis Puricelli visitandis Ordinis Provincijs præcipuo studio intentus, cùm è Provinciâ Narbonensi, quam pariter lustraverat, Bononiam appulisset, ac D. Josephi Cœnobium visitasset, nostrum aliud Cœnobium amplissimum S. Mariæ Servorum visitaturus adijt, ubi statim gravissimâ, ac Medicis incompertâ infirmitate detentus die 29. Octobris hujus anni Bononiæ in prædicto Cœnobio S. Mariæ Servorum immaturâ morte præventus extremum sui desiderium reliquit, honorificentissimis exequijs insigni Patrum Bononiensium pietate, ac liberalitate habitis intra specialem arcam reconditus tumulatus ibidem fuit. Romæ quoque, & per Ecclesias nostri Ordinis B eidem Generali Puricelli Patres nostri non impari pompâ parentarunt. Vices ejus in Ordine administrando obijt primùm P. M. Augustinus Vinelli de Civitellâ ex præscripto Nostrarum Constitutionum, tanquam Definitor Generalis Provinciæ Romandiolæ, in quâ Puricellus obierat; paulò verò post ex Indulto Apostolico Vicarius Generalis totius Ordinis electus fuit prædictus Callistus Puccinelli nuper electus, ut diximus, Procurator Generalis, eique in hoc munere suffectus à Sede Apostolicâ fuit P. M. Carolus Spinola de Neapoli.

Moritur

Succedit Callistus Puccinelli.

Occasione Dietæ .2. in Provinciâ Venetâ in Conventu Servorum de Venetijs habitæ C die 20. Maij admissum fuit à Patribus Hospitium quoddam Patavij hujus Provinciæ Patribus eò commorantibus, unà cum omnibus Bonis ad se pertinentibus oblatum à Dominâ Cammillâ Riperri Viduâ donatione inter vivos adiectâ conditione ipsam quandiù viveret alendi, & post ejus obitum Missas proportione redditum attentâ celebrandi. In Hispaniâ Tarraconensi Communitas de Boleâ Ordinis nostri Fratres .2. ab ejus Provinciæ Præfecto P.M. Francisco Zevat enixè perierat, novam ipsis in suo districti sedem offerendo, quorum operam in spiritualibus adhibere summopere expetebat, de quo etiam ad annum 1613. Cent. 4. l. 7. c. 15., quamobrem Barchinonensis Cœnobij Prior P. M. D Epiphanius Cedò specialibus Literis ad ejus Communitatis Proceres, & ad Episcopum Diœcesanum *de Huesca* directis facultate sibi collatâ fundandi Cœnobium, conventiones, & alia quæcunque ad fundationem necessaria faciendi, eò citissimè processit, ubi Ecclesiam Sanctissimæ Trinitati nuncupatam, & Domicilium unà cum pluribus bonis immobilibus, & rebus alijs, quæ Communitas obtulerat, juridicè nomine Ordinis recepit, ipsum denique locum duobus tantummodo Religiosis colendum tradens fundationem Cœnobij auspicari decrevit. Verùm ex adverso huic fundationi se opponentibus Diœcesano, & Communitatis illius Presbyteris, & causam nostram

Hospitiū Patavij

Conv. SS. Trinitatis de Bolea.

nostram tuentibus ejusdem Communitatis Proceribus, inita controversia, nonnisi post sex annos hac ratione composita fuit, quòd Domus illa nomine Conventûs insigniri non posset, quandiù ibidem degerent 12. saltem Religiosi juxta Summorum Pontificum Constitutiones, sed merum Hospitium diceretur. Verùm procedente tempore in Prioratum evasit, cùm & opibus, & amplitudine fabricæ valdè profecerit, cui sanè operi plurimum contulisse dicitur D. Petrus Gregorius de Antillion Episcopus Oscensis, qui aliquando ibidem diversabatur.

Florentiæ augetur cultus Dolorum B. V.

Hoc eodem anno Florentiæ .2. speciatim longè majori pompâ celebrari cœperunt solemnia 7. Dolorum Beatissimæ Virginis, sive spectemus pretiosiorem Templi ornatum, sive Musicos concentus, sive Populi frequentiam, sive quinque Laicorum Confraternitates, unà cum Patribus, singulis Cereum accensum gestantibus, Sacram Deiparæ Statuam splendidiori distinctam amictu per viam longiorem, quàm antea consueverint, circumducentibus. Ibidem quoque argenteam Pueri figuram pondere insignem D. Annunciatæ votivam obtulit D. Comes Joannes de Pau Oenipontanus.

Votiva Statua D. Ann. ibidem.

Monast. pro Sororibus nostris Venetijs.

Venetijs .2. tandem hoc anno 1658. erigitur Monasterium sub invocatione S. Mariæ de Planctu pro Sororibus Ordinis nostri, quæ vitam Eremiticam Montis Senarij profiteantur æquè ac Sorores in Insulâ Burani, de quibus ad annum 1624. Quod nonnisi Divino Spiritu afflante erigendum proposuerat Venerabilis Soror Maria Benedicta Rossi, dicta proinde Fundatrix, quemadmodum fusiùs retulimus, ubi ad annum 1648. ejusdem obitum, & Gesta descripsimus, eò tamen è Burano anno solùm insequente 1659. adiere primò Moniales, prout cap. 10. dicemus. Ex hoc autem Monasterio, in quo etiamnum viget quàm maximè Regularis observantia, prodiere Soror Archangela Biondini, quæ Monasterium ejusdem disciplinæ in Oppido Arcensi erexit anno 1689., prout ad eundem dicemus, & Soror Maria Electa Antonia de Jesu natione Germanica, quam Serenissima Bavariæ Ducissa Electrix anno 1715. Monachium Dominij sui Metropolim unà cum Sorore Mariâ Rosâ de Incarnatione duxit, ut Monasterium ibidem consimile excitaret, quod referendum nobis erit ad annum 1716. Anno autem 1669. Typis impressæ fuere Venetijs apud Guarilios Constitutiones ab hujus Loci de Planctu Monialibus servandæ, & ab iis, ad quos de jure spectabat, approbatæ. Hoc itidem anno 1658. die 21. Aprilis Civitas .2. Montis Falisci ad avertendam pestiferam luem, quâ Regio illa premebatur, præ cæteris hoc pariter voto se obstrinxit Sacram B. Virginis Imaginem solemniter adeundi, quæ in Ecclesiâ nostri Ordinis ibidem summâ veneratione celebris colitur, eique Calicem argenteum offerendi, quod reipsa fideliter præstitit ipsum exhibendo Patri Joseph Mariæ Alaleona, & temporis illi Conventui Præfecto coram DD. Dominico Piattâ, & Corinthio Carrarâ, non quidem anno 1656., prout nonnulli tradidere, quibus nos nimium fidentes & ipsi scripsimus ad annum 1474. Cent. 3. l. 3. c. 3. sed hoc anno, prout è publico ejusdem Civitatis Archivo edocti fuimus, cui fides habenda omninò est, è quo pariter didicimus votum aliud, quo Civitas eidem S. Imagini sese obstrinxit terræmotibus urgentibus, quemadmodum ad annum 1703. dicendum erit.

E F G H

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. illorum Conventuum.*

Foroliviensium, & Generalis Puccinelli studium pro Elogio B. Peregrini apponendo in Martyrologio Romano. Idem P. Generalis interest Capitulo Provinciali Oeniponte habito.

CAP. VIII.

URbis Foroliviensis Conservatores honorificentissimis Literis sub datum 26. Martij hujus anni Generalem Puccinellium enixè rogarunt, quòd cùm ipsis constiterit Decretum emanasse à S. Rituum Congregatione inserendi in Martyrologio Romano B. Peregrini de Forolivio nomen, operam omnem adhiberet unà cum Eminentissimo Pauluccio, quod Sanctissimus Dominus noster annueret. Elogium ab ipsis pro B. Peregrino propositum hoc fuit: *Forolivij B. Peregrini Ordinis Servorum tantæ austeritatis, ut triginta annis nunquam sedere fuerit visus, miraculis, & sanctitate clarissimi.* Quid actum fuerit Alexandro VII. Summo Pontifice nondum mihi compertum; novi planè, quòd anno solum 1672. S. Rituum Congregatio Elogium pro S. Philippo, ac BB. Peregrino, & Joachimo decrevit Martyrologio inserendum, prout ad eundem annum dicemus

B. Peregrini Elogium

Archangelo Benivenio Officio pariter, & vitâ Defuncto .1. de quo superiùs ad annum 1657. cap. 6. vices suas per Germaniam Generalis Puccinellius Patri Dionysio Ettl eo temporis Provinciali demandaverat, verùm Oenipontem hoc anno profectus, ubi Comitijs Provincialibus ibidem habitis interfuit, uti mox dicemus, vices easdem P. Bernardino Mariæ VVenzl per Germaniam delegavit. Itaque idem Generalis, ut votis etiam satisfaceret Germanorum Patrum, maximè verò Augustissimi Cæsaris Leopoldi I., & Serenissimi Archiducis Ferdinandi per humanissimas Literas expressis Oenipontem versus iter aggredi decrevit, ut prædictis Comitijs præsideret, deinde reliqua Ordinis nostri per Germaniam Cœnobia lustraret. Proximè

ergo

P. Generalis Puccinelli Oenipontē pergit, & quibus honoribus exceptus fuerit, enarratur.

ergo ex Italiâ discessurus Ordini nostro per has Regiones administrando, donec eo reperteret, P.M. Carolum Spinulam Procuratorem Generalem in Romanâ Curiâ suffecit; mox Literis ab Eminentissimis Sacchetto Ordinis nostri Protectore Columnâ, Carolo, & Joanne Carolo Medices, necnon à Serenissimis Magno Etruriæ Duce, Magnâ Ducissâ, cæterisque Etruriæ Principibus acceptis, quibus apud Serenissimos Archiducem, Archiducissam, aliosque Germaniæ Principes Generalis meritum, & Ordinis nostri protectio commendabatur, ipsum comitantibus Patribus Ludovico Garzonio Lucensi Secretario, Julio Artighetti de Florentiâ, tunc Vincentiæ apud Montem Bericum Regentem, & quatuor adhuc alijs ad ejus obsequium designatis, die 22. Maij Veronâ solvens, cum Tridentum pervenisset obvios ibidem habuit P. Clementem Mariam Pouch VValdrastensis Cœnobij Priorem, & P. Bernardinum Mariam VVenzl tunc Socium Provincialem à præfato P. Dionysio Mariâ Ettl Priore Provinciali eò legatos, ut apud P. Generalem, & Socios murus interpretis agerent; inde verò Brixinam ab Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Antonio Chrismaa illius Civitatis Episcopo, & S.R.I. Principe humanissimè exceptus cum Socijs in ejus Palatio magnificentissimè divertit, ejusque Mensæ opiparè quidem, & lautè, prout tantum Principem decebat, instructæ semel, & iterum accubuit. Denique Pridie Pentecostes, die nimirùm 29. Maij, cùm antea in Matravensis Pagi VValdrastensi Domo liberaliter, ut par erat, habitus fuisset, sulicâ in Rhedâ per tria inde Germanica milliaria à Patribus Provinciali, D. Josephi Priore, & alijs perhumaniter exceptus Oenipontem pervénit, ubi tum ad portam Civitatis, tum alibi omnibus illis affectus honoribus fuit, qui jampridem anno 1636. P. Generali Buffotto exhibiti fuerant, effixis etiam publicè, privatimque per ambitum Conventus, & Conclavium variorum Epigrammatum Hieroglyphicis picturis, frequentissimo ad duo usque millia per Civitatem ad Ecclesiam insequente Populo, tympanis, & buccinis, & suavissimo Musicorum concentu Deo gratias agentibus, & plaudentibus Patribus, quòd ipsis videre, ac venerari contigisset, secundum hunc ab Ordine per Germaniam reparato, & quartum ab Ordine primùm introducto, Priorem Generalem, de cujus laudibus præclarè protinus dixit P. Fortunatus Maria illius Cœnobij Lector. Post hæc eidem Generali ad Aram Principem sedenti Provincialis, ac cæteri Patres per Habitus, vel manus oscula respectivè obedientiam præstitere, ipse verò disertâ simul, & gravi oratione, quâ præstabat facundiâ, gratum ipsis animum exhibuit; deinde Conclave petens sibi decenter paratum omnibus ipsum comitantibus, primarium ex Aulicis Serenissimi Archiducis gratulabundum Celsitudinis suæ nomine primùm, deinde plures ali- A os Viros Nobiles, & aliorum Ordinum Regulares excepit. Interea cùm adornarentur Comitia ad quartam Junij diem dilata, cæteroqui ad secundam indicta, quòd Generalis adventui nimis hæc dies instaret, Serenissimos Archiducem, Archiducissam, eorumque Filias idem Generalis invisit, qui plurimas illi, & quidem præclaras erga ipsum, & Ordinem benevolentiæ significationes exhibuere. Postmodum die pro Comitijs præstitutâ, cõpletis omnibus ad eadem Comitia præliminaribus elegantem coram Patribus habuit Orationem Clericus quidam Novitius è Saxoniâ oriundus jamdiù Lutheranæ Sectæ Minister, divinitùs verò ad fidem Catholicam conversus, & in Ordine nostro admissus, quâ B habitâ in loco Capituli convenientibus Patribus ex Austriâ Inferiori, Bohemiâ, Hungariâ, & aliunde profectis P. Generalis de Reformatione morum juxta præscriptum Constitutionum eo animi ardore, eâque eloquentiâ dixit, ut astantes omnes obortis lachrymis maximè commoti fuerint. Deinde cæteris habitis juxta leges easdem præscriptis electus in Provincialem remansit P. Bernardinus Maria præfatus, licèt reluctans. Quinque continuos dies perseverarunt Comitia, singulis verò diebus exercitationes Literariæ institutæ fuere, è quibus Ordini nostro plurimùm decoris accessit. Quod autem præcæteris commendandum videtur est, quòd cùm in Ecclesiâ D. Josephi quintâ Junij die ad Serenissimos Co- C niuges Ferdinandum, Carolum Austriacum, & Annam Mediceam, magnamque hominum frequentiam, peractis ad Aram principem Musicorum concentu, unà cum tympanis, ac tubis Divinis mysterijs, ex certo ad hoc parato suggestu, ornatissimè, & præclarissimè dixisset P. Generalis idiomate italico plaudentibus, & admirantibus omnibus, ab ijsdem Principibus cum totâ Servitarum Familiâ inter Aulæ Proceres distributâ lautissimè exceptus prandio fuit in Triclinio ejusdem Cœnobii, ubi P. Generali è Regione utriusque Principis in peculiari sede, & eâdem Mensâ exterius assidere datum fuit, Serenissimâ natu majore Filiolâ ultimo, & angustiori Mensæ illius lateri accumbente, quâ planè die Sere- D nissimus Archidux quinque horas cum P. Generali suavissimis initis colloquijs convénit. Postmodum Theologicis Concertationibus sibi dicatis P. Generalis interfuit initis à PP. Urbano Mariâ Daser, & Gregorio Mariâ Niderlocher, præsidentibus PP. Theologis Hyacintho Mariâ Grandl, & Hippolyto Maria Beham, quas pariter præsentiâ suâ decoravit Serenissimus Ferdinandus Carolus, quinimmo alteri interfuit etiam Serenissima Coniux, arguentibus ex adverso præter designatos Theologos ipso P. Generali, P. M. Julio Arrighetti, & alijs Viris doctissimis, cùm omnibus pro libito arguendi copia suppeteret. Subsecutæ deinceps fuere Concertationes

nes Philosophicæ Præside P.Fortunato Mariâ Freirag. Peractis Comitiis P. Generalis plura, & quidem disertissimè de illius Provinciæ laudibus dixit, quam sibi acceptissimam testatus est ob præcipuum Disciplinæ Regularis, & Evangelicæ perfectionis promovendæ studium in singulis illius Alumnis optimè perspectam, quos proindè ad idem prosequendum vehementer inflammavit. Præterea Sorores adiit Regulares, & Claustrales, & in earum Ecclesiâ rem divinam solemniter habuit suavissimo earundem Sororum arte Musicâ præstantium concentu. Domum deinde Regularem unà cum Sociis lustravit, & incredibili animi sui voluptate aurea, & argentea vasa, pretiosissimas gemmas, sacram omnem supellectilem à Serenissimâ, & Reverendissimâ Fundatrice, ut alibi diximus, Regiâ magnificentiâ, adornata diligenter inspexit; Sanctorum quoque Reliquias veneratus est thecis tum aureis, tum argenteis inclusas, & variis gemmis distinctis, quæ quidem omnia triginta millia Florenorum æquare pretium censebantur. Corpus etiam invisit ejusdem Serenissimæ Fundatricis, ipsumque tum incorruptum, tum suavem spirans odorem, deprehendit. Denique præclaris ab Archiduce cumulatus honoribus, & muneribus iterum Italiam repetere coactus, quòd ad Summum Pontificem in festo Principis Apostolorum orationem habiturus evocabatur, Provinciæ visitationem animo conceptam prosequi non potuit, sed summo dolore affectis ob inopinatum ejus recessum omnibus iis Patribus die 10. Junii Oeniponte solvit, & ad VValdrastense Cœnobium divertens, ubi pariter exceptus magnificè fuit habitâ de ejus laudibus oratione, & pluribus per ambitum Cœnobii distributis elogiis, ipsum comitantibus præfatis Patribus Hyacintho Mariâ Grandi, & Jacobo Mariâ Tridentum usque, ipsique, sicut, & Sociis necessaria quæcunque pro commeatu ministrantibus, Florentiam primùm Serenissimos illos Principes adiit, deinde Romam ad pedes Summi Pontificis feliciter redit.

Ex quo Tudertini Patres veteri Monasterio, 2. relicto ejusque Ecclesiâ D. Marco dicatâ, ubi Tercentum annos, & ampliùs plura de B.P.N. Philippo admiranda contigisse compertum est, ejusque veneranda ossa summâ pietate colebantur, ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum prope Portam Romanam Angelo Cæsio Episcopo, Senatu Tudertino, & Angelo Mariâ Montursio Generali inter se convenientibus, prout ad annum 1599. Cent. 4. lib. 5. cap. 18. modò 19. fusiùs scribit Gianius, sacrum illud pignus solemni pompâ ibidem descriptâ transtulerunt, ad hæc usque tempora plures jugiter, & graves subiere molestias, quibus ipsos afficere nunquam desititere Societatis Sanctorum Joannis, & Rochi Confratres, qui Ecclesiam illam sui antea juris iisdem Patribus anno 1598. juridicè

Tuderti Confratres Soc. SS. Jo., & Rochi transigunt Or dinis Eccl. S. M. Gratiar.

concesserant, prout constat ex Actis Lucæ E Alberti Petti in Episcopali Curiâ, nonnullis, & quidem gravissimis adiectis conditionibus; primò nimirum, quòd Patres quantumlibet usum habeant illius Ecclesiæ, nullo tamen unquam deinceps jure in eam potirentur, sive directo, sive indirecto; secundò quòd absque Confratrum expressâ licentiâ Ecclesiam ornare, lampades accendere, eleemosynas petere, vel alium hujusmodi jurisdictionis actum exercere non possent; tertiò, quòd ad Confratres omninò, nullatenus verò ad Servitas spectaret charitativû quodcunque subsidium Ecclesiæ prædictæ, sive B. P. Philippi Altari quovis titulo collatum, quod in ejusdem Ecclesiæ cederet ornamentum; quartò quod Servitis eleemosynas per F Ecclesiam emendicare quibuscunque diebus minimè liceret, nisi priùs pro suâ Societate ibidem emendicassent Confratres; quintò, quòd singulis diebus Missam celebrare semel tenerentur Servitæ pro Societatis Confratribus, & diebus quibusdam Festis toties quoties iisdem Confratribus libuisset. His ergo expensis oneribus Ordini nostro gravissimis Generalis Puccinellius ejusdem incremento, amplitudini, decori magis, ac magis promovendo, invicto animo intentus, molestè ferens Ordinem nostrum veteri illo Monasterio primùm destitutum fuisse, tot, ac tantis S. P. Nostri mirabilibus, & gestis gloriosum, ubique notissimis, deinde venerando adhuc illo pignore, corpore videlicet Sanctissimi G Patris in Laicorum potestatem redacto, non sine deplorandâ posteris Majorum suorum notâ, operam omnem contulit huic pretioso thesauro ex alienis manibus redimendo, ad erogandum pretium quodcunque paratissimus æquè ac Luitprandus Longobardorum Rex S. Augustini corpus redimere non dubitavit. Itaque cùm Societatis Confratres eò redigere non potuisset, ut moderato, & laudabili pretio Ecclesiam Ordini nostro liberè transigerent D. . . . . . . Bichi Episcopi Tudertini præsidio, cui proinde noster Ordo plurimùm debet, eò tandem redegit, ut qui priùs ter mille, & octingenta scuta monetæ romanæ pro Ecclesiæ pretio eroganda sibi contenderant, & alias expensas resarciendas H ad Sacrarium, & Cœnobium spectantes, quingenta tantùm scuta admiserint, quorum dimidia portio in actu transactionis erogaretur, altera verò intra annum cum dimidio ab eadem transactione eâ lege facienda, ut ad Ordinem nostrum pleno jure pertineret æquè ac ab eodem ædificata fuisset, æquè pariter rescissis conventionibus omnibus Superioribus, ac si nunquam initæ fuissent. Vix autem partibus hinc inde convenientibus, & in authenticâ formâ transactionem prædictâ celebrantibus (quæ deinde Pontificio Diplomate confirmata fuit) bis centum, & quinquaginta scuta idem Generalis eroganda statim curavit, sicut & reliqua antedicto tempore

pore eroganda, à singulis deinde Ordinis nostri Provincijs juxta Taxam proportione servatâ decretam eidem Generali restituta. Ejusdem Generalis studio primâ Decembris die D. Cardinalis Sacchettus Ordinis nostri Protector .3. primum lapidem solemni ritu initiatum posuit pro Cœnobio D. Marcelli de Urbe iterum à fundamentis excitando, quòd verè egregium opus à tanto Generali rarâ animi magnitudine susceptum, neque mediocriter promotum, successores deinde amplissimum quidem ad fastigium usque perduxere, prout ad annum 1672. erit nobis dicendum. quòd planè consilium amplissimam in Urbe Ordini nostro fabricam excitandi ab omnibus unanimi consensu comprobatum, singulæ Ordinis Provinciæ pecuniam ad hoc necessariam secundùm taxam sibi decretam erogantes perfecere. Hoc pariter anno Sanctissimus Dominus noster Alexander Papa VII. Ordinis nostri Generali facultatem impartitur promovendi ad Gradum Magisterij duos è singulis Provinciis, sive in actu Visitationis, sive in Dietis, & Capitulis Provincialibus, prout constat ex Indulto sequēti .1.

Ponitur Romæ solemni ritu primus lapis pro novo extruendo Cœnobio S. Marcelli.

SAnctissimus Dominus Noster attentis narratis facultatem pettam Oratori, [scilicet Ordinis Generali] etiam extra Capitulum Generale, tam in actu Visitationis, quàm in Dietis, & Capitulis Provincialibus promovendi ad Gradum Magisterij binos Fratres Sacerdotes Professos, ejusdem gradus omnibus necessarijs requisitis dignos cujuslibet Provinciæ Ordinis hujusmodi, ejus Officio durante concessit absque eo quòd promovendi ad dictum effectum cuiquam Universitati se præsentare teneantur, modò juxtà ejusdem Ordinis Constitutiones ad illum idonei reperiantur, eisdemque dicti gradus insignia conferat, atque sic promotos omnibus, & singulis honoribus, favoribus, prærogativis, præeminentijs, Indultis, & Gratijs, quibus alij ejusdem Ordinis Religiosi ad Gradum prædictum promoti utuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo uti, frui, & gaudere concedat, & declaret. Præfatis Constitutionibus alijs in suo robore permansuris, cæterisque non obstantibus quibuscunque.

Facultas promovendi ad gradum Magisterij.

Romæ 10. *Aprilis* 1659.
M. Card. Ginnettus
Loco ✠ Sigilli.
L. Episc. Camerinensis Secret.

Hoc eodem anno P. Generalis in singulis Provinciis, in quibus habita fuere Comitia Provincialia, Patribus Vocalibus .4. expendendum proposuit, an curanda pro virili esset apud Apostolicam Sedem approbatio cultus immemorabilis B. Francisci Senensis, omnibus autem ubique annuentibus egregio huic operi animum seriò protinus adiecit, quo deinde promovente Beati Francisci gestorum elegans narratio habita statim fuit, & Secretario S. Congregationis Rituum exhibita die 26. Mensis Julij, quarum verò de A causâ completum hoc nunquam fuerit, mihi adhuc incompertum. Eidem Generali enixè petenti D. Cardinalis Sacchettus Ordinis nostri Protector die 8. Martij hujus anni ad quinquennium facultatem iterum concedit convocandi Dietas loco Capitulorum Provincialium, quam semel & iterum, annis nimirùm 1647., & 1654. concesserat, prout ibidem est dictum. Cum in Etruriæ Provinciâ P. M. Michael Angelus Renzolius de Senis nuper electus Prior Provincialis ob varias corporis infirmitates hoc anno Magistratui renunciasset, & in ejus locum suffecisset P. Generalis in Rectorem Provincialem ejusdē Provinciæ P. M. Augustinum Bacharellium de Florentiâ Socium nuper electum, & in hujus B locum prosocium declarasset P. Adrianum Squadrinium pariter de Florentiâ tertium Definitorem Provincialem nuper electum per Literas datas apud S. Marcellum de Urbe die 6. Julij. Insuper cum in Provinciâ Mantuanâ propter obitum illius Provincialis ibidem pariter nuper electi idem Generalis eadem lege Socium in Rectorem Provincialem, & in prosocium primum Definitorem noo Magistrum suffecisset, qui planè omnes ex vi Constitutionum in Officio perseverare deberent usque ad Capitulum Provinciale proximè habendum, sive anno proximè sequenti, ex quo singulis annis ex vi earundem Constitutionum congregandum esset, in quo vel iidem in Officio confirmarentur, vel alij ad libitum C Patrum Vocalium subrogarentur; quoniam verò attentâ facultate superiùs enunciatâ cōvocandi Dietas loco Capitulorum intermediorum, in quibus eligendus de novo non esset Prior Provincialis, ut diximus, neque in ipsis facultas aderat hujusmodi Superiores eligendi, vel confirmandi, quamvis ad triennium usque [quo jure me latet] perseverarent, propterea huic incommodo consulere volens P. Generalis totius Ordinis nomine, quoad hoc maximè conformis, S. Congregationi Episcoporum, & Regularium negocijs præpositæ humillimè supplicavit pro facultate assequendâ declarandi in proximè futuris Dietis utriusque è prædictis Provincijs, & confirmandi in Priores Provinciales superiùs D nominatos in Rectores pariter Provinciales, & nominandi simul in eorundem Socios aliquos PP. Magistros integritate vitæ præstantes, quibus auditis S. Congregatio decrevit, ut sequitur .5.

& conceditur ad quinquennium facultas celebrandi Dietas.

Substituto Superiorũ Provinciæ Etruriæ & Mantuæ.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negocijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita attentis narratis, ac audito, & consentiente Procuratore Generali Ordinis hujusmodi commitien. censuit, prout præsenti decreto committit Eminentissimo ejusdem Ordinis apud hanc S. Sedem Protectori, ut compertâ veritate expositorum, ac si, & quatenus pro bono præfatarum Provinciarum

Exhib. gesta B. Francisc. Sen. pro approbando cultu immemorabili.

ciarum Regimine, ac Gubernio expedire in Domino judicaverit, petitam Confirmationem, eo titulo, usque ad earundem Provinciarum Capitula proximè celebranda, necnon etiam facultatem dicti Ordinis Generali nominandi alios duos Socios Provinciales loco prædictorum in cujusque ipsarum Provinciarum proximè futurâ Dietâ respectivè, pro suo arbitrio, & prudentiâ concedat, & indulgent, præfati Ordinis Constitutionibus, cæterisque contrarijs aliàs in suo robore permansuris, quoad præmissa minimè obstantibus. Romæ 12. Decembris 1659.

M. Card. Giannettus.

Locus ✠ Sigilli

Attentis narratis, ac facultate nobis desuper traditâ, justis de causis animum nostrum moventibus, concedimus, & impertimur, ut petitur.

I. Card. Sacchettus Protector.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

1 *EX Reg. Gen, & Romer Serv. Mar. l. 11. c. 20.*
2 *Ex Reg. Gen., & ex monum. Conv. Tudertini.*
3 *Ex monum. Conv. S. Marcelli.*
4 *Ex Reg. Gen.*
5 *Ex eodem Reg., ac Thusciæ.*

Dedicatio Templi Lauretani in Hungariâ. CAP. IX.

Dedicatio Lauretani Templi in Hungariâ.

LAuretana Hungarica Domus, cui primum lapidem anno 1651. 6. Nonas Julij per Archiepiscopum Colocensem ponendum curaverat Excellentissimus D. Comes Franciscus de Nadasd, prout ad eundem annum, hoc anno coronidem acceperat, exceptâ fronte lapideis imaginibus ornandâ, cujus ædificium non paucis insigne miraculis surrexisse constat; in primis enim anno 1652. summo manè cum flagrantibus quinque Domibus sibi invicem contiguis cum Hospitio, atque Æditui Domicilio, Lauretanæ nostræ Ædi excidium commune imminebat, itaut jam allambens ipsam ignis certam minitaretur ruinam eo vel maximè, quòd arbor supra eandem elata tota jam incendio absumeretur. Quamobrem D. Virginem Lauretanam invocare omnes cœpere, ut Domum suam ab imminenti discrimine vindicaret, quorum vota vacua abire minimè passa fuit Beatissima Virgo, omnes enim flammarum globi immutatâ directionis lineâ non amplius rectâ versus S. Ædem, sed obliquè, sylvam versus, Lauretanam Domum declinantes intactam prorsus reliquere. Prætereà Domûs hujus limites transilire prohibita fuit, non semel exorta tempestas, à sagis quibusdam præstigiosas per ærem olias rotantibus commota, exiguo Domus ejusdem Campanarum sonitu discussa, quo pariter dissipatæ fuere nubes grandine prægnantes ad agros, & Vineta Austriam versus cum eorum fructibus, E & Domum ipsam Lauretanam perdenda à veneficâ quadam Mulierculâ adornatæ. Denique non pauci hujus fabricæ Operarij tabulatis insistentes ingenti fragore ruentibus, & ipsi in præceps acti, illæsi prorsus non sine speciali D. Virginis præsidio, certissimum mortis discrimen evasere, quibus accensere juvat uberrimam aquarum copiam ædificio promovendo necessariam, præter omnium expectationem, ideo graviter conquerentiû, quòd ipsâ prorsus destituerentur, nonnisi divinitùs exundantem, præserrim verò, quòd neminem è Fossoribus obrueret, quemadmodum obruere omninò debebat, si hujusmodi aquarum illapsus Operarios ibidem offendisset. Quæ sanè omnia pio cuique religionem F generare poterunt, quâ sibi suadeat, non otiosè, sed Divinâ Providentiâ omnia suaviter, & fortiter disponente novam Ecclesiam à D. Comite erectam simul, & à fundamentis excitatam fuisse. Quòd pariter luculenter nobis ostendunt tot millium animarum in meliorem frugem conversio, & frequentissima ibidem habita Sacramentorum administratio, cui planè pares esse non poterant Religiosi tantùm ibi degentes, quibus proinde tum seculares Presbyteri, tum aliorum Ordinum Regulares, tum è Viennensi nostro Cœnobio ad hoc potissimùm accedentes, opem plerunque ferebant, plura siquidem millia utriusque sexus Fidelium eò religionis causâ peregrinantium sacrosancta Ecclesiæ Sacra- G menta petere quotannis solebant, quinimmo ipso dedicationis Festo, de quo mos dicendum, quadragintâ Sacerdotibus primo solemnitatis die sacramentales Confessiones audientibus ad Sacram Synaxim octo millia accessisse ferunrur, Summo Pontifice Alexandro VII. indulgentiam Plenariam, & remissionem omnium peccatorum per octo Dedicationis dies, necnon Anniversaria quotannis conferente; qui pariter induisit, ut quilibet Lauretanam Domum invisens singulis annis semel Apostolicâ consimili gratiâ frui possit, præter solemnitates Conceptionis, Nativitatis, & Visitationis Deiparæ, in quibus eâdem frui communiter omnibus licet, duobus ibidem constitutis à quinquennio in H quinquennium Pœnitentiarijs, cujusmodi in Urbis Basilicis babentur, qui amplâ, tantâque potestate indigentibus succurrerent, ex quo non mediocre religionis incrementum erga D. Virginem Lauretanam accessit, quod planè eximiæ Comitis Francisci pietati, Summo Pontifici perspectæ acceptum referendum videtur. Cultûs hujusmodi incremento, & firmitati plurimùm contulit, quod hoc anno Servitæ ab Augustissimo Imperatore Leopoldo I. per manus Regij Cancellarij Archiepiscopi D. Georgij Szelepezeni fundationis hujus confirmationem ab ipsis in Hungarici Regni Comitiis Possonij habitis humillimè petitam tribus annis ab illius erectione vertentibus

bus

bus hoc anno 5. Kalendas Octobris clementissimè impetrarunt. Ad hoc enim præstandum A commotum se testatur Piissimus Cæsar, quòd religiosissima illa Nadasdiana Fundatio ad majorem Catholicæ Fidei ædificationem, meliorem Stoczingensium Lauretanorum, ac finitimorum Populorum curam, præsertim verò ad infertendam majorem erga illum sacrum locum, & Sacellum Sanctissimæ Matris Lauretanæ prædictam religionem vergeret; prætereà Servitas ipsos, utpotè sibi commendatos, & maximè acceptos, pro virili fovere, & ab omni discrimine vindicare in votis haberet, Augustissimi sui Parentis Imperatoris Ferdinandi III. non imparem clementiam erga Lauretanum Cœnobium æmulatus, qui animadversâ fundationis Stoczingensis haud mediocri difficultate in alimentis eidem Cœ- B nobio comparandis, ut ipsi opportunè consuleret privilegia quædam concesserat.

Itaque ex quo Sanctissimus D.N., uti modò innuebam, in diem Dedicationis novæ hujus Ecclesiæ, & consequentes septem dies Plenarias pro omnibus Christifidelibus Indulgentias concesserat, ideò prædictus D. Comes annuente Episcopo Diœcesano Taurinensi tanquam Fundator, solemnitatem eandem per vicinas Provincias; Austriam, Styriam, & Hungariæ Regnum publicari curavit. Jampridem verò Servitæ vetus Domicilium D. Comiti cedentes in ædes Cœnobij recèns extructas Dominicâ quartâ Adventûs Anni proximè superioris commigraverant, præsentibus Fundatore Comite, Comitissâ, eorum Fi- C lio Stephano, & è tribus Filiabus natu majore pluribus alijs Comitibus, atque Baronibus, necnon P. Dionysio Mariâ Eili Ordinis nostri per Germaniam eâ ætate Priore Provinciali, & P. Paulo Mariâ Mannart illius Cœnobij Præfecto. Ut ergo per loca prædicta solemnitas hæc die 2. Julij B. Virgini Elisabetham invisenti sacram innotuit, undique turmatim eò confluere cœperunt, numero quocunque ferè dixerim Superiores, & rei celebritate, & Loci sanctitate illecti, non è grege tantùm homines, verùm etiam Viri quamplurimi Nobiles, & Ecclesiasticâ, & seculari dignitate fulgentes, è quibus plures Pontifices rem Divinam ad Aram fecere singuli mox recensendi, quibus deinde accedunt D variorum Ordinum, & è diversis partibus per Octiduum illud procedentium supplicationes modò pariter exprimendæ. Comes ipse sacræ Domûs Conditor, & solemnitatis Auctor totus in eo erat, ut pompâ, quâ fieri poterat, maximâ, non modò res Divinæ fierent, verùmetiam illustriores Hospites, & Religiosi Advenæ idoneo liberalis opulentiæ cultu toto illo temporis decursu exciperentur.

Præstitutâ igitur die D. Georgius Szecsenius Diæcesanus Episcopus Ecclesiam cum Arâ Principe in honorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, sicut & duo utrinque à latere Altaria, unum quidem ad cornu Epistolæ A sub titulo omnium Sanctorum, alterum verò ad Cornu Evangelij sub titulo S. Antonij Patavini solemni ritu consecravit, Divinum Officium Symphoniaco concentu, & buccinatum clangore absolvit. Die verò 6. ejusdem Mensis Diæcesano ipso annuente Episcopus Vaciensis D. Thomas Palffiy ab Erdod reliqua quatuor Altaria utrinque pariter à latere, duo nempe ad cornu Epistolæ, unum in honorem S. Judæ Taddæi, alterum Sanctorum Martini, Sebastiani, Rochi, Benonis, & Rosaliæ, duo verò ad cornu Evangelij, unum in honorem S. Stephani Regis, alterum B. P. N. Philippi. Nonâ denique ejusdem Mensis die, ac dedicationis Octavâ Diæcesano pariter annuente Ædem Lauretanam unà cum Altari consecra- B vit D. Virgini ab Angelo salutatæ, necnon aliud Altare Ædi prædictæ extrinsecus adjunctum D. Annæ Episcopus Neopolitanus in Austriâ D. Joannes Thuanus. Anniversari à die Dedicationis Majoris Ecclesiæ in quintâ à Pentecoste Dominicam; Minoris verò, seu Lauretanæ in Dominicam S. Crucis exaltationi proximam translatâ. Interfuere verò intra Octavam solemnitati huic ex Ecclesiasticis Magnatibus.

D. D. Carolus Cataffa Nuntius Apostolicus, qui in Æde sacrâ Sacrum celebravit.

D. D. Georgius Lyppay Archiepiscopus Strigoniensis, qui ad Altare S. Antonij de Paduâ celebravit.

D. D. Georgius Szelepczeni Archiepiscopus C Colocensis, & Cancellarius Regni Hungariæ; qui in Principe Altari Immaculatæ Conceptionis in Ecclesiâ Majori celebravit.

D. Georgius Szecseio Episcopus Jaurinensis, & Ordinarius solemne Sacrum ad Altare majus cantavit.

D. Thomas Palfi ab Erdod Episcopus Vaciensis, & Præpositus Posoniensis, qui ad Altare S. Stephani Regis solemne Sacrum cantavit.

D. Joannes Thuanus Episcopus Neopolitanus, qui ad Aram B. Virginis Annunciatæ in Æde Lauretanâ solemne Sacrum cantavit.

D. Marchetti Abbas Residens Viennensis Se- D renissimi Magni Ducis Etruriæ.

D. Petrus Jurievicz Episcopus Sirmiensis.

D. Franciscus Szentgiorgij Episcopus Transylvanus.

D. Joannes Hedervari Episcopus Scopiensis.

D. Franciscus Folnay Episcopus Szamandriensis.

D. Matthæus Szent Tamasy Episcopus Corbaviensis, & Præpositus B. Michaelis Archangeli de Chornâ.

D. Martinus Bozkovicz Generalis Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ.

D. Rupertus Neopolitanus Prælatus Ordinis Cistercientium cum suis Religiosis ex Austriâ.

Gaspar

Gaſpar Jangelinus Abbas in Ayſerſtal Hiſtoriographus Regni Hungariæ.
P. Ordinis Ciſtercien. ex Auſtriâ ad S. Crucem.
P. Societatis Jeſu Domûs Profeſsæ Viennenſis Auſtriæ.
P. Societatis Jeſu Paſomienſis Hungariæ.
P. Collegij Societatis Jeſu Sopronienſis Hungariæ.
P. Reſidentiæ Comaromien. Societatis Jeſu Hungariæ.
P. Auguſtiniani Viennenſes Auſtriæ.
P. Auguſtiniani Græccienſes Styriæ.
P. S. Paull primi Eremitæ Neapolitan. Auſtriæ.
P. S. Pauli primi Eremitæ Bondoſenſes Hungariæ.
P. Dominicani Sabarienſes Hungariæ.
P. Franciſcani Sopronienſes Hungariæ.
P. Franciſcani Kiſmarſonienſes Hungariæ.
P. Minoritæ Vimpainenſes Hungariæ.
P. Minoritæ Viennenſes Auſtriæ.
P. Capuccini Neapolitan. Auſtriæ.
P. Capuccini Medlingenſes Auſtriæ.
P. Servitæ Viennenſes Auſtriæ, & Langeggenſes.
Præterea Parochi cum Proceſsionibus, uti infra patebit in Ordine Proceſſionum.

Seculares Domini Magnates.

D. Comes Georgius Erdeodi de Magyoro Kerok perpetuus Montis Claudij, ac Comitatus Varadinenſis ſupremus Comes, Cubiculariorum Regalium per Hungar. Magiſter. Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Cōſiliarius, Camerarius, &c.
D. Comes Paulus Eſterhaſy de Galanthâ, perpetuus de Frakno, Comitatus Sopronienſis ſupremus Comes, S. C. Regiæque Maieſtatis Conſiliarius, Camerarius, ac Præſidii Papenſis ſupremus Capitaneus.
D. Comes Georgius Illieshazy de Bado, perpetuus à Threnczin Comitatûs Lyptovienſis ſupremus, ac perpetuus Comes, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Maieſtatis Conſiliarius, & Camerarius.
D. Comes Ernetus de Merode Thian, ac VVorvâ S.R.M.Catholicæ Hiſpaniæ Conſiliarius, Bellicus Gubernator Valentinianus, & Ordinis S. Jacobi Eques, & Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Conſiliarius, & Camerarius.
D. Comes Franciſcus Erneſtus à Paar Matchio in Aureo Monte, S. Jacobi Eques, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Camerarius.
D. Comes Franciſcus Chiakl, perpetuus Terræ Sepuſienſis, Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Camerarius.
D. Comes Senior Cauriani Auguſtiſsimæ Imperatricis Eleonoræ Præfectus.
D. Comes Junior Cauriani Filius.
D. Stephanus Zichi de Zichuyfaiu, perpetuus in Vatonky S. C. Regiæque Majeſtatis

E Cameræ Hungaricæ Poſonlen. Præſes, & Conſiliarius.
D. Adamus Ciraki de Dienesfalvâ Sacræ Cæſareæ, Regiæque Majeſtatis Conſiliarius, & Tabulæ Judiciariæ Baro.
D. Comes Petrus Cſaxi de Cſak &c.
D. Sigiſmundus de Megyet, perpetuus de Szeplak, & Kroman &c.
D. Georgius Lippai de Zombor, Eques Auratus.
D. Michael Eſterhaſy de Galanthâ Eques Auratus.
D. Gaſpar Seornis.
Legatus Principis Paugozis, & Vice Generalis Præſidiorum Caniſæ oppoſitorum.
F Ingens præterea multitudo aliorum, tum Nobilium, tum Ignobilium ex Germaniâ, & Hungariâ ad viginti millia uſque progreſſa.

Ordo Proceſſionum.

Vienna Auſtriæ cum R.R. P.P. Ordinis Servorum B. V. cum Tubis, & Tympanis.
Poſonia Hungariæ cum D. Præpoſito Poſonien., Capitulo, & Patribus Societatis, ibidem cum Tubis, & Tympanis.
Neoſtadio Auſtriæ cum duobus Capitularibus, Ciſtercienſibus, Paulinis, & Capuccinis.
Sopronio Hungariæ cum Parocho, Patribus Societatis, & Franciſcanis.
Kiſmartonio Hungariæ cum Parocho, & Patribus Franciſcanis.
Ex Szaybersdorff Auſtriæ
G Ex Scaferſdorff Hungariæ.
Ex Horſau Auſtriæ.
Ex Pittermansdorff Auſtriæ.
Ex Perſenied Hungariæ.
Ex Majori Heſlain Hungariæ.
Ex Minori Heſlain Hungariæ.
Ex Szillental Hung.
Ex S. Margarethâ Hung.
Ex Au Hungariæ.
Ex Szarazuan Hung.] cum Parocho
Ex S. Georgio Hung.
Ex Oppido Horenſtein Hung.
Ex Stimkenbrun Hung.
Ex Oppido Manersdorff Hung.
Ex Transdorff Hung.
Ex Ferlregyphou Hung.
H Ex Sierez Hung.
Ex Piſeiſdorff Hung.
Ex Somerain Hung.
Ex Poderſdorff Hung.
Ex Podersdorff Auſtriæ.
Ex Raiſenbergh Auſtriæ.
Ex Rauchenbalt Auſtriæ.
Ex Oppido Potteusfein Auſtriæ.
Ex Saibliczkirchen Styriæ.
Ex Grillenberg Styriæ.
Ex Laſcenburg. Auſtriæ.
Ex Hidegſeg. Hungariæ
Ex Totmaſſerin Hungariæ.
Ex Oppido Gepregh Hung.
Ex Oppido Sacnat Hung.

Ex Oppido Leapnat Hung.
Ex Oppido Lonò Hung.
Ex Oppido Leukâ Hung.
Ex Pago Ramocz Hung.
Ex Kenesd Hung.
Ex Pereſtogh Hung.
Ex Oppido Nagy Matton Hung.
Ex Oppido S. Crucis Hung.
Ex Oppido Dercezk Hung.
Ex Edelcz Auſtriæ.
Ex Oppido Achſpan Auſtriæ.
Ex Creber Auſtriæ.
Ex Uſzlop Hung.
Ex Noff Hung.] cum Parocho.
Ex Oppido Balkerſdorff Auſtriæ.
Ex Oppido Ebersdorff Auſtriæ.
Ex Oppido Poſtendorff Auſtriæ
Ex Schranabald Auſtriæ.
Ex Mittendorff Auſtriæ
Ex Edlor Auſtriæ.
Ex Lever Styriæ.
Ex Schenun Auſtriæ.
Ex Tricbsbinchi Auſtriæ.

Sub hac ſolemnitate etiam Sacramentum Confirmationis receperunt Perſonæ numero 662.

Numerus Peregrinantium intra hanc Octavam extendit ſe ultra 20000. Animarum.

Converſæ ſunt Animæ numero 4.

Hoc eodem anno vertente Reverendiſsimus P. Calliſtus Puccinelli Prior Generalis cùm Oeniponti moraretur ſatis amplas, atque honorificas bonorum ſpiritualium noſtri Ordinis participationis Literas patentes expedivit, easque tranſmiſit Reverendiſſimo P. D. Valentino Abbati, ac ſucceſſoribus, Patribusque, ac Religioſis tùm præſentibus, tùm futuris inſignis Monaſterij Mellicenſis, nempe beneficijs inſignibus ductus, quibus prælaudati Patres Mellicenſes duo noſtra Monaſteria, nempe Bellicocenſe, atque Langeggenſe perpetuò proſequuntur copioſas annuas eleemoſynas, aliaque munera Eccleſijs Noſtris, ac præfatis Monaſterijs elargientes, & quòd noſtram Magis magisque gratitudinem impellunt, illud ſanè eſt, quod idem beneficentiſſimi Patres Mellicenſes de tali meritorum noſtrorum participatione in eorum Chronicon parte IX. num. CIV., quaſi de glorioſiſſimo munere triumphum agunt. Quare, ut magis magisque reciproci amoris, ac benevolentiæ pignus inter nos æternum maneat, non abs re factum exiſtimavimus, ſi de verbo ad verbum præfatæ participationis bonorum Literæ hic apponantur tenoris, ut ſequitur.

P. Generalis Literas Participationis bonorum ſpiritualium PP. Mellicēſibus expedit Oenip.

Frater Calliſtus Puccinelli Lucenſis Sac. Theol. Doctor, ac totius Ordinis Servor. B.M.V. ſub Regulâ S. Auguſtini Prior Gener.

Dilectiſſimis Nobis in Chriſto Reverendiſſimo, ampliſſimo, ac Doctiſſimo P. D. Valentino Abbati, & Reverendiſſimis Succeſſoribus, Venerabili, celeberrimo, ac antiquiſſimo Cœnobio Mellicenſi, Priori Conventûs Admo-
A *dum Reverendo, unà cum multùm Reverendis Patribus, ac Religioſis Fratribus præſentibus, futuris, ſalutem.*

Mirâ ſanè providentiâ, Deus Optimus Maximus in Eccleſiâ ſuâ diverſos ad obſequium ſuum Hominum ſtatus inſtituit, quorum alter præciſâ temporalitatum ſollicitudine ſtaret in Domo Domini, & in atrijs Domûs Dei præcipuè ſine excubaret, ac etiam cum Magdalenâ ad pedes Domini jugiter conſideret, atque ſuo, aliorumque bono, ac ſaluti arctiùs Altiſſimo famularetur. Alter verò curam rerum temporalium ſuſtineret, quæ illi temporalis Vitæ ſubſidia ſuppeditaret, & velut Martha Magdalenam piâ beneficentiâ, charitateque foveret. Quam pridem piorum Fidelium beneficentiam cum Noſtra
B *ſancta Religio ad peculiare obſequium Beatæ, ac Doloroſæ Virginis Mariæ Majeſtati famulans affatim experiatur, ac opportuniùs Religioſos Noſtros inde proviſa ſuſtentet, & commodiùs ad Religioſæ vocationis munera applicet, ut propterea gratitudinis obligatione devincta ſpiritualium religioſorumque beneficiorum retributione liberalitatem ſuam, prout ab antiquo ſolita eſt, pari viciſſim charitate meritò eiſdem reponere debeat, atque inter cæteras Admodum Reverendas Paternitates Veſtras, quas in Noſtræ Religionis bonum, ac proſperitatem ſingulariter, optimeque affectas, propenſas, ac beneficas ſentiamus. Hinc Nos reciprocam charitatis affectum, & quantum in Nobis eſt ſpiritualem theſaurum libenter pandentes de Omni-*
C *potentis Dei miſericordiâ, & ejuſdem Genitricis Sacratiſſimæ, necnon BB. Patrum Noſtrorum Auguſtini, Philippi, aliorumque Sanctorum meritis, & interceſſione confidentes in acceptorum beneficiorum vicem participes reddimus omnium Sacrificiorum, vigiliarum, orationum, jejuniorum, corporis macerationum, & quorumcunque bonorum operum, quæ, operante Dei gratiâ, die, noctuque verſus Deum, & Proximos exercentur in toto Sacro Ordine Servitano, neque ſolùm, dum ſuperſtites fuerint, verùm etiam poſt obitum, quorum omnium pro Defunctis fieri ſolitorum ſuffragiorum, non minus, quàm alia Religionis membra participes declaramus in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti. In quorum fidem &c.*
D *Datum in Conventu Noſtro Oenipontano die VIII. Menſis Junij Anno MDCLIX.*

Fr. Calliſtus Generalis Serv. B.M.V.

Fr. Ludovicus Fabonelt Secret.

Reg. lib. VIII. f. 2.

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

1 *Singula hoc cap. contenta refert P. Aug. Romer lib. 10. cap. 19. & ſeqq.*
2 *Ex Chron. PP. Mellicenſium.*

Sororis Hyacinthæ Ansidei, & aliorum Virorum Illustrium obitus.

C A P. X.

Lucæ in Etruriâ Sorores Tertij Ordinis Vitam in communi ducere incipiunt.

CUM hæc in Hungariâ tantâ celebritate agerentur, Lucæ quoque in Etruriâ Beatissimæ Virginis doloribus transfixæ, & Sacri ejus Habitûs cultum non mediocri studio promovere nituntur Tertij Ordinis nostri Sorores, quæ plusquam viginti, quæ sanctissimè dirigente P. M. Josepho Vannio .t. Lucensi Viro integerrimo, & Regulari Disciplinæ addictissimo, domesticis commodis abdicatis, Habitum Tertij Ordinis jampridem solemniter Indutæ, ac perpetuò gestantes in Domo quadam proprijs sumptibus comparatâ, Religiosam Vitam in communi ducere cœperunt, Oratorio primùm privato instituto, progressu verò temporis erecta, & publicè exposita parvâ Ecclesiâ sub auspicijs, ac Titulo B. Julianæ Falconeriæ, in quâ unus è Servitis in earum Correctorem à Definitorio Provinciæ electus sacramenta ijsdem ministrat, & Divina celebrat mysteria. Perusij verò altera è Sororibus .2. ejusdem Ordinis nomine Hyacintha Ansidei Religiosissimæ vitæ à se fideliter initæ in obsequium Dei, ac Deiparæ coronam in æternitate die 25. Augusti hoc anno consequitur, æternitati proinde apud Posteros consecranda. Hyacintha anno 1601. die 7. Februarij feriâ 4. horâ circiter nonâ Perusij nata ex illustri, & antiquissimo Genere de Ansideis, Patre quidem Marco Antonio Ansidei in Universitate Parisinâ Juris utriusque laureâ ornato, & eruditione præstantissimo, qui deinde Clementis VIII. Summi Pontificis intimus Cubicularius fuit, & plures pro Patriâ Legationes obivit, necnon in Ecclesiasticâ Ditione regendis Populis pluries fuit præfectus, summam vitæ integritatem cum pari prudentiâ coniungens, prout clarissimi sui Generis magnitudo postulabat. Matre verò Sigismundâ de Signorellis nobilissimâ, & piissimâ Matronâ, ab ipsis Sanctissimè educata profectò fuit. Verùm adhuc adolescens, utpotè ingenij alacritate præstans poesi valde, & profanorum librorum lectione delectabatur, minùs proinde, quàm par esset, pietati addicta. Quartum decimum ætatis annum agens humore quodam laborare cœpit, quod è capite profluens dexterum oculum infecerat non sine magno doloris, & sollicitudinis sensu, quòd ipsa seriò animadvertens sibi sapienter persuasit hac ratione de Sanctiori vitæ genere capessendo divinitùs edoceri, puerilibus præfatis studiis, & omnibus seculi vanitatibus vale dicere decrevit, si visum recepisset. Visum utique recepit, sed quòd ad vomitum infidelis redierat, ipsam Deus graviori capitis infirmitate urgere vehementiùs cœpit, quo meliùs edocta præfatum consilium seculi vanitates, & puerilia quæque dimittendi longè firmiùs iteravit, quin etiam Religiosum Habitum induere, & in Cœnobio Monialium Capuccinarum, quæ anno 1556. in eâ Civitate sedem sibi fixerant, vitam ducere decrevit. Votis ejus annuerunt quidem Moniales unanimi consensu ad ipsam in consortium excipiendam paratissimæ; verùm Deo aliter disponente, & Hyacintham aliò dirigente, eâdem infirmitate tertiò laborans prædicta Religiosæ Vitæ consilia opere implere non potuit, maximè verò quòd alia adhuc ipsi accessere adversa, nam obeuntibus tribus ejus Sororibus sanctitate morum conspicuis Monialibus Capuccinis, necnon ejus Patre Marco Antonio, & altero è Fratribus Scipione Equite Hierosolymitano, superstite tantùm Domi altero Fratre Joanne Vincentio, fermè desolata remansit, non ideò tamen animum despondit, quin potiùs in studio perfectionis assequendæ constantior, anno circiter 1637. Habitum Tertij Ordinis nostri in Ecclesiâ S. Mariæ Novæ de Perusio induit P. M. Thomæ Angelini Romani ibidem tunc studiorum Regentis vigili curæ innixa, quam cæteroqui primum dirigendam susceperat P. Joannes Nicolaus Leonsi Presbyter Oratorij D. Philippi Nerij Dei gloriæ, & alienæ salutis promovendæ studiosissimus; eo verò vitâ defuncto D. Jacobus de Oddis Perusinæ Cathedralis Archidiaconus, è cujus monumentis plurima hîc recensenda deprompsi, quæ modò de verbo ad verbum, ut major dicendis accedat authoritas, transcribere decrevi ab Italico idiomate ad latinum translata: Hæc igitur Jacobus: *Soror Hyacinta Ansidei Tertij Ordinis Servorum B. V. Monialis, perfectissimum Virtutum omnium exemplar, postquam Cellulas proprijs sumptibus constructas undecim annis, & ampliùs coluerat (scilicet apud Cœnobium Capuccinarum S. Claræ ad Portam S. Susannæ Perusij, quò se anno 1648. receperat in Conversarum consortium) eâ humilitate, suíque demissione, solitudine, & omnium ædificatione, quam nemo non noverat, non eam nisi charitate ductu aliorum relevandis calamitatibus videbat, speciali munere ad hujusmodi charitatis officia obeunda divinitùs ornata, afflictis quibusque proinde solatium, & opem mirificè ferens, operibus quoque manuum vacabat, prout visûs infirmitas patiebatur, quâ sibi vetitum erat legere, & officium recitare. Cibi, potûsque parcissima, vinum aquâ maximè dilutum, & dapes cineri, & absynthio mixtas, mortificationi jugiter intenta, semper sumebat, unam cum alterâ confundendo, si quando plures fuissent. Septem horas quotidie orationi diù, noctúque incumbebat; quamvis pluribus infirmitatibus laboraret, nunquam tamen conquestam vel mutmùm ipsam fuisse aliquis advertit, immo cùm sibi videretur perhumaniter secum agere omnes, dicere consueverat, se tanquam Reginam haberi, verita proinde, ne Deus in futuro seculo puniendam decrevisset, quam in præsenti nullâ premebat adversitate, sed omni prosperitatem*

Adhuc adolescens Poesi delectatur.

In oculo semel, & iterum vexata Habitû Capuccinarum induere decernit.

Votis ejus non annuens Deus Habitû Sororũ Tertij Ordinis nostri induit.

Ejus abstinentia cũ mortificatione coniuncta, & patientiâ.

tatum genere cumulabat; adeò raræ, ejusque pretij Hyacinthæ Dotes erant, ut jure optimo vitæ illius scribenda esset historia; nil igitur

Prædicit ob symptomata sibi familiaria non morituram.

illud dicere juvat, quia nunquam à dicendo cessarem. Quibus tamen hæc addit: *Prædixit (Hyacintha) minimè futurum fuisse, quod plurimi verebantur, ob Symptomata sibi plerunque familiaria moriendum esse. Febri tandem correpta, & acerbissimis affecta doloribus viginti quinque dies, quos invictâ æquanimitate tulit unà cum cibo, & medicamentis, quæ prompto semper animo, obedientiæ duntaxat titulo, cæteroqui reluctante stomacho accepit; die verò*

Ejus felix obitus.

25. Augusti anno 1659. circa undecimam horam summâ animi tranquillitate annis 58. Mensibus sex, & diebus 18. exactis spiritum Deo reddidit, quo tempore Moniales ipsi juvandæ Sacrâ Eucharistiâ reficiebantur. Ejus corpus in Ec- B *clesiâ publicè expositum mansit ad decimam, & octavam usque sequentis diei horam, ut Populo satisfieret, qui frequentissimus eò confluxit, & tanquam sanctam prædicabat, præseferebat enim quasi Angeli speciem, quæ longè pulchrior evaserat, quàm antea, dum viveret, fuerat. Superpositi pluries ipsi fuere flores, ac repetita capitis corona, quoniam certatim omnes eos exinde venerationis ergo sibi comparare studuerunt, necnon Coronam prædictam. Cingulum, ac totam ferè chlamydem reconditum fuit corpus in Arcâ diligenter conclusâ, unà cum ejus monumentis plumbeæ urculæ inclusis, & in sepulcro pro Conversis exterius designato tumulatum.* Hactenus Archidiaconus prædictus.

Ejus sanctitatis opinione frequentissimus Populus ad Eccl. confluit, & flores et superimpositos certatim sibi comparare studet.

Sororis Hieron. Pagliarini Monialis Capuccinæ attestatio de virtutibus, & vita Sanctitate Sororis Hyacinthæ Anfidei.

Consonat Jacobo Soror Hieronyma Pagliarini Monialis Capuccina præ integritate vitæ, & prudentiâ maximo habita in pretio, quæ pluries Magistra, Vicaria, & Præfecta in eo Cœnobio fuerat, superstite Sorore Hyacinthâ inter Conversas, ut diximus, quæ octuagesimum tertium ætatis annum, & in Ordine sexagesimum tertium agens die 21. C Aprilis anno 1662. deinceps postquam diem obitus Hyacinthæ descripserat propriâ manu hæc de Famulâ Dei scripsit, ab italico pariter idiomate ad latinum translata. *Maxima humilitate commota anno 1648. die 12. Junij vitam ducere nobiscum cœpit Conversarum exterius præeligens consortium, ac undecim annos, & ampliùs consuetudinem vivendi sanctiorem, quàm si Capuccina fuisset, perpetuò servavit,* D *novo paupertatis voto sese obstringens. Mortificationi, suique contemptui adeò semper intenta vixit, ut explicari paucis non possit. Omnibus obediens erat, & veluti vermis sese omnibus humiliabat, nihil unquam recusans. Quatuor, & quinque horas noctu in Oratione protrahebat, interdiu verò alia adhuc exercitia spiritualia adhibebat, & ab operibus manuum non abstinebat. Nemo unquam otiosam vidit. Instrumenta cædendo corpori accommodata vulgò* disciplinæ *è funibus nodosis, catenulis, & hisce similibus contexebat, ex quo nil aliud proprijs manibus præstare sibi liceret, utpotè oculorum usu fermè destituta. Abstinentia Cibi, & potûs erat planè mirabilis. Quandiù Conversarum consorti-* A *um adhibuit, è quibus aliquæ plerunque rudes, inurbanæ, ineptæ, & agrestes erant, conquestam ipsam fuisse nemo unquam advertit. Ego verò conditionis disparitatem Fœminarum hujusmodi cum Sorore Hyacinthâ animadvertens ab ipsâ, quæ mihi plurimùm credebat, & Matris nomine me compellabat, quàm sæpissimè petebam, quomodo se res haberent, ipsa tamen respondere semper consueverat, quòd ipsam Sorores illæ venerabantur, & veluti Reginam habebant, eas commendabat, vindicabat, diligebat, ipsisque tanquam Angelis inserviebat. Mihi mens non est admirabiles Sororis hujus virtutes recensere: Filia erat Spiritualis P. Joannis Nicolai Ecclesiæ Novæ Præp.sitis, quo defuncto à nutu pendebat Domini Archidiaconi de* B *Oddis, qui collationes cum ipsâ frequentissimè habebat, spirituali ad invicem inita ipsis necessitudine.* Deinde verò nonnullis interpositis subdit prædicta Soror Hieronyma quoad infirmitatem, quam sequuta fuit mors die 25. Augusti anno 16,9 *Hæc symptomatibus quibusdam obnoxia erat, quocirca verebamur omnes, ne quando vita fungeretur, quin ullus adverteret, ipsa verò prophetico spiritu sic dubitantibus, dixit, solicitos de hac re ipsos minimè esse debere, quoniam symptomata hæc futura non erant suæ mortis incausâ, ac dicti veritatem rei comprobavit eventus, obijt enim convulsionibus uterinis, & febri pestiferâ affectu 25. diebus admirabili æquanimitate, Divinæque voluntatis conformitate in ægritudine transactis, obe-*

Felix ejus obitus.

C *dientiæ tamen titulo Medicamina quæcunque excepit. Die tandem prædictâ 25. Augusti D. Bartholomæo Apostolo Sacrâ circa undecimam horam, quâ Eucharistico pane reficiebamur, de ipsâ juvandâ solicitæ, spiritum Deo reddidit, assistentibus Vicario Generali Jacobo de Oddis Archidiacono, & P. Joanne Baptistâ Bonapace è Societate Jesu ejus Nepote. Insepultum mansit Hyacinthæ corpus ad decimam, & octavam usque sequentis diei horam, in Ecclesiâ exteriori, quò adeò frequens confluxerat Populus, ut Ecclesia, & locus ipsi contiguus eicapiendo pares non essent, quapropter Musici Cantores exequijs celebrandis designati ad portam consistere coacti fuere. Chlamydem ferè totam abripuere; Sertum capitis ex floribus contextum renovan-* D *dum fuit, quòd eos certatim raperent, tum è grege homines, tum Viri nobilitate clarissimi, sanctam elatis vocibus prædicabant plures, plures adhuc tanquam Spiritum Beatitudine donatum invocabant, & pluribus cumulati fuere gratijs, quas modò referre non vacat. Tumulatum deinde fuit Venerandum ejus corpus in exteriori prædictâ Ecclesiâ, ubi tumulari solent Sorores Conversæ, & in Arcâ reconditum, quam faciendam curaverat Joannes Vincentius ejus Frater Germanus, duabus clavibus obseratâ apud Præfectam Cœnobij decenter servandis. Appositâ plumbeâ arculâ, in quâ inclusa fuerat relatio rerum omnium prædictarum diligenter exarata ab Officiali quadam ejusdem Cœnobij co-*

Honorificè tumulatur.

ram Præfectâ, & Matribus Discretis, arculâ deinde Sigillo obsignatâ, & filo ferreo circumligatâ. Hac Posterorum memoriæ demandantur ad Dei gloriam, & Successorum consolationem. Hactenus Soror Hieronyma. Quibus pro coronide addere libet mirandam nemini esse tantam Populi frequentiam in habendis Sorori nostræ exequiis, quandoquidem non modò Perusina Civitas, verùm etiam Exteri, & quidem claritate generis, & dignitate præstantissimi, tum Seculari, tum Ecclesiasticâ speciali ipsam veneratione prosequebantur adhuc superstitem, quam invisere in propriâ Cellulâ grave nō fuit Serenissimæ Sorori Mariæ de Sabaudiâ Tertij Ordinis S. Francisci Moniali, quæ Sororis Hyacinthæ modestiam, & humilitatem singularem admirabunda prædicabat.

In maximo pretio habetur

Hoc eodem anno die 12. Februarij Barchinone 57. annum agens obijt 13. omni veneratione dignus P. M. Melchior Brughera Barchinonensis celeberrimus Concionator, qui plura manuscripta ingenij sui monumenta reliquit, nostram illam Provinciam bis administravit, zelo religionis, & disciplinæ segularis excellens, Ordinis nostri incremento addictissimus, Cœnobium à fundamentis erigendum curavit S. Martini *de Bagnoles*. Orationi plurimùm vacabat, abstinentiâ maximè delectabatur, quàm frequentissimè asperrimo cilicio, & varijs catenulis ad brachia, ad tibias adhibitis, macerare corpus nitebatur, præsertim verò ferijs 2. 4., & 6., reliquis autem hebdomadæ diebus cilicium quoddam adhibebat scapularis ad instar formatum, pectori & humeros incumbens, fermento demum innixus, & Crucem pectori adhærentem complexus somno vix indulgebat, cui proinde sanctitate vitæ conspicuo non fine magnâ Lachrymarum vi Barchinonenses omnes communiter parentarunt. Item Venetijs, quò novam Eremum in ijs Regionibus excitaturus adierat, 77. ætatis, Ereminticæ verò vitæ annum 45. agens die 31. Octobris moritur in Cœnobio S. M. Servorum 4. P. Joannes Baptista Florentinus Senasij Montis Eremita, miniariâ arte celeberrimus, qui plurima suæ peritiæ monimenta, potissimùm verò Sacras Imagines D. Virginis ab Angelo salutatæ, cujus Imago Florentiæ toti Mundo celeberrima in Ecclesiâ nostrâ adoratur, æternitati verè pingens reliquit, summo studio, summoque pretio ab omnibus, etiam Viris Principibus, collecta, præsertim verò in Musæo famâ notissimo Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, ob quatuor ex hisce Tabulis maximo habitis lo pretio asservantur, ejusque Imago inter Viros illustres elegantissimè ibidem coloribus expressos delineata conspicitur, ex quo potissimùm constat Viri hujus in arte prædictâ celebritas, neque enim adeò obvium est apud Florentinos præsertim, & Serenissimos illos Principes, emunctos quidem naribus, tanti nominis amplitudinem, & decus sibi comparare. Prætereà in S. Eremo 5. S. Georgij in Diœcesi Sarzanensi die 8. Aprilis feriâ 3. Majoris Hebdomadæ plenus dierum obiit 86. æratis annum agens, religionis verò 55. apoplexiâ correptus P. Jo. Maria ejusdem Eremi Fundator, de quo satis ad annum 1627. Item Bononiæ in Conventu S. Josephi moritur hoc anno Hippolythus Bazzani 6. doctrinæ præstantiâ, & integritate vitæ conspicuus, de Ordine nostro optimè meritus, sive cùm Procuratorem Generalem in Romanâ Curiâ agebat, sive cùm Generalem Præfecturam totius Ordinis administravit. Denique Faventiæ 7. Moritur 9. Kalendas Aprilis Octavianus Salvioni Benefactor eximius, & Institutor publicæ Lecturæ de S. Theologiâ pro Servitis, prout patet ex ejus testamento, & inscriptione à Patribus illius Cœnobij eius Imagini in Sacristiâ appositâ in perenne grati animi testimonium, scilicet.

Melchior Brughera Vir illustris moritur

P. Jo. Bapt. Eremita in arte miniariâ excellens moritur.

P. Joan. Maria Fundator Eremi S. Georgij obit.

P. M. Hippol. Bazzani Vir illustris moritur.

D. Salvioni Benef. moritur.

D. Octavio Salviano Faventino
Benefactori
Publicæque pro Servitis Lecturæ
Institutori
Obijt Nono Kal. Aprilis 1659.

Hoc eodem anno 8. è Burano Venetias translatæ suere Moniales Ordinis nostri, vulgò dictæ *Cappuccine*, quarum antesignana fuerat Soror Adriana, seu M. Benedicta Rossi Veneta, de quâ fusiùs ad annum 1648. Fundatrix autem fuit Soror M. Innocentia Contarina adhibitis, & in sui consortium admissis 14. Virginibus, alijs Venetijs, è Burano alijs, ibique sanctissimum vivendi genus instituere statim cœperunt, quod insusitato tenore deinceps ad hæc usque tempora non mediocri celebritate prosequuntur. Locus hic pro animabus in Purgatorio detentis erectus Sorore M. Benedictâ consulente, prout fusiùs narravimus ad annum 1648., dicitur *S. Mariæ de Planctu*. Quæ sanè patent præ foribus hisce verbis expressa.

D. O. M.
Comploranti Deiparæ
Publico voto Templum
Ut pijs Fidelium manibus
Pro Reipublicæ incolumitate litetūr
Anno MDCLVIII.
Joanne Pisauro Venetiarū Principe.

Pro Coronide translationis hujus addere libet, quòd & amorem præcipuum Reipublicæ erga Ordinis Nostri Moniales demonstrat, & earumdem gratitudinem erga Serenissimam Rempublicam in æternum fovebit; cùm etenim pro salute publica ipsæmet quotidie

ridie Divinæ Majestati preces offerant, glorioso nomine Filiarum Reipublicæ Serenissimus Dux eas identidem appellat. A

Sororis Mariæ Victoriæ Angelini gesta, & mors pretiosa.

Præsenti quoque Anno, ac die 19. Augusti caducam hanc cum immortali vitâ Romæ commutavit Venerabilis Nostri Tertij Ordinis Soror Maria Victoria Angelini, Virgo verè admiranda, utpotè quæ multarum Virtutum splendore coruscavit. Nata Perusij die 3. Februarij Ann. 1590. ex honestis Parentibus Sacro Fonte abluta Merinda vocata fuit, & insignis notæ Patrinos consecuta, nempe Eminentissimum Principem Cardinalem Sarnano, ac Excellentissimam Dominam Dominicam Cæsarini, quæ ijs diebus Perusij diversabatur. Admirabilis fuit nedum ejus Juventus, sed & ipsa Infantia, quippequæ nondum quinquennis qualibet feriâ 6. Passionem Dominicam amarissimis deflebat lachrymis, ac nocturnam quietem nonnisi super nudam humum suo corpori dabat. Grandior facta in amore Dei magis magisque semper exarsit, varijsque tam Beatissimæ Virginis cum suo Filio Jesu, quam aliorum Sanctorum apparitionibus sæpè consolata, Dæmonum horrendas tentationes, ac molestias gravissimas jugiter patiebatur. At illa semper invicta jejunijs, Orationibus, Vigilijs, varijsque pœnarum generibus sibi voluntariè inflictis, sed præcipuè humilitatis, obedientiæ, ac fortissimis Divini Amoris Armis induta gloriosum de Sathanâ triumphum identidem reportabat. Prophetiæ dono illustris tàm Romæ, ubi diù diversata fuit, quàm alibi, multa prædixit ad Proximorum utilitatem nedum spiritualem, sed temporalem etiam proficua. Ejus constantia in perferendis gravioribus iniurijs, ac sæpè repetitis contradictionibus mirabiliter enituit, adeout ejus famâ sanctitatis longè, latèque diffusâ ad eam invisendam quamplurimi insignis Notæ Viri, ac Mulieres, dum Romæ moraretur, accurrerent, inter quos Eminentissimus Princeps Cardinalis Fridericus Borromeus ejus humilitatem, prudentiam, ac in rebus mysticis experientiam longo cum eadem sermone protracto, non sine admiratione didicit. Ipsâ Beatissimâ Virgine nedum sæpius hortante, sed etiam mirabili quadam visione præcipiente Habitu Tertij Ordinis Servorum B.M. Virginis induta est, ac deinceps multis revelationibus, & cœlestibus favoribus illustrata fuit. Charitate erga Proximum fragrans nulli indigenti re, consilio, ac Orationibus unquam defuit, pluribusque Infirmis, non sine miraculo sanitatem restituit, multisque à viâ salutis aberrantibus, efficacibus hortationibus, ac voluntarijs pro iisdem assumptis sui Corporis cruciatibus, contritissimam promeruit conversionem. Orationis studio addicta noctes integras in eâ absumebat, & infra Annum ab omnium conversatione seiuncta, per plures hebdomadas Exercitia spiritualia D. B Ignatii Mariæ doloribus valdè compatiens sæpius repetebat. Demum Virtutibus omnibus ornata, ac plurimis cumulata meritis prædicto suæ mortis die feriâ 6. infra Octavam Assumptionis B.M. Virginis post brevem unius diei morbum horâ circiter vigesimâ primâ, quâ Christus in Cruce mortuus est, purissimam animam Deo reddidit. Ejus Corpus ab Anatomistâ repertum fuit in corde quasi lanceâ transverberatum, & in fronte spinâ quadam confixum. Eminentissimus Cardinalis Nicolaus Ludovisius expensas omnes pro funeris C pompâ subministravit. Post mortem non paucis personis apparuit gloriosa, ac diversas gratias quampluribus ejusdem opem implorantibus à Deo impetravit. Ejusdem gesta lato calamo eruditè descripsit Joannes Baptista Pacichelli in ejus vitâ Romæ impressâ anno 1670. expensis Nicolai Angeli Tinassi.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

1 EX *monum. Conv. de Lucâ.*

D 2 *Ex hist. quam de ejus gestis scripsit D. de Oddis.*

3 *Ex monum. Conv. Barchinonen.*

4 *Ex monum. Montis Senarij.*

5 *Ex Monum. ejusdem Eremi S. Georgij.*

6 *Ex Monum. Conv. Serv. Bononiæ, & Ferrariæ.*

7 *Ex monum. Conv. Serv. de Faventiâ.*

8 *Ex monum. illius Monasterij, & ex hist. Sor. M. Benedictæ Rossi ad annum 1648.*

9 *Ex hist. Jo. Baptistæ Pacichelli Romæ impressâ. Ann. 1670.*

F I N I S.

CEN-

CENTURIÆ QUINTÆ SACRORUM ANNALIUM ORDINIS SERVORUM B. MARIÆ VIRGINIS,

AUCTORE

F. ALOYSIO MARIA GARBI FLORENTINO,

Liber Quartus,

CONTINENS AB ANNO MDCLX. USQUE AD MDCLXXII.



Apud Rhegium Lepidi celebratur Dieta Generalis.
C A P. I.



UM grave nimis fortasse esset Comitia Generalia, hoc anno celebranda, habere, quæ cæteroqui anno 1658. habenda erant, ex Indulto Summi Pontificis electi fuere Prior Generalis Callistus Puccinelli, & Procurator Generalis P. M. Carolus Spinola de Neapoli. Itaque idem P. Generalis parcere, quoad fieri poterat, cupiens gravioribus expensis necessariò subeundis, si per singulas Italiæ Provincias celebrata de more fuissent hoc anno earundem Comitia, speciali Sanctitatis Suæ Indulto, & Eminentissimi Protectoris assensu per Literas patentes Romæ datas die 8. Januarij huius anni, celebrandam indixit, die 30. Maij apud Rhegium Lepidi Dietam Generalem, quò convenirent tantummodo Provinciales, Socij, Definitores Generales earundem Provinciarum, necnon Vicarij Generales Insularum adiacentium Corsicæ, & Sardiniæ; ubi proximè sequentia Decreta sancita fuere.

Cap. 1. In Horis Canonicis, & in Missâ semper dicatur Ave Maria, *quæ præcedat:* Domine labia mea aperies, Deus in adiutoriũ, &c. In nomine Patris, & Filij, &c.

Cap. 2. Missa de B. Virgine pro Eminentissimo, & Reverendissimo Card. Protectore, ubique cantetur, sed à feria IV. ad Sabbathum A *cujuslibet hebdomadæ, quando aliquo Festo duplici non fuerit impeditum, transferatur, & Vigiliæ B. M. V. in omnibus Conventibus recitentur statuto tempore, prout præscribitur in libello nostræ Religionis.*

Cap. 3. In Exercitijs spiritualibus recolendi Dolores B. V. ubique servetur ritus, & methodus antiqua, considerando, & incipiendo Dolores B. V. à Circumcisione D. N. Jesu Christi, B *& ubique rejiciantur, & rescindatur quæque alia methodus, ne ab instituto Ecclesiæ recedatur, & ad hoc, ut tota Religio sit conformis; & in qualibet Nostri Ordinis Ecclesiâ fiat singulis mensibus Processio die Dominico juxta Locorum consuetudinem in memoriam, & honorem dolorum B. V., pro quibus etiam singulis annis fiat ubi-* C *que Processio generalis in Dominicâ Passionis, si fieri potest, alioquin Provinciales decernant, prout videbitur eis expedire pro Locorum commoditate. Similiter in nostris Ecclesijs sit Imago B.V. Dolorosæ cum septem gladijs in pectore, in symbolum septem Dolorum ejusdem.*

Cap. 4. Post Litanias ubique Locorum dicatur collecta, Pietate tuâ, *prout in Constitu-* D *tione præcipitur: quando recitatur Divinum Officium accendantur semper ad Altare Majus duo lumina ex cerâ, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Oleum Sanctum ubique decenti ornatu conserventur.*

Cap. 5. Sacerdotes celebraturi Sacrum accedant ad Altare tecto capite cum amictu, prohibitis omnimodè biretis, prout in Constit. cap. 2.

Cap. 6.

Cap.6. Provinciales diligenter transmittant ad cæteros Provinciales nomina Defunctorum, tam Fratrum, quàm Sororum in suâ Provinciâ, & Prioribus omnibus notificent, à quibus suffragia fiant pro eorum Animabus, ita tamen, ut nomina omnium accuratè in Libro inscribantur, & satisfactio pro quolibet adnotetur, & si Priores negligentes reperti fuerint, à Visitatoribus puniantur, etiam cum privatione Officij.

Cap. 7. Generalis, quando recipitur in Conventibus, ingrediatur Ecclesiam habitu integro, nempe cum vestibus longis, & Cappâ, atque ad Portam Ecclesiæ aquâ benedictâ Fratres aspergat, ante Crucifixi Imaginem paulisper oret, & ipsam osculetur; Interim acceptâ stolâ Fratres canendo Hymnum Te Deum laudamus, *processionaliter ad Altare, ubi asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum incedant, & ibi in loco decenti Generalis genuflexus iterû oret, & in fine tres Orationes dicat, primam de Spiritu Sancto, secundam de B.V., tertiam de B. Philippo; postea ad osculum manus in signum obedientiæ ad Altare maius in Cornu Evangelij sedens Fratres omnes recipiat.*

Cap. 8. Novitij, Juvenes Professi, & Conversi omnes semel saltem in hebdomadâ Sacramentales Confessiones faciant, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumant, ultra dies à Constitutione præscriptos, etiam Dominicis diebus, quando fit Processio Habitus Nostri in memoriam septem Dolorum B V., & in Missâ solemni omnes simul Sanctissimum *recipiant devotè, ac modestè, ut decet Religiosos Viros.*

Cap. 9. Alimenta pro Novitiatu solvantur à Novitijs juxta Locorum consuetudinem si verò aliquis virtute insignis, vel nobilitate clarus ob sui paupertatem alimenta solvere non possit, reijci non debet, sed pro ejusdem alimentis dimidia pars solvatur à Conventu, cujus est Filius, altera verò pars à Conventu, in quo Novitiatum fecit, condonetur, & in manu Generalis super hoc erit judicare, & decernere super prædictis qualitatibus.

Cap. 10 Prior Conventualis nequeat Magistrum Novitiorum in publico, aut in faciem eorundem corrigere, ne deperdant Obedientiam, & respectum erga Magistrum, qui eo tempore, quo fungitur munere Magistri Novitiorum possit interesse inter PP. Discretos illius Conventûs, & si per decem annos id munus probè, & laudabiliter exercuerit, vocem habeat in Capitulo Provinciali, etiamsi non sit Magister.

Cap. 11. Conversi ad Professionem admitti non possint, nisi priùs in vilioribus officijs Monasterij exercitati fuerint, & præcipuè in Ministerio Coquinæ ad minus per annum manserint, qui nullo modo in locis publicis biretum ferre possint, nisi quadragesimum annum excesserint, sub pœnis ad arbitrium Prioris, & Provincialis.

Cap. 12. Antequam ullus ad Ordines recipiendos admittatur, fiat primùm de eo periculum à Provinciali in Visitatione simul cum Consultore, & Examinatore Provinciali, qui fidem juratam faciant de illius sufficientiâ, & ad Generalem A *transmittant ad obtinendas Dimissorias. Similiter nullus ad audiendas Secularium Confessiones admittatur, nisi cum fide juratâ eodem modo Provincialis, atque Examinatoris Provinciæ.*

Cap. 13. Si per Generalem inventi fuerint Juvenes Professi, qui integrum cursum fecerint, tum Logicæ, quàm octo Physicorum, in numero studentium Formalium ascribi poterunt, etiam si vigesimum primum annum non excesserint. Cæteris alijs in Const. præfinitis remanentibus in suo robore. Qui promovendi sunt ad gradus, quando se præsentant ad recitationem punctorû, primò signent se signo Crucis, & dicant: Implorato Divino auxilio.

Cap. 14. Ad prædicandum Dei Verbum nemo in posterum mittatur, nisi periculum de se fecerit per duas Conciones in publico Refectorio B *coram Fratribus, à quibus fidem juratam accipiet de idoneitate.*

In qualibet Nostri Ordinis Ecclesiâ assignetur Prædicator Verbi Dei pro annuali, & Adventus tempore, & Provinciales pro eorum prudentiâ, & arbitrio in Conventibus, in quibus non fuerit in usu, possint eos assignare, & stipendia, & eleemosynas taxare de consensu Patrum ejusdem Conventus, ubi debet de novo prædicari; dum verò Prædicatores extra Conventum, in quo sunt assignati de Familiâ, in munere Prædicationis laborant, vestiarium accipiant à suo Conventu, in quo de Familiâ sunt assignati.

Cap. 15 Superiores Religionis facultatem non habeant dispensandi aliquem à Choro, vel C *à mensâ Communi, nisi ob infirmitatem, vel aliam legitimam causam; prout in Const. cap. 17.*

Cap. 16. Debeant Fratres omnes deferre in Conventibus, & Civitatibus integrum Habitum, & Tunicas sutas à Pectore usque ad Talos, & non apertas, sub pœnâ privationis activæ vocis, & passivæ, & exilij ab illo Conventu per biennium, itinerantes quoque sine Capucio, saltem parvo incedentes eadem pœnâ puniantur.

Cap. 17. Sacerdotes, Juvenes Professi, & Conversi sine licentiâ sui Superioris de Domo exeuntes, etiam prætextu associandi quemlibet privilegiatum à Priore puniantur.

Cap. 18. Priores recipientes Fratres, qui expressam non habuerint licentiam in scriptis à suis Superioribus, habitâ ratione Personarum, D *sint privati ab Officio. Item licentiare, aut removere à suo Conventu, vel ad Provincialem mittere sub quovis prætextu quemlibet de Familiâ non possint sub eadem pœnâ, & ad Provincialem solummodo spectet.*

Cap. 19. Novitij nunquam mittantur in novitiatum, nisi ab aliquo Fratre associentur, &, si fieri potest, idem Ordo servetur circa Juvenes Professos.

Teneantur Fratres omnes in Visitatione PP. Visitatoribus resignare quicquid ad usum possident, & in eorum manibus sproprium facere in scriptis quolibet anno obsignatum, & sigillatum ad hoc, ut in Deposito publico conservetur, sub pœnis ad arbitrium Provincialis.

Cap.20.

Cap. 20. Cùm nomen Socij quoquomodo vilescat, neque exprimat naturam officij, quod exercere tenetur, decreverunt unanimiter PP. omnes congregati, nomen Socij in Consultorem Provinciæ commutandum. Est enim illius munus Provinciali in Visitationibus assistere, eisque secundùm Conscientiam, quod justum fuerit, consulere.

Cap. 21. Non eligantur in Priores Conventuum, etiam non Collegiatorum, nisi qui exercuerint, vel apti fuerint ad exercendum munus Confessarij secularium, quæ aptitudo constet Provinciali oneratâ ejus Conscientiâ, sicuti pariter non possint eligi in Consultores Provinciæ, nisi per aliquot annos idem munus Confessarij secularium administraverint.

Cap. 22. Caveant Priores ne se impliceant directè, nec indirectè in Monasterij Officiis, sed omnibus sint intenti, & nulli particulari officio impliceatur, sub pœnâ privationis eorum Prioratûs. Etsi contingat Priorem in Fabricâ, vel aliâ re sine licentiâ PP. Discretorum illius Conventûs expendere, & excedere summam duorum aureorum, teneatur nedum de proprio solvere, sed etiam sit ipso jure privatus.

Cap. 23. Quique Conventus, etiam non Collegiati eligant duos Revisores, aut saltem unũ, si non sint supra sex vocales, apud quos, seu apud quem teneantur Officiales omnes coram Priore rationem suæ administrationis, antequã illas reddant in publico Refectorio, reddere quolibet Mense, sub pœnâ privationis Officij.

Cap. 24. Apponatur in Constitut. cap. 39. post Provinciam Narbonensem Provincia Hispaniarum, & Provincia Germaniæ, cùm fiat veræ Religionis Provinciæ, & Provinciales eligant.

Cap. 25. Omnes actiones, quæ in Dietis, aut Capitulis Provincialibus fiunt illo anno, declaratur esse, & fuisse unam, & eandem actionem, itaut ex prioritate, aut posterioritate illarum nulla inferatur præcedentia, aut antelatio.

Cap. 26. Novitij Clerici in locis publicis, & Processionibus præcedant Conversos, seu Laicos omnes, etiam Professos.

Cap. 27. Regentes solummodo studiorum majorum habeant vocem in Capitulo suæ Provinciæ, si velint, dummodo in aliâ, in quâ sunt Regentes, non habuerint.

Cap. 28. Conventus, in quibus supra quatuor Vocales non sunt, alij Fratres de Familiâ possint Discretum eligere pro Capitulo Provinciali.

Cap. 29. Ut in nostrâ Religione rerum gestarum, seu memorabilium conservetur memoria ad prosequendam Annalium nostræ Religionis seriem electus, ac deputatus fuit Adm. Rev. P. Mag. Archangelus Amadeus de Bononiâ Provincialis Romandiolæ, & publicus Lector Theologiæ scholasticæ, & in Coadiutorem, seu Cohistoricum simul cum Adm. R.P. Magistro Josepho Maria Ciguardi de Mediolano Lectore publico, ita tamen, ut dictus P. M. Archangelus post mortem P. M. Ciguardi solus, & liberè succedat in eodem munere Historici cum eisdem one-
E *ribus, honoribus, & proventibus, quibus Religionis nostræ Historici gaudere consueverunt, ex Decreto Capituli Generalis 1646.*

Cap. 30. Comediæ, seu repræsentationes in conventibus non fiant, quibus seculares intersint, sub pœnâ privationis utriusque vocis Prioribus.

Cap. 31. Decreverunt etiam ad sublevandã, & perficiendam fabricam S. Marcelli de Urbe, Conventus omnes Provinciarum Italiæ, exceptis ijs, qui sunt de Provincijs Marchiæ Tarvisinæ, & Venetiarum, solvere debere pro quolibet anno ad quinquennium unum scutum monetæ Romanæ, si fiat Conventus parvi; duo scuta, si excedant numerum sex Fratrum, tria autem scuta, si excedant numerum duodecim. Item sta-
F *tuerunt spolia, seu Bona mobilia Fratrum mortuorum in posterum dividi debere, & tertiam partem, seu valorem ipsius eorundem mobilium eidem Fabricæ applicari, exceptis à divisione Libris, & ijs, quæ ad Ecclesiam pertinent, & quæ ad cellas sunt necessaria, & hoc etiam ad quinquennium.*

Cap. 32. Magistri omnes in Religione, qui à Capitulo Generali præterito usque ad hoc, non secundum statum const., sed per saltus promoti fuere ad Magisterij gradum, debeant intra duos Menses Provinciali, & Definitori Generali ejusdem Provinciæ sua Jura, & rationes Magisterij exhibere; quemadmodum etiam sua Jura exhibeant illi, qui ab illo tempore habilitati fuere, ut in publicâ Universitate Doctora-
G *lem Lauream accipiant, & Doctoratûs Breve, seu privilegium præsentent, sub pœnâ, post dictum tempus, gradûs Magisterij privationis.*

Fr. Callistus Generalis Ord. Serv. B.V.

Fr. Ludovicus Garzonius Secret.

Quoniam verò ex hisce Decretis nonnulla Constitutiones Ordinis excedere videbantur, adeóque ex se opportunum vigorem non sortiri, supplicatum fuit Sanctissimo Domino D. Papæ Alexandro VII. ab eodem Generali nomine totius Ordinis, ut eadem confirmare Sanctitas Sua dignaretur, prout reipsa confirmavit sub datum Romæ die 23 Februarij anni 1661. Decreta verò speciatim confirmata tria hæc fuere. Primum, si quis per decem
H annos probè, & laudabiliter Officium Magisterij novitiorum exercuerit, vocem habeat activam in Capitulo Provinciali. Secundum, si Generalis, vel in Capitulo Provinciali, vel in Dietâ, vel in Visitatione invenerit Juvenes professos, qui integrum cursum fecerint tàm Logicæ, quàm octo Physicorum Librorum per rigorosum, & publicum examen probandos, possint per ipsummet Generalem in numero studentium Formalium adscribi, cæteris in nostris Constitutionibus præfinitis in suo robore permanentibus. Tertium Novitij Clerici in locis publicis præcedant Conversos tàm Novitios, quàm Professos. *Confirmantur specialiter ab Alex. VII. tria Decreta*

ANNOTATIONES IN CAP. I.

S*upradicta omnia habentur ex Reg. Gen.*

Referuntur votiva Munera D. Annunciatæ de Florentiâ oblata; Et obitus Virorum quorundam illustrium. Miraculum B. Virginis de Utino.

C A P. II.

SUmmos Pontifex Alexander VII. pietate non minùs, quàm dignitate maximos Prædecessorum suorum vestigijs inhærens singulari veneratione prosecutus celeberrimam Imaginem D. Annunciatæ de Florentiâ hoc anno, Mense Julio 2. una cum Literis humanissimis D. Hieronymi B. Archiepiscopi Bononiensis, & Sanctitatis suæ Domûs Præfecti, die 8. ejusdem Mensis datis ad P. Priorem Generalem, necnon cum ejusdem Sanctitatis Breve speciali ad Priorem illius Cœnobij directo, quo cavetur, ne prædicta votiva oblatio, vel commodetur, vel ullatenus alteretur, Peristroma quoddam pretiosum ex voto ad eandem misit unà cum Literis. Patres verò illius Cœnobij ad Altare ejusdem D. Annuntiatæ Missam pro felici conservatione Summi prædicti Pontificis celebrandam solemniter curarunt. Eminentissimus item Flavius Cardinalis Chisius sanctissimi Pattui sui Religionem æmulatus Lampadem argenteam .1. poodo 25. librarum ad eandem B. Virginem ex voto pariter misit Mense Octobri. Ne votivæ Imagines, & Statuæ, præclarissima D. Annunciatæ trophæa vetustatis carie confectæ penitus interirent, ejusdem Cœnobij Patres hoc anno renovandas curarunt. Moritur hoc anno Perusij P.M. Felicianus è clarissimâ Familiâ *della Penna* Literarum præstantiâ, rerum gerendarum peritiâ, & zelo Disciplinæ Regularis conspicuus. In primis enim celeberrimus fuit Divini Verbi declamator, & pluribus Ordinis nostri Academijs Præfectus, præsertim verò Mediolani, ubi præ cæteris Auditoribus Clarissimum habuit D. Cæsarem Monti, qui deinceps ad Patriarchatum Antiochiæ assumptus, Summi Pontificis apud Regem Hispaniarum Nuncios, Sacrâ Purpurâ decoratus, ac denique Archiepisc. Mediolanensis creatus, publicè testabatur institutione Feliciani se plurimum debere, quòd ad tantas in Ecclesiâ dignitates promotus fuisset. Prætereà in administrandâ Romanâ Provinciâ primùm, deinde in Romanâ Curiâ Procurator Generalis Viris Principibus, & ejusdem Curiæ Proceribus acceptissimos Reipublicæ nostræ plurimùm profuit. Denique in Patriam secedens, postquam præclara virtutum suarum specimina dederat, potissimùm verò munificentiæ erga nativom illud Cœnobium S. M. Novæ, sive spectemos sacram supellectilem,

Obitus, & gesta P. M. Feliciani è Pennâ Perusini & P.M. Gherardi Baldi Gherardesca Florent.

A sive vasa argentea, sive plusquam septingenta volumina, sive annuos proventus, sive ædificia, vel instaurata, vel à fundamentis excitata; Quamobrem jure quidem optimo ejusdem Cœnobij Patres in perenne grati animi testimonium in loco conspicuo Ecclesiæ hæc lapidi imprimenda decrevere .2.

B Magistro Feliciano è Penna Perusino hujus Cœnobij Filio inclyto, ne dicam Parenti optimo. In Divini Verbi declamatione nemini secundo, qui & Theosophicis Theorematibus aperiendis in primarijs Servorum Licæis diù intentus Præsulis Provincialis officio in Romana Provincia functus, demum Generalis Procuratoris munere meruit decorari F. Antonius Martellius Perusiæ grati animi ergo tanto Patri P. Obijt Perusiæ anno salutis 1660. ætatis suæ 86.

Florentiæ quoque moritur die 17. Octobris præ sanctitate morum .3. & eruditione apud Posteros nunquam moriturus P.M. Gherardus Baldi Gherardesca Florentinus. Vir C iste, postquam in pluribus nostris Academijs munus Lectoris exercuerat, publicè deindè in Universitate Pisanâ Logicam primùm, & Philosophiam per decem annos professus, postea Sacram Theologiam ibidem honorificè interpretatus per annos 25. plura sui ingenij monimenta adhuc superstes in lucem edidit, quædam verò in lucem edenda reliquit. Ob ingenij sublimitatem, quam tum in prædictis operibus, tum in Disputationibus præsetulit, inter Theologos titulû *Eminentis* ... sibi comparavit, quem votis omnibus probandum duxere Academici, vulgò dicti *Apatistæ* Florentiæ celebres; clarissima verò Familia Comitum Gherardescæ proprium illi contulit cognomen; præcipuis laudibus ornandum D ipsum suscepit P.M. Joannes Dominicus Leoni Ordinis Prædicatorum, cum in Ecclesia D. Annonciatæ justa persolverentur honorificè, quibus interfuere Universitatis Florentinæ Theologi. Hoc pariter anno Beatissima Mater Gratiarum Utini, .4. ubi in Ecclesiâ nostrâ miraculis illustris summâ veneratione ejus colitur Imago, beneficentiæ suæ argumenta præbuit erga D. Comitissam Gabrielem Porta; hæc enim dum curru veheretur ab Ecclesiâ S. Gottardi Utinum repetens, Equi ex improviso conterriti adeò præcipiti fugæ se dedere, ut semitam communem prætergressi per devia, & aspera loca Currum, ac proinde Comitissam susdeque verterint, &

Utini Beatissima Mater Gratiarum insigne beneficium præbet.

Hh evi-

evident Mortis discrimine pertraxerint, interim ipsa B. Virginis Gratiarum implorabat præsidium, quam statim sibi adesse persensit; Equis enim illicò à curru solutis, & adhuc in præceps ruentibus, immotus ille permansit, & simul D. Comitissa, eâque ratione imminens discrimen evasit.

Habitis Mense Aprilis hoc anno Provinciæ Romandiolæ Comitijs P. Provincialis Moniales Tertij Ordinis Nostri apud Castrum Medicinæ, de 5. quibus ad annum 1630., adijt, Domum visitavit, Oratorium privatum instituit, nonnulla edidit Decreta Disciplinæ Regulari fovendæ accommodata, maximè verò pro electione Priorissæ, quam per secreta suffragia fieri præcepit, ipsamque Domum Collegium esse statuit, ac nuncupavit.

Decreta pro Sororibus Medicinæ

Emanavit hoc anno pro Fratribus S. Marcelli de Urbe adversus Confratres Societatis proximè sequens Decretum. 6.

Ex Decreto S. Congr. Confr. Soc. 7. Dol. de Urbe redeunt ad Capellā in ipsius institut. eis assignatam.

Sacra Congregatio districtè iniungit prædictis Confratribus Societatis septem Dolorum &c. ut redeant ad Capellam eis assignatam in Ecclesiâ S. Marcelli per Generalem Ordinis B. M. Servorum in institutione ipsius Societatis, ibique suas functiones spirituales exerceant, dependenter tamen ab eodem Generali, Conventionesque, & pacta 1638., & 1640. cum ipso Generali adamussim observent sub pœnâ amissionis usus prædictæ Capellæ.

Datum die 11. Novembris 1660.

P. Fagnanus.

Loci ✠ Sigilli.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

1 *Ex monum. Conv. D. Annunc. de Flor.*
2. 3 *Ex monum. prædictorum Conv.*
4 *Ex monum. Conv. Utin.*
5 *Ex Reg. Prov. Romandiolæ.*
6 *Ex Archivo S. Marcelli de Urbe.*

Othomanica invasio, & subsidia ab id Ecclesiasticis imposita. Terræmotus damna. Barchinone solemnis Processio 7. Dolorum B. M. V. instituitur.

CAP. III.

Annus modò occurrit 1661. ob varia Christiani Orbis incommoda memorabilis, Othomannicus enim Tyrannus expeditione motâ adversus Cæsaream Maiestatem plurima Orbi Christiano portendebat mala, quibus occurrere pastorali munere satagens Summus Pontifex ab omnibus per Italiam Ecclesiasticis, tum secularibus, tum Regularibus pecuniam exegit ad Cæsarem in subsidium transmittendam, habitâ ratione reddituum, sex nimirùm detractis pro quolibet centenario, longè verò memorabilior, & Ordini nostro gravior ob terræmotus, qui die 20. Martij diù, noctuque pluries Romandiolam potissimùm vexantes,
E pleraſque in Oppido Civitellæ Domos, totumque illud nostrum Cœnobium solo æquarunt, & Ecclesiam pariter nostram haud mediocriter labefactarunt, necnon finitimis alijs locis insigne detrimentum intulere, perijsse enim, & corruentibus ædificijs obruta jacuisse quinque millia hominum circiter deprehensum fuit. Cæterum plura adhuc eidem Ordini honorifica recensenda occurrunt. In primis enim Serenissima Margharita Aloysia Aurelianensis Serenissimi Cosmi III. Magni Etruriæ Principis Sponsa vix Florentiam Mense Junio solemni pompâ ingressa D. Annunciatam adire voluit, celeberrimam illam Imaginem speciali veneratione prosecutura, quæ proinde pluribus Principibus, & fre-
F quentissimo Populo spectantibus detecta solemniter fuit, illius enim aspiciendæ singulari desiderio tenebatur, celebritate ejusdem commota, miraculorum famâ per Gallias, imo per totum Orbem diffusâ, & eximiâ Gallorum erga ipsam Religione. Prætereà ibidē die 11. Julij in primario illo nostro Cœnobio perhumaniter exceptus Princeps de Gravinâ Berlinghierus Panormitanus ætatis annum agens 21. è vivis excessit, deinde Ordinis nostri Habitu ex testamentariâ dispositione indutus, in Ecclesiâ nostrâ ante Aram Principem tumulatus fuit, honorificentissimis exequijs, prout Viri Principis dignitas postulabat, celebratis. Anno deinde 1663. Mense Octobri inde eductum ejus cadaver Principe
G ejus Patre iubente translatum fuit. Interim Serenissimus Ferdinandus Carolus Archidux Austriæ Serenissimi Magni Ducis Sororius, D. Annunciatæ addictissimus, singulis ferè diebus ante sacram illam Imaginem Sacrificio Missæ intererat, spectatissima Virorum quamplurium Nobilium coronâ stipatus, Divinasque laudes concinentibus Musicis Cantoribus, & quidem insignibus honorifico pretio ab eo conductis, ubi proinde præclarissima exhibuit per plures Menses munificentiæ suæ argumenta, initâ quoque cum illius Cœnobij Patribus non mediocri familiaritate, qui vices tependere pro tantis beneficijs cupientes Imaginem D. Annunciatæ juxta prototypum illud celeberrimum ab insigni Arti-
H fice delineatam ei dono dedere. Hisce pariter diebus Ordinis Nostri Protector Julius Cardinalis Sacchetti singulari devotione erga eandem D. Annunciatam permotus magni pretij Planetam elegantissimè fabrefactam eidem obtulit. Barchinone hoc anno instituta primùm fuit annuente Diæcesano Processio 7. Dolorum Deiparæ, quæ singulis annis deinceps Dominicâ Palmarum habita solemni pompâ, & magnâ Populi affluentiâ fuit, ex quo compertum est, quo pietatis sensu Barchinonenses erga Dolores Virginis ferantur; illius autem hic erat Ordo. Præcedebat Centurio pluribus armatis militibus stipatus, Militum illorum speciem exhibentes, quos ad custo-

Moritur in Cōv. nostro de Flor. Princeps de Gravinâ Panormitanus

Barchinone instituitur solemni pompâ Processio 7. Dol. B.M.V.

custodiam sepulchri Domini miserat Pilatus. Hos sequebatur Vexillum sericum coloris nigri à Viris delatum cappâ nigrâ indutis, cui in vertice hastilis cor erat argenteo gladio vulneratum, diademate Regio coronatum. Sequebantur subinde Crux, & singula 7. Passionis Deiparæ mysteria egregiè delineata, à varijs artificibus delata. Horum autem vestigia legebant Servitæ Cereos accensos præ manibus gestantes, & Hymnum *Stabat Mater* cantantes; quos proximè sequebatur Vexillum aliud sericum nigrum delatum pariter à Viris Habitu nigro indutis, in quo Beatissima Virgo expressa conspiciebatur, quæ septem Beatis nostris Fundatoribus Habitum præbet circumductis Literis aureis *Filij doloris mei vestem suscipite Servi*. Denique pro Coronide sacræ hujus actionis Statua sequebatur B. Virginis pretioso Habitu ornata 7. gladijs pectori ejusdem appositis à Confratribus nostris delata desuper incumbente Baldachino; hoc autem Ordine totam ferè Civitatem lustrabant.

Conventus S. Mariæ de Vico de Spello propè Fulgineum jampridem Innocentij X. auctoritate suppressus, ad enixas Prioris Generalis preces, annuente Summo Pontifice, prout constat ex favorabili rescripto sub datum Romæ die 30. Julij 1659., comparatus pretio fuit à Patribus Ordinis Nostri Fulginatensibus die 12. Februarij hujus anni, quod cederet in usum Fabricæ S. Marcelli de Urbe, præposito huic Contractui Episcopo Spoletano. Hoc pariter anno Eminentissimus Saccherti Protector auctoritate Summi Pontificis sibi specialiter tributâ facultatem benignè impartitur sub datum Romæ die 8. Aprilis P. Generali, quòd in aliquibus Italiæ Provincijs quinque, Etruriæ, Romandiolæ, Romana, Lombardiæ, Mantuana, & Januensi unà cum Provinciali, & socio earundem duntaxat, Definitore quocunque secluso prò unà vice tantùm ea omnia præstare posset, quæ fieri solent in Dietis Provincialibus, tum quoad promotionem ad Gradus, tum quoad cognitionem causarum, tum quoad electionem Priorum. Moritur denique hoc anno die 6. Octobris *Cortonæ* in Etruriâ P.M. Philippus Fratini non omninò prætereundus, utpotè in hujus Urbis Academijs, quarum Princeps fuerat, celeberrimus, de cujus proinde laudibus disertissimè in funere dixit Sebastianus Loretti Sacerdos, & Academicus, pluraque Poemata recitata fuere. Postquam Lucaugiense Cœnobium, de quo ad annũ 1640., Martini VVidmannici Comitis Ortemburgici munificentiâ in amplissimam formam redactum fuit, idem Martinus non passus ulterius, quòd Servitæ ibidem degentes precario, ut plurimùm, & ex piorum congesto ære vitam tolerarent, hoc anno in Fundationis sortem assumpto Germano Fratre Cardinali Christophoro. 3. plusquam triginta millia Florenorum pro stabili proventu ijsdem Patribus assignavit. quibus & alia consequentibus annis adiecit, quemadmodum & ipse Cardinalis sacram supellectilem egregijs Legatis insigni munificentiâ amplificavit.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

1 EX *monum. Arch. D. Annunc. de Florentiâ.*
2 *Ex monum. Conv. Barchinonen.*
3 *Ex Romer l. 6. c. 24.*

Enarrãtur Prodigia D. Virginis Langeggensis. *C A P. IV.*

Mirãda D. Virg. Langeggensis.

1 EX quò Matthæus Haring vertente decimo sexto Christi Domini seculo in Langeggensi Dynastiâ Inferioris Austriæ B. Virgini Mariæ ædiculam ex voto à fundamentis excitandam, & consecrandam curavit, prout fusiùs in hisce nostris Annalibus ad annum 1644. longè plura identidem prodigia ejusdem B. Virginis intercessione patravit Altissimus, quæ in eorum utilitatem cederent, qui ejusdem implorabant præsidium. Hæc autem modò simul in unum collecta, quorum ad nos hucusque pervenit notitia, recensenda nobis occurrunt. Primùm ergo præter mirabilem Mariæ Claræ prædicti Mathæi Filiolæ sanationem, de quâ satis ad annum præfatum 1644., memorandus idem Matthæus videtur; hic enim molestissimâ podagrâ à pluribus annis quamsæpissimè laborans, aliquando gravissimis hujus morbi cruciatibus affectus ad D. Virginem Tutelarem suam enixis precibus confugiens, brevissimo horulæ intervallo pristinæ pedum immobilium, ac totius corporis libertati ita restitutus fuit, ut è lecto statim prosilire, & optimè incedere posset, quin etiam 37. annorum spatio, quibus superstes fuit, semel tantùm circa annum Domini 1615., sed levissimè duntaxat, ex eo morbo decubuerit.

Molestissima podagrâ laborãs pristinę restituitur san.

2 Anno 1610. Nobilis quædam Domina ex Bechlarn inferioris Austriæ Pago, cui vis supervenientis morbi manuum, ac pedum usum penitus ademerat, emisso voto D. Virgini Langeggensi sacram vestem offerendi in usum Sacrificij, mox viribus ad examen vocatis, cum eas conatui suo vix impares esse advertisset, sponte lecto se proripit, & ad ædem Sacram navi vehenda viam ad littus usque Danubij pedibus legere incipit, cæteroqui aliorum manibus suffulta, ubi conscensa navi pervenit in Agspach, reliquum viæ curru confectura ipso in itinere libertatem pedum assequi persentit, ac denique manuum, postquam Sacrificio Missæ apud D. Virginem interfuerat.

Manuũ, ac pedũ usu privata sanatur.

3 Anno 1612. dum Frater Joannes Bleichardus Frey ex Sacrâ D. Francisci Familiâ strictioris Observantiæ in Langelois Clericus musteam pro Confratribus stipem tempore vindemiæ convehit, terribili casu Equi, & plau-

Pessimè affectus in genu recipit sanit.

plautra cum ipso prolapsa sinistrum eius pedem graviter vulnerant, vulneri gravis dolor accedit pedi, eousque medentur Chirurgi, quoad in hortendam, plusquam triginta ulcerum congeriem genu intumesceret. In tanto constitutus discrimine Joannes D. Langeggensem invocat, duos cereos undecunque acquisitos eidem offerens ipso die Visitationis ad Elisabeth, consequente verò nocte sanitatem recipit in somnis, siquidem evigilanti nihil amplius de ulceribus, atque doloribus sibi superesse videt, quare grati animi ergo ipsemet D. Virginem invisens prodigium hoc propriæ manus subscriptione testatur.

Morti proxima convalescit.

4 Anno 1612. Domini Georgij Patroneri Ratisponensis Principis Consiliarij, & Bechlaruensis Præfecti Coniux ex contracto gravissimo morbo eò devenerat, ut de ipsâ conclamarint Medici, verùm interposito Georgij voto ad D. Langeggensem omnino statim convaluit.

Incurabili infirmitate gravatus sanatur.

5 Anno 1616. Amplissimus D. Gaspar Hoffmannus Abbas Melicensis Ordinis S. Benedicti, sacræ Cæsareæ Maiestatis Consiliarius diuturnâ, & incurabili Infirmitate detentus, quingentos Florenos Virgini Langeggensi spondet ad promovendam in ampliorem formam ædiculæ fabricam, si convalesceret, annuit Virgo, Abbas convaluit, stetit promissis, indeque ita surrexit ædificium, ut ad fastigium usque penè perductum fuerit, cui supremam manum imposuit D. Adamus Eusebius L. Boro de Hoios.

Demens sibi restituitur

6 Anno 1617. Ludi Moderator quidam in Gerhardting Viennâ Domum repetens, è vestigio mente dejectus, perque invia, & devia errabundus, Domum tandem reversus, ex vesania Filio quoque suo necem moliebatur; verùm invocata Langeggensi Virgine, & unà cum Parocho aditâ sibi statim restitutus fuit.

Loquendi facultas recipitur

7 Eodem anno Judicis Seibsensis Uxor præ morbi cujusdam gravitate facultate loquendi destituta, votum calamo, & corde D. Langeggensi emittens, dum scriptum Conjugi porrigit, loqui incipit.

Aquis in puteo suffocanda liberatur.

8 Anno 1638. Frigidam ex Puteo haurire cupiebat Mulier ex Vico Pandorff haud procul celeberrimo D. Benedicti Cœnobio Gotuvicensi, sed Rota, per quam versabatur funis, superiùs fracta, adeò præceps in puteum ruit, ut Mulierem etiam secum in præceps ageret; hoc tamen in tanto discrimine sui minimè oblita Langeggensem Virginem inclamat, & licet sanguis ex vulnerato capite profluens ægerrimè comprimendus esset, id tamen ab invocatâ Virgine Beneficij tulit, quòd non penitus evecta, vel aquis suffocata fuerit, statim enim ab invocatione Deiparæ converso corpore tandiù aquis capite superior innatavit, donec eò concurrentium ope exempta inde subducta fuit.

9 Anno 1643. VVolffangi Grasmayr Melicensis ex Uxore Barbarâ Filiolus annorum trium cum dimidio, nomine Franciscus, cultrum præ manibus habens, cum fortè Domi obambularet fallentibus vestigijs in ipsum, ferrum incubuit oculo sinistro ita immersum, ut solum exteriùs remanserit manubrium. Conterrita Mater ferrum nonnisi ægerrimè extrahit, ac Puerum D. Langeggensi unicè commendat, vix autem ab eo isto voto, & invocata Virgine duabus horis elapsis in oculo Pueri nulla penitus læsio deprehendi potuit, cujus prodigij Tabulam votivam unà cum ferro Divæ Liberatrici apposuere Parentes.

In oculo graviter vulneratus convalescit.

Ab igne gravissimè læsus in manu sanatur.

10 Anno 1645. Sueco Milite Austriam invadente, cum Steinensem Urbem Mathias Haider strenuè defenderet, Bombarda pedestris, quam Musquetum vocant, ipsa sub explosione dissiliens retinentis manum miserè discerpsit, & adussit. Chirurgus adhibitâ omni suæ artis peritiâ vix par fuit ustulatæ manus restinguendo incendio; hoc autem rursus excitato ob reliquias minus fortasse domitas, Chirurgus ejusmodi Curationi se imparem confessus Matthiam jussit Langeggensis Patronæ opem postulare, qui proinde votum emittens ipsam adeundi, ibique S. Eucharistiam percipiendi, curatâ manu feliciter incolumis evasit.

Manuum ac pedû usu fraudatus incolumis evadit cum Coniuge ob præcipitem casum obtrita.

11 Eodem anno Capitaneus Magister Legionis Meiringensis Loreta usu manuum, & pedum fraudatus, & præ perpetuis doloribus decumbere coactus, spe in D. Langeggensem erectus, de quâ tanta acceperat prodigia, emisso voto vice sui ratione infirmitatis prohibiti, alium ad eandem invisendam misit, qui munere suo perfunctus Domini repetens Domum, ipsum ab omni dolore solutum reperit. Loreta ergo moræ impatiens ob tantâ sui felicitatem, illicò ad Divam Liberatricem carpento vectus cum Uxore, & Pedissequâ pergit, verùm hæc illo excidens, & obtrita incolumis tamen pari D. Virginis Invocatæ beneficio evasit, & Dominus pro utroque solvit.

12 Eodem anno, quo Cæsareis Militibus prœlio Jancoviensi fusis, fugatisque, Suecorum arma Austriæ trans Danubium illata Oppida Stain, & Cremsium occuparant, ac diripuerant, miserâ utrinque rerum facie, illinc enim tristia per Urbes, & Pagos ultimæ vastitatis exempla incendijs, rapinis, & continuis mortibus edebantur; isthinc verò Cæsarei ex illâ in hanc Danubij ripam compulsi funestiora non minus, quàm hostes quotidie perpetrabant facinora, ut planè dubium fecerint, uter eorum Suecus ne, an Cæsareus Miles magis hostiliter in pauperes subditos desæviret; in hoc tumultu 20. Equites, & 30. Pedites ex Cæsareis Legionibus Manterensi, Hundstainensi egregiè armati grassatores secundo Paschatis die sacræ Langeggensi Ædi imminebant, eo quidem non Religionis studio, sed auri sacrâ fame coacti. Eorum consilium solerter intelligens Loci superior, clausis illicò Templi foribus, inclusisque Peregrinis Advenis claves in sylvam quanto-

Militû Grassatorum temeritas severè punitur.

cyus

cyus asportandas Organedo commisit; ab illis Militibus interim petens, quid vellent, A Oratum quidem se venisse diacre, verùm nullâ dictis adhibitâ fide in Templum admissi minimè fuere, è quo proinde se rejectos videntes, illarâ vi adytum sibi parabant, & stantem præ Templi foribus cerariam Tabernam diripuere. Cum denique directâ in cor præfati Patris bombardâ, veluti eum trajecturi pluribus egissent, ut Ecclesiæ subeundæ sibi copiam faceret, nihil tamen profecere, quin immo ab ipso Patre cœlestem illis divinante vindictam, velut attoniti in proximam Villam Nellenhoff discesserunt, indeque pariter ejecti supervenientibus ad Campanæ sonitum evocatis ea Arce Agstainiâ Auxiliaribus, fugâ in Manterense Oppidum, ubi suas habebant metationes sese abstulere Equites, B Pedites verò aliâ viâ per VVolsinensem Vallem, & Gansbacharum Pagum obvias quascunque Domos spoliantes Gottunicense denique prædium infestarunt, Divinâ Justitiâ gravissimè hic eos incumbente, siquidem illius Defensores tumultuariis egressi munimentis adeò in prædones irruerunt, ut 14. ea ijs Interfectis, reliquos omnes fugarint; quibus etiam non diù licuit impunè abire, nam plerique seù Peditum, seù Equitum in fossâ quadam contra Suecos apud Crembsium igne tormentario periere. Perpauci verò aliorum exemplo edocti, ne pares commissæ temeritatis pœnas Deo quandoque dare cogerentur, audaciâ in venerationem vertente ad Sacratissimam ejus Matrem Langeggium recurrentes, animas suas Sacramentali Confessione, & S. Eucharistiâ expiarunt; præ cæteris verò Prædonum Ducem facti seriò pœnituit, ut qui prædatum olim eò venerat, nunc munera offerendo longè meliori consilio D. Virginem veneraretur.

Herniæ morbo affectus sanatur.

13 Anno 1646. Antonius Prior in Gammingen celeberrimi Ordinis Carthusiani Visitator, ubi in Agspach Priorem adhuc agebat, herniam patiebatur; cùm autem rata Langeggensis Patronæ Prodigia cum minimè laterent, fusis ad eam precibus, brevi convaluit.

Ab atroci peste vexati liberantur.

14 Anno 1647., cum in plurima Hirmensis Pagi capita atrox pestilentia grassaretur, nullum sibi præsentius, quàm à D. Langeggensi D remedium sperantes Incolæ, unà cum Parocho suo vovent cereum album 20. Librarum se eidem Virgini oblaturos, nec sanè frustra, protinus enim cessante peste feliciter omnes vixere, qui proinde veluti mortis hostiæ, ad libertatis vindicem impigrè supplicatum euntes promissis fideliter steterunt.

Oculo excæcatus recipit lucem.

15 Anno 1650. Leopoldus Gistinger alapam adeò enormiter sibi inflictam accepit, ut dextero oculo per octo dies excæcatus, ingentes ibi, totoque capite diffusos pateretur cruciatus, nihil prorsus ex adhibitis remedijs auxilij sibi comparens, quin etiam perspecta sinistri quoque oculi obfuscatione, nemo, vel unus aderat, qui spe visus omninò non excideret; A Leopoldus tamen sublimiori genio actus in spem salutis erectus votum doni cujusdam ad D. Langeggensem emisit, quo vix emisso melius in dies se habuit, quoad Testis jam oculatus Literis in fidem exaratis factum roborarit.

Morti proximus impetrat vitam.

16 Anno 1661. Claudius Fridetich sacrarum sphærularum Langeggij Concionator, quem primitùs capitalis apostematis plus manans, deinde Phrænesis priori malo superveniens, eò deduxerant, ut actum de illo omnes censerent, dum ita exanimis 24. horas domi jacet, Pia ejusdem Uxor, Conjugis sortem miserata, Ecclesiam adit, ibique inter Divina, quæ ideò fieri curaverat, M. Virginem summis precibus interpellat, utique B voto suo minimè frustrata, ubi enim domum redijt, Conjugem sibi restitutum manifesto prodigio exultabunda comperit.

A proximo incendij periculo quoddam Monasterium liberatur.

17 Anno denique 1662. die 25. Martij excitatum repentè incendium in Oppido D. Hippolyti Austriæ inferioris Monasterio proximè imminebat regularium D. Augustini Canonicorum celeberrimo, & penè recenti, id autem advertens eorundem Antistes Joannes, ac pro rei atrocitate ad ipsum discriminis articulum merito coherens, uti olim D. Langeggensi nuncupati, sed hactenus dilati non inaniter immemor, iteratâ sponsione fidem firmavit; audijt Maria, & illicò D. Hippolyti Canonicis præsto fuit, ignem exindè avertendo, tunc verò nil cunctatus Antistes C propè diem adfuit, ac solvit.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

AUgust. Romer Lib. 11. cap. 7. & seqq.

Bononiæ fit Congregatio loco Capitulorum Provincialium Italiæ. Indultum de celebrando Officio Sanctissimi Sacramenti. Moritur Faustus Zerboni. Mantuæ reperiuntur Ossa Sororis Franciscæ à Turre. Domus Regularis pro Tertiariis Bononiæ.

CAP. V.

Fit Bononiæ Congr. loco Capitulor. Provincialium Italiæ.

D QUoniam adhuc variis, & gravibus Ordo noster per Italiam premebatur angustijs ratione contributionis Germanicæ ad opem Cæsari ferendam adversus Othomannicum Exercitum, optimè consultum duxit P. Generalis summo Pontifici supplicare, quod dispensare secum dignaretur in celebrandis Comitijs Provinciarum Italiæ hoc anno habendis, quamobrem ex Indulto speciali Sanctitatis Suæ sub datum Romæ die 1. Februarij, Bononiæ pro hac vice duntaxat Provinciales, Socios, & Definitores 7. Provinciarum Italiæ, nimirum Etruriæ, Romanæ. Romandiolæ, Lombardiæ, Mantuanæ, Genuensis, ac Neapolitanæ simul in

unum

unum congregavit, ibique singulis Provincijs pro opportunitate cujusque consuluit, pari auctoritate, ac si in ijsdem Provincijs seorsim habita fuissent Comitia, facultate sibi adhuc concessâ è præsentium vocalium corpore alios eligendi in eorum supplementum, qui adesse non potuissent. Summus idem Pontifex Ordini Nostro facultatem pariter concessit die 4. Martij recitandi Officium de Sanctiss. Eucharistiæ Sacramento sub ritu semiduplici qualibet feriâ 5. non impeditâ Officio novem Lectionum extra Quadragesimam, Adventum, Quatuor tempora, & Vigilias infra annum occurrentes, quâ gaudent cæteri Ordines Mendicantium; quorum Privilegiorum communicationem Ordo Noster consequitur, quo indulto habito P. Generalis P.M. Angelo Mariæ Freddi de Bononiâ mandavit, quòd Officium hoc cum cæteris ad Ordinem Nostrum spectantibus adornaret, & Typis imprimendum curaret, prout reipsa idem P. Magister exactè præstitit anno sequenti 1663. quod omnibus constat. Hoc anno die 10. Martij Bononiæ moritur P. M. Faustus Zerboni Messanensis celeberrimus Orator, dum actu Quadragesimales Conciones habere cœperat in insigni Basilicâ S. Petronij, cujus merita apud Posteros omninò commendanda, ex eo quisque dignoscere poterit, quòd in celebrandis eidem Exequijs Bononienses præstitere. In primis enim quamvis nonnisi bis eo anno concionatus fuisset, eo tamen plausu exceptus fuit, ut prædictæ Basilicæ Æditui primum honorificentissimè ibidem ipsi parentarint, lugubri apparatu, maximâ cereorum copiâ, Gentilitio ejusdem Fausti stemmate passim per Ecclesiam exposito unà cum plurimis elogijs, necnon Missâ solemniter musico concentu celebratâ unà cum plurimis privatis. Deinde verò illius nostri Cœnobij S. Mariæ Patres, qui eidem Fausto, licet apud S. Petronium degenti in Ædibus Concionatori designatis Sacramenta Ecclesiæ ministraverant, & suprema Pietatis officia ad extremum usque vitæ spiritum exhibuerant, ejus cadaver statim ab obitu nocturnis horis ad eorum Ecclesiam pluribus adhibitis Cereis solemni pompâ detulere, & consuetâ Ecclesiæ absolutione peractâ in Arcâ Patrum tumularunt. Proximè verò sequente Sabbatho justa eidem persolverunt funebri totius Ecclesiæ apparatu Gentilitio ejusdem Stemmate per eandem passim exposito, parique demùm pompâ, sive quoad Cereos, sive quoad Sacrificia, sive quoad Musicos concentus, ac in Ecclesiâ S. Petronii paulò ante gestum fuisse dicebam, quibus omnibus pro coronide accessit Funebris Oratio de ejus laudibus habita à P.M. Felinâ Carmelitâ Congregationis Mantuæ, & Universitatis Bononiensis Theologo. Hoc eodem anno die 21. Novembris, cum adytus quidam pararetur Mantuæ ad Chorum Ecclesiæ nostræ D. Barnabæ, & Fabri Murarij proinde operi huic incumbentes scalam quandam marmoream

Conceditur facultas recitandi Officium de Sanctiss. Euchar. Sacr.

deijcerent, per quam ab Ecclesiâ Dormitorium ascendebant Patres, arcam deprehendit cum laminâ plumbeâ P.M. Carolus Maria Lupati Brasili ibidem tunc Prior, subtus eandem scalam existentem, in quâ recondita erant ossa Monialis cujusdam Tertij Ordinis Nostri Sororis Franciscæ à Turre, de quâ Cent. 4. lib. 7. cap. 2. ad annum 1610. cum sequenti inscriptione plumbo impressâ:

Soror Francisca à Turre cœlestem potius, quàm humanam Vitam annorum 77. vixit: Obiit die 4. Decembris 1610 Hæc autem unà cum ipsa inscriptione in eadem Arca recondita fuere, quæ adhuc alteri Arcæ inclusa fuit, & in Sacrario ab eodem P. Priore reposita.

Hoc eodem Anno Archiconfraternitati Sanctissimi Crucifixi apud S. Marcellum de Urbe aggregatur Societas Sanctissimi Crucifixi jampridem erecta in Ecclesiâ nostrâ S. Antonii de Pisis, Constitutionibus quibusdam deinde conditis anno 1639. die 13. Decemb., & à Diœcesano approbatis pro Confratribus, & Consororibus Aggregationis hujus ibidem habentur Literæ patentes datæ anno, & Mense, ac die prædictis à Carolo Episcopo Ostiensi S.R.E. Card. Medices S. Collegij Decano, & Archiconfraternitatis ejusdem Protectore, & à clarissimis Custodibus. Bononiæ verò Tertii Ordinis nostri Sorores in unam Domum in viâ S. Petronii veteris conveniunt, quam P.M. Archangelus Amadei pariter de Bononiâ tunc Provinciæ Romandiolæ Præfectus, tanquam delegatus à P. Generali, & pro iisdem Tertiariis à Definitorio deputatus Corrector Collegium esse declaravit, ac Domum Regularem nuncupavit; nonnullis legibus pro bono regimine, & Disciplinâ Regulari in unum tucodâ præscriptis. Oratorium privatum extruxit sub titulo Visitationis B.M.V., in quo ter singulis diebus preces quasdam persolvendas convenirent, ubi sanè Religiosissimè degunt, quæque antea dispersæ ab immemorabili tempore vixerant, modò in unum ita coactæ plures alias sibi in consortium admisere, & celebre Collegium evasit. Hoc eodem anno Generali Puccinellio enixe petenti Sanctissimus D.N. Alexander Papa VII. benignè indulsit, ut in supremo Ordinis Magistratu ad integrum usque sexennium, & ultra perseveraret, sicut & alij Officiales in Capitulo Generali cæteroqui eligendi, prout constat ex favorabili Sanctitatis Suæ ad ejusdem Generalis supplicem libellum rescripto sequentis tenoris.

Soc. SS. Crucif. S. Antonij de Pisis aggregatur Archiconfrat. SS. Crucifixi apud S. Marcellum de Urbe.

Sanctissimus Dominus Noster Dominus Alexander Divinâ Providentiâ Papa VII. Oratori benignè indulsit, & in officio, & exer-

citio

citio sui Generalatûs perseveret usque ad complementum integri sexennij, & ulterius usque ad celebrationem Capituli Generalis, circa dies Pentecostes proximè futuros juxta Ordinis constitutiones habendam, & interim prorogatur tempus aliorum Officialium in eodem Capitulo Generali eligendorum contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Romæ 20. Junij 1662.

M. Card. Ginettus.

L. Episc. Cam. Secretarius.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. Conv. Bonon. & Mant.*
3 *Ex monum. ejusdem Collegii, & Conv. Serv. de Bonon.*
4 *Ex Reg. Gen.*

D. *Virginem Lucaugiensem adeunt Joannes Carolus de Portiâ, & Thomas Hans sacri ejus Habitûs intercessione à Crurifragio servatus. Prorogatur Capitulum Generale.*

CAP. VI.

FUndatoribus Ecclesiæ Lucaugiẽsis VVidmannicis alibi memoratis accensendi videntur Illustrissimus Gubernatorum Carinthiæ Senatus, Christophorus à Freisingh Cæsareæ Cameræ per Tyrolim Cõsiliarius, & Joannes Carolus Comes de Pottiâ, Mitterburgo, Brugnerâ &c. Cæsareæ Majestatis Camerarius, & Romani Imperij Consiliarius Aulicus, siquidem omnes speciali veneratione D. Lucaugiensem prosequentes speciali quoque beneficentiâ illius nostri Cœnobij Patribus præsto fuere. Interim animadvertendum Nobis videtur, quòd præfatus Joannes Carolus Comitatum illum Ortenburgicum à VVidmannicis coemptum, sicuti hoc anno V. Kalendas Octobris adijt, ita à Deo, ejusque sanctissimâ Matre suspicatus exordium, ad sacram ejus Aram in Lucaugiâ cum Matre Principissâ D. Beatrice cum Sororibus Franciscâ Benignâ, & Isabellâ Catharinâ, cum Coniuge suâ D. Helenâ natâ de Lamberg, alijsque clarissimi Sanguinis Domicellis, frequentique famulitio reverenter, D & religiosè se sistit; omnes enim utriusque sexus ad septuaginta usque capita sacramentali confessione ibidem expiati, Sacram Eucharistiam percepere, honorario deinde non contemnendo D. Lucaugiensem coluere. Adijt quoque die 7. Septembris Divam eandem Thomas Haus Halâ à Salinis haud ignobili Oppido Tyroleos oriundus à Crurifragio servatus ei, tanquam vindici plurimas referens gratias, instrumenta patibuli, & Sacrum B. V. 7. Dolorum Habitum, quem collo pendulum gestaverat, in perenne grati animi monumentum, ac veluti gloriosum trophæum ibidem appendens, quem etiam num videre

Joannis Caroli de Portia Religio in D. Virginẽ Lucaugiensem.

licet integrum à repetitis ictibus; Thomas A enim ob varia scelera ad rotam damnatus die 27. Julij hujus anni ad supplicium proximè deducendus opportunis pro æternâ salute subsidijs minimè fraudatus, D. Joachimo Troyer Dynastiæ Haimfelsensis Præside petente, P. Stephanum Mariam Pichler Cœnobij Lucaugiensis Priorem sibi præsentem habuit, qui sacramentali Thomæ Confessione exceptâ de pluribus ipsum monere studuerat ad mortem, ejusque tormenta generosè subeunda, & æternam salutem assequendam accommodatis, præ cæteris verò sacrum D. Virginis Dolorosæ Habitum induit ob plenariam peccatorum omnium remissionem, quo die induitur, concessam. Ad Locum subinde feralem ductus coram omnibus provolutus, qui eò frequen- B tissimi convenerant, eos humillimè rogavetat, ut sibi vellent in eo mortis discrimine interpositis ad Deum ardentibus votis adesse, iterum deinde eidem P. Stephano Mariæ peccata sua confessus plenariam absolutionem Habitui prædicto in articulo mortis adnexam ab eodem reverenter excepit. Tum super patibulo à Carnifice extensi, vestibus indusio tenus exuti, resupini destinata ad Crurifragium membra, quæ jam funiculis quadrifariam validissimè vinxerat, Carnifex ipse rotâ desuper impetere cœpit, duobus utrinque per brachia dispensatis ictibus, & tribus in pectore, cui sacer Habitus incumbebat, quẽ aliàs discerpendum, ut sibi retineret Thomas, P. Stephano rogante dederat. Cùm autem C invocatâ Dei Matre vix aliquid à repetitis ictibus, & quidem enormiter, subiret incommodi Thomas, sed ejus tantummodo pectus aliquantulum intumesceret, cæterìqui nullatenus in tristioris sensus speciem dejectus, sed mitâ æquanimitate Crucifixi Domini simulacrum sibi sæpius à Sacerdotibus exhibitum animo, oculisque repetens aliquot sanguinis guttulis ex ore defluentibus, & gelido in facie sudore deprehensis, firmitate vocis, & oculorum acie integris omninò permanentibus sacratissima Jesu, & Mariæ nomina repetebat, propterea Carnifex nihil omninò commotus pluries iteratis ictibus Filium quoque robustissimum in partem laboris accivit, qui planè longè vehementiùs ponde- D re rotæ Thomam urgere cœpit, sed frustra, nam Rota membris impacta, quantumlibet gravissima, ex vi eam repellente, nunquam non subsiluit, quin ulla in Thomâ toties percusso videretur morientis Imago; quamobrẽ Thomam adhuc viventem alterius rotæ radijs arctissimè illigatum de more in perticam sustulit, cui proindè, velut proximè morituro aliæ, & aliæ pro tanto discrimine aptiores à Sacerdotibus suggerebantur Oratiunculæ, aliaque ad fortiter subeundam mortem exhortatoria, qui ea libenter suscipiens infractâ voce reddebat. Itaque cum nulla, vel à longè superventuræ mortis argumenta apparerent, postquam etiam multum temporis pro-

Thomas Hans Hala à Salinis S. Hab. intercessione à Crurifragio servat.

processerat, & Carnifex ipse abijsset, diù pro hujus negotij mole quid agendum esset, hinc inde libratum anxiè fuit; interim F. Honoratus Maria Frixlei Ordinis nostri Conversus, quique P. Priori Comes tunc fuerat miseratione commotus, illudque prodigium nonnisi Divinitùs accidere adverrens eò vel maximè, quòd Thomas vegetior magis, magisque fieri clamore valido proderetur iis, ad quos de jure permittentibus nullâ interpositâ morâ, adhibitâ securi, fatalem palum terra eruit vinculis solutis, & à Rotâ in sedem gestatoriam depositum Thomam ad Cœnobium Lucaugiense devehendum curavit, nonnisi de faucium ariditate, & gravi vinculorum constrictione querentem, qui mox P. Priorem aspiciens hilaris ita affatus fuit: *Habitus hic dolorosus vera Paradisi est incantatio, hoc veluti firmissimo clypeo Reverentia Vestra me munijt*. Interim palam omnibus fiebat, artus non omnes eandem à Rotâ vim perpessos fuisse, quapropter singula ejus membra explorantes Chirurgi Georgius Vischer, Nicolaus Haseigreber, & Cassianus Volgrueber Judiciorum Præfecto eò ad hoc missi adeò infracta, & integra reperere, ut ipsa plagarum loca exiguis omninò notarentur tuberibus, excepto duntaxat sinistro crure, quòd infra genu decussum curæ tamen non impatiens adeò fuit, ut Thomas paucis post diebus, ut diximus, Ecclesiam Lucaugiensem adire potuerit. Prodigiosum ergo beneficium hoc sacro B. Virginis Dolorosæ Habitui acceptum referatur, quidquid scripserint nonnulli idiomate Germanico in lucem edentes Historiam hanc, sine tamen Typograhi nomine vel sede, quòd scilicet Thomas eximiam hanc gratiam B. Virginis Oettinganæ intercessioni unicè, & solùm tribuerit, quatenus in carcere detentus eidem voto se obstrinxerit, eandem peregrè adeundi, & singulis Sabbatis toto vitæ tempore jejunandi, si è carcere ipsum exemisset, ex quo acceperat alios ejusdem Farinæ homines B. Virginis illius ope consimilem gratiam consecutos fuisse. In primis enim sponsionis hujus, & voti mentionem vel minimam toto illo executionis processu invenire non licet; præterea quotquot funesto illi spectaculo aderant, necnon plerique alij quocunque vulgante fama facti rumor increbuerat, Sacro Virginis scapulari servatam vitam, & illæsa membra absque ullâ hæsitatione tribuerunt, quâ de re plurimi ad scapulare hujusmodi induendum certatim convenere, adeoque deinceps cautius procedere volentes Carnifices sacros hujusmodi Habitus patibulo damnatis subducere contenderunt, nequid simile ijs ampliùs contingeret, quemadmodum paulò post factum fuit Kuefstenii, quod in confinibus Bojariæ non ignobile est fortalitium Tyrolensium, ubi è tribus reis ad supplicium damnatis Oeniponte alteri sacro Carmelitarum scapulari induto, ipsum ei à collo avulserat Carnifex, non sine magnâ in reo mentis dejectione, licet pœnas de tantâ audaciâ tu-
E lerit triduum carceribus conclusus solo pane, & frigidâ contentus, graviores subiturus pœnas, siquid ejusmodi tentare in posterum ausus fuisset. Præ cæteris verò gratiam hanc Thomæ Religioni erga Sacrum Habitum exhibitæ Excelsum Regimen Oenipontanum testatum fuit in relatione ad Reverendissimum, & Serenissimum Principem Sigismundum Franciscum 8. idus Augusti hoc anno editâ, quod plarè testimonium exceptione quacunque majus esse non dubitatur. Insuper Thomas ipse præter illa, quæ advenienti P. Priori, ipsumque interroganti respondisse superiùs dicebatur; iterum coram tribus laudati Regiminis Oenipontani nobilibus Secretarijs D. Nazario Aman, D. Matthiâ Schluderpacher,
F & D. Jnzlpacher, & alijs quampluribus interrogatus, cur in Ordine Servorum B. Virginis Mariæ excipi tantopere studeat, flexis genibus respondit: *Eo quòd principaliter propter commissa delicta morti adjudicatus, in ipsâ executione, in quâ sibi vita per rotam adimenda fuisset, mediante miraculoso D. Virginis Dolorum Habitu à P. Priore Servorum D. Virginis in Lucaugiâ dato sibi Thomæ Hans, & induto mirabiliter servatus sit*. Ad quæ iterum illis petentibus, cur scripturis publicæ luci datis soli Oettingano voto servatam vitam deferat, si sacro huic scapulari attribuat, ita rursus respondit: *se quidem eò fecisse votum, attamen verba illa typis vulgata unicè, ac solùm chartæ nunquam commisisse, debuisse ergo*
G *aliundè fuisse addita, prout narratio illa diversimodè excusa sit, se verò hæc omnia aliorum rem meliùs intelligentium judicio relinquere*. Ex quibus id solùm licet nobis colligere, quòd B. Virgini, sive Oettinganæ, sive Lucaugiensi Gratia tribuenda omninò sit, sed sacro potissimùm mediante Scapulari.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

A*ugust. Romer lib. 6. cap.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 23.

Moritur Cardinalis Sacchettus Protector, & Anna Maria Ferrari Tertiaria. Referuntur
H *quædam Indulta. Eriguntur Congregationes 7. Dolorum. Enarratur Miraculum quoddam D. Annunctatæ de Florentiâ.*

CAP. VII.

JUlius Cardinalis Sacchettus Ordinis Nostri Protector diutinâ, & molestissimâ infirmitate detentus Romæ hoc anno, 77. ætatis annum agens die 27. Junij, fato tandem cedere coactus Ordini nostro, quin etiam Universali Ecclesiæ pari mœrore, ac præjudicio subducitur, cæteroqui ob eximia erga utrumque merita æternitati consecrandus. Plures enim insigni laude pro Ecclesiâ administravit Provincias, apud Regem Hispa-

Julij Card. Sacch. obitus, et gesta.

Hispaniarum Philippum IV. Apostolicus Nūcius, ac præstantissimis alijs obeundis muneribus suffectus, sacrâ proinde Purpurâ ab Urbano VIII. Summo Pontifice anno Domini 1626. decoratus, deinde pro Legationibus apud Ferrariam, & Bononiam, quas omni laude superior obierat, de Eccclesiâ optimè meritus, quiśque Sabinensis Episcopus erat, præ singulari virtutum omnium ornamento, charitatis præsertim erga Pauperes, & in adversis fortitudinis tanto habitus in pretio, ut Urbano primùm VIII., Innocentio X. deinde seculo defunctis, ad summi Pontificatûs apicem proximè assumendus, prædicaretur. Triginta annos Ordini nostro præfuit, cujus incremento, amplitudini, decori plurimum contulisse demonstrant, quæ pro eodem præstitisse superiùs recensebam. Quamobrem per singulas Ordinis ejusdem Ecclesias, præsertim verò Florentiæ, quæ Julio Patria fuit, in Ecclesiâ D. Annunciatæ honorificentissimæ celebratæ fuere exequiæ, ubi coram Nuncio Apostolico Brancaccio, & frequentissimo Populo, Viris potissimùm Nobilibus, disertissimè de more de ejus laudibus dixit Franciscus Zappata magni nominis Orator. Bononiæ verò hoc eodem anno, Mense Aprili è vivis erepta cœlesti Beatitudine piè creditur donata Anna Maria Ferrari Tertij Ordinis nostri Monialis, postquam Constitutionum, ac legum omnium tenacissima Custos fuerat, omninò irreprehensibilis, diù, noctuque Orationi intenta, insigni Pietatis sensu Ecclesiæ sacramenta frequenter excipiens, neque dispari Religione pluribus quotidie Missis interesse consueta, adeò plerunque in Deum acta, ut cum aliquando unà cum cæteris Sororibus Divinas in Choro concineret laudes à sensibus abstracta Angelorum cantus audire visa sibi fuerit, cæteroqui præ Charitate, Patientiâ, Humilitate, cæterisque virtutibus, Deo, & Hominibus dilecta. Hoc anno in Provinciâ Romandiolæ, ubi celebranda erāt Comitia, æquè ac in Superiori per alias Italiæ Provincias, speciali Summi Pontificis Indulto Bononiæ coactum tantummodo fuit ad instar Dietæ Definitorium facultate sibi specialiter tributâ singula præstandi, quæ in Comitiis ipsis Provincialibus peragenda erant, habitâ ratione pecuniæ pro Cæsareis armis adversus Turcas, ut diximus, erogandæ. Præterea Summus idem Pontifex favorabili rescripto sub datum Romæ die 20. Junij hujus anni P. Generali Puccinellio facultatem concessit in Magistratu permanendi adhuc per annum, ut integrum complere posset sexennium, & ulterius usque ad celebrationem Capituli Generalis circa dies Pentecostes habendam, qui patriæ suæ non immemor, ut Ecclesiæ illius Nostræ decori consuleret plures insignes Sanctorum Reliquias, præ cæteris verò S. Simplicii Martyris corpus è Cœmeterio Callisti eductum in formâ authenticâ ei dono dedit. Barchinone die 11. Februarij instituta fuit Congregatio Tertij Ordinis nostri juxta Regulam Martini Papæ V. pro omnibus utriusque sexûs Christifidelibus, quibus in duas Classes divisis, Virorum scilicet, & Mulierum, illi quidem qualibet feriâ 6. in Oratorio quodam Magnifico congregati pia quædam obeunt exercitia recolendis Christi Domini, ejusque Sanctissimæ Matris Doloribus accommodata. Hæ verò ultimo cujuslibet Mensis Festo in eodem Oratorio convenientes sacram Eucharistiam percipiunt, à meridie verò plura ex iis obeunt exercitia, quæ Viris præscripta dicebam, qui contra Divinæ Mensæ accumbunt tertiâ cujusque Mensis Dominicâ; cæterum omnes extra Oratorium quoque excolendis virtutibus sedulò incumbunt, charitati præsertim erga Infirmos in Xenodochijs detentos, eo sanè ordine, ut singulis hebdomadæ diebus è Confratribus quidam infirmis inserviant. Hæc autem Congregatio eò celebritatis increvit, ut non modò plurimi, etiam nobilitate Generis conspicui Barchinonenses nomen ei dederint, verùm etiam aliarum Urbium Proceres, potissimùm verò Segoniæ Castellæ Episcopus normam petierint exercitiorum, quæ in hac Congregatione peraguntur, eique subinde plurimi etiam exteri aggregari voluerint, tum Laici, tùm Ecclesiastici, etiam claritate generis, & dignitate conspicui, quin etiam idem Episcopus, qui tandem Segoniæ Congregationem erigendam curavit iisdem legibus, ac erecta Barchinone fuerat. Florentiæ quoque erigitur hoc anno Congregatio Confratrum, & Consororum sub invocatione B. Virginis 7. Dolorum, quæ præter consueta exercitia recolendi eosdem Dolores qualibet feriâ 6., & tertiâ cujusque Mensis Dominicâ, maximè verò Dominicâ tertiâ Septembris, ac per totam octavam non mediocri pompâ in eo potissimùm incumbit, ut pluribus Puellis eleemosynam quandam quot annis pro dote distribuat, et alia Charitatis opera exerceat. Constitutiones autem habet sapienter dispositas, quas Ordinis Nostri Superiores sanxere, & Diœcesanus approbavit. Hoc eodem anno Serenissima Anna Medicea Serenissimi Archiducis Ferdinandi Caroli Conjux à P. Generali per Literas petit sub datum Oeniponte die 15. Januarij, quòd tum ipsum Conjugem, tum se, tum Filias suas ad participationem Bonorum omnium spiritualium Ordinis admittat, quòd statim Generalis ipse concessit. Denique pro hujus capitis, & anni coronide recensendum omninò est, quod Florentiæ Jacobus Durazzi stomachi vitio primùm laborans, apopleaiâ deinde correptus, eò infirmitatis devenerat post 16. Menses, ut de ipso conclamaverint Medici, D. Annunciatæ tamen implorato præsidio, seipsum oleo inungens, quòd ante celeberrimam illam Imaginem jugiter ardet, illicò prorsus convaluit; cujus prodigij testimonium ipsemet fert die

Annæ Mariæ Ferrari Tertiariæ Bononiensis felix obitus, & laudes.

Celebratur Bon. Dieta loco Capituli Provinc.

Gener. Puccinellius facultatem obtinet permanendi in Magistratu adhuc per annū.

Instituitur Barchinone Congr. Tertij Ordin. ad cujus normam erigitur altera Segoniæ

Erigit. Floren. Congr. sub invocatione 7. Dolor.

D. Ann. de Flor. miraculum.

29. Maii hujus anni auctoritate Diæcesani confirmatum.

Supplicatio solemnis Viennensis. P. Carolus Spinula Archiepiscopus Rossani. Ludovicus Giustiniani Procurator Generalis suffectus. Butrij Vitam communem ineunt Tertiariæ. Laquearia Templi D. Annunciatæ de Florentiâ ornantur.

CAP. VIII.

IN Ecclesiâ Nostrâ Viennensi Sacra jugiter promoventibus sedulis Operatiis Servitis anno 1656. 13. Kalendas Januarij Episcopali idiomate impetrato erectum solemniter fuerat D. Virginis .1. Dolorosæ sodalitium, quod hactenus ritu publico non colebatur, etsi longè antea plurimi nomen illi dedissent, hinc non paucæ hucusque præter quamlibet Tertiam Dominicam institutæ fuere supplicationes ad recolendos ejusdem Virginis dolores; omnium verò maximè solemnis habita hoc anno fuit Viennæ Dominicâ vulgò dictâ *Passionis* ab Ecclesiâ nostrâ Rosaugiensi ad Basilicam D. Stephani in Urbe, eo planè tempore, quo Turcarum invalescens, & à Tartaris promota rabies occupatis, vastatisque hinc inde per Superiorem, & inferiorem Hungariam fortalitiis, & Urbibus, abductisque in miserrimam servitutem multis Christianorum millibus, Moraviæ non minus, quàm Austriæ infesta incumbebat. Itaque ad implorandam Dei clementiam, sanctissimæ ejus Matris intercessione institutæ huic supplicationi ad 4. millia Hominum interfuere, in eâ verò præter varias repræsentationes Labara complura spectabantur diversis Emblematibus conspicua, quæ sacer Orator P. Crescentius Capuccinus percelebris Divini Verbi Præco pro themate in concionem assumens disertissimè explicabat, non sine ingenti Auditorum commotione, ac singulari eximiæ Pietatis studio erga Dolorosam Virginem in eorum mentibus formato, & firmiter conceptâ fiduciâ reparandæ à Turcicâ Tyrannide libertatis. Hæc sanè erga Dolorosam Matrem Religio non uno in loco per Germaniam consistere passa, ad plura se passim extendit loca, potissimùm verò hoc anno 4. Nonas Maij celeberrimum illud emanavit mandatum, quo D. Cardinalis Ernestus Adalbertus Archiepiscopus Pragensis præter alia reconciliandæ Divinæ Majestati remedia, certis diebus usum præscripsit Mariani Planctus *Stabat Mater dolorosa* in Ecclesiâ admodum Religiosè canendi, quibus utique factum est, ut Divina averteretur indignatio, & imminentia Turcarum arcerentur excidia. Hoc eodem anno .2. Carolus Spinula de Neapoli Procurator Generalis in Romanâ Curiâ à Summo Pontifice electus Archiepiscopus Rossani in Calabriâ, die 28. Septembris in Ecclesiâ nostrâ S. Marcelli de Urbe ab Eminentissimo Titulari Cardinali Spadâ consecratus de more solemniter fuit, ei verò in munere Procuratoris Generalis ab eodem Summo Pontifice suffectus fuit P.M. Ludovicus Giustiniani de Fulgineo in rebus gerendis solertissimus, & Ordinis Nostri decoris augendi studiosissimus, quemadmodum ex dicendis constabit, utpotè qui accuratissimam peritiam, prudentiamque in rebus agendis non modicam antea demonstraverat, cum olim Archiepiscopo Panuino in arduis suæ Diæcesis negocijs feliciter inservierat. Butrij propè Bononiam Tertij Ordinis nostri Moniales ab anno usque 1420. institutæ, singulæ verò seorsim degentes, anno 1588. domum quandam sibi ex testamento relictam à Jacobo *della Rovere* incolere simul cæperunt, hoc autem anno numero 12. vitam ibidem communem inire decreverunt, adeò præclara virtutum exempla præbentes, sibique Præfectam eligentes, ut præ laudabili sanctitatis earundem opinione certatim omnes instituendas ipsis Filias suas tradere non vererentur.

Ad implorandã Dei clementiã instituitur Viennæ solemnis supplicatio.

7. Dolor. Religio per Germaniam dilatatur.

Carolus Spinula de Neap. eligitur, & consecratur Archiep. Rossani in Calab.

P.M. Ludovicus Giustiniani de Fulgineo eligitur Procur. Ordin.

Butrij Vitam communem ineunt Tertiariæ.

Per idem fermè .3. tempus Reverendissimus P. Callistus Generalis, cujus zelus, & amor ad magis magisque semper exornandam Ecclesiam D. Annunciatæ de Florentiâ accuratissimè tendebat, Serenissimos Principes Etruriæ Pisis illâ hybernâ tempestate de more commorantes adijt, maximeque à Serenissimo Principe Matthia obtinuit, ut ipsemet Protector adesset ad perficienda, & omnimodè ornanda laquearia ejusdem Ecclesiæ Picturis, ac aureis celaturis satis conspicuis, uti cernuntur in præsens perfecta non modica expẽsa scutorum nempe circiter quatuor millium. Ad quod opus nedum validam Protectionem prælaudati Serenissimi Matthiæ Thusciæ Principis obtinuit, sed plurimos quoque Nobiles incendit Benefactores ad contribuendas non modicas Pecuniarum summas, inter quos primus in ordine, qui cæteris quoque exemplo suo calcar addidit efficacissimum Nobilis quidam Mercator ex Armeniâ Liburni commorans nomine Antonius Maria, dictus Cilibi, qui argẽtea Peria mille non solũ exhibuit, sed etiam profusissimè postmodum numeravit. Quod totum diligentiæ, & amori non modico ipsiusmet P. Generalis Callisti Patres præfati Conventus in eorum monumentis acceptum gratissimè referunt. In universitate verò Pisanâ cùm jam electus esset publicus Lector ad Cathedram Theologiæ præfatus P. Magister Callistus Puccinelli, nec posset per se ipsum, utpotè negocijs quamplurimis sui Generalatûs distentus, prædicto Lecturæ muneri satisfacere, per idem temporis subrogari obtinuit P.M. Georgium Soggia è Sardiniâ, Virum profectò omni literaturâ ornatum.

Laquearia Tẽpli D. Annun. ornantur.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

a *AUgust. Romer lib. 9. cap. 28.*

2 *Ex monum. Conv. S. Marcelli, & Butrij.*

3 *Ex monum. Conv. D. Annunc. de Flor.*

Enar.

Enarrantur nonnulla Miracula D. Virginis VValdrastensis.

C A P. IX.

1 PLura sanè admodum an. 1621. D. Virginis VValdrastensis recensita fuere Prodigia, quæ longè antea patraverat Altissimus, quàm Ecclesia illa Ordini nostro designata foret, modò verò recensenda Nobis occurrunt, quæ contigere ab ejusdem Ordinis ingressu, rariora saltem, atque certiora. Primùm verò recensendus occurrit Michael Pranger Civis Oenipontanus, qui cum iter ageret anno 1617. Vespertino ingruente crepusculo à rectâ viâ deflectens in ædes incidit undecim latronibus infestas, qui statim de tantâ prædâ sibi occurrente exultabundi interficiendum illum curabant, Michael verò D. Virginis VValdrastensis non immemor voto ei se totum commisit, quæ planè non defuit, quin etiam eidem penè exanimi animos ita addidit, ut audaci nisu è latronum manibus elapsus, & pontem sublicium feliciter transiliens, præaltum quoque sæpimentum superaverit, ac plenum fugæ adytum sibi pararit. Instant quantocyus sicarij, tum facibus, tum Armis instructi, plures insequuntur Canes, latebras excutiunt, sed frustra, Cœlestis enim Patrona clientem suum per avia, ac devia, per paludes, & frutices, imbribus, & noctis altissimæ tenebris minimè obstantibus, in tutiora loca deduxerat, qui proinde Auxiliatrici VValdrastensi Tabulam trophæum fixit.

D. Virgo VValdr. mira sua intercessione lib.

Ab aquarum periculo.

2 Quinquennem Puellulam nomine Barbaram apud Locum, quem Tanzer dicunt, Torrens Silara inter aquarum volumina abripuerat, quam vitricus eò statim accurrens unà cum alijs exanimem deprehendit, sed ab equitante fortuitò Gasparo Graff Meranensi pluries rogatus, Virgini VValdrastensi deferendam promisit, quæ paulò post ibi revixit, ipsâque die sibi integrè restituta fuit anno 1624.

A vehementi Torrentis impetu.

3 Eodem anno Paulus Jenevvein Faber Murarius Schoffensis ex Monte Pyreneo redux in adeò grandem inciderat clysmum, ut præ lapidibus, quos aquarum vortices unà secum rapiebant, nullibi misero pateret effugium, qui proinde conterritus D. VValdrastensem summis precibus exorabat, quæ sanè tantum attulere momentum, ut illicò fluctus eo usque sisterent, quoad Paulo evadere fas esset, mox verò pleno impetu relapsi in præceps de more iterum ruere cœperunt.

Ab undarum submersione.

4 Puella Trimula nomine Anna ex Oppido Kemmeten Dominij Sunnaburgensis fallentibus vestigijs in rivum ceciderat Molendino imminentem, & aquarum impetu diù abducta Rastro molinario, quo rotarum impedimenta prohibentur, admota, diusculè hæserat, cum Puerorum circumstantium lamentis excita quædam Mulier Puellulam verso capite submersam ex undis eripere contendit, sed conatui huic se imparem advertens, alteri opportunè accedenti viribus magis instructo prædam ultrò cessit, qui extractæ Puellulæ corpusculum statim invertens aquas modò haustas ut plurimum evomere coegit. Interim Filiolæ suffocatæ rumore conterritus Parens cum pluribus eò statim processit, qui Annam ferè semianimem D. VValdrastensi protinus commendat, statimque Puellula reviviscere, oculis hac, & illac exultabunda ludere, & ad vesperam omninò convalescere cœpit: tum verò sibi, & Parenti reddita, *Prandium parate*, ajebat, *satis mihi dormitum est*; Non enim in aquas prolapsam se arbitrabatur, sed in suavissimum somnum, quem Dei Genitrix innocenti Filiolæ conciliarat, anno 1625.

A Dæmonum tyrannide.

5 Matthæus Seiser ex Ditione Flies Laudeggensis à Dœmone obsessus, adeò quandoque vexabatur, ut nisi Deus prohibuisset, modò in aquas, modò in terram è sublimi loco præcipitem se dedisset; pluries quidem ab hoc hospite absolvi tentavit in varijs Locis Deo, Matrique Virgini dicatis, sed irrito ubique conatu, verùm ad VValdrastensem confugiens malè quidem ab eo habitus fuit, sed & Dœmon ipse sacro D. Virginis Dolorosæ Habitu longè deteriùs affectus ibidem fuit, priusquam erumperet, qui sæpiùs eò tactus uri se vehementer exclamarit, sed tandem erupit. Anno 1626.

A Dæmonum pariter Tyrannide.

6 Annam Tannerin ex Appenzel Helvetijs oriundam Mulierem utcunque Religiosam Nutricis temerè excandescentis imprecatione sui juris adhuc parvulam fecerat, Dæmon arrepto velut in tesseram fragmine quodam cinguli lumbos ejus ambientis, & integro decennio tyrannicè tenuerat. Pluries quidem Deum, & Sanctos invocaverat, ut à gravibus, & diuturnis iniquissimi hostis vexationibus absolveretur, sed Oenipontem primùm ad Archiducalem Sororum Nostrarum Regularem Domum, inde ad Virginem VValdrastensem 6. Kalendas Septembris anno 1626. processit, ubi cum sacris Mysterijs interesset ad elevationem Sacratissimæ Hostiæ horrendum ejulari, Templi subsellia pugnis atrociter impellere, atque adeò digitis dissilire cœpit, ut adstantes penè animo exciderint. A meridie dum iterum exorcismorum vi urgetur, et coram prodigioso D. Virginis simulacro, prout ipsa petierat, sistitur, tantâ improbitate in eam egit Diabolus, ut à validâ 4. Virorum manu vix retinenda fuerit; quinimmo ubi Sacerdos Sacro Mariæ nomine illi pertinaciùs institit, Virum omnium facilè robustissimum, qui Annam mediam prehenderat subsultu facto secum à terrâ prodigiosè sustulit, sed celerrimè residens tumultuarias inter voces, & oculos ignem spirantes deterrimum inquilinum ante Virginis Simulacrum Anna feliciter ejecit. Tum ipsa Liberatrici vices rependere volens in sacram illius Sta-

Statuam ambobus brachiis procedere cœpit, & lachrymantibus præ gaudio oculis adeò ipsam diffuaviari, ut omnium spectatorum animos in gaudij sui, & lachrymarum partem habuerit, ibique veluti tropbæum apposuit ferreum puellaris cinguli fragmentum, cujus cuspidi inhærentes novem annuli, velut in fidem subsignaturi rem ipsam eò clariùs testantur.

7 Margharita Schofflmayrin Joãnis VVinckleri Uxor ad D. Martini ditionis Michlspurgensis in Pusterensi Valle doloroso novem dierum nixu infantulam ediderat jam biduo mortuam, duplicem ejus mortem, temporalem scilicet, & æternam, maximè verò hanc miserata inter acerbos animi sensus, sibi tamen constans uteri funus Matri VValdrastensi commendat utriusque vitæ Filiolæ comparandæ admodum secura, è loculo proinde undequaque fætens Infantulæ cadaver Aræ, cui Virginis incumbit Statua imponendum curat, & statim Infans primo die in faciem rubere, altero vitales per singula membra colores ostendere, tertio sudorem è naribus stillare, singultire, ac denique vivere cœpit, brevî tamen moriturus. Itaque præmonitus è nostris Sacerdos fugitivam animam Infantulæ salutari lavacro purgavit, quæ statim iterum obdormiens æternam vitam cum temporali commutavit, Mariæ siquidem (hoc nomine donata fuit in baptismate Infantula) satis abundè fuit ita vixisse, ut in æternum viveret. Anno 1630.

A mortis potestate, & ad Vitam revocat.

8 Redux è VValdrastensi Ecclesiâ Illustris Dominus Liber Baro Anselmus à Vols Oenipontani Regiminis Consiliarius, cum Coniuge suâ Catharinâ Fregerin, ac tribus Filijs versus Matrayensis Vici Parochiale Templũ descendendo viæ partem absolverat, cum nemine periculum verito, Equorum alter Catharinam vehens præter consuetudinem insolentior factus ferocì, ac gemino subsultu insidentem Dominam, eamque prægnantem excussit, & calcibus continuis proximè adiacentem ita petijt, ut caput tantùm non feriret. Auxiliatricem VValdrastensem illicò Invocat Anselmus, adsunt opportunè servuli, & Dominam calcitranti pertinaciter Equo Intactam subducunt, & adeo nihil pavidam, ut admirationi omnibus fuerit; verùm tribus Inde hebdomadis exactis superveniens, & in dies auctus dysenteriæ morbus adhuc gravidam in extremo ferè discrimine constituit, sed Coniux Anselmus satis, superque edoctus D. VValdrastensis præsidium implorat æquè ac Catharina, quæ proinde præter opinionem omnium citiùs convalescens fœtum post triduum feliciter emittit. Anno 1632. In hujus prodigij testimonium annulum insignem grati Coniuges apud Auxiliatricem deposuere.

Ab Equi calcitrãtis periculo.

9 Eodem Anno habebatur in Trahâ Equo vectus Frumentator quidam Halensis pernicissimo cursu per primarium Oenipontis suburbium; puerulus quidam imminente sibi Trahâ deterritus, dum evadere nititur, fallente vestigium glacie, repente corruit. Tactus Filioli novennis periculo Genitor Andreas statim exclamat è specula: *Adiuva, ò Sanctissima VValdrastensis!* eamque sibi omninò propitiam sentit, siquidem Puerulus ab Equo, & Trahâ super eum admissis Integerrimus Domum ad Parentem rediit.

Ab alterius Equi currentis discrimine.

10 Michaelis Hofer, & Mariæ Dinzlin Filiola à sex hebdomadis oculorum acie perstricta Matrem omni prorsus humano destitutam remedio gravissimè torquebat. Bis autem, terque vellicari se à nonnemine adverterat, sed quid simile somnio sibi accidisse rata mẽtem cum somno excussit, donec haud inaniter mentem ejus subijt sibi cum Filiolâ VValdrastensem adeundam esse; quamobrem etsi locum hunc neque de nomine nosset, pergebat tamen animosè viam alibi edocta ipso Mense Februario anno 1636., contra quam malè feriati homines in bonum utique Filiæ iter illud dissuadebant. Ut autem eò venit, & D. Virginem salutavit, illicò Puella faciem per Ecclesiam circumducere, oculisque rutilantibus ludere festivè cœpit, Matre verè ex animo gratulante; sex dies exinde gratiis D. Liberatrici habendis dedere, quibus exactis Bolsanum, unde venerant, hilares rediere.

A cæcitate.

11 Quid prænobili Martino à Sattlberg actum fuerit ex Tabulâ ibidem suspensâ unicuique colligere licet, cui proinde subiectas Literas hic apponere satius duxi. Deo, Deique Matri Virgini Mariæ: Ego Martinus Satlberger à Schickenburg Serenissimæ Claudię Archiducissæ Cameræ rationis Consiliarius, cum prænobili, & Clarissimo Domino Jacobo Christophoro Egger, qui ejusdem Serenissimæ est Cameræ Consiliarius, Kalendis Augusti anno 1638. gravibus de negotijs ad Montes Primorenses ablegatus feliciter, quæ mandata erant perfeci, & prosequor iter. Cum tendo Venetias, ecce non procul Bolsano in confinibus Venetorum sublimi vehor viâ, & angustâ; postremis vestigijs fallit Equus, resupinatur, ruit, meque, ut eram Eques secum abreptum eâdem involvit minâ, & in præruptam, saxosamque duarum ad minimum contignationum devolvit vallem. In tam repentino casu victima mortis non eram apud me, sed apud Te eram, mi Deus, duo verba memini me dicere: Jesu, Maria, cum dicto in imâ sistor Valle subductus Equo: Ossulum coxendicis laxatum erat, quod brevî coaluit, cætera salvus Vobis Jesus, & Maria vitam in acceptis refero; quæ gratia miraculis plena, ut Orbi constaret, confirmaretque, quanta felicitas esset sub Vexillo Mariano stipendia facere, hanc ex voto Tabulam beneficij accepti, gratique animi mei testem pingi curavi.

Ab evidente vitæ periculo præcipitem eruto.

12 Ibidem adhuc apparet aliud insigne prodigium notatum quidem anno 1638., quòd tamen contigerat 1635., quod hic referre juvat Chirographum ipsum exhibendo, sigillo

quoque

quoque munitum, quo beneficiũ ſibi à VValdraſtenſi Virgine collatum egreglè teſtatur D. Chriſtophorus Reitter, olim Sereniſſimi Ferdinandi Caroli Archiducis Auſtriæ Sacellarius, et eleemoſynarius. ita verò ſe habet: Excantatus ego geniaii vini poculo, cui quartana ſuperveniens haud leve incrementum malo addidit, ſeprem annorum ſpario adeò contabui, ut Medicis omnem meliorem viram deſpondentibus ad vitæ parentem in VValdraſt animo tenus recurrendum mihi fuerit, & quo animo jam præceſseram, corpore etiam abrepere tentabam. Feci ibi ſecundo ab Adventu meo die ad Aram Virginis, dixi iill *Ave*, & dum rediturus membris adhuc languidis illi ab Aedis iimine *Vale* dico, quaſi frigidâ toto perfundor pectore, mox pavore me ſuccutiente exilio, & tam benè me deinceps habere incipio, ut iabore penè nullo viam ex Monte relegerem, uſque in vicum Mieders, quod ſcilicet de labe priſtinâ nihil omninò ſupereſſet. In pede montis à Reverendiſſimo Hieronymo Othone Agricolâ id temporis Vicario Generali, demum Epiſcopo Brixinenſi cum alijs prandio adhibeor, ſed non ſine umbris, ingenti, inquam, Muſcarum agmine, quæ morbi olfacientes Reliquias æſtate ſaris provectâ me pro ſolemni ſuo obſederunt. Conſpiratus Otho tot non quadratum, ſed corporis mei vexatores Aſsecias de affectâ mihi valetudine, dubius hærebar; & dum hæret, eamque mihi ineſſe negar, iegio illa mea importuna (Apum examen diceres) ſolutâ mox apud me obſidione ipſum in Reverendiſſimum Dominum metationem deſignat haud parum ſamulis, quos præſentes habebat, abigendo eam negotij ſaceſſens. Deprehendit hic Otho Marianam in me gratiam, ejuſque nunquam non memorem eſſe juſſit, cui obſecundans Ego annuam eò peregrinationem ad dies vitæ meæ ſanxi.

A Febri quartanâ.

13 Anno 1641. Haiæ ad Oenum trium Annorum infans pueriiia tractando vitreum fragmentum coloris cærulei, & pollicem virilem latum degiutierat, quod tenello gutturi pertinaciter inhærens, cum nullâ vi humanâ propelli poſſet, invocatâ per Virginem VValdraſtenſem Divinâ, ſponte receſſit, quòd etiam num argento incluſum in admiratione apud Poſteros viſitur.

A mortis periculo.

14 Eximius Comes Leopoldus Fugger in Kirchberg, & VVeiſſenhorn ſupremus in Aulâ Oenipontanâ ſtabuli Præfectus, ſtatim ac inter Magnates Archiducis Ferdinandi Caroli cooptatus fuit, novem continuis diebus inter febriles æſtus pieuritide laborare cœpit, præ doloris vehementiâ, morti proximum ſe ſentiens ad VValdraſtenſem Virginem conſugit, & quidem ſapienti conſilio, ſiquidem protinus rupto, quod latebat, apoſtemate, dolor omnis ceſſavit, & inſperato ſalus rediit Anno 1646.

A graviſſimâ febri, & dolorum vehementiâ.

15 Michaelem Reckl anno 1652. in fodinis Stetzingenſibus eruendo metallo diſtentum, ingens ſaxum, & duas Fornaces vaſtitate ſuâ adæquans obruit, tantâque preſſit mole, ut viſcera illi è corpore eijceret. Miſer anguſtiis hiſce preſſus VValdraſtẽſem Virginem conſeſtim invocat, quæ ei ſtatim obiecta hiſce verbis animare cœpit: *Bono eſto animo Michael; non moriere nunc, faxis tantummodò, ut me in VValdraſt, & Etbal* (locus eſt Boiariæ Mariæ Virg. religione celebris) *tuas depoſiturus noxas adeas*. Ad quæ Michael, quaſi ſomniãs, *O Mater Gratiarum*, ait, *non ſemel ego, ſed decies illic locorum Te convenero*. His dictis 50. Viri amovendo ſaxo accedunt, pro certo habentes, Michaelem inde ſe nonniſi mortuum extracturos, ſed ingenti gaudio, & admiratione vivum adhuc repertum Domi ſuæ intulere, ubi aliquot hebdomadis incumbens priſtinis laboribus poſtliminio reſtitutus fuit, nil aliud incommodi deinceps paſſus, quàm quod ab aeris inclementiâ, & variatione procedit, ſponſionis ſuæ adeò fidelis Cuſtos, ut in VValdraſt non ſemel tantùm adiiſſe cõtentus, quandiù vixit peregrinatus quot annis fuerit.

Ab evidenti mortis diſcrimine.

16 Ad Alanos conterminos Coloniæ Populos ſe contulerat Georgius Mayr Tyrolenſis ex Mieders, ubi ferrario è Lutheri ſcholâ fabro ſeſquiannum ſuam operam locaverat. Duo interim ingentia per capitis tempora ad Maxiilas uſque ſtrumarum inſtar defluentia tubera tantâ pertinaciâ ipſum occuparunt, ut 14. diebus omni cibo illum interdicerent, cui proindè, tanquam proximè migraturo præſto erant Sacerdotes ſacramentalem Confeſſionem excepturi, & Sacram Euchariſtiam miniſtraturi; verùm ori æquè, ac voci via præcludebatur; paulo tamen poſt ſomno correptus Georgius divinitùs monetur, quòd Virgini VValdraſtenſi ſeſe devoveret, ita enim fore, ut inciſis tuberibus quamprimum convaleſcat; evigilans præſtitit, quod ſomnians monitus fuerat, cum obſtupeſcentibus omnibus ulcera aperiuntur, & omninò convaleſcit, anno 1656.

A pertinacibus Tuberis

17 Eodem anno è vivis exceſſerat Cælebs adhuc Filia Pagani cujuſdam ex Airas Vico non procul à VValdraſt ſito, quam omnes ob integerrimam vitam recto tramite Cœlum petiiſſe credebant; verùm piacularibus ignibus retenta Sorori apparens opem ab eâ tulit, & Sacrum in VValdraſt, quòd Parens pro ægrotante in ſalutem corporis voverat, ſibi in redemptionem habendum poſtulavit, quòd intelligens Parens nil cunctatus ipſo Sanctorum Innocentium Feſto per invias, & altiſſimas nives in VValdraſt committendo, & Sacrum pro Filiâ fieri curando viam exindè ipſi per Mariam ad Deum ſtravit.

A Purgatorij pœnis.

18 Maria Etuaverin anno 1658. ex Summontorio comitantibus alijs tredecim ſe Oeno commiſerat; Oenariam placidè per undas procedentem tanta ſubitò procellæ vis adorta fuit, ut eam unà cum vectoribus, & Mercibus de repente everterit, ac merſerit: Ma-

A Naufragio.

tia

ria tamen quantumlibet immixta fluctibus se, & alios quinque inter undas adhuc superstites VValdrastensi Virgini voto addixit, quæ statim audiens naufragos vindicavit.

Ab oculorũ caligine.

19 Urbani Holzman in Gusedaun duobus Brixinâ milliaribus degentis Uxor vaccæ, quam mungebat, caudâ adeò percussa oculos fuit semel, & iterum, ut brevi enata in utroque oculo glaucomata facultatem videndi subduxerint. Trimestri obvoluta caligine nihil sibi proficere sentiens adhibita quæcunque remedia; VValdrastensi Dominæ unà cum Coniuge voto obstricta pristino visui restituitur anno 1659.

A mortis imperio ad vitã revocando.

20 Anno verò 1660. Puellula quædam nomine Elisabeth, nedum quadriennis Domo elapsa, cum ejus Pater Michael Loderer Oenipontem pro Concione feriâ 6. Parasceves F adiret, in Vico Milanensi haud procul Urbe prædictâ, in aquâs molam ferrariam trudentes, præcipitavit. Sororcula Maria natu paulò Major ruentem videns proximis casum nunciavit, protinus accurrunt tres Viri, submersam extrahunt, & undequaque contemplantur, ac denium obiisse conclamant; duo tamen ex illis alterum hortantur, scilicet Michaelis Generum, quod votum pro Elisabethâ VValdrastensi Dominæ concipiet, quod cùm præstitisset, vix horulæ dimidium intercessit, cùm Filia revixit.

A lethali vulnere sanitatẽ tribuendo.

21 Antonius, & Jacobus Oeniponte nati Michaelis Fechti ex Mariâ VVeilbachin Filii adhuc parvuli pueriliter adinvicem ludebant; G ex iis autem natu major Antonius in hypocausto, ubi Genitor Machæropæus sub hyemem operi incumbere consueverat, ensem advertens apprehendit, & in Jacobum supra nudum umbilicum omni nisu contorquet, qui planè lethali vulnere subierat, sed eò superveniens Pater Filiolum deprehenso vulnere perterritus VValdrastensi Thaumaturgæ commendat interposito voto se eum illi non sine munere sisturum. Parvulus toto 14. dierum decursu, quo curam ejus egit Chirurgus Christophorus Steidl manui Medicæ, quantumvis gravi illachrymatus nunquam fuit, & brevi omnino convaluit Chirurgo ipso præ alijs publicè testante servatum, & sanatum parvulum D. VValdrastensi tantùm acceptum referendum esse. Anno 1661. H

Ab Hydrope.

22 Maria Helena Isaaci Lindtner, & Annæ Mariæ Kernin Filiola vix duodennis in gravissimam hydropen, & mortem declinabat, sed ejus Parente D. VValdrastensi eam commendante emisso voto eam illuc deducendi, omninò convalescit. Anno 1664.

A mortis periculo.

23 Eodem Anno Theresia Cæcilia Caroli Ludovici Anreitter, & Elisabethæ Raxidnitgin Filia adhuc Parvula noxio calore enormiter oppressa, Medico, & cæteris omnibus morti proximâ habita, ab unico ejus Parente Matri VValdrastensi, quo alias Græcio Tyrolim Patriam revisurus pergere statuerat, destinata revixit.

A Phrænesi.

24 Christophorum VVerndtlin VVilthi- E nensem adhuc Infantem infestâ phrænesi sæpiùs correptum, solicita Mater voto quodam D. VValdrastensi obstrinxit anno 1665., quo vix emisso Christophorus incolumis evasit.

A pessimis capitis defluxionibus.

25 Gregorio Mariæ Niderlocher Ordinis Servorum Sacerdoti eodem anno pessimæ defluxiones capitis sinistrum Brachium gravissimè vitiaverant, quin aliquid commodi ex adhibitis Medicinis sibi compararet; quamobrem VValdrastensi Dominæ, apud quam tunc temporis Theologiam explicabat, se devovens, pari gradu, quo votum reddebat de die in diem salutem est consecutus, & biduo post ab integrè reddito voto sinistro quoque Brachio integrè convalescit.

A difficultate Partus.

26 Eodem Anno Uxor Mathiæ Reiser in F Bustetiâ jam quartum diem difficillimo ex partu, gravissimè laborabat, statim verò ac pro Uxore Mathias apud Divam VValdrastensem suas ex animo preces interposuit, fœtum hæc est feliciter enixa.

A Turcarum periculo

27 ibidem veluti trophæum testimonium apparet in membranâ exaratum, & sigillo roboratum die 30. Octobris ejusdem anni Patris Electi Zuvinner Ordinis Minorum Observantiæ Reformatorum Concionatoris Generalis, Excustodis Provinciæ Bohemiæ, & ad Maiestatem suam Commissatij Terræ Sanctæ, qui disertis verbis testatur, quòd ex Oriente solvens, cùm Venetias versus iter susciperet Turcicam Triremem unà cum Galeotâ circa insulam Zante, & Corphù obviam G habuit, quæ navim ejus 23. tantùm Personas habentem aggredi contendebat, sed D. VValdrastensis ope, quam singuli summo timore perculsi imploraverant, existimans plurimum, & validissimum Populi robur Electi ejusdem navi inesse, è vestigio fugam cœpit, Electus autem, & socii iter suum feliciter peregere.

Serenissimum tandem Sigismundum Tyrolis Comitẽ graviter vulneratum à mortis periculo liberat.

28 Hisce prodigiis coronidem imponat eximiam, & immortale momentum Serenissimus Sigismundus Franciscus Tyrolis Comes, ac Dominus Serenissimæ Archiducissæ Claudiæ Filius, licet longè antea recensendus, anno nimirum 1649. in Campis Archiducali Castro Ambas adiacentibus Oenipontem inter, & Halam, mediâ ferè viâ Venatui indulgens Serenissimus tubum ferreum oblongum, H & duobus incendiarijs silicibus sibi invicem imminentibus armatum corpori suo allud cogitans ita aptaverat, ut extrema dicti tubi pars Maxillam dexteram respiceret; dum igitur Ferrum oscitanter rotat, culmus propè manubrium illapsus tubi linguiam prehendit, armarium laxavit, quò statim ignem expedivit, & plumbeam grandinem ab ore tubi per genas in capitis tempora momento evomuit. Facto vulnere uberrimè fluente sanguine unà cum Aulicis maximè conterritus Serenissimus VValdrastensi Matri quamprimum sibi maximè dilectæ voto se obstrinxit, duos Cereos insignis ponderis, & effigiem suam à pectore argenteam, necnon annuum ad Sacram ejus

VVal-

VValdrastensem Ædem recursum. Tam sanctè voventem Principem non destituit Cœli Regina, exemptis enim manu Medicâ plumbi minutiis integerrimè eum sanitati reddidit, quin aliquid detractum fuerit venustati frontis, & incommodum unquam subierit ex aeris inclementiam variantis vicissitudine malis hujusmodi familiare. Serenissimus verò fidem sanctam habuit, quemadmodum è votivo donario constat oculis omnium spectabili, præ cæteris enim ibidem visitur ejusdem Principis thorax cum sanguine ex vulnere concreto. Præstereà quàm accepta Deiparæ foret Serenissimi Principis erga VValdrastensem Ædem religio, inde quoque patet, quod unà cum Serenissimo Fratre Ferdinando Halam ituro Saggense Oenipontanorum Pratum obequitans humum sciobibus cæterùm non inæqualem premens, unà cum Equo, celeri quidem, sed planè innoxio casu prostratus statim intellexit primas D. Virgini deberi, eamque omnium primò adeundam fuisse. Quare Serenissimus iter, quod Halam cum Germano intenderat, ad VValdrastensem Ædem maturavit, satis intelligens, ut se Matiæ, ita & hanc sibi cordi esse oportere. Præter beneficia hactenus recensita VValdrastensis Dominæ præsidio in utilitatem corporum cedentia, plurima essent modò recensenda, quæ promovendæ animorum Sāctitati quammaximè contulere; palam enim est plurimos semel, & iterum io Confessione peccatorum sacrilegos tantâ hic animorum tempestate vexatos fuisse, ut mentem componere non aliter potuerint, quàm eò regrediendo, & culpas integrè confitendo; verum hæc omnia sanctiùs ipsi coram Domino testantur, quibus collata fuere, quàm eadem nos fusiori calamo prædicemus.

Decr. S. Congr. de celebrandis Dietis.

Hoc eodem anno die 10. Septembris ad instantiam superiorum Ordinis enixè petentium à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium cōfirmationem Decreti ab Eminentissimo Sacchetto anno 1647. die 17. Augusti sanciti, prout ad eundem annum de celebrandis Dietis loco Capitulorum intermediorum perpetuò valituram, ab eadem Sacrâ Congregatione sequens emanavit Decretum.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negocijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, & attentis narratis, & viso Decreto bonæ memoriæ Eminentissimi Sacchetti Ordinis hujusmodi apud hanc Sanctam Sedem, dum viveret, Protectoris, tenoris præinserti, ipsum Decretum benignè approbavit, & confirmavit, suumque effectum sortiri mandavit, contrarijs quibuscunque non obstantibus &c.

Romæ die 18. Septembris 1665.

M. Cardinalis Ginettus.

Locus ✠ Sigilli

F. Episcopus Camerinus Secretarius.

Interim verò promoto ad dignitatem Ar- A chiepiscopatûs Urbinatensis, sed nondum consecrato P.M. Callisto Puccinellio Summus Pontifex Alexander VII. motu proprio, & ex certâ scientiâ de integritate, ac prudentiâ P. M. Ludovici Justiniani ex Fulgineo plurimum in Domino confisus eundem R.M. Ludovicum præventivè in Priorem Generalem elegit, ac Breve infrascriptum satis honorificum præfato M. Ludovico expedivit.

Dilecto Filio Ludovico Justiniano Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. Professori.

Alexander Papa VII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliâque laudabilia probitatis, B & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio. Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Itaque pro commissâ Nobis Divinitùs Pastoralis Officij curâ Ordinis Fratrum Servorum B. M. V., cujus tu Frater expressè Professus existis de idoneo Priore Generali, qui illum adjuvante Domino salubriter dirigat, providere cupientes, ac de tuâ fide, integritate, prudentiâ, sapientiâ, charitate, spiritualium providentiâ, & temporalium circumspectione, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Téque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & pœnis à Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causâ latis, siquibus quomodolibet C innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione, Nostræ, déque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Te præfati Ordinis Priorem Generalem ad tempus, quo Generalatus Ordinis hujusmodi Officium, juxta regularia ipsius Ordinis instituta per Sedem Apostolicam confirmata durare consuevit, statim, atque Dilectus Filius Modernus Prior Generalis ejusdem Ordinis tempus suum compleverit, inchoandum, cum omnibus, & singulis Privilegijs, præeminentiis, prærogativis, facultatibus, authoritate, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis tenore præsentium constituimus, & depu- D tamus. Mandantes prætereà in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut sub indignationis Nostræ, alijsque arbitrii Nostri pœnis omnibus, & singulis memorati Ordinis Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Generalatûs Officium, ejusque liberum exercitium juxta earundem tenorem præsentium recipiant, & admittant; Téque recognoscant, ac tua salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles ratum habebimus, & faciemus authore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter

ter

ter observari, ac decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suos'que plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sic'que in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoque quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, & juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegijs, quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectū, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæteris'que contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCLXV. Pontificatûs Nostri Anno XI.

S. Ugolinus.

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

1 *AUgust. Romer lib. 4. cap. 14., & seqq. usque ad finem.*

2 *Ex Reg. Gen.*

Enarrantur prodigia Virginis Lucaugiensis, & Lauretanæ.
CAP. X.

BEatæ Virginis laudes ejus'que Beneficiorum commendatio hujus anni consecrent initia, ex quo Sanctissima Domina ubique Gentium celebris, ubique præclara Beneficentiæ suæ specimina præbet erga Fideles omnes quidem, qui ejus implorent præsidium, maximè verò erga Ordinem Servorum suorum, cujus Ecclesias sacris suis Imaginibus passim exornat miraculorum gloria conspicuis; quòd enim in re propositâ apud Ecclesiam VValdrastensem superiori capite retulimus ab ea gestum ad augendum Imaginis illius honorem, id pariter modò apud Lucaugiensem, & Lauretanam in Hungariâ recensendum occurrit.

1 Primum ergo Divæ Lucaugiensis beneficentiam sensit Reverendus Parochos Simon Rirsch Stubaycensis, qui Filiacum Oppidum prope Lucaugiam Patriam suam reversus, ut Parenti Taxotum ramos è Montibus advecturo subsidio foret, congeriem ejusmodi ob longam satis, & gravem per nives genus tenus altas devehebat, dum autem incautus pergit, & proximum præcipitium non advertit, à mole illa Taxeâ obrutus totus jacet nivibus sepultus absque ulla evadendi spe, humanitus
E saltem comparanda, verum Divinâ frætus Lucaugiensem invocat Patronam, ejus Genitor cædendis adhuc ramis insistens tangi se à nonnemine haud vanè advertit, quamobrem inclamato statim Filio Simone etiam propelli se luculenter sensit, itaque nullâ interpositâ morâ per Montem descendens ramosam illam congeriem commoveri nonnihil vidit, quâ proinde solutâ Filium deprebendit brevî suffocandum nivibus, & incolumem eduxit. Anno 1642.

Suffocandus nivibus incolumis educitur.

2 Cùm ob reparatas post Lucangiense incendium campanas haud incognitus quidam Aerifusor natione Lotharingus, urgente voto, Lucaugiam rediit anno 1648. ingenuè, sanctè'que fassus est à nonnullis impiis homi-
F nibus amore peculij invasum se aliquando, & pluribus etiam mortiferis plagis affectum tres penè ex quatuor anni partibus decubuisse, Divæ Lucaugiensi acceptum referens se minimè interfectum fuisse, quod planè futurum erat, nisi simulata morte aggressoribus imposuisset.

Mortiferis plagis affectus convalescit.

3 Claudium Picolli è Civitate Cannadiensi, Venetæ Ditionis hominem non ignobilem, sui prorsus impotem Genitrix vitæ Maria Lucaugiensis Patrona respicere non detrectavit, neque illum oblita fuit, dum ipse sui ipsius oblitus sibi Carnifex proximè futurus erat, quòd melius assequi licet ex Syngrapha quadam ejusdem Claudij Lucaugiensi miraculorum Albo inserta, ubi hæc ab ipso descripta
G leguntur; *Primò, Conclavi Domus inclusus, dum admoto cordi meo equestri sclopo vitam pro scopo destino, excussus inde pyrobularius ignis felici errore non cor, sed lævum brachium petiit, ac vestes tantisper brachium tegentes incedit. Secundò, cum me iterum in malam ejusmodi dedissem mentem, ad ejusdem diei vesperum, bombardam paulò Majorem, & globis plumbeis meliùs oneratam pejus in me exoneraturus eram; jam digito laxaram rotulam; ignis'que è fistulâ micarat, fatale tamen onus tubus ferrens neutiquam evibravit. Tertiò, sentiens ego igniarijs me fistulis nihil in perniciem meam proficere paucis post diebus arrepto fune valido, tenue vitæ filum ut abrumperem, me ex alto suspendi, dum pendulus hæreo acceptissimum Diabolo*
H *futurus Anathema, ille filo vitæ integro medium abrumpitur, solo'que me allisum sopor habet. Quarto, certus demum toxico mihi concire mortem, etiam ab hausto hoc, suam licet vim non parum proderet, incolumis evasi. Anno 1652.*

Mortem sibi plures inferre tentans incolumis evadit.

4 D. Maria Comitissa à Fyrstenberg, nata Comitissa in Helffenstain Filiam pepererat, cui aliquandiù cum cæteris spectatoribus animam desideraverat, sed insigni voto quæsitam apud Divam Lucaugiensem facillimè invenit, ex quo super re Divinâ Filiola multiplex clarissimæ illi Familiæ gaudium accessit, Maria verò nullatenus ingrata votum exolvit, &

Filiola mortua reviviscit.

qui-

quidem præ auro, & gemmis pretiosum.

5 Filiolum suum vix biennem, & solo contectum indusio amiserat Thomas Undter. vucger ad S. Laurentij haud procul Lucaugiâ nullibi post duos dies pervestigandum maximâ Parentis sollicitudine, ex eo potissimùm, quòd id temporis gravissimâ aeris tempestate subortâ cum ingenti frigore tonitrua coniuraverant, fulmina, & nimbi; ipse verò, & ejus Uxor spem aliquam in Divâ Lucaugiensi, quam invocaverant, repositam habebant, cùm reliqui omnes tanquam defunctum deplorassent. Non ignara mali Beatissima Virgo, & miseris succurrere docta, sicuti triduò amissum Filium suum post tot gemitus invenerat, ita & hunc per triduum sub tantis Coeli Iniurijs integerrimum servatum Parentibus restituit. Cùm enim Parvulus secum Ipse ser mocinaretur, ex ipso vocis sono homini cuidam haud procul inde Cerasâ in arbore legenti proditus, ab eodem infantilem vocem secuto deprehensus confestim fuit trans Gilam ad rivum sedens, manuque inter labentibus aquis festivè colludens, qui viso hoc homine è vestigio accurrit, eumque tenerrimè est amplexatus, sæpiùs deindè interrogatus, quonam pacto servatus inter tot discrimina fuisset, sibi semper constans, quoad ipsi balbutienti licebat, respondit: Domina valdè elegans cãdidissimo tegmine me cooperiendo ab aeris inclementiâ vindicavit, & lacteo pane famelicum pavit, ad extinguendam sitim aquâ ex rivulo accedente. Anno 1651.

Filius biennis inter plura pericula triduò amissus invenitur.

6 Joannem Volckmayr Pistorem Silianensem 24. horis continuis torquebant tormina adeò ingenti, ac pertinaci dolore, ut torrus sibi Morti proximus esse videretur; humana quidem, prout decet, consuluerat remedia, sed frustra id fieri advertens, ad Virginem Lucaugiensem confugiens, in cujus dolorosum sodalitium adscriptus olim fuerat, sacrum Scapulare partibus affectis superimponit, tum verò Beatissimæ Gratiarum Matri se maximè commendans, exacto unius horulæ dimidio, obstupescentibus omnibus dolorem omnem fugavit. Anno 1662.

Gravissimis doloribus affectus liber.

7 Aditâ Divâ Virgine Lucaugiensi quidam, cujus nomini parcitur ob reverentiam, apud Sacerdotem anno 1663. peccata sua deposuerat, & S. Eucharistiam perceperat utrobique sacrilegus; Domum redire contendens, quamvis via foret notissima, quâ tamen evaderet, non inveniens, causam advertens, Mariæ nempe præsidium, S. Ædem revertitur, & suos reparat errores.

Sacrilegus emẽdatur.

8 Puerum quendam aliorum facinorum famâ laborantem, præsertim verò blasphemias in Deum jactare solitum apud Lucaugiam, aliquando in Cauponâ execrabiles ejusmodi voces effutientem anno 1663. obscurus, ac terribilis de repente comparens Vir in fauci-bus impetit, & arctissimo nisu suffocandum stringit, nisi inclamatâ pro virili Divâ Lucaugiensis Invasorem fugasset. Nihilo tamen me-

Suffocãdus à Damone, & ab aquis lib.

lior deinceps factus, cum Leffackensem Gilæ
A pontem aliàs minimè ruinosum Equo transit, pons hiatu confestim facto disruptus, Equum, & Equitem in Gilæ aquas tunc valdè exundantes præcipitem egit, sed iterum Ille Divam Lucaugiensem invocans iterum evadit, ab aquis Mariæ consilio eluendus, non obruendus.

9 Joannes Antonius Gieramondo Italus Pontebanus, ætatis plurimæ Vir, torrentem quendam territorij sui præter consuetudinem tumidiorem superaturus, ut pedem in illo supra lapidem figit, lubricus hic aquarum profluentiâ hominis fefellit vestigium, & in al veum toto corpore præcipitem dedit, qui proinde eodem cum profluente impetu susdeque inter prægrãdia saxa miserè raptatus vol-
B vebatur. In tanto discrimine constitutus imploratâ Lucaugensium Patronâ obvium complexus lapidem arctissimo duarum horarum nisu ita tenuit, ut licet sæpius obrueretur aquis, illum tamen seipso fortior non dimitteret, quoad supervenientibus Uxore suâ, Valentino Genotho, & huius Fratre, qui malum aliquod haud temerè suspicati amissum pervestigabant, & in his angustijs deprehenso oblongam perticam ad manus ei pararunt, feliciter evasit. Anno 1665.

Alter ab aquis pariter suffocãdus lib.

10 Mulier quædam Saxenburgensis, Cognomine Hueberin, lustrale nomen nos fugit, anno 1666., iter habens per Carinthiam haud parum defatigata palustrem in locum sese collegerat, ut sopuri tantisper indulgeret;
C evigilantem deinceps tãtus per singula membra habuit cruciatus, ut contractis manuum, pedumque nervis alieno auxilio indigeret, ut inde loco moveretur. Triduum exegerat in hoc discrimine, cum saniora secum volvens consilia Divam Lucaugiensem respicere cœpit, emisso voto se eaui in præsenti veneraturam, quod exoivere flatim potuit, solutis post paucuias horas omnibus nervis.

Mulier contracta convalescit

11 A Divâ Lucaugiensi, ad eandem apud Lauretum in Hungariâ gradum facientes, plurima hic quoque ejus beneficentiæ argumenta venerari nos decet. Prima sanè, prout par erat, se offerunt in Illustrissimis Dominis Stoczingensibus, quibus Ædem, cultumque suum in acceptis fert Diva Laurerana. Cum
D enim arcis Seyberstorffianæ, quam Incolebant, Præses Adamus Grueber adeò graviter decumberet, ut humanis quibusque adhibitis frustra remedijs proximè moriturum familiares omnes putarent anno 1644. Ipse verò quidquid vitæ, vel spei residuum erat D. Lauretanæ consecrans certis ad eam editis votis, qui pridiè decumbebat, præter omnium opinionem sequenti optimè ambulavit.

Morti proximus recuperat sanitatem.

12 Prætereà eodem anno in eadem Familiâ Heruiarum Tutrix, & Bajula Sara Redtelin exitiali morbo oppressa, edito Divæ Lauretanæ voto vitam, & vires recuperat.

Morbo exitiali laborãs liber.

13 Regina Filia Joannis Schmid ex Lotberstorff eodem anno sex integras hebdoma-

Mulier amissam recipit videndi facultatē. das densissimâ cæcitate laboraverat, Laure tum deindè celerrimè pergenti, ibique enixè fusis precibus, & votis ante Deiparam vacanti mirabiliter oculi aperiuntur, & facultatem amissam videndi perfectè postliminio recipit.

14 Margarita Zoblerin ad Synonimum Divæ suæ Pagum in Austriâ hydrope affecta eodem anno noctu quadam in somnis monetur, quod Lauretum tendere decernat sanitatem receptura, ipso tamen tempore ita malum invaluit, ut omni pedum usu aliàs ægerrimè incedens privaretur. Margarita quidem nihilominus seipsâ fortior incedere pro virili tentavit alienis quoque manibus in subsidium vocatis; vix autem pedes extulit Domo, meliùs se habuit, magis semper proficiens, quo propiùs ad Divam accedebat, adeout sacram Ædem ingressa liberè ambularet.

Hydrope malè affecta restituitur sanitati.

15 Philippo Etmaniger Trastorffensi eodem anno acutissimâ febri correpto species non semel in somnis objecta ei fuit Magnæ Dei Matris Filium mortuum sibi gremio inferentem lugentis, quâ voto Lauretum petere, suumque nomen doloroso ejus sodalitio eidem dare videbatur, otique haud inaniter acturus; vix autem id præstitit Philippus, cum sanitatem optatam nigro Scapulari indutus recepit.

Acutissimâ febri correptus sanitatē impetrat.

16 Barbara nobilis Domini VVenceslai Behàm Aulici apud Cæsarem Registratoris Filiola in morbum gravissimum inciderat absque ullâ diuturnioris vitæ spe; sed ejus Parentibus apud Divam Lauretanam emisso voto interpositis convaluit. Anno 1645.

Morti proxima convalescit.

17 Pestiferâ lue in Pago, cui Visha in Danubium vergens nomen imposuit, tercentum, & sexaginta homines jam periere, cæteri proinde discrimen idem se subituros verebantur. Interim ad alteram ex Pagi Mulieribus Christinam Stumerin famâ vulgante perlatum erat Lauretanum Sacellum ad Montem Leytænsem nuper surrexisse, quò quicunque adeat, & qualicunque ferè teneatur ægritudine, ejusdem Virginis ope propediem liberaretur. Propterea Sacrum Curionem conveniens de periculo monitum ad similia pro populo excitat vota, qui haud ægrè annuens unà cum Oppidanis argenteam Lampadem Lauretanæ Virgini vovit; vix autem absoluto voto Mariæ præsidium omnes sensere, lues enim statim intermittens liberos omnes etiam ante correptos dimisit anno 1645.

A Lue pestiferâ liberat.

18 Plura pariter Kismartoniensium capita eodem anno idem morbus invaserat, adhuc in plura grassaturus; sed Lauretanam Divam supplices maturè adeuntes Cives ab imminente excidio absoluti fuere, quamobrem nō ingrati pro beneficio accepto, & ei ad Aras tabulam posuere in testimonium grati animi, & quot annis supplici ordine eò redeunt. Exacto verò Decennio iterum Peste affecti, votivam magni ponderis argenteam lampadem eidem Divæ Lauretanæ offerentes, iterum exempti fuere.

Ab eadē lue defendit.

19 Cùm Filiola Francisci Brandiver ex E Hungariæ Proverstorff eodem anno 1645. alteri corpusculi sui lateri ferventissimum Jus superfundisset, proinde semidecorticata, unius etiam oculi jacturam ex eodem latere Parentes ejus haud temerè metuebant, sed invocatâ Divâ Lauretanâ nulla deinceps corpori, vel oculo illata est læsio.

Ab igne læsa pristinæ restituitur sanitati.

20 Haud ignobilis Matrona, cujus nomen votivæ Tabulæ non prodeunt, nimia Cardialgia, admodum periculosâ fœtus in Utero morâ, & indicibili mentis tristitiâ, sed sibi melius consulens cor aureum Nobili adamante coruscum cum cereo eximij ponderis Divæ Lauretanæ destinavit, & statim omni malo defuncta est. Anno 1646. F

Prægnans opem recipit.

21 Michaelis Chornik Molitoris in Peoderstorff Mediastina ex prætonui Ponte duos Austriæ, & Hungariæ Vicos sub uno nomine componente, cum bimulâ infante ulnis gestâ in subrecurrentem Leytam ruit, vidit ruentes Infantis Avia, cumque Molendinariæ Rotæ jam adhærescerent, Rotam è vestigio sisti jussit, extrahuntur ambæ, sed Ancilla mortuâ, vix in Infantulâ residuam cernere erat ullam vitæ lineam; interea tamen Avia in Divam Lauretanam spe erectâ, dum Infantulam ipsi commendat post dimidium horæ ipsam paulatim respirare, plorare, ac denique omninò vivere vidit. Anno 1647.

Infans penè mortua reviviscit.

22 Jacobus Lister adeò à sensibus abierat, ut in Fluvium Visha præcipitem se dare urgeretur anno 1648., sed facto ad D. Lauretanam Voto, inde ereptus sibi restitutus fuit. G

Mentecaptus sibi restituitur

23 Per integrum biduum Uxorem Andreæ VVeber Medilgensis Partûs dolores adeò cruciabant, ut de Partûs, ac Parturientis salute ab omnibus conclamaretur; verùm illa hisce pressa angustijs Divæ Lauretanæ Anathema vovens inter sesquihoram Puerum sanum sana peperit. Anno 1648.

Parere non valens feliciter parit.

24 Lucia Loyn Zachariæ Loy ex Schrannauvandr Conjux geminos eodem anno 1648. effuderat Utero Filios, unum quidem vivum, alterum verò mortuum; hujus proinde sortem indoluit Mater, præsertim quòd æternæ vitæ subductam illam videret, sed Lauretanæ Dei Matri ex animo conquesta, hanc vehementer petebat, cùm annuente Deiparâ Proles respirans ingemuit, vitamque temporalem Baptismi ope in æternam commutavit. H

Puer ex Utero emissus mortuus reviviscit, dònec sacrū Baptismum recipiat

25 Filia quadrimula Hieronymi Ribel, & Rosinæ Conjugum ex Austriâ in Zanegg decumbebat absque cibo, absque voce, & penè absque animâ mensem integrum anno 1649. ejus Parentes miseri Virginem Lauretanam votivis precibus interpellarunt, statim verò Puella loqui cœpit, Matremque compellans post tot dierum inediam cibos rogare, & in dies omninò convaluit.

Decumbēs ferè absque cibo per mensem convalescit.

26 Eodem anno Georgius Koch, qui colendis Vineis hinc inde suam locabat operam, omni prorsus membrorum usu captus, nec stare, nec sedere, nec ori cibum ingerere poterat,

Usu mẽbrorum captus liber evadit.

terat, itaque à Divâ Lauretanâ per somnium monitus, ut se doloroso sodalitio suo apud Lauretum adiungeret, statim ac id opere complere promisit, ab impotentiâ prædictâ omninò liber evasit.

Mulier ab evidẽti mortis periculo liberatur.

27 Eodem anno Agnes Payerin inter Cives Purpachenses haud vulgaris, & ignota Mulier curru quadriiugis juncto per Leytanum Montem satis commodè tendebat, sed gravè confestim subijt discrimen ex jumentis in celerrimum, & perniciosissimum cursum effusis; Equos jam deseruerat Auriga sibi magis, quàm Dominæ consulens, jam axi unius rotæ paxillus exciderat, & Rota ab axe ipso propè se expedierat, fractus erat temo, & omnia simul pessum abibant. Interim Agnes Virginem Lauretanam invocat, munera vovet, & statim in medio cursu, & in ipso Mõtis præcipitio, ubi totum unà sepeliri ruina oportebat, priores bijugi sese contra Agnetem adhuc currui insidentem invertunt, & sponte cursum sistunt.

Ulcerosus sanatur.

28 Acerrimus quidam humor Henrico Neiner ex Hartenstain Franconiæ oriundo eodem anno miserè, & multipliciter pedem affecerat, & in plura divisum ulcera, ut adytum sibi pararet, sauciarat, dum laceram cutem hic ulcerosus Henricus resarcit, alibi de novo ruptam habet; totum annum insanus hic labor tenuit, plura, sed incassum adhibita fuere remedia, sed à D. Viti Vico Lauretum adiens integrum paulò post recepit pedem.

Pauperes miro modo providentur.

29 Fortunâ tenui suam utcunque tolerabant vitam duo Coniuges Hamburgenses, sed ex eâ quoque per iniquam Judicis sententiam deiecti ad Lauretanam Dominam confugere, quorum vota profectò excepit; cùm enim unicum agellum causâ cadentibus residuum aratro, & vomere proscinderent, veteres non contemnendi pretii nummos argenteos, & aureos exscindunt, qui præteritam jacturam satis superque emendarunt, coniuges autem Lauretanæ Patronæ beneficium hoc acceptum referentes aliquot annis sportulam eidem numerarunt, auream quidem primò, deindè argenteam. Aureus ille nummus unâ sui parte cum Imperatoris Romani effigie hanc habet in ambitu epigraphen: Hadrianus Aug. Cons. III. PP.; ex alterâ sellæ insidens Juppiter sinistrâ hastam quatit, dextrâ stantem infantem tenet, cui circumducti sunt sequentium Verborum characteres: Jovi: Victori: Anno 1650.

30 Lauretanam Ædem Inviserant Stephanus Payr, & Anna Payrio de nostro illo Cœnobio optimè meriti Coniuges, & Cives Kismartonienses, ut Sacrum Immaculatæ Virginis Conceptionis diem sanctiùs ibidem colerent. Votis ex ordine persolutis Uxor à Prandio ad lactantem Filiolam reversura comite Vinitore suo iter susceperat: interim Vir pro veteri cum Patribus Servitis necessitudine Laureti moras adhuc aliquas nectebat. Duas autem horas Oppidum illud Laureto abest. Sylvam ingressi, quæ totam ferè interjacentem terram occupat, à rectâ semitâ per nives latente errarunt; ingruentibus verò noctis tenebris error errorem cumulabat. Itaque per varios montis, & nemoris anfractus errabundi inter certa Luporum discrimina susdeque hinc inde totâ nocte ferebantur. In hoc discrimine humanæ op s penitus expertes omnes Cœlum votis suis identidem fatigabant, ipsa potissimùm Mater, cui Filiolæ absentis, & lactentis salus, animâ suâ charior erat, ingenti animi sui sensu Divam Lauretanam rogabat. Cùm ergo anxiam ita ducerent noctem, sub lucis crepusculum Campanam audiunt, quam Lauretanam esse affecuti, mirum in modum exhilarati sonum insequuntur Lauretum usque, suæque Liberatrici iterum se sistunt.

In periculis opẽ affert.

Anno 1651. Filiola quoque Parentum voto Patronam habuit Mariam; cùm enim prædicti Coniuges novem suscepissent Filios, omnes pariter amisere eâ præsertim ætate, quâ maximè esse solent in amoribus, immaturo fato elatos. Stephanus Pater in Stoczingensi Domo non ignotus Vir, Seniori Dominæ pluribus aliquando suum hoc infortunium exponebat, séque metuere addebat sortem eandem subiturum decimum, quem id temporis utero gerebat Uxor fœtum. Prudentissima Domina Stephanum consolandum aggressa suadere eidem cœpit, ut Divæ Lauretanæ voto se obstringeret Filium sibi proximè futurum sacro Servorum Habitu indui curandum, ac septem annis ad honorem Divæ Virginis Dolorum Religiosè deferri, itemque pari cum 15. Sacratissimi Rosarij Mysterijs, 15. annis à Vino Filium arcere. Haud ægerrimè benè monenti obtemperat Stephanus, hinc planè promeritus, ut etiam Lauretana Domina Votis ejus obsecundans diuturniorem Decimæ Proli vitam impetrarit.

Copiosũ fundens sanguinem sanatur.

31 Martinus Mazelt eodem anno gravi pressus infirmitate sanguinem è naribus adeò copiosè effluentem, ut pereundum illi procuidubio esset, nullatenus potuit continere, verùm implorato Lauretanæ Virginis præsidio confestim vitam, & sanguinem servavit.

Cæcutiens illuminatur

32 Eodem anno Joanni Jacobo Georgij Taychtmanni Filio septemni supra oculorum pupulam Vari erupere in certum facultatis visivæ discrimen; quod advertens Genitor, postquam varia tentasset medicamina, sed frustra, ad Lauretanam Virginem vota convertens Kismartonio, ubi Senatorem agebat, cæcutientem Filium eò secum adduxit, indéque quanocitissimè utroque oculo Filius convaluit, Deo, ac Deiparâ Parentis vota attendentibus, ex eo quoque, quod Domûs illius primordia egregiè pro Servitis promovisset.

Eiicitur Pestis.

33 Lauretanum Conventum anno 1653. pestis invaserat, duos ibidem corripiendo, jam alterum prostraverat, pluresque dejectura timebatur; sed Prior voto ad Conventûs

Dominam nuncupato, ita illi superior evasit, ut nullus deinceps perierit.

34 Idem contigit annis 1654. & 1656. Communitatibus in Gezendorff, & Paindorff, pestem enim in Oppidanos suos sævientem Lauretanæ Virginis ope amoverunt.

Oculorũ morbo laborans sanatur.

35 Michaelis Leyrgeb Civis Kismartoniensis oculos dolor ingens invaserat, qui eorundem lumini tenebras parabat inducere anno 1659., sed Lauretanâ Patronâ opportunè invocatâ, & tuniculas ab oculis amovit, & dolorem abstersit.

Suffocãdus in aquis liberatur.

36 Eodem anno Georgius Holler Lanio in Reisenberg ex Ponte quodam in Leyranas aquas prolapsus erat inter Austriam, & Hungariam in gravissimo Mortis discrimine, sed Lauretanâ Virgine invocatâ Portum mirabiliter appulit.

37 Eodem anno Eva Hoffmannin adhuc Luthero adhærens ex Lispiz Silesiæ sub Celsissimi Principis Caroli à Liechtenstain Domino oriunda, unico partu quinque Filios utero effudit tantos inter dolores, ut cum quintum, dictum deinde Cœsarem, magno utique sui damno, habuisset, illi singulis nervis miserè contortis tortuosi ad instar colubri pedibus, manibusque repando incedendum, & stipes cogenda fuerit. Hisce pressa Mater angustijs, ubi cognovit Lauretani in Hungariâ Templi celebritatem, Cœsarem suum Comitiali morbo sæpius vexatum eò devovit, nec sanè frustra, magna siquidem Mater præsens Filio statim fuit, quod experta Eva, deinceps in Divam Lauretanam longè magis erecta, se quoque eò contendere conceptis verbis pollicita fuit, illud insuper adijciens, quòd si sanitatem omninò juxta votum assequeretur Lutheri dogma ibidem omnino ejuratura, & fidem Catholicam professura fuisset: nec mora Celsissimi sui Principis munita Literis, itineri se accingit, beneficio curruum translata; cùm verò Kismartonium pervenisset duabus tantùm horis ab Ecclesiâ Lauretanâ distans, ibi statim advertit se, quamvis liberè adhuc ambulare non posset, posse tamen nonnihil in curvum corpus attollere; ut verò sacram Ædem attigit, & ferventioribus inter lachrymas induisit precibus, muro acclinis sese cœpit amplius erigere, & meliusculè in dies habere, donec post aliquot dies sanitatem integram Lauretanæ Virginis suffragio recuperavit; illa verò voti non immemor, depositâ ibidem hæresi, de peccatis totius vitæ catholicè confessa, & cœlesti pane refecta fuit omnibus incolumitatem Evæ obstupescentibus.

Pluribus gravissimis morbis affectus sanatur.

Mulier hæresim deponit, & sanitatẽ accepit.

38 Bartholomæus Hatzl pistoritius Tyro Inferioris VValdterstorff anno 1660. fatali casu ex glacie in altam arcis fossam præceps ruit, ubi 6. horas mortuo persquam simillimus jacuit, sed aliquibus jacentem conspicientibus, ipsumque Divæ Lauretanæ enixè commendantibus, hæc statim Bartholomæum incolumem esse jussit.

Ab Equo graviter percussa statim sanatur.

E 39 Eodem anno Michael Bergaver Milledorffensis, ejusque Coniux Sophia Filiolam suam Evam adhuc quadriennem ab erumpentis Equi ungula adeò protritam, & pessimè habitam, ut moriendum illi omninò censerent, voto Lauretanæ pro salute Filiolæ nuncupato, commendantes incolumem statim receperunt.

Gravem casum subiens recipit sanitatẽ.

40 Quòd à Lauretanâ Virgine beneficij acceperit Franciscus Danscha, è votivâ Tabulâ constat, in quâ sic ipse paucis confitetur: votum feci, & post gravem casum, admissamque per capitis tempora onerati currus rotam, ratam retuli sanitatem, ob quod sit Deus cum Sanctissimâ suâ Matre æternum benedictus. Anno 1661.

Mẽbrorum impotentia laborãs pristina restituitur sanitati.

41 Catharina Olerin à Civitate Baden ob
F nobilem Thermarum Medicarum scaturiginem, ita dicta Germanis, ex acerbo morbi cujusdam eventu tantâ membrorum omnium impotentiâ laborabat, ut nec incedere, quinimmo nec serpere, nisi ægerrimè, & gravissimo cruciatu ei liceret, frustra semper adhibitis pluribus quibusque remediis. Quapropter humanis destituta præsidiis cœlestia implorare decrevit, ideoque toto connisu ad sacram Patrum Augustinianorum Ædem ibidem adreptans, Deum, ac Deiparam summis precibus exoravit, hinc Ædes illa sacra nescio quo fumo involvi, præsentes oculis subduci, & Divæ Virginis species Catharinæ præsentari videbantur, cui D. Virgo dicebat: vove te Domum meam Lauretanam aditu-
G ram, & ubi ritè confessa ibidem fueris pro voto Sanaberis: vovit, eò contendit, & pluribus spectantibus se sanam ex integro vidit. Anno 1661.

Incedere non valens vires accipit.

42 Leonardus Velmayr teloniarius in Hoaugiâ utroque pede horrendum cruciabatur anno 1662., adeòut non sine gravi dolore incedere, vel se commovere posset, sed voto Lauretanæ nuncupato extemplò convaluit.

In oculo læsus sanatur.

43 Dum Georgius VVilringer Juvenis Molitor in VVilrersdorff anno 1663. molam cædit, lapidis scabrum ex eâ in alterum oculorum ponè ipsam pupulam insilijt, invocatâ tamen Lauretanâ Patronâ ope gladioli scriptorij, & speculi sibi ob oculos positi dextertimè scabrũ exemit, periculoso quidem labo-
H re, sed absque ullâ visus læsione; quod ipse, nullâ interpositâ morâ, Lauretanæ in acceptis retulit.

Decumbentes ad mortem impetrant sanitatem.

44 In Suburbio quodam Viennæ in Austriâ ad molam prieumaticam nuncupato Michaeli Linckh Lanioni, ejusque Uxori Barbaræ tres Filij ex diuturnâ infirmitate ad mortem decumbebant, Michael nimirùm, Maria, & Regina, voto autem ad Lauretanam Virginem facto eodem anno salutem Filijs impetrarunt.

45 Anno 1664. idem expertus est præsidium Mathias Baver gravissimâ febri affectus, qui unà cum Uxore ad Lauretanam Virginem votum auspicatus citò convaluit.

46 Anno

46 Anno 1665. Joannes Jacobus VVnisth Jautinensis Officialis dictus, duplici, eaque A gravissimâ detentus ægritudine, necnon Mathias Jedetlitz acutissimâ febri vexatus Lauretanam Divam invocantes incolumes evasere.

47 Anno 1666. Matthias Bonnet, Leopoldus Schreiber, & Joannes Schuester Cives Kismartonienses 5. Idus Januarij Altenburgum in Hungariâ uno carpento, unâque rhedâ vecti adibant, assumptis sex alijs e suâ Familiâ in Societatem, ut autem citius eò pertingerent, omisso terrestri itinere super loeum Neisidlensem frigore constrictum à Gshlesensi Vico iter habebant eodem adhibito carpento, & rhedâ, sed summo vitæ discrimine confestim animadverso littus appellere adornabant, & propè Purpachensem Vicum B id vel maximè conati in foveam vix bene coenntem ex gelu carpento miseri incidunt, hic verò à frigidissimis jamjam obruendi aquis Lauretanam Patronam unanimiter omnes in vota vocantes ipsam sibi propitiam sensere, Purpachenses enim Piscatores è vestigio id fortè advertentes ijsdem cum morte colluctatibus opportunam opem tulere.

Abaquis frigidissimis obruendi periculo evadunt

48 Eodem anno Joannes Adamus Appelius, ejusque Coniux Anna Maria Lauretanæ Virginis præsidium juxta vota experti fuere, cùm enim ille sub Hispanicis auspicijs contra Lusitanos signiferum egisset, ibique rebus sinistrè cedentibus, captus ab hostibus unà cum Uxore annum integrum carceribus detentus fuisset, ab adeptâ tandem libertate ex Portugalliâ in Patriam, scilicet Austriam, reversuri navim onerariam conscendunt, maríque se eredunt 8. kalendas Martij, navis planè placidè fatis, diuque secund s acta ventis processerat, tertiò verò Paschatis Festo exorta ingens procella submersuram omnes brevî minabatur, dies omninò novem, totidemque noctes integras, utique insomnes præ cõtinuâ mortis imagine duxere, verum inter tot discrimina longè sapientiori consilio Lauretanam Virginem invocare cœperunt, cujus in Hungariâ celebritatem decennio ante perspexerant, neque fanè irrita fuere eorum vota, licèt enim maximè erraverint, incolumes tamen ex contumaci turbine in Gronlandiam dejecti fuere, unde opportuniorem nacti navigationem Patriam reversi habitis D. Lauretanæ gratijs tabellam votivam ipsius rei indicem ibidem posuere.

Ab ingenti maris procella agitati deijciuntur ad littus.

49 Denique eodem anno gravis, & exitialis morbus in Arce Ebensurtanâ Illustrissimos Coniuges D. Ferdinandum Christophorum Unverzagt liberum Baronem, & Hæreditatium in Ebenfurt penes Leytam Fluvium, & Elisabetham Potlixenam Comitissam à Sternberg, necnon tres ejus Filias, maximè vexabat, ita quidem, ut ipsis proximè mors imminere videretur; verùm generosi Parentes spe in Virginem Lauretanam erecti se, suasque Filias eidem patribus votis dedidêre, quos perbenignè excipiens Lauretana Præses A morbum omninò ab ipsis exclusit, qui proinde in perenne grati animi testimonium, & argenteis muneribus Virginis Aram ornarunt, & è genu supplices cum Filiabus quamsæpissimè D. Virginem adorare consueverunt.

Exitiali morbo affecti liberantur.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

AUgust. Romer Serv. Mar. lib. 6. cap. 7. 8. 9. & 10., & lib. 10. cap. 23. 24. & seqq.

Eliguntur de novo Protector, & Superiores; Ordinis nostri incremento, & decori multipliciter consulitur. Domus Regularis Fratrum Servorum in Catalonià.

CAP. XI.

GEneralis Puccinellius Ordinis nostri incremento, amplitudini, & decori consulere jugiter satagens ægerrimè ferebat, quod nullus adhuc ejusdem Ordinis Annales prosecutus fuisset, quamvis P. Magistro Antonio de Florentiâ, & alijs hæc demandata fuisset Provincia, ex quo Archangelus Gianius laude quacunque supe rior, & scribere, & vivere desierat, et ne procedente tempore eorum periret memoria, quæ eidem Ordini honorifica contigere Literas encyclicas ad singulos Ordinis Provinciales die 6. Januarij hujus anni Romæ da- C tas misit, quibus enixè præcepit, quod à singulis Provinciarum Cœnobijs exactè colligerent quæcunque Annalibus inferenda viderentur, sive Ecclesias, sive Cœnobia, sive Viros, ac Mulieres dignitate, doctrinâ, & sanctitate illustres quoquomodo spectarent, juxta formulam quandam ab eodem præscriptâ. Ad ejusdem Generalis preces S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita sub eorum die 26. Februarij hujus anni Generali pro tempore benignè indulsit ad Magisterij gradum, tum in Capitulis Provincialibus, ac Dietis, tum in Visitationibus quoscunque promovere juxta præscriptum Constitutionum, quin publicas universitates ad eundem consequendum adire cogerentur, D prout ex vi Constitutionum ipsarum tenebantur, idque, ut Ordinis indemnitati consuleretur, & pecunia cæteroqui apud Universitates eroganda in ejusdem Ordinis utilitatem cederet, potissimum verò in usum Fabricæ S. Marcelli de Urbe. Faventiæ hoc anno 1666. æque ac anno 1663., ex Indulto speciali Summi Pontificis loco Capituli Provincialis convenerunt tantummodo Definitores cum Provinciali, & Socio facultate sibi tributâ ea omnia peragendi, quæ in eodem Capitulo Provinciali peragenda erant, ut in usum Fabricæ prædictæ cederet pecunia in Capitulo ipso eroganda. Hoc anno habenda erant Comitia Generalia, verùm ne pluribus grava-

retur

Mittuntur à P. Generali Literæ ad Provinciales pro Annalibus Ordinis

Conceditur P. Generali facultas creandi Magistros.

Celebratur Faventiæ Dieta loco Capituli Provincialis.

retur expensis Ordo noster, non vulgaribus cæteroqui pressus angustiis Summi Pontificis E Alexandri VII. Indulto speciali in Priorem Generalem anno præcedenti electus P.M. Ludovicus Giustiniani de Fulgineo antea Procurator Generalis, eique in eodem officio suffectus P.M. Ludovicus Garzonnius de Lucâ, Ordinis antea Secretarius, die 12. Junij hujus anni pervigilio Pentecostes in Ædibus S. Marcelli de Urbe Magistratus insignia solemniter receperunt coram omnibus Patribus ibidem congregatis. Eodem anno die 17. Martij jugi labore, & diligentiâ Ludovici Giustiniani in Romanâ Curiâ Procuratoris Generalis, & gravissimis Officiis Communitatis illius restitutus Ordini nostro fuerat Conventus S. Antonij apud S. Salvatorē Montis Ferrati ab anno usque 1652. suppressus. Sacra Congrega- F tio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita sub datum die 3. Julij hujus anni per Literas Episcopo Placentino mandavit, quòd Congregationem ipsam certiorem faceret de statu Conventûs S. Rochi de Castro S. Joannis anno 1652. suppressi, quibus etiam accessere ad eundem Episcopum Literæ commendatitiæ DD. Cardinalium Spada, Ottoboni, & Omodei. Qui planè Episcopus sub datum die 2. Augusti ejusdem anni relationem ad eandem Congregationem misit Ordini nostro valdè favorabilem, ut illud postliminio repetere nobis liceret, addiditque supplicem libellum Communitatis prædicti Castri S. Joannis idipsum enixè petentis. Attentâ hac relatione, necnon Communitatis G prædictæ gravissimâ instantiâ Sacra Congregatio favorabili rescripto sub datum die 20. ejusdem Mensis, & anni Episcopo prædicto mandavit, quòd si vera essent exposita, ibique proventus annui suppeterent octo saltem Religiosis alendis sufficientes Ordini nostro Conventum ipsum restitueret; reipsa verò die 23. Septembris Ordini nostro restitutus eodem anno fuit, & eximiâ P. Philippi Speciotti industriâ, & liberalitate instauratus. Interim die 10. Julii P. Generalis Cremonensem Episcopum enixè per Literas rogavit, quòd Ordini nostro tribueret Ecclesiam de Bethleem in Civitate Cremonæ sitam ad reparanda damna, quæ noster ille Conventus subierat cùm urgentibus Bellorum molestiis H solo æquatus fuerat S. Rochi Conventus. Præctereà idem Generalis certior factus à P. Baccalaureo Joanne Damasceno, quòd aliqua spes eò temporis adesset Cœnobia Ordinis Nostri per Gallias recuperandi sub datum Romæ die 13. Octobris hujus anni eidem P. Baccalaureo, tunc Parisijs degenti, Mandatum speciale transmisit cum generali, & amplissimâ facultate negotium hoc tantæ profectò molis apud Regem Christianissimum, & prout opus fuisset peragendi. Literas quoque tum ad eundem Regem, tùm ad Nuncium Apostolicum summo studio exaratas dedit, quibus in hac re vota sua humillimè exponebat. Hoc eodem anno 15. die Octobris Sum- E mus Pontifex Ordinis nostri apud Sedē Apostolicam Protectorem elegit Eminentissimum Nerium Corsini de Florentiâ, cujus laudes, & egregia gesta ad annum 1678. prosequi mihi fas erit. Quod intelligens Generalis noster Lucæ tunc degens gratulatorias Literas die 22. Octobris datas ad eundem D. Cardinalem misit, & Provincialibus omnibus præcepit, quòd in singulis Provinciarum suarum Ecclesijs pro gratiarum actione Sacra solemniter celebrari curarent, quod utique Patres ubique præstiterunt additis etiam festivis lætitiæ significationibus, non sine magnâ celebritate, præsertim in Conventibus insigniorib. Florentiæ die 16. Novembris hujus anni P. Generalis Literas accepit D. Comitis F de Ferrariâ Præfecti Cubiculo Serenissimæ Archiducissæ Austriæ Annæ Medices Oeniponte datas die 7. ejusdem Mensis, quibus insigne desiderium significabat, quo Serenissima tenebatur Concionatorem aliquem Italum ex Ordine Nostro in suâ Archiducali Capellâ Quadragesimâ proximè sequenti anni 1667. audiendi, ejusdemque tenoris Literas eodem tempore datas à P. Priore illius nostri Cœnobij S. Josephi idiomate latino accepit. Qui P. Generalis Literis Officij plenis Florentiæ pariter datis sub datum die 19. ejusdem Mensis, & Anni Italico idiomate ad Serenissimam Archiducissam directis plurimas gratias primùm Celsitudini suæ agit de speciali hac petitione, quæ in Ordinis Nostri, & Italicæ G Gentis ornamentum maximè cedebat; spondet proinde se eò transmissurum P.M. Julium Arrighetti Florentinum, Virum sanè pietate æquè, ac doctrinâ conspicuum, de quo iterum fusiùs ad annum 1705. erit Nobis dicendum. Serenissima verò Literas è contra dedit P. Generali Italico pariter idiomate, quibus & gratum testatur animum pro eximijs humanitatis ejus significationibus, sibique acceptissimum esse P.M. Julium præfatum sibi in Concionatorem electum; qui pariter cum ad Celsitudinem suam Literas ejusdem tenoris cum P. Generali dedisset, Serenissima ad ipsum quoque humanissimas Literas misit sub datum die 23. Januarij anni 1667. præfatos animi sui sensus erga ipsum testata. Cùm autem egre- H gio huic operi sese accingeret, Serenissimus Magnus Etruriæ Dux Ferdinandus II. ipsum ad S. Theologiam in Universitate Pisanâ explicandam designavit, adeoque P. prædictus Oenipontem adire, ibique Serenissimæ jussa exequi non potuit, eò tamen adivit P.M. Celsus Viccioni de Brixiâ Ordinis Nostri Vir celeberrimus, de quo ad annum 1719., & apud illam Serenissimam Principem Sacras Conciones eximiâ laude habuit. Hoc pariter anno die 15. Junij in Ecclesiâ nostrâ apud Civitellam D. Hieronymus Santolini Episcopus Cerviæ Sacramentum Chrismatis publicè, & solemniter administravit. Die verò 26. Julij solemni pompâ celeberrima illa B. Virginis Ima-

Eligitur Indulto Apostol. in PrioremGen. P. M. Ludovicus Giustiniani, & in Procuratorem Gen. P. M. Ludovicus Garzonius de Lucâ.

Restituitur Ordini Cōventus S. Rochi de Castro S. Joannis jam suppressus.

Procuratur reductio Conventuū Galliæ.

Assignatur Ordini Protector apud S. Sedem.

P.M. Julius Arrighetti Florent. destinatur Cōcionator apud Serenis. Archid. Austriæ

Imago translata fuit ad Altare alibi magnificentiùs erectum insigni Confraternitatum, Cleri, & universi Populi concursu, festivis ignibus adhibitis, & Divinis laudibus solemni cantu celebratis; quâ quidem in re memorandum omninò est, quòd prædicta Deiparæ Imago nihil prorsus incommodi subierat, quamvis in Pariete depicta, quem exscindere aliò transferendum oportuit. Pro coronide hujus capitis, & anni recolendum omninò videtur, quòd Florentiam advenit Serenissimus Bavariæ Princeps .3. Maximilianus Jacobus Hieronymus, ideo se advenisse testatus, ut celeberrimam D. Annunciatæ Imaginem conspiceret, & præsens veneraretur, cujus insigni pietati Serenissimus ille Magnus Dux satis abundè fecit, qui proinde ipsam publicè detegendam mandavit, ex quo magis semper apparet, quanam veneratione sacram illam Imaginem Gentes omnes prosequantur, quo planè sensu ducti Viri Principes plerique, & Romanæ Ecclesiæ Proceres eò contendere studeant, ibique varijs modis pietatis officia exercere, votiva præsertim, eaque pretiosa donaria exhibēdo, quos inter hoc anno 1667. Cardinalis Litta Mediolanensis recensendus occurrit, qui sacram illam Imaginem insigni Religione sibi detectam veneratus sacris ibidem operatus fuit.

Viri Principes Florentiam petūt ad venerādam D. Annunc. Imaginē

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. Conv. Bonon., & Favent.*
3 *Ex monum. Conv. D. Ann. de Flor.*

Vindicatur Jurisdictio Domus regularis Oeniponte. Editur in lucem Historia nostra Germanica ab Augustino Romer. Reducuntur onera Missarum. Præscribitur titulus Societatis Habitûs. Eligitur Segoviæ Congregatio 7. Dolorum. Revocantur ad Claustra Religiosi. Conventus Corvurtensis declaratur exemptus. Moritur Alexander VII., & succedit Clemens IX.

C A P. XII.

STudium illud insigne jurisdictioni suæ subijciendi Domum nostram Regularem Oeniponte, quod non mediocriter fovere Brixinensem Diæcesanum diximus ad annum 1631., & alibi semisopitum fuisse, non autem penitus extinctum ex ijs potissimùm liquet, quæ hisce diebus tentata fuisse novimus. Diæcesanus enim prædictus Serenissimum Archiducem Sigismundum Franciscum eò adegit, ut Decretum ederet ab Imperatore ipso confirmatum, quo jurisdictionem nostram in Domum Regularem perturbare non verebatur; quamobrem ad enixas preces Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis nostri S. Congregatio per *D.* Cardinalem Martium Ginetti Secretarium die 15. Januarij hujus anni Literas gravissimas dedit ad Apostolicum Nuncium apud Cæsaream Majestatem ijsdem adnexo supplici libello ejusdem P. Generalis, quòd & præstitit eadem die Cardinalis Protector: die verò 22. ejusdē Mensis concessa facultas fuit P. Augustino Romer in lucem edendi Historiam Ordinis nostri per Germaniam reparati, quam reipsa eleganter editam videmus, cui titulus inscribitur, *Servitus Mariana*, cui sanè plurima ex ijs debemus, quæ hactenus scripsimus de Ordine nostro per Germaniam reparato. Hoc eodem anno Archiepiscopus Segoviensis in eâ Urbe die 26. Februarij Congregationem sub invocationem 7. Dolorum B.V. canonicè erexit, facultate à Superioribus Ordinis obtentâ juxta methodum Congregationis sub eadem invocatione Barchinone erectæ, de quâ ad annum 1663. Prosper Fagnanus Secretarius Cōgregationis super statu Regularium mandante Summo Pontifice Priori Generali Ordinis nostri revocandos ad Claustra præcepit Religiosos quoscunque sibi subditos extra eadem commorantes intimato Decreto sequentis tenoris.

Viadicatur Jurisdictio Domus Regularis Oeniponte.

Editur in lucem à P. Augustino Romer historia nostra Germanica.

Revocātur ad claustra Religiosi degētes in Grāgiis Ordinis

Mercurij 19. Januarij 1667. ex audientiâ Sanctissimi.

DE *mandato Sanctitatis Suæ Prior Generalis Ordinis Servorum B. M. V. præcipiat omnibus, & singulis sui Ordinis Religiosis, tam sacris, quam minoribus Ordinibus initiatis, qui in Grangijs, vel Parochialibus, aut alijs membris Monasteriorum, vel in privatis Domibus degunt, ut deinceps in illis manere, & pernoctare non audeant sub pœnâ Apostasiæ, sed statim redeant ad Claustra sui, partisque Monasterij sub obedientiâ Superioris in eo permansuri, ac de paritione documentum authenticum ad eundem Priorem Generalem transmittant infra Mensem à die intimationis præcepti, quibusque licentijs, sive ad curandam valetudinem, sive ad curam animarum exercendam, sive ob quamcunque aliam causam concessis minimè suffragantibus; has enim Sanctitas Sua cassas prorsus, & irritas esse declarat, atque decernit. Ad hæc idem Prior Generalis statim atque memorata paritionis documenta receperit in secretariâ Sacræ Congregationis super statu Regularium illa exhibere non prætermittat, ad quam etiam, ut minimum infra duos Menses deferat notulam distinctam nominum, & cognominum cujusque Religiosi, cui præceptum, ut supra, intimatum fuerit.*

Prosper Fagnanus Secret.

Huic decreto adnexum quoque folium fuerat, in quo descripta erant nomina Patrum, qui in Grancijs, & Locis hujusmodi extra Claustra commorabantur; quibus habitis Pater Generalis Summi Pontificis jussa exequi exactè contendens singulis Ordinis nostri Provincialibus per Literas encyclicas sub datum die

die 1. Februarij ejusdem anni Decretum, & mandatum prædictum indixit ipsos setiò monens, quòd adhibitis quoque Censuris, si opus fuisset, Religiosos ibidem nominatos ad Claustra revocarent, & executionis hujusmodi ad ipsum documenta transmitterent ab ipso deinde ad S. Congregationem deferenda.

Sub datum Romæ die 22. hujus Anni Ludovicus Generalis Literas sequentis tenoris ad Confratres Societatis 7. Dolorum B. M. V. dedit.

Præscribitur Titulus Societatis Habitûs

QUia circa titulum Societatis nostræ dissidiũ oriri præsentio inter Dominationes Vestras Illustrissimas, ideò vivo cordis affectu precor Dominos meos, ut omnes sub titulo S. Mariæ 7. Dolorum unanimiter vivere digneatur, quòd eum adimpleverint, Bullæ Innocentij X., aliorumque Pontificum, qui Societati nostræ titulum concessere, adhæsisse censebuntur, omnibusque privilegijs, quibus præfata Societas insignitur, jure gaudebunt, in oppositum tamen abeuntes ijs frui non posse indubitatam est; quo fit, ut innumeris Indulgentijs anima cujuscumque vestrum defraudetur; spe interim eò tendo, ut hoc omnes concordi animo amplectentes, sicut cæteræ Religionis nostræ Societates amplectuntur, illud Pauli consequamini: Sicut Socii Passionum estis, sic eritis & consolationis: *Quo me vobis toto corde commendo. Valete.*

Romæ die 22. Januarij 1667.

Humillimus in Christo Servus
F. Ludovicus Justinianus Generalis
Ord. Serv. B.M.V.

Priore Generali, & Procuratore Generali nomine totius Religionis enixè supplicantibus pro moderandis perpetuis Missarum oneribus, ijs saltem, quæ contracta fuerant ante diem 21. Junij anni 1625., quæ plus æquo gravia videbantur, ex quo attentis eorum temporum angustiis ratione bellorum, pestilentiæ, contributionum, & fabricæ S. Marcelli de Urbe, quæ sola triginta millia scutorum monetæ Romanæ excedebat eadem Religio ære alieno erat obstricta, prout indultũ fuerat sacris Ordinibus S. Augustini, & de Monte Carmelo Sanctissimus D.N. Alexander Papa VII. perbenignè indulsit onerum prædictorum moderationem, prout constat ex sequenti Decreto.

DIe 19. Februarij 1667. Sanctissimus D.N. attentâ Bellorum, Pestilentiæ, ac aliis temporum angustiis, cæterisque prænarratis causis, quibus Conventus Ordinis Servorum B.M.V. per Europam existentes, non parum afflicti, ac ipsorum redditus valdè imminuti fuerunt, supplicationibus P. Generalis dicti Ordinis benignè indulgens, facultatem ad annum duraturam eidem benignè concessit, ut sub directione, & approbatione Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Corsini dictæ Religionis Servorum Protectoris, ipsemet P. Generalis, unà cum P. Procuratore Generali, & tribus saltem Definitoribus Generalibus prænarrata onera Missarum, ante diem vigesimam primam Junij anni 1625. acceptata, & hodie congruum stipendium more regionis inspecto non habentia, ad rationem annuæ eleemosynæ scutorum 60. monetæ Romanæ pro qualibet Missâ quotidianâ perpetuâ, valeat, servatis tamen infrascriptis, moderari, ac reducere, nempe ad has moderationes, & reductiones faciendas idem P. Generalis unà cum antedictis Patribus debeat ex singulis Europæ Provincijs eligere, seù deputare duos Fratres pietate, zelo, & doctrinâ præstantes, & pro arbitrio, & prudentiâ dicti Eminentissimi Protectoris probatos, qui Instrumentis, Testamentis, Tabellis, Libris, cæterisque documentis, quibus onera Missarum unicuique Conventui suæ Provinciæ respectivè incumbentia descripta continentur, perspectis, ac sedulò examinatis, & redditibus unicuique oneri attributis, necnon assertis eorum diminutionibus diligenter perquisitis, atque perpensis; et præsertim an diminutiones ipsæ temporaneæ, vel perpetuæ sint reputandæ, & an hæredes diminutionem supplere teneantur, prædictorum omnium distinctam, atque fidelem descriptionem, atque informationem ad P. Generalem transmittant, memores, quòd si circa prædicta, quæ Divinum cultum, & piorum Defunctorum suffragia respiciunt, malitiosè, aut negligenter se gesserint, supremo Judici Christo Domino rationem districtè reddituri erunt. Qui P. Generalis suprascriptas relationes, & informationes prædicto Eminentissimo Protectori exhibeat, ut illas pro suo egregio zelo, ac pietate examinare, & considerare valeat, eodemque ita probante, ipse Generalis cum antedictis Patribus, ac prudenter, prout res tanti momenti exigit reductiones ipsas pro eorum omnium conscientiâ perficiat; ita tamen ut si quando redditus augeantur, augeatur etiam pro ratâ numerus ipse Missarum, quod in actu præsertim Visitationis inquirere curæ esse debebit P. Generali pro tempore. Perfectis verò supranarratis moderationibus nova Tabella onerum Missarum in singulis Ecclesijs fiat ad præscriptum Literæ Encyclicæ S. Congregationis Concilij ad Superiores regulares alias sub die 15. Decembris 1663. datæ. Cæterùm quoad novorum onerum, seu eleemosynarum, aut oblationum pro Missis celebrandis acceptationem Decreta de celebratione Missarum jussu S. M. Urbani VIII. sub die 21. Junij 1625. per eandem S. Congregationem Concilij edita, omninò ab ipsis Fratribus inviolatè servari Sanctitas Sua præcepit.

Hoc eodem anno die 13. Maij S. Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita ad enixas preces Prioris Provincialis, & Definitorum Provinciæ Etruriæ Ordinis Nostri confirmandum esse censuit Decretum, & reipsâ confirmavit, suumque effectum sortiri mandavit contrariis quibuscunque non obstantibus, quo prædicti PP. in Dietâ ejusdem Provinciæ habitâ Florentiæ in Conventu D. Annunciatæ die 28. Aprilis

Con-

Conventum S. Mariæ Gratiarum de Corbatiâ liberum declaraverant, & independentem à A Conventu Servorum Lucæ, cujus Prior, & Fratres super ipsum, tanquam sui membrum jus aliquod habentes, vel habere prætendentes, huic tamen independentiæ suum præstiterant consensum, itaut absolutè, & absque ullâ dependentiâ à Conventu, & Patribus prædictis Prior ibi eligi, possint & cætera fieri, quæ in Conventibus absolutis, & liberis communiter fieri solent, additâ hac conditione, quòd Prior pro tempore illius Conventûs singulis annis in die Festo D. Annunciatæ supradicto Conventui Lucæ solvat duas Libras ceræ albæ sub pœnâ suspensionis ab officio. Hinc eodem anno, Mense Septembri P. M. Petrus Paulus Gherardi de Florentiâ Conventum prædictum de Corbatiâ ritè visi- B tavit. Hoc pariter post diutinam, eamque molestissimam infirmitatem die 22. Maij diem ultimum obiit Alexander Papa VII. annum agens ætatis 60., & 13. Pontificatûs de Ordine nostro optimè quidem meritus ob varia eidem indulta privilegia, longè verò magis de Ecclesiâ Universali ob egregia gestâ Orbi Catholico notissima. Die autem 20. Junij ejusdem anni in Summum Pontificem electus fuit unanimi omnium suffragio, & maximo omnium plausu Cardinalis Julius Rospiliosius de Pistorio, Clemens IX. nuncupatus. Postquã Puccinellius deposito Magistratu Pisas redierat anno proximè Superiori, ut in eâ Universitate S. Theologiam interpretaretur, quod munus ei jampridem collatum fuerat à Serenissimo Magno Duce, qui plurimi ipsum, ejusque doctrinam faciebat, Archiepiscopus Urbinas designatus, hoc anno die 10. Aprilis secundo Paschatis die in Ecclesiâ nostrâ S. Marcelli de Urbe ab Eminentissimo Spadâ Titulari ritè consecratus fuit.

Alexandri VII. obitus, et Clementis IX. electio.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

Omnia, & singula in hoc cap. contenta habeantur ex Reg. Gen., & ex Reg. Thusciæ.

Enarrantur varia Sedis Apostolicæ Indulta.
CAP. XIII.

Annus occurrit 1668. Ordini nostro valdè memorabilis, plura enim tunc contigere ad promovendum Deiparæ Dolorum cultum, haud mediocriter accommodata; in primis enim Sacra Rituum Congregatio die 9. Junij Missam votivam de septem Doloribus ejusdem B. V. M. approbavit, & à Fratribus Ordinis Servorum Habitum nigri coloris gestantibus in memoriam Viduitatis, & Dolorum, quos eadem in Passione Unigeniti ejus Filij Domini nostri Jesu Christi sustinuit, ad eorum usum tantùm imprimi, & celebrari posse indulsit, quoties ipsis libuerit quibus diebus Missas votivas juxta Rubricas celebrare licet. Dominica verò 3. Septembris, tanquam propria solemniter cum Gloria, & Credo cum indumentis violaceis, prout constat ex sequenti Decreto. 1.

Cum Sacra Rituum Congregatio die 9. Junij proximè præteriti concesserit Religioni, & Ordini Servorum B.M.V. Missam septem Dolorum ejusdem B.M.V. Hodie speciali gratiâ, & favore magis prosequens ad preces Procuratoris Generalis nomine totius Religionis summopere cupientis Officium cum Missâ concordare, benignè concessit, ut ab omnibus Religiosis dicti Ordinis recitari possit, & valeat etiam Officium dictorum 7. Dolorum ejusdem B. M. V. per fel. mem. Alexandrum VII. jam concessum Fratribus Discalceatis S. Augustini Galliarum, ac B eodem modo, quo d prædictis Fratribus Discalceatis recitatur, & sub ritu Duplici in die Festi principalis, quæ est tertia Dominica Septembris 1668. die 15. Septembris.

M. Episc. Portuensis Card. Ginettus

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius
Sac. Rituum Congreg. Secretarius.

Inde P. Generalis Decretum hoc singulis Provincialibus transmittens, ad propagandũ hujusmodi 7. Dolorum cultum decrevit simul, ac præcepit in singulis Ordinis nostri Ecclesijs Processionem generalem Habitûs nostri habendam esse Dominicâ tertiâ Septembris. Cùm in Civitate Parmensi die 22. Maij so- C lemnis. 2. ageretur memoria in Ecclesiâ nostrâ 7. Dolorum B. V. satis abundè innotuit, quàm accepta Deo, ac Deiparæ forent hujusmodi Religionis officia, præclara enim Divinæ beneficentiæ, atque potentiæ argumenta non defuere utique Deiparæ meritis impetrata. Juvenis quidam nomine Joseph Scotticati sacram ejusdem Ecclesiæ Turrim, plus quàm 50. brachia altam ascenderat, fallens verò vestigium in præceps ruit ad planum usque, & in lapides violenter impegit, quem proinde in frustra discerptum Universi putarunt; ipse verò eùm actu in præceps rueret implorato B.V. 7. Dolorum præsidio gravissimum illud discrimen illæsus, & liber evasit, quod quidem luculenter apparet ex Tabellâ D votivâ, quam ipse tanquam trophæum Reginæ Cœlorum ante Aram ejusdem appendit. Ejusdem B. V. 7. Dolorum Religione commotus Deophebus Lupus hujus nominis III. Soraneæ Marchio sacrum ejusdem Habitum hoc anno insigni pietate suscepit, Processioni verò ejusdem, ac Divinis officijs interesse maximè studebat. Itidem Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita die 18. Novembris Priori Generali nostro facultatem concedit Religiosos quoscunque libuerit, tanquam Filios designandi pro Conventibus illis, qui jampridem suppressi, restituti deinceps Ordini nostro fuerant, quibus proinde vocales actu de-

Decr. P. Gener. ad propagãdũ 7. Dolorum cultum.

Insigne prodigiũ Habitus in Civitate Parmensi.

Soraneæ Marchio Habitũ 7. Dol. suscepit.

Conced. P. Gen. facultas designâdi Filiis pro Conventibus jã pridem suppressis, dein de restitutis, & Conventum Filiationis alijs quibus non dum erat designatus.

siderabantur, necnon Conventum Filiationis Fratribus illis assignare, qui eodem destituti E erant, sive ex eo quòd ad Ordinem recepti fuerant nomine tantùm Provinciarum, sive aliâ quacunque de causâ. Hoc eodem anno sub datum Romæ die 13. Octobris Bulla specialis emanavit Clementis Papæ IX. confirmatoria super modum vivendi Fratrum Servorum B. M. V. in Germaniâ à Serenissimâ Annâ Julianâ Archiducissâ Austriæ nata Ducissâ à Gonzagâ Tertiar à ejusdem Ordinis, & in Germaniâ restauratrice, observari mandatum tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Confirmantur Statuta super modum vivendi Fratrum Servor. B.M.V. in Germaniâ.

EX *commissi Nobis Cœlitus pastoralis Officij debito peculiarem Religiosorum Virorum in* F *humilitatis spiritu, assiduòque piorum operum exercitio Vota sua Altissimo reddere satagentiũ curam gerimus, & illis, quæ pro fovendâ pietate, laudabiliusque eorum progressibus juvandis, proinde constituta esse noscantur, ut firma semper, atque stabilia permaneant, Apostolici muniminis libenter adjungimus firmitatem. Exposuit siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filij Fratres Provinciæ Germaniæ Ordinis Servorum B.M.V., quòd alias ad promovenda, atque juvanda inter Fratres dictæ Provinciæ Religiosæ pietatis, atque Disciplinæ studia facta fuerunt nonnulla statuta tenoris, qui sequitur, videlicet: statuta specialia pro Fratribus Ordinis Servorum B.M.V. existentibus in Conventibus Provinciæ Germaniæ supra Constitutiones* G *ejusdem Ordinis à tempore Archiducissæ Annæ Julianæ de Austriâ propagatricis servata, & à Capitulo Generali de anno 1623. Romæ apud S. Marcellum celebrato, confirmata, atque à S. Sede Apostolicâ approbanda, & confirmanda. In primis, ut juxta mentem dictæ Propagatricis servetur jejunia sequentia videlicet: 1. Ut jejunare teneantur omnes, & singuli ultra feriã 6., quavis etiam feriâ 4. ac die Sabbati, nisi in his diebus occurrat aliquod festum de præcepto, ubi Superioris standum est arbitrio: 2. Item ut in diebus septem profestis Beatissimæ Virginis, nimirùm Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, & Præsentationis (supple pro numero septem Festorum)* H *Purificationis. Singulis item ferijs sextis, Mense Martio occurrentibus, feriâ 6. in Parasceve, & in Vigiliâ B.P.N. Philippi serventur jejunia solemniora more hactenus consueto, idest ut prandij loco una sola offa cum pauculis quibusdam obsonijs, vel oleribus apponatur. 3. Porrò, ut jejunium regulare servetur à feriâ 6. post Ascensionem Domini, usque ad Vigiliam Pentecostes inclusivè pro aliquâ majori præparatione ad recipiendam Spiritûs Sancti gratiam. 4. Deinde statuunt PP. Disciplinam singulis hebdomadibus bis faciendam esse tempore hactenus consueto, idest immediatè post absolutum matutinum ante Orationem mentalem singulis ferijs tertijs, & diebus Sabbati: In hebdomadâ autem sanctâ ter fiat disciplina, feriâ tertiâ tem-* E *pore jam dicto, item feriâ 4., & 6. in Parasceve, Vesperi post factum examen conscientiæ, quod tempus etiam infra Octavam Sacratissimi Corporis Christi erit observandum; eò quòd matutinum ijs diebus non de nocte, sed interdiù in Choro dici soleat. 5. Circa matutinum volunt Patres, ut semper quando nocte dicendum est, dicatur mediâ nocte, & tam Matutinum, quàm reliquæ omnes Horæ dicantur in Choro, non sedendo, sed stando, nisi cum genuflectendum est, aut cum Lectiones in Matutino, aut Martyrologium ad Primam recitatur, ubi sedere possint. 6. Matutino finito, sicut & dicto Completorio fiat commemoratio consueta pro Defunctis nostris Fratribus, & Benefactoribus recitando Psalmum* De profundis *cum Antiphonâ* Si iniquita- F tes &c. *& Oratione*: Absolve quæsumus &c. *nisi cùm disciplina facienda, aut Officium Defunctorum in Choro, aut preces feriales ad Laudes erunt recitandæ, aut quando incidat Festum primæ, vel secundæ Classis. 7. Similiter quotidie fiat consueta commemoratio pro Summo Pontifice, pro Reverendissimo P.N. Generali, & nostro Monasterio, recitando in Choro post Nonam finitam immediatè Psalmum 19.* Exaudiat te Dominus &c. *versum*: Salvos fac Servos tuos; *& Orationem*: Deus omnium Fidelium Pastor &c. *&* Omnipotens æterne Deus, qui facis mirabilia magna solus &c. *&*: Defende quæsumus &c. *neque hæ preces omittantur, præterquam in Festis Majoribus primæ, & secundæ Classis: 8. Sumptis prandis, cœnâ, aut* G *collatione in fine gratiarum actionis recitetur Antiphona*: Salve Regina &c. *flexis genibus, quod etiam observetur, quotiescunque eadem Antiphona publicè coram Populo cantatur ad augendam Fidelium erga Beatissimam, ac Dominam nostram devotionem. 9. Examen conscientiæ simul omnes quotidie bis per quartam horæ unius partem, loco à Superiore designando congregati facere teneantur, tamque manè primo signo dato ad prandiũ, ac sub Vesperum dato signo silentij in diebus jejunij horâ septimâ, reliquis verò diebus horâ mediâ octavâ. 10. Habitum porrò statuunt PP. illum permanere debere eadem formâ, & materiâ, quâ hactenus usi sunt, qui ferè idem est cum eo, quo utuntur PP. Eremitæ Ordinis nostri in Monte Senario, tam circa Tonsuram,* H *quàm reliqua. 11. Culcitris pro lecto nequaquã plumeis, sed stramentitijs cum linteaminibus laneis ex panno utantur; siquis tamen ob senium, aut infirmitatem gravem aliter opus haberet, possit Superior cum tali dispensare. 12. Cellæ instruantur pariter omnes pro simplici, & religiosâ Paupertate Altari quodam simplici, Lecto, Mensâ, vel Scamno, seù subsellio. Victûs ratio [ne vel ultra, quàm religiosam decet Paupertatem excedatur, vel aliquis sibi necessaria deesse conqueri possit] ita servetur, ut ijs diebus, quibus non jejunatur in prandio æquè ac cœnâ tria fercula dentur, diebus verò jejunij in prandio quatuor fercula apponantur. In festis autem principalioribus quid ultra concedi possit,*

Supe-

Superioris esto arbitrium. 13. Et ut congrua inter omnes servetur humilitas, omnes omninò [solis superioribus exceptis] successivè hebdomadatim servire ad mensam, & legere etiam teneantur ij, quos Superior ad hoc esse judicaverit idoneos. 14. Porrò ut omnis, quoad fieri potest ambitionis amputetur locus, nemo quantumvis doctus, nullum Magisterij, & similes dignitatis gradus accipere, vel certè accepto gradu, nulla intuitu ejusmodi gradus prærogativa singulari inter nos gaudere possit. Quòd tamen ita intelligendum, ut interim nihil præjudicii afferre debeat, quin PP. nostri, etsi non graduati, tamen in Capitulis, sive Generalibus, sive Provincialibus vocem tam activam, quàm passivam habere possint, adeóque ipsis in nullum prorsus detrimentum de reliquo cedere debeat. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, Statuta prædicta in Capitulo Generali dicti Ordinis, quod anno 1633. celebratum fuit, confirmata, & abindè in omnibus memoratæ Provinciæ Conventibus servata fuerint, & serventur de præsenti, dicti verò exponentes, ut illorum observatio firmiùs solidetur, perpetuóque vigeat, illa etiam Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & Pœnis à Jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus etiam charissimi in Christo Filij nostri Leopoldi Romanorum Regis Illustris in Imperatorem electi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula statuta præinsertâ auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes Literas, ac statuta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, quibusvis alijs Provinciæ, & Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 13. Octobris 1668. Pontificatûs Nostri anno secundo.

Hoc eodem anno die 20. Septembris obijt Pistorij P. M. Michael Angelus Salvi eo temporis ibidem Cœnobio illi nostro Præfectus, non omnino prætereundus, nonnulla enim typis edidit opera Italico idiomate, scilicet: Historiæ Civitatis Pistorij, & Factionum Italiæ To: 3. Sacræ Hiades, seu Planctus Mariæ Virginis 7. Dolorum cum Catalogo Virorum Nostri Ordinis sanctitate, & Doctrinâ præstantium 1662. Cursus Grammaticus latinus 1666.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

1 *EX Reg. Gen.*
2 *Ex monum. eorundem Conv.*

Promovetur solemnis Canonizatio B. Philippi Benitij. Referuntur varia Indulta. Moritur Clemens IX.

CAP. XIV.

ANnus hic 1669., cujus acta recensenda modò aggredimur, infausto quidem omine nonnullis Sacris Ordinibus auspicatur exordium, tres enim ex ijs à Summo Pontifice speciali Bullâ suppressos fuisse eò temporis innotuit, scilicet Ordinem Fratrum D. Hieronymi de Fesulis, qui vulgò dicebantor Gratioli, prætereà Ordinem Fratrum Jesuatorum ejusdem S. Hieronymi: Denique Ordinem Canonicorũ S. Georgij In Alga de Venetijs. Omine ferè cõsimili præ solemni B. P. N. Philippi Benitij Canonizatione procedere videbatur, siquidem D. Promotor fidei, & eidem adhærens S. Rituum Congregatio illud omninò contendebant, quòd scilicet discutiendum Canonicè esset dubium, An constaret de virtutibus in gradu heroico, quæ planè discusio solemnem Canonizationem difficilem omninò præivisset. Iteratis autem ad Deum, B. Virginem, eundemque B. Philippum per totum Ordinem precibus, necnon adhibitis gravioribus officijs, tum Leopoldi I. Romanorum electi Imperatoris apud Summum Pontificem, & apud Cardinalem Laugravium, tum Imperatricis Regnantis, & Imperatricis Viduæ apud eundem Summum Pontificem, tum Serenissimi Ferdinandi II. Magni Ducis Etruriæ apud Eminentissimos Leopoldum Medices, & Jacobum Rospigliosium tum Vexilliferi, &

Procerum Civitatis Pistorij apud eundem Cardinalem Rospigliosium, tum humillimis, & enixis precibus Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis Nostri, quæ omnia singillatim in regesto Generali recensita apparent; tandem aliquando post tot vota, ac tot gemitus sub datum die 12. Januarij hujus anni sequens Decretum emanavit.

Florentina Canonizationis B. Philippi Benitii Ordinis Servorum.

Decretũ, ut procedatur ad ulteriora pro Canonizatione B. P. N. Philippi Benitij.

SAcra Rituum Congregatio censuit concedi posse, ut procedatur ad ulteriora in causâ dicti B. Philippi Benitii absque aliâ discussione dubii: An constet de virtutibus in gradu Heroico, stantibus Brevibus, & Literis Apostolicis Leonis X., Pauli V., & Urbani VIII. super illius Beatificatione, approbatione Lectionum, & aliis, & cultu immemorabili; utique proponatur in Congregatione habendâ coram Sanctissimo, scilicet: An constet de miraculis ad formam novissimi Decreti facti die 10. Septembris 1668. in causâ B. Margharitæ de Cortonâ, si Sanctissimo visum fuerit, hac die 12. Januarii 1669. Et factâ de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit die 27. Januarii 1669.

M. Episcopus Portuensis Card. Ginettus

Loco ✠ Sigilli.

Gratis *Bernardinus Casalius S. Rituum Congregationis Secret.*

Post hæc Summus idem Pontifex singulari benevolentiâ Ordinem Nostrum complexus specialia eidem Indulta perbenignè concessit, primum quidem pro celebrandis Dietis, 2. pro erectione Collegij apud S. Marcellum de Urbe, 3. pro facultate creandi Magistros; 4. Denique pro Pœnitentiariis Ecclesiæ Rhegiensis.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Indultũ pro celebrandis Dietis in perpetuum.

INjuncti Nobis divinitùs Sacrosancti Apostolatus officij ratio exigit, ut Paternam Religiosorum Virorum Altissimo vota sua reddere satagentem, curam gerentes illorum felici directioni, & commodis, quantùm in Domino possumus, consulere studeamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Ludovicus Justinianus Prior Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V., quòd cum per Constitutiones dicti Ordinis cap. 41. caveatur, ut Capitulum Provinciale cujuslibet Provinciæ fiat singulis quibusque annis, sed electio Prioris Provincialis, Socij, & Definitoris Generalis fiat ad Triennium, aliàs tunc existentes Superiores Majores ejusdem Ordinis considerantes annuam similium Capitulorum intermediorum celebrationem Provinciis dispendiosam, & Fratribus incommodam esse, attento quod in ejusmodi Capitulis, ut plurimum præter electionem trium, vel quatuor Priorum vix aliud quidquam fieri soleret, petierunt à Congregatione tunc existentium S.R.E. Cardinalium negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositâ, ut in eisdem Provincijs loco Capitulorum intermediorum hujusmodi Dietæ cum interventu Priorum Generalis, & Provincialis, ac Socij, & quatuor Definitorum duntaxat haberi, in eisque omnia in dictis Capitulis intermediis fieri solita præter electionem superiorum Provinciæ quolibet Triennio fieri consuetam, fieri possent. Cùmque eadem Congregatio negotium hujusmodi remisisset arbitrio, & prudentiæ bon. mem. Julij, dum vixit, ejusdem S. R. E. Cardinalis Sacchetti nuncupati, qui dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protector tunc erat; idem Julius Cardinalis, & Protector Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Nos Julius S.R.E. tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis Sacchettus Religionis Servorum Protector, attentâ facultate à S. Congregatione Episcoporum, & Regularium arbitrio nostro tributâ, & beneplacito à Sanctissimo D.N. per nos obtento in suo Consistorio secreto die 12. Augusti præsentis anni 1647. loco Capitulorum intermediorum, in quibus videlicet electiones Provincialis, Socij, & Definitoris Generalis non contingerent, Dietas celebrari ad quinquennium concedimus, impartimur, atque mandamus. In quibus Dietis infrascripti tantummodò, & non alij quocunque alio Decreto non obstante à Nobis super hoc emanato juxta dispositionem Constitutionum Ordinis cap. 41. de Capitulo Provinciali vocem habeant, idest Generalis, sive ejus Vicarius, Provincialis, Socius, quatuor Definitores Provinciales proximo præterito Capitulo Provinciali electi, & ille ex perpetuis Definitoribus, cui ratione antiquitatis, & anterioritatis competit; & si detur casus, quòd vel unus plura vota præsumat, vel Dieta absque Definitore perpetuo remaneat; si aliquis ex Definitoribus obierit, vel renunciaverit, sive quocunque alio titulo vacaverit, Generalis, sive ejus Vicarius, de consensu tamen aliorum Vocalium Dietæ, & non aliter, alium subrogare possit, & valeat. Definitores non possint eligi in Priores, nec expressè, nec virtualiter per reservationem in pectore Generalis, vel Provincialis, ne fiats legis frustretur. Nemini Fratrum cujuscunque sit gradûs, & conditionis, liceat accedere ad Dietam quacunque ex causâ, nisi à Nobis, vel à Generali per licentiam in scriptis cognitam, & approbatam. Et quia hujusmodi Dietarum celebrationi, & Sacra Congregatio indulsit, & Sanctissimus annuit, & nos earundem celebrationem decrevimus, ad tollendas expensas, & Religionem tot in calamitatibus sublevandam, ideo nemini Provincialium liceat summam scutorum quadraginta excedere Monetæ Romanæ, etsi excedant, non approbentur ejus rationes à Generali, sive ejus Vicario, sed ex proprijs, quod plus expensum fuerit, redimere teneatur. Quorum omnium omnimodam executionem Generali pro tempore demandamus, atque in virtute salutaris obedientiæ præcipimus. Romæ die 17. Augusti 1647. Julius Cardinalis Sacchettus Protector.

Locus ✠ Sigilli.

Cùm

Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat à nonnullis existimatum fuerit Decretum hujusmodi per mortem prædicti Julij Cardinalis, & Protectoris expirasse; Dietarum verò hujusmodi loco Capitulorum intermediorum annua celebratio multum commodi Fratribus, multumque utilitatis Provincijs Ordinis prædicti afferat, ac per earundem Dietarum celebrationem evitetur expensæ, quibus dicti Ordinis inopia gravaretur. Nobis propterea dictus Ludovicus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut Decretum præinsertum Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire de Benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur ipsum Ludovicum Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus esset ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de Universalium Fratrum nostrorum S.R.E. præfatæ Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio attentis narratis, ac viso per eosdem Cardinales decreto memorati Julij Cardinalis, & Protectoris tenoris præinserti, ipsum decretum auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus, suumque effectum sortire mandamus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, illisque respectivè plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, quarum vis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque: Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur
A *ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 21. Februarij 1669. Pontificatûs nostri anno secundo.

I. G. Slusias.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, Divinâ dispositione præsidentes, illa, quæ pro felici Collegiorum ad promovenda sacrarum Literarum studia salubriter institutorum Regimine, conservatione, & progressu, provide constituta esse noscuntur, ut perenni firmitate subsistant Apostolici Muniminis
B *Nostri præsidio, cum id à nobis petitur libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Ludovicus Justinianus Prior Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis, quòd anno MDCXXXIII. in Capitulo Generali dicti Ordinis Romæ celebrato ab Universo Definitorio Generali decretum fuit, ut in Conventu S. Marcelli de Urbe ejusdem Ordinis Collegium Fratrum Juvenum Ordinis hujusmodi Literarum studiis operam navantium institueretur assignatis ad hoc paucis quibusdam censibus, quorum fructus de præsenti percipiuntur, verum tunc temporis Decretum hujusmodi executioni mandari non potuit, præsertim ob paucitatem cellarum, in quibus dicti Fratres studiosi degere possent, cui rei de præ-*
C *senti per novam fabricam provisum reperitur. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, prædictus Ludovicus Prior Generalis Collegiū hujusmodi in dicto Conventu S. Marcelli instituerit, & aperuerit, ac pro felici illius directione, & studiorum progressu nonnullas ordinationes vulgari Italico idiomate fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet.*

Prima, che non possino essere ammessi Studenti con titolo di Collegiali in detto Collegio, che non siano Sacerdoti, e che nò abbiano compito almeno i ventiquattro anni con aver fatto un corso intero di Logica, e di Filosofia, & aver udito qualche trattato di Teologia, dovendosi aver anco riguardo alla qualità de' costumi, sopra de'
D *quali siano tenuti esibir fedi con giuramento de' Priori, e Padri di quei Conventi, dove averanno dimorato per lo spazio di due Anni addietro almeno. 2. Che prima di essere ammessi in Collegio abbiano pubblicamente difese in stampa le sopradette materie, con le fedi autentiche, e giurate de' loro Reggenti. 3. Che oltre a ciò debbano esporsi ad un esame publico sopra le istesse materie da farsi non da altri, che da Generali, o in Dieta, o in Capitolo Provinciale, o in Visita alla presenza de Superiori di ciascuna Provincia, e per secreta suffragia approvati, e dal Generale ricevano la Patente in forma autentica. 4. Che avendo le sopradette condizioni possino essere promossi in Roma dal Generale al grado del Baccegli erato, quantunque non avessero*

com-

compito il tempo delli 27. anni prescritti dalle Costituzioni nel capo de promovendis ad gradus, *dovendosi in ciò aver riguardo alla virtù, e non agli anni, siccome per tal rispetto dispensò la Santità di N.S. agli Studenti Formali il tempo prescritto dall' istesse Constituzioni, purchè avessero udito tutta la Logica, e gli otto della Fisica, potendo ciò servire di stimolo agl'altri di meritarsi il medesimo grado per via della virtù, a non degl' anni. 5. Che per tre anni continui debbano restare in Collegio a studiar Teologia, nè possano per quel tempo attendere ad altre funzioni, eziandio al predicare, tanto annualmente, quanto della Quadragesima; e compito il triennio debbano addottorarsi, e conseguire la Laurea Magistrale, da conferirseli dal P. Generale pro tempore con fede giurata del Reggēte, che abbiano frequentato le lezzioni, e fatto profitto, incaricando sopra ciò la Coscienza del detto Reggente, avendo però nel triennio difesa almeno una publica Conclusione. 6. Che se, o per negligenza di studio, o per demerito proprio accadesse esser rimossi dal Collegio s'intendano decaduti dal privilegio di poter essere addottorato* post triennium, *e debbano aspettare il tempo prescritto dalle Costituzioni; e quando il demerito fosse grave s'intendano totalmente esclusi dal Collegio, senza speranza di potervi essere di nuovo rimessi. 7. Che il Lettore, o Reggente di esso Collegio non debba in modo alcuno andare a predicare nè Avvento, nè Quaresima, eziandio in Roma, ma debba continuare le Lezzioni in modo, che nel triennio legga quasi tutta la Teologia, eccettuato il Mese di Luglio, e d' Agosto solamente, nel qual tempo doverà esercitare gli studenti nelle dispute, o private, o pubbliche di quelle Lezzioni, che averà letto in quell' anno, oltre i Circoli, e conferenze, che doverà fare nell' atto, e nel tempo, che legge. Nè possa il Generale concederli tal licenza sotto qualunque pretesto con pena al Reggente, che la tentasse, di privazione dell' Offizio, & inabilità à simili Cariche, alla quale non possa essere rimesso che nel Capitolo Generale, con voto, e del Generale, e del Definitorio. E a tal' effetto assegnerà al Reggente pro tempore un tale stipendio, che possa bastarli per i suoi necessarj bisogni, che sarà di scudi trenta l' anno, oltre il Vestiario solito darsi dal Convento. Ultima, che à' Professi, che saranno tanto in S. Marcello, quanto in S. Maria in via, si debba dal Generale deputare un Lettore, che doverà essere uno de Collegiali, quale debba leggere Logica, e Fisica, secondo il bisogno, e capacità di detti Professori. Aggiungendo, che anche quei Sacerdoti Studenti, che saranno posti di stanza dal Generale in S. Maria in via debbano venire alla Lezzione in S. Marcello, a debbano godere le medesime prerogative di Collegiale, quando abbiano i requisiti di sopra accennati, e questo per render più numeroso il Collegio, e più beneficata la Religione col maggior numero de' Soggetti. Onerando la coscienza de' Superiori Generali pro tempore a non contravenire agli articoli esposti, anzi a doverli* E *maggiormente ristringere per dar maggior stimolo alla Gioventù di affaticarsi in servizio di Dio, e gloria della Religione.* Nobis propterea ipse Ludovicus Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut easdem ordinationes, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire de Benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur dictum Ludovicum Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes, F & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, præinsertas ordinationes, tanquam Literarum, & studiorum incremento proficuas, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus, atque inviolabiliter servari mandamus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes ipsas præsentes Literas, & ordinationes præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit pla- G nissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Conventûs prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad H verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus cæteris contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Febr. MDCLXIX. Pontificatûs nostri Anno secundo.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte Dilecti Filij Ludovici Justiniani Prioris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. Congregationi tunc existentium S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita

positæ exposito, quod cum per Constitutiones dicti Ordinis Cap. XIV. de promovendis ad gradus caveretur Baccalaureos gradum Magisterij consecuturos prius à Priore Generali ejusdem Ordinis per rigorosum examen approbari, eisque subinde licentiam recipiendi lauream Magistralem in aliquâ publicâ studij Generalis universitate concedi debere; id verò propter pecunias eam in rem impendi solitas in detrimentum dicti Ordinis calamitatibus pressi, & præsertim ære alieno circiter octo millium scutorum Monetæ ex causâ Fabricæ Conventûs S. Marcelli de Urbe ejusdem Ordinis contracti gravati redundaret. Ipse Ludovicus Prior Generalis Priori Generali Ordinis hujusmodi pro tempore existenti facultatem conferendi per se ipsum tàm in Capitulis Provincialibus, & Dietis, quàm in Visitationibus lauream Magistralem B *prædictam quibusvis Fratribus dicti Ordinis ea, quæ per Constitutiones prædictas ad id præscribuntur, & requiruntur habentibus, ac capacibus, & idoneis, ad hoc, ut pecuniæ, quæ occasione consequendæ in Universitatibus laureæ Magistralis hujusmodi à Fratribus memorati Ordinis expendendæ forent in extinctionem dicti æris alieni, aliasque emergentes ejusdem Ordinis necessitates erogarentur, concedi plurimùm desiderabat, attento etiam quòd similis facultas duobus dicti Ordinis Prioribus Generalibus ipsius Ludovici prædecessoribus, auctoritate Apostolicâ concessa fuerat. Emanavit à prædictâ Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congre-* C *gatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum. & Regularium præposita attentis narratis, facultatem petitam servatis tamen aliàs servandis ad præscriptum Ordinis Constitutionum benignè conce[illegible], contrarijs quibuscunque non abstantibus [illegible]mæ 26. Februarij 1666. M. Cardinalis Ginettus. Cùm autem, sicut dictus Ludovicus Prior Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius substantiâ Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Ludovicum Priorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censu-* D *ris, & Pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus; salvâ tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium; Decernentes ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari,* A *sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, il-* B *lis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Aprilis MDCLXIX. Pontificatûs Nostri Anno secundo.

I. G. Slusius.

CLEMENS PAPA IX.

Breve pro Pœnitentiarijs Ecclesiæ Rhegiensis Ordin. Servor. Illustr. & Rev. Episcop. directũ.

VEnerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex incumbenti Nobis Apostolicæ servitutis officio pia Catholicorum Principum vota Ecclesiarum decorem, & ornamentum, divinique cultus in eis augmentum, C *ac Christi Fidelium Animarum salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribusque prosequimur opportunis, sicut cognoscimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut Dilecta in Christo Nobis Filia Mulier Laura Mutinæ, & Rhegij Ducissa Vidua Nobis nuper exponi fecit, ipsa tam pro singulari, quem erga Ecclesiam Conventûs Civitatis Rhegiensis Ordinis Fratrum Servorum B. M. V., & in eâ sitam Imaginem ejusdem B. M. V. Populi devotione celeberrimam gerit devotionis effectu, quàm etiam pro spirituali Christi Fidelium ad eandem Ecclesiam eleganter structam, & magnificè ornatam, necnon ad Imaginem prædictam devotionis causâ per totum an-* D *num, & præsertim præcipuis solemnitatibus magno numero confluentium consolatione, atque utilitate, aliquos in dictâ Ecclesiâ Pœnitentiarios ad eorundem Christi Fidelium Confessiones audiendas constitui summopere desideret. Nos ejusdem Lauræ Ducissæ desiderijs hujusmodi, quantùm cum Domino possumus annuere, illamque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & pœnis à Jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodata existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutam fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humi-*

humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attentâ relatione tuâ eisdem Cardinalibus factâ fraternitati tuæ per præsentes committimus, & mandamus, quatenus veris existentibus narratis Dilecto Filio Moderno, & pro tempore existenti dicti Conventûs Priori, ut quatuor ejusdem Conventûs Fratres, quos ad id idoneos, vitâque, & moribus conspicuos cognoverit, in dictæ Ecclesiæ Pœnitentiarios constituere, & deputare, dummodo tamen à te, seu pro tempore existente Ordinario Rhegiensi examinati, & approbati fuerint. Ipsis verò Pœnitentiarijs sic constitutis, F *& deputatis, ut omnibus, & singulis facultatibus [non tamen à casibus in Literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, neque à Censuris contra Duellantes, aut Sanctimonialium Monasteriorum Clausuram, vel Libertatem, Immunitatem, seu Jurisdictionem Ecclesiasticam violantes fulminatis absolvendi] quibus Pœnitentiarij Sacræ Domûs Lauretanæ utuntur, potiuntur, & gaudent, similiter uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant respectivè auctoritate nostrâ Apostolicâ pro tuo arbitrio, & Conscientiâ facultatem tribuas, & impertiaris, ac concedas, & indulgeas, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium; non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privi-* G *legijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 27. Aprilis 1669. Pontificatûs Nostri anno secundo. *I. G. Slusius.*

Quod planè Indultum de Pœnitentiariis hujus Ecclesiæ Summus Pontifex concessit Serenissimæ Ducissæ Mutinæ, & Episcopi Rhe- H giensis Joannis Augustini Marliani gravissimis Officiis commotus, pluribus enim per Literas humanissimas ad Cardinalem Santacrucium Odinis nostri Conprotectorem, illa quidem die 19. Februarii, hic verò die primâ Martii hujus anni datas Ecclesiam nostram Rhegiensem commendarunt, & speciale quoddam pro ipsâ Indultum petierunt, potissimùm verò Pœnitentiarios hujusmodi, prout Urbanus Papa VIII. eosdem concesserat Ecclesiæ pariter nostræ D. Annunciatæ de Florentiâ anno 1624. Hoc anno tandem ad fastigium usque perducta Ferrariæ recens ædificata Ecclesiâ, cujus primum lapidem solemni ritu posuerat anno 1635. Cardinalis E Stephanus Duratius, prout ad dictum annum, die 22. Augusti reserata primum fuit ad primas Vesperas Festi S. P. N. Philippi, quòd proinde eximia pompâ celebratum fuit, sive spectemus festivorum ignium copiam, sive suavissimos Musicos concentus. Die primâ Januarij hujus anni Præfecto Excubiarum Clementis Papæ IX. adhuc feliciter regnantis traditæ fuere sex Literæ parentes pro erigendis Confraternitatibus Habitûs 7. Dolorum in Diæcesi Constantiensi inter Helvetios transmittendæ ad Decanum Collegiatæ de Zurzach cum facultate constituendi Correctores. Funestam huic anno coronidem impo- F suit Summi Pontificis obitus, qui die 9. Decembris septuagenarius ex hac luce migravit, postquam duos annos, Menses quinque, ac decem octo dies universalem Ecclesiam administraverat, brevi quidem tempore, sed coram Domino plenus dierum præ summâ pietate, insigni in rebus gerendis Prudentiâ, præcipuo Divini cultûs studio, & eximiâ in Populos benevolentiâ, immortalitate verò nominis apud Ordinem nostrum consecrandus ob singularia eidem indulta privilegia satis abundè superiùs recensita.

Ad fastigium usq; perducitur Ferrariæ recens ædificata Ecclesia.

Expediuntur Literæ Patêtes pro erigendis Confraternitatibus Habitûs in Diæcesi Cõstantiẽsi.

Clementis IX. obitus, & laudes.

ANNOTATIONES IN CAP. XIV.

Ex *Reg. Gen., & Prov. Thusciæ.*

G *Eligitur Clemens Papa X. Creatur Episcopus Assisiensis Ludovicus Justinianus Generalis, eique sufficitur Joannes Vincentius Lucchesini. Decretum de Canonizatione B. Philippi.*

CAP. XV.

Defuncto Clemente Papâ IX., ut ad annum præcedentem diximus, exactis ab obitu quatuor Mensibus, & viginti diebus, die 29. Aprilis hujus anni eligitur in Summum Pontificem Æmilius Altieri Romanus à Prædecessore proximè morituro ad Cardinalatum promotus, Clemens X. postea dictus erga Ordinem Nostrum æquè, ac erga Catholicam Ecclesiam clementissimus, prout ex dicendis parebit. Primum H verò Ludovicum Justinianum Ordinis nostri Generalem ad Episcopatum Assisiensem hoc anno promovit, & ad ejusdem Ordinis regimen Vicarium Generalem usque ad proximè futurum Capitulum Generale, anno scilicet 1672. congregandum suffecit P.M. Joannem Vincentium Lucchesini Patritium Lucensem mense Septembri, deinde verò Mense Decembri ejusdem anni cum speciali indulto in Priorem Generalem totius Ordinis elegit, eâ tamen lege, ut completo sexennio Prædecessoris anno 1672. sexennium proprium inciperet ad annum usque 1678. prosequendum. Item eundem Ludovicum ad iteratas preces P. Generalis promovendæ Canonizationis

Eligitur Clemens Papa X.

B. P.

Proponitur causa B. P. Philippi in 2. Suc. Rituum Congregatione.

B. P. Philippi revera studiosissimi, necnon ad præcipua Imperatoris Leopoldi I. Imperatricum, & Cosmi III. Magni Ducis Etruriæ officia Summus Pontifex valdè commotus benignè Indulsit, ut coram Sanctitate Suâ proponeretur causa dicti B. Patris in secundâ Sacrorum Rituum Congregatione, quod constat ex sequenti Decreto.

Florentina, seu Romana
Canonizatio B. Philippi Benitij Quinti Generalis Ordinis Serv. B.M.V.

Sanctissimus D. N. Clemens X. enixis precibus sibi porrectis per Patrem Generalem Ordinis Servorum benignè annuit, ut in secundâ Congregatione Sacrorum Rituum habendâ coram Sanctitate Suâ pro Causis Canonizationis, & Beatificationis omnino proponatur servatis servandis primo loco causa dicti B. Philippi Benitij, & videatur de his, quæ supervenerunt post ejusdem Beatificationem. Hac die 26. Junij 1670.

M. Episcopus Portuensis Card. Ginettus.
Locus ✻ Sigilli.
Bernardinus Casulius S.R.C. Secret.

Prætereà consequenter ad prædictum Decretum die 11. Novembris hujus anni discussâ in Congregatione Sacrorum rituum coram Sanctissimo prædictâ B. Philippi Causâ tandem aliquando emanavit Decretum de solemni ejusdem Canonizatione tenoris sequentis.

Florentina
Canonizationis B. Philippi Benitij Ord. Serv. B. M. Propagatoris.

Decretū solemnis Canonizationis B. P. N. Philippi.

Discussa in Congregatione Sacrorum rituum coram Sanctissimo relevantia contentorum in Processibus auctoritate Apostolicâ peractis Florentiæ, & Tuderti de ijs, quæ supervenerunt post venerationem ipsi B. Philippo Benitio indultum à Leone X. alijs'que Summis Pontificibus, & maturè eorum examine habito ad relationem Eminentissimi Rospigliosij, eadem Sacra Congregatio communi voto censuit, & declaravit plenissimè satisfactum fuisse Decretis Urbani VIII., & constare de duobus miraculis concludenter probatis, & supra totius naturæ creatæ vires ab omnipotenti Deo intercessione dicti B. Philippi patratis, nempe: De quinto subitæ

Recensētur duo miracula concludenter probata.

sanationis Claræ Guazzaroniæ à continuo fluxu sanguinis, quo tresdecim annorum spatio laboraverat, nihil unquam proficientibus humanis præsidiis, ad invocationem tamen dicti Beati, statim effecta sana, itaut quæ lecto decumbere cogebatur, illicò deambulare, ac operari potuerit. Necnon de septimo Petri Filii Catharinæ Joannis de Salerno Pueri aridi à dimidio deorsum, & gibbosi ab utraque parte à Nativitate, cruribus sine vitali spiritu, itaut ad instar funis ad omnes corporis partes, tam in caput, quā in scapulas reflecti possent, nec aliter quàm sedendo sistere valeret, in quo statu per sexennium

A *um permanserat, donec invocatâ ope dicti Beati, & voto emisso à Matre illum Habitu induendi dictæ Religionis, illicò ambulare, & rectam nancisci corporis habitudinem omni natali gibbositate undique sublatâ ab omnibus visus fuit.*

Quapropter vocatis iterum Consultoribus, & præhabitâ per Eminentissimum D. Cardinalem Rospigliosium plenâ, & distinctâ relatione de omnibus, quæ præcesserunt, & accesserunt dictæ Beatificationi sacra eadem Congregatio annuente Sanctissimo, censuit quandocunque posse tutò deveniri ad solemnem ejusdem B. Philippi Benitis Canonizationem, juxta Ritum S.R.E., & Sacrorum Canonum dispositionem, & inter Sanctorum numerum adscribi. Hac die 11. Novembris 1670.

B *M. Epis. Portuen. Cardinalis Ginettus.*
Loco ✻ Sigilli.
Bernardinus Casulius S. Rit. Congr. Secretarius.

Opportunum autem arbitror hic recensere, quòd sicut in alijs Ordinis Nostri Ecclesijs, ita & in celeberrimâ S. Mariæ Servorum de Bononiâ S. P. N. Philippi solemnia haberi longè majori pompâ cœperant hisce temporibus, quæ enim antea haberi solebant Dominicâ infra ejusdem Festi Octavam ab anno 1667. Generali Justiniano jubente ipsâ die 23. Augusti celebrari cœperunt, & sanè singulari Populi concursu, quin etiam ab anno usque 1647. Missarum solemniis, & Oratione
C de S. Patris laudibus interesse solet Eminentissimum Collegium Theologorum illius amplissimæ Civitatis. Hoc enim valdè laudabile animadvertimus apud Patres insignis illius Cœnobij, quod non mediocri pompâ celebrare semper consueverunt Dei, Sanctorumque Festivitates, quo sanè factum est, ut Ecclesia illa venerabilis maximè censeatur. Die 8. Septembris Nativitati Deiparæ nuncupatâ, & ejusdem Ecclesiæ Titulari eam invisere solet Cardinalis Legatus unà cum Vexillifero, & Magistratu. Dominicâ Tertiâ ejusdem mensis celebrantur honorificè 7. Dolorum B. V. solemnia juxta Sedis Apostolicæ Indultum Ordini nostro concessum, de quo superiùs ad
D annum 1668., quamvis Processio Generalis Dominica de Passione habeatur. Septem diebus nativitatem Domini proximè præcedentibus ad Altare B. V. dictæ de Partu quædam habentur ad Vesperam Pietatis Officia post Sacram Concionem Venerabili Eucharistiæ Sacramento publicæ venerationi exposito pro expectatione ejusdem Partus recolendâ, quæ spiritualia exercitia omnibus prostant in Libello quodam Bononiæ Typis Ferronij anno 1661. Impressa. Impressa pariter Typis sunt spiritualia quædam exercitia, quæ primâ cujusque Mensis feriâ 6. ad Altare Societatis Sanctissimi Crucifixi habentur, & quidem pompâ minimè vulgari. Alia pariter habentur in honorem B.V. Dolorosæ ab anno præsertim

sertim 1640., quo Generalis Berardius cultum hunc ubique per Ordinem promovere magis contendit. Hujus Ecclesiæ celebritas exindè queque conici potest, quòd cùm anno 1659. die 4. Junij Metropolitanæ Fornix corruisset, Generalis Processio Sãctissimi Corporis Christi, ejusdemque solemnia hic celebrata fuere præsentibus Urbis Proceribus, & Magistratibus, subindeque functiones publicæ Archiepiscopales hic pariter habitæ fuere, donec instaurata penitus esset eadem Metropolitana, cui D. Alphonsus Paleotti Archiepiscopus die 25. Martij anno 1607. primum jecerat lapidem. Anno præthereà 1608., cum ob nivium affluentiam per Urbem incedere vix liceret, Domorumque contignationes nimio earum pondere pressæ corruerent, D. Benedicto Giustiniani Legato mandante die 11. Februarij indicta fuit in hac Ecclesiâ 40. horarum Oratio, & D. Rodulphus Paleotti Archidiaconus postea Episcopus Imolensis Venerabile Eucharistiæ Sacramentum solemniter ibidem exposuit. Anno 1614. PP. Societatis Jesu Ecclesiam hanc elegere, ut exinde solemnis institueretur Processio die 20. Aprilis, Dominicâ tertiâ post Pascha habenda pro translatione solemni complendâ ad eorum Ecclesiam S. Luciæ Corporum SS. Martyrum Pastoris, Aniani, & Socij, quæ ad eos ex Urbe delata fuerant. Contagiosâ lue urgente, & universim calamitate quacunque Bononienses Ecclesiam hanc adhibere semper consueverunt ad spiritualia exercitia publicè obeunda pro avertendâ Divinâ indignatione B. Virginis Dolorosæ opem speciatim implorando.

Ad annum 1300. Cent. 1. lib. 6. cap. 2. plura quidem privilegia recensita fuerunt Ecclesiæ huic, atque Cœnobio ad eundem annum usque concessa; verùm alia adhuc referre necesse est consequentibus temporibus Indulta, ex quo de hoc amplissimo Loco scribere modò decrevimus. In primis Thadæus Pepuli Bononiæ Dominus sub datum 9. Junij 1647. Privilegium impartitur, quòd Testamenta, & supremas voluntates condere secretò liceat in Sacrario hoc, & Cœnobio nostro, opportunis autem loco, & tempore publicentur. Cùm anno 1389. Carolus VI. Galliarum Rex Vexillum huic Civitati dono dedisset, quòd *Aurea Flamma* dicebatur, cœruleum Liliis aureis distinctum, quòd è Cœlo advenisse fertur, quo tempore Clodoveus Rex Baptismum accepit, die 8. Septembris ejusdem Civitatis Proceres, & Magistratus Vexillum hoc primò publicè præferentes, insigni pompâ, & solemnitate Ecclesiam hanc nostram adiere.

Senatus Bononiensis immunitatem huic Loco, & Patribus anno 1390. concessit à Pædagiis, & Vectigalibus habitâ ratione Fabricæ. Item anno 1395. hujus Cœnobij Patres æquè ac alios Mendicantes custodiendis publicis sigillis, & singulis ejusdem Senatus Epistolis sigillo muniendis deputavit. Ad Priorem ergo ejusdem Cœnobij spectabat Virum idoneum, & Socium eligere ad id muneris obeundum, quibus per annum integrum Domicilium, & stipendium in publico Palatio tradebatur; siquis autem ex illis inde abesse deberet, alium sufficiebat, donec annus compleretur.

Innocentius Papa VII. anno 1406. Indulgentias largitur omnibus, & singulis, qui pro ædificandâ hac Ecclesiâ eleemosynas erogarent sub datum Viterbij 6. Kalendas Martij Pontificatûs ejusdem anno secundo.

Archiepiscopus Arelatensis Bononiæ Gubernator, & S.R.E. Camerarius anno 1415. die 8. Aprilis omnia, & singula Privilegia huic Cœnobio hactenus concessa confirmat.

Tantinus Dandolus Venetus Prothonotarius Apostolicus pro Eugenio Papâ IV. cum potestate Legati de Latere Gubernator Generalis Bononiæ anno 1431. Priori, & Fratribus hujus Cœnobij exemptionem concedit à Vectigalibus, atque Pedagiis.

Nicolaus V. sub datum Romæ apud S. Petrum anno 1453., instante Joanne de Ananiâ Fratribus nostris Bononiæ fructus concedit Bonorum Thaddæi Alderetti Florentini pro construendâ Ecclesiâ.

Callistus Papa III. instante Thaddæo Garganelli Ordinis nostri Generali anno 1456. exemptionem à Vectigalibus confirmat.

Idem Summus Pontifex sub datum die 11. Novembris anno 1457. Pontificatûs sui tertio apud S. Petrum Archidiacono, & Vicario Generali Bononiæ facultatem impartitur, & mandat omnes, & singulos excommunicandi, Bona mobilia, vel immobilia hujus Ecclesiæ occupantes.

Ex S.C. Ecclesia hæc nostra decreta fuit anno 1485. Regionis hujus caput, quæ antea dicebatur, *Porta Salvia*, modo verò *Porta Ravegnona*, cujus olim caput erat Ecclesia S. Vitalis, sed utpotè excipiendæ tantæ multitudini impar posthabita fuerat.

Antonij Alabantis Generalis studio Legatus Bononiæ anno 1489. facultatem impartitur instituendi Processionem die Conceptionis B.V. ab Ecclesiâ Metropolitanâ ad hanc nostram habendam, addictâ Indulgentiâ centum dierum.

Alexander Papa VI. Archidiacono, & Vicario Generali Bononiæ anno 1495. mandat omnes, & singulos excommunicare hujus Cœnobij Bona occupantes.

Leo Papa X. anno 1515. amplissimas Indulgentias, & facultatem absolvendi à casibus impartitur Confessarijs nostris Bononiæ occasione Capituli Generalis summâ celebritate ibidem habiti, de quo Gianius Cent. 3. l. 5. c. 15., & juxta edit. 2. 20.

August. Card. Spinula S.R.E. Camerarius anno 1534. exactoribus Decimarum mandat, quòd ab hoc nostro Cœnobio nihil amplius exigat, quàm ab aliorum Mendicantium Cœnobijs,

nobljs, propterea, quòd Ordo noſter inter Mendicantes numeraretur.

Gregorius Papa XIII. anno 1577. Altare Privilegiatum concedit.

Clemens Papa VIII. Archangelo Ballottini humillimè petente Indulgentias, & gratias Societati Habitûs impartitur, tribus ad hoc Brevibus expeditis diſtinctis temporibus, annis videlicet 1601. 1602., & 1603. Item facultatem confirmat coronandi ſolemniter B. V. Imaginem Sabbato S. ad Veſperam.

Innocentius Papa X. anno 1648. Societatē Sanctiſſimi Crucifixi, de quâ alibi, cum Indulgentijs inſtituit. Brevia autem hæc, & Diplomata aſſervantur in Archivo hujus Cœnobij, è cujus monumentis, necnon è variis Scriptoribus, nempe Antonio Maſini Bononiæ perluſtratæ, Gaſpare Bombaci, Aliodoſio, B Ghiratdaccio, & alijs hæc omnia collegimus.

Offertur ſupplex libellus pro reſtitutione Conv. S. Mariæ de Caſtillis.

Ad ea modò revertamur, quæ hoc anno 1670. ſpeciatim contigere. Primum ſanè ſupplicem Libellum Sanctiſſimo obtulerat jampridem Juſtinianus Generalis, quo humillimè petebat Ordini noſtro reſtituendum poſtliminio eſſe Conventum S. Mariæ de Caſtillis haud procul ab Urbe Camerino ab Innocentio X. antea ſuppreſſum, id enixè poſtulantibus illius Communitatis Populis, annuente quoque Eminentiſſimo Franzoni Civitatis illius Epiſcopo. Hunc ſupplicem Libellum remiſerat Summus Pontifex ad Sacram Congregationem ſuper ſtatu Regularium, hæc autem per Literas Martii Cardinalis Gi- C netti Romæ datas die primâ Auguſti 1670. à prædicto Cardinali Epiſcopo informari petiit. Quid autem exinde contigerit divinare quiſque ex eo poteſt, quod præfatus Conventus reſtitutus Ordini minimè adhuc fuerit. Hoc eodem anno declarationes quædam auctoritate Summi Pontificis Clementis X. emanarunt quoad Juriſdictionem Diæceſanorum in Grancijs Monaſteriorum ratione Bullæ *Inſtaurandæ*, necnon quoad privilegia Regularium ad prædicationem Verbi Dei, & Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem pertinentia.2. quas hic inſerere non vacat, utpotè jam typis impreſſas hoc anno, neque ſpeciatim Ordinem noſtrum, ſed quemcumque generatim ſpectantes Quod verò ſpeciatim D pertinet ad Ordinem noſtrum, Sacra Rituũ Congregatio ad preces Procuratoris Generalis nomine totius Religionis id ſummopetè cupientis, die 9. Auguſti hujus anni gratiam Officij 7. Dolorum B.M.V. pro Dominicâ 3. Septembris ſub Ritu duplici anno 1668. die 15. Septembris Fratribus, & Sororibus Ordinis noſtri conceſſi, extendit pro qualibet ferlâ 6. non impeditâ Officio 9. Lectionum extra Adventum, Quadrageſimam, 4. Tempora, & Vigilias ſub ritu ſemiduplici, uti devotionem propriè, & principaliter ad eundem Ordinem ſpectantem, prout patet ex Decreto Typis impreſſo anno 1673., ad quem

Extẽditur Officium 7. Dol. B. M.V. ad qualibet feriam 6. non impeditam Officio 9. Lectionum.

illud reſerimus.

A Denique prætereundus minimè videtur P. M. Joannes Angelus Coſta de Genuâ, qui vitam hoc anno cum morte commutavit. Vir enim fuit Philoſophiâ, Theologiâ, & alijs facultatibus etiam Muſicis præſtantiſſimus, & Concionator egregius, maximè proindè acceptus pluribus Italiæ Principibus, Carolo præſertim Emanueli Sabaudiæ Duci, qui ipſum Quadrageſimales Conciones habentem audire voluit in Eccleſiâ Metropolitanâ Auguſtæ Taurinorum celeberrimâ, quod munus exercere ut plurimum ſolent primi nominis Oratores, & Lectionem Philoſophiæ tum extraordinariam, tum ordinariam in illâ Univerſitate eidem contulit. Tanquam ad Oraculum ad ipſum conveniebant omnes plerunque in rebus gravioribus, tanquam de re Literariâ optimè meritum.

P. M. Joannis Angeli Coſta obitus, & laudes.

ANNOTATIONES IN CAP. XV.

1 EX *Reg. Gen. & Prov. Thuſciæ.*
2 *Ex monum. Conv. D. Annunc. de Flor.*

Celebratur ſolemnis Canonizatio B. P. N. Philippi, ejuſque miracula referuntur. Virorum illuſtrium obitus. Conſtruitur de novo Conventus Aquenſis.

C A P. XVI.

Annum hunc 1671. præ cæteris verè memorabilem conſecrat ſolemnis B. P. N. Philippi Canonizatio tot, ac C tantis votis expetita. Itaque ſecundâ Dominicâ poſt Paſcha, quæ fuit die 12. Menſis Aprilis in Baſilicâ Vaticanâ magnificentiſſimè de more exornata, Summus Pontifex Clemens X. B.P.N. Philippum unà cum Beatis Cajetano Thienæo, Franciſco Borgia Societatis Jeſu, Ludovico Bertrando, & Roſâ de S. Mariâ Limanâ Ordinis Prædicatorũ ſolemni pompâ, & ſactis ritibus Sanctorum faſtis adſcripſit. Huic celeberrimæ actioni interſuere ex remotioribus etiam Orbis terræ Partibus frequentiſſimi Populi, ex Ordine autem noſtro ferè bis centum, nonnulli quoque ex duobus Eremis Montis Senarij, & D Montis Urbani, qui unà cum cæteris Ordinis noſtri Fratribus ſactam prædictam Baſilicam juxta conſuetudinem proceſſionaliter adiere, hoc tamen ordine, quòd Eremitæ omnes tum Sacerdotes, tum Clerici, tum Laici poſt Clericos Profeſſos Ordinis, & ante Sacerdotes proceſſere. Nequa verò poſteris ſubeat admiratio, cur B. P. N. Philippus in ſerie Beatorũ hac die Canonizatorum tertius ordine poſitus fuerit, qui cæteroqui reliquos omnes antiquitate temporis præſtabat, monitum volo Lectorem, quòd in hac ſerie diſponendâ ſacris cæremoniis Præfecti, non antiquitatem temporis, ſed prioritatem dignitatis attenderũt, quamobrem primus in ordine fuit B. Cajetanus,

Deſcribitur ſolemnis Canonizatio B. P. N. Philip. à toto Ordine ſolemni pompâ, & inſolito plauſu celebrata.

nus, quia primus fuerat fui Ordinis Præpositus Generalis, & Institutor. Secundus autem B. Franciscus Borgia, quia tertius fuerat Societatis Jesu Præpositus Generalis, proindeque tertius fuit B.P.N. Philippus, quia Quintus fuerat Ordinis nostri Prior Generalis: reliqui duo tandem Beati novissimi in ordine fuere, quia nullâ sacrâ dignitate præstitere, & inter eos secunda fuit B. Rosa, quia Viri Fæminis præstant .1. Completis in Basilicâ præfatâ Vaticanâ solemnitatis hujus ceræmoniis, subinde primùm in Ecclesiâ S. Marcelli de Urbe, postmodum per singulas Ordinis Ecclesias celebrata fuere Canonizationis hujus solemnia, insigni quidem pompâ, prout Locorum ferebat conditio per octo continuos dies, sive spectemus pretiosam supellectilem, quâ exornabantur Ecclesiæ, sive Musicorum concentuum suavitatem, sive Oratorum præstantiam, qui de S. P. nostri laudibus disertissimè dixere, sive festivos ignes, sive magnificentiam in Processionibus adhibitam, sive splendidos per Urbes apparatus, sive tandem præclarissimas alias in omnibus tum nostris, tum exteris gestientis animi significationes, quæ singillatim hic etiam ad invidiam declinandam, nedum brevitati consulendo, satius arbitror non recensere, præsertim verò, quod Typis impressæ prostant solemnitatum hujusmodi relationes, quæ in principalioribus Ordinis Ecclesijs, tum per Italiam, tum per alias provincias celebratæ fuere. Ex his conijcere meritò fas est, quod maximi momenti expensæ Ordini nostro contigerint, tum si ea præcisè consideremus, quæ solemnem Canonizationem hoc anno habitam, causam ipsius, & plurima Acta ab anno 1395., quò incœpere ad annum hunc, quo completa fuere, concernunt; tum si ea attendamus, quæ in celebrandis, ut diximus, per singulas Ordinis Ecclesias de mandato speciali P. Vicarij Generalis Apostolici Lucchesini, Sancti P. N. Philippi solemnijs erogata fuere, Reverendissimus enim Pater per singulas Provincias in Congressibus Capitularibus, sive Dietis decreverat, quod festivitas Canonizationis S. Patris præfati solemniter celebraretur per integram Octavam à die festo ipsius Sancti, vel ab alio, juxta opportunitatem, Divina Officia musicis concentibus persolvendo, Orationes Panegiricas habendo, additâ quoque generali Processione, & in præcipuis Cōventibus saltem vexillum pararetur, in quo depicta foret Sancti ipsius Imago, publicè in prædictâ Processione circumferendum. Decreverat quoque, quòd ante Altare ejusdem S. Philippi tres jugiter lampades penderent, quarum altera saltem semper arderet. Cæterum exactam expensarum summam divinare quis potest? Unum illud novi, quòd pro solemnitate Vaticanæ Basilicæ, cæterisque in Curiâ Romanâ fieri solitis ascendit ad scuta monetæ Romanæ plusquam triginta sex millia à singulis Ordinis nostri Provinciis juxta

Expensarum summa enarratur.

debitam taxam erogata, tum è communibus E Conventuum redditibus, tum è Defunctorum Fratrum spolijs, tum è pecuniis, quas singuli Fratres in communi Deposito servare consueverunt, quæ quidem Typis impressa patent, Generali Lucchesini sic præcipiente in perenne grati animi erga benevolos monumentum, & Posterorum eruditionem. Occasione hujus Canonizationis Sanctissimus D.N. Clemens Papa X. concessit Patribus Generali totius Ordinis Nostri mille, & Procuratori Generali quingentas Indulgentias Sanctorum Confessorum Cajetani, Francisci, Philippi, Ludovici, & Rosæ Virginis, Provincialibus quadringentas, Prioribus tercentas, omnibus alijs Religiosis, & Monialibus prædicti Ordinis, necnon Tertiarijs, unicuique centum F applicandas debitæ materiæ, simulque ad eorum arbitrium distribuendas, prout apertè testatur sub datum Romæ die 22. Aprilis ejusdem anni. Fr. Joseph Episcopus Helenopolitanus sacrarij Apostolici Præfectus, & Episcopus Assistens.

Solemni Canonizationi prædictæ insignis accessit de more Summi Pontificis munificentia Indulgentias largientis numismatibus Sanctorum nuper Canonizatorum, quarum forma Typis impressa hoc eodem anno Italico idiomate hæc est. .2.

Che sarà solito dire una volta almeno la settimana la Corona del Signore, o della Madon- G *na, o el Rosario, o la sua terza parte, ò l'Officio Divino, o piccolo della Madonna, o de' Morti, overo i sette Salmi Penitenziali, o Graduali, overo averà per usanza di visitare i Carcerati, o di sovvenire i Poveri, o di far per un quarto d'ora almeno orazion mentale, se confessandosi da Confessore approvato dall'Ordinario, e communicandosi in qualsivoglia delle Feste del Signore, e della B. V., che celebra la S. Chiesa, cioè Natività, Circoncisione, Epifania, Resurrezione, Ascensione, Pentecoste, Trinità, e Corpus Domini: Concezzione, Natività, Presentazione, Visitazione, Annunziazione, Purificazione, e Assunzione della B. V., o nel giorno della Natività di S. Gio. Battista, o de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo, o dell' uno de suddetti cinque Santi Canonizati, o di tutti i Santi, o della Dedicazione della* H *propria Chiesa, o del Padrone, o Titolo di essa, divotamente pregherà Iddio per l' estirpazione dell' Eresie, e per la propagazione della Fede Cattolica, e per altre necessità della Santa Madre Chiesa, ogni volta consequisca Indulgenza Plenarea.*

Che digiunerà la vigilia di ciascheduno de' suddetti cinque Santi, e confessato si communicherà nel giorno della sua Festa, e pregherà come sopra, acquisterà ogni volta Indulgenza Plenaria.

Chi dirà Messa, overo confessato, e communicato l'udirà all' Altare, dove sia l' Immagine, o il Corpo, o qualche Reliquia d'uno de suddetti Santi in un giorno di ciascheduno Mese a sua ele-

zione, pregando come sopra, acquisti Indulgenza Plenaria.

Chi pentito de suoi peccati con proposito d' emendarsi visiterà in un istesso giorno sette Chiese a sua elezione, e dove sette Chiese non sieno, visiterà tutte quelle, che vi sono, & essendovene sol una, visiterà tutti gli Altari d' essa, similmente pregando per l' estirpazione dell' Eresie ec. una volta l' anno guadagni l' Indulgenze delle sette Chiese di Roma.

Chi penserà divotamẽte a qualche mistero della Passione di nostro Signore, e a riverenza della medesima Passione bacierà humilmente la Terra sette volte, in quel giorno acquisterà l' Indulgenza della Scala Santa; e ciò una sol volta l' anno.

Chi farà un atto di pentimento vero de' suoi peccati, con fermo proposito d'emendarsene, o chi B *eserciterà qualche atto di virtù ad esempio de' suddetti Santi, guadagni ogni volta sette anni, ed altrettante quarantene d' Indulgenza.*

Chi leggerà qualche Capitolo della Vita de' suddetti Santi, o visiterà il loro Altare, o venererà la loro Immagine, pregando per l' esaltazione di Santa Chiesa, e per la conversione de' peccatori, guadagni ogni volta cento giorni d' Indulgenza.

Chiunque si eserciterà nella Divozione del Santissimo Sacramento dell' Altare, o della B. Vergine, meditando quel Mistero, e i beneficj, che a noi ne derivano, overo compatendo ai dolori, che sentì la Beatissima Vergine per la Passione, e morte del Figlio, o in altra forma venerando il Santissimo Sacramento, e pregando per C *i bisogni della Santa Chiesa, guadagni ogni volta 100. giorni d' Indulgenza.*

Chi farà qualche limosina a' Poveri, overo gl' istruirà nelle cose della Fede, o buoni Costumi, o pure opererà, che ciò si faccia da altri, ogni volta guadagni cento giorni d' Indulgenza.

Chi stando in Roma, o nel suo distretto, per lo spazio di venti miglia per legitimo impedimento non potrà essere presente alla Benedizione solenne, che il Sommo Pontefice suol dare nel giorno di Pasqua, e dell' Ascensione, se confessato, e communicato, pregherà per l'estirpazione dell' Eresie, ec. acquisterà l' Indulgenza, come se fosse presente; la quale Indulgenza conseguirà parimente chi starà fuori di Roma, e di tal distretto in qualunque luogo si sia, benche egli non D *sia impedito, facendo le cose suddette.*

Chi raccommanderà divotamente a Dio in articolo di morte l' Anima sua, e insieme ricorrerà all' intercessione de' suddetti Santi, o d' uno d' essi con la bocca, o non potendo, col cuore, essendosi confessato, e communicato, o, non potendo, almeno contrito, conseguisca plenaria Indulgenza de' suoi peccati.

Che ciascuna delle sopradette Indulgenze si possa applicare all' anime del Purgatorio per modo di suffragio.

Per acquistare le sopradette Indulgenze basta aver una Corona, o Medaglia ec. benedetta da Sua Santità con le medesime Indulgenze, fa- A *cendo gli atti prescritti, come sopra, benchè per altro si dovessero fare per obligo.*

Comanda Sua Santità, che nella distribuzione, & uso di queste Medaglie, Corone, ec. si osservi il decreto della felice memoria d' Alessandro VII. stampato sotto li 6. Febbraro 1657., cioè, che le Medaglie, Corone ec. benedette con le sopradette Indulgenze, non passino la Persona di quegli, a' quali saranno concedute, o a' quali da questi saranno distribuite per la prima volta, e che non possano prestarsi ad altri, o darsi precariamente, altrimenti perdano l' Indulgenza, che hanno, e che perdendosene una, non se ne possa sostituire in suo luogo un altra, non ostante qualunque concessione, o privilegio in contrario.

Michel Angelo Ricci Secretario.

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

1 EX *monum.* Conv. *Flor.*
2 *Ex Reg. Gen.*

Admiranda D. Philippi recensentur. *CAP. XVII.*

SAnctitatem Philippi à Summo Pontifice ex Cathedrâ in terris definitam, & ab omnibus Christifidelibus speciali cultu adoratam, Altissimus quoque de Cœlis plura perpettando miracula testari voluit in pluribus regionibus, præsertim verò Tuderti, C ubi S. Patris corpus summâ Populorum veneratione quiescit, quæ modò speciatim recensere decrevi. Itaque cum Tudertini S. Philippi solemnia, maximâ, quâ fieri poterat, pompâ celebranda adornarent, nec unius ejus Urbis proventus eorum votis satis essent ad exhibendam, quam verè maximam fovebat erga tantum Patronum Religionem, charitativa subsidia ostiatim quærere à singulis Christifidelibus Sancto Patri addictissimis per universam Diœcesim, ac Territorium statuerunt. Hoc igitur consilio in Castro de Pantallâ Parochus præ cæteris ad quæstuandum electis vetulam quandam Mulierem designavit, utpotè præ insigni in rebus gerendis sedulitate ad id muneris aptissimam; minimè adver- D tens, non sine speciali Dei consilio, quòd Mulier prædicta proximè superiori Januario à pravis humoribus è capite defluentibus vexata facultatem videndi prorsus amiserat, quin etiam in genibus gravissimis affecta doloribus eò angustiæ redacta fuerat, ut loco se movere non posset, quapropter Parocho jus obtrudebat munus illud renuendi ex duplici impotentiâ profectum. Verùm ille bono animo ipsam esse jubens hortatus simul fuit, quod se Sancto Patri commendaret, cui famulatum exhibere debebat, qui planè vires ei impetrasset ad id muneris aptas, cum familiaria ipsi tunc temporis hæc viderentur prodigia, quin potius majora; quòd si beneficium

Mirãda à S. Patre Philippo Tuderti patrata.

Mulier amissã recipit videndi facultatem, & à gravissimis doloribus liberatur.

hoc

hoc ipsa non consequeretur, sibi saltem Nepotem quendam sufficeret. His igitur commota Mulier etiam atque etiam D. Philippum rogare cœpit, ut sibi vim impetraret propositum munus obeundi, statim verò convalescere adeò cæpit, ut proximè sequenti die designatum opus aggressa feliciter fuerit, deindè verò restitutâ ipsi facultate videndi ab omni prorsus infirmitate libera Domum redierit.

Secundò, cùm Ecclesiam nostram, in qua B. Patris corpus, ut diximus, quiescit, longè magnifico, prout decebat, apparatu exornandam aggrederentur Tudertini, Joseph Alexandrini Faber Murarius unà cum alio trabes aliquot amovendos curabat, qui in vertice Odei positi insignem deformitatem præstabant; ipsis autem contendentibus alterum ex illis amovere, de repente Trabs è muro excidit, ipsique se constitutos videntes in evidenti mortis discrimine vix exclamare potuerunt: *Adjuva nos S. Philippe*, cum Josephi Socio in terram corruenti, ibique graviter caput impingenti desuper etiam incubuit trabs illa gravissima, Joseph verò obstupescentibus omnibus digitis manuum duntaxat fragmento lateris adhæserat suspensus, qui præ cæteris lateribus extra murum exporrigebatur; verùm S. Philippi præsidio ille statim surrexit penitus illæsus, hic autem tandiu suspensus mansit, donec admota illi fuit scala, per quam liberè descendit, & unà cum socio statim ad Sancti sepulchrum humillimè provolutus, vitam ei se debere testabatur.

Faber murarius and cum Socio in præcipiti casu opem mirabiliter expontatur.

3. Vincentius Filius Joannis Interamnensis unicum Filium suum in gravissimo mortis discrimine constitutum ratione apostematis infra dexteram auriculam positi D. Philippo, de quo tam multa prædicari audiebat, commendare decrevit, ideoque Tudertum deferre ejusdem Sancti sepulchrum veneraturus, ut exinde salutem consequeretur; vix autem medium confecerat iter, cum defluente è naribus ubertimè sanguine Filius deliquium passus fuit, ac per horæ dimidium ferè exanguis. Vincentius ergo haud mediocriter dubius quidem, nec temerè, de Filij morte, sed non mediocri pariter spe in S. Philippum erectus eum illi ex animo commendans id tandem assequutus fuit, quod sibi restitueretur, ac sensibus, Filius, adeout ad Ecclesiam S. Patris ipsum feliciter detulerit, ubi Servitarum Ministerio, arcâ argenteâ, in quâ ejusdem Sancti Chlamys honorificè servatur, ejusdem capiti admotâ sanguinis fluxus illicò cessarit. Inde Vincentius longè majori spe roboratus integram sanitatem Filio recuperandi S. Philippi meritis, lampadis oleo ante Sepulchrum B. Patris ardente, apostema ungendum curavit, quod assecutus præ gaudio exiliens Domum adiit, ubi fuerat exceptus. Insequente nocte incrementum quidem suscepit Vincentii gaudium, quòd apostema viderit exterius disruptum, sed illucescente die longè magis indoluit, quòd à Medico intellexerit de Filio conclamatum esse, quem viribus omninò destitutum repererat præ immodico sanguinis effluxu febri malignâ, quâ laborabat, & pustulis, quibus jacebat aspersus; Hinc præ dolore quasi phræneticus Sancti sepulchrum iterum petijt, ibique in preces, & lachrymas solutus S. Patrem pro integrâ Filij salute enixè rogavit, pollicitus, quòd Filio deferendum curasset S. Habitum, quem in memoriam viduitatis, ac dolorum Deiparæ ipse dum viveret detulerat, & adhuc gestant Servitæ. Id cùm animo concepisset, & preces suas minimè vacuas esse confidens Domum rediens Filium reperit omninò incolumem, qui proinde è lecto surgens ad Ecclesiam unà cum Patre profectus fuit prædictum Habitum induturus, ibique plurimis D. Philippo gratijs actis hilaris in Patriam reversus fuit.

4. Magdalena Filia Felicis è Grotti Castro Tudertino gravissimis lienis affecta doloribus, coacta proinde decumbere cum Parocho, & aliis quibusque conquerebatur sibi datum non esse S. Philippi Sepulchrum adire, ibique ejus implorare præsidium, & beneficentiam experiri, quam reliqui omnes eò accurrentes experiebantur. Interim Sancti ejusdem Imaginem ei quidam obtulit dicens, ut quis beneficiorum particeps esset S. P. Philippi, opus non esse ipsum pedibus adire, sed fidei, & cordis affectibus ipsum prosequi satis abundè esse; quibus acceptis Magdalena oblatam Imaginem protinus summâ Religione amplectens, & osculata ejus intercessioni se commendavit, eâ verò pectori sibi admotâ Adstantibus omnibus summo stupore affectis cessavit illicò dolor, ipsa verò mirabilia Dei in suis Sanctis prædicare nunquam cessavit.

Mulier lienis affecta dolorib. convalescit.

5. Pari lege D. Philippi præsidium implorans Vincentius Alexandri Filius à Muntione in Territorio Tudertino, qui duos continuos Menses febri, & immodicis doloribus correptus decubuerat, quin ullatenus loco se movere potuisset, adhibitis frustra humanis quibusque remediis momento ipso, quo Philippi opem imploravit, à febri solutus, atque doloribus parem sensit Philippi beneficentiam.

Febri, et dolorib. correptus impetrat sanitatẽ

6 Cùm in varijs Orbis Christiani partibus, speciatim verò per Etruriam Pueri, sive præstigiis, sive aliâ quacunque infirmitate affecti, ac de vitâ graviter periclitati D. Philippi opem sibi passim adfuisse experti semper fuerint, hoc anno tamen dum prædicta Tuderti agebantur solemnia, plurimis ibidem Pueris id contigisse feliciter novimus, quos inter recensenda potissimùm videtur Filiola quædam Terentiani Agnus Dei, quæ jugiter morbo comitiali laborabat, vi cujus persæpe semiviva corruebat nullum aliud præferens vitæ indicium, quam repentinis tremoribus, & mõstruosis convulsionibus; cùm enim ejus Pater deferendam illam curasset ad Ecclesiam Servorum Civitatis ejusdem Tudertinæ, eaque ibi

Filiola morbo comitiali laborãs statim convalescit

ibi arcam tetigisset, in qua Philippi Clamys asservatur, necnon parvum Habitum eorundem Servorum induisset omninò statim convaluit, nec unquam deinceps miseras hujusmodi vices subijt.

7 In quibuscunque professò necessitatibus prodigiosam illam Chlamydem adhibere solent Tudertini, & processionaliter circumferre, cum vel nimia aquarum copia, vel nimia siccitas, vel alia quæcunque ex elementari sphærâ in adversù exurgentia grave quoddam terræ frugibus minitantur excidium, id verò potissimùm contigit ineunte mense Junio hoc anno, quo hæc scribimus, nimirùm 1712., cum delata per Urbem honorificâ pompâ de more prædictâ Chlamyde non sine insigni prodigio facta est tranquillitas aeris post tot procellas plurimùm expetita.

Stomachi vitio male affecta sanatur. 8. Intereà cum prædicta Clamys ita per Urbem tunc circumferretur, Crispolta Sterphanucci gravissimo Stomachi vitio laborâs, Processionem hanc advertens, è lecto, quamvis ægerrimè, surrexit, & ad fenestram domûs accedens D. Philippi præsidium summis precibus imploravit, & opem simul illicò sensit magnâ Adstantium admiratione omninò incolumis proprias ædes repetens.

Urinam emittere non valens opē recipit, & salutē. 9 Flaminius Aftancol præ gravi quadam Infirmitate per integram ferè hebdomadam Urinam emittere non poterat, ac proptereà de ipso conclamantibus Medicis se proximè moriturum intelligebat; cùm verò magis in dies excresceret Miraculorum D. Philippi celebritas enixè petiit Flaminius, quòd Patres Servitæ prodigiosam præfatam Chlamydem, & oleum lampadis ante S. Philippi Corpus ardentis sibi deferrent, quo vix allecuto, statim ac ejus corpori admota fuit Chlamys, & adhibita olei unctio, eodem planè momento urinam emittere cœpit, ac subinde incredibili urinæ copiâ per plures vices emissâ, necnon crassiusculæ cujusdam materiæ sexdecim ampiioris, quæ excernendæ urinæ obstabat, convaluit.

Morti proximus incolumis evadit. 10 Hisce pariter diebus Joseph .2. Cremifini malignâ febri correptus, & è Medicorū sententiâ actum de se esse intelligens D. Philippo se commedavit, & Puellas aliquot nudis pedibus ad Ecclesiam eiusdem incedere curavit, quòd cum illæ præstarent, convalescere cœpit, & cùm Orationi incumberent incolumis tandem prorsus evasit.

Excitatur à fūdamētis Conventus Aquensis in Provinciā Narbonensi. Hoc eodem anno erecta Romæ fuit D. Philippo marmorea Statua ante Basilicam Vaticanam super celeberrimâ Porticu ab Alexandro VII. à fundamentis excitatâ. Item hoc anno aquis sextiis in Provinciâ Narbonensi iterum à fundamentis excitatus fuit Conventus insigni potissimùm operâ P. Magistri Germani Sardo tunc ibidem Provincialis.

Moritur septuagenario Major die 2. Januarij Summaripæ, .3. quæ ejus Patria erat P. M. Dionysius Brayda illius Cœnobij alumnus, utique silentio non prætereundus tum præ vitæ integritate, tum præ doctrinæ præstantiâ, A tum præ singulari in rebus gerendis solertiâ. Hic enim postquam in Ordine Domesticis studiis præfuerat, varias etiam Præfecturas exercuit, non modò in nativâ Januensi Provinciâ modò Provincialis, modò Vicarius Generalis, verùm etiam in Provinciâ Narbonensi, ubi pariter vices gessit Generalis. Præ cæteris autem à se præclarissimè gestis illud omninò immortalem apud posteros Dionysium præstitit, quod Augustæ Taurinorum gessit ad stabiliendum Ordini nostro Cœnobium. In primis enim Celsitudini Regiæ Victorij Amadei I. Sabaudiæ Ducis acceptissimus, qui ejus operâ, & consilio, quod plurimi faciebat, in rebus arduis quamlibentissimè utebatur, Ordini nostro Cœnobium in celeberrimâ illâ Metropoli iterum tribuendum curavit; B sed immaturâ Serenissimi Ducis illius morte obstante, id assequi non potuit. Cùm autem consequētibus annis Serenissima Christina à Franciâ prædicti Serenissimi Ducis Vidua, uti diximus ad annum 1657. Callisti Puccinellij eloquentiâ, & arte mirabili commora Sacellum sanctissimo Salvatori dicatum Ordini nostro donaverit, ibique Servitis degere tribuerit, Superiorum Ordinis auctoritate ibidem præfectus fuit, tanquam Vicarius Generalis Dionysius, qui libentissimè Provinciam sibi demandatam suscepit, & plura quidem sui erga Ordinem amoris, eaque præclarissima præbuit argumenta. Cùm enim juxta Sacellum prædictum ædes non esset incolenda, C Dionysius degere coactus fuit in prædiolo quodam parum inde distante, ubi unà cum Socio expensis propriâ industriâ comparatis quinque annos commoratus plurima subijt incommoda, quotidie Civitatem petens, quin ipsum vel pluviæ, vel alia quæcumque aeris inclementia deterrerent, præterea sibi minimè parcens, ut & repugnantiam æmulorum superaret, & à cæteris sacris Ordinibus, Locisque piis utique reluctantibus assensum assequeretur, et Infirmis ministraret, & Conciones ad Populum haberet ad excitandam erga Dolores Virginis pietatem, ejusdemque Societatem instituendam, & Fabricam Cœnobij promoveret, & annuos proventus curaret Religiosis alendis pares, & D Novitios ad Habitum reciperet, & alia non pauca præstaret operi suscepto prosequendo accommodata, donec habito Sacrorum Ordinum assensu, & adornatâ competenti fabricâ, quæ Religiosis excipiendis par esset, ultimā operi manum imposuit, deinde Conventûs illius eo temporis excitati regimini præfectus ferè sex alios annos ipsum administravit, ac denique ætate, & laboribus confectus Patriam reversus paulò post ex hac luce migravit.

ANNOTATIONES IN CAP. XVII.

1 *Ex monum. Conv. Tudert.*

2 *Ex monum. Conv. Flor.*

3 *Ex monum. Conv. Summaripæ.*

Ad-

Admittitur in Martyrologio Elogium pro S. Philippo, & BB. Joachimo de Senis, & Peregrino de Forolivio. Indulgentiæ pro numismatibus S. Philippi, & pro singulis nostris Ecclesiis in ejusdem Festo.

CAP. XVIII.

Decretũ S. Rit. Congr. pro Elogio S. P. Philippi in Martyrologio apponendo, & BB. Joachimi de Senis, & Peregrini de Forolivio.

SAcra Rituum Congregatio præcipuo studio P. nostri Generalis pro S. Philippo, & BB. Joachimo de Senis, & Peregrino de Forolivio admittenda censuit in Martyrologio Romano elogia sequentia. t.

Ordinis Servorum B. M. V.

Die 23. Augusti.

Tuderti S. Philippi Florentini Ordinis Servorum B.M.V. Propagatoris à Clem. X. Sanctorum numero adscripti, in quo summa humilitas refulsit, ob quam etiam supremam Ecclesiæ Thiaram sibi oblatam fugiens recusavit.

Sacra Rituum Congregatio ad preces Fratris Joannis Vincentij Lucchesini Vicarii Generalis Apostolici Ordinis Servorum B. M. V. referente Eminentissimo D. Cardinali Brancario censuit supradictum Elogium, ut jacet, admitti posse in Martyrologium imprimendum. Die 5. Martij 1672.

F. M. Episc. Portuen. Card. Brancatius.

Loco ✠ Sigilli

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secrer.

Insuper ad preces ejusdem Vicarij Generalis Apostolici annuente Sac. Rit. Congregationis Secr. sunt in Martyrologio noviter impresso nomina duorum Beatorum, ut infra.

Die 16. Aprilis.

Senis in Thusciâ Beati Joachim Ordinis Servorum B. M. V.

Die 1. Maij

Forolivij Beati Peregrini Ordinis Servorum B. M. V.

Indulg. Plenar. perpetua pro die Festo S. P. Phil.

Summus Itidem Pontifex hoc eodem anno singulis Ordinis Nostri Ecclesijs, sive hactenus erectis, sive in posterum erigendis Indulgentiam Plenariam pro die Festo S. Philippi perpetuò concessit, quemadmodum constat ex Breve sequenti.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

REdemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis decoravit honoribus, & cælestis Beatitudinis consortes effecit, vices licèt immeriti gerentes in terris, spiritualium munerum thesauros, quorum Nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos Cæli Incolas Fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur. Cùm itaque Nos ad honorem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Christianæ Religionis incrementum de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Almâ Urbe nostrâ tunc existentium consilio, B. Philippum Benitium, dum vixit Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. Professorem, & Propagatorem, auctoritate Nobis à Domino traditâ Sanctum esse decreverimus, & definiverimus. Hinc est, quod Nos ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris piâ Charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei Misericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexûs Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis, tam Fratrum, quàm Monialium dicti Ordinis hactenus erectis, & in posterum quandocunque erigendis, & ubicunque locorum existentibus die 23. Augusti Festo ejusdem S. Philippi Benitij, à primis Vesperis, usque ad occasum Solis Festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordiâ, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Literarum transumptis manu Notarij Publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV. Julij MDCLXXII. Pontificatûs Nostri anno Tertio.

I. G. Slusius.

Aqua à fonte S. Philip. educta per 12. annos incorrupta perseverat.

Hoc eodem anno Eremitæ cuidam Montis .2. Senarij per Literas significavit sub datum die 2. Aprilis, Venetijs, ubi morabatur, D. Paulus del Sera Florentinus; quòd aqua ex Fonte S. Philippi in Monte Senario educta, quam 12. annis antea in amphorâ inclusam ad ipsum Venetias miserat, Eremita prædictus adhuc perfectissima, & limpidissima servabatur, æquè ac si in eodem temporis momento è proprio fonte educta fuisset, quamvis ipsam semper in proprio cubiculo detinuisset, ubi tempore æstivo urgent maximè calores, quòd non sine insigni prodigio fieri potuisse testatur. Plura adhuc, & quidem splendidiora prodigia recensenda Nobis occurrunt apud Guastallam intercessione S. Philippi ab Altissimo patrata, quorum monumenta satis abundè patent è tabellis votivis ibidem in Ecclesiâ nostrâ apud ejusdem Sancti Sacellum appensis; è quibus nonnulla tantùm licet hic enumerare, ex quò longè plura, quæ reipsâ con-

Alia S. Philip. miracula.

contigere, vel iniuriâ temporum, vel Hominum iniuriâ nos latent.

1 Primùm ergo Joannes Maria Pedrocca de Guaftallâ variis febribus vehementer affectus hoc anno Mense Julio S. Philippi Imaginem, quam sibi Lecto proximam habebat, religiosè veneratus, & ope imploratâ pollicitus se deinceps in ejusdem Festi pervigilio jejunium exactè servaturum, in instanti cessante frigoris rigore è febri iterum accedere, profectò pristinæ saluti ab eadem febri solutus restitutus omninò fuit.

2 Cæsar Doglia Sacerdos, & primus Capellanus Confraternitatis S. Crucis de Guaftallâ destitutum viribus se sentiens, & alimento sumendo imparem præ vehementibus febribus, quæ eodem anno jugiter ipsum vexabant, quo tempore familiares in iis regionibus erant infirmitates mortiferæ, optimè consultus S. Philippi præsidium ex animo imploravit, quem illicò sibi propitium habuit, nam in instanti integram salutem, & integritatem virium recepit nullo prorsus humano remedio adhibito, sed pane tantùm, & aquâ ejusdem Sancti benedictis.

3 Eodem anno Margarita Zanoli de Regiolo febri malignâ correpta S. Philippo sese commendans tres continuos dies Panem ejusdem benedictum comedens, ejusque Imaginem cum precibus apud eandem adversus febrem instituris, omninò convaluit.

4 Altera Margarita Marini ob nimium quendam fluxum eodem anno decumbere coacta, subinde verò doloribus affecta, quin ullatenus loco movere se posset, ad S. Philippum confugiens, ad ejus Altare Missam celebrandam curavit, inde brevi convaluit.

5 Ejusdem Sancti meritis, cujus opem imploraverant Parentes, hoc anno gravissimû evasere discrimen, quod sanè non temerè verebantur sapientes, Felicis Gabardi Doctoris Filiæ Victoria, & Anna ardentissimis febribus, & nimiâ variolarum copiâ affectæ.

6 Antonius Scolari de Mantuâ Crepidarum Sutor Guaftallæ degens quinque continuos Menses gravissimis febribus, & infirmitate Medicis prorsus ignotâ hoc eodem anno pessimè affectus, seque morti proximum advertens, D. Philippi ope, quam imploraverat publicæ venerationi exposito ad ejus Altare Augustissimo Eucharistiæ Sacramento brevi convaluit.

7 Alia quoque accedunt, quæ in Civitate Tudertinâ D. Philippo dilectâ, aliisque finitimis locis hoc eodem anno contigere. Primò Catharina Filia Philippi Giovannelli, & Uxor Joannis Dominici Crepidarum sutoris affectionibus Uteri, & febre continuâ vehementissimâ adeò per plures dies laboraverat, ut à Medicis de eâ conclamatû fuisset, quamobrem unà cum Coniuge, & Filiis D. Philippi ope imploratâ voto se obstringens sacrum ejus corpus invisendi, si convaluisset, ac vestes omnes, quas ipsa gestabat, ei offerendi, stat in convalescere cœpit, & brevi

A pristinæ sanitati die 13. Augusti restituta voto se solvit.

8 Die 27. Septembris Ecclesiam nostram Tudertinam adiere Sacrum Philippi Corpus veneraturi, ipsi gratias acturi, & Voto se soluturi Lucas Antonius Ponrici de Lugnano Ameliæ Territorio, ejus Uxor, eorumque Filiolus quinquennis Guido Antonius; hic enim Filiolus hydrope laborans detelictus à Medicis fuerat, ac si de illo actum fuisset; emisso autem voto in honorem S. Philippi grave illud discrimen evasit.

9 Juridicè testatus fuit Joannes Celebrini Abbas Parochus de Grotti, quòd cùm præ gravissimis doloribus die 21. Junij super Vesicâ urgeretur, frustra adhibitis quibuscun-
B que artis Medicæ operibus, eò sanè processerat, ut proximè moriturus haberetur; verùm D. Philippo sese commendans statim somno indulsit, expergefactus autem post duas horas incolumem prorsus se sensit. Testatus præterea est, quòd cum die 26. Augusti cubitum adiens candelulam accensam capsæ cuidam abietinæ admovisset, quam deinde somno pressus extinguere detrectavit, quæ proinde jugiter ardens capsam comburere cœperat, extinctus tamen illicò ignis fuit absque ullâ prorsus jacturâ, quòd S. Philippi præsidio tribuendam esse fatebatur, cujus quatuor panes benedictos, & Imaginem sibi à P. Rosâ Servitâ collatos ibi proximos habebat.

10 Ubaldus Ferdinandi Filius de Piano S.
C Martini è Comitatu Tudertino die 4. Septembris Ecclesiam S. Philippi apud Tudertum adiit voto se solvens Habitum nigrum per annum integrum induendi in honorem ejusdem, quo se obstrinxerat, ut facultatem videndi postliminio recuperaret, quâ tres Menses continuos caruerat, voto enim emisso, voti compos effectus fuit.

11 Joannes Giamboni Mediolanensis plures dies doloribus laterum graviter affectus, necnon per alias corporis partes, die 10. Septembris Tuderti Ecclesiam nostram ingressus, cùm Sacrum D. Philippi Corpus adorasset oleo lampadis ante ipsum ardentis seipsum inungens, & opem ejusdem implorans, postquam Orationem Dominicam, &
D Salutationem Angelicam quinquies recitasset, incolumem illicò, & à prædictis doloribus liber evasit.

12 Die 13. ejusdem Mensis testatus juridicè fuit Laurentius Matthæi è Vico, qui vulgò dicitur *delle Grotte*, Ecclesiæ de Valentano Canonicus Diœcesis Montis Falisci, quòd cùm plures annos doloribus laterum in parte lævâ vehementer laborasset, anno proximè superiori Cancellum Diœcesis Fulginateosis adire decreverat, ut ab iisdem curaretur, intereà Tudertum pertransiens, cùm ad Altare D. Philippi Divinà celebrasset Mysteria, ejusdem implorato præsidio, votoque emisso iterum se intra spatium unius anni ibidem

ſiſtendi, priſtinam ſanitatem recepit, ideoque voto ſe ſoluturus iterum eò pervenerat.

13 Raynerius Senſi Sacerdos Nobilis Peruſinus die 22. ejuſdem Menſis teſtatus publicè fuit, quòd in loco quodam, qui dicitur *Quadrelli* Diœceſis Tudertinæ degens, certior factus fuerat Ludovicum ejus Fratrem, qui paulò antea Peruſium redierat, adeò Phræneſi laborare, quâ pariter antea laborare cæperat, ut plura dementiæ argumenta paſſim præberet, ac proptereà opem ipſi laturus Peruſium verſus iter ſuſceperat. Itaque Tudertum pertranſiens D. Philippo, ad cujus aram in Eccleſiâ noſtrâ Sacris operatus fuerat, Ludovicum enixè commendavit, eique devovit P. Marino Cionnini conſulente. Inde Peruſium profectus cognovit, quòd Ludovicus prædictus eadem horâ, quâ ipſe votum prædictum, & preces emiſerat, è maximè ſublimi feneſtrâ ſe deorſum dejecerat, expertus autem, quòd nullum è vulneribus ex eo præcipiti caſu inflictis mortiferum erat, quòd nulla aderat oſſium confractio, nullæque aderant vibices, hoc inſigne prodigium nonniſi D. Philippo tribuendum adſtantibus omnibus prædicavit, præſertim verò, quòd Phræneſim etiam exuiſſet. Quamobrem unà cum Fratre prædicto Tudertum petiit veſtes omnes D. Philippo in perenne grati animi teſtimonium oblaturus, quas Ludovicus præfatus, cùm ſe præcipitem egit, gerebat, & ſummâ humilitate plurimas gratias acturus.

14 In Caſtro quodam, quod dicitur Lorgnano quinque milliaribus Tuderto diſtante duorum Puerorum incuriâ, qui circa tertiam noctis horam die 28. Octobris fænile quoddam lumen præferentes ſubierant, maximum incendium excitatum fuerat, quòd advertentes nonnulli Campanæ ſonitu Populum in Caſtro degentem eò ſtatim cogere, ut illud extinguerent; quoniam verò eidem extinguendo ſe impares omnes cognovere, ex adſtantibus quidam D. Philippo addictiſſimus inſigni fiduciâ unà cum cæteris in eundem erectus chartaceam ejuſdem Imaginem ibi proximam per feneſtram in medio flammarum iniecit, ſtatim verò ab Imagine prædictâ recedens ignis, atque ſubſidens extinctus omninò fuit; mane verò inſequente Imago ipſa deprehenſa fuit penitus integra, cui tantùm pepercerat ignis, qui cæteroqui reliquum chartæ Imaginem ipſam circumambiens undequaque confecerat, quam deinde P. Luccheſinius Generalis intra pretioſiſſimam thecam, tanquam præclariſſimum S. Philippi trophæum incluſit, electus verò Archiepiſcopus Raguſinus unà ſecum eò deferens Monialibus quibuſdam ibidem dono dedit, quæ ſingulari pietate Sanctum ipſum proſequebantur, quę pariter in eâ regione plures ſibi valdè propitium ſenſere, prout ad annum 1690. dicetur.

15 Ancilla Filia Sebaſtiani de Monte Vecchio Spoletana Uxor Hieronymi pariter Spoletani graviter decumbens, ita quidem, ut ampliùs loqui non poſſet, D. Philippo ſeſe commendans pollicita, quòd ſacrum Ipſius Corpus veneratura Tudertum nudis pedibus adiiſſet, & Cereum detuliſſet, convaleſcere ſtatim cœpit Menſe Majo, & poſt biduum ſanitatem omninò recepit. Die verò 19. Novembris Tudertum adiens voto ſe ſolvit, & inſigne hoc beneficium coram pluribus teſtata fuit.

16 Catharina Filia Vincentij Zanotti de S. Laudeccio in Ariminenſi diſtrictu muta, & ſurda à nativitate, ab ejus Genitrice Eliſabethâ D. Philippo commendata ingenti omnium admiratione loqui cœpit in hæc verba erumpens; *Mamma*.

17 Salvator Pauli Filius è loco quodam, qui dicitur *delle Cortine* Fulginei degens die 26. Decembris Tudertum adiit D. Philippi Corpus veneraturus publicè teſtatus, quòd febri quartanâ vehementer laborans eidem vix ſe devoverat, cùm illicò omninò convaluit, voto autem ipſâ die ſe ſolvit pileum, & veſtes offerendo.

Florentiæ D. Annunciatæ Patres .3. ſummo ſtudio apud Sereniſſimum Magnum Ducem aſſecuti ſunt hoc anno, ut in Metropolitanâ S. Patris noſtri ſolemnia longè majori pompâ perpetuò celebrarentur, prout fieri conſueverat in ſolemniis aliorum Sanctorum Concivium Zenobij, Joannis Gualberti, Philippi Nerij, Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Andreæ Corſini, & S. Dominici ipſis aggregati; ex quibus luculentiſſimè conſtat inſignis prædicti Cœnobij Fratrum erga S. Patrem, & Concivem veneratio.

Comitia Generalia habenda erant .5. hoc anno: Summus verò Pontifex ſpeciali Indulto, ſicuti iampridem, ut alibi dictum eſt ad annum 1670. in Priorem Generalem elegerat P. Luccheſinium antea Vicarium Generalem Apoſtolicum, ita & modò in eodem miniſterio pari Indulto confirmavit P. M. Ludovicum Garzoni Patricium Lucenſem jam Procuratorem Ordinis in Romanâ Curiâ electum, qui ſimul hoc anno proprium auſpicarentur ſexennium.

Hoc anno pariter incrementum ſuſcepit Religio erga B. Virginis dolores; in primis enim in Oppido .4. Saxoli in Ditione Mutinenſi eidem B. Virgini Doloroſæ erectum fuit Altare variis ornamentis, & pro conditione loci conſpicuis illuſtre, & pro primâ vice inſtituta fuit tertia Dominica Septembris ejuſdem Virginis Proceſſio, quæ profectò habita hoc anno fuit inſigni pompâ, & ingenti Populi frequentiâ annuente Epiſcopo Rhegienſi, hac tamen lege, quòd cùm hactenus haberi conſueviſſet Dominica in Albis Proceſſio in honorem B. Virginis Rhegienſis ſacram ejus Imaginem per Oppidum circumferendo, quæ Altari ipſi hactenus incubuerat, cui modò ſuperpoſita fuit ejuſdem Virginis Doloroſæ Statua, & ad aliud Altare tranſlata fuiſſet, ipſâ Dominicâ in Albis in poſterum non ampliùs

ampliùs

plius haberetur prædicta Processio, sed ejusdem Deiparæ solemnis Coronatio. Præterea die 11. Decembris in Ecclesia Parochiali Pôtremulensi in Diœcesi Sarzanensi erecta ritè, & solemniter fuit per P.M. Seraphinum Gatti Societas B. Virginis Dolorosæ, & instituta Processio ejusdem Virginis Statuam deferendo, universo Clero, Officialibus, aliisque Viris clarissimis comitantibus, & frequentissimo Populo insequente, necnon ipso Commissario Generali, plerisque Sacrum Habitû induentibus. Denique recensendum occurrit mirabile beneficium. 6. quod B. Virgo Dolorosa ineunte Decembri hujus anni contulit Thomæ q. Sebastiani Masini in Civitate Arimini degenti. Hic enim à Civitate Pennæ Diœcesis Montis Feltri, quò adierat magnam Piscium copiam venditurus, rediens, Fluvium nomine *Mareccbia* transgredi tentabat, circa primam noctis horam, quamvis non mediocriter tumidum præ nivium affluentiâ, quæ tunc solutæ in præceps ruebant; cum verò Equum ascendisset Ephippiâ, & duabus cistis onustum Pisce ipsis incluso, quem ideò servaverat, & unà cum Socio comederat, qui Fluvium jam superaverat, & aquas aliquantisper subiisset, à profluente subductus Thomæ fuit Equus, interim ipse gravissimum vitæ discrimen advertens ferè obrutus ab aquis Beatissimam Virginem 7. Dolorum Invocavit, statim verò ripæ proximum se vidit procul inde, ubi fluvium sublerat, ibique Equum, Ephippiam, Cistas, et Piscem, quæ prius habebat magnâ sui admiratione deprehendit. Post hæc iterum Equum uti prius onustum ad oppositam ripam, prout antea decreverat, dirigens, susceptum iter per aquas uberrimè fluentes prosecutus eâ juxta votum feliciter appulit, quin aliquid, vel minimum amisisset, vel aliquid incommodi subiisset, licèt gravissimo vitæ discrimini expositus semel & iterum fuisset. Tribus autem diebus exactis Ariminum rediit, & votum persolvens, Ecclesiam nostram adiit Beatissimam Virginem Dolorosam veneraturus, & plurimas ei gratias acturus, quod ipse deinde testatus juridicè fuit. Guastallæ quoque, ubi magis semper in diebus augeri videmus eximiam Populi religionem erga B. Virginem Dolorosam, plures ad ejus Altare pendent Tabellæ votivæ, tanquam singularis ejus beneficentiæ erga sibi Devotos, & gratissimi eorum animi erga eandem trophæa, è quibus nonnulla seligenda duxi, utpotè singularia, ut hisce Annalibus inserantur.

1 Cum ruri degeret Cœnobij nostri negotijs intentus anno 1635. F. Joannes Zamboni de Guastallâ Laicus Servita, procellâ per aerem de repente subortâ, cui fulgura, ac tonitrua accessere, ingenti sui terrore præcipiti impetu decidit fulmen, quod Canem interfecit, qui sibi ad pedes jacebat, gravissimè quoque vexavit duos sibi proximos Colonos, in frustra discerpit tubum ferreum, quem præ

A manibus tenebat, sibique vestes aliquomodo adustas advertit, integrum tamen habuit Habitum Virginis, & proprium Corpus, quippequi ejusdem Virginis Dolorosæ præsidium imploraverat.

2 Baptista Bellintani de Guastallâ anno 1649. Mense Martio Rheggiolum contendens à quibusdam Militibus aggressus, qui pluribus sclopetis ictibus eum percutere tentarunt, B. Virginis Dolorosæ ope implorarâ, cujus parvum Habitum gestabat, omnino illæsus grave illud discrimen evasit.

3 Frater Joseph Spotti Laicus Servita de Soraneâ in Cœnobio Guastallæ degens, cùm actu ibidem ædificium quoddam excitaretur, è maximè sublimi loco in præceps ruit lignorum, & lapidum struem impingens, adeout B ab Astantibus habitus fuerit undequaque contusus, & multipliciter discerptus. quia verò B. Virginem Dolorosam invocaverat, non sine ingenti omnium admiratione integer prorsus evasit. Quod beneficium pariter in eodem Cœnobio consecuti fuere ejusdem Deiparæ præsidio alii duo Servitæ, quorum alter ex alto quodam vertice in petras cecidit, alter verò è prælongâ scalâ in terram absque ullâ læsione.

Hisce pariter diebus ad supremum usque fastigium perducta fuit septem Italiæ Provinciarum, præter Venetam ac Tarvisinam, impendio fabrica Conventûs S. Marcelli de Urbe eâ plane magnificentiâ, quæ etiam num visitur, quæque splendidum genium decebat C Generalium Puccinelli, & Lucchesini, quo rum ille primum lapidem, hic verò supremum imposuit, qui pariter disciplinæ Regularis studio maximè incensus nonnulla edidit Decreta typis impressa Italico idiomate ad cultum Divinum, ad Regularem observantiam, ad Clericorum educationem, ad æconomiam studentium, ac Concionatorû, & administrationem Bonorum spectantia. *Fabrica Conv. S. Marcelli de Urbe ad fastigiû usque perducitur.*

Hoc eodem anno Provinciæ nostræ Venetæ Conventus de novo accedit in Oppido Portûs Gruarij, quod Foro Julij conterminum est, ubi residere solet Episcopus Concordiæ. Ecclesia ab anno usque 1345. die 21. Julij à fundamentis excitata fuerat D. Joanni Evangelistæ dicata à pio quodam Homine Joanne D nuncupato Galliolo, cujus jus patronatus testamentariâ dispositione legaverat Nepoti pariter Joanni. Cùm autem hic absque Liberis obiisset, Magnifica Portûs Gruatij Communitas Juspatronatus assequuta hujus Ecclesiæ, & Conventus eidem adhærentis, Ordini prædicto illud concessit, sed iterum acquisivit anno 1663. die 26. Januarij Seren. Venet. Principi benignitate, postquam Conventus ille à Summo Pontifice suppressus Ordini prædicto subductus fuerat. Postmodum verò Summo pariter Pontifice, Serenissimo prædicto Principe, & Communitate ipsâ annuentibus Ordini Nostro concessus fuit, nomine ejusdem recipiente die 10. Augusti 1672. P.M. *Conv. Portûs Gruarii Ordini nostro accedit.*

P. M. Francifco Emo Seren. Vener. Reipub. Theologo, qui plurimum operæ contulit ad hoc opus perficiendum, prævio confenfu Prioris Generalis, & illius Provinciæ, & fingulari illius Populi plaufu, qui per triduum feftivis ignibus, & Campanarum fonitu, eximia dedit jucunditatis argumenta, die autem 14. ejufdem Menfis, & Anni ab Ecclefiâ Cathedrali delatum folemni pompâ proceffionaliter ad hanc Ecclefiam fuit Venerabile Sanctiffimæ Euchariftiæ Sacramentum à D. Vicario Generali præfati Epifcopi, qui pariter ibi Divina folemniter celebravit Myfteria, præcedente, & infequente univerfo Populo, necnon Clero feculari fimul, & Regulari cum Societatibus Secularium.

P. M. Gregorij Coronarij à Sũmaripâ felix obitus, & gesta.

Supremum huic capiti, & Anno, eamque clariffimam Coronidem imponat P.M.Gregorius Cornaro de Summaripâ viam hoc anno .7. univerfæ carnis ingreffus, cæteroqui apud Pofteros immortalitate nominis fuperftes. Plura quidem de ipfo laude digna dicenda Nobis occurrunt; primum verò hoc unum dicere fatis effet, quòd Dionyfij Braydæ, quem anno fuperiori celebrandum fufcepimus, fuerit Alumnus, inde enim quifque fapiens colligere jure poteft, quantus Vir fuerit Gregorius, non enim imbelles columbas Aquilæ progenerant. Sciendum igitur eft, quòd Gregorius facultate Theologicâ maximè excellens in præcipuis Italiæ Urbibus, Genuæ nimirùm, Bononiæ, Perufij, & Neapoli, ipfam profeffus honorificè fuit. In facris Concionibus pariter adeò præftans, & ejus pretij habitus erat, ut præter communem omnium plaufum, quo exceptus plerunque fuerat, Raconifij potiffimùm Emanuel Thefaurus Literatum præftantiâ ætate noftrâ Vir celeberrimus, ac nemini fecundus, titulum ipfi Concionatoris Regii valdè honorificum tribuerit. Quamvis autem Gregorius Literis maximè præftiterit, earumque ornamento maximè commendandus videatur, longè tamen pluribus ornandus laudibus eft præ integritate vitæ, Religione morum, & fanctitate virtutum. Humilitate in primis, quæ cæterarum virtutum Moralium bafis eft, & fundamentum, maximè excelluit; rigidus fui, fuorumque operum cenfor afperrimum vitæ genus ducebat, farmento incumbens fomno indulgebat, tribus diebus per fingulas hebdomadas jejunium fervabat, ipfifque diebus in fe ipfum flagris animadvertebat, eaque omnia tandem præftare fummo ftudio fatagebat, quæ ipfum Deo magis acceptum redderent. Hifce virtutum ornamentis illuftris omnium oculos, & animos, præfertim verò Superiorum Ordinis in admirationem, & amorem fui rapuit, ideò Provinciæ fuæ Genuenfi adminiftrandæ unanimi omnium confenfu, quin etiam plaufu præfectus fanctiffimè ipfam eft moderatus, perfunctus autem hoc Magiftratu præ fingulari fuâ integritate veritus à rectitudine aliquantulum fe defeciffe, quòd à Religiofis fibi fubditis munufcula quædam, licet E minimi pretij, & in argumentum benevolentiæ duntaxat excepiffet, unicuique eadem reftituere voluit, quibufdam eadem recipere renuentibus ab eorundem Priore affecutus id fuit, non fine ingenti ftudio, ut eadem nomine Conventus exciperet, vel illud faltem, quòd ipfis æquivaleret. Sacramentales Confeffiones jugiter excipiebat, Orationi invicto animo incumbebat, Divinis pariter Officijs in Choro cum alijs Fratribus, & quolibet die Fefto fpiritualibus Lectionibus, & facris Concionibus. Denique febre correptus decumbere coactus nil aliud tunc fibi antiquius habuit, quàm Libros fpirituales, & in agone conftitutis proficuos fibi legendos curare; exactis autem octo diebus Sacratiffimum Cor- F poris Chrifti Viaticum, & extremam Unctionem eximiâ Religione excepit, vale fubinde dixit, non mediocri charitatis affectu Patribus, & Fratribus omnibus eidem adftantibus, interim extrema pietatis officia eidem perfolvente Conventûs illius Priore, ac fi Dæmonem fibi infidias parantem videret, cingulum fibi lecto fuperpofitum celerrimè abripiens, & obliquis oculis infimam lecti partem afpiciens eam percutere cœpit, dicens: *Difcede, & hinc te prorîpe mala Beftia, nihil in me funeftè reperies*; ftatim verò fe aliò convertens Chrifti Domini Imaginem ofculari cœpit, & in ejus amplexu quinquagefimum feptimum ætatis annum agens die 17. Februarii hujus anni fanctiffimè obiit. Poftmodum verò ci- G licium deprehenderunt PP., five Zonam ex auricalco ultra quatuor digitos latam lumbis ejus adhærentem clavorum aculeis undequaque inftructam, quam perpetuò fuper nudis carnibus geftaverat; deprehenderunt pariter flagellum, quo ipfe perfæpè fe graviter cædebat, fanguine prorfus afperfum adeò vividi coloris, ut recens effufus etiamnum videatur. Tantâ erat apud omnes veneratione Gregorius, tantoque habitus in pretio præ fingulari vitæ fuæ fanctitate, ut ftatim ac ejus corpus in Ecclefiâ de more expofitum fuit, omnes eò certatim concurrerint è finitimis etiam locis ad ejus pedum ofcula, & alia venerationis figna exhibenda, neque fine lachrymis parentandum.

H Poft varias ad invicem habitas confultationes, prout par erat, hoc tandem anno .8. 1672. Eremitæ Montis Senarij Libellum Obfervantiæ Regularis, de quo ad annum 1615. complevere, fcripto quidem diligenter exaratum, non autem Typis impreffum, quem ego vidi, nec perfunctoriè evolvi hoc anno 1714., quo ritus omnes, ac ceremoniæ continentur, tum ad Ecclefiam, tum ad Divina Officia, tũ ad Sacramentorum adminiftrationem, tum ad Obfervantiam Eremiticam generatim fpectantes, verè laudabiles, quique ad ejufdem ftabilem confervationem quammaximè conducunt.

AN-

ANNOTATIONES IN CAP. XVIII.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. Eremi Montis Senarij.*
3 *Ex monum. Conv. Flor.*
4 *Ex monum. ejusdem Conv.*
A 5 *Ex Reg. Gen.*, & *ex monum. Conv. S. Marcelli de Urbe.*
6 *Ex monum. Saxoli, Lycian.*, & *Arimin.*
7 *Ex monum. Conv. ejusdem.*
8 *Ex monum. ejusdem Eremi.*

F I N I S.



CEN-

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,
AUCTORE
F. ALOYSIO MARIA GARBI FLORENTINO,
Liber Quintus,
CONTINENS AB ANNO MDCLXXIII. USQUE AD MDCLXXXXII.



Officium S. Philippi cum Lectionibus propriis, ejusque Missa pariter propria. Eligitur Faventiæ in Patronum Legistarum, & Notariorum Ecclesia nostra ibidem Congregationem erigentium. Decretum de colore albo in Missis B. Virginis 7. Dolorum. Abolitio Societatis sub titulo Captivorum Deiparæ. B. Peregrini miracula. Consulitur iterum expensis pro Canonizatione.

CAPUT PRIMUM.

Decreta pro colore Albo in Missis 7. Dol. B.M.V. & pro Officio, & Missâ propriâ S. P. Philip.



1 UM Sacra Rituum Congregatio die 4. Martij A præsentis anni 1673. recedendo ab aliis Decretis, anno nimirùm 1668. die 9. Junij quoad indumenta coloris violacei in Missâ 7. Dolorum, sive votivâ, sive B solemni adhibendi, censuerit in posterum adhibendum esse colorem album, aliisque Ritu celebrandum esse ejus Officium, & Missam, Summus Pontifex Ordinis Nostri decori promovendo jugiter intentus benignè annuit, sicut & ejusdem Congregationis Decretis die 6. Maij hujus anni habitis quoad Officium D. Philippi cum suis lectionibus, & ejus Octavâ, & Missâ quoque propriâ quæ quidem Decreta operæ pretium arbitror hic, prout jacent, C inserere. .1.

CUm Sacra Rituum Congregatio die 9. Junij 1668. Missam de 7. Doloribus B. V. M. appprobaverit, & à Fratribus Ordinis Servorum ejusdem B. Virginis gestantibus Habitum nigri coloris in memoriam Viduitatis, & Dolorum, quos eadem in Passione Unigeniti ejus Filij D. N. Jesu Christi sustinuit, ad eorum usum A *tantùm imprimi, & celebrari posse indulserit, nempe inter Missas votivas diebus à Rubricis non impeditis; Dominicâ verò Tertiâ Septembris, tanquam die propriâ solemniter cum Gloriâ, & Credo cum indumentis violaceis. Die verò 15. Septembris ejusdem anni eadem Sacra Congregatio benignè concesserit, ut ab omnibus Religiosis dicti Ordinis recitari possit, & va-* B *leat etiam Officium dictorum 7. Dolorum ejusdem B.M.V. sub ritu duplici in die Festi principalis, quæ est tertia Dominica Septembris: necnon eadem sub die 9. Augusti 1670. speciali gratiâ, & favore magis prosequens, ad Preces Procuratoris Generalis nomine totius Religionis, summopere cupientis gratiam supradicti Officij dictorum 7. Dolorum ejusdem B.M.V. extendi pro qualibet feriâ 6. uti devotionem propriè, &* C *principaliter ad dictum Ordinem spectantem, benignè indulserit, & concesserit, ut qualibet feriâ 6., Officio novem Lectionum non impeditâ, sub Ritu semiduplici (Extra Adventum, Quadragesimam, quatuor tempora, & Vigilias) à Fratribus, & Sororibus tantùm ejusdem Ordinis, Officium de 7. Doloribus B. M. V. recitari possit, & valeat. Hodie verò iterum enixè supplicante in Sacrâ Rituum Congregatione F.*

Joan-

Joanni Vincentio Lucchesini Generali ejusdem Ordinis nomine totius suæ Religionis pro A *approbatione ad usum tantùm Fratrum, & Sororum dicti sui Ordinis supradicti Officii 7. Dolorum B.M.V. unà cum Lectionibus dicendis singulis Mensibus pro secundo, & tertio Nocturno dicti Officii propriè spectantis ad dictum Ordinem ab ipsâ Deiparâ Virgine in memoriam suorum Dolorum Habitu lugubri assignato institutum. Et eadem Sacra Congregatio supradicta omnia, prout jacent, diligenter revisa, & relata per Eminentissimum D. Cardinalem de Maximis pro Eminentissimo D. Cardinali Chisio absente, censuit posse approbari, & concedi, ut dictum Officium cum Lectionibus à Fratribus, & Sororibus tantùm dicti Ordinis Dominicâ tertiâ Septembris sub Ritu duplici, & sub Ritu semiduplici qualibet feriâ 6. non impeditâ, ut* B *supra, recitari, ac imprimi valeat: Cum hac tamen expressâ declaratione, quòd prædicti Fratres, & Sorores observare debeant Decretum in unâ Orbis sub die 4. Martij præsentis anni 1673. super Officio, & Missâ 7. Dolorum B.M.V. emanatum ab eadem sacrâ Congregatione, quæ recedendo ab alijs Decretis, censuit, in posterum adhibendum esse colorem album, tùm in Officio, quàm in Missâ 7. Dolorum ejusdem B. M. V., & in Officio dicendum esse Hymnum* Te Deum laudamus, *& Nonam Lectionem de Homiliâ Dominicæ, & in Missâ* Gloria in excelsis &c., *& in fine Missæ Evangelium ejusdem Dominicæ, si Sanctissimo Domino nostro visum fuerit. Hac die 6. Maij 1673.*

Et factâ de prædictis Sanctissimo relatione C *per me Secretarium. Sanctitas sua benignè annuit. Die 17. ejusdem Mensis Maij, & anni 1673.*

F. M. Episc. Portuen. Card. Brancatius.
Loco ✠ Sigilli.
Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

SAcra Rituum Cõgregatio habita die 6. Maij 1673. ad enixas, & iteratas preces Fratris Joannis Vincentij Lucchesini Generalis Ordinis Servorum B.M.V. censuit, supradictum Officium proprium S. Philippi Benitii Florentini insignis Propagatoris ejusdem Ordinis cum suis Lectionibus, & ejus Octavâ, & Missa quoque propria dicti Sancti, prout jacet, omnia diligenter revisa, & relata per Eminentissimum D. D *Cardinalem de Maximis pro Eminentissimo D. Cardinali Chisio absente, posse approbari pro dicto solo Ordine, & concedi, ut prædicta à Fratribus, & Sororibus tantùm Ordinis Servorum B. M. V. recitari, ac respectivè celebrari, & imprimi possint, & valeant, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Et facto de præmissis verbo cum Sanctissimo per me Secretarium, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 17. Maij 1673.*

F. M. Episc. Portuen. Card. Brancatius.
Loco ✠ Sigilli.
Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Hisce proinde diebus potissimùm institui A cœpere per singulas saltem præcipuas Ordinis Nostri Ecclesias solemnes Processiones in honorem B. Virginis 7. Dolorum.

Eligitur Faventiæ S. P. Philip. in Patronum Legistarum, & Notariorum.

Hoc eodem anno Faventiæ Collegium .2. J. U. D., & Notariorum, quòd ad obeunda negocia congregati solet in illius Conventus nostri Capitulo, præcipuo studio illius Prioris, qui animadvertendum ipsis proposuit è dignitate insignis ejus Collegij non esse specialem Patronum non habere, D. Philippum sibi in Patronum elegit vivæ vocis oraculo interposito Decreto Ecclesiam nostram quotannis adeundi solemniter in die ejusdem festo, ibique Missam, & Orationem Panegiricam de ejus laudibus audiendi, necnon Congregationem sub ejus Patrocinio erigendi, hac le B ge præ cæteris statutâ, quòd singuli è congregatis Missam celebrandam curent pro Animâ cujuscunque è congregatis, quæ ex hac luce migraverit, & in die Festo S. Philippi quilibet dimidium Julij solvat ad hoc, ut primâ die non impeditâ post idem Festum habeatur Officium pro sodalibus defunctis, adiectâ quoque conditione, quòd si quis, vel è sodalibus, vel ex alijs Christifidelibus pietate ductus Bona quædam, sive mobilia, sive immobilia ad Altare S. Philippi legaverit, absolutum eorum dominium ad PP. illius Cœnobij pertineat. Quæ sanè Congregatio procedente tempore plurimum increvit, cum ipsi nomen dederint, nedum Legistæ, & Notarij, verùm etiam Religiosi quamplures, tum Se- C culares, tum Regulares, necnon plures Viri Nobiles, cui proindè in Protectorem electus fuit D. Cardinalis Rossetti Episcopus Faventinus, qui eandem Congregationem, sicut & universum Ordinem nostrum singulari benevolentiâ amplectebatur.

Hisce diebus Regulares, & Seculares nonnulli Confraternitates Mancipiorum Matris Dei varijs in locis instituere cœperant catenulas distribuentes Confratribus, & Consororibus brachijs, & collo circumponendas, ac si eo signu B. Virgini se mancipatos esse profiterentur, Imagines quoque, & numismata catenatos sodales exprimentia divulgantes, et libellos, in quibus eisdem Confraternitatibus Regulæ quædam præscribebantur Generalis D Lucchesinius seriò animadvertens è novo hoc titulo temerè prorsus intruso insigne præjudicium obvenire posse glorioso titulo Servorum B. V. M., quem tanquam sibi proprium Divinitùs concessum Ordo noster sortitur, gravissimis Officijs apud Sacram Congregationem Sacræ universalis Inquisitionis institit pro Confraternitatum, & Tituli hujusmodi Mancipiorum Matris Dei omnimodâ abolitione, quo factum est, ut ab eadem Congregatione juxta ejus votum sequens Decretum emanaret, per singulos Ordinis Nostri Provincias ab eodem Generali sub datum Romæ die 19. Augusti hujus anni diligentissimè transmissum.

Deletur Decreto S. Inquisitionis Societas Mancipiorum Matris Dei.

Feria

Feriâ 4. Die 5. Julij 1673.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habitâ in Conventu S. Mariæ super Minervam coram Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S.R.E. Cardinalibus in totâ Republicâ Christianâ contra Hæreticam pravitatem à S. Sede specialiter deputatis.

C*Um Nonnulli Regulares, & Seculares variis in Locis instituerint Confraternitates Mancipiorum Matris Dei, Italicè dictas :* Delli Schiavi della Madre di Dio, *& catenulas distribuant Confratribus, & Sororibus brachiis, & collo circumponendas, atque gestandas, ut eo signo Beatissimæ Virginis se mancipatos esse profiteantur, Imagines quoque, & numismata catenatos sodales exprimentia divulgent, & libellos, in quibus eisdem Confraternitatibus regulas præscribunt usum hujusmodi mancipatus, & meritum commendantes, sacra Congregatio hunc abusum aliàs diversis in locis specialibus edictis à se prohibitum considerans nonnullorum studio, & operâ crescere magis in dies, universali edicto abolendum esse decrevit. Quare omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexûs tam regularibus, quàm secularibus supradictarum catenularum usum districtè interdicit, Regularibus quidem sub pœnâ privationis activæ, & passivæ vocis ipso facto incurrendâ, cæteris verò sub pœnis gravibus suorum Ordinariorum arbitrio infligendis Societates quocunque nomine appellentur, quorum Institutum in eo mancipatu præcipuè versatur, damnat, & extinguit.*

Illis verò Societatibus, quæ Ritum aliquem, aut quodcunque aliud ad mancipatum ejusmodi pertinens adhibuerint, præcipit, ut sub iisdem pœnis id statim reiiciant; libellos demum, Imagines, & numismata, quæ antea dicta sunt, damnat, vetatque sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum latis in eos, qui libros vetitos retinent, aut divulgant, ut novus hic B.V. mancipatus omninò aboleatur. Contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1673. die . . . Mense Julio Indictione . . . Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris D.N.D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ X. anno ejus quarto supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatij S. Officij ejusdem Urbis per me Joannem Antonium Bertarelli Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem &c..3.

Ea quo deserere coactus fuit Ordo Servorum Conventum S. Mariæ de Genestreto, de quo satis ad annum 1559., Communitas Montis Fani, quod Oppidum distat à Civitate Auximi, in cujus Diœcesi situm est, quinque milliaribus, octo verò à Sacrâ Æde Lauretanâ Ordini eidem semper addictissima ejusdem Alumnos sibi proximos habere jugiter studuit, quod tandem hoc anno assecuta fuit. Cùm
E enim Moniales deessent, quæ Monasterium colerent earum usui paratum, prædicta Communitas eidem nostro Ordini idem concessit, conventionibus quibusdam adinvicem initis, ejusque possessionem recepere P.P. hoc eodem anno 1673. Communitate ipsâ pro virili instante, & plurima lætitiæ argumenta exhibente, frustra in oppositum nitente Episcopo Auximano, accessit enim auctoritas expressa pro nostro Ordine S. Congregationis, & ipsius Summi Pontificis mandatû &c. Utini quoque In Ditione Venetâ .4. septem Nobiles Mulieres in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ Gratiarum die 10. Januarij Tertij Ordinis nostri Sacrum Ha-
F bitum ritè, & solemniter indutæ progressu temporis Monasterium à fundamentis excitarunt, nedum amplitudine Fabricæ conspicuum, verùm etiam, & quidem multò magis præ sanctitate morum maximè venerandum. Absoluta hoc anno apud Novellaram Ecclesia recèns extructa, cui primum lapidem positum fuisse solemniter anno 1654. die 6. Septembris ad eundem annum diximus, die 24. Mensis Maij P. Lucchesinius Generalis pluribus ex Ordine nostro præsentibus, necnon Excellentissimo Comite Alphonso solemni benedictione ipsam ritè initiavit, & musicis concentibus primus ibi Sacrificium Missæ solemniter celebravit; deinde verò pluribus habitis idem Excellentissimus Dominus, & quidem publicè insignibus lætitiæ significationibus ipsum Generalem, ejusque Patres in
G proprio Palatio opiparo convivio excepit.

Utini 7. Nobiles Mulieres induunt Habitû Tertii Ordinis nostri.

Initiatur solêniter à P. Generali Ecclesia apud Novellaram.

Recensenda pariter hoc anno tria Nobis occurrunt .5. prodigia B. Peregrini Foroliviensis intercessione; duo quidem apud Guastallam patrata, alterum verò apud Saxolum, prout constat ex juridicâ attestatione ex utriusque Nostri Cœnobii monumentis excerpta. Joseph Filius Joannis de Paraluppis de Guastallâ, adhuc septennis seu circiter adhuc annis Tibijs per 6. ferè Menses continuos adeò graviter laboraverat, ut varia, & plura artis Chirurgicæ remedia diligenter adhibita pertinacia morbi eluserit, quin potiùs magis semper increverit, detectis præsertim in lævâ foraminulis quibusdam, ubi quoque tumorem quendam adeò ardentem olim subierat, ut
H ignis naturam induere videretur. Cùm ergo sibi deesse humanitùs remedia cognoscerent Filioli Parentes, Isabella Genitrix eadem sese recepturam Divinitùs confidens, B. Peregrinum de Forolivio invocare cœpit voto se obstringens argenteum votum ipsi offerendi, si compos voti evasisset, & Puerum ipsum coram venerandâ ejus Imagine in Ecclesiâ nostrâ Guastalliæ venerabundum deferendi, interim ipsum ungebat quoad partem corporis læsam oleo lampadis ante prædictam Imaginem ardentis, quo voto emisso post triduum Filiolum incolumem prorsus aspexit. Prætereà Margarita Joannis Bertoni Famula prædicti Joannis de Paraluppis interposito juramento

Filius septênis & Mulier apud Guastallam in Tibiis malè affectis intercessione B. Peregrini mirabiliter cõvalescũt

mento coram publico Notario de hac re ro-
gato publicè hoc anno testata est, quòd 20.
ab hinc annis morbo quodam in dexterâ Ty-
biâ affecta erat, quo decem annos continuos
laboraverat, quin ullum remedium excogita-
se possent Chirurgi, quod ipsi curando par es-
set, quin etiam Morbi ejusdem ideam, &
speciem concipere possent, publicè testati
insanabilem omoinò esse; propterea & ipsa
advertens, quòd unguenta ad hoc adhibita
carnem ipsi corroserant, non sine ingenti do-
lore ferè ad spasmum accedente, B. Peregrini
opem ex animo implorare cœpit, pollicita se
illi oblaturam cereum, quod ante ejus Ima-
ginem arderet, si convalesceret; hinc nocte
insequente Beatum ipsum in somnis sibi vide-
re visa fuit, expergefacta verò Tybiam antea
læsam æquè ac alteram antea sanam liberè B
dirigere cœpit, quod nunquam per tot annos
præstare potuerat, ex quo majori spe erecta
voto statim se solvit, & insuper proposuit
jejunium deinceps servare in pervigilio Festi
ejusdem Beati, & ipso die Festo coram ejus
venerandâ Imagine Missam celebrandam cu-
rare, quod utique ad hunc annum usque exa-
ctè servaverat. Sancto autem hujusmodi con-
silio proposito statim convaluit. In Oppido
autem Saxoli ditionis Mutinensis Joannem q.
Gieminiani de Bondiolijs ex eodem loco an-
no 1667. Mense Junio Dominicâ ultimâ fa-
cultatem videndi omninò repente destitutum,
ideóque tanquam ad omnia inutilem jugiter
decumbentem Magdalenam q. Lucæ de Ba-
scheriis ejus Uxor ex ejusdem Saxoli districtu C
fer. 4. proximè sequenti B. Peregrino insigni
cordis simplicitate commendare cœpit, cujus
Imaginem in Porticu Nostræ illius Ecclesiæ
positam valdè dilucolò de genu supplex ado-
rabat; postquam verò diù in Oratione perse-
verasset, inusitatam animi commotionem in-
teriùs persensit, ac B. ipsum sibi dicentem,
quòd Domum adiret, ibíque Coniugem ad-
invenisset voti compotem effectum. Ipsa qui-
dem, eò statim adijt, & Coniugem, ut è Le-
cto surgeret, monuit, qui tamen ab initio re-
nuit cæcitatem suam causatus; illâ verò ad-
huc reponente, quòd B. Peregrinus sibi polli-
citus fuerat restituendam ei facultatem viden-
di statim ac ipsa Domum adijsset, adeoque
ipsum, ut surgeret, iterum excitante, quæ D
firma in fide permanebat, tunc è Lecto prosi-
liens Joannes singula circumquaque oculis lu-
strare cœpit, & facultate videndi æquè feli-
citer ac antea iterum gaudere. Hoc insuper
anno Archiepiscopum Urbinatensem Calli-
stum Puccinellium Respublica Lucensis no-
bilitate donavit, quemadmodum alterum
ejus Fratrem Archiepiscopum Manfredoniæ
pari lege donaverat. Pro coronide capitis, &
anni recolendus omninò est obitus P. Alexij
Mariæ Sacerdotis Eremitæ Montis Senarij,
qui septem circiter annis Eremiticam vitam
ibidem reverà duxerat, sed præ sanctitate
operum plenus dierum, ubi se proximè mo-

siturum advertit, præ gaudio exilire cœpit,
A & cupiens dissolvi, ut sibi esse cum Christo
liceret, sacrosancta Ecclesiæ Sacramenta, &
alia quæcunque pietatis Officia in eo discri-
mine necessaria enixè postulavit, eademque
assecutus tantâ divinitùs dulcedine superfusus
fuit, ut identidem exclamaret: O *quàm suave
est Mortem obire* !

ANNOTATIONES IN CAP. I.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex monum. Conv. Faventiæ.*
3 *Ex Reg. Thusciæ.*
4 *Ex monum horum Conv.*
5 *Ex monum. Conv. Guastallæ, Lucæ, & Mon-
tis Senarij.*

Enumerantur Gratiæ quædam S. Philippi. Ordini tribuitur Conventus S. Cypriani. Indultum pro Ecclesiâ D. Annunciatæ de Florentiâ.

CAP. II.

1 Mirabilis in S. Philippo Deus, æquè
ac in reliquis Sanctis suis plura
adhuc in dies ejus Intercessione
mirabilia præstare gestiebat, ut
eximiam ejusdem Sanctitatem magis semper,
ac magis testatam omnibus faceret. Petrus
Simon Alexandri Filius è Bastiâ Perusij præ
insigni tumore coxendicis, & intolerabili do-
lore decumbens eò angustiæ devenerat, ut
Chirurgi optimè consultum putarent coxen-
dicem amputare; ipso autem D. Philippi
opem implorante doloris, & morbi vis om-
nis illicò cessavit; die verò 13. Maij hujus
anni Tudertum adiit, ibíque gratiis D. Libe-
ratori actis, & voto soluto præclarum hoc
beneficium testatus juridicè fuit.

2 Digna Bernardini Filia à Dolio Tuderti-
ni districtûs diù decubuerat præ gravissimo
alteriùs è mammis dolore, adeout neque se *A gra-*
erigere posset, neque dolori ferendo ulteriùs *vissimo*
par esset, verùm ad D. Philippum confugiens *in mam-*
somno statim indulsit, ita verò in somnis ei *mis do-*
D. Philippus apparuit, ipsámque de recupe- *lore.*
randâ sanitate confirmavit; expergefacta verò
dolorem omninò cessasse, & mammam unde-
quaque curatam advertit; quod insigne bene-
ficium die 3. Junij Tudertum petens ad vene-
randum S. Philippi corpus testata fuit.

3 Die 13. ejusdem Mensis Tudertum petijt
Petrus Antonij Filius à Canonicâ Tudertini
districtûs, unà cum Antoniâ Coniuge, & Fi-
liolo Joanne Antonio bienni D. Philippo gra- *Ab ignis*
tias acturus, & voto se soluturus, quo se ob- *adustio-*
strinxerant Parentes, cùm præfatus Filiolus *ne.*
in lebetem aquâ ferventissimâ plenum inci-
dens posteriorem corporis partem undequa-
que adusserat, itaut ordine naturæ attento vel
mori, vel mancus esse omninò deberet; voto
enim emisso ipsum ad venerandum S. Philippi

Corpus deducendi, & Habitu nigro ejusdem Induendi illæsus omninò evasit.

A mortis discrimine.

4 Apud Scandianum In Mutinensi Ditione Maria Besini de dicto Loco Mense Julio decumbens die 23. S. Philippi Reliquias sibi admovendas curavit ope ipsius implorata, statimque nuo sine Medici Joseph Garofali admiratione, qui eam de salute valdè periclitari autumabat, omninò convaluit.

A pari periculo.

5 Idem S. Philippi præsidium expertus fuit Mense Augusto Hieronymus Ferrari sexagenarius, qui in agone constitutus D. Philippo vix se commendavit admotis sibi ijsdem Reliquiis, cùm ferè à lethargo excitatus dixit: *D. Philippe, benedicte, gratias Tibi ago, jam convalui*, inde verò stat m surreait, & Ecclesiam gratias acturus adiit.

Hoc eodem anno in Diæcesi Salernitanâ apud Oppidum S. Cypriani, Ditionis Ducis de Tursi in Provinciâ Neapolitanâ, novi cujusdam Conventûs die 12. Julij Ordinis nostri PP. possessionem ritè recepere. Speciali quoque Summi Pontificis Indulto. Florentiæ D. Annunciatæ PP. id hoc anno sub datum Romæ die 27. Januarij assecuti fuere, ut aliquot Missis satisfacere perpetuò possent quibuscunque quotidie supervenientibus, prout patet ex sequentibus.

Die 27. Januarij 1674. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, ad quam Sanctissimus D.N. libellum hujusmodi remisit, censuit iniungendum, prout præsentis Decreti tenore iujungit, ut in posterum Sacrista, vel alius Minister Missarum numero describendo, atque eleemosynis suscipiendis pro tempore præfigendus admoneat singulos, qui eleemosynas offerunt, tam magno Missarum celebrandarum numero, illorumque intentioni satisfieri non posse ipsâ Missarum celebratione, ac Sacrificij applicatione, sed tamen ipsos participes fore Missarum, quæ supra numerum Missarum obligatarum quotidie celebrabuntur per Religiosos ibi degentes; Id verò, ut commodiùs præstare valeant, loco, quo apponuntur eleemosynæ palam affigatur Tabella, in quâ eademmet declaratio clarè, & distinctè descripta sit, adeò ut Sacrista, vel Minister, ut supra, accipiens oblationes, præmittat dictâ declarationem, vel Tabellam indicet offerentibus.

Loco ✠ Sigilli

F. Vincentius M. Ursinus Card. S. Xysti Præfectus.

S. Archiepiscopus Brancaccius Episc. Viterbien. Secret.

Gratis etiam quoad scripturam.

Ex his uberrimè constat, quanta fuerit ab ipsâ sui origine ad hæc usque tempora erga celeberrimam hanc D. Annunciatæ Imaginem Populorum omnium affluentia, & veneratio, vel ipsorum Summorum Pontificum, hinc minimè mirum, quòd quamsæpissimè quicunque vel etiam insigni dignitate præclarissimi E Proceres Florentiam advenientes eam de genu adorare maximè cupiant, quam cæteroqui nonnisi Viris Principibus, vel saltem excelso quodam gradu conspicuis Serenissimi Etruriæ Principes, quorum nostris hisce temporibus ad augendam venerationem speciale jus hoc est, sicut antiquitùs adhuc vigente Florentinâ Republicâ, nonnisi ejusdem Decreto juxta mentem Eugenij IV., prout animadvertit Gianius Cent. 1. Lib. 2. cap. 15. detegere solent, ac propterea hoc pariter anno ad sacrum ejus Altare, Divina peregerint Mysteria die 31. Augusti Episcopus Patmos nomine Joseph Græcus, & DD. Cardinales Leopoldus Princeps ab Etruriâ die 28. Decembris, & Nereus Corsini Ordinis Nostri F Protector die 8. Novembris, quod & alijs temporibus Græci præsertim Antistites præstitere, quamobrem insignis beneficij loco habitum fuit, quòd prædicta Sanctissima Imago P. Generali Nostro Lucchesinio detecta publicè, non sine ingenti Populi multitudine hoc anno die 29. Aprilis fuerit. Hic pariter attexere juvat ad exhibendum aliud erga prædictam Ecclesiam propositæ venerationis argumentum, quod ob eximiam Falconeriæ Gentis pietatem, & munificentiam dono datum eidem Ecclesiæ Aurelij Siricij Martyris corpus authenticè recognitum, die 6. Septembris hujus anni per Claustrum exterius processionaliter solemni pompâ delatum super Altare Majus publicæ venerationi exposi- G tum per totam diem sequentem fuit, In quâ sicut et in primis ejus Vesperis Divina Officia persoluta solemniter fuere. Hoc eodem anno idem P. Generalis Oenipontem adijt, ubi Comitijs Provincialibus præsedit die 24. Junij habitis honorificè de more exceptus. Post hæc opportunis officijs cum Serenissimâ Archiducissâ interpositis, quæ nostras illas Sorores protegendas susceperat quoad notissimas cum Patribus illis Servitis contentiones, eas cum illis composuit Serenissimæ præfatæ Principis, & cæterorum omnium approbatione, & Ordinis Nostri incremento.

Dono datur Ecclesiæ D. Ann. de Flor. Corpus S. Aurelij Siricij mart.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

H 1 *Ex monum. dictorum Conv.*
2 *Ex monum. Conv. D. Annunc. de Flor.*
3 *Ex monum. eorundem Conv. & ex Reg. Gen.*

Admirabilis Deiparæ Imago in Ecclesiâ nostrâ apud Rhegium Lepidi posita solemniter coronatur.

CAP. III.

Plurima sanè, eaque admiranda beneficia Rhegiensi Populo collata ab anno 1596. ad annum usque 1619. à B.V. cujus proinde imaginem in Ecclesiâ Nostrâ Rhegij incredibili pietate veneratur, recen-

recensent Gianius Cent.4. lib. 5. cap. 11., & Alphonsus Jachius in relatione, quam edidit anno prædicto 1619. de Origine, solemnitate, translatione, & miraculis ejusdem B. V.; plura tamen adhuc jugiter eidem Populo collata ad hæc usque tempora ex ejusdem Ecclesiæ monumentis colliguntur, & ex innumeris tabellis votivis ante sacram ejus Imaginem appensis, pretiosisque donariis eidem identidem oblatis. Hæc autem sedulâ mente perpendens Gens illa pietati fovendæ, & admirabili prædictæ Imagini venerandæ quàm maximè addicta, quemadmodum superioribus annis, quibus insignem B. Virginis beneficentiam experiri cœperat, anno videlicet 1597., & sequentibus augustissimum Templum eidem Virgini à fundamentis excitavit, & Regiâ munificentiâ absolvit, quod etiam num visitur, & satis abundè diximus ad annum 1619. quo sacram præfatam Imaginem ex antiquâ humillimâ Ædiculâ in Templum hoc maximâ solemnitate translatam fuisse retulimus, pari modo, pietate, ac munificentiâ tot beneficiis vices rependere pro modulo suo cupiens, quibus ipsam cumulare gestit Deipara, sive privatum, sive publicum commodum spectarent, potissimùm verò grato animo recolens, quod anno 1630. cùm universam Italiam contagiosa lues invaderet, ante præfatam Imaginem humillimè provoluta interposito voto uncias centum argenti ad ejus honorem quotannis erogandi, quemadmodum tunc erogabat, pestiferam illicò luem inde exulare perspexit.

Præstereà quòd anno 1648, cùm universa pariter Italia sterilitate maximè laboraret, B. Virginis ope, quam de genu supplex imploraverat, sibi satis superque prospectum expetta fuit. Insuper se, suamque Urbem B. Virginis præsidio Hispanici Exercitûs impetus, qui eam anno 1655. gravi obsidione premebat, feliciter elusisset, ac denique à terræmotibus, & contagiosâ lue, quæ paucis ante annis finitima loca vexaverant, se prorsus immunem fuisse. In Generali Conventu anno 1672. unanimi omnium Urbis Procerum consensu publicâ, & maximè solemni pompâ prædictam Deiparæ Imaginem jam tum absoluto coronandam esse decrevit.

Itaque anno eodem Illustrissimis DD. Comiti Abondio Paliû, & Alberto Gazuolâ œconomiæ Fabricæ B. Virginis ejusdem ab ipsâ Civitate præfectis ad coronationem hâc promovendam consentientibus omnibus accessere Illustrissimi DD. Comes Camillus Affarosi, Comes Cæsar Vezzani, Comes Prosper Malaguzzi, & Leo Parisetti, sex igitur hi Viri rem ipsam seriò aggressi post varias Consultationes ad invicem habitas, ineunte anno 1673. Generali Urbis Conventui unanimiter significarunt quidquid sibi ad solemnitatem propositam magnificè complendam longè aptiùs videretur, quod cum omnibus eodem Conventu arrisisset, libera iisdem deputatis collata facultas fuit è publico Urbis A ærario pecuniam sibi comparandi tum coronæ ex auro, gemmisque formandæ necessariam, tum iis omnibus adornandis, quæ & Urbis decori consulere possent, & comodo omnium sive Civium, sive exterorum, qui celebritate solemnitatis illecti è variis Italiæ Urbibus, præsertim verò finitimis frequentissimi eò convenissent. Mandatum insuper fuit Serenissimorum Principum assensum ad hoc peragendum nomine Urbis postulare, quem sanè assecuti facillimè fuere interpositis præsertim officiis Illustrissimi, & Excellentissimi DD. Marchionis Josephi Montecucculi ejusdem Urbis Gubernatoris, ejusdemque Virginis cultu studiosissimi à Serenissima . . Ducissâ tunc Regente, quæ lubenti animo supplici B libello benignè subscripsit, illud adhuc præcipiens, quòd solemnis hæc actio 13. die Maij anno proximè sequenti 1674. habenda foret, prout Rhegiensi Populo maximè erat in votis; tunc enim habenda pariter ibidem erant Comitia Ordinis Nostri Provincialia, adeoque longè plures ex eodem Ordine, iique primi nominis eò confluere debebant, quòd Deputatis prædictis animadvertendum proposuit Generalis noster Lucchesinius, quem summis laudibus prosequentes morem ei gesserunt.

Deliberationis hujus certiores subinde facti DD. Joannes Augustinus Mariani Rhegii Episcopus, & ejusdem Urbis Gubernator præfatus eo temporis ad Cæsarem pro Sere- C nissimo Duce Legatus, necnon Ecclesiæ Cathedralis, & S. Prosperi Canonici, & singuli Confraternitatum Priores præ gaudio exilire omnes cœperunt. Verùm hoc non mediocriter subsidit, cùm Mense Septembri prædicti anni 1673. Serenissimum D. Londinum in Angliâ petere debere acceperunt, ut Filiâ suam Mariam Celsitudini Regiæ Ducis de Jorch desponsaret, ac propterea solemnitatem propositam nimis differendam esse existimarunt, neque ipsâ ab inceptis operibus abstinere omnes cœperunt. De parâ tamen auspice, cui acceptissima erat hæc actio, ineunte Anno 1674. omnibus innotuit, Serenissimam Ducissam eò brevi redituram, & solemnitati propositæ adfuturam, quamobrem longè D majori studio certatim omnes operi manum admovere, ut statâ die 13. Maii singula ad solemnem actionem necessaria præsto forent; interim Rhegiensis Populi votis obsecundante Serenissimo Duce, qui Religione erga Deiparam ductus illû ab annuo censû quinquaginta mille, & ampliùs librarum tributo munificentissimè exemit, quod plures annos erogarat, felicissimo omine, sui Principatûs exordia eximiâ hac liberalitate auspicatus; hinc singuli Cives longè vehementiori studio inceptum opus prosecuti fuere. Omnibus ergo ritè dispositis, quæ plurium Mensium fuerant quidem opus, cæteroqui nonnisi plurium annorum spatio absolvendis, quod utique singu-

singulari illius Populi erga B. Virginem religioni tribuendum videtur tarda molimina nescienti, Rhegium ea Industriâ adeuntes Serenissimi omnes Mutinæ Principes eò nomine Urbis, prout par erat, invitati, præstitutâ die Forum periere splendido apparatu undequaque instructum, subindéque subsellia sibi decentissimè parata adiere, & longè aliis eminentiora; aderant enim & subsellia pro DD. Urbis Proceribus, inter quæ quadrata Basis quædam in sublime erecta sese offerebat pretiosissimo stragulo ornata, cui desuper incumbebat elegantissima Machina aureæ, gemmisque distinctæ, scilicet smaragdis, hyacinthis, amethistis, Rubinis, Margharitis, Chrisolitis, Topatiis, & Adamantibus Coronæ regendæ decreta B. Virginis Capiti imponendæ.

Statim ac Serenissimi Principes eò accessere, Tympanorum, Tubarumque sonitu, necnon vexillorum, quæ Confraternitaribus præferuntur, & spectatorum omnium numero serè dixerim quoconque superiorum humillimo obsequio excepti fuerunt; Serenissimo Duce tamen jubente sonitu prædicto cessante, qui plausum Deiparæ tantùm tribuendum esse cognoscebat, instituta fuit solemnis Processio, cui ritè obeundæ neqoid obstaret, & spectatoribus, & declinandis tumultibus copia suppeteret, quas in tantâ Populi multitudine improba plebs eacitare plerunque solet, bis mille peditibus miro ordine per Urbis compita dispositis custodiendam illam armorum Præfectus curavit, Is autem erat Processionis Ordo.

Ex Ecclesiâ Cathedrali Sacerdote quodam, tanquam Ductore, præcedente, Clericus prodijt ejusdem Ecclesiæ Vexillum deferens, quem binæ, ac binæ sequebantur ad modestiam maximè compositæ pauperes Puellæ mendicantes, quarum singulæ hastam gerebant, cujus vertici scutum incumbebat symbolis octo ornatum D. Virgini, tanquam eorum Tutelari exprimendæ accommodatis. Mendicantes prædictas insequebantur & Masculi pariter mendicantes totidem symbola ejusdem generis præferentes. Horum vestigia legebant Orphani ramos Palmarum, & Olivarum præ manibus habentes eleganter dispositos, & scutum in vertice ornantes, cujus medium diademata tenebant Regum, Imperatorum, summorumque Pontificum, qui Cœlorum Reginam se coronasse gloriabantur, eâque ratione Patriæ suæ Cives ad æmulationem tantorum Principum erga B.V. provocabant, præcedente potissimum Vexillo, cujus in area candida, ipsis tacentibus, & modestè incedentibus, descripta hæc legebantur: *Reges, & Imperatores Coronis suis Te coronant*.

Orphanis succedebant decem Laicorum Confraternitates, è quibus novem Machinas præmittebant, tùm præ magnitudine, tum præ elegantiâ operis, tum præ symbolorum proprietate, tum præ symphoniacorum super ipsas canentium suavitate percelebres. Primò quidem Confraternitas S. Caroli S. Tutelarem in *Machinâ* caprimebat, qui flexis genibus B. Virginem Domui incumbentem, qualis Lauretana cernitur ab Angelis translata, adorabat, & fortè ratione grato animo recolens, quòd anno 1597. die 5. Augusti gravissimum incendium B. Virginis præsidio, cujus Imaginem papyraceam nonnulli in ipsum injecerant, illicò extinctum fuerit, quòd insignia quædam ædificia depascebatur, & totius Urbis excidium minitabatur, ipsaque Imago integra prorsus inter flammarum globos remanserat, neque ullatenus præ fumo nigrescens. Secundò præcedentibus Tibicinibus elegantissimè indutis stemmata præferentibus à Tubis pendula Confraternitatum SS. Sacramenti, & SS. Trinitatis, quos sequebantur sex Viri Nobiles Equis insidentes non mediocri pompâ ornatis, ijsque 12. Famuli aderant, triumphalis currus succedebat, quem prædicta Confrateroitas, vulgò dicta S. Petri adornaverat symbolis instructum ad exprimendum Virginis præsidium quoad naufragia accommodatis, ac sex Equi pari pompâ instructi trahebant, quique majorem machinam præcedebant, cui pariter præibant 6. Equites, & duodecim Pedires æquè ornati ac superiores. Huic autem machinæ præter varia Symbola desuper inerat in supremâ quidem parte Imago Mulieris in Apocalypsi descriptæ, Virginem sine labe conceptam caprimentis; ad ejusdem verò latera aliquantulum inferiùs Sanctorum ejusdem Urbis Protectorum Imagines, Prosperi nimirùm, Chrysanthi, Dariæ, & Jucundæ.

Tertiò pari Tibicinum, Equorum, ac Peditum, tùm antecedentium, tum consequentium apparatu Confraternitas Sanctissimi Sacramenti, & quinque Vulnerum Jesu, vulgò dicta S. Stephani Machinam præferabat, quæ augustissimum Templum exprimebat, in quò Christus Dominus B. Virginem coronare cernebatur, ipsamque Confratres Regiâ coronâ dignam per varia symbola prædicare studebant, quòd claudis, & quoquo modò Infirmis sanitatem restituerit. Quartò Confraternitas S. Ægidij nullam sanè machinam præferens, utpotè pro suâ tenuitate prohibita, insequebatur, quæ tamen communem omnium plausum excepit, qui & pateram pondo 50. unciarum Argenti elegantissimè fabrefactam, & longè pretiosiorem Confratrum virtutem admirabundi advertere, qui de paupertate suâ quodammodo gloriabundi incedebant, seséque cum alijs Virgini sistere non renuebant. Quintò Confraternitas S. Rocchi præcedente quodam, qui Famæ speciem referans, & Equo insidens Tubâ canebat Triumphalem Currum exhibuit, quem duo unicornes trahebant, cui tres Heroinæ incumbebant Theologicas virtutes caprimentes. Currum proximè sequebatur elegantissima, æquè ac superiores, machina, quam præcæteris

teris symbolis B. Virginis exprimendæ aptissimis, Turris ob oculos Principum in sublime sensim se erigens primò videndam se offerens non mediocris altitudinis in limpidissimum Fontem illicò degens, insigni varietate decorabat, quibus planè Confratres Deiparam in sanandis vulneribus mirabilem prædicabant. Sextò Confraternitas Inventionis S. Crucis, vulgò dicta S. Dominici Machinam exhibuit ad significandam Deiparæ Tutelam in Febribus Pestiferis accommodatam, & noxiam proinde sitim extinguendam, quæ primò saxeam rupem Horeb exprimebat, & Moysem Virgæ contactu aquam ex ejus sinu educentem, deinde verò prædicta Virgæ percussione in plures partes discissa rupes singulare spectatorum admiratione, ac voluptate pulcherrimum, & amplissimum Fontem in proprio sinu ostendit, à quo uberrima aquarum copia profluebat, ejus vertici B. Virginis de Rhegio Imagine incumbente; quatuor eximiæ pulchritudinis Figuris eidem Fonti suppositis, ipsumque regentibus, quæ quatuor Mundi partes referebant. Hanc verò machinam sex homines elegantibus vestibus instructi Buccinarum clangore præcedebant, eosque alacer aureâ veste, gemmisque instructus Dux duobus Peditibus stipatus Equo insidens sequebatur, qui duos adhuc generosos Equos alios manuducebant, & sex alios Duces Equo pariter insidentes, neque mediocri vestium pompâ ornatos, tanquam alter Josuè præibat.

Septimò, Cõfraternitas Inventionis S. Crucis, vulgò dicta *della Morte*, præcedentibus Tibicinibus, Famulis, sex Pueris nobilibus mirâ vestium varietate ornatis, quos proximè sequebatur Vir quidam Nobilis Saulis Regis Imaginem referens, Equo insidens à quinque suis Ducibus, & Equitibus stipatus, sceptrum dexterâ tenens, pretiosisque vestibus instructus, machinam insignem præmitit, potentissimum Deiparæ Dominium adversus tenebrarum Principes in Energumenis ab eorum Tyrannide vindicandis accommodatissimam: ingens enim saxum exhibebat inaccessis rupibus undequaque distinctum, cui post terga ferreis catenis devincti arctissimè adhærent monstruosi septem homines capitalia vitia referentes multiplici, eoque horribili corporis habitu ab incumbente desuper saxo quammaximè pressi, inter altissimos autem ejus sinus Lucifer quoque sub Imagine Leonis se offerebat catenis devinctus, & Mulieri forti subjectus. Ingenti huic scopulo triumphalis arcus innitebatur, elegantissimè in sublime erectus, varijs figuris, & symbolis undequaque ornatus Magnam Dominam exprimens de Lucifero, ejusque asseclis gloriosum triumphum agentem. Octavò, Confraternitas Immaculatæ Conceptionis B.V., vulgò dicta S. Francisci machinam prætulit mirabili arte fabrefactam, quæ Salomonicum Templum referebat Emblematibus, Hieroglìphicis, & symbolis varijs distinctum, cujus graduum infimo tres insidebant homines congruenti vestium genere instructi, quorum alter Virtutis, Temporis alter, tertius denique Salomonis imaginem exhibebat. Hanc verò machinam viginti quatuor Equites unà cum Equis, quibus insidebant pulcherrimè induti præibant, totidemque Puellæ elegantibus vestibus instructæ thuribulos partim, partim verò phialas varijs odoribus refertas præ manibus habentes, quibus B. Virgini in augustissimo hoc Templo exhibitæ, peculiare cordis obsequium præstabant. Hic autem Sanctissimam Dominam adumbrarunt Confratres, quæ mutis loquelam, & linguam, auditum surdis, & mentecaptis sapientiam restituit; quemadmodum Salomon Divinam planè sapientiam dicitur assequutus. Nono, præeuntibus duobus Tibicinibus, necnon 18. Angelorum speciem gerentibus, è quibus novem Archangelo Michaeli, Archangelo Gabrieli, novem Equis insidentes adhærebant, eosque præibant, octava succedit machina, quam exhibet Confraternitas S. Mariæ dicta de Carmelo sepulchrum in Horto Getsemani exhibens in sublime elatũ, variis ornamentis, figuris, & symbolis instructum, cui B. Virginis incumbit Imago, eamque desuper Augustissima Trinitas tuetur, quâ sanè ratione Magnæ Dominæ Virtus in Mortuis ad vitam revocandis exprimitur, ipsaque proindè coronanda videtur. Decimo, Confraternitas Visitationis B. V. vulgò dicta S. Augustini, cæteris omnibus antiquitate præstantior, machinam exhibuit rarâ symbolorũ, figurarum, & hieroglìphicorum varietate admirabilem, cui in supremâ parte insidebat Deipara sub elegantissimo Throno diademate ab Angelis coronata: Machinam verò præcedebant Tibicines, Pedites, & Equites singuli speciosissimo indumentorum genere ornati, è quibus Equites variarum virtutum Imagines referebant ab alijs adhuc Equitibus non mediocriter ornatis stipati. Jucundum verò spectaculum hoc Magnæ Dominæ præsidium exprimebat, quæ pluries Urbem illam, & Gentem à contagione, annonæ caritate, Bellorum angustijs, ac terræmotibus vindicavit.

Post hæc sequebantur præcedente proprio quibusqua Labaro ad pietatem, ac modestiam maximè compositi sacri Regularium Ordines, scilicet Capuccini, Minores Tertij Ordinis, sive de SS. Cosmâ, & Damiano; Minores Observantes, sive de S. Spiritu, Carmelitæ, Minores Conventuales, Eremitani S. Augustini, Dominicani, Canonici Regulares Sanctissimi Salvatoris, Monachi Cassinenses, sive de S. Petro, Canonici Congregationis Lateranensis, Cathedralem interim Ecclesiam subeuntibus, quà privatim ipsis patebat aditus, DD. Officialibus Gubernijs, & Urbis Proceribus elegantissimè undequaque exornatam. Singulis verò per Ecclesiam

miro

miro ordine dispositis D. Episcopus Pontificali habitu indutus, & quidem pro rei dignitate, auream Coronam B. V. capiti imponendam juxta Ritum S. R. E. solemniter benedixit. Benedictione absolutâ inter Buccinatum clangores Ecclesia Collegiata S. Nicolai, & Universus Clerus præeuntibus de more labaris Ecclesiam Nostram processionaliter adibant, quorum vestigia legebat præfatus Episcopus, quem proximè sequebantur sex Tibicines eleganter de more induti; subindeque quatuor Nobiles Adolescentuli longè elegantioribus vestibus ornati Machinam deferentes, cui aurea Corona incumbebat. Succedebant deinde Civitatis Vexillum, Officiales Gubernij, & Urbis Proceres prædicti. Exterior Ecclesiæ nostræ prospectus, Figuris, Hieroglyphicis, & Symbolis ornatus ad rem ipsam accommodatissimis jucundum sui spectaculum omnibus exhibebat, quemadmodum & Obeliscus insignis altitudinis in medio plateæ positus, quam pariter duo fontes ornabant uberrimo aquarum imbre fluentes. Ecclesiæ verò ipsius, & maximè Altaris B. Virgini dicati, ornamenta, & sacræ supellectilis pretium ex hactenus dictis unusquique, si sapiat, conijcere melius potest, quàm exprimere mihi liceat. Cùm ergo Ecclesiam hanc, cujus limina armati Milites ad inordinatos Plebis impetus cohibendos custodiebant, subijssent omnes, qui modo exposito eam processionaliter adierant; Serenissimi verò Principes parata sibi subsellia ascendissent, sicut & Urbis Proceres, & Officiales Gubernii, cæterique suis essent Locis dispositi D. Urbis Prior Coronam auream è machinâ prædictâ in Pateram quandam amplissimam deauratam translatam gravi Corporis Habitu, & ad Majestatem composito ad Aram Virginis se conferens, eique flexis genibus Civitatis nomine obtulit, Generali Ordinis Nostri Lucchesinio ibidem ex industriâ præsenti in Manibus tradens, qui B. Virginis nomine eam acceptavit rata habens, & valida conditiones, & pacta, quæ in publico Instrumento præcedente die inierant DD. Agentes Urbis, & DD. Præsidentes Congregationis Fabricæ. Quibus habitis P. Generalis Coronam ipsam D. Episcopo reverenter tradidit, qui Habitu semper Pontificali indutus, & à Ministris stipatus, ad Imaginem B. Virginis accessit, quæ proinde statim pretiosissimo remoto sipario detecta Populo fuit, non sine ingenti ejusdem Populi plausu, qui lachrymis obortis ad pietatem maximè inflammabatur, ejusque Capiti aureum Diadema imposuit, interim resonantibus Tubis, & Bellicis tormentis. Post hæc exquisitissimè hymnum *Te Deum laudamus* symphoniaci è variis Italiæ Urbibus acciti cecinere, quo absoluto Orationem dixit Episcopus pro gratiarum actione. Deinde eodem ordine Cathedralem Ecclesiam omnes rediere. A Meridie celebrata fuere solemnia tum Oratione de laudibus Virginis eruditissima, tum suavissimo Musicorum concentu in persol-
E vendis Divinis Officiis. Post Solis occasum universa illa Regio plurimis hinc inde dispositis accensis cereis, & variis festivis ignibus, harmonicè Tubarum, & Buccinatum plures exhibuit Pietatis, & lætitiæ significationes. Consequentibus item diebus usque ad Octavum habitæ quotidie fuere in eadem Ecclesiâ ab Eloquentissimis Oratoribus nostri Ordinis Orationes de Virginis laudibus, exercitationes Accademicæ, & exquisito Musicorum modulamine celebrata fuere Divina Officia. Solemni denique huic actioni præclaram imposuit Coronidem Serenissimus Dux Franciscus II., qui Civitati Rhegij per aliquos sui Proceres enixè petenti eximia quædam Privilegia concessit. Quæ quidem sint
F satis pro exponendâ, prout Instituti nostri exigit ratio, solemni hac Virginis de Rhegio, sive de Ghiarâ, coronatione, quam si quis singillatim in omnibus sui partibus assequi velit, pietatique suæ satis superque facere, consulere relationem poterit, quam exactissimè de reipsa in lucem edidit anno 1675. Abbas Jacobus Certani Doctor Theologus Collegiatus, & in Universitate Bononiæ Philosophiæ moralis professor, cui me debere fateor quidquid in re propositâ hactenus scripsi.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

Ex *monum. ejusdem Conv.*

G

Enumerantur quædam B. Virginis Dolorosæ, & S. Philippi prodigia, qui eligitur in Comprotectorem Fulginei. Coronis 7. Dolorum conceduntur Indulgentiæ. Prodit sententia pro approbatione cultûs B. Julianæ. Mirandulæ novus Conventus. Referuntur alia Ordini Nostro illustria.

C A P. IV.

Annus recurrit 1675. præ insigni Populorum ex omnibus Orbis Christiani partibus Urbem petentium ad assequendum Jubilæum celeberrimus, quorum Sacramentalibus Confessionibus ex-
H cipiendis in Basilicâ Vaticanâ unâ cum reliquis aliorum Ordinum Regularium Pœnitentiarijs ad id muneris exercendum hoc anno præfecti fuere ex Ordine nostro PP. Magistri Laurentius Giusti de Florentiâ, & Carolus Orsini de Lucâ Provinciæ Thusciæ Alumni. Hoc autem anno æquè ac in superioribus multiplici Prodigiorum genere testari voluit Altissimus, quàm accepta sibi foret Christifidelium erga B. Virginis Dolores, & S. Philippi merita Religio. Apud Scandianum Franciscus Crina Sacerdos sexagenarius in vesaniam actus hoc anno. cùm ipsum Genevera Soragni B. Virgini Dolorosæ addictissima eidem commendasset, ac devovisset eo con-

Assignatur in Vaticanâ Basilicâ Pœnitentiarij Ordinis.

Insanus Virgin. Dolor. Patroc. sui cōpos efficitur,

consilio ad nostram Ecclesiam profecta, fui compos eodem tempore evasit, quo Gineveta in Ecclesiâ orabat; quæ proinde Domum repetens, & incolumem deprehendens adstantibus dixit B. Virgini Dolorosæ incolumitatem hanc acceptam referendam esse, quæ verè constans fuit, licet antea adeò sui impos fuisset, ut & è domo nudus aufugeret, & alia hujusmodi dementiæ signa præstaret.

S. Phil. liberat à colicis. Carolus Gentilis die 29. Julij ritè testatus coram Patribus nostris Tuderti fuit, quòd anno proximè superiori Mense Septembri tres circiter horas æquè ac antea per annum cum dimidio doloribus colicis vehementer affectus, S. Philippi implorato præsidio illicò omninò convaluit.

A Fulminis periculo. Cùm apud Civitellam Tudertini districtûs Dominicâ tertiâ Mensis Julii Seraphinus Petri Filius de dicto Loco meteret, procellâ ingruente super quercum decidit fulmen, quò se receperant Seraphinus prædictus, & Dominica Lactantij Filia Uxor Francisci Filij Petri, Franciscus, necnon Carolus Salvatoris, & Gabriel Fortunati Filij ibidem præsentes opem D. Philippi in tanto discrimine invocarunt, nec sanè frustra, vis enim fulminis Seraphini caput, faciem, & pectus corradentis nil aliud intulit incommodi, quàm quòd capitis crines, & subuculam adussit, Dominicæ verò frontem, & alterum è cruribus, ac pedibus tangens vix ipsam offendit, cum aliàs pereundum ipsis omninò esset.

A pluribus, & gravissimis infirmitatibus. Clarissimi Viri de Gente Gualteriâ ex Urbe veteri Abbas Philippus Antonius, Carolus Trivultius, & Ludovicus Anselmus Germani Fratres die 14. Novembris hujus anni testati ritè fuere, quòd B. Philippi patrocinio plures evaserant infirmitates, immo vel ipsam mortem; Philippus Antonius quidem anno 1670. sanguinis fluxu, & variolis laborans, frustra adhibitis quibuscunque remedijs; Carolus autem Trivultius octo dierum adhuc infans adeò tumefactus, ut fugendo lacti è Nutricis uberibus impar omninò esset, adeòque vitæ ulteriùs producendæ, à D. Annâ Mariâ Genitrice D. Philippo commendatus. Denique Ludovicus Anselmus anno 1666. ob peritonei fracturam de suâ salute valdè periclitatus, cùm omnia Artis medicæ opera incassum adhibuisset; D. Philippi ope imploratâ, & oleo lampadis ante sacrum ipsius corpus in Civitate Tudertinâ ardentis partes læsas inungendi incolumes omninò facti fuere.

Andreas Filius Francisci Tonini de Arimino triennis, cùm præ Tibiarum vitio ipsis insistere non posset, neque ullatenus incedere, sed terræ duntaxat infidendo repere cogeretur, ab ejus Avâ Prudentiâ ad Ecclesiam Servorum ejusdem Civitatis delatus, Divòque Philippo commendatus de repente sese in pedes erigere, & per Ecclesiam incedere liberè cœpit, incredibili stupore affectis astantibus omnibus, roboratis omninò Tybijs, quæ antea funis ad instar contortæ, flexibiles, & debiles ab eodem per terram trahebantur, quæ vis in posterum non omninò rectæ remanserint; quod planè ideò fortè factum fuisse ipsemet Andreas consequentibus temporibus testatus fuit, quia perpetuò, dum viveret, præ oculis haberet, quòd insignis beneficij à D. Philippo accepti memoriam jugiter excitaret, prout ipsemet Andreas rem ipsam Arimini grandior factus ab Avâ ipsâ accepisse testatur.

His, & alijs non paucis huiusmodi signis, quæ passim, & ubique S. Philippi intercessione patrata quaquaversum divulgabantur, Civitas Fulginei commota, ubi pariter è frequentiâ votorum, Tabellarumque, quæ in Ecclesiâ nostrâ ibidem ad ejusdem sancti Altare appensa etiamnum visuntur, luculentissimè constat, quòd & Fulginatenses maximâ illum veneratione prosequuntur, & eosdem ille singulari protectione vindicandos suscepit, P.M. Octavii Beníncasa de dicto Loco ibidem tunc in Ecclesiâ Cathedrali sacras Conciones per Adventum habentis operâ, & studio D. Philippum hoc anno sibi in Comprotectorem elegit, cuius Imago proinde in Aulâ maiori Palatij prioralis dictæ Civitatis expressa coloribus apparet inter Imagines aliorum SS. Tutelarium. Hinc minimè mirû, quòd plurimi ibidem die ejusdem S. P. Solemnis consecratam ab operibus servilibus abstineant, ipsumque sanctificent, ad S. quoque Eucharistiam accedentes. Plurimi in pervigilio ieiunium servent. Aquam nomine S. Patris de more benedictam certatim sibi comparent, & Infirmis curandis adhibeant, sicut & signa quædam, quæ pluribus in Locis Ordinis Nostri fieri solent pro febribus eliminandis, propitium exinde S. P. experti. Triduum autem integrum solemnia S. P. præcedit, campanarum omnium Palatij, sive Urbis sonitus, quæ quidem omnia luculenter ostendunt eximiam venerationem, quâ S. Patrem prosequuntur Fulginatenses. Huius verò electionis Decretum constat ex attestatione authenticâ sequenti.

IN nomine Domini Amen. Fidem facio Ego Notarius Publicus infrascriptus ad præsens Illustrissimæ Communitatis Fulginei à secretis, qualiter in Concilio Generali in eadem Civitate celebrato, servatis servandis juxta morem sub die 27. Mensis Novembris 1675. instante Adm. Rev. P. F. Octavio Benincasâ Ordinis Servorum Beatissimæ Virginis fuit proposita electio, & admissio in Comprotectorem Tutelarem ejusdem Civitatis S. Philippi Benitij, super quâ propositione bo: me: Illustrissimus D. Marcus Cirocchus Consultor præstito juramento consuluit: Che si riceva fra i Santi Tutelari della Città S. Filippo Benizi; il quale, siccome vivendo, risguardò benignamente questa Città con fondarvi un Convento della sua Religione, così anco può sperarsi, che in Cielo possa proteggere: E nella sua Festività si facciano le solite dimostra-

strazione solite a farsi con gl'altri Santi Tutelari. Et facto desuper scrutinio per suffragia secreta juxta morem, fuit dicta propositio admissa omnibus suffragijs favorabilibus repertis, & nemine in contrarium, nec hæsitante quidem; latiùs ex Libro Reformationum dictæ Illustrissimæ Communitatis sub dicto Anno 1675. pag. 235.

Item fidem facio qualiter vigore alterius Decreti ejusdem Illustrissimi Concilij emanati sub die 8. Martij 1675., prout ex Libro Reformationum pag. 153. fuit in Aulâ Majori Palatij Prioralis dictæ Civitatis inter Imagines aliorum Sanctorum Tutelarium per Artificem in Arte peritum coloribus ad vivum expressa Imago dicti Sancti Philippi Benitij in Comprotectorem. & Tutelarem cohoptati, quæ usque adhuc in eodem conspicuo Loco cernitur. In quorum omnium fidem, & testimonium hîc me subscripsi, & publicavi hac die vigesimâ tertiâ Mensis Octobris 1713.

Ita est Justinianus Pagliarinus Fulginas dictæ Illustrissimæ Communitatis à secretis.

Summus itidem Pontifex .2. Ludovico Garzonio Procuratore Generali Ordinis Nostri humillimè instante coronis quibusque septem Dolorum vivæ vocis oraculo indulgentias communes speciali suâ Benedictione concessit, prout constat ex ejusdem Ludovici, atque Sociorum ejus attestatione in Archivio Conventûs Nostri Florentiæ existente. Cùm ab anno usque 1666. Summo Pontifici oblatus fuisset supplex Libellus totius Ordinis nomine, quo petebatur introductio causæ pro approbatione cultûs B. Julianæ Falconeriæ Tertij Ordinis Nostri Sanctitate, & Miraculorum gloriâ illustris, & anno 1673. formari Florentiæ cœpissent coram Episcopo Fesulano Philippo Soldani Judice Delegato à Sacrâ Rituum Congregatione Processus, aliaque ad id necessaria opportunè peracta fuissent, eximio præsertim studio P. Magistri Prosperi de Bernardis Florentini, Viri quidem laude quacumque superioris, & ob felicem hujus Causæ progressum, & ob Literarum præstantiam, & ob alia Ordini Nostro Florentiæ præsertim collata beneficia, de eodem optimè meriti, de quo iterum fusiùs ad annum 1684. in causâ prædictâ B. Julianæ Procuratoris à Generali Lucchesinio specialiter constituti, qui in re propositâ adeò præclarè se gessit, ut in sacrâ Rituum Congregatione una omnium fuerit sententia, quòd processus ille nulli prorsus errori obnoxius esset, immo præ pluribus alijs ad eandem Congregationẽ delatis longè aprior, & exactior, quod ex eò potissimùm eò laudabilius est, quò occultiora erant, quæ ad assequendum intentum necessaria videbantur.Ættereà cum eadem Causa, vitâ functo Soldanio, coram Illustrissimo D. Carolo Francisco Airoldi hoc anno apud Serenissimum Etruriæ Magnum Ducem Apostolico Nuncio ageretur, atque Processus olim inchoatus, uti dicebam, absolutus
E fuisset, die 7. denique Augusti hujus Anni præsentibus Provinciale D. Annunciatæ, Cœnobij Priore, & alijs Patribus, necnon alijs adhuc Personis, tum Ecclesiasticis, tùm Secularibus, idem Nuncius ritè definivit, ac pronunciavit in causâ B. Julianæ constare de casu excepto &c. quæ quidem Definitio, quàm jucunda fuerit Universo Ordini Nostro unicuique facilè colligere licet, quin aliquid aliud adijciam, qui potius ad annum 1678. aliquid longè jucundiùs in re propositâ recensere debeo; subindè verò Romam transmissus fuit totus Processus, ut à Sacrâ Rituum Congregatione prædicta definitio confirmaretur. Hoc pariter Anno Sacrâ Congregatione Concilij annuente die 25. Maij, &
F Breve Pontificio die 13. Julij expedito Ordini Nostro collata facultas fuit Conventum apud Mirandulam de novo recipiendi, cujus origo Nobis modò est exponenda. Anno 1630. die 12. Martij Alexander Bergami dispositione suâ Testamẽtariâ decreverat, quòd Mirandulæ erigeretur Monasterium Monialibus Capuccinis designandum, quas universales sui Hæredes dicebat Rog. Natale Mancrino publico Notario, ipsisque in hæreditate subrogatâ Basilicæ S. Petri de Urbe Fabricâ. Quoniam verò institui non potuit Monialium hujusmodi Congregatio, Alexander II. Mirandulæ Dux Ordini Nostro, ac B. Virgini addictissimus, Locum hunc eidem Virgini concedendum summo studio curavit apud S.
G Sedem Apostolicam, & quomodocumque opus erat, accedente Familiæ Bergami consensu. Itaque rebus omnibus ritè dispositis nomine ejusdem Ordinis possessionem ejus recepere Patres Magistri Aurelius Nannini de Bononiâ, & Claudius Maria Viani Provinciæ Romandiolæ Socius, cui Locum hunc aggregatum esse voluit Serenissimus Princeps, de quo rogatus fuit Philippus Supari Publicus Notarius, & Cancellarius Rhegiensis die 1. Augusti 1675. Die autem 19. Novembris idem P. Magister Nanninius huic Conventui primò Præfectus cum reliquis Patribus, & Fratribus ibi de Familiâ designatis, institutâ Procesfione Aram Principem undequaque completam adiit, & consuetis Eccle-
H siæ ritibus S. Patri Philippo dedicavit, sicut & ipsam Ecclesiam, sacris ibidem operatus est, & Clausuræ terminos Conventui imposuit: subinde in perenne gratiarum testimonium decrevere Patres semel per singulas hebdomadas Missam pro Serenissimi Ducis salute celebrandam esse, quotidie verò pro animâ Alexandri Bergami Fundatoris, cujus Corpus anno 1679. in hanc Ecclesiam transtulere, & honorificè tumularunt, quòd ad eundem annum dicemus, quemadmodum de nonnullis alijs honorificis ad annum proximũ sequentem anno 1676.

Ex quo plurimi occasione Jubilæi peregrè quoque profecti Urbem petebant celebriores

quæ-

quædam Laicorum Confraternitates Florentiam pertranseuntes Ecclesiam Nostram D. Annunciatæ solemni pompâ adiere, pari quoque pompâ ab ejus Cœnobij Patribus exceptæ, quoad Musicos concentûs, & insignem Luminum copiam, præsertim verò die 20. Maij Confraternitas Sanctissimi Crucifixi Servorum de Patavio, cui tanquam Corrector præerat quidam P. Magister Servita, qui pro inde ab iisdem Patribus exceptus in Cœnobio fuit: insequente verò die Societatis S. Philippi Confratres prædictæ Confraternitatis Sodales primùm in suis Ædibus opportunè refectos, deindè per Urbem processionaliter, prout moris est Florentiæ ad ejusdem Urbis Portas usque non mediocri pompâ associarunt. Quo pariter anno eandem Ecclesiam D. Annunciatæ die 20. Julij processionaliter adiere, præcedente eorum Vexillo bis centum septuaginta Christifideles à Barbarorum captivitate vindicati eximiâ virtute Equitum D. Stephani Papæ, & martyris, qui prioraliâ ex eorum Triremibus captâ centum viginti Barbaros cum Ciriffo Mauro in servitutem redegere. Ad ejusdem D. Annunciatæ Altare pariter Missam hoc anno celebrarunt DD. Cardinales Leopoldus Princeps ab Etruriâ die 26. Julij, Nicolaus Accajoli de Florentiâ die 2. Decembris, & Albritius die 9. ejusdem, qui in Cœnobio nostro Hospitio fuerat exceptus, cui proximè antea valde diuculò detecta fuerat Sacratissima Virginis Imago, & iterum die 10. Missam ibidem celebravit; insequente verò die ejusdem Mensis undecimâ frequentissimo Populo inspectante detecta iterum fuit Domino Cardinali Houvard de Norfolck Angelo ex Ordine Prædicatorum, qui deinde Missæ ad idem Altare celebratæ reverenter interfuit. Cùm Sacra Congregatio super statu Regularium auctoritate Sanctissimi D.N. Papæ Clementis X. Mense Julio Decretum quoddam edidisset, quo Regularibus omnibus absolutè vetuerat in Conventibus sd Habitum recipere Tertiarios, Oblatos, Clericos, Hospites, aut educandos ante ætatem aliàs, & iterum modò præscriptam, Regulares ipsi unanimi consensu apud eandem Sacram Congregationem gravissimis rationum momentis suadere contenderunt plurimum incommodi ex ejus Decreti observantiâ Sacris Ordinibus accedere, quamobrem Sacra eadem Congregatio Mense Septembri præfato Decreto moderationem adhibuit, Regularibus omnibus valdè favorabilem, prout constat ex sequenti Decreto.

Detegitur Sanctissima Imago, ad cujus Altare Missam celebrant Cardin.

Moderatio Decreti de non recipiendis ad Habitum Tertiarijs, & Hospitibus.

A

B

C

D

Die 5. Septembris 1675.

Sacra Congregatio super statu Regularium proposito Decreto nuper emisso ab eadem Sacrâ Congregatione de Tertiarijs, & Hospitibus, atque aliis non recipiendis ad Habitum in Monasterijs, seu Domibus Regularium ante ætatem legitimam, declaravit quoad Clericos jam receptos posse retineri, si in 14. ætatis suæ anno sint constituti, dummodo in Habitu in Novitiatu permaneant, & quoad Conversos si in decimo octavo, quoad cæteros verò omnes, qui non sunt constituti in dictâ ætate supersedeatur, ac suppliceant. In posterum Decretum observetur omninò &c.

Speciali ejusdem Summi Pontificis Indulto Prior Generalis, necnon Procurator Generalis in præsenti Magistratu respectivè confirmati fuere ad aliud sexennium, cujus exordium auspicaretur anno 1678., quo alias habenda erant Comitia Generalia, quæ tamen, ut infra videbimus, habita reipsâ fuere. Aretijin Etruriâ D. Cardinalis Nereus Corsini Ordinis nostri Protector, & ibidem Episcopus die 21. Decembris solemnem Ordinationem in Ecclesiâ nostrâ habuit, quâ centum decem & octo Clericos initiavit; ex quò pariter, ac ex alijs argumentis constabat Eminentissimi hujus Domini erga Ordinem Nostrum benevolentia. Cùm ad componendas Controversias iterum excitatas inter Patres D. Annunciatæ de Florentiâ ex unâ, & PP. Eremitas Montis Senarij ex alterâ Partibus, quoad præstationes quasdam annuas, & jurisdictionem anno proximè superiori, P. Generalis Lucchesinius re prius cum Nereo Cardinali Corsino Protectore communicatâ, & ex ipsius sententiâ, tanquam legitimus Compromissarius unanimi utriusque Partis consensu electus fuerit, Laudom tulit à Summo Pontifice hoc anno speciali Breve confirmatum, quod in Archivo D. Annonciatæ de Florentiâ servatur.

Superiores Ordinis in Officio confirm.

Postremò non sine lachrymis recolenda Nobis occurrit hoc anno Callisti Puccinelli Archiepiscopi Urbinatis mors, qui cætero qui ob eximia eius merita immortalitati consecrandus videretur; Vir enim iste eo præstabat ingenio, eaque eruditione, ac sapientâ, ut ijs potissimùm acceptum referendum videatur, quòd supremos in Ordine Magistratus obierit, à Regiâ Celsitudine Christinæ à Franciâ Ducissâ Sabaudiæ, cæterisque Domûs illius Regiæ Principibus tantis cumulatus honoribus fuit, ubi Quadragesimales incredibili plausu Augustæ Taurinorum Conciones habuit, & Ordini Nostro præsens Cœnobium SS. Salvatoris comparaverit, Viris Principibus, S.R.E. Cardinalibus, alijs Ecclesiæ Proceribus, Summisque Pontificibus acceptissimus fuerit, qui ob ejus in dicendo elegantiâ, doctrinæque amplitudinem mirâ suavitate tenebantur, quòd ad Urbinatem Ecclesiam regendam assumptus fuerit, & in lucem ediderit varias Conciones de laudibus Apostolorum sub uno Codice collectas, cui titulus inscribitur *Firmamento Apostolico*; ediderit quoque compendium Historiæ, quod de Tridentino Concilio scripserat Sforza Pallavicinus. Hic igitur Præsul de Ordine nostro optimè meritus ob eximia beneficia eidem passim collata, sive in excolendis Literis, earumque studijs promovendis, sive in eo administrādo, adeo-

Obitus, & laudes P. Callisti Puccinelli Archiepiscopi Urbin.

adeoque ob insigne decus, quod eidem Ordini ex eius eloquentiâ, doctrinâ, & regendi methodo accessit 65. ætatis annum agens, E die 12. Aprilis hujus anni extremum moriens sui desiderium Nobis, & eruditis omnibus reliquit, solemni pompâ de more in Ecclesiâ suâ Metropolitanâ ad Prædecessores suos appositus.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

1 EX *monum. dd. Conventuum.*
2 *Ex Reg. Gen.*
3 *Ex Arch. Conv. Florentiæ.*

Moritur Clemens Papa X. Succedit Innoc. XI. Decretum adversus Contumaces. Ponitur F *primus lapis Conventûs Novellaræ. Transfertur Corpus B. Julianæ, pro cujus Beatificatione formantur Processus, & introducitur Causa in Sacrâ Congregatione. Aretij Ecclesia Nostra decoratur. Mirandulæ erigitur solemniter Societas Habitus.*

CAP. V.

Clementis X. obitus, & laudes

DEploranda sanè hoc anno recensenda Nobis occurrunt, & Ordinis Nostri incremento haud mediocriter adversa, Clemens enim Papa X. octogesimum sextum ætatis annum agens die 22. Julij hujus anni ex hac luce migravit incredibile Nobis suum desiderium relinquens, post- G quam sederat annos sex, Menses duos, dies viginti tres ob varia egregiè gesta immortalitate nominis consecrandus, utique de Christianâ Republicâ optimè meritus, præsertim verò de Ordine Nostro, cui plurima, eáque illustria contulit beneficia, prout è superiùs dictis apparet, inter quæ primas obtinet solemnis B. P. N. Philippi Canonizatio, pro cujus complemento Sanctitas Sua nil intentatum omisit, cui proinde urgente potissimùm P. Generali Lucchesinio universus Ordo Noster per singulas Ecclesias longè majori pompâ, prout earum ferebat conditio, justa persolvit. Paulo verò antequam è vivis excederet, Mense nimirùm Junio ad iteratas preces Procuratoris Nostri Generalis humillimè pe- H tentis 1. Decretum aliquod, quo superioribus Conventuum quibusque iterum prohiberetur intra Claustra recipere contumaces Justitiæ in Causis criminalibus sub interminatione gravium pænarum, ex quò Superiorum Ordinis Majorum præcepta in re propositâ aliàs Prioribus Conventuum imposita neglecta hactenus fuissent, à Sacrâ Congregatione sequens rescriptum emanavit.

Decretũ adversus Cõtumaces intra Ordin. Claustra degẽtes.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. *Cardinalium negocijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis expositis, censuit Oratoris precibus indulgendum, prout præsentis Decreti tenore indul-* E *sit, & contra delinquentes P. Magister Generalis ad privationem vocis activæ, & passivæ procedat. Romæ 26. Junij 1676.*

Card. Gaspar Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Joannes Baptista Spinula Archiep. Jan. Secret.

Innoc. XI. ad Pontifi. catum assumptio.

Successit autem in Pontificatu Cardinalis Benedictus Odescalchi è Como ad Thronum assumptus die 21. Septembris nuncupatus Innocentius XI. præ senili prudentiâ, gravitate consilij, & sanctitate Vitæ generali totius Orbis Christiani plausu exceptus, quem plurimum eidem profuturum esse omnes augurabantur, cujus vaticinij veritatem reipsâ com- F probavit eventus, quemadmodum ex iis luculentissimè constat, quæ de ejus gloriosè gestis plures disertissimè scripsere.

Hoc pariter anno D. Episcopus Civitatis Castelli F. Joseph à S. Mariâ de Sebastianis ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum Judex à sacrâ Rituum Congregatione delegatus per Literas remissioriales sub datum Romæ die 21. Martij 1676. super Processu fabricando ibidem super recognitione Imaginum, & Vexilli B. Julianæ Falconeriæ, instante P. M. Henrico Raineri Conventûs nostri Typhernatensis eo temporis Priore, & in hac Causâ Procuratore à P. Generali specialiter electo, Processum juxta mandatum, quam diligentissimè formavit, ac die 13. Maij ejusdem anni G ritè clausum, & obsignatum ad Sacram Congregationem deferendum decrevit; quo ad Urbem delato, P. M. Prosper Bernardi de Florentiâ aliàs memoratus eò ad id vocatus Processus hujus, sicut & alterius, quem anno superiori Florentiæ absolutum diximus, & Romam transmissum, summarium exactè formavit, indeque causa approbationis cultûs B. Julianæ introducta in Sacrâ Rituum Congregatione fuit. Interim Patres Cœnobij D. Annunciatæ de Florentiâ promovendo cultui Beatæ hujus Virginis summoperè intenti è re esse unanimiter censuerunt, quod Veneranda ejusdem ossa, quæ antea in varijs arculis dispersa, decenti quidem formâ asservabantur apud illam nostram Ecclesiam, simul coniun- H cta longè decentiùs publicæ venerationi exponerentur, quemadmodum ab obitu ipsius Beatæ Julianæ ad annum usque 1569., scilicet per annos 228. integrum ipsum Corpus eodem cultu ibi repositum jacuerat; prædicto enim anno cùm removenda foret Altaris illius Mensa B. Julianæ sepulchrum adeò præ carie confectum deprehenderunt Patres, ut opus omninò fuerit veneranda illa Ossa, quasi per modum provisionis in duabus præfatis Urnis primum ligneis, deinde argenteis anno 1569., deinde anno 1672. reposita, & ad invicem proinde divisa in sacrario ejusdem Ecclesiæ, ubi reliquæ decenter servantur Sanctorum Reliquiæ, collocare. Itaque die 11. Sep-

11. Septembris hujus anni coram Notario, ac testibus extracta fuere Ossa prædicta è duabus argenteis Urnis, in quibus hactenus reposita colebantur, deinde verò Anatomici operâ suis quæque Locis apposite aptata, ac Integrum Corpus undequaque unitum apparuit, partibus quibusdam exceptis, quæ tum Oeniponte in Ecclesiâ Præsentationis B. M. Virginis, tum in sacrâ Eremo Montis Senarij, tum Pisis in Ecclesiâ nostrâ, & alibi, honorifice dono datæ, ut aliàs diximus, asservantur, & Integro Habitu indutum, qualem gestare solent juxta Legum præscripta Tertij Ordinis Nostri Sorores, & qualem Ipsa, cùm viveret, gestabat. Post hæc intra ligneam deauratam arcam reconditum, ac intus decenter ornatam clausum ritè fuit, unà cum votis argenteis, atque cartaceis, & sub Altare Capellæ Gentilitiæ de Falconerijs, uti prius in eadem Ecclesiâ Nostrâ collocatum, appositâ ante ipsum lampade jugiter ardente, quod tamen consequentibus annis in arcam elegantiorem translatum super idem Altare longè meliori consilio, prout alibi dicendum erit, scilicet ad annum 1694., collocatum fuit. Translationis autem, & unionis præsentis habitum fuit publicum Instrumentum, de quo rogatus fuit Ser Gherardus Salvini Notarius publicus Florentinus, quòd unà cum alijs Instrumentis specialesalias Corporis hujus translationes concernentibus in Archivo .2. Nostro prædicti Cœnobij quamdiligentissimè servatur, in exteriori ejusdem Arcæ facie omnium oculis exposita patet proximè sequens inscriptio statim ab ejus obitu exarata, quæ juxta temporum illorum consuetudinem plures B. Julianæ Virtutes paucis complectitur.

Transfertur Corpus B. Julianæ.

Juliana, Miraculis illustris,
Virginalis Gloria Falconeria
Florentiaque, ac Religionis Servorum
Grande decus
Sanctum Patrui Alexij animum imitata,
Qui unus ex septem Nostri Ordinis
Conditoribus fuit:
E Cœlo, unde venerat
In Ortu duplicis Solis
Sol ipsa ridere visa est.
Anno Domini MCCCXLI.
Die XIX. Junij
Florentiæ sep.
In Ædibus D. Annunciatæ.

Serenissimis Mirandulæ Principibus Ordini .3. nostro addictissimis, & Sacri Habitûs Nostri studiosissimis enixè petentibus, annuente P. Generali Lucchesinio ibidem erecta solemniter in Ecclesiâ Nostrâ hoc anno fuit Societas Habitûs Septem Dolorum B. Virginis Titularis Nostræ, ac Patronæ, non mediocri pompâ. Nam pluribus Ordinis Nostri Patribus è finitimis Conventibus eò coactis, ferè nimirùm quadraginta, quibus etiam adhuc plures alij accessissent, nisi acris hyems obstitisset, die 6. Januarii, quæ fuit prima ejusdem Dominica, in Ecclesiâ Cathedrali super Aram Principem exposita ab iisdem fuit B. Virginis Dolorosæ Statua eleganter de novo fabrefacta, quæ mox iisdem Astantibus à D. Ecclesiæ Præposito solemni ritu benedicta fuit, qui subindè Missam inter Musicos concentus solemniter cantavit; quâ absolutâ P.M. Celsus Viccioni Brixiensis Bononiæ eò temporis studiorum Regens, & primi nominis Orator, deinceps verò præstantissimus Serenissimæ Reipublicæ Venetæ Theologus coram prædictis Principibus, & frequentissimo Populo Orationem aptissimam habuit de B.V. Mariæ Doloribus, ac de Sacri Habitûs nostri excellentiâ ad Populi pietatem excitandam. Postea verò ante Venerandam Imaginem undequaque luminibus, & decenti apparatu ornatam jugiter assistentibus duobus Patribus Servitis Cottâ indutis, & Stolâ à meridie ibidem convenere reliqui Ordinis nostri Fratres, omnesque Laicorum Confraternitates, Divina solemniter ad Vesperas æquè ac ad Missam celebrata fuere, deinde institutâ supplicatione præibant Confraternitates prædictæ labara sibi propria præferentes, insequebantur autem Patres, hi verò æquè ac Confratres prædicti Cereos accensos præ manibus habentes, denique sacra Deiparæ imago proximè præcedentibus Patribus Sacerdotali Habitu amictis, & Clericis Thuriferarijs ab iisdem Confratribus alternis vicibus deferebatur, sicut & Baldachinum eorum operâ elaboratum, quibus tamen aderat alter è nostris Stolâ indutus, & Cottâ, ut in Locis Sacris eandem regeret Imaginem, quam maximè sequebantur Serenissimi Principes omnes, Virique primarii, & universus Populus. Hoc igitur ordine procedentes, & Oppidum undequaque lustrantes ad Ecclesiam Nostram devenere, in quâ supra Aram principem pariter sacra præfata Imago collocata honorificè fuit inter festivos Campanarum omnium sonitus, & arcis boatus, nec non inter Musicos concentus, qui pariter toto Processionis tempore perseveraverant. Quiescentibus autem omnibus P.M. Bonaventura Zanucchi Servita de Mantuâ disertissimè ad Populum Concionem habuit de Laudibus Sacri Habitûs Nostri, & eundem Populum contendens ad piè recolendos B. Virginis Dolores. Oratione completâ Serenissimi Principes omnes primùm è Manibus P. Magistri Aurelij Nannini de Bononiâ ibidem tunc Prioris insigni pietate sacrum Habitum publicè excepere, quorum exemplum sequuti tum Viri Nobiles, tum cæteri, quasi ad invicem certantes eundem induere gestiebant, non sine ingenti animi gaudio in lacrymas etiam soluti. Solemnis hujus cæremoniæ instrumentum publicum habitum fuit ipsâ die, de quo rogatus fuit Ser Joseph Barcoli publicus Notarius, & post solis occasum festivis ignibus magnâ luminum copiâ per Oppidum, & Arcis ipsius plausibus eximia

Erigitur Mirandulæ ritu solemni Societas 7. Dolor. B.M.V.

mia conceptæ lætitiæ prosequebantur argumenta. Cœsenæ verò in Ecclesiâ Nostrâ hoc anno, ubi situm Altare est S. Carolo dicatum ab Eminentissimo D. Cardinali Albitio eodem anno magnificè extructum, detecta fuit post 155. annos Operis hujus occasione sacra quædam Imago B.M.Virginis dictæ de Constantinopoli, indeque ad Altare solemniter translata Dominicæ Passioni nuncupatum, ubi præcipuâ veneratione colitur, ejusque beneficentiam expertos omnes fuisse testantur plura argentea Vota ante ipsam appensa. Apud Novellatam etiam priori Ecclesiâ posthabitâ unà cum Cœnobio, de quo ad annum 1521. Illustrissimus, & Excellentissimus D. Comes Alphonsus die 24. Octobris primum lapidem posuit pro Conventûs illius erectione, sicuti anno 1654. die 6. Septembris primum lapidem pro novâ Ecclesiâ sub titulo S. P. N. Philippi ædificanda posuerat, quam demum absolutam anno 1674. die 24. Maij Joannes Vincentius Lucchesinius Lucensis totius Ordinis Nostri Prior Generalis, præsente D. Comite Alphonso prædicto unà cum omnibus Patribus, & quidem plurimis ad hanc celebritatem ex industriâ convocatis, solemniter benedixit, & in eâdem Divina primus peregit Mysteria suavissimo Musicorum concentu, Generalem verò, ac Patres idem D. Comes præmissis varijs de more lætitiæ significationibus, bellicorum nempe tormentorum boatu, tubarum sonitu, & alijs hisce similibus opiparo convivio in proprio Palatio excepit. Omnia quidem non sine eximiâ Dominorum, ac Principum illorum pietate, ac munificentiâ magnâ totius Populi exultatione, & summo Ordinis nostri decore, quòd semper Principes illi summo studio promovere certatim consueverunt. Præthereà Eminentissimus Nereus Cardinalis Corsini Ecclesiam nostram Aretij decorare haud mediocriter voluit, cum singulis Quadragesimæ Dominicis hoc anno Religiosa quædam Oratoria habenda ibidem curavit musicis adhibitis Cantoribus, & Orationibus, quas Viri Civitatis Primatij magnâ Populi frequentiâ habebant.

Cesenæ Imago B.M.V. solemniter trāsfertur.

Novellaræ nova Eccl. construitur, & solemniter benedicitur.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex Arch. Conv. Florentiæ.*
3 *Ex monum. d. Conv.*

De quartâ S. Philippi translatione, & nonnullis Miraculis. CAP. VI.

CUM valdè humilis esset, & veneratione, quâ S. Patrem Philippum Ordo Noster, ac Tudertini maximè prosequebantur, minus consentanea Ecclesiæ fabrica, ubi ejusdem Sancti Corpus ab anno 1599., quo à veteri Ecclesiâ S. Marci translatum solemniter fuerat, prout ad eundem annum Gianius, quiescebat, P. Generalis Lucchesinius insigni erga S.Philippum pietate, & eximiâ animi sui nobilitate commotus Universum Ordinem vix administrandum susceperat, cùm anno 1671. operam omnem dare cæpit, ut Ecclesia prædicta in augustiorem formam redigeretur, & Sacra D. Philippi Ossa longè honorificentiùs asservarentur. Itaque ail intentatum relinquens Ecclesiam ad eam amplitudinem, elegantiam, & venustatem, quæ adhuc visitur, brevi redegit, proposito autem sibi consilio, & quidem optimo, longè magnificentiùs Altare eidem Sancto excitandi, dum actu restaurabatur Ecclesia, Venerandum D. Philippi Corpus eodem anno 1671. intra suam Urnam reconditum ab Arâ principe translatum fuit ad aliud Altare, quod vulgò dicitur *de Reliquijs* propter varia Sanctorum lipsana, quæ ibidem reposita coluntur, recognitis antea ritè per publicum Notarium, ac Testes tribus Sigillis Episcopi, Senatûs, & Ordinis Nostri eidem Urnæ impressis anno 1599., quo translatum fuerat, uti nuper dicebam, ad Ecclesiam hāc S. Mariæ Gratiarum, quibus pariter sigillis obsignata modò fuit nucea quædam Arca, in quâ reposita nunc fuit Urna prædicta apud Altare præfatum Reliquiarum asservanda, donec Altare de novo extruendum, absolutum fuisset. Hoc sanè absolutum omninò erat anno 1675. juxta Ideam Mathiæ de Rossi Romæ commorantis undequaque marmoreum, cujusmodi etiam est Statua elegantissima D. Philippo super idem Altare erecta Equitis Naldini opere in Urbe elaborata, necnon columnæ duæ è marmore Gallico eidem Altari incumbentes non mediocri artificio fabrefactæ. Verùm ad hoc Altare recèns extructum translata nondum fuere Sacra D. Philippi Ossa, tum quia Franciscus Iacchini Tudertinus inscriptionem quandam ibi apponendam contendebat, quâ significabatur totum illud Opus sibi tribuendum, cui mille duntaxat scuta Monetæ Romanæ eroganda promiserat, & in Monte Pietatis deposuerat, quod Ordinis Nostri Patres minimè patiebātur, eoquòd sexcenta scuta ipsi superaddidissent; tum quia Civitas Tudertina in promptu adhuc non erat ad pompam illam exhibendam, quam in translatione prædictâ magnificè præstare meditabatur. Tum quia è Tudertinis plerique summoperè cupiebant S. Philippi Corpus processionaliter per Urbem deferri, quibus profectò Servitæ non consentiebant. Itaque plura hinc inde dissidia Iaccinum inter, & Servitas excitata fuere, sed cum ipse vitâ interim functus fuisset, & P.M. Henrici Philippi Ranieri Typhernatensis Conventus Nostri Tudertini id temporis Prioris præcipuo studio, & validissimo D. Jacobi Fantuzzi Gubernatoris præsidio, Senatus Tudertinus, posthabito consilio inscriptionis prædictæ apponendæ, & Venerandi Corporis per Urbem dese-

Quarta S. Phil. translatio describitur.

deferendi, ipsum tandem hoc anno ad Altare recèns extructum transscrendum decrevit, A
qui proinde per Literas P. Generali Lucchesinio significavit paratissimum se esse ad Translationem hoc anno habendam Dominicâ in Albis, ab eodem enixè petens, ut eorum votis in bac re satis superque faceret, quemadmodum per humanissimas Literas idem P. Generalis satis omninò fecit. Itaque habito unanimi omnium consensu Ecclesia pretiosâ supellectili magis, quàm fieri poterat, per Dominos deputatos instructâ, parique pompâ exornato Altari, plures Servitæ è finitimis Conventibus convocari Tudertum petiere, deinde non Dominicâ in Albis, prout aliàs decreverant, sed proximè sequenti die, 26. nimirùm Aprilis, P. M. Octavij Benincasa Fulginatensis Provinciæ Romanæ tunc Præfecti B
operâ in Ecclesiâ Cathedrali præmisso D. Episcopi Edicto in unum convenere cum Ordinis nostri Fratribus Clerici omnes Seculares, reliqui Sacri Regularium Ordines, & Laicorum Confraternitates. Omnibus autem ritè dispositis instituta fuit ab Ecclesiâ eâdem Cathedrali supplicatio hoc modo: Præcedebant Confraternitates, insequebatur Vexillum S. Philippi egregiè elaboratum, quod jampridem tempore nimirùm Canonizationis ex Urbe eò transmiserat P. Lucchesinius à duobus Laicis delatum, quatuor cordulas tamen quatuor Servitis Regentibus; subinde præeunte eorum Labaro procedebant Servitæ numero ferè 40., cum plerique alij interim ob varia ministeria Ecclesiæ, & Sacrario C
adessent, sequebantur deinde Reliqui Regularium Ordines, & universus Clerus Ecclesiam Nostram adeuntes; denique procedebant D. Episcopus Joseph Pianetti, Senatus Tudertinus, DD. Canonici Sacris omnes vestibus induti, sive Planetis, sive Tunicellis, sive Dalmaticis, necnon DD. Deputati. Hi verò omnes unà cum Servitis Ecclesiam nostram ingressi, cæteris exclusis, præsentibus duobus Notariis D. Petro Lucij Cancellario Episcopali, & D. Joanne Mariâ Rotâ nomine Civitatis actioni sequenti interfuere. Reserata fuit Arca Major, sive, ut veriùs dicam, confracta, quòd præ nimiâ humiditate rubigo seras confecisset, & lignum ipsum loco D
moveri nonnisi ægerrimè posset, quam Arcam commodarant quidem PP. Sanctissimi Crucifixi, cùm sacrum D. Philippi Corpus anno 1671., ut diximus, ad Altare Reliquiarum translatum fuit, hac autem die iisdem restituere Servitæ, quam subinde in Loco quodam conspicuo Ecclesiæ suæ collocarunt, utpotè veneratione dignam ex eo, quòd aliquot annis ibi recondita jacuerit D. Philippi Urna. Reseratâ, inquam, Arcâ prædictâ, & ritè recognitâ Urnâ, ubi Sacra D. Philippi Ossa recondita jacent, recognitis pariter à præfatis Notarijs tribus memoratis sigillis, habito de hac re Instrumento, ab Assistentibus D. Episcopi eadem Urna excepta eleganti cuidam artefacto auro, & argento undequaque distincto ad id formato imposita fuit, tunc verò universo spectante Populo super Aram principem recèns, ut diximus, extructam in loco sublimi collocata. Interim singulis summâ pietate commotis lateres, & cœmenta, quibus obstructa erat lignea Arca apud Altare Reliquiarum, ut diximus, certatim incredibili studio asportantibus, ne minimum quid ex iisdem brevi ibi superfuit, quantumlibet anathematis minas prædicta quæcumque asportantibus intentaret Episcopus. His habitis D. Episcopus Tudertinus Missam solemni ritu ad idem Altare cantavit eleganti Musicorum concentuum harmoniâ; cùm verò ad Offertorium pervenisset, D. Episcopus Assisiensis Ludovicus Justiniani ex Ordine nostro non sine speciali eruditorum plausu de S. Philippi laudibus disertissimam Orationem habuit. A' meridie verò Servitæ eâdem Musicorum concentuum pompâ Divina ad Vesperas celebrarunt Officia. Insequenti die, 27. nimirùm Aprilis, Missam in Pontificalibus pariter constitutus, æquè solemniter cantavit D. Episcopus Justiniani ipsi assistente P. Provinciali, munus autem Diaconi, & Subdiaconi obeuntibus præcipuis quibusdam Patribus Magistris. Tertiâ denique die, nimirùm 28. Aprilis iterum Tudertinus Episcopus in Pontificalibus Missam pari solemnitate cantavit; post Vesperas autem eadem pompâ persolutas D. Philippi Urna coram D. Episcopo Tudertino, Senatu, Canonicis, necnon Ordinis nostri nomine D. Episcopo Assisiensi, P. M. Benincasâ Provinciale, P. M. Ranieri Priore, & aliis ejusdem Ordinis Patribus, iisdem Notariis præsentibus, & super hoc rogatis, necnon pluribus Testibus è sublimi Altaris Loco, quo per triduum illud exposita fuerat, accepta, quamvis plumbo undequaque cooperta, adhuc tamen, ut Tudertinis satis abundè fieret venerandi hujus Depositi asservandi studiosissimis, laminis ferreis undequaque pariter obducta fuit, quæ pariter ferreis octo quasi cingulis præcinctæ fuere, ut laminæ illæ firmius conjunctæ servarentur, quos insuper cingulos alius æquè ferreus complectitur. His omnibus circumvoluta prætereà fuit in speciem Crucis vitta serica purpurea, & hispanicâ cerâ tribus consuetis sigillis, nimirùm Episcopi, Civitatis, & Provinciæ nostræ Romanæ fideliter obsignata. Mox verò ad ejusdem Urnæ oscula admissi primùm fuere Assistentes D. Episcopo sacris Vestibus induti, deinde universus Populus, qui miro impetu urgebat, ut ad sacram Urnam accederet; hìc autem obiter notandum videtur, quòd etsi per integrũ hoc triduum ad solemnem hanc cæremoniam plurimi convenerint, tum Cives, tum Exteri, nullus tamen contigit tumultus, cui planè consuluere prudenter Deputati opportunis Custodibus ad Ecclesiæ fores perpetuò adhibitis. Postmodum Urna prædicta, in quâ

adbuc

adhuc Ossa solida superesse, neque in Cineres redacta deprehensum è strepitu fuit, quem edidere, cùm è sublimi prædicto Altaris loco mota nuper fuit, in aliâ Urnâ eleganti marmore recens constructa recondita fuit, cujus operculum, utpotè tunc in varia distractum, glutine, alijsque hujusmodi Materijs, quas adhibere solent Lapicidæ, iterum unitum, & in omnibus angulis plumbo obstructum, ita quidem, ut à reliquo Urnæ corpore inseparabile sit, nisi frangatur, ac subinde subtus Altare de novo excitatum collocata, accedentium oculis cæteroqui conspicua per ovalem quandam fenestram satis amplam in marmoreo Altaris antependio formatam, licet ipsi inserta modò sit crates ferrea elegans, & deaurata. His babitis cecinere solemniter Hymnum *Te Deum laudamus*, deinde DD. Episcopi, cæterique omnes ad propria reperentes discessere. Insequente verò nocte clausis omninò Ecclesiæ foribus exterior Urna marmorea præsentibus semper duobus è nostris Patribus, & pro Episcopo duobus alijs, sicut & pro Civitate, crate ferreâ admodum validâ undequaque circumdata fuit, quæ muro inserta firmiter est, necnon marmorea Altaris Mensa suis iterum aptata locis, & plumbo obsignata, sicuti fuerat, & Urna prædicta, cui in hoc Loco, prout opus erat, collocandæ, amota illa fuerat. Absoluto tandem hoc opere, quòd integram noctem exegit, manè proximè sequente P. Provincialis prædictus ad idem Altare Divina solemniter peregit Mysteria inter Musicos concentus, cui Patres de more astitere, eáque ratione solemnitati propositæ coronidem imposuit. Hisce pariter diebus P. idem Generalis duas argenteas thecas ex Urbe Tudertum transmisit, in quarum alterâ asservantur honorificè calcei ex junco marino contexti, quos adhibebat D. Philippus, in alterâ verò crepidæ ejusdem Sancti Patris, quos ei dono dedisse B. Claram de Monte Falco ex inscriptione quadam colligitur iisdem crepidis appositâ; sicut & ab anno usque 1618., aliam quoque thecam argenteam, sed longè majoris ponderis dono dederat D. Franciscus Maffei, in quâ reposita coluntur eburnea Christi Domini è Cruce pendentis Imago, lignea Corona è globulis precatorijs contexta, ejusdemque Tunica, quam abusivo nomine, prout oculatus Testis Archangelus Gianius Cent. 4. lib. 6. cap. 7. ad annum 1603. animadvertit, sanctam Clamydem, seù Cappam appellant, quam Tudertini publicæ venerationi exponendam, & aliquando per Urbem processionaliter deferendam in publicis quibusque calamitatibus singulari studio curare solent. Hic pariter in arculâ ligneâ asservatur ejusdem S. Patris Pileolus, qui passim ad Infirmos defertur ejus opem haud temerè implorantes.

Asservantur honorificè Tuderti Calcei, Crepidæ, & Tunica S. P. Philip.

Hic autem è re natâ opportunum arbitror mirabilia quædam intercessione D. Philippi ad ejusdem sanctitatem contestandam ab Altissimo patrata apponere. In primis die 14.

E Junij anni proximè superioris 1676. Joseph Sabbatini Filius à Turre de Nicolâ in Loco quodam degens, qui vulgò dicitur *le Cortine di Todi*, ad Ecclesiam nostram Tuderti D. Philippi Corpus veneraturus accedens, ritè testatus fuit, quòd sexta die ejusdem Mensis decidens fulmen sul cujusdam Filioli, nomine Pauli Antonij, caput percusserat, totumque dorsum corraserat; Joseph, ejusque Conjux Maria Victoria valdè commoti eò statim accurrentes advertère, quòd prædictus Filiolus per dorsum ad latera usque ignem conceperat, & proximè moriturus habebatur, quin motum aliquem, vel alia quæcunque vitæ indicia exhiberet, quamobrem exterriti, & attenris naturæ viribus actum esse de

F Puero intelligentes, divinitùs excitati D. Philippo ipsum devovère, statimque ab emisso voto reviviscere Puerum, ridere, ac brevi ab omni læsione immunem obtinuerunt.

S. Phil. intercessione.

Fulmen non lædit.

Agnes Romana quinquennis Magdalenæ Theresæ, ejusque Conjugis Marij Filia è loco quodam, qui dicitur *la Canonica* in districtu Tudertino, cum Mense Septembri hoc anno apud D. Victoriam Borioni Leoncini degeret, ubi ejus Genitrix Magdalena Theresa Nutricis munus obibat, è fenestrâ quadam, cui fortè minus cautè incumbebat per altitudinem quindecim circiter pedum præceps in terram ruit lapidibus stratam, indeque statim obiit. Magdalena Theresa Mater inopina-

G tum casum advertens vehementissimo pressa dolore, insigni spe, & Religione Filiolam D. Philippo commendavit, eáque statim absque ullâ aliâ læsione incolumis revixit pręterquam contusione quadam super oculum dexterum, & sputo quodam sanguineo, rem autem ipsam Tudertum petens Magdalena Theresa prædicta D. Philippo gratias actura, coram eadem D. Victoriâ, Philippo Sensini, & Francisco Paulo Filippi testibus, asseruit.

Restituitur vita.

Aretij in Etruriâ venerandæ quædam D. Philippi Reliquiæ, quæ in Ecclesiâ nostrâ ibidem servatæ ad Infirmos persæpè deferuntur, earum contactum cum S. Patris invocatione sibi plurimum prodesse sentientes, ad Monasterium Monialium S. Marci à Patribus

H Servitis hoc anno delatæ fuere per D. Hieronymum Olivieri Sacerdotem, ut Sorori Annæ Franciscæ Bacci, ibidem gravi infirmitate detentæ imploratâ D. Philippi ope admoverentur, id enixè petente Sorore Margaritâ Columbâ Domini Equitis Laurentij Guazzesi Filiâ pariter ibidem Moniali. Statim ac prædictæ Reliquiæ ad Monasterij fores pervenère unà cum cæteris Monialibus venerationis ergo eò accurrentibus, adfuit etiam Soror quædam Conversa, nomine Francisca Rossi, quæ moræ impatiens vix persolutis precibus pro Monialis Infirmæ salute, eidemque admotis Reliquijs, coram ipsis humillimè provoluta Donatum Rossi è Villâ Radâ in Agro

Are-

In agone constitutus convalescit.

Aretino in Parochiâ S. Juliani sibi Dilectum Fratrem D. Philippo commendavit lo agone constitutum præ deformi apostemate in faucibus, quo sibi interdictum erat, & cibum sumere, & loqui, de quo conclamatum jam fuerat à Medico Michaele Angelo Barbani, & à Sabino Magi Chirurgo. Intereà cum Soror Francisca Orationi incumberet optimè coosulta sanctas tetigit Reliquias vittâ quadam Sericâ, quam ideò tunc ei tradidit Feliciana Taddei ibidem educanda, ipsamque protinus per manus Catharinæ Christophori Filiæ è S. Formenâ ad Fratrem prædictum misit, quò cum pervenisset ter ab Astantibus recitatâ Oratione Dominicâ, & salutatione Angelicâ ad ejusdem Sancti honorem, quod pariter præstitit, prout ei licuerat, infirmus, qui linguam etiam extra os exporrectam tenere cogebatur, Catharina præfata super infirmi guttur eâdem vittâ adhibitâ Crucis signum formavit, statimque disrupto apostemate pus fœdissimum effluxit, simulque exclamare cœpit Donatus: *Divi Philippi ope convalui*. Paulo verò post eadem Soror Francisca dimidium panis, quo sanctas Reliquias tetigerat ad ipsum Donatum misit, ut alimentum inde ipsi adornaretur, quo pariter accepto instauratum viribus se sensit, & brevi prorsus incolumis evasit à vehementi febre solutus, & ingenti capitis tumore dissiparo. Cujus planè rei antheuticum rulere testimonium die secundâ Novembris hujus anni, tum Donati Domestici, tum Monasterij prædicti Sorores. Eodem anno die 20. Aprilis D. Stephanus Brancaccius Episcopus Viterbii consecravit solemniter Ecclesiam de Pace Monialium nostri Ordinis ejusdem Civitatis.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

Omnia habentur ex Monum. Conv. Tudertini, & Conventûs Aretini.

Mirandulæ habetur solemnis Dieta, ibique promovetur, & alibi cultus Dolorum B. Virginis, cujus nonnulla referuntur Prodigia.

CAP. VII.

Celebr. Dieta in Conventu Mirandulæ, & recensentur aliqua Decreta ad eundem Conv. spectantia, & ad cultû B.V.Dol.

Ex quo Serenissimi Mirandulæ Principes Ordini, & Sacro Habitui nostro addictissimi Cœnobium Nobis ibidem anno 1675. à fundamentis excitandum curarunt, plura quidem eorum benevolentiæ, & munificentiæ erga eundem .1. Ordinem specimina præbuere, & ejusdem Ordinis Patres nil intentatum reliquere, ut gratum iisdem animum exhiberent, Cœnobium ipsum illustrarent, varijsque modis ejusdem Ordinis præstantiam ostenderent, Dietam Provinciæ Romandiolæ die 4. Julij, quæ sanè prima in Ordine fuit, ibidem habuere, cui interfuerunt ipsemet P. Generalis, & præter Provincialem, & Socium quadraginta quoque alij A Patres è finitimis Conventibus profecti. In Ecclesiâ Cathedrali literariæ concertationes honorificè ter habitæ fuere, terque pariter à sacris Oratoribus primi nominis ex Ordine disertissimæ Conciones, & id genus alia non pauca, quibus omnibus non sine magno Ordinis decore perpetuò interfuere Serenissimi Principes, è quorum etiam munificentiâ haud mediocre commodum Patribus accessit. Hac ipsâ die Serenissimo Duce hortante illius Cœnobij Patres annuente P Generali speciali edito decreto, necnon publico Instrumento per Notarium publicum D. . . . . de Lodigianis Mirandulensem decreverunt sponte in perenne grati animi testimonium, quòd Missa quotidie perpetuò celebraretur pro animâ B D. Alexandri Bergami Ecclesiæ, & Conventûs hujus Fundatoris; insuper Fundatori prædicto gloriosum quoddam monumentum in conspicuo loco erigeretur, de quo ad annum 1680., et in receptione ad Habitum cæteris omnibus præferrentur ex eâ Familiâ prognati. Eodem anno decrevere quoque Patres ad augendum cultum erga B. Virginem Dolorosam, quòd in posterum anniversaria commemoratio fundationis Societatis ejusdem solemni pompâ sextâ die Januarij celebraretur, orationem habendo de Sacri Habitûs laudibus, Divina peragendo Mysteria Musicis côcentibus, & Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ venerationi exponendo. Decrevere quoque die 10. Februarij, quòd C qualibet feriâ 4. per Quadragesimam Venerabile Sacramentum pari lege exponeretur, persolveretur solemniter Completorium, Corona 7. Dolorum publicè recitaretur, necnon consuetus B. Virginis planctus debito cantu recoleretur, adhibitâ demum pro coronide cum eodem Venerabili Sacramento benedictione. Savonæ quoque in Provinciâ Genuensi .2. Societas 7. Dolorum præcipuo studio P. M. Philippi Garrasini anno 1626., ut ibi diximus, erecta, ac deinceps incrementum auspicata, hoc anno P. M. Laurentij Mariæ Brignati Prioris operâ confirmata adhuc fuit, aggregatis eidem Confratribus Cappâ indutis, prout constat ex Instrumenro Ser Angeli Monleonis Notarij. Quàm verò accepta D Deo sit hujusmodi Religio erga Deiparæ Dolores hoc pariter anno Gratiæ testantur Christifidelibus eosdem colentibus concessæ. Apud Montem Ferratum Margarita Joannis Filia è loco quodam, qui dicitur *della Valle* voci formandæ impar, quippequæ ulcere affectam superiorem oris partem habebat, cùm 16. ætatis annum ageret, B. Virginis Dolorosæ voto se obstringens, quod exactè deinde solvit, & voci formandæ par evasit, & omninò convaluit, prout ipsa præsentibus, ac testibus Carolo Cammurato, & Rocho Boschetti die 8. Julij testata publicè fuit, de quo rogatus fuit Joannes Antonius Cavallo Notarius de dicto Loco. Apud Castellaccium in Ditione

Aggregantur Savonæ Societ. Habit. 7. Dol. Confratres cû. Cappâ induti.

Virgo Dolorosa você restituit, & 1 Dæmon. ejicit.

tione Alexandrinâ, & Provinciâ Genuensi Catharina Uxor Francisci Pastacini à Dæmone obsessa, & adeò vehementer vexata, ut P.M. Philippus Antonius Gafforius Servita de dicto Loco, & Parochus, miseratione commotus Domi primùm exorcizare Dœmonem cœperit; cùm autem nihil se proficere intelligeret, perducta ad Ecclesiam coram Altari B. Virginis Dolorosæ Dœmonem iterum exorcismis ita urgendum suscepit, ut tribus elapsis horis ipse tandem recesserit, Catharina verò à tyrannide Dœmonis exempta, exclamare cœpit: *Ab Beatissima Virgo, gratias Tibi ago, quòd me ab istâ tyrannide subduxeris*: Adiecit autem, quòd ipso temporis momento, quo Dœmon recessit, B. Virginem ipsa vidit sibi benedicentem, quamobrem universus Populus, qui eò frequentissimus convenerat præ gaudio exiliēs cecinit Hymnum *Te Deum &c.* Ab anno usque 1666 Literas Romæ datas die 6. Januarij ad omnes Ordinis Nostri Provinciales miserat reverà P. Generalis Callistus Puccinellius ejusdem Ordinis incremento, amplitudini, decori addictissimus, quòd è superiùs dictis apparet .3. quibus miris laudibus ornabat Archangelum Giani ob invictam animi constantiam, singularem Mentis ardorem, eximiam sedulitatem in perscrutandis, ac velut è cimmerijs tenebris eruendis ab ipsa Ordinis origine per quatuor ferè secula, singulis ejusdem monumentis, quæ planè minimè obvia erant, sed ferè impervia, & ob elegantiam in ijsdem describendis, & per Annales dirigendis, deplorandum contra maximè animadvertebat, quòd ab anno 1609., quo Archangeli ejusdem desierat opus præclarissimum Annalium Typis saltem impressum, licet ipse adhuc senio, laboribusque confectus, quandiù superstes fuit, scilicet ad annum usque 1623. Annales ipsos scripto prosequi minimè desierit, prout constat ex ejus Manu scriptis, quæ Florentiæ in Bibliothecâ nostrâ diligentissimè asservantur, tenebris iterum ferè sepulta jacerent quæcunque deinceps aliàs honorifica ad Ordinem Nostrum spectantia contigissent; vix enim quidquam in re propositâ præstiterat Michael Angelus Salvi de Pistorio, ijs enim, quæ Gianius ad annum usque 1623. morti proximus scripserat, nonnulla superaddidit, quæ vix ad annum 1628. pertinere videntur, quæ in eadem Bibliothecâ manuscripta legere cuique licet. Itaque P. Generalis consulere huic incommodo volens, Provincialibus omnibus seriò mandabat, ut singulis Conventuum Præfectis præciperent, quòd specialia eorum monumenta, quamdiligentissimè inquirerentur ab anno prædicto 1609. deinceps juxta seriem quorundam capitum, in quibus continebantur quæcunque Annalibus verè inserenda, sive instaorationem, cultum, & amplitudinem majorem Ecclesiarum, & Cœnobiorum spectarent, sive proventus, & sacram supellectilem, sive Sanctorum Reliquias, sive

P. Gen. solicitudo pro Annalibus prosequẽdis.

Cardinalium, Episcoporum, Principum,
E aliorumque Virorum insignium memoranda sepulcra, sive privilegia, vel à Summis Pontificibus, vel à Viris Principibus concessa, sive Viros, ac Mulieres Ordinis nostri tum dignitate, tum doctrinâ, tum sanctitate præstantes, sive calamitates, aliasque hujusmodi Conventuum vices, sive tandem quavis ratione Posterorum memoriæ commendanda viderentur; illud insuper speciatim addendo, quo anno, Mense, ac die, quoad fieri liceat, memoranda prædicta contigerint, & documenta proferendo, quibus hæc omnia innitantur. Cùm autem ad hæc usque tempora nihil omninò quoad hæc profecerit Ordo, quatenus saltem nobis innotuerit, quod scilicet nemo, vel unus Annales istos prosequen-
F dos susceperit, vel juxta prædictum mandatum monumenta Conventuum lustraverit, pari zelo cum Puccinellio commotus P. Generalis Lucchesinius Literas ejusdem omninò tenoris, ac superiores Romæ datas die primâ Januarij hujus anni per singulas Provincias misit, quibus reverà id, quòd optabat per ejusdem anni circulum consecutus aliquomodo fuit, quamvis enim nullus adhuc ex electis ad id muneris scripserit, & Annales prosecutus fuerit, è pluribus tamen Provinciarum Conventibus, quæ ad eosdem spectabant, in unum collecta Generalis idem hoc anno accepit, quæ modò mihi præ manibus sunt, & ad susceptum opus præ tenuitate saltem Virium mearum gravissimum huc usque prose-
G quendum haud mediocriter conducunt, quibus accedere modò debent, quæ ab ejusdem successoribus pari lege collecta, mihique tradita ad prosequendum in posterum conducent.

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

1 EX *Reg. Provinc. Romand.*
2 *Ex monum. ejusdem Conv.*
3 *Ex Reg. Gen.*

Indicuntur, & celebrantur Comitia Generalia.
CAP. VIII.

H SPeciali quidem Indulto Clementis X. felic. Rec. P. Lucchesinius Generalis, & Ludovicus Garzonius Procurator Generalis anno 1675., prout ibi diximus, in eorum munere respectivè confirmati fuere ad aliud sexennium, ab anno 1678. auspicandum, verùm id ægerrimè ferentes per singulas Provincias Ordinis nostri PP. primarii præ nimiâ ejusdem regiminis diuturnitate Legibus nostris adversâ, apud Summum Pontificem Innoc. XI., tunc feliciter in Apostolatu sedentem gravissimis Officiis institere, quòd pristina Ordini Nostro in electione Superiorum, & à Legibus statuta restitueretur liber-

libertas, adeòque revocaretur superiùs Indultum. Itaque Summus Pontifex rerum gerendarum peritiâ, gravitate consilii, & sanctitate vitæ conspicuus proposita rationum momenta perpendens, eorumque pondere commotus celebranda hoc anno præcepit Comitia Generalia, prout reverâ juxta Ordinis leges celebranda erant, ac proinde Prædecessoris Clementis X Indultum in re propositâ revocavit. Lucchesinius ergo Sanctitatis Suæ jussa fideliter executus die primâ Januarij hujus anni per Literas patentes singulis Definitoribus Generalibus, cæterisque in Capitulo Generali vocem habentibus Capitulum ipsum indixit celebrandum hoc anno die 28. Mensis Maij in pervigilio Pentecostes in Conventu nostro S. Marcelli de Urbe. Intereà Lucchesinius Generalis Ordinis amplitudini jugiter intentus de felici, & honorifico Capituli exitu sollicitus, quæcunque ad hoc assequendum necessaria fore intelligebat, summo studio adornabat. Adveniente igitur die 19. Maij gloriosæ Domini nostri Ascensioni dicatâ omnibus ritè dispositis, cùm plurimi è singulis Provinciis ad Urbem accessissent, pluresque in dies accederent, publicis actionibus Capitularibus auspicatum fuit exordium, eò planè ordine, ut singulis diebus à prædictâ die 19. ad diem usque 31. ejusdem Mensis actiones variæ literariæ habitæ fuerint, antemeridianis videlicet horis Sacræ Conciones, pomeridianis verò Theologicæ concertationes Summo Pontifici, Regibus, & Viris Principibus nuncupatæ, in quorum Ditione Ordinis Cœnobia vigent, vel quoquomodo de Ordine Nostro optimè meritis. Prædictâ ergo die 19. P. M. Sebastianus Obelischi de Bononiâ Orationem habuit de Superiorum electione. Die 20. P. M. Alamannus Lautenzi pariter de Bononiâ de B. Virginis doloribus. Die 21. de laudibus S. Philippi P. M. Bartholomæus Caputi de Benevento. Die 22. de laudibus B. Joachimi Piccolominei P. M. Joannes Franciscus Maria Poggi de Florentiâ S. Theologiæ Professor in Universitate Pisanâ. Die 23. de laudibus B. Peregrini Latiosi P.M. Peregrinus Santarelli de Forolivio. Die 24. de laudibus B. Julianæ Falconeriæ P. M. Dionysius Maria Cebianchi de Butrio. Die 25. de laudibus B. Francisci Patrizzi Senensis P. M. Bonaventura Zanucchi de Mantuâ. Die 26. de laudibus B. Joannis Angeli Porro de Mediolano P. M. Henricus Fornaciari de Rhegio Lepidi. Die 27 de laudibus B. Jacobi Philippi Bertoni de Faventiâ P.M. Alexander Belisia de Novellarâ. Die 28. habita non fuit Concio, quòd ipsâ die celebrata fuere Comitia Generalia. Die 29. Dominicâ scilicet Pentecostes Orationem habuit tantæ solemnitati congruentem P. M. Bernardinus Dragoni Senensis. Die 30. sacram habuit Concionem P.M. Joseph Maria Grossi de Placentiâ. Denique die 31. sacram pariter Concionem habuit P M. Augustinus Baccarelli de

Æconomia in brevi Comitiis habita enarratur.

Florentiâ. Pomeridianis autem horis habitæ fuere, uti mox innuebam, Theologicæ concertationes eodem ordine, quo habitæ fuerant antemeridianis horis Conciones. Die 19. nimirùm Summo Pontifici nuncupata, pro quo adfuit D. Cardinalis Alderano Cybo, defendente P. Baccalaureo Thomâ Motelli de P fis sub assistentiâ P.M. Georgij Soggia in Collegio Henrici de Urbe Regentis. Die 20. Serenissimo Magno Etruriæ Duci dicata, pro quo adfuit Marchio Torquatus Montauti, defendente P. Thomâ Mariotti de Perusio sub assistentiâ P. M. Poggi superiùs memorati. Die 21. Serenissimo Mantuæ Duci, pro quo adfuit Illustrissimus, & Reverendissimus D. Caprara, defendente P. Urbano Sementi Mantuæ studij Magistro sub assistentiâ P. M. Cavecchini ibidem studiorum Regentis. Die 22. Serenissimæ Venetorum Reipublicæ, pro quâ adfuit ejus Legatus, defendente P.

Giunchedi studij Magistro sub assistentiâ P. Regentis studiorum Veronæ. Die 23 Serenissimo Mutinæ Duci, pro quo adfuit Illustrissimus, & Reverendissimus D.D. Montecatini, defendente P. Francisco Mariâ Cremâ studij Magistro apud Rhegium Lepidi sub assistentiâ P.M. Octavij Castri de dicto Loco, & Socij in Provinciâ Lombardiæ. Die 24. Eminentissimo, & Reverendissimo Nereo Cardinali Corsini Ordinis Nostri Protectori, pro quo, utpotè gravi infirmitate detento, adfuit Illustrissimus, & Reverendissimus D.D. . . . . Corsi Florentinus, defendente P. Magistro studiorum in Conventu Servorum de Bononiâ sub assistentiâ illius P. Regentis. Die 25. Catholico Hispaniarum Regi, pro quo adfuit Dominus ejus Legatus, defendente P. Petro Antonio Rossi de Florentiâ Baccalaureo Collegiali sub assistentiâ P.M. Joachimi Bursa de Mediolano, eo temporis in Collegio Henrici de Urb. Lectoris. Die 26. Eminentissimo, & Reverendissimo Alderano Cardinali Cybo, qui personaliter interfuit, defendente P. Georgio Gelmi de Castro Franco Venetorum studiorum Magistro in Conventu D. Annunciatæ de Florentiâ sub assistentiâ P.M. Joannis Petri Bertazzoli de Massâ Carrariæ ibidem Regentis. Die 27. Celsitudini Regiæ Ducis Sabaudiæ, pro quo adfuit D. ejus Residens, defendente P. Antonio Mariâ Vitali Baccalaureo Collegiali, sub assistentiâ P. Regentis Soggia. Die 28. nulla fuit concertatio, quòd omnes unà cum Generali ipsâ die electo Palatium Vaticanum adiere ad Sanctissimi pedum oscula. Die 29. Augustissimo Cæsari, pro quo adfuit Eminentissimus, & Reverendissimus Cardinalis Legatus, defendente, & assistente altero è Patribus Provinciæ Germanicæ, qui unà cum PP. Vocalibus illius Provinciæ ad id Romam venere. Die 30. Christianissimo Regi, pro quo adfuit D. ejus Legatus Dux D. Etrees, defendente P. Gherardo Capalli de Florentiâ sub assistentiâ P.M. Alexandri Belisia Regen-

tis superiùs memorati. Die 31. Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Protegi Neapolitano, pro quo adfuit Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Casertæ Dux Cajetani, defendente P. Baccalaureo Petro Antonio Rossi superiùs memorato, sub assistentiâ P.M. Poggi prædicti vices in hoc gerentis P. M. Soggia nuper Regentis, sed modò Generalis electi. In disponendâ Concertationum hujusmodi serie ad evitandas differsiones, quoad præcedentias, prima, quæ habita fuit die 19. præfati Mensis Catholico Regi nuncupata erat, Dominicâ Pentecostes Summo Pontifici, feriâ 2. Augustissimo Cæsari, feriâ autem 3. Christianissimo Regi. Verùm ob nonnulla, quæ contigere, gravioris quidem momenti, operæ pretium fuit ordinem non hunc, sed alium superiùs expressum, servare. His concertationibus Generalis assistens fuit P.M. Georgius Soggia, donec ad Generalem Præfecturam assumptus fuit. Singulis hisce diebus tùm manè, tùm vesperè Divina peracta fuere mysteria singulari Musicorum concentuum plausu ijsdem Præfecto P. Joanne Andreâ Florimi Senensi in arte Musicâ celeberrimo, quod ejus opera testantur typis impressa, quorum aliqua in Ecclesiâ nostrâ D. Annunciatæ de Florentiâ asservantur.

Quoniam gravi Infirmitate affectus, uti mox innuebam, D. Cardinalis Nereus Corsini Protector, nostris hisce Comitiis præsidere personaliter non poterat, Sanctissimus Dominus Noster speciali Breve præsidentem ijsdem declaravit D. Cardinalem Petrum Vidoni Cremonensem, qui proinde die 27. Maij post Vesperas frequenti, & splendidâ comitante catervâ ad Ædes D. Marcelli profectus, exposito, & publicè lecto Breve præfato præsidentiam mox dictam auspicatus Patribus Vocalibus, necnon aliis audientiam præbuit eâ planè brevitate, ut inde copia fuerit concertationes Theologicas superiùs expressas habendi. Proximè verò sequenti die 28. Maii pervigilio Pentecostes valdè diluculò idem D. Cardinalis Ecclesiam Nostram D. Marcelli ingressus eâdem comitante catervâ, & ab omnibus nostris ibidem degentibus Patribus honorificè, prout par erat, exceptus, Missæ de Spiritu Sancto interfuit, interim eidem proximis, genibus ad terram flexis, super Tapete incumbentibus Lucchesinio Generali, & Garzonio Procuratore Generali. Missâ completâ præcedente labaro cum Ceroferarijs Patres omnes processionaliter Bibliothecam decenter instructam pro Comitijs habendis, electam adiere, quos prædictus D. Cardinalis insequebatur, qui ex Ecclesiâ Sacrarium subiens unà cum cæteris Mantellectam exuit, & jurisdictionem ostendens Roccbettum detexit, quem cæteroqui opertum tenuerat in Ecclesiâ. Postquam Patres omnes Vocales unà cum prædicto D. Cardinali Capituli locum subiere, præmissis de more rebus omnibus juxta leges nostras, præscriptis, ad electionem novi Generalis processere.

E Præsentati quidem ad hanc Præfecturam ex omnibus Provincijs plures fuere, & quidem insignes Viri, cæteris autem omnibus Superior electus in Priorem Generalem remansit P.M. Georgius Soggia è Sardiniâ Turritanus, seù Sacerensis, qui longè plures annos huc usque, tanquam studiorum Regens Henrici nostri Collegio apud S. Marcellum de Urbe prafuerat, in Theologicis apud Sacros quoscumque Ordines, & in Romanâ Curiâ famâ notissimus, necnon Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duci acceptissimus, nec absque invidiâ præ pluribus alijs Celsitudini suæ subiectis, cæteroqui dignissimis, Theologi munere prælatus, quem proinde Celsitudo sua non modò ad Magistratum hunc, verùm

F & ad sublimiores Ecclesiæ dignitates singulari studio promovit. Electio hæc in Urbe passim ab eruditis maximè, & Aulæ Romanæ Proceribus haud mediocri plausu excepta fuit, potissimùm verò à Summo Pontifice, qui præ magnâ Doctrinæ opinione, quam de Georgio conceperat, summam Ordini nostro ex ejus regimine prosperitatem augurabatur, ex quo proinde *Patribus* omnibus Vocalibus rara commendatio accessit. Electione factâ eodem ordine cum D. Cardinali præsidente ad Ecclesiam processere Patres hymnum *Te Deum laudamus* solemniter cantantes, quo absoluto, & gratiis de more actis Generali nuper electo obedientiam de more præstitere à sinistris D. Cardinalis antea Aram principem

G sedenti. A meridie verò iterum processionaliter Patres omnes, numero 227. unà cum novo Generali Capellam pontificiam in Vaticano adiere, ubi post Vesperas Pentecostes ibidem persolutas, præsentibus omnibus, tùm Cardinalibus, tùm reliquis in eâ Capellâ locum habentibus ad Sanctissimi pedum oscula admissi fuere incipiendo à minoribus, quos proinde novissimo loco insecutus Generalis nuper electus à Sanctitate Suâ speciali benevolentiâ exceptus fuit, ac de ipso deinceps celebris rumor per Urbem percrebuit.

P.M. Georgius Soggia è Sardiniâ eligitur Prior Gener.

PP. ad Sanctiss. pedum oscula admittuntur.

Patres Vocales in hisce Comitiis fuere sequentes.

Reverendissimus P.M. Jo. Vincentius Lucche-
H sini Lucensis Exgeneralis.

P.M. Ludovicus Garzonius Lucensis Procurator Generalis.

Definitores Generales.

P.M. Dominicus M. Brancaccini de Florentiâ pro *Provinciâ* Thusciæ.

P.M. Octavius Benincasa de Fulgineo pro Provinciâ Romanâ.

P.M. Octavius Garuti de Bononiâ *pro Provinciâ* Romandiolæ.

P.M. Julius Antonius Villa de Marignano pro Provinciâ Lombardiæ.

P.M. Dominicus M. Paoli de Patavio pro Provinciâ Marchiæ Tarvisinæ.

P.M. Celsus Viccioni de Bresciâ electus Definitor

Nomina Patrum Vocaliũ.

finitor Provinciæ Venetæ, qui tamen non interfuit.

P. M. Joseph M. Grossi de *Placentiâ* pro *Provinciâ* Mantuanâ.

P. M. Philippus M. Ramelli à Castronovo Scripiæ pro Provinciâ Genuensi.

P. M. *Philippus* M. Rodœrius de Neapoli pro *Provinciâ* Neapolitanâ.

P. M. Sebastianus Fuxeres de Barchinone pro Hispanicâ *Provinciâ*.

Definitor Generalis pro *Provinciâ* Narbonensi non interfuit.

P. Bernardinus Maria Vengel de Viennâ Austriæ pro *Provinciâ* Germanicâ.

Provinciales.

P. M. Julius Arrighetti de Florentiâ pro *Provinciâ* Thusciæ.

P. M. Laurentius Mansuccius de Tipherno pro *Provinciâ* Romanâ.

P. M. Claudius Viani de Mutinâ pro *Provinciâ* Romandiolæ.

P. M. Victor Asti de Cavacurtâ pro *Provinciâ* Lombardiæ.

P. M. Hieronymus Sola de *Patavio* pro *Provinciâ* Marchiæ Tarvisinæ.

P. M. Ezechiel Magenis pro *Provinciâ* Venetâ.

P. M. Julius Cæsar Artusi de Soraneâ pro *Provinciâ* Mantuanâ.

P. M. Jo. *Paulus* Morosinius de Raccunisio pro *Provinciâ* Genuensi.

P. M. Thomas Morani de Alexandriâ pro *Provinciâ* Neapolitanâ.

P. M. Jo. Baptista Marcò pro *Provinciâ* Hispanicâ.

Provincialis *Provinciæ* Narbonensis non interfuit.

P. Simeon Maria VVintschiger pro *Provinciâ* Germanicâ.

Socij Provinciales.

P. M. Joseph Maonelli pro *Provinciâ* Thusciæ.

P. M. Jo. Bernardinus Serafini de *Perusio* pro *Provinciâ* Romanâ.

P. M. Jo. Baptista *Parisij* de Bononiâ pro *Provinciâ* Romandiolæ.

P. M. Octavius Castri de Rhegio Lepidi pro *Provinciâ* Lombardiæ.

P. Bernardinus *Porta* pro *Provinciâ* Marchiæ Tarvisinæ.

P. Jacobus Cazzavellini pro *Provinciâ* Venetâ.

P. M. Carolus Lupati Brasili de Mantuâ pro eadem *Provinciâ*.

P. Carolus Calzi de Vignali pro *Provinciâ* Genuensi.

P. M. Bartholomæus Caputi de Benevento pro *Provinciâ* Neapolitanâ.

P. Amideus Valli pro *Provinciâ* Hispanicâ.

P. M. Jo. Chrisostomus Olivieri de Cuccurone pro *Provinciâ* Narbonensi.

P. Georgius M. VVinderochez pro *Provinciâ* Germanicâ.

P. M. Bartholomæus Franceschi Vicarius Generalis pro Provinciâ Corsicæ, ad quam

A spectabat Votum in hoc Capitulo pro *Provinciâ* Sardiniæ.

In hisce Comitijs decreta fuere, quæ proximè sequuntur.

Primò, cùm Ordo Noster Paupertatis fundamento sit innixus, quamobrem Servorum vocamur, & Mendicantium titulo gloriamur, justum quidem, atque omninò necessarium est, ut paupertatis votum integrum omninò, ac inviolatum servetur. Præcipitur itaque, ut à quolibet Religioso Nostri Ordinis, cujuscumque sit statûs, vel conditionis fiat Depositum reale pecuniæ quoquomodo obvenientis, vel ratione Lecturæ, Prædicationis, Patrimonij sibi reservati, vel alio quovis titulo, etiam eleemosynæ

B *acquisitæ. Quo autem ad modum tutiorem administrandi pecunias, quæ fuerint Depositarijs traditæ, Definitorium Generale elegit quatuor Patres Romæ existentes, nempe Reverendissimum P. Georgium Soggia Priorem Generalem, Reverendissimum P. M. Joannem Vincentium Lucchesinium, Adm. R. P. M. Archangelum Amadei Procuratorem Generalem Ordinis, & Adm. R. P. M. Joseph Mariam Grossi secretarium Ordinis, quorum cura erit, ut quòcitiùs fieri possit hujusmodi normam determinent, ac in omnibus Conventibus publicari curent. Hujus autem Decreti executionem negligentes puniantur pœnis contra proprietarios præscriptis.*

Secundò, cùm in aliquibus Conventibus gravis abusus irrepserit, quòd scilicet in Refecto-

C *rio non omnibus eodem modo à Conventu provideatur contra præscriptum Nostræ Legis cap. de refectione, tolluntur omninò, ac prohibentur duplicia fercula, quæ expensis Conventûs aliquibus peculiaribus Personis dari solent; & statuitur, quòd omnibus etiam superioribus, ac ipsimet Generali æquè tàm quoad quantitatem, quàm quoad qualitatem, provideatur, communibus epulis omnes vescantur sub pœnâ Prioribus infligendâ ad arbitrium P. Generalis.*

Tertiò, statutum fuit, quòd Patribus Provincialatûs officio perfunctis, necnon Regentibus studij majoris, ac illis, qui hujusmodi munus per sex annos exercuerint, assignetur à P. Provinciali pro eorum Ministerio Conversus, qui sit eis benevisus, sed à publico Conventûs servi-

D *tio non omninò eximatur, prædictusque Conversus non possit à Provincialibus removeri, inconsulto Generali. Hujusmodi autem Decretum potiori ratione extenditur ad eos, qui perfuncti sunt officio Procuratoris Ord. in Romanâ Curiâ.*

Quartò, declaratum fuit, quòd in Patres Provinciæ illi tantùm assumantur, qui per duodecim annos Theologiam legerint, vel in aliquo Nostri Ordinis studio, vel in aliquâ publicâ Universitate, & qui per duodecim pariter annos tempore quadragesimali in Civitatibus Conciones habuerint honorificè, honorificentiâ inferiùs explicandâ. Interim deleantur à numero Patrum Provinciæ, qui præfata requisita reipsâ non probent.

Quintò, prænominatis quatuor Patribus Definitoriam Generale auctoritatem concedit, ut simul congregati diligenter examinent Decreta in duobus præteritis Capitulis Generalibus emanata, & ea confirment, quæ pro Religionis bono confirmanda videntur, ea verò deleant, quæ delenda censebunt. Hoc etiam fiat de Decretis Dietæ Generalis Rhegij celebratæ, & de ipsis Constitutionibus.

Vigore præfati Decreti Patres dèputati decreverunt prout infra.

Primò, Patres Provincialatûs officio perfuncti præcedant Magistros se antiquiores, qui tamen promoti fuerunt post emanationem, & promulgationem Decreti Capituli Generalis de anno 1652.; non autem præcedant Magistros, qui promoti fuerant ante promulgationem præfati Decreti, neque præcedant illos Patres Provinciæ, qui per duodecim annos officium Regentis exercuerint, nisi sint ipsi Majores in assumptione Magisterij. Præcedentia autem inter ipsos officio Provincialatûs perfunctos non attendatur ab anterioritate, vel posterioritate Provincialatûs, sed tantum à promotione ad Magisterium.

Secundò, honorificus Prædicator sit habilis ad Generalatum; ille autem honorificè prædicare dicetur, qui per sex annos prædicaverit in præcipuis Urbibus Italiæ, vel alterius Regionis, sed protulerit de Thesauro suo. Ille autem de Thesauro suo prædicasse censendus erit, qui per annos sex Sacram Scripturam fuerit latinè interpretatus, eamque in publicâ Universitate, vel intra Religionem docuerit, vel aptus fuerit ad illam edocendam aptitudine per Generalem experiendâ, & approbandâ, vel in Definitorio Provinciali tempore Capituli Provincialis, vel in Definitorio Generali tempore Capituli Generalis.

Tertiò, nemo eligatur in Generalem, nisi qui in aliquo Nostri Ordinis studio fuerit per sexennium Regens, vel in aliquâ publicâ Universitate eidem per sexennium Theologiam legerit, vel in præcipuis Italiæ, alteriusve Regionis Urbibus per sexennium honorificè prædicaverit, & maximè si etiam Magistratûs inferiores, V.G. Procuratoris Ordinis juxta Decretum Urbani VIII., ut in Constitutionibus cap. 26., vel Provincialis exercuerit.

Quartò, cùm in cap. 25. Nostrarum Constitutionum de qualitatibus, & potestate Generalis hæc contineantur: Prior Generalis sit (quatenus aliter Capitulo Generali non videatur) Magister in Theologiâ, annorum ad minus quadraginta, qui in Religione permanserit ad minus viginti annos &c. ubi conditionalis illa; quatenus aliter Capitulo Generali non videatur: est valdè præjudicialis legitimæ electioni Generalis, siquidem posset virtute illius Capitulum eligere in Generalem Virum nullâ ex prædictis, & alijs qualitatibus, quæ in eodem capite requiruntur, decoratum; decreverunt PP. deputati, prædictam conditionalem esse omninò auferendam.

Quintò, cùm in cap. 28. Nostrarum Constitutionum de qualitatibus, & Officio Socij in fine hæc habeantur: Si Socius obierit, Provincialis, tanquam Prosocium habeat usque ad futurum Capitulum proximè celebrandum secundum Definitorem non Magistrum. Quæ Paragraphus cùm omninò contradicat Paragrapho contento in cap. 27. de qualitatibus, & Potestate Provincialis, videlicet; Si Socius intra triennium obierit, Provincialis assumat sibi Prosocium primum Definitorem Provincialem non Magistrum usque ad futurum Capitulum Provinciale; Patres deputati à Capitulo Generali judicarunt talem errorem fortassis incuriâ Typographi irrepsisse, adeoque corrigendum, & standum paragrapho 27., quòd nimirum assumatur in Prosocium primus Definitor Provincialis non Magister.

Sextò, Tres ad minus sint in quolibet studio Majori, sive Collegio Lectores, nempe Regens, Baccalaureus Conventûs, & Magister studij, quorum sit nedum Theologiam Scolasticam, & Philosophiam docere, sed etiam Sacram Scripturam juxta Decretum Concilij Tridentini Sessione 5. de reformatione cap. 1. Controversias Fidei, & Sacros Canones, atque Theologiam Moralem studentibus explanare.

Septimò, Duæ sint singulis diebus Lectiones Theologiæ Scholasticæ, & una Philosophiæ, quarum primam Theologicam habebit P. Regens; secundam itidem Theologicam P. Baccalaureus Conventûs; Tertiam Philosophicam P. Magister studij.

Octavo, ad Regentem ulterius spectabit Sacram Scripturam vespere exponere, & similiter post vesperas Baccalaureus Conventûs explicabit Controversias Fidei, eodemque tempore Magister studij docebit Theologiam Moralem, seu sacros Canones, nisi tamen Generalis consideratis redditibus Conventuum alios Lectores instituerit.

Nono, Nullus Lector Cursus, sive Theologici, sive Philosophici instituatur, nisi fuerit Magister, aut licentiatus in Sacrâ Theologiâ.

Decimo, teneantur omnes Regentes, atque Lectores profiteri Doctrinam nostri Doctoris Henrici Gandavensis, & non aliam.

In quorum fidem, &c.

Fr. Joseph Maria Grossi Secretarius Ordinis, & deputatus à Capitulo Generali.

Fr. Archangelus Amadei Procurator Generalis Ordinis, & deputatus à Capitulo Generali.

Fr. Joannes Vincentius Lucchesini deputatus à Capitulo Generali.

Fr. Georgius Soggia Prior Generalis Ordinis Servorum B.M.V.

P. M. Archãg. Amadei de Bon. eligitur Procur. Gener.

Post hæc die 31. ejusdem Mensis iterum convenere PP. omnes Vocales ad electionem Procuratoris Generalis in Romanâ Curiâ, præsentati pariter ad hoc munus è singulis Provincijs plures fuere; electus tamen remansit P.M. Archangelus Amadei de Bononiâ, ibi-

ibidem in Universitate Sacræ Theologiæ Professor integritate vitæ conspicuus. Hisce pariter diebus, nimirùm 28. 29. 30. & 31. Summus Pontifex Innocentius XI. Indulgentiam Plenariam, & remissionem omnium peccatorum, omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexûs de more semel tantùm impartitur, qui ritè confessi, & Sacrâ Communione refecti quocumque è præfatis diebus devotè visitaverint quamlibet Ordinis Nostri Ecclesiam ubilibet existentem, ibíque preces ad Deum fuderint, juxta formam consuetam Ecclesiæ, prout constat ex Breve, quod incipit:

INNOCENTIUS PAPA XI.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cùm (sicut accepimus) Capitulum Generale Fratrum Ordinis Servorum B.M. Virginis in Conventu S. Marcelli de Urbe Fratrum ejusdem Ordinis in Vigiliâ Pentecostes currentis anni celebrandum sit: Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, ac ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti, omnibus utriusque sexûs Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui Ecclesiam S. Marcelli de Urbe prædictâ, vel aliam ex Ecclesijs Domorum, seu Conventuum ejusdem Ordinis ubique existentium in ipsâ Vigiliâ Pentecostes, ac singulis diebus actualis celebrationis dicti Capituli devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordiâ, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, semel duntaxat, omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti Capituli minimè valituris. Volumus autem, quòd si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimùm detur, aut etiam spontè oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, quodque præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Indulg. Plenar. ab Innoc. PP. XI. concessa pro diebus celebrationis Capituli Generalis Ord. Servor. B.M.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Martij MDCLXXVIII. Pontificatûs nostri anno secundò.

I. G. Slusius.

Jeremias de Rubeis Eminentiss. D. Sanctiss. D. N. Papæ Cardinalis Vicarij Generalis Notarius.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

Omnia habentur ex Reg. Gen.

Approbatur à Summo Pontifice sententia super Cultu ab immemorabili B. Julianæ Falconeriæ, cujus referuntur nonnulla prodigia.

CAP. IX.

Postquam in Sacrâ Rituum Congregatione satis superque, prout decet, discussi fuere alibi memorati Processûs Florentiæ, ac Typherni formati super cultu immemorabili B. Julianæ Falconeriæ, de quibus ad annum 1675., & 1676. in hac Causâ Ponente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Decio Azzolino, præcipuo quoque studio P. M. Prosperi Bernardi Procuratoris alibi memorati, hoc anno tandem die 6. Julii prodiit confirmatio sententiæ Florentiæ datæ anno 1675. super cultu immemorabili præfato, cui Sanctitas Sua .1. annuit die 9., prout constat ex proximè sequenti Decreto.

Florentina Canonizationis B. Julianæ de Falconerijs Tertij Ordinis Servorum B.M.V.

In Congregatione Sacrâ Rituum per Eminentissimum D. Cardinalem Azzolinum Ponentem Causæ prædictæ Servæ Dei, proposito, ac discusso dubio, an sententia Reverendissimi D. Archiepiscopi Ædessæ Judicis subdelegati super cultu immemorabili, & casu excepto à Decretis fel. rec. Urbani VIII. lata, sit confirmanda, vel infirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur. Eadem Sacra Congregatio audito Reverendissimo D. Promotore Fidei in voce, & in scriptis censuit præfatam sententiam esse confirmandam, si Sanctissimo D. Nostro placuerit. D. 6. Julij 1678.

Et factâ de prædictis Sanctissimo relatione Sanctitas Sua annuit. Die 9. Julij 1678.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Certiores de hoc Decreto facti die 12. Julij PP. D. Annunciatæ de Florentiâ illicò conceptum animi gaudium Campanarum sonitu, alijsque hujusmodi argumentis significare cœperunt, ejusdem B. Julianæ imagine præ foribus Ecclesiæ expositâ, & proximè sequente die hymnum *Te Deum laudamus*, solemni Musicorum concentuum plausu cantato, celebrandum curarunt, Sacellum D. Annunciatæ processionaliter adeuntes, ibi gratias de more Deo egère, Sacerdotalia Munia exercente P. M. Julio Artighetti, tunc Provinciæ Thusciæ Præfecto Sacris Vestibus solemniter induto, qui deinde ad Altare B. Julianæ, ubi nimirum Corpus ejus quiescit, decenti pompâ ornatum Missam de Spiritu Sancto inter Musicos concentus ritu solemni cantavit. Cùm autem prædicti Patres pietati suæ non adhuc sibi satis factum putarent, quippe qui longè plura venerationis erga B. Julianam spe-

Patrum Florentinorum plausus pro Beatificatione B. Julianæ Falconeriæ.

ſpecimina ſibi præcæteris exhibenda eſſe prudenti ſanè conſilio ſenrirent, cùm ipſis præ- E cæteris conrigerit veneranduoi ejuſdem Corpus intra Eccleſiæ propriæ ſinus fovere, die 23. ejuſdem Menſis, quæ Sabbathum fuit, repetitæ fuere propè Solis occaſum Campanarum ſonitu conceptæ lætitiæ ſignificationes, necnon ineunre noćte multiplici feſtivorum ignium genere, ac frequentiſſimâ luminom copiâ in exteriori Eccleſiæ, & Cœnobij proſpectu. Inſequente verò die, quæ Dominica fuit longè majori pompâ, prout in præcipuis anni ſolemniis fieri mos erat, undequaque exornata Eccleſia, præſertim verò B. Julianæ Capella, præ foribus ejuſdem Eccleſiæ ſequens aderat inſcriptio.

Julianam Falconeriam Flor Ord. Ser.
Cujus corpus hìc colitur.
Beatarum Virginum numero
adſcripſit
Innocentius XI. Pont. Max.
MDCLXXVIII. Die IX. Julij.

Divina, tùm manè, tum veſperè peracta fuere Myſteria exquiſitâ Symphoniacorum harmoniâ, de laudibus autem Beatæ Julianæ Orationem elegantem habuir ipsâ die P. Sigiſmundus de S. Silverio Scholarum Piarum Matris Dei Magnâ Populi frequentiâ, qui B. Julianæ Corpus tres continuos dies expoſitum G veneraturus confluebat. Patribus prædictis D. Annunciatæ reſpondere non detrectarunt aliarum Ordinis Provinciarum Parres, qui planè, prout eorum ferebar conditio, varia ubique pro ranto beneficio accepto geſtientis animi argumenta dedere.

Hiſce plauſibus, quos edere geſtiebanr in terris Servitæ, reſpondere quoque voluit Altiſſimos nonnulla patrando prodigia ad Julianæ ſanctitatem conteſtandam in eadem Civitate Florentiæ. Maria Joannis Roſſi Filia apud celebre Sereniſſimorum Etruriæ Principum Pomerium, vulgò dictum *Boboli* die 23. Decembris hoc anno inſanabili quadam Pedis infirmitate à 12. annis continuis hactenus afH fecta, quin unquam ex quibuscunque ſibi adhibitis remediis quidquam profeciſſe ſentiret, B. Julianæ implorato præſidio priſtinam, atque perfectam in inſtanti ſanitatem recepit.

B. Julianæ Falconeriæ miranda.

Maria Eliſabeth Pauli Ricci Filia adhuc quinquennis vehementi febre correpta, vix hauſto pulvere Roſarum, quæ B. Julianæ corpori admotæ fuerant, omninò convaluit.

Earumdem Roſarum miniſterio Catharina Uxor Aurigæ D. Leonis Strozza, poſtquam integrum biduum puerperij graviſſimos dolores experta fuerar, ſpeque omninò humanitùs fruſtrata, & Partum feliciter enitendi, & ſibi Vitam ſervandi, Maſculum illicò enixa feliciter eſt, & incolumis prorſus evaſit.

Idem beneficium perſenſit eodem pulvere Roſarum hauſto, & B. Julianæ ope imploratâ Catharina Angela Pauli Ricci Filia, quæ ab octo Menſibus prægnans diuturnâ febri adeò affecta fuerat, ut quæcumque Artis Medicæ opera, quantumlibet pluries adhibita vehemens morbi vis eluſerit, ſiquidem, & ipſa in inſtanti omninò incolumis effecta eſt.

Maria Magdalena Tartini ætatis annorum circiter duodecim anno ſalutis 1672. pravi cujuſdam humoris affluentiâ in altero ex oculis adeò vexata fuerat, ut cùm oculus enormiter intumuiſſet præ vehementiâ doloris quieſcere nunquam poſſet, quin etiam oculus ipſe facultatem amiſiſſet videndi, proclamata proinde à Medico Cheluzzi tanquam inſanabilis B. Julianæ præſidium ſibi adeſſe perſenF ſit; cùm enim ipſam ejus Genitrix Beatæ prædictæ devoviſſet, & ex animo commendaſſet, ideò ſacrum ejus Corpus in Eccleſiâ noſtrâ venerata, Domum repetens Filiam reperit penitus incolumem, non ſine ingenti ſtupore, quamobrem unà cum Filiâ ad Eccleſiam prædictam acceſſit, ibique plurimas agens gratias voto ſe ſolvit.

Hic autem pro renatâ referre juvat, quòd 2. Florentiæ Tertij Ordinis noſtri Sorores per annos 20. continuos (quo impedimento neſcitur) Habitum Tertiariis proprium non amplius geſtaverant, quem cæteroqui ab ipsâ quoque ejus Ordinis origine, & à B. Julianæ eidem præfectæ temporibus geſtare ſemper conſueverant. Itaque P. Calliſtus Catani de Florentiâ de Eccleſiâ D. Annunciatæ optimè meritus ob invictam in excipiendis ſacramentalibus Confeſſionibus conſtantiam, ob ſingulare ſtudium promovendi cultum B. Virginis Dolorum, ob eximiam in dirigendis prædictis Sororibus Æconomiam, & ob alia non pauca, eaque inſignia beneficia quoad ſacram ſupellectilem, & varia ornamenta eidem Eccleſiæ collata; P. inquam Calliſtus ſacri Habitûs noſtri incremento, ac decori conſulere volens uſum pluribus ab hinc annis inſtauravit, quo Tertiariæ Noſtræ proprium Habitum ſemper indutæ, uti dicebam, procedere ſolebant; quemadmodum hoc anno die 25. Decembris apud Mirandulam eundem Habitum Tertii Ordinis induere cœperunt H nonnullæ Mulieres, quarum primas tenuit Soror Catharina Juliana Luoſi Mirandulenſis, de quâ præ Sanctitatis Suæ opinione iterum ad annum 1683. erit Nobis dicendum. Juvat etiam hic attexere, quòd idem P. Calliſtus zelo prædicto incenſus erga Deiparæ Dolores nil intentatum relinquens, ut eorum cultum promoveret, proceſſionem Generalem Dominicâ 3. Septembris habendam longè honorificentiùs celebrandam curavit, ac ſenſim per octo conſequentes dies in Eccleſiâ præfatâ D. Annunciatæ Dolores eoſdem recolendos nonnullis precibus propè Solis occaſum ante venerandam Deiparæ Imaginem pari pompâ expoſitam adhibitis, & in hanc rem appoſitis con-

Tertiariæ apud Florentiã, & Mirandulã

Promovetur Flor. cultus 7. Dolor.

concionibus quotidie habitis, quò planè plurimi utriusque sexûs Christifideles summâ religione ducti conveniunt. Præterea spiritualia quædam exercitia qualibet feriâ 6. in eadem Ecclesiâ fieri solita ad Altare Conceptionis Deiparæ pro recolendis ejus Doloribus mirum in modum amplificavit. Anno nimirùm 1660. Diœcesano annuente feriâ 6. prædictâ valdè diluculò Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum ad idem Altare publicæ venerationi exponere cœpit, deinde persolvendam curavit Coronam 7. Dolorum, quâ persolutâ alter è nostris brevem Concionem de B. Virginis Doloribus habebat, mox ejusdem Litaniæ canebantur, postea pro singulis Confratribus, & Consororibus Societatis Defunctis celebrabatur Missa, ac denique cãtato hymno *Pange lingua* benedictio solemnis cum eodem Sacramento conferebatur. Quæ quidem exercitia eodem ritu adhuc nostris hisce temporibus exactè servantur, si tamen excipias Concionem pluribus ab hinc annis omissam, & Litanias B. Virginis, quarum loco cantu recolitur ejusdem Deiparæ planctus.

Ex hactenus dictis unicuique colligere licet, quonam affectus gaudio universus Ordo Noster exiliret, quòd cùm ubique multipliciter significaret, prout fert rerum humanarum vicissitudo, aliquid maximè adversum accidit, quòd conceptum animo gaudium temperaret, Eminentissimus enim Protector jampridem in Urbe, die nimirùm 20. Martij hujus anni apoplexiâ primùm affectus, ut saluti suæ pro virili consuleret, Florentiam perijt, ut ex aeris nativi beneficio, & exquisitis artis Medicæ remediis aliquid sibi emolumenti accederet, quibus accessere orationum suffragia, quæ per universum Ordinem Nostrũ quotidie Deo offerebantur. Verùm die 19. Septembris ejusdem anni apoplexiâ iterum correptus 18. diei horâ, 54. ætatis annum agens extremum diem ibidem clausit, cujus Corpus in Palatio suo primùm privatim expositum fuit, quò proinde statim ulcrò pettere Primarij quidam ex Patribus Cœnobij D. Annunciatæ, cum P. Provinciali Officium Defunctorum persoluturi, prout reipsâ persolvere. Die verò 21. ejusdem Mensis D. Apostolo Matthæo nuncupatâ expositum iterum publicè fuit in Ecclesiâ Patrum Carmelitarũ insigni quidem pompâ variis per ipsam appensis elogijs, emblematibus, & alijs hujusmodi honorificis argumentis, eò omnibus ex eâ Civitate certatim confluentibus, non modò nobilitate pompæ in exequiis habitæ ductis, verùm etiam præ singulari tanti Principis jacturâ miseratione commotis. Postmodum tumulatum fuis in Sacello gentilitio D. Andreæ è clarissimâ ejus Familiâ nuncupato apud eandem Ecclesiam propè venerandam sanctissimi Præsulis urnam erecto à Nepotibus, non mediocri magnificentiâ sepulchro. Plures quidem præclarissimi Viri obitum diù lachrymis prosecuti fuere, utpotè de pluribus benemeriti, præ cæteris autem dolore affectus Ordo noster eidem ubique parentavit longè majori pompâ, quàm fieri posset, juxta Locorum conditionem, tamquam de se optimè merito, siquidem maximi momenti beneficia ex amplissimâ tanti Cardinalis protectione 52. annorum spatio eidem Ordini obvenere, potissimùm verò trium Conventuum erectio, officia propria 7. Dolorum B. Virginis, & S. Philippi Benitij, hujus pariter solemnis Canonizatio, & supradictum Decretum pro B. Julianæ Falconeriæ cultu. Huic in Ordine nostro protegendo die 8. Decembris ejusdem anni .3. suffectus fuit à Summo Pontifice D. Cardinalis Aloysius Omodei Mediolanensis, pro cujus electione per singulas Ordinis Ecclesias gratiæ Deo actæ fuere. Apud Mirandulam hoc anno habita fuere Comitia Provincialia, quò convenere plurimi ex Ordine Nostro, quos omnes, ac singulos Serenissimus ille Dux pro singulari erga Ordinem nostrum benevolentiâ, mirâ dilectione complectebatur, & insigni munificentiâ fovere gestiebat, quippe sibi valdè complacere in recenti illius Cœnobij erectione passim omnibus ostendebat.

Card. Neri Corsini Protect. infirmitas, obitus, & laudes.

D. Card. Aloysius Omodei Mediolanensis eligitur Protector Ordinis

Comitia Prov. apud Mirandulam.

Interim Generalis recens electus regularis observantiæ studiosissimus Decretis inhærens in Capitulo Generali sancitis per singulas Provincias transmisit singulis exactè observanda, quæ pro Deposito reali stabilita jure fuere à Patribus in eodem Capitulo deputatis sequentis tenoris.

Decretũ pro deposito reali.

Cum Ordo noster Paupertatis fundamento sit innixus, quamobrem Servi vocamur, & Mendicantium titulo gloriamur, justum quidem est, ut Paupertatis votum integrum omninò, ac inviolatum servetur. Præcipitur itaque, ut à quolibet Religioso nostri Ordinis, cujuscumque sit statûs, vel conditionis, fiat Depositum reale Pecuniæ quoquomodo obvenientis, vel ratione Lecturæ, Prædicationis, Patrimonij sibi reservati, vel alio quovis titulo, etiam eleemosynæ acquisitæ. Ab ipso Deponente exprimatur in scriptis summa pecuniæ cum reali expressione, quòd hæc superiori tradatur, ut de ipsâ disponat, prout ejus arbitrio, & prudentiæ videbitur expedire. Ut autem hujusmodi Depositum fideliter custodiatur, ac eâ, quâ decet, integritate administretur pro indigentijs solummodò ipsorum Deponentium, hæc regula observetur.

Depositum particularium Fratrum sit omninò distinctum à Deposito Conventûs, illudque tribus clavibus muniatur, quarum una sit penes Superiorem Localem pro tempore existentem, reliquæ verò penes duos Depositarios, qui tamen non sint Officiales, neque Depositarij Conventûs, eliganturque à Capitulo Conventuali, & sint de corpore ejus Capituli Conventualis teneanturque secretum servare de summâ, & quantitate pecuniæ, quam unusquisque deposuit, ac eam in eadem qualitate custodire, ut possint restituere ipsi Deponenti, quando de superioris man-

mandato ab uno Conventu discedens ad alium de Familiâ se conferat.

Non possit Prior vim facere in Depositarios, vel eos cogere sub quovis prætextu, ut ipsi tradant claves Depositi, sed quando debeat extrahi pecuniæ in subsidium illius, qui deposuit, conveniant simul tres Depositarij, qui propriâ manu aperiant, ac claudant Depositum, nec possint quovis quæsito colore, etiam mutuationis, pecuniam particularium Fratrum in alium usum, etiam pro servitio Conventûs erogare sub pœnâ Depositarijs privationis vocis activæ, ac passivæ ipso facto incurrendâ, & Prioris suspensionis etiam ab officio Prioratûs usque dum Depositum in integrum restituerint, & ultra ad arbitrium P. Generalis, qui Prioribus omnibus, atque Depositarijs seriò iniungat, ut habitâ ratione personarum Loci, & temporis provideant de omnibus necessarijs eis, qui pecunias resignaverint, & deposuerint.

Quantumvis autem Religiosus aliquis haberet Depositum satis pingue, debent tamen Conventûs singulis sex Mensibus illi de Vestiaria providere, secundùm antiquam ipsorum Conventuum consuetudinem.

In eodem loco Depositi sit particularis Liber, in quo per Depositarios adnotetur quidquid singuli Patres, ac Fratres deponent, quorum adnotationi quilibet deponens propriâ manu subsignet.

Reliquarum verò rerum, quarum quotidianus, & ferè continuus est usus, uti vestium, Librorum, Mobilium pro Cellis, & similium, faciat unusquisque diligens inventarium, omnia resignans arbitrio sui Superioris, parato animo ea dimittendi ad nutum ipsius. In eodem etiam Inventario fideliter adnotentur annui redditus, census, stipendia, pensiones, ac alia hujusmodi, quibus unusquisque gaudet, immò in Deposito reponatur authenticæ scripturæ ad præfatos redditûs spectantes.

Ad hujusmodi Decreti executionem omnes respectivè teneantur, idque cum effectu intra dies quindecim à publicatione computandos, ita ut, qui negligenter, vel malitiosè complere recusaverit, ut proprietarius habeatur, ac proprietariorum pœnas incurrat.

In quorum fidem &c.

Datum Romæ die 31. Augusti 1678.

Fr. Georgius Soggia Prior Generalis Servorum B. M. V.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Joseph Maria Grossi Secret.

Pro coronide hujus capitis, & anni recensendum .4. hic est Decretum Serenissimi Ducis Mantuæ Ferdinandi Caroli, quo die 20. Decembris hoc anno D. Philippum Ordinis Nostri Patriarcham in Comprotectorem Urbis Mantuæ, totiusque suæ Ditionis, sui, & Populorum suorum specialiter elegit, ac diem ejus Festum observandum severè præcepit, cujus Decreti hic damus exemplar.

D. Phil. eligitur in Comprotect. Mantuæ totiusque illius Ditionis.

FERDINANDUS CAROLUS

E *Dei Gratiâ Dux Mantuæ, Montisferrati, Carolivillæ, Guastallæ,*

QUemadmodum in Beatissimæ Virginis Servorum Religionem Urbe in hac nostrâ sub Sancti Barnabæ Apostoli Vexillo Militantem, spectatam, tum ob commendabilem ejusdem Fratrum moram, & vitæ exemplaritatem, tùm ob miram Doctrinæ, Virtutis, & studiorum propagationem, quæ in dies magis hac in ipsâ efflorescit, non vulgaris fuit semper nostra propensio; ita eidem Religioni, & Fratribus decoris, & existimationis non modicum aliquid exhibere non indebitum censuimus. Cupientes igitur optimam hanc nostram cunctis declarare voluntatem, cum Nos invitati eidem ab eximiâ S. Philippi Beatij dicti Ordinis Patriarchæ
F *sanctimoniâ abique jam evulgatâ à multorum sui ipsius miraculorum famâ, verùm etiam à singularibus gratijs in Nos, & subditos Nostros collatis adstricti, eumdem ad Nostri, & universalem status, & Populorum nostrorum tutelam unà cum alijs Comprotectoribus Nostris suscipiendam jamdudum rogaverimus, quia ejusdem Sancti Diem Festum secundùm cæteros Urbis hujus piâ devotione observandum jubeamus, prætermittere nequaquam volumus, considerantes nihil piam magis, nihil charius, nihilque ipsi Deo gratiùs esse, quàm hujusmodi beneficia condignis devotis cordis, animique obsequentis, & grati demonstrationibus amplecti, spe hac indubiâ innixi, Nos, & subditos Nostros, mediâ tanti Sancti validâ intercessione*
G *majores à summo rerum opifice gratias esse consequaturos. Hoc itaque Decreto pro arbitrio, & absolutâ potestate, quibus in Urbe hac, ejusque Universâ Ditione publicè fungimur, scientes, volentes, altrò, consultóque, motu proprio, ac animo benè deliberato dicti S. Philippi Benitij Urbis hujus nostræ Comprotectoris diem Festum piâ devotione, ut supra, observandum, et reverendum sub indignationis Nostræ pœnâ, majorisque aliâ arbitrio Nostro fore, & esse volumus, & mandamus. Imponentes pro hujus Nostræ præcisæ mentis firmitate Magistratui Nostro, ut in posterum ad publicam Populorum Nostrorum notitiam Turris Custode præcipiat, ut ipse quotannis dies istius festivitatem, ut supra, observandam, solitâ Campanæ pulsatione*
H *ad horam Tertiæ sub privationis Officij pœnâ non desinat patefacere. In quorum fidem, & robur præsens hoc Nostrum Decretum, quod erit manu nostrâ subscriptam, majorisque sigilli Nostri appensione munitum dari, & exscribi jussimus. Datum Mantuæ die 20. Decemb. 1678.*

Ferdinandus Carolus &c.

Varanus

Federicus Sissa primus Cancellarius, mandante Serenissimo Domino relat. D. Comitis Hieronymi Magni ejusdem Celsitudinis à secretis Status, scripsit &c.

Decretum S. Philippi Benitij in Comprotectorem Civitatis, & Status electi &c.

Magnus.

AN-

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

1 *EX monum. Conv. Florentiæ.*
2 *Ex monum. eorundem Conventuum.*
3 *Ex Reg. Gen.*
4 *Ex Monum. ejusdem Conv.*

Leges studiorum à P. Reverendissimo Generali Soggiâ editæ. Moritur P. Magister Joseph Maria Mariani.

C A P. X.

Leges pro studiorum directione.

CUM P. Generalis Soggia per annos triginta continuos domesticis Ordinis Nostri Accademijs Præfectus studia, ac bonas Literas pro virili promovisset, B illudque, experientiâ teste, cognovisset, quòd post disciplinam regularem Literarum studia Ordinis ejusdem incremento quammaximè conducerent, vix ad Generalem ejusdem Præfecturam assumptus æconomiæ studiorum consulere voluit, quod legum quarundam beneficio assequi se posse speravit, quas, quia hoc anno typis impressas in Urbe, & publicatas die 12. Septembris supervacaneum arbitror hîc, prout jacent, inserere, satis autem erit easdem indicasse.

E'vivis quidem excessit hoc anno P. Joseph Maria Mariani de Florentiâ, ejusque Cœnobij Alumnus in Vallibus Lucernæ apud Locum quemdam, qui dicitur *Villaco* in Ditione Ducis Sabaudiæ, celebritate nominis apud C Posteros nunquam intermoriturus, ac propterea maximè dignus, quem ipse præsertim laudibus ornandum suscipiam, qui Disciplinæ Regularis rudimenta, verbo, & exemplo edoctus ab eodem fui, cùm anno Domini 1678. in Cœnobio D. Annunciatæ de Florentiâ Novitijs adscriptus, quorum ille regimini Præfectus erat, plura in eo Doctrinæ, & Sanctitatis argumenta passim admirabar. Vir igitur iste ab ineunte ætate in prædicto Cœnobio sacrum Habitum indutus pietati, & Literis excolendis adeò navare cæpit, ut in pluribus Ordinis nostri Academijs Lectoris, & Regentis studiorum munus honorificè obierit, & sacras Conciones, etiam in præcipuis Italiæ Urbibus, non sine plausu exceptus, habuerit. D Animarum autem zelo valdè .2. commotus, ijsdem dirigendis, invictâ animi constantiâ, summoque studio aderat, eo quoque intelligentiæ profectus, ut discernendis spiritibus impar minimè fuerit, quod potissimum experiri licuit quoad Sororem Mariam Diomiram Allegri dictam de Verbo Incarnato. Hujus enim adhuc Puellulæ spiritum apud Florentiolam eius Patriam Quadragesimæ tempore anno 1663. sacras habens Conciones probare, & discernere mirificè valuit, ipsamque statim cognovit ad sublimioris vitæ genus ab Altissimo præelectam, quam proinde Florentiam in aliquo Monasterio Monialibus adscri-

P. M. Joseph Mariæ Mariani Florentini obitus, & gesta.

bendam maximopere curavit, cujus vaticinij, A & discretionis veritatem comprobavit eventus, quandoquidem Diomira anno Domini 1677. ætatis suæ 27. brevi consummata explevit tempora multa, prout ex ejus Gestorum historiâ liquet, quam D. Petrus Aloysius Malaspina Theatinus Cortonæ primùm, deinde Massæ, & Populoniæ Episcopus, alijque scripsere, & ex ejus Vitæ compendio, quam ipsemet Joseph noster scripto edidit. Ætate verò æquè ac sapientiâ apud Deum, & homines jugiter idem Joseph proficiens hujusmodi animarum zelo incensus ita fuit, ut Patriæ limites non passus, Patre Generali mandante, qui eum præ cæteris Doctrinâ, & Sanctitate vitæ conspicuum præelegerat, Valles Lucernæ præfatas adierit, ubi nuper B Ordini nostro sedes accesserat recipiendis Patribus à Serenissimis illis Principibus designata, qui ad Hæreticos in ijs Vallibus degentes ad Catholicam fidem convertendos in dies erant mittendi, opus hoc insigne charitatis haud mediocri studio expleturus. Florentiâ discesserat die 26. Augusti 1678. ipsum comitantibus P. Philippo Antonio Vavarini Pedemontano, & F. Hieronymo Mariâ Allegri Clerico Professo Florentino; cum autem brevi ad Locum prædictum in memoratis Vallibus pervenisset, tanto mentis ardore, tantâque sapientiâ munus Apostolicum suscepit, ut uberrimum laborum suorum fructum in plurium Hæreticorum conversione nimirùm tercentum, & ampliùs, octo circiter Mensi- C um spatio collegerit; quamobrem plenus dierum, etsi trigesimum nonum ætatis annum minimè excessisset, malignâ febre correptus, quâ undecim dies graviter affectus fuerat, mente, & sensibus integer, cœlestium Meditationum jugiter intentus, ad eadem prosequenda Astantes quoscumque, etiam Heterodoxos vehementer excitans, Divinâ Sapientiâ perfusus, singularia tum verbo, tum opere virtutum exempla Posteris relinquens, die 27. Maij præsentis anni in Loco prædicto *del Villaro* extremum diem clausit. Tanti Viri obitum, nedum amaris lachrymis prosecuti fuere PP. præfati, alijque ibidem degentes, necnon Florentiæ, & alibi per Ordinis nostri Cœnobia, ubi Joseph noster Doctrinæ, & in- D tegritatis vitæ opinione notissimus erat, & apud omnes in delicijs, qui maximam Ordinis jacturam in ejus obitu deplorabant; verùm etiam Hæretici ipsi, qui & sapientiam ejus, & in differendo subtilitatem, in Concionibus dicendi vim, charitatem autem præ cæteris in eo conspicuis muneribus, admirabantur, quem proinde omnes indiscriminatim sanctum passim appellabant, quo planè titulo, vel ipse Serenissimus Magnus Etruriæ Dux Cosmus III. eximiâ pietate notissimus, ipsum insignire, & identidem prædicare non verebatur; hîc autem è tenatâ juvat attexere, quòd Joseph Noster tanto semper ardebat macerandæ Carnis desiderio, sive severissimè

ipsam flagellis cædendo, sive asperis cilicijs domando, sive vigilijs, orationibus, jejunijs, & quotidianis laboribus extenuando, præsertim in Vallibus prædictis Apostolicum munus quamdiligentissimè exercens, ut minimè mirandum sit, quòd genua eidem enormiter intumuerint, non sine ingenti dolore penitus lacerata, ex quò potissimùm malignam febrem, quâ correptus occubuit, ortum duxisse censuere Periti, cui occurrere opportunè non potuere, quemadmodum aliàs artis medicæ ope fieri potuisset; Joseph enim patiendi, & labotandi cupidus morbum, quo affectus erat, serò nimis proposuit. Josephi laudibus illud tandem accedit, quòd ipso è terris avu so alter minimè defec t, & quidem aureus, tanquam ex fœcundâ radice progenitus ex ejus nimirum Apostolico munere surculus, nimirum P. Hieronymus Maria prædictus, qui indesinenter munus Apostolicum prosequens aliquantulum, etiam opem quandoque ferentibus Patribus Philippo Antonio prædicto, Philippo Mariâ Schiaffini de Camulio, P. M. Teophilo Olivari de Massiliâ, & Michaele Angelo Gallinâ de Lucernâ, Viro ob eximiam prudentiam, cum pari Vitæ integritate coniunctam, tum in ijs Vallibus, tum in Senatu Taurinensi conspicuo, qui Josephum Mariam, & alios præmemoratos Patres ibidem præcesserat, & Religioso eorundem cætui veluti præsidens, ipsum, prout rei necessitas exigeret, regebat, adhuc per 6. annos plusquam mille Hæreticos ad fidem Catholicam reduxit.

Erectio Confraternit. in honorem B. Jo. Angeli Porro.

Recolenda pariter hoc anno succedit solemnis Institutio cujusdam Congregationis, .3. seu Confraternitatis Laicalis, non reluctante Ordinario Mediolani erectæ sub invocatione, & protectione B. Joannis Angeli Porro, in quâ descripti fuere non inferioris notæ permulti Cives Mediolanenses, tùm opibus, tùm nobilitate insignes utriusque sexûs, moti proculdubio ex maximâ devotione erga sanctitatem B. Joannis Angeli, quem maximis, ac innumeris in dies coruscare prodigiis aspiciebant. Congregatio hæc, nimirum suæ fundationis præludia quædam sumpsit sub auspicijs Reverendissimi P. M. Joannis Vincentij Lucchesini, eâ tempestate Præsidentis nostri Generalis, postmodum dignissimi Archiepiscopi Ragusani, dein Præsulis Assisiensis, de quo ad annum 1689. At verò quia ipsemet P. Lucchesini varijs, gravissimisque distentus curis hoc opus juxta Confratrum pijssimum desiderium ad suam plenariam perfectionem red gere minimè potuit, suo dignissimo successori Reverendissimo P.M. Georgio Soggia, de quo pariter ad annum 1681. fors contigit prædictæ Congregationi stabile decus, ac firmitatem præstandi, quippequi Confraternitatem eamdem favoribus, ac gratijs specialibus prosequens, & amplectens, de gremio Religionis eam declaravit, atque ad participationem omnium bonorum spiritualium Confra-

Confr. B. Jo. Angeli Porro admittitur ad particip. Bonorum Spirit.

tres omnes admisit, ut ex Literis patentibus
E liquidò apparet tenoris sequentis.

Fr. Georgius Soggia Turritanus, Sacræ Theologiæ humilis Professor, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, ac Totius Ordinis Servorum B. M. V. Prior Generalis.

Dilectis Nobis in Christo Pijs, ac Devotis Viris, ac Mulieribus in Ecclesiâ nostrâ Sanctæ Mariæ Servorum Mediolani, sub invocatione B. Joannis Angeli Porri Ordinis Nostri convocatis, & adunatis, salutem. Gratissima erga Religionem nostram animorum vestrorum propensio, atque singularis affectus maximè expostulat, & requirit, ut vos inter præcipuos nostri Ordinis Benefactores connumeremus, & recipiamus, ac ubi vices aliundè non suppetunt,
F *pro temporalibus spirituales gratiæ à Nobis rependuntur, ijs utmtrùm, qui Nostræ Religioni favere, Monasteriorum levamen, & Ordinis augmentum quoquomodo promovere noscuntur, deque collatis Nostræ Religioni à Sanctâ Sede Apostolicâ donis spiritualibus participes illos faciamus. Majorum nostrorum igitur vestigia sequentes, de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatissimæ Dei Genitricis, Sanctique Patris Nostri Philippi, ac B. Joannis Angeli Porri, cujus estis addictissimi, aliorumque Sanctorum, ac Sanctarum meritis, & intercessione confidentes, omnium Sacrificiorum, Vigiliarum, Disciplinarum, & quorumcumque bonorum operum, quæ in Ordine Nostro fiunt, participes declaramus; neque solùm, cum superstites fueritis, ve-*
G *rùm post obitum ad spiritualia Confratrum beneficia libenter admittimus, ut tandem omnes ipsius Deiparæ Virginis Dolores [in quorum memoriam ob manus ipsius Habitus Noster receptus fuit] in hac Vitâ Consortes ad alteram translati, ejusdem gaudijs perfruamur in Cœlis.*

In quorum &c.

Datum Mediolani in Conventu Nostro Servorum die octavâ Mensis Februarij anno 1679.

Fr. Georgius Soggia Prior Generalis Servorum B.M.V.

Locus ✠ Sigilli

Reg. lib. &c. fol. 57.

Fr. Thomas Morelli Pro Secr.

Constitutiones Congr. Mediol. B. Jo. Angeli Porro.

Neque his contentus præfatus P. Generalis
H Soggia, Constitutiones etiam quasdam particulares de consensu PP. nostri Conventûs de Mediolano pro gubernio, & administratione ejusdem Congregationis exaratas, benignè confirmavit, ac eis perpetuæ firmitatis robur adiecit. Quæ constitutiones, cum maximè cedant honori, ac devotioni ejusdem B. Joannis Angeli, alijsque pijs Personis similia peragendo incitamentum non modicum præstare queant, ideò eas, prout jacent, hìc adnectere non inutile duximus. Sunt autem hæ demptis præludijs ad nostram rem minimè facientibus.

Ma perchè senza il fondamento delle Leggi le Fabbriche spirituali non ponno a lungo durare, che

che nō vadano in rovina, i Divoti di detta Adunanza convennero con i PP. del Monistero di S. Maria de' Servi di osservare per loro Regola alcuni Capitoli, esaminati, ed approvati pure dal predetto P. Reverendissimo Generale, e sono.

1 *Che tale Adunanza si protesta, che ella con tal titolo non debba acquistare, o presentaneamente, o ne' tempi avvenire padronanza, nè ragione, o giurisdizione alcuna nella Cappella del suddetto Beato, ma di volere omnimodamente dipendere dal P. Reverendissimo Generale presente, e suoi Successori, dal quale, o da' quali possa in qualsivoglia tempo essere rigettata, & annullata simile Adunanza, in evento mai, che ella non adempisse l'osservanza de Decreti, o pure parte essenziale de' medemi Decreti in pregiudizio della Giurisdizione della Religione, e che perciò gl'Officiali della medesima non possino esercitare atto alcuno di qualsivoglia sorte intorno alla suddetta Cappella, se non in quanto gli verrà permesso dal P. Priore del Convento, e dal P. Correttore.*

2 *Non si ammetteranno in detta Adunanza, se non Persone Civili, e sopra tutto, che siano di buoni costumi, e a questo fine se ne prenderanno dal Signor Priore con due Consiglieri le dovute informazioni; quali informazioni si doveranno proporre nella detta Adunanza, e poi se saranno buone, e convenienti, si dovranno proporre, e nominare per esser accettati nella loro Adunanza dal P. Correttore. E così ballottati dal P. Priore del Convento, dal Signor Priore della Compagnia, o sia Adunanza, e da tutti gl' altri Officiali, se averanno voti sopra la metà, s'intendino aggregati a tale Adunanza, con questo però, che nel giorno dell' accettazione s' abbiano à confessare, e comunicare all' Altare del nostro Beato, ricevendo dal P. Correttore la benedizione, e un Imagine del medesimo Beato.*

3 *Perchè quest' Adunanza deve riconoscere per suo Superiore il P. Reverendissimo Generale pro tempore; a questo s'aspetti immediatamente di nominare, & eleggere il P. Correttore, o pure al P. Provinciale di Lombardia, quando il P. Reverendissimo Generale così voglia. Et in evento, che questo commettesse qualche mancanza, debbasi ciò riconoscere dal P. Reverendissimo Generale, o suo Deputato; e in caso d' elezzione d' altro soggetto più idoneo, a lui s' aspetti detta elezzione; e debba il detto Padre Correttore avere la precedenza da tutti dell' Adunanza, fuorichè dal P. Priore del Convento, e debba avere voce in tutte le ballottazioni.*

4 *Quest' Adunanza indi poi dovrà avere gl' infrascritti Officiali: Un Priore, Vice Priore, Assistente Regio, Cancelliere, Vice Cancelliere, Tesoriere, un Avvisatore, Sagrestano, e sotto Sagrestano, sei Consiglieri, due Pacificatori, e due Infermieri. L'elezzione de' quali si dovrà fare la prima Domenica di Settembre di ciaschedun anno, doppo il Pranzo allora, che sarà determinata dal Signor Priore dell' Adunanza, avutane prima parola col P. Priore del Convento, e P. Correttore nella forma seguente.*

Il Sig. Priore dell' Adunanza nominerà a sua elezzione, e piacimento tre Fratelli al P. Correttore per la carica di Priore, il quale dovrà poi proporli a tutti li Fratelli, e da detti Fratelli saranno ballottati, e in virtù di tal ballottazione quelli s' intenderanno eletti, che averanno conseguito più Voti sopra la metà, e l' istesso si farà di tutti gl' Officiali; e caso che succedesse la parità de' Voti, per ballottazione segreta si faccia tal proposta per tre volte, le quali passate, se alcuno non avrà più Voti sopra la metà, s' intenda eletto il primo proposto. Le ballottazioni si faranno per secreta suffragia, in tal maniera però, che niuno possa ricusare di essere proposto, nè di rinonciare in caso di elezzione la carica.

La forma, & ordine poi dell' elezzione sarà, che si dica divotamente prima l'Inno dello Spirito Santo: Veni creator Spiritus, *e poi si venga alla ballottazzione, & esclussione de' Voti; & eletto, che sarà il Priore dell' Adunanza, tutti li Fratelli lo dovranno ordinatamente abbracciare, in segno di doverli prestare ubbidienza, e ciò tutto nel modo predetto, terminato si dovrà dire pure, alzando la mente a Dio, il* Te Deum laudamus, *in rendimento di grazie per tale elezzione; e poi si noteranno dal P. Cancelliero in un Libro a parte i nomi tutti degl' Officiali eletti, & il numero de' Voti, che quelli avranno avuto nella detta elezzione. Con avvertimento tale però, che il P. Priore del Convento pro tempore, non solo abbia Voto nella detta elezzione degl' Officiali, ma in qualsivoglia altra funzione ancora: E che la stessa mattina, che si dovrà venire à tal elezzione si debba scoprire il Corpo del Beato, e cantare alla di lui Cappella la Messa, ad effetto di essere a gloria sua, e profitto spirituale di tale Adunanza, ispirati all' una buona elezzione.*

5 *Che sia tenuto il P. Correttore di portarsi agl' Infermi, ogni qual volta verrà per loro chiamato, per esser benedetti col Mantello del Beato.*

6 *Che l' Avvisatore debba osservare li mancamenti de' Fratelli, & opportunamente darne ragguaglio a Ministri, & Officiali; quali unitamente faranno chiamare il Fratello, che avrà errato, e con la dovuta ammonizione procureranno l'emenda; e caso mai, che egli si rendesse incorrigibile, si dovrà licenziare dall' Adunanza per secreta suffragia. Convocati il P. Correttore, il P. Priore pro tempore del Convento, il Tesoriere, Cancelliere, e li sei Consiglieri, con tutta l' Adunanza; e ciò col mandarne per mezzo dell' Avvisatore i bollettini, per detta Congregazione. Il che dovrà fare il detto Avvisatore in tutte l' altre funzioni, come anco in caso, che l'Infermiere si abbi a portare alla visita di qualche Infermo.*

7 *Che il Sagrista dell' Adunanza debba custodire in un luogo appartato tutto ciò, che appartatamente appartiene per ornamento della*

Cappella del Beato, & insieme tutte le oblazioni, o di cera, o di panni, e ciò con ogni diligenza. col tenerne presso di se la chiave. Con tal condizione però, che egli debba sempre dipendere onnimodamente [in caso, che si abbi ad ornare la detta Cappella] dalla disposizione del P. Correttore, a cui dovrà esser pronto a ubbidire; a segno che nemeno possa l' Adunanza pretendere autorità, o giurisdizione alcuna sopra detti ornamenti, apparati, Argenti, nè oblazioni, che si faranno ad onore del Beato: Ma tutte ciò intendasi in libera podestà della Chiesa; dichiarandosi, che gli suddetti ornamenti, di qualsivoglia sorta siano, s'intendono fatti ad onore del Beato; onde non abbino a servire, che al suo Altare, & alla Chiesa de' Servi nelle loro Festività. Con questo, che la Religione non possa, durante la detta Adunanza, consumarle, ne imprestarle in servizio di altre Chiese.

8 *Che ogni volta, che porti bisogno di congregarsi debba il giorno deputarsi dal Signor Priore dell' Adunanza, e dalli P. Priore del Convento, e P. Correttore: e debba l' Avvisatore [come sopra] mandare li bollettini a' Signori Priore, Tesoriere, Cancelliere, e Consiglieri, quali non senza gran legittimo impedimento doveranno esser iscusati dal non intervenire; & in essa Congregazione si dovrà consultare, e risolvere tutto ciò, che risguardi il maggior decoro del Beato, & il bisogno della medesima Adunanza.*

9 *Che siano tenuti tutti li divoti dell' Adunanza confessarsi, e communicarsi unitamente all' Altare del Beato ne' giorni di sua Festa, e nelle Feste di tutti li Santi, della Natività di Nostro Sign., & anche dell' Annunziata, & Assunzione di Maria Verg., sotto pena a trasgressori di esser scancellati dall' Adunanza, quando non siano stati legittimamente impediti. Et in tal divota occasione doveranno pregare per la conservazione del Sommo Pontefice, per la sacra Maestà del Nostro piissimo Re Cattolico, per la salute dell' Eminentissimo nostro Pastore Arcivescovo di Milano, e del Reverendissimo P. Generale pro tempore della Religione del nostro Beato.*

10 *Che ogni quarta Domenica di Ottobre di ciascheduno anno si debba solennizzare la Festa del Beato [ora per la causa di già accennata, si celebra nella Domenica quarta di Agosto] con quella maggior pompa possibile a spese dell' Adunanza senza che il Monastero ne senta veruno aggravio. A tale effetto però si farà la solita cerca da' Fratelli, che saranno a ciò deputati dal P. Correttore, e dal Sig. Priore dell' Adunanza. E caso che l' elemosine non fossero sufficienti, si servirà di quello si troverà avere in cassa il Tesoriere; et acciocchè tal Festa riesca maestosa, e di decoro, si dovrà fare un Mese prima una Congregazione Generale, & in giorno da deputarsi dal Sign. Priore dell' Adunanza, e da' Padri Priori del Convento, e Correttore, nella quale, non solo doveranno intervenire tutti gli Officiali, ma anche tutti li Fratelli, per ivi stabilire il modo, che si dovrà tenere.*

E 11 *Che nelle Congregazioni, per levare i disturbi, che potessere avvenire per la precedenza, si abbi ad osservare quest' ordine: Che il primo luogo sia del P. Priore del Convento, il secondo del P. Correttore, & il terzo del Sign. Priore dell' Adunanza, a cui succeda poi l' Assistente Regio, indi ordinatamente il Vicepriore, il Tesoriere, il Cancelliere, li Consiglieri, l' Avvisatore, il Sagrestano, li Pacificatori, e gl' Infermieri, e poi gl' altri secondo, che si troveranno.*

12 *Che nella morte di qualche Fratello l' Avvisatore abbi a mandare a ciascheduno il bollettino; e che tutti li Confratelli l' abbino ad accompagnare alla sepoltura nel giorno, & hora prefissa dall' avviso; e che in presenza del corpo si debba recitare divotamente l' Officio de'* F *Morti, e ivi far cantare all' Altare del Beato la Messa.*

13 *Che dell' elemosine s'abbi a far celebrare un Officio de' Morti per li Defonti dell' Adunanza, nel giorno da destinarsi dal Sign. Priore della detta Adunanza, per il quale dovrà l' Avvisatore mandarne i bollettini, acciò possa intervenire maggiore il numero de Fratelli.*

14 *Che debbano il Priore, e Padri del Convento assegnare gratis un luogo avanti la Cappella del Beato, per fabricarvi una sepoltura per detta Adunanza, acciò si possa sodisfare al divoto desiderio di quelli, che vorranno, per godere de' suffragj, essere in quella sepolti.*

15 *Che abbino tutti li Fratelli a visitare nel* G *giorno di tutti li Santi divotamente le Sette Chiese, con l'assistenza, e intervento del loro P. Correttore; ove in tal caso doveranno pregare S. D. M. come sopra ec.*

16 *Che in fine dispensata dal Reverendissimo P. Generale la Figliolanza della sua Santa Religione, abbino i Fratelli a intendere di essere ammessi a parte di tutte quelle Indulgenze, che innumerabili sono concedute alla detta Religione, e a' Confratelli dell' Abito de' sette Dolori di Maria Vergine, & insieme, come Figli spirituali di dover participare di tutti quei tesori, e beni, che vanno remeritando detti Religiosi, e detti Confratelli, quelli con santi Sacrifici; e divini Officj, e tutti insieme con orazioni, digiuni, discipline, e altri esercizj spirituali,* H *per impetrare non solamente il perdono de peccati, ed abilitarsi all' acquisto della Divina Grazia; ma anche per sminuire, & alleggerire quella pena temporale, che per sodisfazione de' nostri peccati, ci doverà essere stabilita a sopportare nelle pene gravissime del Purgatorio; e per il qual fine dobbiamo giornalmente implorare con ogni più possibile divozione l'efficace intercessione del nostro Beato.*

ORA-

ORAZIONE SPIRITUALE,

Et Invocazione divota da farsi ogni giorno da' Confratelli, ed ogni Devoto al miracoloso BEATO GIO: ANGELO.

VI salato Giglio candidissimo di purità, Specchio fulgidissimo di tutte le Virtù, Gemma inestimabile di Paradiso, fiamma di fervida carità, Stella tramontana de' miseri, e Sole fulgidissimo di Grazia celeste, con cui si toglie ogni orrore, s'illumina ogn'anima, e riscaldano tutti i cuori d'un santo, e Divino amore. A voi Beato miracoloso, e pietoso, che spargeste tante lacrime di pianto, che versaste tanto sangue colle discipline, e che esalaste tanti sospiri dal cuore, per implorare la salute a' Peccatori, a voi benignissimo Intercessore raccomando questa povera anima mia peccatrice, che con tante sue gravissime colpe si è tante volte mostrata ingrata al suo amorosissimo Redentore. A Voi pentito d'ogni mia colpa ricorro. Voi, come fiamma di Carità, infiammatemi di Divino Amore; Voi, come stella di salute, guidatemi, fra le tenebre delle diaboliche illusioni; e Voi, come Sole, scnopritemi il giorno di grazia celeste. Sicchè riscaldato di carità verso il mio Dio, ed il mio Prossimo, guidato dal vostro beatissimo lume, e infervorato di Grazia celeste, io possa in questa vita dileguarmi in lagrime di pentimento per lavare l'anima mia da tante colpe, e schivare per l'avvenire tutte le tentazioni del Demonio, e godere al Sole della Gloria un giorno eterno di felicità celeste, colassù da Voi condotto, che siete il mio Angelo Beato. Amen.

Salutazione divota al medesimo Beato.

SAlve Lilium illibatum
Indeficiens fons gratiarum,
Sine labe speculum.
Ave Clavis Portentorum,
Hostis, terror Inferorum,
Gratus Pater omnibus.
Salve Nitor Mediolani,
Flos suavis, Sydus pacis,
Arbor semper prodiga.
Ave gemma puritatis,
Medicina tribulatis,
Et Servorum Gloria. Amen.

℣. *Ora pro nobis B. Joannes Angele.*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus.

DEus salus Infirmorum, & remissio peccatorum, qui per servum Genitricis tuæ B. Jo. Angelum tot mirabilia operaris; exaudi Nos in afflictione nostrâ ad te clamantes, morbos nostros à nobis repelle, gratiam tuam cordibus nostris infunde, ut salvi, & incolumes, per intercessionem ejusdem B. Joannis Angeli evadentes, in Ecclesiâ tuâ gratias referamus, & ad tuam immarcescibilem Gloriam pervenire valeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Nec solis internis affectibus, sed etiam A egregiis operibus iidem Confratres accensam erga Beatum devotionem monstrare fategerunt. Adveniente namque ejusdem Anniversariâ solemnitate, incredibile propemodum est quantâ pompâ, & Ecclesiasticorum Apparatuum splendore depictis etiam, ac in parietibus Ecclesiæ Nostræ dispositis egregiis operibus, & miraculis ejusdem Beati Festum egerint cum celebriori, ac sumptuosissimo Musicorum concentu, necnon eruditissimi Oratoris Panegiricâ Oratione præmissâ, ac nullis expensis parcentes maximæ devotionis erga Beatum, nostramque Religionem signa præclarissima dedere, accurrentibus undique Populis, nedum Mediolanensibus, sed etiam finitimarum Civitatum, itaut fama constans B fuerit nusquam cum tali, ac tantâ pompâ celebratam fuisse huic similem festivitatem ab eo tempore, quo celeberrima Nostri Sancti Patris Philippi Canonizatio solemnizata fuit. Insuper & fabricæ ipsius Capellæ mirum in modum exornandæ initium dederunt, de quâ ad annum 1681. distinctior narratio apparebit; itaut neque gratiores, neque munificentiores erga se ipsum Benefactores, ac Devotos B. Joannes Angelus adinvenire nusquam potuerit.

Celebritas pomposa in honorem B. Jo. Angeli Porro.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

1 EX *Reg. Gen.*
2 *Ex Arch. Conv. Florentiæ.*
C 3 *Ex P. M. August. Alevazzoli in Vitâ B. Jo. Angeli Porro.*

Erigitur Mirandulæ monumentum Fundatori Cœnobij; Instauratur Ecclesia. Provincialis Etruriæ in Eremum secedit. Moritur apud Saxolum Teophilus Beneventi. Proponitur studium Linguarum Orientalium.

CAP. XI.

QUamvis Alexander Bergami Conventûs Nostri Mirandulani Fundator supremâ sui voluntate tantummodò præcepisset, merum quendam tu-D mulum sibi post mortem aptandum, Servitæ tamen beneficij magnitudine seriò perpensâ, prout decreverant anno 1677. die 4 Julij, & anno 1679. die 6. Martij, honorificum sepulcrum eidem erigendum hoc anno curarunt, appositâ congrua inscriptione lapidi marmoreo impressâ. Postmodum in marmore pariter impressum proximè sequens elogium in conspicuo Claustri loco elegantissimè exhibuere.

D. O. M.
Nullo delenda ævo
Omni recolenda seculo
hoc in Lapide
Floreat memoria perennis

Ale-

Inscrip. sepulcr. Alex. Bergami Mirandulæ.

Alexander II. Pici
Serenissimi Mirandulæ Ducis,
Qui
Civium commodo, Populorum votis,
Suamet, ac Serenissimæ Conjugis
Annæ Beatricis Estensis.
Indulgens pietati,
Sacrum Deiparæ Servorum Ordinem
Hanc in Urbem invexit Primus,
Primus omnium Beneficiorum genere cumulavit;
Cœnobiumque, Ædesque sacras,
Quas
Anno Domini M.DC.XXX.
Capuccinis Monialibus
Ære suo constituendas
Ex Testamento decrevit
Nobilis Vir
Alexander Bergamus Mirandulanus
In eundem Ordinem transferendas
D.D. Bergamis annuentibus
Summa Clem. X. P.M. authoritate curavit,
Obtinuit
Posito hic pede
An. Quinquelustri sacro M DC.LXXV.
Beneficentiss. Principi lapidem posuere
Prior, & PP. hujus Conventûs
Æternum Grati animi Monumentum.

Mirãdulana Eccles. ampliatur, & Patrũ gratitudo in Benefactorem ostẽditur.

Interim Serenissimus Dux præ singulari benevolentiâ, quâ magis ac magis in dies Ordinem, & Habitum nostrum complectebatur, Ecclesiæ nostræ decori, & Populorum utilitati consulere volens, ejusdem Ecclesiæ angustias, utpotè Monialibus Capuccinis designatæ minimè passus, eandem haud mediocriter ampliavit, publicâ semitâ etiam omninò interdictâ, plura ibidem à fundamentis excitando, quæ ad ornamentum ejusdem, & Civium commodum sibi magis expedire videbantur. Quibus, & alijs innumeris Serenissimi Ducis beneficentiæ argumentis commoti PP. maximè decere animadverterunt insigne aliquod grati animi testimonium Celsitudini suæ exhibere, quamobrem cùm hoc anno præfatus Dux ægrotaret gravi febre correptus, publicas pro ejus incolumitate in Ecclesiâ preces habuere coram Sacratissimâ Eucharistiâ, ideò publicæ venerationi expositâ, ipsique D. Phillppi Reliquias detulere, quarum contactu statim ipse convaluit. Prætereà Missam semel in Hebdomadâ perpetuò celebrandam decrevere pro felici ejus conservatione, quandiu superstes esset, & pro ejus animæ suffragio, postquam è vivis excessisset.

P.M. Julius Arrighetti de Florẽtia Provinciæ Præfect. Eremiticũ Hab. induit.

Hoc eodem anno P.M. Julius Arrighetti de Florentiâ Provinciæ Etruriæ Præfectus solitariæ vitæ ab ineunte quoque ætate studiosissimus, Magistratu deposito in sacrâ Eremo Montis Senarij secessit, ac die 2. Februarij Eremiticum Habitum induit, Alexius Maria nuncupatus 58. ætatis annum agens, sibi tandem, ac pietati suæ satis superque faciens, quod planè hactenus præstare non potuerat, quamvis à pluribus annis à quadragesimo circiter ætatis suæ hoc speciale votum fovisset,
E utpotè ab Amicis distentus, qui severissimum illud vitæ Eremiticæ Institutum ejus viribus longè superiùs habebant, & Julium, quoad Literas, & quoad regimina Ordini nostro aptissimum ægrè ferebant in Senario, tanquàm lucernam sub modio positam delitescere. Hoc animi sui propositum per Literas ex eadem Eremo datas die 20. Januarij hujus anni P.M. Joanni Baptistæ Nutini Cœnobij D. Annunciatæ de Florentiâ Priori humanissimis humilitatis, & Religionis suæ significationibus exposuit, quibus die 21. ejusdem Mensis coram Patribus omnibus in publico Refectorio perlectis, PP. omnes tanti Viri virtutem
F admirati haud mediocriter commoti fuere, proximè autem sequenti die Missam votivam de B. Virgine ad Altare D. Annunciatæ celebrandam solemniter curarunt ad impetrandam ipsi ejusdem Virginis præsidio in proposito sanctioris vitæ consilio perseverantiam. Hac occasione plures Literas idem Julius dedit, quibus innotescit virtutum ejus perfectio, quæque in Archivo nostro de Florentiâ servantur, quam perfectionem prosequi modò supervacaneum censeo, cum ipsam longè meliùs explicare, & miris laudibus ornare debeam ad annũ 1705., quo sanctissimè obiit. Idem consilium secedendi in Eremo jampridem P. Generali Georgio Soggia per Literas exposuerat Provinciæ Regimini apud ipsum renuntians, & veniam petens Eremiticam vitam profitendi, cui per Literas pariter Bo-
G noniæ datas die 23. Januarij hujus anni idem Generalis humanissimè annuerat, non mediocri laudum genere ipsum prosequendo, cujus virtutes, & susceptum vitæ genus sibi quoque in votis esse, quasi æmulando, testatur. In ejus locum suffectus fuit ad Provinciæ Regimen P.M. Dominicus Maria Brancaccini Præceptor meus amantissimus, & in Universitate Pisanâ ad Cathedram Theologicam idẽ Georgius Soggia Generalis à Serenissimo Magno Etruriæ Duce Cosmo III. magno in pretio habitus, qui tamen paulò post ad Episcopatum Bosensem in Sardiniâ à Catholico Hispaniarum Rege Carolo II. nominatus Theologicum illud munus obire non potuit, quamobrem ad idem electus fuit P.M. Joan-
H nes Franciscus Maria Poggi de Florentiâ, qui pariter in eadem Universitate vices gesserat memorati Patris Arrighetti, quandiù hic Provinciam nostram Etruriæ administraverat.

P. Teophili Benvenuti de Saxolo obitus, & gesta.

Prætereundus item hic minimè videtur P. Teophilus Benvenuti de Saxolo in Mutinensi Ditione, qui planè hoc anno octogenarius ibidem obiit, sed ob plurima, eaque eximia beneficia Ordini nostro in pluribus Conventibus, potissimùm verò Saxolensi collata, nunquam intermoriturus, huic enim Viro maximè debet quidquid pretiosum est, sive apud Ecclesiam, sive apud Conventum, verè tum de Ordine nostro, tum de conterraneis optimè merito, quibus opportunè semper aderat,

prout

prout eorum petebat conditio, cui proinde universus Clerus secularis, Ordinis Seraphici PP., & Laicorum Confraternitas honorificè parentarunt, Corpus ejus processionaliter per Oppidum deferendo universo Populo insequente. Hoc eodem anno Summo Pontifice mandante per D.Cardinalem Casanata P. Generalis noster æquè ac aliorum Ordinum Generales encyclicis Literis per singulas Provincias transmissis districtè præcepit, quòd singuli studentes, alijque ad hoc idonei in præcipuis Conventibus linguas Chaldeam, Hebraicam, Arabicam, & Græcam addiscendas curarent, vel aliquam saltem ex illis, adeòque à Superioribus Provinciarum advocarentur Magistri ad id muneris aptiores, etiam exteri, si nullus è nostris adfuisset, totius Provinciæ expensis juxta taxam consuetam conducendi, ne Regularium Ordines Viris destituti jacerent, ob defectum hujusmodi linguarum ad explicandam Sacram Scripturam, ac fidei dogmata propugnanda adversus Hæreticos, & Infideles necessarijs.

Præcipitur studii Linguarum Orientalium.

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

Omnia colliguntur ex Monum. eorundem Conventuum.

Instituitur Faventiæ Lectio publica Sacræ Theologiæ. Decernitur ordo eligendi Provinciales in Hispaniâ. PP. Hispani Regi Catholico supplicant pro extensione Officij S. Philippi. Indulgentiæ pro Confraternitatibus Septem Dolorum.

CAP. XII.

CÙM Octavianus Salvioni testamentariâ dispositione decrevisset an. 1659., prout ibidem est dictum, lectionem publicè habendam Faventiæ de facultate illâ, quam statuisset P.M. Paulus Germanus ejus Frater, cujus arbitrio plenissimam Lectionis hujus dispositionem reliquerat, hic autem die 5. Junij anno 1670. authoritate prædictâ statuisset, quòd Lector eligendus non legeret, nisi post decem annos ab ejus obitûs die, justis de causis, quas in medium producit per authenticam scripturam, sicut & conditiones in hujus Lecturæ institutione servandas, tum quoad facultatem profitendam, quam nonnisi Sacram Theologiam designavit, tum quoad electores, tùm quoad eligendum, quem statuit Servitam esse debere Faventini Cœnobij Alumnum, vel Faventinum, tùm quoad stipendium .r., tum quoad modum, & tempus habendi lectionem, & hujus generis alia inter monumenta Faventini nostri Conventûs servata, quia prædictus P. M. Paulus obierat anno 1671. die 4. Mensis Martij, proptereà juxta præfatam ejus determinationem hoc anno instituta primùm fuit lectio hæc Theologica. Instante Provinciæ suæ nomine Provinciali nostro Hispanico P. Generalis ratum habet, & iterum confirmat, quòd aliàs decretum in generalibus Comitijs fuerat, quod scilicet Provincialis eligendus in Hispanicâ Ordinis nostri Provinciâ, cujus Cœnobia in tribus Regnis posita sunt, Aragoniæ, Valentiæ, & Catalauniæ, alternis vicibus, modò ex uno, modò ex altero ex hisce regnis desumatur, itaut nullum .2. ex hisce Regnis Provinciali destituatur, quoties idonei adsint Magistri, & omnibus requisitis conditionibus instructi. Hisce pariter diebus idem Provincialis nomine totius Hispanicæ Provinciæ, Carolo II.Catholico Hispaniarum Regi summariè exponens Ordinis nostri originem, Progressus, & admiranda quæcumque unà cum Fundatoribus præstiterat D. Philippus Benitius per varias Orbis Terræ partes Ordinem ipsum mirificè propagando, præsertim verò per amplissima Hispaniarum Regna, & apud Augustissimi Cæsaris Imperium, commendans pariter, quæ ad ejusdem Ordinis incrementum, amplitudinem, ac decorem per quatuor secula, & ultra jugi tenore gesserat Augustissima Gens Austriaca, Majestati suæ Catholicæ humillimè supplicavit, quòd gravissima officia sua apud Summum Pontificem adhiberet pro extensione Officij ejusdem D. Philippi per omnia Hispaniarum Regna, & Majestatis Suæ Dominium ad instar concessionis a Sacrâ Congregatione Rituum die 6. Maij 1673. factæ, & à Sanctitate Suâ approbatæ die 17. ejusdem Mensis, & Anni pro universo Servorum B. M. V. Ordine, qui ejusdem Sancti solemnia die 23. Mensis Augusti ubique celebrat, ejus intercessione prospera cuncta Majestati Suæ precatus, quibus commotus Rex ipse Catholicus Legato suo apud S. Sedem Apostolicam per Literas gravissimas datas Matriti die 30. Augusti 1684. seriò deinceps mandavit, quòd apud eamdem S. Sedem pro virili ageret, ut extensio Officij petita, obtineretur. Hoc pariter anno ad enixas preces Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis nostri, Innocentius Papa XI. nonnullas Indulgentias Impartitur Confraternitatibus 7. Dolorum B.M.V. canonicè erectis, & erigendis, prout fusiùs in Breve proximè sequenti.

Provincialis Hispan. alternis vicibus desumẽdus eligitur.

Patrum Hispan. supplicatio ad Regem Catholicum pro extẽsione Officij S. Philip.

INNOCENTIUS PAPA XI.
Ad perpetuam rei memoriam.

COmmissæ Nobis à Domino Dispensationis ratio exigit, ut cœlestium munerum thesauros prudenti, fidelique liberalitate erogemus, cùm id ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilectorum Filiorum Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Confratribus, & Consorori-

Indulg. pro Cõfratrib; & Consororib. 7. Dolo. B.M.V.

roribus Confraternitatum sub titulo 7. Dolorum ejusdem B.M.V., tam hactenùs in Ecclesijs dictis Ordinis erectarum, quàm deinceps quandocumque erigendarum, verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui suæ respectivè Confraternitatis Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium Dominicâ Passionis à primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem Dominicæ annis singulis devotè visitaverint, ibique pias considerationes 7. Dolorum Beatissimæ Virginis, & præcipuè Passionis D.N.J. Christi fecerint, ac pro Christianorum Principum concordiâ Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exultatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus Eisdem verò Confratribus, & Consororibus per annum exercentibus se hujusmodi considerationibus, ac meditationibus, ac precibus, præsertim Oratione Dominicâ, & Salutatione Angelicâ cum Cantico Stabat Mater Dolorosa &c. *in Ecclesijs prædictis recitari, alijsque spiritualibus exercitijs ibidem fieri solitis, ac, ut præfertur, orantibus, quoties id egerint, toties centum dies de iniunctis eis, aut alias quomodolibet per eos debitis pœnitentijs in formâ Ecclesiæ consuetâ relaxamus. Prætered Confratribus, & Consororibus prædictis Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium suæ respectivè Confraternitatis diebus stationũ magnæ Urbis nostræ, in Romano Missali descriptis, devotè pariter visitantibus, & orantibus, ut supra, quòd omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequantur, quas consequerentur, si Ecclesias, tàm intra, quàm extra eandem Urbem positas ad id destinatas diebus stationum hujusmodi personaliter, ac devotè visitassent; atque ijdem Confratres, & Consorores tàm prædictas, quàm alias quascumque Indulgentias, ac peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes dictis Cõfraternitatibus à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ac etiam forsan à Nobis quomodolibet concessas Fidelium Defunctorum animabus, quæ Deo in charitate coniunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragij applicare possint, concedimus similiter, & indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus Nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus publici Notarij subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiæ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique Locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die primâ Septembris 1681. Pontificatûs Nostri anno quinto.

I.G. Slusius.

Ab anno usque 1668. piorum ope, & P. Pe-
E tri Francisci Bestani Mediolanensis solertiâ in Ecclesiâ Nostrâ S. Mariæ de Mediolano nova Corpori B. Joannis Angeli Porro Arca parata fuerat. Anno autem 1681. translatum solemni pompâ idem fuit in Sacellum magnificentissimè extructum plurium quidem subsidio B. Joannis Angeli cultui maximè addictorum, potissimùm tamen P. Gregorij Milanesi è nostris de Summaripâ, qui plures annos in amplissimâ illâ Civitate pro ejusdem cultu plurimum laboravit. Hîc autem referre juvat, quòd anno 1526. referendum erat, eo scilicet anno hujus nostri Cœnobij Patres, ut se vindicarent ab incommodis imminentibus ob gravissimam obsidionem, quâ tunc premebatur Civitas Mediolani, in sui Patronos elegisse
F B. Virginem, & Sanctos Joseph, Ambrosium, atque P. N. Philippum, voto se obstringentes cantandi solemniter per singulas hebdomadas Missam de Dominâ, cum commemorationibus eorundem Sanctorum, quorum reipsa experti fuere patrocinium, cùm nihil prorsus incommodi subierint. Quæ sanè omnia patent ex monumentis illius nostri Cœnobij, Camp. nimirùm ab anno 1142. ad 1559. ab initio.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

1 *EX Monum. Conv. Favent.*
2 *Ex Regesto General.*
3 *Ex eodem Regest.*
G 4 *Ex monum. Conv. Mediol.*

Generalis Soggia creatur Episcopus Bosanensis. Sufficitur P. Alexius Maria Arrighetti. Literæ ejusdem Encyclicæ.

CAP. XIII.

GEneralis Soggia, jampridem, ut diximus ad annum 1680., à Catholico Hispaniarum Rege Carolo II. ad Episcopatum Bosanensem in Insulâ Sardiniæ prælectus, & de hoc certior statim factus à Serenissimo Magno Etruriæ Duce Cosmo III. per humanissimas Literas, potissimùm verò per mandata Regia, hoc anno tan-
H dem electus, & consecratus Episcopus .1. fuit, postquam Ordinem nostrum quatuor ferè annos administraverat, de quò ad annum 1701. Itaque Summus Pontifex Innocentius XI. Ordinis ejusdem Regimini opportunè consulere volens in ejus locum suffecit usque ad Capitulum Generale anno 1684. proximè celebrandum P. Alexium Mariam Eremitam Professum Montis Senarij, antea in Ordine Julium Arrighetti de Florentiâ, de quo diximus superiùs ad annum 1683., plurimum de ejus zelo, prudentiâ, doctrinâ, rerum gerendarum peritiâ, ac Vitæ integritate confisus, speciali Breve secum dispensans, quoad Eremiticæ Vitæ Institutum. Alexius ergo statim

ac

ac intellexit Sanctitatis Suæ mandata, nedum per Ordinis Patres ex industriâ Florentiâ ad Montem Senarium profectos die 6. Januarij, verùm etiam per Literas Serenissimi Cosmi III. nomine Florentiæ pariter datas die 7. Mensis ejusdem, anceps animi quidem primùm, utpote solitudini maximè addictus, & à Magistratibus hujusmodi alienus, verùm obedientiæ vi coactus, quam Summo Pontifici exhibendam cognoscebat, Magistro ipso, cui adhuc subditus erat, consulente, & confortante, Florentiam primùm adhuc Eremiticum Habitum indutus, sed valetudine minimè prosperâ utens, petijt; deinde debitis Urbanitatis Officijs apud Serenissimos Etruriæ Principes Pisis exhibitis, Eremitico Habitu, & Alexij Mariæ nomine deposito, & pristino Julij nomine, necnon communibus Ordinis vestibus indutus Urbem adiit lecticæ beneficio usus, quam eò usque adornaverat Serenissimus Cosmus III. præfatus, quò cum pervènisset die 22. Februarij Dominum Cardinalem Protectorem Omodei protinùs invisit summâ humanitate exceptus, proxime verò sequente die ad Sanctissimi pedum oscula admissus quamfacillimè fuit, qui incredibili clementiâ eum excepit venerando ejûs aspectu haud mediocriter commotus, longè verò magis cœlestibus ejus animi sensibus, quos Sanctitas Sua diuturno duarum horarum colloquio diligenter expendit, adeout eo dimisso Bandino Panciatichi Secretario Sacræ Cõgregationis Episcoporum, & Regularium illicò dixerit sibi semper acceptiorem esse electionem prædictam, eamque de ipsius virtute opinionem concepisse, ut nemini secundum putaret. His, & alijs in Romanâ Curiâ fieri solitis primâ Mensis Martij die Vicarius Generalis Arrighetti in ædibus S. Marcelli honorificè ornatis coram Eminentissimo præfato Protectore Pontificio Breve modò attexendo elatâ voce perlecto, emissâ Fidei Professione Generalatûs insignia ab eodem D. Cardinali suscepit, eique statim Patres omnes ibidem præsentes obedientiam de more præstiterunt in Ecclesiâ, quam processionaliter adiere hymnum *Te Deum laudamus* cantantes.

Foris

Dilecto Filio Alexio Mariæ Arrighetto Fratri Eremitæ Montis Senarij expressè Professo Ordinis Fratrum Servorum B.M.V.

Intus

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cùm itaque Nos nuper Ecclesiæ Bosanensis in Sardiniâ certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutæ de Personâ Dilecti Filij Georgij Soggia tunc Prioris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta de Fratrum eorundem consilio, auctoritate Apostolicâ providerimus, ipsumque Georgium eidem Ecclesiæ Bosanensi in Episcopum præfecerimus, & Pastorem, curam, regimen, & administrationem Ecclesiæ hujusmodi illi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, eâque de causâ Ordo prædictus Priore Generali destitutus remanserit. Hinc est, quòd Nos de idoneo Vicario Generali, qui dictum Ordinem usque ad proximè futurum illius Capitulum Generale adspirante superni favoris auxilio salubriter diriget, ipsi Ordini præficiendo seriâ consideratione cogitantes in Te convertimus oculos nostræ mentis, qui, ut accepimus, alias postquam Habitum per Fratres prædicti Ordinis gestari solitum susceperas, & Professionem per eosdem emitti consuetam expressè emiseras Regularem, ac Provincialatûs Officium laudabiliter exercueras, perfectioris vitæ studio ductus, deposito Julij nomine, quo tunc vocabaris, ad Eremum Montis Senarij ejusdem Ordinis canonicè transivisti, ibique Habitu per illius Eremitas gestari solito suscepto, novique novitiatûs anno peracto Professionem Regularem per eosdem Eremitas emitti consuetam iisdem expressè emisisti, ac proinde attentâ Constitutionum ejusdem Eremi auctoritate Apostolicâ forsan confirmatarum dispositione, nec ad Ordinem prædictum reverti, nec vocem activam, & passivam, quam prius habebas, in eo habere, nec gubernium ipsius Ordinis acceptare, nec cibis, & esculentis in eodem Ordine usitatis uti, & vesci, nec Habitum primò dictum amplius gestare, nec barbam juxta Constitutiones ipsius Ordinis nutrire potes absque speciali nostrâ, & hujus Sanctæ Sedis dispensatione, seu Indulto. Itaque de tuâ fide, Prudentiâ, charitate, integritate, doctrinâ, vigilantiâ, & Religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, Téque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & pœnis à jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine te memorati Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. Vicarium Generalem usque ad proximè futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale pro electione novi Prioris Generalis juxta Constitutiones Ordinis hujusmodi celebrandum, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, auctoritate, privilegijs gratijs, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Ac proinde Tibi, ut ad Ordinem prædictum reverti, in eoque quandiù Vicariatûs Generalis hujusmodi duraverit duntaxat remanere, & interea vocem activam, & passivam habere; ipsiusque Ordi-

nis gunernium acceptare, gerere, & exercere, necnon cibis, & esculentis in eodem Ordine consuetis uti, & vesci, ac Habitum primò dictum gestare, & barbam, ut præfertur nutrire liberè, & licitè possis, & valeas auctoritate Apostolicâ harum serie concedimus, & indulgemus, tecumque desuper de speciali dono gratiæ opportunè dispensamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Vicariatûs Generalis officium, illiusque liberum exercitium juxta earundem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Tibique in omnibus ad idem officium pertinentibus respectivè faveant, & assistant, ac tua salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Decernentes ipsas præsentes Literas firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictarum Ordinis, & Eremi, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbũ insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dũtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. Januarij M.DC.LXXXIV. Pontificatûs nostri anno tertio.

I.G. Slusius.

Novus igitur Præsul Disciplinæ Regularis studiosissimus, & Evangelicæ perfectionis promovendæ, quâ ipse maximè præstabat, prout exigit natura Boni, sui diffusionem experentis, nullâ interpositâ morâ Literas .2. encyclicas, idiomate Italico per singulas Provincias transmisit, quibus Ordinis sui Fratres, ad perfectionem assequendam summopere hortatur, eaque peragenda proponit, quæ ad hoc valdè opportuna videntur, sequentis tenoris.

Fr. Iulius Arrighetti Florentinus S. Theologiæ Professor, ac totius Ordinis Serv. B.M.V. Vicarius Generalis Apostolicus.

Dilectissimis, & Admodum Reverendis in Christo tanquam Fratribus, & Filijs Ordinis sui æternam pax, & salus.

CUm Nos nullo meritorum nostrorum suffragio, sed solâ Divinâ dispositione ad supremam Ordinis nostri Præfecturam evecti fuerimus, præ pluribus non mediocris momenti sollicitudinibus, quibus vel ab ipso regiminis exordio cor nostrum afficitur, ea maximè Nos premit, quæ Nobis accedit, quoties seriò statum expendimus Regularis Disciplinæ, quæ plerumque in singulis nostris Conventibus, aut vigore destituta deprehenditur, aut potiùs extincta. Spe quidem omninò caderet Nobis animus, quum cæteroqui cor nostrum foveat ipsam erigendi, & in pristinum vigorem restituendi, si viribus nostris tenuissimis dumtaxat crederemus, tum corporis, tum animæ. Quoniam verò spes omnis nostra firmis innititur fundamentis cœlestis assistentiæ, & amantissimi Patrocinij Beatissimæ Virginis Matris, & Patronæ nostræ, propterea reviviscere Nobis interius sentimus unà cum desiderio insignem fiduciam assequendi pristinam in sacris nostris Cœnobijs innocentiam, insigne iis consentaneum, qui fidelem magnæ Sanctorum Reginæ exhibere famulatum profitentur. Itaque ne Indoli eximiæ, ac Religiosæ, necnon amabili, suavique animarum Nobis commissarum docilitati inferatur injuria, longeque minus infinitæ misericordiæ munificentissimi illius Domini, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, animo constanter decrevimus promovere in vobis, quoad fieri poterit, Majorem Jesu Christi gloriam, & Sucri Habitûs nostri splendorem superioribus annis maximè obscuratum. Statuimus ergo vobis omnibus, Dilectissimi in Domino, nostrum hoc desiderium significare ex vi muneris conceptum, quòd indiguè obire tenemur, ac vos obsecrare longè majoris cordis affectu, qui è tenuitate spiritus nostri accedat, ut unanimes, & hilares amantissimè cooperemini, eoque ratione virtutũ vestrarum, & Religiosorum operum meritò glorificetur Deus, & anima vestra justificetur. Animadvertite dilectissimi, quòd vestra agitur causa, quodque nemini magis, quàm vobis curæ esse debet assequendum pro virili suscipere æternum illud bonum, cui assequendo creati fuistis, & pretiosissimo Jesu Salvatoris Sanguine redempti. Nulla verò suspicio vos subeat, quòd animo conceperimus Vobis jugum gravissimum imponere, nostrarum præter ordinem reformationum. Nil aliud magis in vobis optamus, quàm legum illarum observantiam, quas ultrò vos, & interposito solemni juramento in Jesu Christi manibus ratihabito servare per totum vitæ vestræ cursum polliciti fuistis. Quamobrem satis profectò esset vobis ob oculos ponere S. Patris Augustini Regulam, & Constitutiones Ordini nostro à S. Sede præscriptas. Verùm quia non sine lacrymis, summoque dolore, quoad leges nostras sanctissimas, plures animadvertimus abusus perperam

ram invectos, & iniquè toleratos, operæ pretium est id omnibus palàm facere, quòd in Conventibus nostris, neque negligendum ullatenus est, vel tolerandum.

Mens igitur nostra est, quòd inter privilegia RR. PP. Magistris concessa, recensenda nullatenus sit exemptio à Choro, vi cujus [nec sine lacbrymis sanguineis meminisse licet] in pluribus Conventibus Divina Officia quandoque non celebrari cognovimus. Præcipimus ergo, quatenus nostra patitur auctoritas, quod nemo, ijs exceptis, qui per Constitutiones nostras ritè declarantur immunes, quocumque ordinario privilegio immunis censeatur à Choro, sed quicumque interesse teneatur, ac Divinis officiis assistere debitâ corporis compositione, modestiâ, ac silentio advertens se Deo illi adesse, quem Angeli ipsi respicere non audent.

Prætereà in memoriam revocamus, unumquemque teneri animam quotidie Orationis mentalis pabulo nutrire. Propterea præcipimus in virtute salutaris obedientiæ omnibus legitimè non impeditis, quòd Choro intersint, sive Oratorio, ubi, & quoties meditationibus est indulgendum. Ut autem fructum faciliùs assequamur, præcipimus, quòd RR. Priores legendum primò curent punctum meditationis habendæ, neque Superiori liceat, nisi necessitate urgente, tempus minuere Sanctæ Orationi à legibus nostris præscriptum, sed exponatur publicè horologium, itant videre liceat, quandonam elapsum fuerit tempus præscriptum. In Domino confidimus, quòd sancta istbæc Oratio futura sit unicum, & validiùs medium viris frugi confirmandis in sancto proficiendi proposito, ac suaviter, & absque strepitu revocandis in viam Domini negligentibus, ideòque in hoc maximè nostrum est, & erit studium, quòd Oratio non prætereatur; quòd si nobis innotuerit aliquem in hoc sancto exercitio voluntariè deficere, petemus à Domino, quòd lumen Nobis infundat ipsi emendando opportunum.

Abusum alium advertimus deplorandum, ac ferè per totum nostrum Ordinem ægerrimè evellendum, ex quo fit, quòd neque virtutis præmium tribuatur, neque iniquitas, & vitium puniatur. Hic autem in exhibendis est, & excipiendis muneribus, quæ planè illud præstant, ut Superiores conniveant, & rectus justitiæ ordo minimè servetur.

Sanctissimus D. N., ubi nos ad Sanctorum ejus pedum oscula admisit, nil aliud majori studio curandum Nobis præcepit, quàm abusum hunc adeò perniciosum radicitùs evellendum suscipere. Ut igitur Sanctissimis obtemperemus mandatis adeò gloriosi Pontificis, summique nostri Pastoris, de mandato expresso Sanctitatis Suæ præcipimus in virtute salutaris obedientiæ omnibus nostris Religiosis, Provincialibus, Socijs, Prioribus, Vicarijs, Magistris Novitiorum, & Juvenum Professorum, Officialibus Conventuum, & singulis alijs cujuscumque gradûs, vel conditionis fuerint, quòd prætextu quocumque excipere directè, vel indirectè minimè liceat Donaria quæcumque, sive magni, A *sive minimi pretij, comestibilia, aut non comestibilia, sive à Secularibus, sive à Regularibus, tum nostri, tùm alterius Ordinis, etiam sponte oblata, intuitu tamen speciali recipiendi ad Ordinem nostrum Novitios, vel quia receperint, habilitandi, & promovendi, sive quod antea habilitaverint, & promoverint ad solemnem trium votorum Professionem, vel ad gradus, & superioritatis Religionis, electionis, sive factæ, sive faciendæ Officialium Conventuum, longéque minus intuitu variandi sedes Conventuum in designandis Familijs, vel alterius cujusque sibi jucundæ rei; etiam licitæ, petitæ, vel obtentæ in Ordine nostro ab ijsdem Religiosis; palam facientes, quòd adversus delinquentes de mandato expresso Sanctitatis Suæ maximâ* B *severitate procedemus, pœnis animadvertendo arbitrio nostro reservatis, etiam privationis graduum, præeminentiarum, & Officiorum æquè adversus eos, qui donaria prædicta exceperint, ac eos, qui eadem exhibuerint, atque tradiderint. Si quis honori Dei, & Sanctæ Matris nostræ Religionis reverâ studens [quod in omnibus supponimus] adversa perpendet, quæ noster Ordo alijs temporibus subijt ob hujusmodi abusum, minimè diffidimus, quòd Sancta Domini nostri mens commendata erit, & exactè completa.*

Superest tandem, quòd affectu paterno eos omnes hortemur, qui scientiarum speculativarum ad studia admissi jam sunt, ut serio animadvertant, quàm grave sit Conscientiæ eorum præjudicium, si Loca occupent studijs designata, qui C *nullatenus proficiant, & fortè absque spe proficiendi, quin immo non temerariâ formidine Sacrum Habitum, ipsamque Academiam publicis eorum actionibus indecorè habitis deturpandi. Quapropter ad eos excitandos, qui talentis præditi sunt accommodati profectus in Doctrinis comparando, pleniùsque æquitatis jure à studiis eos amovendo, qui scientiis assequendis pares non sunt, & tamen non absque aliorum stupore, & scandalo ad gradus anhelant, & præeminentias, quæ sunt præmium sudoribus in assequendâ virtute effusis consentaneum; propterea studentibus omnibus, & Baccalaureis etiam Licentiatis indicimus generale examen super eo-* D *rum studijs, atque profectu opportuno tempore, & à Nobis decernendo faciendum, interim verò ijsdem præcipimus, quòd in manibus eorum P. Regentis, vel Officialis illius majoris respectivè, qui in loco studiorum, ubi commorantur, interfuerit, unà cum Literis patentibus admissionis ad studia, & Baccalaureatûs Tractatuum indicem tradant, quos hactenùs exceperint, tùm in Philosophicis, tum in Theologicis, hæc verò PP. Regentes, sive Officiales majores tradere debeant Adm. RR. PP. Provincialibus Provinciarum illarum, ad quos pariter transmittenda erunt à PP. Baccalaureis licentiatis extra Loca studiorum degentibus. Plurimi ergo faciendum ab omnibus erit Paternum hoc monitum ostendendi causâ congruo tempore, vel profe-*

profectum in studijs, vel idonestatem saltem in eisdem proficiendo, & otium declinandi, è quò tanta mala procedunt, juxta illud sapientiæ: multam malitiam docuit otiositas.

Denique Dei cultum in Ecclesiâ omnibus commendamus, in vestibus modestiam, rasuram in Clericis, & Laicis juxta Leges, è Claustro nonnisi rarò egredi, compositionem quoad Habitum corporis extra Claustrum procedendo, seculi ædificationem, sanctæ Paupertatis exercitium cum Deposito Reali juxta normam præscriptam, promptam superioribus obedientiam, ac demum pacem, & Charitatem fraternam; Quidquid enim præcipitur, *D. Gregorio testante,* in solâ charitate solidatur.

Adoperiat Deus cor omnium vestrum Dilectissimi, ad excipienda Paterna istbæc monita, & præcepta, quibus non alius objicitur scopus, quàm Dei gloria, & æterna vestrûm salus. Miseremini conscientiæ vestræ, & nostrûm, qui rationem strictissimè omnium vestrûm reddituri sumus ante tremendum Divinæ Justitiæ tribunal. Beatissima Virgo vobis semper adsit, Spiritus cælestis intellectum Vobis illuminet, voluntatem inflammet, & cor, ut id, quod optamus, impleatis. Vos omnes ex animo complectimur, Apostoli verba adhibentes: Gaudium meum, & corona mea, *& veras felicitates Vobis precamur.*

Datum Romæ in Conventu nostro S. Marcelli die 28. Februarij 1682.

Fr. Julius Arrighetti Vicarius Gen. Apost.
Fr. Jo: Franciscus Maria Poggi Secr.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

1 EX *Regesto Generali.*
2 *Ex monum. Conventûs Florentiæ.*

Confirmatio Indulgentiarum pro Confraternitatibus 7. Dolorum B. M. V. Enumerantur Donaria B. Virginis Imolensis, & prodigiosa sanatio B. Virgini 7. Dolorum tribuenda. Officium Nominis Mariæ. Celebratur solemniter Festum B. Julianæ. Episcopus Soggia Pontificalia Florentiæ plures exercet.

C A P. XIV.

EX quò Summus Pontifex Innocentius XI. anno proximè superiori, ut diximus, die primâ Septembris Indulgentias quasdam, ibi numeratas, largitus fuerat Confratribus, & Consororibus Societatis 7. Dolorum B. M. V. ad iteratas preces P. Vicarij Generalis Apostolici, & Procuratoris Generalis Ordinis nostri Summarium Indulgentiarum omnium pro Confratribus, & Consororibus prædictis Sanctitati Suæ exhibitum à præfatis Ordinis nostri Superioribus, Auctoritate Apostolicâ hoc anno die 24. Octobris, confirmavit, .1. & approbavit, prout constat ex Breve proximè sequenti.

E INNOCENTIUS PP. XI.
Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filij Vicarius Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V., quòd cum nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri quasdam Indulgentias, seù peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes Confratribus, & Consororibus Confraternitatis sub titulo Servorum, sive 7. Dolorum ejusdem B.M.V. erectæ, & institutæ, sub certis modò, & formâ, tunc expressis conscripserint, ac Priori Generali, eoque absente, Vicario Generali dicti Ordinis similes Confraternitates erigendi, & instituendi, illisque Indulgentias, seù peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes hujusmodi communicandi facultatem tribuerint; summarium earundem Indulgentiarum, aliarumque gratiarum confectum, ac de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, & sacris Reliquiis præpositæ à quodam ipsius Congregationis Consultore, cum Originalibus Literis Apostolicis concessionum hujusmodi collatum, & recognitum fuit tenoris, qui sequitur, videlicet: [Italico idiomate] Indulgentiæ Confraternitatis S. Mariæ Servorum, dictæ de 7. Doloribus, 1. Paulus V. San. mem. revocans Indulgentias omnes à Prædecessoribus suis concessas omnibus Christifidelibus utriusque sexûs, qui consuetum Habitum B.V. Servorum
G susceperint, & prædictam Confraternitatem ingressi fuerint, primâ die eorum ingressûs, si verè pœnitentes, & confessi, Sacram Eucharistiam susceperint, Indulgentiam plenariam largitur: 2. Confratribus, & Consororibus dictæ Confraternitatis, qui in die Festo principali Confraternitatis prædictæ à primis Vesperis usque ad Solis occasum verè pœnitentes, confessi, & sacrâ Communione refecti devotè visitaverint Ecclesiam, ubi erecta est dicta Confraternitas, ibique Deum exoraverint piis orationibus pro concordiâ Principum Christianorum, Hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione Indulgentiam plenariam. 3. In articulo mortis dictis Confratribus, & Consororibus, qui verè pœnitentes, confessi, & sacrâ
H Communione refecti, vel si id præstare non potuerint, verè saltem pœnitentes devotè invocaverint Nomen Jesu ore, si potuerint, vel corde, Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem. 4. Præterea Confratribus, & Consororibus pariter pœnitentibus, confessis, & sacrâ Communione refectis, qui pars ratione visitaverint Ecclesiam, Sacellum, sive Oratorium dictæ Confraternitatis in die Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. Virginis à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis Festorum illorum, & Deum, uti superiùs, exoraverint, annos septem, & totidem quadragenas. 5. Iis, qui interfuerint Processioni à prædictâ Confraternitate habendæ

alte.

alterâ è Dominicis Mensis cum licentiâ Ordinarij, si verè pœnitentes fuerint, confessi, & uti superiùs, sacrâ Communione refecti tres annos, ac totidem quadragenas. 6. Iis, qui qualibet feriâ 6. in memoriam, & honorem Passionis Jesu Christi Domini nostri Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies recitaverint, Deum deprecantes pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, si ipsâ die confessi fuerint, & sacrâ Communione refecti 7. annos, ac totidem Quadragenas, 7 Ijs, qui associaverint Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad Infirmos deferendum Deum pro eorum salute deprecantes, quoties id fecerint annos quinque, ac totidem Quadragenas. 8. Ijs, qui conjunctim recitaverint Officium B. Virginis in Ecclesiâ, vel Oratorio dictæ Confraternitatis centum dies Indulgentiæ. 9. Prædictis Confratribus, & Consororibus, qui præsentes fuerint, & intervenerint quolibet Sabbato post Vesperas ad cantum Antiphonæ Salve Regina, & Litaniarum Mariæ Virginis, vel ipsâ die Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam septies recitaverint in honorem 7. Dolorum Mariæ Virginis, vel interfuerint Missis, & alijs Divinis Officijs celebrandis, & recitandis à dictis Confratribus in Ecclesiâ, vel Oratorio dictæ Confraternitatis, vel interfuerint Congregationibus publicis, aut privatis dictæ Confraternitatis, ubicumque habitæ fuerint, vel associaverint corpora Confratrum Defunctorũ, vel cujuslibet alterius ad sepulturam, vel opus aliud quodcumque pium, aut Charitatis exercuerint, quoties id fecerint, sexaginta dies Indulgentię. 10. Traditâ P. Generali Ordinis Servorum pro tempore facultate erigendi, & instituendi dictas Confraternitates Laicorum utriusque sexûs in Ecclesijs Ordinis, ubi Cœnobium sit, in quo sex, vel quinque saltem degant Fratres Professi Sacerdotes sui Ordinis, cum licentiâ, & consensu Ordinarij Loci, ijsque communicandi prędictas omnes Indulgentias, & gratias spirituales, servatâ formâ Constitutionis Clementis VIII. Quæcumque &c. Datum Romę apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris 14. Februarij 1607. 11. Summus idem Pontifex Indulgentiã plenariam, & remissionem omnium peccatorum concedit Confratribus, & Consororibus dictarum Confraternitatum in Ecclesijs Ordinis canonicè erectarum, qui devotè interfuerint Processioni solemni fieri solitâ à Confraternitate Tertiâ Dominicâ cujuslibet Mensis in prędictis Ecclesiis, verè pœnitentes, Confessi, & sacrâ Communione refecti devotè deprecantes pro concordiâ Principum Christianorum, Hęresum extirpatione, & S. Matris Ecclesię exaltatione. Datum Romę die 10. Martii 1611. 12. Quoniã verò non abique fieri solet dicta Processio tertiâ Mensis Dominicâ, Summus idem Pontifex Indulgentiam plenariam concedit Confratribus, & Consororibus dictę Confraternitatis, qui devotè interfuerint dictę Processioni, quacumque Mensis Dominicâ fiat in Ecclesiis Ordinis juxta consuetudinem Civitatum, & Locorum, si verè pœnitentes, & sacrâ Communione refecti **A** *Deum, uti superiùs, exoraverint. Sub Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris die 7. Junij 1611. 13. Summus idem Pontifex facultatem tribuit Priori Generali pro tempore, eiúque absente Vicario Generali Ordinis Servorum erigendi, & instituendi in Ecclesijs sui Ordinis Confraternitates juxta formam superiùs præscriptam, ijsque communicandi prædictas Indulgentias, etiamsi ibi non degant quinque Sacerdotes Professi ac propterea concedit, quòd Confratres, & Consorores prædictarum Confraternitatum ante diem 14 Februarij 1607 erectarum in Ecclesiâ, apud quam non degerent quinque saltem Sacerdotes Professi, nihilominus participent Indulgentias Confraternitatis, opera præscripta complendo. Datum Romæ apud S. Marcum* **B** *sub Annulo Piscatoris 28. Julij 1607. 14. Urbanus VIII. fa. mem. facultatem tribuit Priori Generali Ordinis Servorum prædictam Confraternitatem erigendi in Ecclesijs quoque Secularibus, expresso tamen consensu Ordinarij Loci, & prædictarum Ecclesiarum Rectoris, & juxta formam à Paulo V. in prædictis Brevibus præscriptam, & Indulgentias omnes communicandi à dicto Paulo V. concessas eidem Confraternitati, necnon eidem Priori Generali semel in prædictis Ecclesiis secularibus 7 Altaria designandi, quæ cùm devotè visitaverint Confratres, & Consorores harum Confraternitatum erigendarum in virtute hujusmodi facultatis ab Urbano VIII. concessæ, aliáque servaverint pro lucrandis dictis Indulgentijs, & gratijs spiri-* **C** *tualibus præscripta, has ij consequantur, prout in Breve dato die 18. Septembris 1628. 18. Insuper Innoc. XI. Confratribus, & Consororibus Confraternitatis 7. Dolorum B. M. V. erectæ, seu erigendæ in Ecclesiis dicti Ordinis, qui verè contritis, confessis, & Sacrâ Communione refectis visitaverint Ecclesiam, seu Capellam, sive Oratorium dictæ Confraternitatis in die Dominicâ Passionis à primis Vesperis, usque ad occasum Solis præfatæ Dominicæ annuatim, & ibi devotè recoluerint pias Meditationes 7. Dolorum ejusdem B. Virginis, & præcipuè Passionis Domini Nostri Jesu Christi, atque pro Dei Ecclesiâ preces effuderint, ac pro Principum Christianorum concordiâ, atque Hæresum extirpatione oraverint, Indulgentiam Plenariam,* **D** *ac omnium Peccatorum remissionem elargitur. 16. Iisdem Confratribus, & Consororibus, si infra annum se exercuerint in prædictis Sanctis Meditationibus recitando 7. Pater, & Ave unà cum cantico Stabat Mater Dolorosa, unà cum alijs spiritualibus exercitijs, quæ in prædictis Ecclesijs exerceri solent, concedit centum dies Indulgentiarum toties, quoties &c. 17. Insuper iisdem Confratribus, & Consororibus, si devotè Ecclesiam, Capellam, seù Oratorium respectivè ejusdem Confraternitatis visitaverint in diebus stationum hujus Almæ Civitatis Romę in Missali Romano descriptis, ibíque oraverint ut supra, concedit omnes, & singulas Indulgentias, ac remissionem Peccatorum, & Pœnitentiam-*

tentiarum, quam, & quas consequerentur, si devotè, ac personaliter visitassent Ecclesias, tam extra, quàm intra Urbem ad hęc destinatas in diebus earumdem stationum. 18. Ac demum concedit eisdem Confratribus, & Consororibus, ut easdem omnes Indulgentias à Summis Pontificibus concessas applicare possint per modum suffragij animabus in Purgatorio existentibus. Quas omnes, & singulas Indulgentias, & gratias prędictas in perpetuum concessit, uti sub datum Romę apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die primâ Septembris 1681. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, Vicarius Generalis, & Procurator Generalis prefati premissa, quo firmiùs subsistant, Apostolicę confirmationis nostrę patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Vicario Generali, & Procuratori Generali gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas, à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, summarium preinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolicâ tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus; ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Salvâ tamen semper in premissis auctoritate memoratę Congregationis Cardinalium. Decernentes ipsas presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut earundem presentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutę munitis eadem prorsus fides ubique Locorum, tàm in Judicio, quàm extra illud habeatur, quę ipsis presentibus haberetur si forent exhibitę, vel ostensę. Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Octobris 1682. Pontificatûs nostri anno septimo.

I. G. Slusius.

Cum hisce temporibus gravissimus adhuc perseveraret subeundæ Pestis per Germaniam metus, & per quædam Italiæ Loca propagaretur, Imolenses B. Virginis beneficentiam
E in hujusmodi eventibus aliàs mirum in modum experti, ubi sacram ejus Imaginem ibidem in Ecclesiâ nostrâ celebrem speciali venetatione prosecuti fuere, iterum hoc anno coram ipsâ se sistere decreverunt ad avertendam ejus præsidio Divinam indignationem, preces certatim omnes, & Donaria eidem exhibendo, quandoquidem Imolentium Communitas duplici oblatione, scuta 175. Monetæ Romanæ erogavit, 234. Laicorum Confraternitates, necnon Puerorum, & Puellarum scholæ, Artifices pariter omnes cereos, & varia Sacrarum Vestium genera, eaque pretiosa obtulere, quod reliqui quoque speciali studio excitati quoad ipsis fieri licuit præstitere. Tanta planè fuit oblationum co-
F pia, ut Cœnobij Nostri PP. P. M. Antonio Francisco Cassi Imolensi eò temporis Priore seriò monente decreverint oblationes omnes hujusmodi Depositarij cujusdam secularis custodiæ tradendas, ut eâ ratione palam omnibus fieret easdem nonnisi in honorem B. Virginis erogatas fuisse, & ad id muneris elegere D. Capitaneum Carolum Ghitti. His ergo subsidijs Ecclesiam, speciatim verò Sacellum B. Virgini dicatum magnificè instaurandum curarunt, stemmate quoque Civitatis eidem Sacello apposito, ut omnes inde intelligerent oblationibus prædictis instaurationem hanc tribuendam fore, quibus tamen utpotè impa-
G ribus accessit subsidium à Conventu Nostro petitum. Accessit quoque haud mediocre studium, quo P.M. Cani prædictus utique laudibus ornandus plura eidem Ecclesiæ superaddidit ornamenta.

Enumerantur Donaria B.M.V. Imolēsis.

Cùm apud Forum Cornelij B. Virginis præsidium hac ratione imploratur, eadem B. Virgo apud Boschetum Camulij in Provinciâ Genuensi à P. Francisco de Como Sacerdote Capuccino invocata, propitiam se præbet. Franciscus enim hoc anno Mense Augusto in Conventu S. Francisci de Quatto febri correptus per quinquaginta circiter dies vexatus adeò fuerat, ut quæcumque Artis Medicæ opera incassum adhibita advertens, se proinde sanandum humanitùs desperans, Matrem
H Gratiarum invocare cæpit humillimè ab eâ postulans sanitatem interposito voto, quòd si convalesceret, Ecclesiam ejus nomini apud Boschetum Camulij nuncupatam aditurus esset, & Societati 7. Dolorum aggregandus esset, & parvum ejus nigrum Habitum induturus, necnon in die Festo 7. ejus Dolorum Missam ad ejus Altare in Ecclesiâ prædictâ celebraturus pro eadem Societate. Vix autem emisso voto febris evanuit, nec ampliùs ipsum affecit, qui potiùs brevì viribus integer evasit, quamobrem eò statim processit die nimirùm 20. Septembris voto se solvit, & rem ipsam scripto testatus fuit. Hoc eodem anno P. Vicarius Generalis Apostolicus per singulas Ordinis Provincias celebrandum solemniter decrevit die 19. Junij Festum B. Julianæ

Camulij prodigiosa sanatio ope B.V. Dolorosæ.

lianæ Falconeriæ juxta formam a Sacrâ Rituum Congregatione concessam, ejusque Imaginem publicè in Ecclesijs venerationi Fidelium exponendam. Eo pariter enixè petente cum P. Procuratore Generali sacra Rituum Congregatio recitari concessit in Ordine nostro Officium nominis B.M. Virginis, prout in sequenti Decreto.

Ordinis Servorum B. M. V.

Decretū pro Officio Nominis Mariæ. SAcra Rituum Congregatio ad piat precet Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Homodei Protectoris Ordinis Servorum B. M. V. porrectas ad instantiam Patris Julij Arrighetti Vicarij Generalis, necnon P. Archangeli Amadei Procuratoris Generalis totius prædicti Ordinis nomine ejusdem Religionis, benignè inclinata indulsit, ut in posterum à Religiosis utriusque sexûs prædicti sui Ordinis recitari possit, & valeat Officium, ac respectivè celebrari Missa Nominis B.M.V. semel in Anno die 23. Septembris, eodem modo, & ritu, quo ex concessione Sanctæ Sedis Apostolicæ, & ejusdem Sacræ Congregationis recitatur, & celebratur in Regnis, ac Dominiis Hispaniarum Regi subjectis. Hac die 26. Septembris 1682.

Cæsar Cardinalis Fachenettus

Loco ✠ Sigilli

Bernardinus Casalius S.R.Congr.Secr.

Episcop. Soggia Florētia plures exercet Pontificalia. Recolendum quoque videtur, quod Episcopus S. ggia Romà solvens Episcopalē suam Ecclesiam .. diturus Florentiam pervenit, ibique in Cœnobio nostro una cum Familiaribus honorificè exceptus, quem etiam Serenissimi Principes varijs donarijs prosecuti fuere, Eminentissimo, & Reverendissimo D. Francisco Cardinali Nerlio Archiepiscopo Florentino in Urbe adhuc commorante obsequens in Ecclesiâ Metropolitanâ ejusdem Civitatis Sacramentum Chrismatis feriâ 3. Pentecostes, ac duobus consequentibus diebus solemniter administravit; deinde in quatuor temporibus Ordinationem Generalem exercuit in Oratorio B. Virgini in Cœlum Assumptæ dicato apud Ecclesiam D. Annunciatæ, quod pariter præstitit in alijs Festis diebus, ac denique in solemnitate Sactatissimi Corporis Christi in Pontificalibus intra conti. D tutus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Processione solemni ibidem fieri solitâ consuetâ pompâ gestavit.

ANNOTATIONES IN CP. XIV.

1 EX Reg. Gener.
2 Cætera ex monum.eorumdem Conventuū.



A *Decretum de promovendis ad Gradus in Provinciâ Hispanicâ; studium pro acquirendo Conventu in Civitate Vicunensi. Mirandulæ moritur Monialis Sanctitate conspicua,* C A P. XV.

INfandum hoc anno renovare dolorem jubemur, quem planè cum cæteris & ipse triginta ab hinc annis subire compulsus fueram, cum post terribilis Cometæ apparitionem, quæ toti Italiæ terrorem Incusserat, immanissimus Orientalis Imperij Tyrannus Orbi Christiano infensissimus animo æque elatus, ac Assyriorum Rex Nabucodonosor in Sacris Scripturis notissimus cogitationem omnem suam in eo esse palam fecerat, B ut Universum saltem Christianorum Orbem suo subjugaret Imperio Summo Romanorum Pontifice ex Apostolicâ sede deturbato Mahumeticæ Sectæ Præfectus in eamdem se intruderet, & Sacris Evangelijs ludibrio habitis impium toti Orbi proponeret Alcoranum. Itaque congregato tercentum mille, & ultra militum exercitu minitabundus per Hungariam excurrens Loca quæcumque Augustissimo Cæsari subiecta pervadens omnia quoquoversum vastare, ac funditùs diripere gestiebat non secus ac flumen quoddam præ nimiâ aquarum io se confluentium copiâ superbiens aggeres minimè patiens insolenti undarum strepitu sibi proxima perturbat, & ingenti alluvione Loca quæcumque subiecta C indiscriminatim invadens universa susdeque vertit nemini penitùs parcens grassatur, depopulatur, ac desolationem inducit. Hac ergo ratione, & hoc animi consilio Tyrannus prædictus Viennam Austriæ Occidentalis Imperij Metropolim gravissimè per duos menses continuos obsidione premebat, quâ Civitate tanquam Christiani Orbis antemurale corruente actum de cæteris erat. Huic autem exdeditioni Turcarum unà cum Summo Pontifice Innocentio XI. Sanctitate Vitæ celeberrimo Christiani reliqui Principes, cæterique Christifideles occurrere satagentes ingentem auri vim effundere non dubitarunt, ac Moysen æmulati diuturnis orationibus, supplicationibus, alijsque pijs operibus Deum Optimum Maximum fatigantes gravem ejus indignationem avertere satagebant, & fuso Turcarum Exercitu eorumdem intolerabilem superbiam retundere. Nec fanè frustra, & irritæ preces abiere, siquidem unà cum Austriaco Exercitu, qui tam gravi obsidione vexatus Metropolim illam hactenus viriliter propugnaverat auxiliaribus Joannis Sublescki Poloniæ Regis invicti copijs opem ferentibus, longèque magis B. Virginis præsidio, die 11. Septembris infrà Octavam ejusdem Nativitatis fugato repente inimicorum exercitu, ab obsidione exempta Civitas discrimeo illud evasit hostibus partim cæsis, partim indecoræ fugæ datis prætiosissimo .t. eorundem *Vienna obsidio, & liberatio enarratur.*

dem, & uberrimo commeatu Catholicis Militibus comparato, quò planè factum est, ut proximè sequenti die Augustissimus Cæfar Leopoldus, ut suæ saluti prospiceret antea profugus cum totâ familiâ Viennæ triumpho exceptus unà cum Rege Joanne plurimas Deo, ac B. Virg. gratias retulerit, sibíque, & imperio suo gratulatus maximè fuerit. Gratulati pariter haud mediocriter sibi fuere Christifideles omnes unà cum supremo Universalis Ecclesiæ Pastore, qui se divinitùs ab imminenti tyrannide vindicatos videntes plures, easque præclaras conceptæ lætitiæ significationes ubique passim dedere. In tantâ rerum perturbatione Ordo quoque noster suas subijt vices, Nostrum enim Cœnobium Rosaugiense in suburbio Viennæ excitatum, de quo ad annum 1639., unà cum elegantissimâ Ecclesiâ D. Annunciatæ dicatâ obsidione prædictâ urgente, plurima sensit incommoda, quæ Provinciæ nostræ Germanicæ PP. ægerrimè ferentes lapidem omnem movere cœperunt, ut Cœnobium aliud iterum à fundamentis excitare ipsis liceret in foro S. Petri apud Ecclesiam quandam eidem Apostolo nuncupatam ab anno usque 1627. à Ferdinando II. imperatore Ordini nostro concessam, jure Patronatûs ad Augustissimam Domum spectantem. Itaque P. Simeon Maria, cui gravissima hæc Provincia demandata à Patribus fuerat, hujus negotij molem apud Aulam Cesaream, & Civitatis illius Episcopum versandi Literis die 25. Novembris præsentis anni Lintii datis nomine Conventûs Viennensis Vicarium Generalem Arrighetti etiam atque etiam rogavit, ut in re tanti momenti sibi opem ferret, qui proinde rei gravitate perpensâ Sanctitati Suæ humillimè supplicavit, quòd apud illum Episcopum, quem sibi præ cæteris adversum fore verebantur PP. gravissima adhibenda curaret officia ad assensum ejus consequendum, cui reipsa Sanctitas Sua annuens per Literas ab Eminentissimo, & Reverendissimo Alderano Cardinali Cybo Romæ daiasad Eminentissimum, & Reverendissimum Cardinalem Bonvisium tunc apud Aulam Cæsaream Viennæ Apostolicum Nuncium, rem propositam juxta vota Patrum supplicantium seriò peragendam curavit, sed frustra, non enim passus est Cæfar, quòd Rosaugiense suburbium Servitarum ope destitueretur, neque duo illis assignari Cœnobia, quamobrem Rosaugiense prædictum instaurandum suscipientes unà cum Ecclesiâ in longè elegantiorem formam redegerunt.

Procuratur Viennæ novũ Cœnobium.

Prætereà hoc anno supplicem Libellum Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium exhibuerat P. Martin Hispanicæ nostræ Provinciæ Præfectus, quo enixè petebat, .2. ut ab eadem confirmaretur Decretum editum in Comitijs nostris Provincialibus anno 1660., in eâ Provinciâ habitis, & in consequentibus Comitiis pariter Provincialibus confirmatum, quòd scilicet nullus è nostris in eâ Provinciâ ad Gradum Baccalaureatus promoveatur, nisi per tres annos Philosophiam, & adhuc per tres alios annos Theologiam legerit, aut Quadragesimales Conciones habuerit per tres annos in regione Boleæ apud Aragoniæ Regnum, ac per tres alios annos in Regione Valincolarum; supplicem hunc Libellum die 3. Decembris ejusdem anni Sacra eadem Congregatio ad Vicarium Generalem Apostolicum remisit, qui seriò animadvertens Decretum propositum, Constitutiones Ordinis quidem excedere, Ordinis tamen incremento valdè consulere, eidem annuit, quòd coherenter eadem Sacra Congregatio die 17. ejusdem mensis confirmavit.

Confirmatur Decretũ pro promovendis ad Gradũ Baccalaureatus in Prov. Hispanicâ.

Intereà apud Mirandulam diem supremum obijt die 12. Maij, seu veriùs dicam miseram hanc, ac temporalem .3. vitam cum beatâ, & æternâ commutavit Soror Juliana Catharina Luosi, quæ primas tenuit inter eas, quæ ibidem anno 1678. Tertij Ordinis nostri Habitum induere, prout ad eundem annum est dictum, utique Posterorum memoriæ commendanda præ eximiâ sui Sanctitate, & perfectione, quam testatam fecere tùm Confessarius, tum omnes ejus Domestici, qui familiari ejus consuetudine frui diutiùs potuere, Corpus autem ejus tumulatum apud Ecclesiam nostram fuit in sepulcro Societatis Habitûs 7. Dolorum B. M. Virginis in Arcâ quadam speciali reconditum unà cum tubo plumbeo, in quo repositum fuerat sequens elogium.

Sororis Julianæ Catharinæ Luosi Mirãd. Tertii Ordinis felix obitus, & gesta.

Ossa Sororis Julianæ Catharinæ de Luosijs Ordinis Servorũ B. M. Virginis Charitate, Castitate, Humilitate, Obedientia, Paupertate, Puritate Conscientiæ, propriæ voluntatis abdicatione, cæterisque Religiosis virtutibus, maximè in varijs languoribus, ac morbis per annos triginta jugiter perferendis invicta patientia præditæ. Diem quinquagenaria pijssimè clausit 12. Maij 1683. in Ævum victura.

Hic verò opportunum arbitror attexere, quod 15. saltem abhinc annis in Helvetiâ viget Religio, atque devotio erga B. Virginis Mariæ Dolores, & sex in Locis mox memorandis erecta fuit eorundem Dolorum Archifraternitas. Anno nimirùm 1668. die 17. Martii in Sacello Lauretano Ordinis S. Guilielmi Episcopatûs Constantiensis. Anno 1669. die 2. Februarij in celebri Monasterio B. V. Mariæ Etein Ordinis S. Benedicti Episcopatûs Basileensis. Anno 1681. die 5. Junij in celebri Monasterio Ordinis S. Benedicti nomine

Fi-

Fischingen in medio Acatholocorum sito Episcopatûs Constantiensis. Anno 1682. in perantiquâ Parochiâ Cantonis Fugiensis ad aquas regias die 29. Maij Episcopatûs ejusdem. Anno 1683. die 4. Julij in florentissimâ Parochiâ Dins inter Parochias Præfecturæ liberæ Principali Episcopatûs ejusdem anno eodem die 26. Septembris in celeberrimo Monasterio Angelomontano Ordinis S. Benedicti, Episcopatûs ejusdem. Quæ sanè Archiconfraternitates erectæ fuere à Joanne Jacobo Schmid Sacræ Theologiæ Doctore, Prothonotario Apostolico, Parocho, & Decano Tugij Cantonis in Helvetiâ, facultate sibi tributâ à P. nostro Vicario Generali, qui Literas patentes pro hisce erectionibus ad ipsum transmiserat, à quo iterum alias petit, exponens per Epistolam sub datum die 3. Novembris hujus anni, quòd isthæc devotio erga Virginem Dolorosam magis in dies augebatur, ideóque necessarium esse Indulgentias a summis Pontificibus concessas hisce Archifraternitatibus publici Juris in ijs Regionibus facere.

ANNOTATIONES IN CAP. XV.

1 EX *monum. Convent. Viennen.*
2 *E' Reg. Gener.*
3 *Ex monum. Conv. Mirand.*
4 *Ex Reg. Gener.*

Decretum pro extensione Officij S. Philippi ad Ecclesiam universalem. P. Julius Arrighetti Indulto Summi Pontificis eligitur in Priorem Generalem. Extensio Officij nominis B. Mariæ Virginis. Florentiæ moritur Prosper Bernardi. Prodigiosum Oleum apud B. Virginem de Typherno.

CAP. XVI.

ANnum hunc æquè ac superiorem apud Posteros memorabilem præ multiplici triumphorum genere, quos per Hungariam Augustissimi Leopoldi copiæ de Turcis retulere præclarissimas Urbes expugnando, Ordini quoque nostro memorabilem speciatim præstitere nonnulla Apostolicæ Sedis Indulta. Primò quidem ad pias preces Serenissimæ Mariannæ Hispaniarum Reginæ Matris Viduæ, necnon Magni Ducis Etruriæ Cosmi III. Sacra Rituum Congregatio die 17. Junij Officium, & Missam S. Philippi Benitij ad Ecclesiam universalem extendit, prout constat ex Decreto, quod sequitur.

Decr. S. Congr. pro Off. S.P.Phi. ad universalē Eccl. extēdendo.

Urbis, & Orbis.

PIjs precibus Serenissimæ Mariannę Hispaniarum Reginę Matris Viduę, necnon Magni Ducis Etrurię per suas Literas directas Sanctissimo Domino nostro, & ad Sacram Congregationem remissas, & relatas ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Columna,
A Eadem Sacra Congregatio benignè inclinata censuit posse concedi, ut in posterum in Ecclesiâ universali recitetur Officium, & celebretur Missa S. Philippi Benitij Ordinis Servorum B. Marię Virginis de Communi Confessorum non Pontificum, quotannis die Festo ejusdem Sancti ab omnibus utriusque sexus Fidelibus, tàm Secularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur sub ritu semiduplici de precepto, & in Calendario Breviarij, & Missalis Romani apponatur, si eidem Sanctissimo Domino nostro placuerit. Hac die 17. Junij 1684.

Huic Decreto nunquam annuit Summus Pontifex, nisi post varia studia P. Vicarij Generalis, & gravissima Officia S.R.E. Cardina-
B lium, aliorumque Magnorum Principum apud Sedem Apostolicam, prout consequentibus annis videre fas erit, scilicet 1690.

P. Arrighettus Indulto Apostolico eligitur in Priorem Gener.

Cùm anno proximè superiori Summus Pontifex Innoc. XI. speciali Indulto die 8. Aprilis dato P. Arrighetium in Priorem Generalem elegisset pro administrando Ordine per integrum sexennium, postquam complevisset sexennium Prædecessoris sui Georgij Soggia, quod utique hoc anno completum erat, quo proinde juxta Legum præscripta habenda erant Generalia Comitia, idem P. Arrighettus die 21. Junij, Dominicâ nempe Pentecostes degens per transitum in Cœnobio nostro apud Castelliaccium Diæcesis Alexandrinæ in Provinciâ nostrâ Genuensi, Dietam
C ejusdem habiturus, Pontificium Breve prædictum coram Patribus, qui propterea eò convenerant, è varijs finitimis Conventibus legendum curavit, qui subinde in Ecclesiâ obedientiam ei de more præstitere, singulari illius Populi gaudio, qui magnâ frequentiâ eò confluxerat, singulis exemplo commotis D. Marchionis Pallavicini Feudatarij Priori Generali manus osculari certantibus, solemni verò illâ Ceræmoniâ absolutâ, Hymnum *Te Deum laudamus* solemniter cantantes Deo gratias egere. Posthæc plura, & insignia Donaria à Viris illius Loci Primarijs P. Vicario Generali, quem summopere venerabantur; oblata ex animo fuere, quæ Patribus ibidem congregatis haud mediocriter profuerunt.
D De Actu hoc possessorio rogatus per publicum instrumentum fuit Ambrosius Pelatri publicus Notarius Alexandrinus.

Literæ Apostolicæ sunt sequentis tenoris.

Foris à tergo:

Dilecto Filio Alexio Marię Arrighetto Vicario Generali Ordinis Fratrum Servorum B.M.V.

Intus verò

INNOCENTIUS PP. XI.

D*ilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis,*

& virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Alias siquidem, cùm Ordo Fratrum Servorum B. M. Virginis Priore Generali certo tunc expresso modo destitutus reperiretur, per Nos accepto Te dudum postquam Habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum susceperas, & Professionem per eosdem emitti consuetam expressè emiseras Regulares, ac Provincialatûs Officium laudabiliter exercueras perfectioris Vitæ studio ductum, deposito Julij nomine, quo tunc vocabaris, ad Eremum Montis Senarij ejusdem Ordinis canonicè transivisse, ibique suscepto Habitu per illius Eremitas gestari solito, novique Novitiatûs anno peracto, Professionem Regularem per eosdem Eremitas emitti consuetam ibidem expressè emisisse, ac proinde attentâ Constitutionum ejusdem Eremi auctoritate Apostolicâ forsan confirmatarum dispositione, nec ad Ordinem præfatum reverti, nec vocem activam, & passivam, quam prius habebas in eo habere, nec gubernium ipsius Ordinis acceptare, nec cibis, & esculentis in eodem Ordine usitatis uti, & vesci, nec Habitum primò dictum ampliùs gestare, nec Barbam juxta Constitutiones ipsius Ordinis nutrire posse absque speciali Nostrâ, & hujus Sanctæ Sedis dispensatione, seu Indulto: Nos de tuâ fide, prudentiâ, charitate, integritate, doctrinâ, vigilantiâ, & Religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, motu proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, déque Apostolicæ Potestatis plenitudine Te memorati Ordinis Vicarium Generalem usque ad proximè futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale pro electione novi Prioris Generalis juxta constitutionem Ordinis hujusmodi celebrandum sub certis modo, & formâ tunc expressis, constituimus, & deputavimus cum opportunis Indultis, & dispensationibus, & aliàs, prout in Nostris desuper in simili formâ Brevis die XXI. Januarij M.DC.LXXXII. expeditis Literis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberiùs continetur. Cùm autem, sicut pariter accepimus, in Vicariatum Generalem Ordinis hujusmodi rectè, & fideliter, ac cum Ordinis prædicti utilitate hactenus gesseris, & adhuc geras de præsenti: Hinc est, quòd Nos sperantes in Domino operam tuam eidem Ordini, si diutiùs illi præfueris longè fore utiliorem, majoresque, & copiosiores ex tuo felice Regimine fructus pacis, & tranquillitatis, atque Religiositatis Domino benedicente esse proventuros, Téque proinde amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu, scientiâ, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus Te

P. Arrighettus eligitur Indulto Apostolico Prior Gener. ad sexennium.

præfati Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ
E Virginis Priorem Generalem ad sexennium à
die, quo Vicariatum Generalem prædictum absolveris, incipiendum cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, auctoritate, privilegijs, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus similiter, & deputamus. Ac proinde Tibi, ut de cætero in eodem Ordine remanere, vocemque activam, & passivam habere, ipsiusque Ordinis Generalatum acceptare, gerere, & exercere, ac cibis, & esculentis in eodem Ordine consuetis, uti, & vesci, & Habitum primodictum gestare, Barbamque, ut præfertur, nutrire liberè, & licitè possis, & valeas auctoritate Apostolicâ harum serie concedimus, & indulgemus, ac tecum de-
F super de speciali dono gratiæ opportunè dispensamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alijsque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis præfati Ordinis superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Generalatus Officium, illiusque liberum exercitium, juxta earundem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Téque recognoscant, ac Tibi in omnibus ad idem officium pertinentibus respectivè faveant, & assistant, tuaque salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent: alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam ha-
G bebimus, & faciemus, Authore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Decernentes ipsas præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Eremi, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis
H firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Aprilis M.DC.LXXXIII. Pontificatûs nostri anno septimo.

I. G. Slusius.

Sacra

Sacra Rituum Congregatio indulserat quidem anno 1682. die 26. Septembris, prout ad eundem annum diximus, ut in Ordine nostro recitari posset Officium, & respectivè celebrari Missa Sanctissimi Nominis B. M. V. die 23. Septembris quotannis ad instar concessionis factæ pro Regnis, & Dominijs Catholico Hispaniarum Regi subjectis. Verùm Privilegium hoc brevi commune Universali Ecclesiæ evasit. Summus enim Pontifex Innocentius XI. in perenne grati animi monumentum potentissimo Deiparæ præsidio, cui potissimùm acceptam referendam esse communiter cum omnibus censebat, longè verè mirabilem Civitatis Viennæ à gravissimâ Turcarum obsidione liberationem, de quâ ad annum superiorem 1683. novum Officium ejusdem Sanctissimi Nominis in Ecclesiâ universali celebrari præcepit Dominicâ infra Octavam Nativitatis ejusdem B.M.V. Interim deficiente oleo cultui B. Virginis Gratiarum apud Typhernates adhibendo, die 4. Mensis Maij deprehensa ingens olei copia in magnâ quadam amphorâ ibi fuit, ubi servari consueverat oleum cultui prædicto designatum, quòd planè nonnisi divinitùs contigisse constans fuit omnium opinio. Hoc autem prodigio per Urbem, & finitima Loca evulgato certatim omnes accurrebant, ut aliquam ejusdem olei portionem acciperent, eâque ratione Religioni suæ erga B. Virg. satisfacerent.

Summus autem Pontifex Religiosos quoscumque Ordinis nostri in Granciis, alijsque Monasteriorum membris, vel privatis Domibus degentes ad Claustra revocat, prout constat ex sequenti Decreto.

De mandato Sanctitatis Suæ Prior Generalis Ordinis Servorum B. M. V. præcipiat omnibus, & singulis sui Ordinis Religiosis, tam sacris, quàm minoribus initiatis, qui in Grangijs, vel Parochialibus, aut alijs membris Monasteriorum, vel in privatis Domibus degunt, ut deinceps in illis permanere, & pernoctare non audeant, sub pœnâ Apostasiæ, sed statim redeant ad Claustra sui quisque Monasterij sub obedientiâ Superioris in eo permansuri, ac de paritione documentum authenticum ad eundem Priorem Generalem transmittant infra Mensem à die intimationis Præcepti: Quibusvis licentijs, sive ad causandam valetudinem, sive ad Curam animarum exercendam, sive ad quamcumque aliam causam concessis minimè suffragantibus. Has enim Sanctitas Sua cassas prorsus, & irritas esse declarat, atque decernit. Ad hæc idem Prior statim, atque memorata paritionis documenta receperit, in Secretariâ Sacræ Congregationis super statu Regularium illa exhibere non prætermittat, ad quam etiam, ut minimùm infra duos Menses deferat notulam distinctam, nominum, & Cognominum cujusque Religiosi, cui præceptum, ut supra, intimatum fuerit. Datum Romæ die 3. Julij 1684.

A. Cardinalis Homodeus

Locus ✠ Sigilli. *B. Panciaticus Secr.*

A Laudibus iterum modò nobis ornandus occurrit P. M. Prosper Bernardi de Florentiâ hisce temporibus Provinciæ nostræ Etruriæ Præfectus. Cum enim continuâ Febri per mensem graviter affectus septuagesimum secundum ætatis annum agens die 24. Aprilis obierit in Cœnobio D. Annunciatæ ejusdem Civitatis, æquum videtur, & consentaneum, ut à Nobis etiam justa quodammodo persolvantur, ejusque exequiæ, quoad fieri potest, condecorentur. Vir iste ab ineunte ætate Ordinem nostrum ibidem ingressus præclara statim futuræ virtutis exhibere cœpit specimina, pietati primùm fovendæ, literis deinde colendis maximopere addictus, hinc ætate proficiens verâ quoque sapientiâ profecit, Orationi, & Literarum studijs diù, noctuque

B magis, ac magis indulgens, hinc Ordini nostro, quem verè in deliciis habebat, haud mediocre decus, & commodum accessit. Neque enim modò in domesticis nostris Academijs ad erudiendos Adolescentes, tùm in severioribus, tum in humanioribus Literis præfuit omnigena eruditione conspicuus, verùm etiam nonnulla Typis impressa Italico idiomate in lucem edidit, scilicet *Aggiunta all' osservazioni intorno al parlare, e scriver Toscano di Giovanni Battista Strozzi: Applausi di Firenze per la Canonizazione di S. Filippo Benizi: Apologia della SS. Nunziata di Firenze: Istoria Panegirica della B. Giuliana Falconieri: Breve compendio ristretto in versi in ottava rima della Vita di S. Filippo Benizzi:* Præter-

C ea Ordinis amplitudini promovendæ studiosissimus, necnon B. Virgini, Divoque Philippo, ac reliquis ejusdem Ordinis Beatis addictissimus, Officia propria composuit 7. Dolorum ejusdem Virginis, ejusdemque S. Philippi, quæ præ manibus habemus; quò planè animi sensu unà cum P. Callisto Catani, de quo ad annos 1678., & 1703. longè honorificentiùs recolenda curavit Florentiæ 7. ejusdem Dolorum solemnia, prout nostris hisce temporibus prosequi feliciter videmus. Prædictis autem operibus, præsertim verò memorata Apologia, ingenij sui vim luculenter ostendit, quâ mirabilem illam Virginis ab Angelo salutatæ Imaginem ab insipidis calumniis egregiè vindicavit, quapropter non-

D nisi immeritò Ferdinandus Leopoldus *del Migliore* in Opusculo suo, cui Titulus est: *Firenze illustrata*: de venerandâ prædictâ Imagine eâ methodo scribit, ut calumnijs aliquomodo adhærere videatur à Prospero nostro vindicatis, quantumlibet piam opinionem amplecti tandem alletat in vulgus receptam de prodigiosâ ejusdem delineatione. Prætereâ B. Julianæ Falconeriæ cultum prior omnibus promovendum suscepit, Gentem ipsam clarissimam Falconeriam ad opus hoc verè nobile aggrediendum excitando, quæque ad vitæ, gestorumque Beatæ hujus Virginis seriem pertinent incredibili labore, & industriâ è vetustissimis, tum privatis, tum

 publi-

publicis Florentiæ codicibus, & qaidem plurimis, velut è cymmetijs tenebris eruendo, prout fusiùs ad aonum 1675. Hinc minimè mirandum, quòd tantum Virum Disciplinæ Regalaris amantissimum, otio infensissimum, quo fiebat, ut Adolescentes ab eo pro virili distraheret, & ad opportuniora studia inflammaret, de Ordine nostro, præsertim verò de Cœnobio, & Ecclesiâ D. Annunclatæ de Florentiâ optimè maritum Julius Arrigbetti, tunc Vicarius Generalis Apostolicus lauda quacumque superior, etiam id minimè curantem dignissimum existimaverit, qnem Provinciæ Etrutiæ Regimini, statim ac id ei fieri licuit, anno videlicet 1683. in Comitijs Provincialibus præficerent Patres. Minimè quoque mirandum, quòd prædicti Cœnobiij Patres eidem vitâ functo bonotificè parentaverint, tum singulari apparatu, tum elegantibus circumpositis Elogijs, tum præclarâ da ejus laudibus oratione, quam babnit bumaniorum Literarum Professor conspicuus Marcus Rossi Concivis, tùm divinorum Officiorum celebritate, tum præsentiâ Theologorum Florentinæ Universitatis. Dignitatem enim, quâ tunc præeminebat, Præfecturam scilicet Provinciæ, colebant quidem Patres, maximè verò venerabantur virtutum omniû speciem, quæ Prosperam omnibus spectabilem præferebant, veriti fortasse, num Prospero aliquid decoris è dignitata præfatâ accederet, num potiùs è contra è Prospero ornamentum accederet dignitati. Minimè denique mirandum, quòd Bibliothecæ Insigni illius Cœnobij consequentibus annis eximiâ munificentiâ iterum excitatæ onà cum aliorum Virorum Illustrium ejusdem Cœnobij Imaginibus, Prosperi quoqoe Imago inserta fuerit, ut inde quoque pateat hujus Viri celebritas. Obijt etiam hoc anno die 10. Augusti Florentiæ P.M. Laurentius Giusti pietate conspicuus, qui Pœnitentiarij munus in Basilicâ Vaticanâ laudabiliter exercuerat aono Jubilæi 1675. & paulò post in lucem edidit pia quædam Opuscula, nimirum *Guida sutotore alla Beatitudine coll' Esemplare di S. Filippo Benizij, e sacre vigilie*. Hoc eodem anno publico instrumento, de quo rogatus fuit Bartholomæus Canova die 4. Februarij Serenissimi Principis Aloysij Estensis Civitatis Rhegij Gubernatoris præcipuo studio composita, omninò fuere jurgia, quæ inter PP. Cœnobij nostri S. Mariæ de Civitate prædictâ, & DD. Laicos Congregationis Fabricæ ejusdem B. V. Mariæ suborta fuerant, ex quò defecerat aliqnomodo eorum observantia, quæ unanimi consensu statuta ad invicem fuerant anno 1636., quæ in lucem edita Rhegij foere anno 1682., sicut & præsentia edita Mutinæ fuera anno 1685.

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

OMnia, quæ in hoc Capitulo descripta leguntur desumpta sunt ex monum. præfatorum respectivè Conv.

Obitus Cardinalis Homodei Protectoris, & Ludovici Giustiniani Episcopi Assisiensis. Nominatur Episcopus Temnensis P. M. Claudius Maria Viani. Extenditur Officium B. Joachimi de Senis. Bononiæ erigitur Collegium. Controversia Oeniponte ratione Monialium. Apud Forum Pompilij publica S. Theologiæ Lectio decernitur Servitis. Consecratur Ecclesia S. Mariæ de Cibonâ.

CAP. XVII.

Card. Homod. Protect. & Ludovici Giustiniani Episcop. Assisiensis obitus, & laudes.

GRavem patitur eclypsim Religiosa Servorum Deiparæ Familia, dno enim boc anno apud ipsam deficiont lumina splendidiora, scilicet Eminentissimus, & Reverendissimus D. Aloysius Cardinalis Homodei Patricius Mediolanensis Ordinis nostri Protector apud Sedem Apostolicam amantissimus Mense Aprili die 24. ferè octogenarius, & Mense Junio die 20. D. Ludovicus Ginstiniani Episcopus Assisiensis, quorum laudes prætetire non decet, utrumque enim de Ordine nostro optimè meritum esse soperiùs dicta testantur. Homodeus quidem in primis ob præsentissimum Patrocinium apud Sedem Apostolicam, & singnlarem dilectionem, quâ Ordioem ipsnm complectebatur, ex quò proindè plora eidem accessere privilegia, Indulta, & commoda satis abondè superiùs relata. Giustinianus verò eidem Ordini splendorem, & decus haud mediocriter auxit, non modò præ dignitate Episcopali, qoam in administiandâ per annos 15. Ecclesiâ Assisiensi egregiè sustinnit, verùm etiam primarijs in Ordine Magistratibus, Procuratoris nimirùm Generalis in Romanâ Curiâ, & Prioris Generalis totius Ordinis, qnos per plures annos singulari laude obivit, Ordinis incremento, atqne decori indesinenter addictus, disciplinæ Regularis observantiam, & Literarum studia axemplo magis, quàm verbis promovendo, præsertim in erectione Collegij apud S. Marcellum de Urbe, cujus optimis institutis Juvenes ad eadem studia prosequenda vahementer inflammarentur, ac reipsa plures proinde prodiere, valut ex Equo Trojano Literarum præstantia insignes Viri, qnorum præsidio consequenter per Universum Ordinem scientiarum vigor refloruit, ac denique in solemni B. Philippi Canonizatione, pro quâ assequendâ plurimùm sanè laboravit. Interim enixè petente Archiepiscopo Senensi Leonardo Marsilio Viro doctissimo æquè, ac piissimo, cujus erga B. Ioachimum Nostrum de

Senis eximia Religio, & erga Ordinem nostrum non mediocris dilectio satis, soperque innotescit; Sacra Rituum Congregario Eminentissimi, & Reverendissimi D. Flavij Cardinalis Chisij studio benignè indulsit, quòd in Civitate, & Diœcesi Senensi recitetur in posterum Officium, & celebretur Missa ejusdem B. Joachimi ad instar concessionis Ordini Nostro jampridem factæ. Prætereundus hoc anno nullatenus videtur P. M. Claudius Maria Viani de Mutinâ, cujus præclara merita ex eò potissimùm dignoscere posteris licet, quòd Leopoldus hujus nominis Primus Romanorum Imperator semper Augustus, ac pietate notissimus ipsum ad Episcopatum Temnensem in florentissimo Hungariæ Regno nominaverit, elegerit, & præsentarit, quemadmodum è sequenti Imperiali Diplomate constat, cujus originale in Cœnobio nostro Mutinæ inter alia ad ipsum Claudium spectantia diligentissimè asservatur, cui authenticè collatum fuit, quod sequitur exemplar; verùm tamen est, quod idem P. M. Claudius Maria dignitatem hanc Episcopalem excipere renuit ob varia rationum momenta, quæ nos hactenus latent.

Officium B. Joach. de Senis extenditur ad Urbem Senensē, & ad totā Diœcesim.

Nos Leopoldus Dei Gratiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburg, ac superioris, & inferioris Silesiæ, VVietemberg, & Rekæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferzecti, Kiburgi, Goritiæ, &c.

Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit, Universis. Quòd cùm Nos ingenuas illas virtutes, & singulares animi dotes, doctrinam item, ac Religiosæ Vitæ integritatem uti, & in rebus gerendis non mediocrem experientiam, atque dexteritatem Religiosi P. M. Claudij Mariæ Viani à Mutinâ Ordinis Servorum B. M. Virginis, benignè considerassemus, non secus vetustissimæ quoque ipsius familiæ, tum nobilitate sanguinis, tum religione, alijsque politicis juxta, ac militaribus virtutibus conspicuæ celebritatem, aliaque eximia ipsius merita, praecellentesque sublimis ingenij qualitates, ob quas post exantlatos in sacro illo Servorum B. M. Virginis Ordine, Philosophici primùm, ac demum Theologici quoque studij labores, supremâ etiam Sacræ Theologiæ Laureâ, tam in præmemorato Ordine, quàm in Collegio Theologorum Ferrariæ insignitus, ac tandem in Provincialem Romanæ Provinciæ, uti, & expost in Synodalem Mutinensis Episcopi examinatorem, ac Sanctæ Inquisitionis Consultorem eligi, præspecificatisque munijs laudabiliter fungi meruit, perpendissemus; inductis his, & pluribus alijs ejus meritis, ac virtutibus, de quibus Majestati Nostræ summè commendatus extitit. Eumdem igitur P. M. A *Claudium Mariam Vianum à Mutinâ, tamquā Personam idoneam, ac benemeritam, Nobisque gratam, & acceptam ad Episcopatum Temnensem ad jurisdictionem Sacræ dicti Regni nostri Hungariæ Coronæ spectantem, authoritate Jurispatronatûs nostri Regij, quod generaliter in omnibus ejusdem Regni nostri Hungariæ, Partiumque ei annexarum Ecclesijs, & Beneficijs ad instar Divorum quondam, & Apostolicorum ejusdem Regni Hungariæ Regum, Prædecessorum videlicet nostrorum gloriosæ reminiscentiæ habere, & exercere dignoscimur, nominandum, eligendum, & præsentandum; Eidemque ipsum Episcopatum unà cum cunctis suis Castris, Castellis, Oppidis, Villis, Præsidijs, & possessionibus, juribusque possessionarijs, ac* B *alijs quibusvis pertinentijs, proventibus, & obventionibus de jure, & ab antiquo ad dictum Episcopatum spectantibus, & pertinere debentibus, dandum, & conferendum duximus. Quocirca vobis fidelibus Nostris Capitulo, & Universo Clero, & Populis annotatæ Ecclesiæ Temnensis, harum serie firmiter mandamus, quatenus amodo deinceps dictum Claudium Mariam Vianum à Mutinâ pro legitimo, & vero Episcopo, vestroque Prælato tenere, & recognoscere, ac eidem in omnibus justis, & consuetis rebus, ac negotijs debitam obedientiam semper exhibere debeatis, & teneamini. Secus nullatenus facturi. Præsentibus perlectis exhibentē restitutis. Datum in Civitate nostrâ Viennâ Austriæ die 15. Mensis Novembris anno Domini 1685. Regnorum nostrorum Romani 28.,* C *Hungariæ, & Reliquorum 31. Bohemiæ verò anno trigesimo.*

Leopoldus

Locus ✠ Sigilli

Joannes Gubaso Upij Archiep. Colocensis.
Joannes Mabolans.

P. M. Claudius Maria Viani nominatur Episcopus Temnensis.

Quanti etiam fecerit eumdem P. Magistrum Viani Imperator invictissimus, apparet insoper ex literis pro ejusdem speciali commendatione datis, tam ad Sanctissimum Pontificem Innocentium XI., quàm ad Eminentissimum Cardinalem Pium Comprotectorem Regnorum Germaniæ, quarum tenorem hic D apponere non erit incongruum.

Beatissime in Christo Pater Domine Reverendissime.

Post officiosam nostri commendationem, & Filialis observantiæ continuum incrementum. Quoniam Nos ingenuis illis virtutibus, & singularibus animi dotibus, Doctrinâ item, ac Religiosæ vitæ integritate, uti & in rebus gerendis non mediocri experientiâ, atque dexteritate non secùs vetustissimæ quoque Familiæ, tùm nobilitate sanguinis, tùm Religione, alijsque Politicis juxta, ac Militaribus virtutibus conspicuâ celebritate, cæterisque meritis, ac præcellentibus sublimis ingenij qualitatibus Religiosi

ligiosi Patris Magistri Claudij Mariæ Viani à Mutinâ Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis attentis, & consideratis, quibus eumdem plurimorum Fidelium nostrorum fide digno Testimonia ab Altissimo insignitum esse cognovimus; eumdemque tanquam Virum dignum, & benemeritum, Nobisque gratum, & acceptum, ad Episcopatum Arbensem Jurisdictioni Sacræ Regni nostri Hungariæ Coronæ subiectum Auctoritate Jurispatronatus nostri Regij, quòd sicut in omnibus Regni nostri Hungariæ, partiumque eidem annexarum Ecclesijs, ac Beneficijs, sic & in ipsum Episcopatum Arbensem, more Divorum quondam Hungariæ Regum gloriosæ reminiscentiæ Prædecessorum nostrorum habere dignoscimur nominandum, eligendum, & pro nostrâ, maiorumque nostrorum veteri consuetudine, Sanctitati vestræ pro consequendâ Apostolicâ confirmatione præsentandum esse duximus. Quapropter ab eadem Filiali cum observantiâ petimus, quatenus hujusmodi Præsentationem nostram admittere, & memoratum à Nobis nominatum ac electum Episcopum Arbensem Apostolicâ suâ Benedictione confirmare velis. Confirmationem verò ipsam sine alicujus Annatæ solutione Sanctitas vestra eidem concedere dignabitur, eò quod Episcopatus hic Turcico jugo pressus, nullos habeat Proventus. Faciet in hoc Sanctitas Vestra rem Catholicæ Ecclesiæ proficuam, & Nobis gratissimam, quam Nos de Vestrâ Sanctitate, Observantiâ, Officijsque Filialibus omninò promerebimur. Cui Nos reverenter offerimus, & obsequiosè commendamus. Datum in Civitate nostrâ Viennâ Austriæ die 15. Mensis Novembris anno Domini 1685. Regnorum Nostrorum Romani vigesimo octavo, Hungariæ, & reliquorum 31. Bohemiæ verò anno 30.

LEopoldus Dei gratiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ Marchio, Moraviæ Comes, Habspurgi, Tyrolis, & Goritiæ. Reverendissimo in Christo Patri Domino Carolo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Tituli sancti Chrisogoni Presbytero Cardinali Pio, nationis Germanicæ apud Sedem Apostolicam Comprotectori, Regnorumque, ac Dominiorum nostrorum Hereditariorum apud eamdem Protectoris Amico nostro charissimo salutem, & benevolentiæ nostræ affectum, Reverendissime in Christo Pater Amice charissime. Quoniam nos benignum, ac debitum habentes respectum ingenuarum virtutum, & singularium animi Donum, Doctrinæ item, ac Religiosæ vitæ integritate, uti & in rebus gerendis non mediocris experientiæ, atque dexteritatis, Familiæ demum, tam vetustate, quàm nobilitate sanguinis conspicuæ, ac celebris, aliorumque meritorum, & præcellentium sublimis ingenij qualitatum Religiosi Patris Magist. Claudij Mariæ Viani à Mutinâ Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, quibus

E *ipsum plurimorum Fidelium nostrorum fide digno Testimonio ab Altissimo insignitum esse cognovimus; prætermittere haud potuimus, cum eundem, tum ex eo, tum verò pro solitâ nostrâ, quâ in constituendis legitimis Ecclesiarum Dei Pastoribus tenemur curâ, & solicitudine ad Episcopatum Arbensem sub jurisdictione Sacræ Regni Nostri Hungariæ Coronæ constitutum promovendum authoritate Juris Patronatûs Nostri Regij, quo in similibus instar Prædecessorum nostrorum Divorum quondam Hungariæ Regum gloriosæ reminiscentiæ utimur innixi benignè nominaremus, ac eligeremus, Suæque Sanctitati de veteri more & consuetudine Apostolicâ, Confirmatione offerremus, & præsentaremus, consequenterque Reverendissimæ Pater-*

F *nitati Vestræ hac ipsâ de causâ eumdem omni meliori modo commendarem, Amice eundem rogantes, quatenus pro suâ, quâ plurimùm posset authoritate id nostri quoque ob respectum efficere conetur, & allaboret, ut ipse à Nobis nominatus, & electus Episcopus confirmationem suam gratis obtinere valeat. Factura in eo Reverendissima Paternitas Vestra rem nobis gratissimam, omnique nostrâ benevolentiâ recognoscendam. In reliquo eandem benè, feliciterque valere cordicitus exoptantes, eidem Cæsareo, Regioque affectu Nostro semper propensi manemus. Datum in Civitate Nostrâ Viennâ die 15. Mensis Novembris anno Domini 1685. Regnorum nostrorum Romani 28. Hungariæ, & Reliquorum 31. Bohemiæ verò anno 30.*

G

P. General's seriò animadvertens, quàm insigne Regularium Ordinibus è Literarum studijs emolumentum, ac decus accedat, hæc pro virili promovere aptissimis Institutis cōtendit, qui non mediocri zelo Disciplinæ Regularis augmento, & pietati fovendæ consuluerat. Itaque Collegium instituit hoc anno in Cœnobio Divi Josephi prope Bononiam, in quo plures Clerici optimæ indolis, ac spei Philosophicas Disciplinas per integrum, idque continuum trienoium ab uno, eodemque Lectore edocerentur, eâque ratione aptiores fierent sacræ Theologiæ addiscendæ in Collegio Henrici apud S. Marcellum de Urbe, quo nonnisi exquisitioris ingenij

Instituitur Collegium S. Joseph de Bononiâ.

H Juvenes convenire solent. Idoneum verò maximè consilio suo existimavit prædictum S. Josephi Cœnobium, quod Bononiæ proximum sit, ubi planè vigent bonarum Literarum studia, & Literariæ exercitationes frequentissimè habentur. Quod autem extra Bononiam sit haud mediocriter solitudini conducit, quæ necessaria ijs omninò videtur, qui Literis operam seriò dare contendunt. Hoc pariter anno Ordinis Nostri Patres apud Forum Pompilij designantur pro lectione Sacræ Theologiæ publicè habendâ, quam habebant Patres Carmelitæ, antequam ex eorum Conventu deinceps suppresso recederent.

Reco-

Cœnobii S. Mariæ Paradisi de Sieti plures vices subiit, & pericula.

Recolendas modò censeo vices, quas hisce temporibus subierat Cœnobium Nostrum S. Mariæ Paradisi de Sieti in Provincia Neapolitanâ, & admirandum simul B. Virginis præsidium Posteris commendandum, ut inde quoque ipsis colligere liceat, quòd Servos suos ipsi Fideles destitutos non patitur. Cùm ab anno 1631. Vir quidam nomine Donatus Fortunatus ab illius Cœnobii Patribus assequi minimè potuerit, quòd B. Virginis Sacellum Familiæ suæ Juspatronatûs declaretur, non enim fas erat Patribus antiquo juri præjudicium inferre, quo pacificè hucusque fruebantur Galitiæ, & Golij Familiæ Fortunatæ Sacræ hujus Ædis Fundatorum Nepotes; id ægerrimè ferens Donatus, ut injuriam ipsis inferret, Ecclesiam recens ædificandam suscepit in foro, quod dicitur *dell' Albero* juxta Pontem è regione Ecclesiæ S. Bartholomæi, sub invocatione S. Mariæ de Ursuleo, Ecclesiasticum quoque, idque pingue beneficium instituens, ut eâ ratione ad novam hanc Ecclesiam confluentibus omnibus Ecclesia nostra S. Mariæ Paradisi destituta prorsus jaceret. Interim Beata Virgine gravem hanc Ecclesiæ suæ illatam injuriam inultam minimè passa, brevi in primis quidam Donati Nepos interfectus miserè periit, ipse verò Donatus paulò post mente captus ex hac luce migravit, totaque ejus Familia, in ijs regionibus olim ditissima, præ cæteris ad incitas redactam se sentit. Procedente tempore vigentibus in Oppido Sieti, & in dies crescentibus hostilibus simultatibus, præ quotidianis, iisque gravissimis iniurijs, quas sibi ad invicem inferebant Oppidani, quasque singulis exteri grassatores depopulando, & omnia susdeque vertendo adjiciebant, non mediocri omnes ibidem egestate premebantur, ac propterea vices easdem patiebatur Nostrum Cœnobium, annuis proventibus imminutis, & bonis immobilibus deperditis, ac proinde Religiosorum numero destitutum, qui Ecclesiæ colendæ, & B. Virginis honori promovendo pares esse possent. Etsi verò res ita se haberent, nitebantur tamen PP. Cœnobij formam quoquomodo integram servare designatâ quadam Familiâ charitativis subsidijs, & pingui eleemosynarum copia, quas adhuc plures B. Virgini addicti erogare quotidie solebant, præsertim verò Golii, & Galitiæ prædictorum Nepotes, quibus curæ magis erat Cœnobium Nostrum, quàm propria Domus. Verùm anno 1680. Incolæ partis illius Oppidi, quæ dicitur, *Piè di Sieti*, moultum enim volo Lectorem, quod Oppidum Sieti ad radices Montis Regij situm in duas partes dividitur, quarum altera, utpotè sublimior dicitur *Capo di Sieti*, altera verò humilior dicitur *Piè di Sieti*, quas intermedium sedet Cœnobium nostrum in satis amplâ Ecclesiâ, cui adiacet à lævâ Sacellum S. Mariæ Paradisi juxta publicam dicti Oppidi viam, ab Incolis sublimioris Oppidi partis

A scilicet *Capo di Sieti*, indole Naturæ aversi, Ecclesiam recens ædificarunt, specie quidem Congregationis habendæ, reipsa tamen, ut in Parochiam institueretur, molestè ferentes, se Parochiæ subesse, quæ antiquitùs in superiori Oppidi Parte sedebat. Cùm autem Servitæ nil ex adverso ad novam hanc fabricam impediendam præstitissent, uti par erat, Archiepiscopus Salernitanus Alphonsus Alvarez in Episcopali illius Oppidi visitatione novam hanc Ecclesiam in inferiori parte positam Parochialem declaravit, ex quo non mediocre incommodum Cœnobio nostro accessit, singuli enim recentis Ecclesiæ specie illecti Cœnobium deseruere, Capellas, & sepulturas in Ecclesiâ nostra sitas earumdem Compatroni derelinquere, deferbuit erga

B Deiparæ imaginem devotio, defecerunt eleemosynæ, omnique spe plura sibi deinceps comparandi destituti Patres fuerunt. His pariter accessit, quòd anno 1681. fabrica pariter Cœnobij corruere cœpit, & graviora in dies imminere damna videbantur, nisi opportunum tanto discrimini statim adesset auxilium, quòd humanitùs sperare vix posse licebat. Hoc autem desiderari passa non fuit Patrona Nostra Deipara, quæ in se sperantibus nunquam deesse solet. Accidit, quòd P. M. Antonius Maria Vitali neapolitanus Monasterium prædictum hoc anno adiret, cuius miserrimam vicem deplorans opem eidem ferre decrevit, adhibitis quoque pecunijs ejus intuitu Ordini Nostro comparatis. Tu-

C multus agebat Populus Cœnobij jacturam anhelans, utpotè à Sacrâ B. Virginis Imagine alienus, & novæ Parochiæ in inferiori Parte positæ addictus, intentatâ lite cum veteri Parochiâ in superiori parte positâ, quamobrem Archiepiscopum Salernitanum Hieronymum Passarelli occasione Visitationis adire decrevit, & propositæ liti modum imponete Monasterij nostri, tamquam inutiles abolitionem proponendo, Ecclesiam verò Nostram ab eodem subinde in Collegiatam Presbyterorum Secularium convertendam Incolarum omnium, tùm superioris, tùm inferioris Partis usui commodiorem, si eo quoque Fons baptismalis transferretur. Inl-

D qua isthæc Popoli consilia assecutus prædictus P. M. Vitali illius Cœnobij Prior, sex Religiosos ibidem alendos suscipiens aditum præclusit Antistiti Cœnobium illud visitandi, eaque ratione imminens discrimen evadere contendit. Posthæc Archiepiscopum statim ac Oppidum subierat, opportunè adivit debita ipsi Urbanitatis officia persolvens, & Ordinis Nostri Jura ejus Patrocinio commendans, quem planè humanissimè excipiens Antistes pollicitus ipsi fuit dissensionibus hisce inter duas Parochias subortis modum imponere velle, ideoque dissidentes adinvicem in unum coram se convenire decrevit, ut eorum hinc inde rationibus, prout opus erat, perceptis, illud statueret, quòd magis expedire

dire videretur. Cùm autem eò convenissent utriusque Partis Incolæ, deputati ex inferiori parte iniquum abolendi Cœnobij consilium alacri animo coram Antistite proposuere sibi prorsus suadentes, quòd ei procul dubio adhæsisset. Verùm non sine speciali Patronæ nostræ præsidio propositionem hanc stomachabundus excepit Antistes, & in furorem actus iisdem exprobrare eorum temeritatem acerrimè cæpit, Ordinis nostri antiquissimam, & præclarissimam Originem eximia ejusdem apud S. Sedem Apostolicam merita, magnorum Orbis Christiani Principum erga ipsum benevolentiam ob oculos singulatim objiciendo, eosque tanquam indignos increpando, quorum commodis adessent Servitæ; Quibus dictis dimissus fuit Deputatorum omnium Conventus, & absque ullâ innovatione absoluta fuit visitatio. Quibus in spem magnam erectus P. Magister præfatus, quippe qui adeò evidens expertus fuerat B. Virginis præsidium, dejectos advertens Monasterio infensos, seque imminenti discrimine superiorem, animum statim adiecit eidem Cœnobio, prout decebat, instaurando, necnon Ecclesiæ, prout oportebat, reparandæ, prædijs excolendis, & augendis proventibus consulendo, sive de novo comparandis, sive jam deperditis recuperandis, quæ planè eâ felicitate præstitit, ut brevi plurimùm emolumenti Cœnobio prædicto accesserit. Ecclesia Eremi nostræ S. Mariæ de Ciboná sequenti anno 1686. in Festo Ascensionis Domini ab Episcopo Sutrino Diœcesano solemni ritu consecratur, cui Sacræ actioni interfuere Clerus universus, Tulphæ Prætor, & Magistratus cum frequentissimo Populo, qui ter mille, & amplius Hominum eò contendisse perhibetur tanta Festi celebritate commotus, quòd centum abinde annis in ijs regionibus habitum nullibi fuerit, cujus rei monumentum extat in eadem Ecclesiâ lapidi impressum usque in hodiernam diem omnibus patens.

ANNOTATIONES IN CAP. XVII.

EX *monum. diversorum Conventuum. & ex Reg. Gen.*



E *Referuntur Prodigia S. Philippi. Tertiariæ primùm apud Novellariam induuntur. Moritur Franciscus Antonius Cavi. Dirimitur Controversia præcedentiæ pro Ex Generalibus.*

CAP. XVIII.

PRofligato Turcarum Exercitu longè semper gloriosiora Nobis occurrunt Gentis Austriacæ gesta, potissimùm verò hoc anno in expugnatione Budæ Metropolis Hungariæ habitâ die 2. Septembris, quâ pariter die Summus Pontifex in Urbe 27. S.R.E. Cardinales singulari plausu creavit, quòd non sine speciali Divini Spiritûs impulsu contigisse omnium fuit sententia, ac si supremus Universalis Ecclesiæ Pa- F stor insignem illam Victoriam divinitùs intelligens plaudere ipsi voluerit, quo pariter sensu celebrandum sub ritu semiduplici de præcepto ipsâ die quotannis præcepit cum propriis lectionibus S. Stephani Hungarorum Regis Officium, ac sic ejusdem Regni Patronus ipsum propugnandum susciperet in Cœlis, quòd propagare studuerat in terris. Cùm hæc in Hungariâ agerentur Reipublicæ Christianæ adeò honorifica, Veronæ aliquid contigisse legimus Ordini nostro intercessione D. Philippi gloriosum. Aquilina Uxor Bernardi Bonfanri de Regione S. Joannis in Valle ejusdem Civitatis Puerum ex Utero emiserat jampridem emortuum, qui proinde tumula- G tus fuerat, sed post horæ dimidium eductus, & aquâ ablutus à Margaritâ Coniuge . . . . Torcoletti obstetrice insigni fiduciâ in Deum, ac D. Philippum erecta, coram sacrâ ejus Imagine in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ de Scalâ delatus die 14. Octobris 1685., & ejusdem Sancti patrocinio unà cum alijs Mulieribus ab eâ etiam atque etiam commendatus; cùm actu Sacerdos in honorem ejusdem Sancti Sacris operaretur ad Vitam Puero impetrandam, ut saltem salutari lavacro renatus in æternum vivere posset, Puer quædam edere cœpit vitæ accedentis indicia; cùm autem Sacerdos ad elevationem S. Hostiæ devenisset idem Puer scamno cuidam impositus, qui luridi coloris erat, faciē candidus apparuit, lævam prius movere cœpit, H deinde dexterum pedem, interim è digitis sinistri Pedis tres guttulas vividi cruoris emittens, qui tamen cutem iterum subijt exteriùs signa relinquens. Ad hoc spectaculum obstupescentibus Adstantibus, & insigne prodigium prædicantibus, eadem Obstetrix juxta ritum Ecclesiæ baptizavit, qui deinde à motu quocumque abstinens temporalem Vitam, ac penè momentaneam cum æternâ commutasse habitus fuit, iterumque proinde tumulatus.

Pueri intercessione D. Philip. tantum vitæ recipiunt, quantû sufficit ad recipiendû Baptisma.

Parem in D. Philippo beneficentiam expertus fuit anno proximè superiori alter Puerulus, quem ex utero mortuum à pluribus die-

diebus enixa fuerat die 27. Novembris Ginevera Coniux Joannis Locatelli de Regione S. Mariæ in Organo Civitatis ejusdem Veronæ, quem Anna Ulli Gregorij Baldati Uxor Obstetrix de Regione Sanctorum Nazarij, & Celsi ejusdem Civitatis coram Venerandâ D. Philippi Imagine in Ecclesiâ pariter Nostrâ fide plena detulerat, ut ejus intercessione Puero vitam impetraret, quæ saltem recipiendo Baptismati satis esset; quò cùm pervenisset, ipsumque super Altare ejusdem Sancti imposuisset, illicò Puer immutato colore, ex lurido nempe, candidus factus, os antea contortum composuit, sanguinem etiam vivum ex eodem, & naribus emittens, oculorum palpebras videntibus omnibus in diversa movês, minimis quibusdam rumoribus Fronti, Manibus, & Pedibus non modica sudoris copia undequaque ex iisdem partibus affluente per spatium unius horæ, & amplius jugiter succedentibus, concepto quoque per totum corpus calore. Quod cùm advertissent omnes, & quidem plurimi ibidem præsentes, Anna ipsa cæteris hortantibus Puerum baptizavit, Philippi nomine eidem imposito. Quibus peractis motus omnis in Puero cessavit, qui planè iterum obijt in æternum victurus.

Anno 1679. die 29. Julij Matthæus octo circiter annorum Filius Mariæ Felicis, & Joannis à Plano S. Martini in Tudertino districtu fontem adierat, ut aquam hauriret, cùm autem id ageret, fallente vestigio, in aquas incidit insignis altitudinis, quibus proinde submersus plusquam horæ dimidium obijt, quem deinde Parentes ex aquis eductum, ubi mortuum viderunt, D. Philippi opem implorare cæperunt, ut Puero vitam postliminio assequendam impetraret, interposito voto eidem ipsum sistendi in Ecclesiâ nostrâ Tudertinâ, & proprijs vestibus exutum D. Philippi Habitu induendi. Vix autem id præstitere, cùm Puer aquam ex ore, & è naribus emittere cœpit, erectus autem longè, ac longè majorem aquarum copiam evomuit, elapso autem horæ dimidio vitæ simul, & incolumitati pristinæ restitutus apparuit; cujus rei veritatem proximè sequenti die Ecclesiam prædictam adeuntes, & voto se exsolventes Pueri Parentes, ejusque Amita coram pluribus authenticè testati fuere.

Hoc eodem anno die 2. Septembris in Ecclesiâ nostrâ apud Novellariam ad Altare eidem D. Philippo nuncupatum, Tertij Ordinis nostri Habitum per manus P. Magistri Henrici Fornaciarij de Rhegio solemni pompâ induit D. Lucretia D. Alphonsi Pettinari Filia, Albæ Viridis nomine sibi imposito, præ cæteris hîc memoranda, quia prima è Sororibus fuit, quæ sacrum Hunc Habitum ibidem induerit. Moritur quoque Faventiæ die 26. Aprilis P. Magister Franciscus Antonius Cani Imolensis quidem, sed id temporis Faventino Cœnobio administrando Præfectus, non sine ingenti Imolensis Cœnobij Patrum dolo-

Apud Novellariâ induitur primum Tertiaria.

A re, qui tanquam Parentem optimum ob plurima, eaque præclara Beneficia eidem collata venerabantur, cui proinde honorificentissimè parentarunt magnâ Populi frequentiâ æternam illi requiem deprecantes, quam ob eximia pietatis, & beneficentiæ specimina maximè ei sperandam arbitrabantur; procedente verò tempore, ne tanti Benefactoris periret memoria, in loco quodam conspicuo lapidi imprimenda curarunt, quæ proximè sequuntur.

D. O. M.
Adm. Rev. Patri Magistro
Fratri Francisco Antonio Cani
Civi Imolensi, hujus Cœnobij Alumno,
Qui
B *Post innumera in hoc Monasterium collata*
Beneficia,
Et Civium amore, & Pietate juvantibus
In hanc recentioris Pulchritudinis faciem
Renovatam Ecclesiam,
Ditatamque sacrâ supellectili sacristiam
Ad Faventini Monasterij Regimen vocatus
Ibi morbo, & laboribus fessus
Terram cum Cœlo commutavit
Anno reparatæ salutis M.DC.LXXXVI.
Die XXVI. Aprilis.
Vixit annos XLIX. Menses V. Dies IX.
Benemerito de omnibus Viro
Fratres hujus Cœnobij mœsti posuere.

Eodem anno 1686. recensendum etiam C occurrit, quòd in eadem Civitate venerandum B. Francisci Patrizzi Corpus in Arcam elegantiorem, ac decentiorem translatum fuit die 25. Maij Archiepiscopali sigillo munitum præsentibus in Ecclesiâ nostrâ D.D. Germanico Tolomei Archiepiscopi ejusdem Civitatis Vicario Generali, cum Simone Suarelli Archiepiscopali Cancellario, illius nostri Conventûs Patribus, & alijs. Una deinde die ad Vesperam Sabbatho nimirùm antecedente Dominicam infra Octavam Ascensionis D.N.J.C. super Altari quodam ligneo ante Aram principem publicæ venerationi totam illam Dominicam expositum fuit, certatim ad illud adorandum confluentibus omnibus, ipso quoque Archiepiscopo D D.D. Leonardo Marsilio, & D.D. Cæsare Ugolino Episcopo Grosseti, qui super Altare illud ligneum Missam celebravit. Ad Vesperam denique ejusdem Dominicæ, quâ B. Francisci celebrari ab immemorabili consuevere solemnia sacrum illud Corpus in Arcâ prædictâ recens extructâ reconditum in Sacello eodem repositum fuit, quo semper fuerat, B. Virgini dictæ *del Popolo* antea nuncupato, quodque hujus Cœnobij Patres clarissimæ Familiæ de Patrizzis dono dederant, quæ ipsum magnificè undequaque exornarunt, prout ad annum 1714. erit Nobis dicendum, quo iterum in Arcâ longè illustriorem translatum fuit. Unà cum hoc venerando Cor-

Corpore collocata, anthenticè recognita, & debitæ Venerationi restiruta fuit, quæ olim illi interdicta fuetat, sacra illa ejusdem Corporis particula, quam dono dederant Patres anno 1635. Oratorio S. Salvatoris, prout fusiùs ad dictum annum lib. 1. cap. 10.

Hoc anno Dominicâ secundâ post Pascha ante Aram principem super Altati quodam venerarioni publicæ insigni pompâ eapositum, Feriâ IV. proximè sequente die 1. Maij post Vesperas circumductum processionaliter solemni pompâ modò describendâ per Civitatem Senarum fuit Venerabile B. Joachimi Piccolominei Corpus juxta consuetudinem verè laudabilem in eadem Civitate circumferendi solemniter, prout rerum ferre solet necessitas sacras celebriores Imagines, & Sanctorum Reliquias, vel Corpora, quos Popoli majori veneratione prosequitur. Sacrum Ecclesiæ nostræ Labarum proaimè sequebantur Servitæ, deinde Patres Capuccini, Minores deinde Conventuales, Observantes, Augustiniani, & Carmelitæ, denique Servitæ. Venerandum Beati Corpus in Urnâ recens eatructâ honorificè reconditum quaruot è nostris Patribus sacris vestibus induti usque ad Ecclesiæ Portam detulere, ibi verò Patribus Carmelitis deferendum tradidere, qui pariter ipsum usque ad certos limites delatum Patribus Augustinianis tradidere, hi subindè Minoribus de Observantiâ, Conventualibus hi, Capuccinis Conventuales eodem ordine tradidere, sicut & rursus Patres Augustiniani illud suscepere, deinde Carmelitæ, qui tandem in Ecclesiæ nostræ limine Patribus nostris restituere, & hi in pristinum locum detulere. Sacram Urnam præcedebant 350. Viri cereos accensos gestantes ingenti multitudine insequente. Singulis quatuor his diebus magnus, & jugis fuit Populi concursus. Serenissimus Princeps Ditionis Senarum Gubernator de genu supplex adoravit. Archiepiscopus D. Leonardus Marsili Missam ad Altare B. Joachimo recens constructum semel celebravit. Excelsus Senatus unà cum omnibus Magistratibus Cereos de more obtulit, & Missæ solemni interfuit, necnon Orationi de Beati laudibus habitæ. Cæterum Ecclesia undequaque splendido apparatu instructa jucundum sui spectaculum exhibebat. Hac solemnitate completâ sacra Urna in loco maximè decenti reposita fuit ibi asservanda, donec transferretur in Sacellum Piccolomineæ Familiæ eodem Mense, & Anno concessum, & ab eadem magnificè exornandum, quod cùm insequentibus annis præstitisset, translatum eò tandem honorificè fuit, ibique adhuc B. Joachimi Corpus præcipuâ veneratione prosequuntur Universi, cujus opem implorantes eum sibi propitium jugiter experiuntur.

ANNOTATIONES IN CAP. XVIII.

Ex *monum. præfat. Conv. & ex Reg. Gen.*

Coronantur Imagines B. Virginis Mariæ apud Pisaurum, & Oppidum Fontanæ. D. Annunciatæ de Florentiâ Imago magnificè decoratur, ejusque prodigium refertur.

CAP. XIX.

Singularia Venerationis argumenta erga Sacras Imagines B. Virginis Patronæ nostræ in Ecclesijs Nostris exhibita hoc anno recolenda nobis occurrunt. In primis enim Pisauri B. Virginis Imago, quæ ibidem in Ecclesiâ nostrâ Miraculis illustris maximè colitur à D. Lucâ depicta, prout fert constans traditio, à Reverendissimo Basilicæ Vaticanæ Capitulo solemni pompâ coronatur eo ritu, & ordine, quem mox explicandum suscipiam. Solemnitati huic decreta fuerat dies 18. Octobris S. Lucæ Evangelistæ dicata, ut ei quoque aliquod exhiberetur obsequium, qui prædictam S. Imaginem pinxisse fertur, Indulgentiâ Plenariâ visitantibus eandem Ecclesiam Christifidelibus à primis ejusdem Vesperis, usque ad Solis occasum præfatæ diei concessâ, necnon distributione Numismatum Sanctissimam Virginem exhibentium, quibus adnexa erat Indulgentia pariter Plenaria in articulo Mortis: Verùm præ nimiâ pluviæ exuberantiâ ad proximè sequentem diem, quæ Dominica erat, dilata fuit solemnitas. Tunc verò Ecclesiam magnifico apparatu undequaque exornatam adiere frequentissimo, & splendido comitatu Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Spada S.R.E. Legatus, Illustrissimus, & Reverendissimus D.D. . . . . Contesi Prolegatus, & D. Canonicus Michael Angelus Mattei Basilicæ Vaticanæ Decanus, & iisdem obsequentes Primarij Urbis Proceres, alijque Nobiles Viri; ubi completâ Tertiâ Musicis concentibus persolutâ, assistentibus prædicto D. Cardinali in Pontificalibus constituto, necnon præfatis Dominis Contesi, & Mattei unà cum DD. Canonicis, ejusque Civitatis Clero; post hæc cantantibus versiculum, *Corona aurea super caput ejus*, symphoniacis, qui ad hanc solemnitatem celebrandam è finitimis Locis exquisitiores convocati fuerant, idem D. Cardinalis Coronas aureas B. Virginis, & Pueri Jesu Imaginibus imposuit, interim personante undique aere præ diuturno bellicorum tormentorum boatu, aliorumque militarium armorum plausu, & Universo Populo plaudente; Hymnum subinde *Ave Maris Stella* cecinere, quo absoluto præfatus D. Cardinalis enixis Patrum nostrorum precibus benignè annuens, quod alibi nunquam, vel in ipsâ Cathedrali præstiterat, Missam solemni pompâ

Coronatur solẽni pompâ Imago B. V. apud Pisaurũ

pâ

pâ cantavit, quâ completâ pari Musicorum concentu Hymnum cecinere *Te Deum* pro gratiarũ actione de tot gloriosè gestis Christianorum Principum adversus Turcas, tum in Hungariâ, tum in Græciâ festivo eodem bellicorum tormentorum plausu. Non impari pompâ Divina ad Vesperas persoluta fuere Officia, ubi Musicorum opera præ rarâ sui elegantiâ, & suavitate non mediocrem Auditoribus voluptatem, & admirationem conciliarunt. Insequente quoque die sacrum Oratorium undequaque perfectum, sive merum, sive artis Musicæ opus spectemus, pari elegantiâ habitum fuit non sine magnâ Populi frequentiâ, cui præ cæteris recensendi accessere D. Cardinalis Cicei ex Urbe Comum Episcopalem suam Ecclesiam petens, & D.D. .... Spinelli Civitatis Fani Gubernator. Prædicta Deiparæ Imago in hac solemnitate super Aram Principem translata altissimo Throno imposita fuit Baldachino desuper incumbente valdè pretiosa, ut ita omnibus obviam commodiùs omnes venerarentur, qui planè turmatim confluxere, quin eos indesinens pluvia ullatenus deterreret, utpotè singulari erga sacram illam Imaginem pietate commoti, quam satis abundè votis, gemitibus, & lachrymis exhibuere. Coronæ ex auro solido juxta mentem Comitis Alexandri Sfortiæ eleganter fabrefactæ illorum speciem præferentes, quibus ad dexteram prædicti Capituli apparebat Insigne, Stemma verò D. Comitis ad sinistram descriptis in medio his verbis: *Reverendissimum Capitulum S. Petri de Urbe ex legato Illustrissimi Comitis Alexandri Sfortiæ hanc Coronam auream huic B. Virgini Mariæ D.D.D.*; quæ pariter respectivè in aureâ Pueri Jesu Coronâ apparebant. Hic autem ad eruditionem Posterorum minimè supervacaneum arbitror paucis indicare Legatum prædicti Comitis Alexandri Sfortiæ Piacentini præfato Capitulo anno ... relictum, 3t. locis montium ad hoc fundatis, quo Capitulum ipsum teneretur vetustiores, & miraculis celebriores B. Virginis Imagines in Urbe aureâ Coronâ redimire, necnon aliàs ejusdem venerationis per Italiam illustriores.

In Oppido quoque Fontanæ Diœcesis Imolensis B. Virginis Imago pervetusta Puerum Jesum dexterâ tenens in Ecclesiâ nostrâ ejusdem Virginis Nativitati dicatâ Imperiali diademate argenteo Communitatis illius expensis Mense Augusto coronata solemniter fuit, frequentissimo Populo inspectante, qui eò venerabundus confluxerat unà cum Clero, & ipsam per Oppidum processionaliter circumduxerat, quemadmodum præstare passim solet, quoties grave quiddam immineat, quippequi singulare semper expertus fuerat in B. Virgine, ejusque Sacrâ Imagine præsidium. Interim Florentiæ Serenissimus Magnus Etruriæ Dux Cosmus III. majori semper in dies erga celeberrimam D. Annunciatæ

A Imaginem religione commotus, cùm seriò jampridem advertisset sacram prædictam Imaginem pulveri maximè obnoxiam esse ob incredibilem Populi frequentiam facillimè excitando, urporè candido dumtaxat velo quodam obtectam, necnon argenteis, & sericis quibusdam pallijs, quæ planè aditum pulveri facillimè permeabili præcludere omninò non poterant, diù, multumque animo secum revolvere cœperat, quanam ratione cœlestem illum thesaurum sibi verè in delicijs vindicare posset à pulvere, & ab omnibus aeris iniurijs. Id tandem consilij post varias consultationes suscepit, quòd amoto velo mox indicato chrystallina quædam custodia eleganrissimè Venetijs fabrefacta toti parieti, in quo delineatum conspicimus

B Virginis ab Angelo salutatæ mysterium, quod planè satis amplum plures complectitur figuras, ita undequaque aptaretur, ut præfatis, tum pulveris, tum aeris iniurijs obnoxia amplius non esset D. Virginis Imago. Itaque Chrystallina ista custodia, pretiosa quidem, & elegans è nitidissimis Chrystallis valdè amplis cupro deaurato adinvicem copulatis contexta, quatuor annorum opus hoc anno die 13. Augusti aptata parieti fuit, ipsique appositè adiecta altera parites chrystallina custodia duas ulnas alta, unam verò cum tertia parte lata, non è varijs segmentis contexta, sed undequaque integra, ac præ cæteris chrystallis nitidissima, sacræ dumtaxat B. Virginis Imagini cooperiendæ addicta, quæ-

C que singulari Artificis studio loco moveri deorsum, ac sursum potest, quo fit, ut Sacra Imago longè purios, longèque splendidior conspiciendа diutiùs, atque faciliùs omnibus appareat, etsi plurimi de more eam venerari conveniant. Tunc pariter instaurandum, & longè pretiosioribus gemmis exornandum curavit Serenissimus idem Princeps argenteum illud operimentum, quod Sacræ tantùm Imagini juxta velum antea, modò verò juxta chrystallinam hanc minorem custodiam proximè incumbit, cæteroqui jampridem à D. Nicolao Giugni Patricio Florentino dono Virgini datum, aliaque pariter argentea ad ejusdem Virginis ab Angelo salutatæ Altare spectantia diligentissimè instau-

D randa suscepit. Postmodum Serenissima ejus Parens Magna Ducissa Victoria Roborea non impari pietate, quam planè maximam Serenissimi omnes Etruriæ Principes fovent, die 28. Novembris præsentis anni unà cum Serenissimâ Principissâ Annâ Mariâ Aloysiâ Serenissimi Magni Ducis Filiâ plurimis, tùm Viris, tum Fœminis nobilibus stipata, insequente quoque Populo ineunte nocte Sacellum D. Virginis præfatæ adijt, ibique Sacram Imaginem ipsâ jubente detectâ cum cæteris omnibus venerata, dimisso Populo ipsa tantum, cum totâ Familiâ suâ, Fratribus nostris, & Operarijs opportunis ulteriùs commorata Sacræ Imaginis pectori primum

cumulum, è pluribus, ijsque pretiosissimis E gemmis contextum apponendum præcepit aureo filo antiquiori alteri ibidem olim apposito adnexum, juxta collum deinde venerandæ Imaginis pretiosum aliud ornamentum apponendum curavit ad instar fasciæ superlotis gemmarum inibi adjunctarum quasi complementum è Margharitis pariter non mediocris magnitudinis, ex adamantibus, alijsque gemmis compactum. Illud autem velum, quod Sacræ Imagini proximè adhærebat à Serenissimo Magno Duce P. Generali dono datum, ab hoc intra capsulam argenteam intermedijs chrystallis reconditum inter Sacras reliquias ejusdem Ecclesiæ asservatur, & ad Infirmos singulari veneratione defertur, quâ semper ipsum omnes prosequi F consueverant. Huic Ecclesiæ nunquam defuere vasa plurima argentea, Calices nimirùm, Cruces, Candelabra, Lampades, necnon Imagines pariter argenteæ ad D. Annunciatæ Sacellum ex voto appensæ, si quãdo verò maximè ob publicam necessitatem amota inde fuere, accedente deinde Serenissimorum Etruriæ Principum regiâ munificentiâ, ac pietate restituta, longè magnificentius oculis ipsis conspicimus; quibus & alij accessere tum Cives, tum exteri, qui lampades, aliaque votiva munera argentea D. Annunciatæ obtulere; accessit, & Fratrum Cœnobij studium in argenteis hujusmodi ornamentis comparandis, maximè quoad Aram Principem instruendam, & Sacrâ in univer- G sum supellectili verè mirabili, quorum pretium consequi non adeò obvium cuique videtur. Ornamentis hisce argenteis, & Indumentis Sacerdotalibus sericis, & opere phrygio elaboratis quampluribus succedunt pretiosa Siparia, duo quidem argentea, quorum unum videlicet modò descriptum plurimis gemmis gentilitium Stemma Mediceorum Principum formantibus insigne, prodigiosam tantummodo D. Annunciatæ Imaginem proximè operit, alterum verò totam operit tabulam, in quâ depictum cernitur Salutationis Angelicæ mysterium. Serica verò quamplurima, eaque maximi pretij, quorum alterum præ cæteris Margaritis quampluribus refertum videmus, quibus omnibus H proindè, prout par est, asservandis speciale Sacrarium cum suis Armatijs eximiâ arte fabrefactis singulari Alexandri Medices liberalitate anno 1635. excitatum à fundamentis fuit, ita planè ut argentea, & alia quæcumque ornamenta ad D. Annunciatæ Sacellum spectantia, & à speciali Sacristâ, & in speciali sacrario serventur, quemadmodum cætera ad universam Ecclesiam pertinentia in generali sacrario à communi Sacristâ servantur, quibus obiter indicasse sit satis, quæ de chrystallinâ custodiâ admirabilis hujus Imaginis ad annum 1687. in nostro Annalium opere diximus. His autem omnibus, prout par est, conservandis prospexit Clemens Papa VII. anathema ijs dicens, qui vel quid mi- E nimum ex ipsis extrahere inde præsumpserit, Bulla Romæ data die 3. Aprilis 1525. De duplici hujus Ecclesiæ, necnon de duplici pariter Altaris D. Annunciatæ consecratione, de quatuor Penitentiarijs, de perpetuis Indulgentijs, tum pro Defunctis, tum pro viventibus, de perenni ejus cultu, & divinorum Officiorum celebritate, de Sororibus Tertij Ordinis, Societate Habitûs, cæterisque ad ejusdem Ecclesiæ decorem spectantibus plura sparsim in Annalium serie Gianius, necnon ipse, qui tamen ibidem dictis adijciendum existimo Privilegium pro Defunctis à Summo Pontifice Gregorio XIII. Altari Sanctissimi Crucifixi perpetuò concessum, & alterum ab Innocentio Papa XII. Altari S. Jose- F phi pariter concessum singulari Marchionis Francisci de Ferronibus studio, qui Sacellum hoc insigni marmorum varietate, consimilibus statuis, testudine ex opere plastico, & auro ornata Imaginibus æneis, pictaque Tabula ejusdem Sancti obitum mirabiliter exprimente Caroli Lorti Veneti Pictoris notissimi operâ magnificentissimè anno 1694. decem & octo tantummodò Mensium spatio, vigintitrium millium aureorum impendio, prout communis ferebat opinio, illustravit, sicut & præcedentibus annis Marchio Franciscus Coloredo D. Luciæ Capellam peramplam pari magnificentiâ exornarat. Adijciendum adhuc videtur Oratorium huic Ecclesiæ adnexum à Clarissimâ Familiâ de Puccijs G tarâ magnificentiâ extructum, & D. Sebastiano Martyri dicatum, cujus Festum insigni pompâ celebratur ab hujus Cœnobij Patribus ex ejusdem Familiæ legato, circumductâ quoque per Urbem processionaliter præ foribus Domorum, quas eadem Familia colit, venerandâ S. Martyris Reliquiâ, nimirùm alter è Brachijs, quod è custodiâ cupri deaurati eductum, in quo plures annos reconditum fuerat, Alexander Martius Medices Archiepiscopus Florentinus die 21. Novembris 1608. in thecam argenteam, quam Robertus de Pucciis formandam curaverat proprijs manibus transtulit, & unà cum aliorum Sanctorum Reliquijs infra hujus Oratorij Altare collocavit, postqam ipsâ die Oratorium so- H lemni ritu consecraverat. Adijcienda quoque existimo plures Ecclesias varijs in locis, & varijs temporibus huic nostræ Ecclesiæ commendatas ob singularem venerationem erga D. Annunciatam, de quibus in hoc tractatu erit suo loco singillatim dicendum, scilicet D. Annunciatæ de Florentiolâ anno 1507. fundatam, cui adnexum est Cœnobium. Hospitale quoddam titulo S. Francisci insignitum extra prædictum Oppidum anno 1470. constructum. Plebaniam S. Martini *a Lubaco*, seù veriùs *all' Opaco* sub titulo Sanctorum Gervasij, & Protasij anno 1478. huic nostro Cœnobio dono datam. Ecclesiam S. Mariæ *del Massi*, sive *del Sasso* sub ditione præfatæ

Pleba-

Plebaniæ inter Montana Fesularum ex Indulto Julij Papæ II. S. Mariæ de Plano Cassinæ. S. Mariæ Gratiarum de Legniis. Cœnobium suppressum, & Oratorium D. Annunciatæ de Castulone *del Terzero*. Abbatiam S. Gaudentij in Alpibus S. Georgii ad Petrognanum. S. Mariæ in Eremo. Jus patronatus Ecclesiæ S. Mariæ de Ficciana. Jus Patronatus S. Nicolai ad Casale cum aliis hujusmodi non paucis, iisque plerumque in Diœcesi Fesulanâ.

Adiicienda quoque existimo Sanctorum nomina, quorum Reliquiæ in hac Ecclesiâ in argenteis thecis, ut plurimum repositæ honorificentissimè servantur, plures quidem eæque insignes. Adest in primis B. Julianæ Falconeriæ Corpus, de quo satis ad annũ 1676. Prætereà S. Florentii Martyris pariter integrum, necnon B. Antelii Sirloij, & Felicis corpora, Innocentii quoque XI. subucula, quibus omnibus pro splendidâ coronide accessit anno 1693. Sanctissimæ Crucis lignum, quod dono dederat D. Franciscus Cardinalis Maidachinus. Recensenda quoque hic essent D. Annunciatæ miracula, verùm Tabellæ ferè innumeræ, Statuæ, & Imagines Virorum etiam insignium, ut diximus, Votivæ, & argentea plurima vota, & aurea ante ejusdem Altare appensa, eadem omnibus prædicant, sicut & insigniora saltem celebrant Michaelis Poccianti, Lucæ Ferini, & Joannis Angeli Lottini è nostris, necnon Francisci Bocchi ex Exteris monumenta; unum hoc adiicere necesse est, quòd si vota omnia D. Annunciatæ oblata per 5. ferè secula integra adhuc perseverassent, neque carie confecta, vel aliâ de causâ periissent, absque ullâ jactantiæ notâ ipsis capiendis par non esset Ecclesia. Quæ quidem omnia, si æquo lance pensentur, minus arduum erit intelligere, quonam in pretio habita semper fuerit admirabilis illa D. Annunciatæ Imago, cui profectò Majestatem suam illa debet Ecclesia, amplitudinem suam, Cœnobium, & uberes proventus debent Fratres, qui reverâ semper augendo D. Virginis, & Ecclesiæ cultui, tùm administratione Sacramentorum, tum Sacerdotum quotidie Missam celebrantium frequentiâ, tum solemni diù, noctuque Divinorum Officiorum celebritate, tum maximè zelo disciplinæ regularis fovendæ iugi tenore consuluere, qui proinde præter alia pietatis opera in honorem Deiparæ quotannis exhiberi ibidem solita, & à Nobis inter Annales recensita, specialem quemdam cultum excogitarunt libello quodam typis impresso publici juris factum, feriâ 4. per septem hebdomadas exhibitum D. Philippi solemnia præcedentes, quo se Christifideles ad eadem celebranda disponant.

Hic autem recensere omninò decet, quòd ipsâ die 13. Augusti coram Notario, ac Testibus apud Emporium conspicuum in Etruriâ Oppidum Florentiâ distans 15. Milliaria testatæ ritè fuere Maria Conlux Mariotti Migliorini, & Diamantes Uxor olim Dominici Martini Vidua Obstetrix, quòd scilicet duobus circiter annis antea Maria prædicta postquam præ gravedine Uteri plurimùm laboraverat, Mense tandem Octobri Masculum enixa fuerat à prædictâ Diamante exceptum, quem statim ipsa unà cum Genitrice emortuum advertens scamno cuidam imposuerat, varijs iterum adhibitis studiis, ut reipsa deprehenderet mortuus, ne foret, an non. Cum autem Pueri Parens ægerrimè ferret, Puerum ipsum æternâ requie minimè donandum, D. Annunciatæ de Florentiâ implorare cæpit præsidium, nec sanè frustra; Puer enim post dimidium horæ restitutus vitæ fuit, ac subinde baptizatus superstes adhuc per 24. horas in Domino rursus obdormivit. Cujus verè præclarissimi Beneficij vices rependere volens Maria, statim ac ei licuit, nuda pedes Emporio Florentiam petijt, ibique ante Sacram D. Annunciatæ Imaginem provoluta, plurimas ei gratias referre contendit, cui prorsus acceptam referendam esse æternam Pueri vitam testabatur.

Procuratur Parisiis Cœnobium jam deperditum.

Hisce diebus commorabatur Parisijs P. Raphael Provenzal Massiliensis Ordinis nostri operam omnem daturus, ut eidem Ordini sedem iterum adire postliminio liceret in amplissimâ illâ Civitate, quam ab ipsâ usque sui origine, Fundatoribus ipsis summopere curantibus, pacificè tenuerat, sed post teterrimum illud trium Pontificum schisma quartodecimo seculo excitatum, Fratribus Nostris, & ab Italo Pontifice, & ab Ordinis nostri supremo Præfecto deficientibus infeliciter amiserat, de quo Gianius Centuriâ 2. lib. 3. cap. 10., quemadmodum superioribus annis non minori studio idem curaverat P. M. Germanus Sardi Massiliensis, de quo fusiùs ad annum 1688. proximè sequentem. Raphaeli proinde præstò futurus P. Generalis gravissima Serenissimi Cosmi III. Magni Ducis Etruriæ apud Christianissimum Regem adhibenda curavit officia, Serenissimus enim Princeps literas maximè appositas Majestati suæ dedit, hoc anno die 26. Augusti, quibus præfata Raphaelis consilia, immo totius Ordinis nostri præcipua vota etiam atque etiam commendabat; Ordo siquidem noster desiderium hoc indesinenter fovet, atque fovebit pristinas Lutetiæ Parisiorum sedes repetendi.

Recẽsentur in Actis Sãctorũ nomina BB. Jacobi Philip. Faventini, & Benincasæ Montecleltj.

Prætereà per literas Antuerpiæ datas die 19. Decembris hujus anni ad P. Generalem nostrum Julium Arrighetti à P. Corrado Janningo Societatis Jesu, altero nimirùm è quatuor ejusdem Societatis Patribus, qui Acta Sanctorum colligenda, dirigenda, & illustranda jampridem susceperant, nobis innotuit ex Synopsi Tomi 6., & 7. de Actis Sanctorum Maij, quòd & ipse P. Corradus per easdem Literas significat prædictos Patres in Actis Sanctorum recensuisse nomina Beatorum Ordinis nostri Jacobi, Philippi Faventiæ, & Benincasæ Montecleltj. Innotuit

etiam

etiam per Literas è Germaniâ transmissas, quòd Regionum illarum Principes, præsertim verò Serenissimus Lotharingiæ Dux Carolus apud Sanctitatem Suam Provinciæ nostræ Germanicæ PP. non mediocri laudum genere exornantes etiam atque etiam commendabant, ut ipsis fas esset multiplicando in iis Regionibus Cœnobia Ordinem suum longè, latéque propagare, & Officium S. Philippi ad universalem Ecclesiam extendere.

Hic referre lubet inter eximia Pietatis opera Cæsareæ Majestatis Leopoldi I. Imperatoris Ordini nostro semper addictissimi unum illud non modici momenti, erectionem nempe novi Conventûs in finibus Venetorum, in loco qui dicitur *Arco* Tridentinæ Ditioni, & Diœcesi subjecto pro Sororibus Reformatis Ordinis nostri Servorum B.M.V. cujus Fundatrix extitit Soror Maria Archangela Biondini de Venetijs, de quâ fusiùs ad annum 1713., quo loci piæ curiositati Lectoris abundanter satis faciemus, plurima referendo accidentia, pluresque res gestas, quæ in prætacta fundatione obvenerunt. Cùm interim observandum illud veniat, quantanam animi constantia, & generositas in Pientissimo Imperatore demiranda sit, dum inter sollicitissimas curas, profusissimasque impensas pro conducendis exercitibus contra infensissimos Fidei nostræ Turcas hostes, qui Viennam obsederant, erogatas, hæc pro B. Virginis honore fundatio adeò animo insederit, ut nullo modo eam intermitti passus sit, quin etiam ad ponenda fundamenta Conventûs, ac fabricam prosequendam quindecim millia Florenorum aureorum sponte erogaverit, ac in dies novas pecuniarum summas elargiri nunquam destiterit, dignus sanè, qui merendo specialem Beatissimæ Virginis Protectionem cum exercitu multum impari, ac debiliori immensas Turcarum copias fugaverit, profligaverit, ad nihilum propè exterminando reduxerit, tali obtentâ insigni Victoriâ, ac nobilissimo Imperij sui augmento in expugnatione Budæ, aliarum Hungariæ Civitatum deditione, ut totus Orbis Christianus vehementer lætatus sit, humillimas Deo, ac B. Virgini gratias referens, unde & ipsemet Summus Pontifex Innocentius XI. in perenne tanti Beneficii, tantæque Victoriæ monumentum, Officium Sanctissimi Nominis Mariæ Virginis toto Orbe celebrari mandavit, quod et in Servorum suorum cessit honorem, cum idem Officium, ac Festum Nominis B. M. V. quolibet Mense celebrandum, recitandumque concessum postmodum fuerit, uti ad annum 1721. referendum restat.

ANNOTATIONES IN CAP. XIX.

Ex monum. præfat. Conv.

E *Augetur cultus B. Virginis Dolorosæ, & B. Peregrini de Foroliviio. Erigitur in Monte Berico nova Ecclesia. Moritur P. M. Germanus Sardò Massiliæ.*

CAP. XX.

CUM universus Orbis Christianus hisce temporibus præ gaudio exiliret, & festivas ubique ederet lætitiæ significationes, tùm præ honorificè gestis ab Exercitu Austriaco adversus Turcas in expugnatione Civitatis Belgrado, aliarumque præcipuarum Urbium in Hungariæ Regno, tùm præ solemni pompâ, quâ Regis Angliæ Jacobi verè Catholici Legatus Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papæ XI. incre-
F dibili plausu exceptus obedientiam nomine Regis, & Regni præstiterat, postquam per centum quinquaginta circiter annos Regnum illud ab eadem defecerat, cui proinde benedicens Dominus Masculum Primogenitum hoc anno eidem Regi concessit, Ordo quoque noster Dei, & Deiparæ præsidium, ac singularem beneficentiam experitur, quandoquidem in primis Ordinis nostri Patres per Germaniam ejusdem Ordinis dilatandi, & Observantiæ propagandæ studiosissimi hoc anno præviâ maturâ, ac providâ deliberatione unanimi consensu Augustissimo Cæsari, & Hungariæ Regi humillimè supplicarunt, ut sedem sibi statuere integrum esset Pesthini prope Budam, & apud Agriam in amplissimo
G illo Regno. Res quidem prosperè cessit, statim enim kalendis Julii interpositis validissimis officiis Illustrissimorum, & Excellentissimorum Dominorum Comitis ad Stramann Aulæ Cæsareæ Cancellarj, & Comitis Preiner Aulicæ Cameræ Vice Præsidis, ab eadem Camerâ duo Decreta emanarunt, quorum uno Administratori Budensi, altero autem Agriensi demandatum fuerat, ut Ordini nostro pro erigendis in locis præfatis duabus novis Colonijs Bona immobilia idonea assignarentur, aliaque alendis Patribus necessaria conferrent. Decretis hisce impetratis nullâ interjectâ morâ P. Simeon Maria Viorscher Prior Provincialis cum nonnullis aliis pridie Idus Augusti in Hungariam profectus fuit Literis suffultus quampluribus commen-
H datitijs, iisque gravissimis, quas Aulæ Cæsareæ Ministri perhumaniter dederant. Vix autem Budam appulere Patres cùm proximè sequente die Ædilis Cæsareus designatus fuit, cum quo Pesthini locus indagaretur Conventui, & Ecclesiæ erigendis accommodatus. Hic verò penes Moscheam, uti dicunt, occurrit, quæ Portam respicit Agriensem, ibique proinde nomine Ordinis primus ritè positus fuit lapis, & accepta possessio.

Dum verò hæc agerentur Pesthini Agriam versus iter suscepit P. Provincialis, ibi quoque Ordini nostro sedem comparaturus. Eò autem nono kalendas Septembris cùm pervenisset

nisset ex epistolis commendaritiis, quas primarij Aulæ Cæsareæ Ministri miserant ad Arcis Præfectum, & Gubernatorem facilè intellexit felicissimo omine opus hoc suscipiendum. Itaque post varias consultationes in eo consensere omnes, quòd Locus Ordini nostro designandus Moschea illa esset, quæ vulgò *pulchra Iiu Ufoyr* nuncupatur ad Plateam Germanicam penes aquarum fontem purissimum, qui beneficio temporis Patrum solertiâ facili negotio ad formam Conventûs, erit redigendus. Die tandem ultimâ Augusti ejusdem Loci possessinnem accepere Patres, rebusque cum Celsissimo Ordinario Agriensi compositis de Provincialis mandato duo interim Religiosi incolere ibi cæpere operam omnem adhibentes, ut Moscheâ in Ecclesiam ritè conversâ Divina ibi quamprimùm agerentur Mysteria. Ita verò auspicatæ interdoni fuere duæ hæ residentiæ procedente tempore in amplioris Cœnobii formam adducendæ.

Prætereà augetur summopere Christifidelium cultus erga ejusdem Deiparæ Dolores. In primis Typherni in Provinciâ Romanâ longè majori pompâ haberi cœpit hoc anno solemnis ejus Processio Tertiâ Dominicâ Septembris, cui pariter intersunt sacri omnes mendicantium Ordines. Moniales autem aliorum Ordinum etiam B. Virginis Dolores speciali veneratione prosequuntur tertiâ cujuslibet Mensis Dominicâ, & ferè qualibet feriâ 6. Sacram Eucharistiam percipiendo, singulæ parvo ejusdem Habitu indutæ, & in aliquibus Monasterijs Processionem instituunt Dolores eosdem recolendo, quinimmo Statuam D. Virginis Dolorosæ erigendam curaverunt, & coram ipsâ frequenter se sistunt spiritualia obeuntes exercitia, parique studio satagunt, ut in earum Ecclesiâ Missam de 7. Doloribus persæpè celebrent Servitæ. Monasteria verò Monialium, in quibus viget isthæc devotio, sunt S. Cæciliæ in Paradiso Tertij Ordinis S. Francisci. Omnium Sanctorum Ordinis S. Augustini. Spiritus Sancti Ordinis S. Benedicti. S. Ægidij. S. Margaritæ. De Monterchi ejusdem Ordinis S. Benedicti. S. Mariæ Magdalenæ de Monte S. Mariæ Ordinis S. Augustini. Capuccinarum, & S. Joseph Ordinis S. Francisci. Prætereà Lucæ in Etruria à P. Generali Arrighetti, qui eò ad hoc speciatim Patribus illis enixè petentibus advenerat, solemni pompâ in Ecclesiâ nostrâ magnificentissimè exornatâ insigni Populi frequentiâ, & assistentibus illius Reipublicæ Vexillifero, & Magnatibus, aureo imperiali Diademate coronata fuit hoc anno B. Virginis Dolorosæ Imago recens ibidem delineata, speciem ejusdem præferens sacrum Habitum in Senario 7. Ordinis nostri Fundatoribus imponentis. Hæc planè solemnitas adeò magnificè celebrata fuit, sive apparatûs decorem, sive Musicorum concentuum suavitatem, sive alia quæcunque festivi plausus argumenta spectemus, & quingenta circiter scuta erogata recenseantur, iis Christifidelium oblationibus collecta.

Coronatur Lucæ solemni pompâ B.V. Dolorosa Imago.

A

Interim Anconæ in Ecclesiâ nostrâ D. Apostolo Petro nuncupatâ P. Baccalaurei Joannis Fabritij della Valle tunc ibidem Prioris, ac de illo Cœnobio optimè meriti operâ, B. Peregrini Foroliviensis Imago egregiè delineata à Petro Candelarâ Caroli Maratrâ celeberrimi Pictoris Alumno Altari superposita fuit, ejusque solemnia hoc anno honorificentissimè celebrata fuere splendido nimirùm apparatu, Musicis concentibus Divina peragendo Mysteria, eleganti de ejusdem laudibus oratione, & parvâ ejusdem Imagine Christifidelibus distributâ, qui sanè B. Peregini opem implorantes persæpè sibi propitium experiuntur.

Celebratur Anconæ solemniter Festum B. Peregrini.

B

Quoniam in Monte Berico propè Vincentiam Ecclesia B. Virginis ibidem divinitùs erecta, non adeò ampla erat, ut excipiendo Populo par esset, qui tùm Vincentiâ, tùm è finitimis alijs Urbibus eò convenire quamsæpissimè solet speciali erga sacram illam Imaginem Miraculorum gloriâ celeberrimam veneratione commotus, propterea illius Cœnobij Patres erigendum decrevere novum aliud, & longè augustiùs gloriosæ Virgini Templum. Itaque hoc anno ijsdem Patribus postulantibus Excellentissimus D. Marcus Micchieli eò temporis in eâ Civitate Prætor infinitâ propemodum Populi multitudine inspectante primum lapidem erigendo Templo posuit, cæterum Patribus ipsis Ecclesiastica munia, ac solemnes cæremonias in hujusmodi actione requisitas magnâ pietate exercentibus.

Erigitur in Mõte Berico propè Vincentiam novum, & augustius Templum, & describitur.

C

Subindè verò fabricam excitandam alacri animo suscepere procedente tempore magnificentissimè absolutam 45. millium scutorum impendio, quæ PP. ipsi partim à Serenissimo Principe, partim à Civitate prædictâ, partim ab aliis Christifidelibus B. Virgini addictissimis collegerant, partim è suo penu deprompserant. Templum hoc prædicto Monti incumbit per dimidium milliare procul à Civitate positum, quò per varias semitas adire singuli possunt, è quibus altera longè amplior, atque commodior instructa fuit super Bona quædam à clarissimâ Familiâ Volpe, & à Patribus nostris ad hoc liberè concessa.

D

Perfectè quadratam hoc Templum exhibet figuram, in cujus medio elegantissima erigitur testudo pluribus ornata statuis, picturis, & artis plasticæ operibus egregiè elaboratis. A' meridie adhæret Ecclesiæ veteri à Deiparâ jampridem delineatæ, & à cæteris tribus partibus tres pariter exhibet magnificos, & ad invicem æquales prospectus, & æquales simul portas; opus undequaque numeris omnibus absolutum, quodque pro tenuitate saltem humanarum Virium gloriosam Dei Genitricem deceret.

Hoc eodem anno supremum diem obiit Massiliæ 74. ætatis annum agens P. M. Germanus

manus

P. M. Germani Sardò Massiliensis obitus, & gesta.

manus Sardò viam utique universæ carnis ingressus, minimè tamen cum gregarijs hominibus communi oblivione sepeliendus. E Egregius enim hic Vir 60. annos in Ordine nostro plurimùm laboravit, cujus honorem, & decus augere semper in dies summo studio curabat. Plurimum enim operæ contulit renovando Parisijs Ordini nostro Conventui, quem planè assecutus fuisset, utpotè ob insignem pietatem, eruditionem eximiam, morumque suavitatem singularem Christianissimo Regi Ludovico XIV., & universæ Aulæ Proceribus acceptissimus, si ejus operi prosequendo ij præstò fuissent, ad quos de jure spectabat, vel Pupilli Gregis nostri tenuitas non obstitisset. Conscribendis, seù prosequendis Ordinis nostri Annalibus designatus adhuc sexagenario maior Urbem petere minimè F neglexit, proindéque longissimam, & incommodam, abdicatis Patriæ commodis hilari animo peregrinationem suscepit; quòd autem designatum opus, vel non susceperit, vel prosecutus non fuerit (nihil enim ex hujusmodi ejus opere mihi adhuc innotuit, quantumlibet in Archivo nostro S. Marcelli de Urbe, & alibi id assequi non detrectaverim) tribuendum ipsi nullatenus est, sed ijs maximè, quorum operâ necessaria subsidia, & opportuna Conventuum Monumenta ipsi suppetere debebant, prout ex Epistolis ejusdem Germani ad Generalem Arrighetti datis, quæ in Archivo nostro Florentiæ servantur. Humanioribus Literis addictus varia scripsit Poemata, potissimùm de Serenissimi Burgun- G diæ Ducis ortu, Christianissimo Regi inauguratum, necnon de spectaculis Massiliæ in ejusdem Principis decus, & plausum exhibitis anno 1682., & heroico carmine Benizidem, sive D. Philippi Gesta, opus professò elegantiam, eruditionem Germani nostri redolens, longè verò magis præclaram ejus erga D. Propagatorem pietatem, & studium augendi Familiæ nostræ honoris. Plurimum denique eodem studio laboravit in promovendâ disciplinæ Regularis Observantiâ in Provinciâ nostrâ Narbonensi quampluries egreglè administraverat Vicarij Generalis munere modò functus, modò Prioris Provincialis, modò Cœnobiorum Præfecti, proindè à H Superioribus Ordinis majoribus maximo habitus in pretio, cujus authoritati pro administratione ejusdem Provinciæ plurimùm deferebant.

ANNOTATIONES IN CAP. XX.

EX *monum. prædictorum Conv., & ex Reg. Gener.*

E *Innocentio XI. Summo Pontifice vitâ functo succedit Alexander VIII. P. Lucchesinius consecratur Archiepiscopus Ragusinus. Indicuntur Comitia Generalia. Promovetur extensio Officij S. Philippi. Festum 7. Dolorum tertiâ Dominicâ Septembris decernitur tanquam Festum principale Ordinis. S. Florentij Martyris translatio, & Prodigia Florentiæ.*

CAP. XXI.

INcredibile gaudium, quod à pluribus annis animò conceptum adhuc in Orbe Christiano vigebat præ celeberrimis triumphis, quos de Othomanicis copijs Austriaca, & Venetorum arma identidem F agebant, rarâ Christiani nominis celebritate, parîque Othomanicæ Gentis deiectione, mirum in modum temperavit hoc anno maximè deplorandus Summi Pontificis Innocẽtij XI. obitus, quem sanè æquè lachrymis, ac laudibus prosequendum censemus. Supremus enim hic Hierarca Christo Domino immobiliter adhærens, cuius vices in terris rarâ fide gerebat, ut ipsum sibi, & ovibus, quibus regendis præfectus erat, lucrifaceret, omnia arbitrabatur ut stercora, Apostolo reverà comparandus. Hinc singularis illa animi constantia, quâ minas hominum, quantumlibet potentium non timuit, quinimmo ijsdem se verendum præbebat, quamvis Anatomici dissecto post obitum ejus corpore tantam animi G virtutem, quâ Innocentius in memoriâ æternâ erit, indoli cordis, quod mediocris magnitudinis in eo deprehenderunt, Plinio adhærentes tribuerunt. Hinc pariter eximia illa munificentia, quâ thesauros velut effudit, ut Catholicorum arma adversus Othomanicos foveret, quæ planè hic recensere supervacaneum, & extra meum Institutum arbitror, cum satis abundè de ejusdem gloriosè gestis plurimi scripserint Historici, ac per omnium ora versentur nullo unquam ævo delenda. Hinc denique insignis erga Deum religio, quâ tum vivens, tum moriens Sanctitatis illius rara edidit exempla, quam deinde testatam voluit Altissimus plura admiranda ejus meritis perpetrando ex authenticis processi- H bus comprobata, siquidem proximè moriturus sibi licere putavit criminum suorum absolutionem à D. Cardinali Colloredo tanquam summo Pœnitentiario humillimè petere, quin etiam à Generalibus sacrorum Ordinũ, quos sibi jugiter adesse voluit, ut precibus ipsum adiuvarent, benedictionem, & Indulgentias eorum respectivè Ordinibus concessas longè majori animi sui demissione postulare. Prætereà Purpuratis S. R. E. Proceribus, aliisque Prælatis eidem semper Astantibus, præsertim verò Nepoti D. Livio Odescalchi, qui sanctissimorum Patrum summâ semper veneratione suspexerat, salutaria monita contulit, ac subinde Divino magis incen-

Innocentij XI. obitus, & præclariora gesta narrantur.

incensus amore, quem satis, superque perspectum Primarij Proceres passim prædicabant, A 79. ætatis annum agens, ac 13. Pontificatûs in osculo Domini, die 12. Augusti, feriâ 6. horâ 21. obijt, quâ pariter Christus obierat, ejus gloriæ consors futurus, cujus adhæserat Cruci. Honorificè quidem Innocentio parentarunt omnes in Urbe, summâ erga ipsum veneratione commoti, ij verò præsertim, qui vestes ejus sibi proprias facere certatim studuere, tùm in cubiculo, ubi mortuus fuerat, tùm in Vaticanâ Basilicâ, ubi cadaver de more expositum fuerat, eâ sanè Populi frequentiâ, eoque virium conatu, ut nisi plures, validioresque accessissent Custodes, omninò Vestibus exuissent. Parentavit etiam Religiosa Servorum Familia, tanquam Parenti optimo, & de se benemerenti ob eximia à B Sanctitate Suâ sibi collata Beneficia superioribus annis recensita. Die verò 6. Octobris ejusdem anni electus in Summum Pontificem fuit Eminentissimus, & Reverendissimus D. Petrus Cardinalis Otthobonus Venetus Alexander VIII. dictus.

Eligitur Alex. VIII.

Hic statim Ordini nostro Ineunte Mense Novembri de Protectore consuluit, quo destitutus aliquot annos fuerat, Eminentissimo, & Reverendissimo nimirùm D. Francisco Mariâ Cardinali Medices è Serenissimis Etruriæ Principibus, quod planè maximè jucundum toti Ordini fuit, qui proinde per singulas Provincias præclaras edidit lætitiæ significationes, sibi enim è validissimo ejus Patrocinio plurimum decoris, & emolumenti C augurabatur, cujus vaticinii veritatem comprobavit eventus. Eumdem statim Patronum adhibuit P. Generalis, ut à Sanctitate Suâ approbationem impetraret Decreti à Sacrâ Rituum Congregatione die 17. Junij emanati quoad extensionem Officij S. Philippi ad Ecclesiam universalem, ac revera benignissimus Protector gravissima, uti par erat, ad id assequendum adhibuit officia; quibus tamen non adhuc contigit adire Corinthum, contigit autem consequentibus annis, quemadmodum è dicendis constabit. Hoc eodem anno in Comitiis Provincialibus per singulas Italiæ Provincias proponente P. Generali, vivæ vocis oraculo primum, deinde per secreta suffragia, eaque omnia favorabilia elegerunt D PP. unanimi consensu, & declararũt, tanquam Festum principale solemne, & Ordini nostro proprium, de quo tanta hactenùs per 4. secula, & ultra, fuerat In Ordine hæreditario, prout animadvertit Gianius Cent. 4. lib. 6. cap. 10. Festum 7. Dol. Beatissimæ Virginis Mariæ ex Indulto Apostolico quotannis Dominicâ tertiâ Septembris celebrandum, quod consequentibus annis, anno nimirùm 1692. ab Innocentio XII. auctoritate Apostolicâ definitum videbimus. Insuper decrevere ad majorem ejusdem Virginis Dolorosæ venerationem servandum esse jejunium de præcepto Sabbatho Dominicam præ-

Declaratur à Patrib. Provincia Hetruria Festum 7. Dol. B. M. V. tanquam Festum principale Ord. cum jejunio 3. Dominic. Septemb. præcedente.

fatam immediatè præcedente, illibato tamen remanente feriæ 6. proximæ jejunio, ut integer B. Virgini cultus adhiberetur. Indicta pariter hoc anno fuere Literis de more patentibus Comitia Generalia, anno proximè sequenti apud S. Marcellum de Urbe in pervigilio Pentecostes habenda, quæ tamen habita antea fuere, id enixè petente Eminentissimo, & Reverendissimo Protectore, & hilari animo obsequente P. Generali, qui solitu dinis amore vehementer commotus, Magistratûs Insignia deponere magis semper, ac magis optabat.

Indicitur Comitia Generalia.

P. Joannes Vincentius Lucchesini à Summo Pontifice Innocentio XI., antequam decumberet Ecclesiæ Ragusinæ in Dalmatiâ designatus Archiepiscopus, prout ei licebat, tanto oneri excipiendo obstiterat; verùm ab Alexandro VIII. suaviter compulsus illud excepit, ac die II. Decembris hujus anni, quæ fuit Dominica tertia, in Ecclesiâ nostrâ S. Marcelli ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Sano Cardinali Millino solemni ritu consecratus fuit.

P. M. Jo. Vincentius Lucchesini consecratur Archiepisc. Ragusinus, & D. Card. Franciscus Maria Medices declaratur Protector Ordin.

Interim Florentiæ adornatur translatio solemnis Venerandi Corporis S. Florentii Martyris, quod ab anno usquè 1683. è celeberrimis Urbis cœmeteriis ritè extractum Serenissimus Magnus Etruriæ Dux Cosmus III. Ecclesiæ D. Annunciatæ, & Ordini nostro ad dictissimus P. Generali Arrighetti, & ejusdem Ecclesiæ Patribus dono dederat honorificè ibidem asservandum. Itaque instaurato, prout decebat, & eleganter exornato laudabili Patrum illorum solertiâ, ac liberalitate Sanctissimi Crucifixi Sacello, in quo prædicto Venerando Corpori sedem iidem decreverant, quodque per sententiam Judicis agitatâ sex annorum spatio cum Clarissimâ Familiâ Florentinâ de Guadagnis controversiâ definitum fuit ad illud Nostrum Cœmiterium jure Patronatûs spectare, & in ejusdem pariete cubitalibus notis descriptum apparet, tota quoque Ecclesia splendido apparatu instructa ratione solemnitatis 7. Dolorum B. Virginis, quæ de more eo temporis celebrabatur, die 21. Septembris D. Apostolo Matthæo nuncupata, quæ fuit feria 4. illius hebdomadæ valde diluculò Venerandum S. Florentij corpus non mediocri studio compositum, ordine digestis singulis ejus partibus, & in Arcâ eleganter instructâ reconditum, pretiosisque vestibus, gemmis, aliisque ornamentis decoratum in loco Ecclesiæ conspicuo ante sacram Imaginem B. Virginis Dolorosæ decenti pompâ expositum publicæ venerationi fuit. Divinis deinde solemni ritu, parique Musicorum concentu peractis mysteriis, tum manè, tum vesperè institura hoc ordine fuit Processio, Diœcesano speciatim annuente, & consuetam Indulgentiam concedente iis omnibus, qui eidem interessent, vel saltem præfatum S. Florentij corpus publicè expositum visitarent. In primis affixis

antea per varia Urbis compita de more monitis de Processione, ac translatione hujusmodi proximè habendâ, præ foribus autem Ecclesiæ eleganti inscriptione ipsa die 21. proposita, quâ monebantur Christifideles de sacro corpore prædicto publicæ venerationi exposito. Præterea maxima Populi frequentia è suburbanis quoque locis confluentis jugi Campanarum plausu, & musicalium instrumentorum harmonico concentu præcedentes quatuor Civitatis Præcones indictæ Processionis Duces: insequebantur Tybicines; postmodum labarum pallio rubri coloris ornatum æquè ac reliquæ vestes in hac solemnitate adhibitæ, sex Acolythis candelabra argentea cum cereis accensis gestantibus ritu solemni de more indutis. Sequebantur deinde Societatis S. Philippi Confratres numero 117. singuli splendidas faces præ manibus habentes unà cum Musicis Cantoribus, qui æquè ac ipsi vestibus Societati propriis induti Psalmos, & Hymnos suavi harmoniâ canebant. Succedebat sericum, illudque Magnificum vexillum, in quo sancti Martyris Florentii Imago ab egregio Pictore delineata conspiciebatur, ab altero è prædictis Confratribus delatum, sicut & ab aliis Confratribus octo faces ardentes in sublime elatæ ante ipsum Vexillum deferebantur. Eorum vestigia legebant omnes Cœnobii nostri Fratres integro prorsus Habitu induti, & Cereum accensum præferentes. Denique quinque ex iisdem Patribus honorifico pluviali indutis proximè præcedentibus sequebatur Arca, in quâ Sacrum Corpus repositum omnibus obvium erat, à quatuor Sacerdotibus delatum, & ab aliis quatuor vicissim, singulis albam, & planetam tantùm gestantibus, desuper incumbente Baldachino à triginta duobus Equitibus S. Stephani Papæ, & Martyris Civitatis ejusdem Nobilioribus alternis vicibus delato, non Habitu Ordinis Equestris, sed proprio indutis, insigni Cereorum ardentium copiâ circumfluente, & 24. militibus è custodiâ Serenissimi Magni Ducis electis hinc inde astantibus ad compescendos Populi tumultûs. Interim procedentibus omnibus ordine mox indicato per varia, eaque proxima Urbis compita decenti pompâ utrioque ornata à piis Christifidelibus ibidem degentibus, canebantur solemniter Litaniæ Sanctorum, addito SS. Martyribus S. Florentii nomine, varii quoque Psalmi, ac denique Hymnum *Te Deum laudamus* ingredientibus Ecclesiam Musici Cantores suavissimo modulamine cecinere. Quo completo nonnullis precibus in ejusdem Sancti honorem Ecclesiastico cantu persolutis coram Venerando ejus corpore, ubi supra reposito, præstitis debitæ reverentiæ Officiis PP. omnes, atque Confratres recessere. Non recessit autem omninò Populus, qui eâ semper frequentiâ, eâque pietate confluxit, ut opus omninò fuerit adhuc per quatuor dies publicè expositum habere, quod tamen die 23. ejusdem Mensis ad Vesperam ad Altare Sanctissimi Crucifixi eidem Sancto, ut diximus, designato honorificè pompâ à Patribus Hymnos canentibus translatum frequentissimo Populo insequente fuit, & à quatuor Sacerdotibus pari lege ac superiùs indutis delatum, ex quò dies proximè sequens 24. Mensis decreta ab iisdem fuerat recolendæ quotannis solemni ejusdem memoriæ Divinum Officium in ejus honorem celebrando. Cùm hæc agerentur, & Populi in dies semper excresceret erga S. Florentium Religio Ginevera Jacobi *del Pace* Filia de Florentiâ ætatis annorum 21. adhuc innupta in eadem Civitate degens in Viâ, quæ dicitur *della Scala*, apoplexiâ correpta facultate destituta hactenus fuerat per sex integras hebdomadas, tùm loquendi, tum se loco movendi, quoad dexteram corporis partem, sed ab Ursulâ ejus Genitrice Sancto prædicto Martyri in tantâ celebritate interposito Voto commendata, soluta protinus à gravissimo illo stupore è lecto prosilivit, & ad consueta sibi munia obeunda integra, libera prorsus, & incolumis evasit.

Transfertur Florentiæ solemni pompâ Corpus S. Florentii Martyris, & afferuntur ejus prodigium.

E F G

ANNOTATIONES IN CAP. XXI.

EX *Reg. Gen.*, & *ex monum. eorumdem respectivè Conv.*

Honorifica quædam D. Annunciatæ de Florentiâ recensentur. Erigitur in Agro Aretinô novum Monasterium pro Monialibus nostri Ordinis. Moritur Florentiæ Dominicus Maria Brancaccini.

CAP. XXII.

JUgi tenore perseverante, quin etiam in dies excrescente Christifidelium cujusque Generis erga mirabilem D. Annunciatæ de Florentiâ imaginem, veneratione importunum non arbitror identidem recensere, quæ tum à Domesticis, tum ab Exteris eidem exhibentur obsequia, quemadmodum hoc anno contigere. In primis enim Dominus Cardinalis Kolonitz Germanus Romam pergens ad novi Pontificis electionem Florentiam adiit, ibique sacram prædictam Imaginem veneraturus invisit, & ad ejus Altare Divina peregit mysteria die 7. Septembris, quod pariter præstitit die 21. Novembris ejusdem Anni D. Joseph Archinto Patritius Mediolanensis pro Sede Apostolicâ apud Serenissimum Magnum Etruriæ Ducem Nuncius, proximè Venetias aditurus ad Serenissimam illam Rempublicam Nuncius Apostolicus designatus. Præterea Serenissimus è Principibus Neoburgi Augustissimi Cæsaris, Catholici Regis, ac Portugalliæ pariter Regis Uxoris Frater, cum ad animi sui voluptatem commoratus Florentiæ diù fuis-

D. Ann. de Flor. honorifica.

H

fuiſſet factam eandem Imaginem quotidie ſemel ſaltem, ſed ut plurimum bis de genu A venerabatur, quinimmo quolibet è novem diebus Nativitatem Domini præcedentibus ibidem tunc aderat inſignem Pietatem præſeferens, quantumlibet incognitus, cum ſpiritualia ad Veſperam exercitia quædam peragebantur ad expectationem Partûs celebrandam ab anno uſque 1675. in eâ Eccleſiâ inſtituta, quemadmodum adeſſe conſueverant Sereniſſimi Etruriæ Principes, præ cæteris verò Magnus Dux D. Virgini Annonciatæ, quammaximè addictus. Quæ ſanè exercitia, licet alio ritu peracta, mane quoque ſub Auroræ crepuſculum coram eadem celeberrimâ Imagine inſtituta hoc anno ſuere, ut & gregariorum Hominum pietati ſatisfieret abſque ullo Fabrilium operum præjudicio, quibus ad B ſui vitam tolerandam operam dare quotidie debent, quique reipsâ frequentiſſimi conveniunt. Familiare pariter eſt Sereniſſimis iiſdem Etruriæ Principibus ſolemniores cæremonias, ſive publicæ gratiarum actionis, ſive publicæ Orationis pro graviori quacumque neceſſitate coram eadem Imagine celebrandas curare, ipſam ſpeciatim detegendo, quoties Deo gratias agendi, ac plaudendi ſuppetat copia, prout hiſce temporibus pluries in annum contigit præ celebritate triumphorum, quos de Othomannicis Auſtriacæ, ac Venetæ copiæ agere paſſim ſolebant, tunc verò certatim omnes incredibili frequentiâ, & religione cœleſtem illum theſaurum veneraturi conveniunt, iteratiſque votis ſe, ſuaque C Cœlorum Reginæ commendant.

P. M. Dominici Mariæ Brācaccini de Florentiâ obitus, & geſta.

Hoc eodem anno Florentiæ pariter die 29. Martij Sacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis munitus diuturnâ quatuor Menſium, dicam veriùs, quinque annorum infirmitate patientiſſimè toleratâ, apoplexiâ nimirum, quâ pluries annorum hujuſmodi ſpatio correptus fuerat, circa ſeptimam noctis horam ſexageſimum nonum ætatis annum agens ſeculo defunctus P. M. Dominicus Maria Brancaccini Florentinus, illiuſque Cœnobij ſpectabilis Alumnus extremum Poſteris, mihique potiſſimùm, quem ipſe Literis inſtituendum, & bonis moribus informandum ſuſceperat, ſui deſiderium reliquit, nemini quidem, potiori verò jure mihi minimè prætereundus, quin D potiùs ab omnibus multiplici laudum genere ornandus, qui multiplici Operum genere præclarè ſe geſſerat. Vir enim iſte, vel ab ineunte ætate Literarum ſtudiis deditus, humaniores primùm profeſſus, & quidem non perfunctoriè, prout ejus opera indicant mox recenſenda, deinde ſeveriores Ordinem noſtrum ingreſſus adeò brevi profecit, otio jugiter Infenſus, ut Domeſticis Academiis noſtris plutibus in locis præfuerit, ſacras Conciones non ſine plauſu exceptus habuerit, quique controverſias, ſive Philoſophicas, ſive Theologicas alios docturus ſcripto dederat, & Sacros Canones verſaverat, duo præceteris opera typis imprimenda curavit Sereniſſimo Coſmo III. Magno Etruriæ Duci dicata, A videlicet: *Sylloge Dialecticorum, ſive de iis, quæ Ariſtotelis organo continentur*, in quo Metaphyſicis quæſtionibus omiſſis, quæ Dialecticæ tantùm propria ſunt pluribus exactè expenduntur. Intereà *de Jure Doctoratûs*, Opus profectò immortalitati conſecrandum, in quo quid de Jure Doctoribus cujusque generis competat, non mediocri elegantiâ, Doctrinâ, ordine, & eruditione commodè ſatis expoſuit. Quæ planè opera ab Eruditis magno plauſu excepta apud Sereniſſimum præfatum Coſmum eo habita fuere in pretio, ut Brancaccinum inter præcipuos Theologos adnumerarit, quos honorario ſtipendio conducere ſolet, literis patentibus valde ho- B norificis ad hoc expeditis, cujus etiam operâ uti plerumque conſuevit in gravioribus negociis Theologicam facultatem ſpectantibus. Sereniſſimis Etruriæ Principibus, vel à teneris unguiculis acceptiſſimus, tum præ ſuavitate, & inſigni artis Muſicæ peritiâ, quâ verè præſtabat, prout varia indicant hujuſmodi Operum genera plerumque ſacra in Cœnobio D. Annunciatæ diligenter aſſervata, tùm præ ſingulari, ac potius mirabili arte in Organis pneumaticis multiplicis generis con[illegible] præſertim adunco eximiâ Auditorum voluptate pertractandis, quæ pariter ibidem non impari ſtudio aſſervantur, tum præ Literatum præſtantiâ, tum præ morum ſuavitate, innocentiâ vitæ, Diſciplinæ Regularis zelo, C ei ſemper in deliciis, qui proinde jejuniis, orationibus, vigiliis diù, noctuque, tum privatim, tum publicè cum cæteris Fratribus in Choro ſingulari omnium ædificatione vacabat, quibus etiam temporibus ſtudiorum causâ eidem profectò nulla non die Familiarium diſpenſare leges ſolebant, quarum diligentiſſimus erat cuſtos, quantumlibet Principum gratia, Muſicorum concentus, & hujuſmodi Munia libertati ſovendæ, ac Diſciplinæ prædictæ relaxandæ conducere plurimùm videantur; acceptiſſimus etiam erat Eccleſiaſticis Proceribus, Viriſque nobilioribus, necnon Ordinis noſtri Præfectis, qui proinde præclara ejus merita expendentes, Cœnobiorum primùm, nativæ deinde Provinciæ D Regimini pluries præfecere, quin ullatenus ſpe ſuâ fruſtrarentur, Magiſtratus enim hujuſmodi, ſive Prioris, ſive Provincialis, ſive Definitoris Generalis in Comitiis Generalibus habitis anno 1678., eâ ſolertiâ, prudentiâ, & integritate exercuit, ut Virum ipſum fuiſſe oſtenderint. Acceptiſſimus denique omnibus, cujuſcumque conditionis fuiſſent, tùm genere illuſtribus, tùm obſcuro loco progenitis, tum Divitibus, tum Pauperibus, quibus utique pro eorum opportunitate non deerat, ſive operâ, ſive conſilio, verè munificus, verè charitatis, aliarumque virtutum fidiſſimus coltor, potiſſimùm verò Ordinis Noſtri Patribus, quorum benevolentiam,

am, suavitate morum non minus, quàm in promovendis singulorum negociis studio maximè rem literariam spectantibus, sibi valdè conciliaverat, præcæteris autem acceptissimus Florentini Cœnobij Alumnus, utpotè de iisdem optimè meritus ob eximias ejus virtutes, & singularia iisdem collata beneficia, non modò quoad Sacram supellectilem, verùm etiam quoad Bibliothecam, cui planè contulit ingentem librorum vim, eorumque magni pretii, & annuum uberem proventū. Quæ cum ita sint optimè consentaneum putarunt unanimi consensu PP. honorificentiùs, quàm uti consueverant eidem parentare, eaque ratione universæ Civitati, & emonstræ paris hominibus speciem opinionis præferre, quam de tanto Viro haberent, & habendam esse docerent. Ipsâ igitur die, 29. nimirùm Martii Dominici Mariæ cadaver tumulo valdè honorifico impositum fuit, solemniori deinde pompâ Defunctorum Officium persolutum, ac Divina celebrata fuere mysteria, necnon absolutio per ipsum Cœnobii Priorē habita, cui speciatim interfuere universitatis Florentinæ Theologi, peculiari illius Habitu induti, qui pariter Cadaver ipsum associarunt per amplam Ecclesiæ Plateam à Patribus circonductum; antequam verò tumularetur naturalem eius Imaginem, cæteroqui jampridem furtim delineatam, hanc enim ipse formari nullatenus passus fuisset, utpote inani hujusmodi gloriolæ infensus, perficiendam Patres curarunt, ut unà cum aliorum Virorum illustrium ejusdem Cœnobij Imaginibus Bibliothecæ deinceps de novo excitandæ insereretur, prout reipsâ insertam videmus, ut inde quoque Posteris innotescat tanti Viri celebritas.

Episcop. Soggia à Patribus Florentinis honorificentissimè excipitur.

Labente hoc anno Bosensis Episcopus Georgius Soggia limina Apostolorum aditurus Florentiā pertransiens ab illius nostri Cœnobij Patribus honorificentissimè exceptus fuit, plurima deinde ejusdem Urbis Proceres eidem præstiterunt obsequia, Serenissimus autem Magnus Dux præ magnâ, quam de ejus doctrinâ fovebat, opinione, ut alibi diximus, variis affecit muneribus, & alias secum exercuit honoris significationes. Ipse verò è contra undecim dies Mense Decembri ibidem commoratus cum totâ suâ Familiâ familiari Patrum consuetudine utens eorum beneficentiæ vices rependere studuit, tùm Ecclesiasticos Ordines Clericis nostris semel, & iterum conferendo, tùm Divinis Officiis nocte Nativitatis Dominicæ assistendo, Pontificalia exercendo paratissimus, nisi cætera ad id necessaria desideranda fuissent, tum communi mensâ exceptus die 26. ejusdem Mensis Patribus ipsis benedictionem largiendo Hispanico more, scilicet B. Virginem sine labe conceptam invocando.

Soror Maria Archāgela de Burano Monasteriam Arcense petit.

Soror Maria Archangela Ord. nostri Monialis, postquam Venetiis in Monast. Claustralis nostrarum de Burano trigintatres annos prope vitam sanctissimè duxerat, unà cum alterâ ex E iisdem Monialibus primâ Mensis Martii die, quæ hoc anno erat feriâ 2. post 1. Dominicam Quadragesimæ, inde recessit Monasterium aditura in Agro Arcensi ab Augustissimo Cæsare Leopoldo I. Ordinis Nostri Monialibus Reformatis designatum, quo 7. aliis Fœminis per viam ascitis Vitæ Monasticæ consecrandis, licet non omnibus in eodem gradu prosperè hoc eodem anno pervènit honorificè ubique excepta, ibique statim Institutum Monialibus Ordinis nostri Reformatis promovendum suscepit, de quo fusius ad annum 1712., cùm describenda uberius erunt Sororis hujus obitus, & gesta.

Origo Sororū Tertij Ordinis Servor. Cremonæ.

In Civitate Cremonæ fuisse antiquitùs Tertii Ordinis nostri Sorores è legitimâ traF ditione innotescit, & è serie illarum, quas in eadem Civitate ab Immemorabili, tanquam Beatas veneramur. Riccadonæ videlicet, Beatricis, & Monicæ, quæ anno circiter 1450. floruere, quin Elisabeth memorem de Piccinardis origine saltem Cremonensem, de quibus in his Annalibus ad eundem annum. Scribit etiam Peregrinus Merula antiquus historicus, ubi de rebus Cremonensibus, & duo in hac Civitate Monasteria fuisse memorat, quorum uno titulus erat *Spiritûs Sancti*, alteri verò *S. Mariæ Lauretanæ*, quæ deinde à S. Carolo Borromæo Apostolico Visitatore ob eorum inopiam unita fuere, Insuper addit, quòd eo adhuc superstite in exteriori prospectu cujusdā G Loci, seù Monasterii, cui titulus adhuc erat *Spiritûs Sancti*, propè Ecclesiam S. Agathæ, Imagines quarumdam Monialium cernebantur, quæ Spiritum Sanctum de genu adorabant Habitu nigro indutæ, ibique præfatas BB. Virgines Tertii Ordinis Servorum Sorores habitasse asserit, tanquam aliquod continuatâ traditione acceptum. Cæterum nostrâ hac tempestate iterum in unum convenisse videmus, quarum Congregationis originem ad hunc annum 1689. referendam esse censemus. Hoc enim anno duæ Virgines Cremonenses Filiæ Petri de Corsonis, & Rosaliæ de Aldrisis, quarum una Anna Maria dicebatur, altera Elisabeth Lucia in Parochiâ S. Victoris degentes Ordini nostro addicta die H 19. Maii Habitum Tertii ejusdem Ordinis ritè, ac solemniter induerunt in ejusdem S. Victoris Ecclesiâ per manus P. Antoni Mariæ Mamoli tunc ibidem Parochi, quarum prima nuncupata fuit Soror Anna Elisabeth, secunda verò Soror Maria Juliana; anno autem insequente 1690. Professionem emiserūt, quo die eundem Habitum induit alia earundem Soror Germana nomine Soror Annunciata Maria dicta antea Angela Annunciata, quæ pariter anno 1691. die 25. Julii Professionem emisit. Tres igitur hæ Sorores, postquam Domi Patriæ ritè vitam transegerant, eamque sanctis operibus exercitam anno 1698. aliam domunculam conducere, aliam

demum ſibi dono datam anno 1702. incolere
cæperunt, in quâ unà cum aliis eodem Habi-
tu indutis in unam Societatem convenere,
prout dicendum fuſiùs Nobis erit ad annum
1704., quo alias Puellas in ſui conſortium
primò admiſere.

ANNOTATIONES IN CAP. XXII.

EX *monum. eorundem reſpectivè Conv.*

Romæ habentur Comitia Generalia.
C A P. XXIII.

Capituli Generalis honorifica recenſentur.

INdicta quidem fuerant, prout ad annum
1689. diximus, Comitia Ordinis noſtri
Generalia in pervigilio Pentecoſtes die
13. Maij hujus anni apud S.Marcellum de
Urbe habenda, verùm, ut iiſdem præſidere
poſſet Emineotiſſimus, & Reverendiſſimus
Cardinalis Protector Franciſcus Maria Medi-
ces, quod omnibus jucundiſſimum, & opta-
tiſſimum erat, qui reditum Florentiam matu-
rabat, indicta iterum fuere die 30. Aprilis
ibidem habenda, die nempe Dominicâ, &
B. Peregrino de Forolivio dicatâ, quemad-
modum hoc ordine habita fuere incredibili
omoium voluptate, meſque proinde, qui iiſ-
dem interfui. Eccleſiâ S. Marcelli, ac Biblio-
thecâ, loco nimirum habendis Comitijs deſi-
gnato, magnificentiſſimè exornatis, cæteriſ-
que ritè diſpoſitis juxta ſingularem P.Genera-
lis prudentiam, atque ſolertiam die 25. Apri-
lis, cum plurimi, tum è vocalibus, tum ex
alijs Patribus Romam perveniſſent, literarijs
functionibus per 12. dies publicè habendis
auſpicatum fuit exordium, ita quidem, ut
ante meridiem Sacræ Conciones, à meridie
verò Theologicæ concertationes haberentur;
quod & in proximè ſuperioribus Comitijs
generalibus anoi 1678. præſtitere. Itaque
prædictâ die 25. P.M. Lucas Niccoli de Prato
in Etruriâ celebris Orator concionem habuit
de excellentiâ Animæ noſtræ electioni Supe-
riorum proximè habendæ appoſitam. Die 26.
oratiooem habuit de laudibus S. Philippi P.
Calliſtus Lazarini de Urbevetere. Die 27.
concionem habuir de Oratione P. M. Diony-
ſius Coblanchi de Buttio. Die 28. P.M. Ale-
xander Santagata de Scandiano Orationem
habuit pro eligendo Superiore Litera R
omiſsâ, non ſine magnâ ingenii ſui laude,
quòd pluries præſtare conſueverat in publicis
concionibus, quippe qui Literam hanc æget-
mè tunc exprimebat, conſequentibus autem
annis exprimere longè feliciùs cœpit. Die
29. Orationem latinam in Eccleſiâ pariter,
ubi reliquæ habitæ fuere pro eligendo Supe-
riore coram omnibus vocalibus ibidem con-
gregatis, & per diſtincta ſubſellia à reliquo
Populo ſecretis ipſemet habui, Die 30. habi-
ta non fuit Concio, quia habebantur Comi-
tia. Die 1. Menſis ſequeotis Maii P.M. Joan-
nes Paulus Cavalli de Ovillo ſtudiorum Re-
A gens Mediolani Concionem habuit ſuper
Evangelium Feſti currentis de facilitate glo-
riam cœleſtem aſſequendi. Die 2. P. Marti-
nus Orſucci Lucenſis Baccalaureus Collegia-
lis orationem habuit de laudibus B. Peregrini
Latioſi. Die 3. Concionem habuit de Sanctiſ-
ſimâ Cruce P. M. Joſeph *della Valle* de Bo-
noniâ Regens ibidem ſtudiorum. Die 4. me-
moratus P.M. Santagata ſtudiorum Regens
Placentiæ literâ R omiſsâ orationem habuit
de laudibus S. Philippi. Die 5. P. M. Gaſpar
Canali de Corneto orationem habuit de lau-
dibus B. Joachimi Senenſis. Die 6. habita
noo fuit concio, quia ægrotaverat Orator.
Die 7. de B. Virginis Doloroſæ laudibus dixit
P.M. Silvius Maria Mariani de Genuâ. Eo-
B dem quoque ordine habitæ fuere Theologicæ
concertationes Summo Pontifici, Imperato-
ri, Regibus, Viris Principibus, in quorum
Ditione Ordinis Cœnobia vigent, aliiſque
Proceribus de Ordine noſtro optimè meritis
nuncupatæ. Prædictâ quidem die 25. Aprilis
Summo Pontifici Alexandro VIII., pro quo
adfuit D. Cardinalis Jo.Bapt. Rubini Vene-
tus, defendente P. Fulgentio Piatti de Bergo-
mo Baccal. Collegiali, aſſiſtente P. M. Cal-
liſto Lodigeri in Collegio Henrici de Urbe
Regente, qui cæteroqui Concertationibus
hujuſmodi, utplurimum adfuit, tanquam aſ-
ſiſtens Generalis. Die 26. Sereniſſimæ Vene-
torum Reipublicæ, pro quâ adfuit D. Leao-
der Cardinalis Coloredo, defendente eo-
C dem P. Fulgentio, eodemque Lodigerio Aſ-
ſiſtente. Die 27. Domino Julio Cardinali
Spinula de Genuâ, qui perſonaliter adſuit,
defendente P. M. Silvio Mariâ *Mariani* pari-
ter de Genuâ ſtudiorum Regente Cremonæ,
proindeque ſine ſpeciali aſſiſtentiâ, quod pa-
ri ratione præſtitere cæteri Ordinis noſtri
Magiſtri, qui Theologicas has concertationes
ex ſe habuere. Die 28. D. Franciſco Mariæ
Cardinali Medices Ordinis noſtri Protectori,
qui perſonaliter adfuit, quod alibi nunquam
præſtiterat, quippequi ſingularia quædam
Benevolentiæ ſuæ erga Ordinem noſtrum ex-
hibere ſpecimina voluit, defendente P. Ao-
gelo Mariâ Venturâ de Mantuâ Magiſtro ſtu-
dij Florentiæ, qui proluſionem, & ſolutio-
D num compeodium ad argumenta oppoſita ele-
ganti metro contexuit, aſſiſtente P. M. Ge-
rardo Capaſſi de Florentiâ ibidem ſtudiorum
Regente. Die 29. vacavit Concertatio, quia
habitum fuit à Protectore Scrutinium Vocali-
um. Die 30. Chriſtianiſſimo Galliarum Regi
Ludovico XIV., pro quo adfuit Illuſtriſſi-
mus, & Excellentiſſimus Dux de Scione Ma-
jeſtatis Suæ apud Sedem Apoſtolicam Lega-
tus me defendente. Die 1. Maij Sereniſſimo
Coſmo III. Magno Etruriæ Duci defendente
P. Julio Antonio Roboredo Baccalaureo
Collegiali Luſitano, & Cœnobii Florentini
Alumno, aſſiſteote P.M. Petro Antonio Roſſi
de Florentiâ in Univerſitate Piſanâ S. Theo-
logiæ

logiæ Professore. Die 2. vacavit concertatio, quia Patres omnes ad Sanctissimi Pedum oscula admissi fuere à Sanctitate Suâ, non mediocri humanitate excepti, quibus Indulgentias de more concessit pro eorum libito cuilibet in articulo mortis distribuendas. Die pariter 3. vacavit Concertatio propter solemnia Sanctissimæ Crucis. Die 4. D. Petro Cardinali Othobono Sanctitatis Suæ Nepoti, qui personaliter adfuit, defendente P. Peregrino Sforzâ de Mirandulâ Magistro studii Bononiæ, assistente P. M. Joseph *della Valle*, ibidem studiorum Regente superiùs memorato. Die 5. Serenissimo Mutinæ Duci Francisco, pro quo adfuit Illustrissimus, & Reverendissimus D.D. Cornaro, defendente P. Joseph Varese de Genuâ Cœnobii apud Massam Carrariæ Alumno, assistente P. M. Octavio Castris. Die 6. vacavit concertatio, quia publicata fuere Acta Capituli Generalis, habitæ tamen fuerunt sequentibus diebus, quæ habitæ, ut diximus, antea non fuerant. Die quidem 7. Catholico Hispaniarum Regi, pro quo adfuit D. Cardinalis . . . . . . Salazar Hispanus, defendente P. M. Jo: Paulo Cavalli superiùs memorato Mediolani studiorum Regente. Die 8. Augustissimo Imperatori Leopoldo I., pro quo adfuit D. Franciscus Maria Cardinalis Medices, defendente P. M. Valerio Deodato Massâ de Genuâ ibidem studiorum Regente. Die 10. D. Cardinali Bonvisio de Lucâ, qui personaliter adfuit, defendente P.M. Antonio Mariâ Franciâ Lucense Cœsenæ studiorum Regente. Denique Dominicâ Pentecostes Serenissimo Romanorum Regi Josepho, pro quo adfuit D. Cardinalis Goes Germanus, defendente P. Damiano Provinciali Ordinis nostri per Germaniam, qui Conclusiones ex Universâ Theologiâ depromptas ex improviso more Germanorum disputandas exposuerat. His omnibus Concertationibus adfuit quidem, ut diximus, P.M. Callistus Lodigeri, tanquam Generalis Assistens, verùm Provinciali prædicto non adfuit; prætereà non adfuit concertationi habitæ à P. Josepho Varese, cui assistebat P. M. Octavius Castri, utpote ejus Collega, sed vices Assistentis Generalis subiit P. Hiacynthus Grandi Provinciæ Germanicæ Definitor Generalis, utpotè utriusque Magister. Sciendum insuper est, quòd Concertationibus hujusmodi plurimi interfuere Romanæ Curiæ Prælati, aliique Viri primarii, prout eorum exigebat conditio, quibus erant nuncupatæ. Prætereà singulis diebus à die 25. Aprilis nimirùm ad 7. usque Maii, quandiù scilicet perseverarunt Comitia Divina peracta fuere Mysteria singulari Musicorum concentuum plausu, quibus præerat P. Octavius Millini de Pistorio Ordinis nostri Artis musicæ peritissimus.

Quod autem spectat propriùs ad Generalia Comitia, die 29. Aprilis D. Cardinalis Protector à meridie splendidâ de more comitante catervâ D. Marcelli Cœnobium petiit, ubi in limine exceptus à PP. Generali, & Procuratore Generali, necnon reliquis Patribus non mediocri frequentiâ ibidem congregatis, Rochettum indutus ad jurisdictionem præseferendam Bibliothecam adiit, ubi Vocalibus singulatim auditis Comitia honorificè celebranda curavit; die verò insequente 30. nimirum ejusdem Mensis, quâ sicut & aliis tribus sequentibus Capituli diebus omnibus Christifidelibus, quascumque Ordinis nostri Ecclesias devotè visitantibus Indulgentiam Plenariam de more Sanctitas sua largiebatur, valdè diluculò Ecclesiam eodem ordine ingressus unà cum Patribus Vocalibus Missæ de Spiritu Sancto interfuit, deinde Hymnum *Veni creator Spiritus* cantantes Bibliothecam præfatam processionaliter adiere Patres, proximè verò Rochettum in limine sacrarii pariter indutus idem D. Cardinalis sequebatur, unà cum Patribus Generali, & Procuratore Generali ipsum comitantibus reliquis Patribus, ejusque Familia. Subinde præmissis de more rebus quibusque juxta leges nostras præscriptis ad electionem novi Generalis processere. Præsentati quidem ad hanc Præfecturam ex omnibus Provinciis de more fuere plures, iique Viri primarii, unanimi verò Patrum consensu in Priorem Generalem electus Superior omnibus fuit P. M. Joannes Franciscus Maria Poggi de Florentiâ in Universitate Pisanâ S. Theologiæ Professor, qui fuerat à secretis suo Prædecessori, Summo Pontifici adeò acceptus, ut è Domesticis suis Prælatis alterum eò miserit, ut de electione quamprimùm certior factus fuisset, acceptus quoque D. Cardinali Protectori, qui eum maximo habebat in pretio, acceptus denique Patribus ob varia Virtutum ornamenta, qui spectabilem simul, & amabilem omnibus præbebant. Hisce peractis iterùm processionaliter Ecclesiam adiere Patres Hymnum *Te Deum* cantantes, quos proximè sequebatur idem D. Cardinalis Medices inter Generalem recens electum, & Ex-Generalem. Hymno prædicto completo, & consuetis Orationibus PP. iidem ad oscula manuum D. Cardinalis primùm, novi Generalis deinde juxta Aram Principem sedentium obedientiam exhibendo processere non sine magnâ Populi frequentiâ. Post hæc recedente D. Cardinali eximiâ animi sui voluptate perfuso, communi Mensæ cum Patribus honorificè, prout par erat, excepti accubuere duo ex Ordine nostro assumpti Antistites, scilicet Joannes Vincentius Lucchesini Archiepiscopus Ragusinus nuper, ut diximus, consecratus, & Georgius Sogia Episcopus Bosensis, qui pariter, ut diximus, limina Apostolorum petierat, ut aliquod benevolentiæ, & obsequij specimen Generali recens electo exhiberent. Proximè sequente die ad Sanctissimi Pedum oscula admissus primò fuit idem Generalis, deinde verò alterâ die cæteri PP., uti superiùs diximus,

P.M. Jo. Franciscus M. Poggi de Flor. eligitur Prior Genr.

PP. ad Sanctissimi Pedū oscula admittuntur.

mus, interim Sanctitati Suæ à sinistris proximè adhærentibus novo Generali, & Ex-generali, à quibus de conditione Patrum accedentium edocebatur. Die autem 3. ejusdem Mensis Maii iterum convenientibus in unum Patribus Vocalibus ad electionem Procuratoris Generalis habendam, postquam præsentati de more fuere ex omnibus Provinciis quampiures ex Patribus, electus ad id munere remansit P.M. Petrus Antonius Rossi de Florentiâ in Universitate Pisanâ pariter professor, & ab ipso Generali Secretarius electus fuit P.M. Gerardus Capassi pariter de Florentiâ, superiùs memoratus. Vocales in hisce Comitiis fuere qui proximè sequuntur.

P. M. Petrus Antonius Rossi de Florentiâ eligitur Procur Gener.

Reverendissimus P.M. Julius Arrighetti Florentinus Generalis.

P.M. Archangelus Amadei de Bononiâ Procurator Generalis.

Nomina PP. Vocalium.

Definitores Generales.

P.M. Bernardinus Dragoni de Senis pro Provinciâ Tusciæ.

P.M. Henricus Ranieri à Typberno pro Provinciâ Romanâ.

P.M. Franciscus Maria Biancoleill da Butrio pro Provinciâ Romandiolæ.

P. M. Paulus Æmilius Rondani de Parmâ pro Provinc â Lombardiæ.

P. M. Jacobus Ceseri à Castro Franco pro Provinciâ Marcæ Tarvisinæ.

P.M. Joannes Bona pro Provinciâ Venetâ.

P. M. Jo. Baptista Avogadri à Mediolano pro Provinciâ Mantuanâ.

P.M. Sosteneus Fracchia de Ovilio pro Provinciâ Genuensi.

P. M. Philippus Rodoerius pro Provinciâ Neapolitanâ.

P. Hiacynthus Maria Grandi pro Provinciâ Germanicâ.

Provinciales.

P. M. Jo. Franciscus Maria Poggi de Florentiâ pro Provinciâ Tusciæ.

P. M. Carolus Antonius Tassinari à Typherno pro Provinciâ Romanâ.

P. M. Henricus Antonius Sgazzi à Bononiâ pro Provinciâ Romandiolæ.

P. M. Dominicus Scurani à Rhegio pro Provinciâ Lombardiæ.

P. M. Cyrillus Tonioli à Tarvisio pro eadem Provinciâ.

P.M. Leonardus Cozzandi de Brixiâ pro Provinciâ Venetâ.

P.M. Hyacinthus Cignacchi de Guastallâ pro Provinciâ Mantuanâ.

P.M. Thomas Balegnius de Racconisio pro Provinciâ Genuensi.

P. M. Augustinus Vasconi de Capuâ pro Provinciâ Neapolitanâ.

P. Damianus Maria Frendl pro Provinciâ Germanicâ.

Socij Provinciales.

P. M. Nicolaus Lena de Pisis pro Provinciâ Tusciæ.

A P. M. Callistus Morelli de Civitate Plebis pro Provinciâ Romanâ.

P.M. Thomas Morelli de Faventiâ pro Provinciâ Romandiolæ.

P. Bartholomæus Rappi de Mandrisio pro Provinciâ Lombardiæ.

P. Marianus Altersi pro Provinciâ Tarvisinâ.

P. Andreas Fabbrizzi pro Provinciâ Venetâ.

P. M. Jo. Baptista Ravaioli de Ferrariâ pro Provinciâ Mantuanâ.

P. Angelus Maria Bonelli de Savonâ pro Provinciâ Genuensi.

P. Joachimus Alemannus à Castronovo pro Provinciâ Neapolitanâ.

P. Damascenus Maria Daser pro Provinciâ Germanicâ.

B P. M. Salvator Asyna Vicarius Generalis Provinciæ Sardiniæ.

Hispanicæ Provinciæ Vocales non interfuere, & è Naib nensi solùm advenit Socius Provincialis P.M. Raphael Provenzal, qui tamen nonnisi post electionem Prioris Generalis pervenit. Interea congregati PP. Definitores Generales unà cum P. Generali in loco ad id deputato infrascripta Decreta ad universæ Religionis augmentum, & decus, morumque reformationem tendentia per secreta suffragia omnia penitùs favorabilia sanxere, quæ deinde à Summo Pontifice per Apostolicas Literas mox inferendas confirmata Generalis ipse Typis impressa Ordinis sui Patribus, ac Fratribus observanda proposuit.

C *Fr. Joannes Franciscus Maria Poggi Florentinus, Sacræ Theologiæ Humilis Professor, ac totius Ordinis Servorum B. M. V. Prior Generalis.*

Dilectis in Christo Patribus, ac Fratribus sui Ordinis salutem.

Nihil, quemadmodum experientiâ satis comprobatum est, æquè ad Regnorum, rerumque publicarum felicitatem confert, ac benè constitutæ leges, quæ vincula pacis sunt, & publicæ fundamenta salutis. Tunc enim mutua inter mortales Fides, & Societas perfanctè coli incæpta, cum Hominum mentes Legum institutione delinita, ad id, quod æquum est amplectendum, quod iniquum vitandum instructæ D sunt. Ac propterea eas tantùm respublicas beato, & inconcusso rerum statu gavisas esse accepimus, quibus optimi præfuerunt Rectores, qui Cives ad parendi obsequium, legumque jugum perferendum non solùm exemplo allicerent, verùm etiam auctoritate compellerent. Quis autem ignorat Legum observantiam, etiam ad sacrarum rerum publicarum, & Religiosorum Ordinum felicitatem, quæ in emendato vivendi instituto, & castigata morum disciplina sita est necessariam fore? Permulta quidem sunt, & magna, ut nostis, nec sine lacrymis recensenda, quæ contra Religiosam vivendi rationem acriter pugnant; quæ si semel quempiam invaserint, prob quàm lacrymabili strage Religiosa Vita stru-

ſtructuram diruunt, & evertunt! Quapropter niſi opportunis legibus, & ſanctionibus Sacrorum Ordinum Arces ſepiantur, nemo ſanè dubitabit, quin brevi tacita libertatis irruptione oppugnatæ, evertantur, & corruant. Novimus tamen à prædeceſſoribus noſtris pluries obviam itum ſubrepenti in dies morum relaxationi, & novis itidem in Comitiis Generalibus conditis legibus labantem diſciplinam ſuffultam eſſe; at cùm Apoſtolicâ caruerint auctoritate, conſeneſcente Legumlatorum regimine, & ipſa latarum legum obſervantia conſenuit. Nos igitur, quibus Deiparæ Virginis Familiæ adminiſtrandæ onus incumbit, nova hæc Decreta unanimi Patrum ſuffragio, qui proximè elapſo Capitulo Generali interfuere, comprobata, etiam Apoſtolicę confirmationis robore muniri curavimus, ne temporis prætextu, aut concepta eorum imbecillitate, eiſdem quiſpiam obſequium, & obſervantiam denegare præſumat. Neque hìc plura perſequi ducimus, quibus ad harum ſanctionum obſervantiam unumquemque accendamus, arbitrantes, quòd & iuſtum vitæ Inſtitutum, & propriæ ſalutis negotium præ oculis habentes, quiſque ſibimet hortator evadat. Memores ſimus, Fratres, Religioſos Viros, ſuper Eccleſiæ candelabrum conſtitutos, Mundo ſpectaculum factos eſſe, qui niſi bona eorum opera videat, eos in culpâ eſſe, à quibus deinde Regularis obſervantiæ fructus, & proximorum profectus, Deo vindice repetantur. Quæ ſi quiſque ſolerter animo perpenderit, non dubitamus, quin has leges, quibus emendatos mores inſtaurare, & plura ad Ordinis commodum, & utilitatem inſtituere intendimus, alacriùs complectatur, ut inoffenſo pede per virtutis viam gradiendo, Religioſę peractæ Vitæ præmium aliquando tandem conſequi poſſit.

ALEXANDER PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Eccleſiæ Regimini per abũdantiam Divinæ Bonitatis nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio præpoſiti, illa, quæ pro felici, proſperóque Religioſorum Ordinum in Eccleſiâ Dei piè, Sanctéque inſtitutorum, ac uberes bonorum operum fructus adſpirante ſuperni favoris auxilio proferre jugiter ſatagentium gubernio, & progreſſu providè, ſapienterque conſtituta, & ordinata eſſe noſcuntur, ut firma ſemper, atque inviolata perſiſtant, libenter, cùm id à nobis petitur, Apoſtolici muniminis noſtro præſidio conſtabilimus. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius Prior Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V., quòd in Capitulo Generali dicti Ordinis, quòd noviſſimè, videlicet, Menſe Aprili proximè præterito in hac Almâ Urbe celebratum fuit pro felici ipſius Ordinis, ejuſque Fratrum Regimine, & directione, edita, & facta fuerunt nonnulla decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Decreta Capituli Generalis Fratrum Ordinis Servorum B.M.V. celebrati in Conventu S. Marcelli de Urbe die trigeſimâ Menſis Aprilis anno 1690.

Primùm, quòd Feſtum 7. Dolorum B.M.V., quod ex Apoſtolicæ Sedis Indulto quolibet anno Tertiâ Dominicâ Septembris celebratur, habeatur tamquam Feſtum principale noſtri Ordinis, in cujus honorem Sabbato immediatè antecedenti regulare Jejunium ab omnibus noſtri Ordinis Fratribus, & Sororibus ſit obſervandum, itaut à nullo Superiore diſpenſari poſſit extra caſum neceſſitatis.

2. Priores Conventuum obſervari curent cap. 19. noſtrarum Conſtitutionum de Veſtibus, quod ſi corrigere negligant ſuos ſubditos pileos uniformiter religioſos non deferentes, aut biretu ſericu, chirothecas, vel Pallia per Civitatem, vel quid aureum, aut argenteum ſuis in veſtibus, aut manibus portantes, utraque voce careant in proximè futuro Capitulo Provinciali: cui itidem pœnæ ſubiiciuntur Priores, ſi Sacerdotes ſine ſcapulari ſacra peragere, aut cum Bireto ſine amictu ad Altare accedere, vel in ſacris peragendis Tunicâ brevi, ſcilicet itinerariâ uti permittant.

3. Quòd omnes, & ſinguli, aut inter ſe, aut cum ſecularibus ludos à lege prohibitos habentes, excommunicationem incurrant, reſervatâ facultate abſolutionis, juxta formam Conſtitutionum.

4. Quòd Juvenes profeſſi nullimodè à Conventibus, in quibus eſt novitiatus, aut profeſſatus uſque ad annum vigeſimum primum ætatis removeantur, qui pariter de idoneis Magiſtris ad literarum eruditionem ſpectantibus ſubſidio honorario à Capitulo Provinciali taxando conductis, ſint proviſi. Quòd ſi contigerit aliquem Juvenem profeſſum ob legitimam cauſam à Provinciali removendum eſſe, talis Juvenis in alio Conventu, in quo vel novitiatus, vel profeſſatus ſit, de Familiâ aſſignetur, conſulto tamen prius Priore Generali.

5. Si redditus Conventuum non ſint ſufficientes, ut in illis Juvenes Profeſſi alantur, tunc in Capitulo Provinciali decernantur ſubſidia, quibus in prædictis Conventibus Profeſſatus inſtitui queat, & conſervari.

6 Item decrevere, ut Dietæ auferantur, & quod Priores, Provincialium more, durent per triennium, hoc tamen pacto, quòd quolibet anno à Generali, conſulto Provinciali, confirmationem petant, & obtineant. Quòd ſi juſtis de cauſis Generalis illos confirmare noluerit, tunc eligatur à Generali, Provinciali, & Socio novus Prior, qui perſeveret in Officio uſque ad Capitulum Provinciale, eâdem quolibet anno confirmatione à P. Generali obtentâ. Priores autem, qui de facto ſunt, poſtquam per biennium ſuo fuerint officio perfuncti, illos Prior Generalis, aut confirmare, aut novum Priorem, ſi expedire videbitur, eligere valeat, aſque ad proximum futurum Capitulum Provinciale.

7. Ma-

7. *Maturè considerantes Definitores, quomodò in Provinciâ Corsicæ abusus aboleri, ac religiosi mores introduci possent, post reiteratas, ac diligenter discussas varias propositiones decrevere, quòd quinque Conventus, qui sunt in Corsicâ, aggregentur quatuor aliis sub Dominio Genuensium, & Ducis Massæ existentibus, & ex illis nova erigatur Provincia, quæ Genuensis nominetur. Cæteri verò novemdecim Conventus, qui vel sub Ducatu Sabaudiæ, vel aliorum Principum Dominio existentes ad Provinciam Genuensem modò spectant, aliam efforment Provinciam, quæ Pedemontana dicatur, dummodo tamen Conventus Taurinensis subsit oneribus, quibus suberat Conventus Genuæ quoad contributiones.*

8. *Item perpendentes varia, & multa inconvenientia, quæ in Provinciâ Lombardiæ ob Conventus sub diversorum Principum dominio locatos contingunt, statuere, quod ex viginti-quatuor Conventibus, qui præsentem Lombardiæ Provinciam efficiunt quatuordecim sub Ducatu Mediolani existentes, comprehenso Conventu S. Joannis Baptistæ de Mandrisio in Ditione Helvetiorum segregentur à cæteris, & recentem Provinciam efforment, quæ Mediolanensis vocetur, altera verò ex decem reliquis Conventibus conflata antiquam denominationem retineat Provinciæ Lombardiæ.*

9. *Cum decem, & novem Conventus Provinciæ Germanicæ multum inter se sint dissiti, decrevere, ut ex illis omnibus in proximo Capitulo Provinciali duæ erigantur Provinciæ, quæ divisio facienda sit per Definitorem Generalem, Priorem Provincialem, Socium, Definitores Provinciæ, & Definitores perpetuos, habito tamen consensu P. Generalis. Hujusmodi autem, ut supra relatæ Provinciæ, quando erunt divisæ hunc ordinem inter se servabunt, ut Provincia illa, in quâ principalis Conventus ex Religionis Annalibus apparebit antiquior, aliam præcedat, ab eisque decernatur præcedentia.*

10. *Quòd promovendi ad gradus possint promoveri, sive in Capitulo Provinciali ad formam Constitutionum, sive in Visitationibus juxta Indultum san. mem. Clementis IX. in Conventibus tamen, in quibus studium majus vigeat, scilicet in Provinciâ Tusciæ in Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ. In Provinciâ Romanâ in Conventu S. Mariæ Novæ de Perusio. In Provinciâ Romandiolæ in Conventu Servorum Bononiæ. In Provinciâ Mediolanensi in Conventu Servorum de Mediolano. In Provinciâ Lombardiæ in Conventu B. Virginis de Rhegio. In Provinciâ Tarvisinâ in Conventu Servorum Patavij. In Provinciâ Venetiarum in Conventu Servorum de Venetiis. In Provinciâ Mantuanâ, vel in Conventu S. Barnabæ de Mantuâ, vel S. Georgij de Bononiâ. In Provinciâ Genuensi in Conventu Servorum Genuæ. In Provinciâ Pedemontana in Conventu S. Primi de Papiâ. In Provinciâ Neapolitanâ in Conventu S. Mariæ Margellinarum. In Provinciis verò Hispanicâ, & Gallicâ ad libitum P. Generalis, cui promotioni interesse possint, si velint, & qui sunt Definitores perpetui, & qui sunt, vel fuere Regentes.*

11. *Cùm justis de causis nemo ex promovendis ad gradus in proximè elapsis Capitulis à Dietis fuerit promotus, Definitores decrevere, quòd P. Generalis tempore Visitationis habendæ in Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ possit illos promovere, & habeantur ac si promoti fuissent in Capitulis, & Dietis proximè elapsis pro hac vice tantùm.*

12. *Item, quòd observetur Decretum Capituli Generalis ann. 1652., nequis scilicet Exprovincialium publicæ correctioni Prioris subiciatur dummodò tamen publicè, & non provocatus Priori non insultet, & quòd Exprovinciales præcedant cæteros Magistros, qui non fuere Provinciales officio perfuncti. Exprovinciales verò inter se servent ordinem promotionis ad Magisterium, quibus privilegijs fruantur etiam, qui Theologiam, vel alias scientias in aliquâ publicâ Universitate, vel ut Regentes in aliquo majori studio per duodecim annos Theologiam professi fuerint, sicut etiam, qui Procuratoris Generalis officio fuere perfuncti. Decretum autē in Capitulo Generali anni 1652. emanatum, habetur ad verbum in Regesto generali lib. 12. fol. 2. nu. 3. Provincialis, &c.*

13. *Item decretum fuit, quòd Procurator Ordinis præcedat omnes Provinciales extra eorum Provincias existentes, non verò in propriâ Provinciâ.*

14. *Si in electionibus faciendis contigerit duos ex propositis Vota habuisse paria supra medietatem, tunc ad Præsidentem Capituli spectet decernere quisnam illorum præferendus sit; si verò nullus remaneat electus in Provincialem, tunc per tres vices termino duorum dierum faciendas iterum fiat electio; quòd si adhuc nullus remaneat electus, tunc Provinciam regat Definitor Generalis, donec P. Generalis S. Sedem consulat, ut conformiter ad ejus oraculum provideat.*

15. *Item, quòd omninò servetur cap. 6. Constitutionum: De recipiendis ad Habitum. In casu verò transgressionis Provincialibus, & Prioribus fuit imposita pœna privationis Vocis activæ, & passivæ in futuro Capitulo Provinciali. Fratres verò alterius Religionis professi neque ab ipso Generali absque consensu Capituli Provincialis recipi possint.*

16 *Placuit præfatum cap. 6. extendere, quòd scilicet quilibet recipiendus ad Habitum habeat consensum Patrum Conventûs illius Civitatis, vel Loci, in quâ natus est, vel Conventûs vicinioris, si nullus Conventus sit eo in loco, in quo est natus.*

17. *Cùm Priores Conventuum iteratis vicibus magno Conventuum detrimento per notabile tempus à suis Conventibus abesse audeant, decretum fuit, nequis illorum in posterum per iteratas vices ultrà Mensem, vel aliud tempus notabile in anno sine licentiâ sui Provincialis*

abesse possit sub pœnâ privationis ab Officio, juxta formam Constitutionum cap. 29.

18. Ad obviandum dissensionibus huc usque oriri solitis decretum est in Ecclesiâ S. Philippi de Tuderto nullam in posterum erigendam esse Societatem secularium. Item decretum fuit, quòd P. Generalis curam Annales Ordinis continuandi alicui in Chronologicis perito demandet, ad cujus petitionem à nostri Ordinis Conventibus transmittantur notitiæ ad Religionem spectantes, quæ in ipsorum Archivis reperiantur.

19 Item considerantes Definitores quantum incommoda sit visitatio Conventûs S. Salvatoris de Monteferrato Provinciali Mantuæ, ut ferè nunquam visitetur, decrevere, quòd in posterum præfatus S. Salvatoris Conventus ad Provinciam Pedemontanam, & illius loco ad Mantuanam Conventus S. Syri de Castronoveto spectent; sicque utrisque Provincialibus commoda erit respectivè visitatio.

20. Tandem sanxere, quòd nemo nuncupetur in posterum Theologus, nisi qui actu Theologiam in aliquâ publicâ Universitate profitetur, aut ille qui Principibus Magnæ authoritatis, magnique nominis acta inserviendo stipendium recipit.

Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Prior Generalis decreta hujusmodi ad conservandum, & solidandum in Ordine prædicto Regularis observantiæ vigorem eximiè conducibilia pro firmiori illorum subsistentiâ, exactiorique observatione Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, omnia, & singula Decreta præinserta, in eisque contenta quæcumque auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes Literas, & Decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 13. Januarij MDCXCI. Pontificatûs nostri anno secundo.

ANNOTATIONES IN CAP. XXIII.

Omnia in hoc cap. contenta habentur ex Reg. Gen.

Promovetur Beatificatio solemnis Venerabilis Sororis Annæ Julianæ Austriacæ. Reassumitur Causa Canonizationis B. Peregrini. Extenditur Officium S. Philippi ad Ecclesiam Universalem, & referuntur quædam ejus miracula.

CAP. XXIV.

Agitur de Beatificatione Ven. Sororis Annæ Julianæ Austriacæ.

EX quo Venerabilis Soror Anna Julliana Austriaca Ordinis Nostri per Germaniam reparatrix insignis Sanctitatis Suæ radios, miraculorum etiam gloriâ circumquaque per Orbem diffundebat, longéque celebrior habebatur, enixè petentibus Patribus in Capitulo præfato Generali congregatis D. Cardinalis Protector Brixinensi Episcopo gravissimis Literis Romæ datis die 20. Maij præsentis anni etiam atque etiam commendavit, addito supplici libello P. Generalis, quòd processum ritè conficiendum curaret de virturibus in gradu Heroico ejusdem Sororis, de Sanctitatis ejus celebritate, ac de miraculis ab Altissimo ejus intercessione patratis; confectum verò Romam transmitteret validissimis officiis M. S. C. roboratum, ut inde Literas remissoriales ab Apostolicâ Sede consequi fas esset ad compilandum denuò ejusdem auctoritate Processum pro formali Sororis illius Beatificatione. Gra-

vissi-

vissimis pariter ejusdem D. Cardinalis officijs, necnon aliorum magni nominis Principum, scilicet Regis Poloniæ Joannis Subieschi; Reginæ pariter Poloniæ Eleonoræ Austriacæ; deinde Ducis Lotharingiæ Caroli, & Magni Ducis Etruriæ Cosmi III. per literas iterum quoque datas ad Summum Pont ficem Innoc. XI., & quidem magni ponderis, præcipuoque studio Superiorum Ordinis per sex annos, & ampliùs adhibito, tandem aliquando sortiri aliquomodo nobis licuit optatissimum Sanctitatis Suæ assensum quoad Decretum Sacræ Rituum Congregationis de extensione Officii cum Oratione, & Lectionibus proprijs S. Philippi ad Ecclesiam universalem, prout constat ex sequenti Decreto.

Urbis, & Orbis.

CUM Sacrorum Rituum Congregatio ad enixas preces Serenissimæ Marianæ Hispaniarum Reginæ Matris Viduæ, ac Magni Etruriæ Ducis sub die 17. Junii 1684. benignè inclinata censuerit, ut in Ecclesiâ Universali in posterum recitaretur Officium, & celebraretur Missa S. Philippi Benitij Ordinis Servorum B. M.V. de Communi Confessoris non Pontificis singulis annis die ejusdem Sancti Festo ab omnibus tàm Secularibus, quàm Regularibus utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenerentur sub ritu semiduplici de præcepto, & in Kalendario Breviarii, & Missalis Romani apponeretur, si Sanctissimo visum fuerit, ac deinde Sanctissimus D.N.D. Alexander Papa VIII. ad novas, & reiteratas preces respectivè Serenissimæ Eleonoræ Poloniæ Reginæ, & Austriæ Archiducissæ, ac Magni Ducis Etruriæ sub die 10. Octobris proximi præteriti benignè annuerit, ac concesserit sub ritu semiduplici dumtaxat ad libitum: Novissimè verò pijs supplicationibus R. P. Joannis Francisci Mariæ Poggi Generalis dicti Ordinis Servorum, ac P. Petri Antonij Rossi Procuratoris Generalis nomine totius suæ Religionis: Eadem sacra Congregatio præmissas Lectiones pro secundo Nocturno cum Oratione ipsius S. Philippi proprias ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Colovedo examinatas, diligenter revisas, ac relatas approbavit, & ab universo Ecclesiæ Catholicæ Clero, tàm seculari, quàm regulari utriusque sexûs, qui ad Horas Canonicas tenentur, unà cum Missâ superiùs præscriptâ celebrari, & respectivè recitari posse induisit, si eidem Sanctitati Suæ placuerit. Die 16. Decembris 1690.

Decretū pro extensione Officij cū Oratione, & Lectionibus propriis S. Philippi ad Ecclesiā universalem.

Et facto de prædictis verbo per Me Secretarium cum Sanctissimo Sanctitas Sua benignè annuit, & Decretum expediri mandavit. Die 17. ejusdem Mensis Decembris, & anni 1690.

A. Episcopus Portuen. Card. Cybo

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Vallemanus Secret.

A DIE XXIII. AUGUSTI

In Festo

S. PHILIPPI BENITIJ

Ordinis Servorum B.M.V. Confessoris non Pontificis.

Oratio.

DEus, qui per B. Philippum Confessorem tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuisti: da Famulis tuis prospera Mundi ex ejus imitatione despicere, & cœlestia semper inquirere. Per Dominum nostrum &c.

Lectio IV.

B *PHilippus ex nobili Benitiorum Familiâ Florentiæ natus, futuræ sanctitatis jam inde ab incunabulis indicium præbuit. Vix enim quintum ætatis Mensem ingressus, linguam in voces mirificè solvit, hortatusque fuit Matrem, ut Deiparæ Servis eleemosynam impertiret. Adolescens dum Parisiis Literarum studia cum pietatis ardore conjungeret, plurimos ad Cælestis Patriæ desiderium inflammavit. Reversus in Patriam, & singulari visione à Beatissimâ Virgine in Servorum suorum Familiam nuper institutam vocatus in Senarii Montis antrum concessit, ubi asperam quidem jugi corporis castigatione, sed Christi Domini Cruciatuum meditatione suavem vitam duxit, indeque per universam penè Europam, magnamque Asiæ par-*
C *tem, quam Evangelicis prædicationibus obivit, sodalitia 7. Dolorum Dei Matris instituit, suumque Ordinem eximio virtutum exemplo propagavit. Tu autem &c.*

Lectio V.

DIvinæ Charitatis, & Catholicæ fidei dilatandæ ardore vehementer accensus, sui Ordinis Generalis reluctans, atque invitus renunciatus, Fratres ad prædicandum Christi Evangelium in Scithiam misit; Ipse verò plurimas Italiæ Urbes concursans, gliscentes in eis Civium discordias composuit, multosque ad Romani Pontificis obedientiam revocavit, nihilque de studio alienæ salutis omittens, perditissimos homines à vitiorum cæno ad pœnitentiā,
D *ac Jesu Christi amorem perduxit. Orationi summopere addictus sæpè in extasim rapi visus est. Virginitatem verò adeò coluit, ut ad extremum usque spiritum voluntariis, ac durissimis supplicijs illibatam custodierit. Tu autem Domine, &c.*

Lectio VI.

EFfloruit in eo jugiter singularis erga pauperes Misericordia, sed præcipuè cùm apud Camilianum Agri Senensis Vicum Leproso nudo eleemosynam petenti propriam, quâ indutus erat, vestem fuit elargitus, quâ ille contectus statim à leprâ mundatus est, cujus miraculi, cum longè, lateque fama manasset, nonnulli ex Cardinalibus, qui Viterbium Clemente IV.

Vitâ functo, pro successore deligendo convenerant, in Philippum, cujus cœlestem etiam prudentiam perspectam habebant, intenderunt. Quo comperto Vir Dei, ne fortè Pastoralis Regiminis onus subire cogeretur, apud Tuniatum Montem tamdiu delituit, donec Gregorius X. Pontifex Maximus fuerit renunciatus, ubi Balneis, quæ etiam hodie S. Philippi vocantur, virtutem sanandi morbos suis precibus impetravit. Denique Tuderti anno millesimo ducentesimo octogesimo quinto in Christi Domini è Cruce pendentis amplexu, quem suum appellabat Librum, sanctissimè ex hac vitâ migravit. Ad ejus tumulum Cœci visum, Claudi gressum, mortui vitam receperunt. Quibus, aliisque plurimis fulgentem signis Clemens Decimus Pontifex maximus Sanctorum numero adscripsit. Tu autem. &c.

Missa de Communi Confess. non Pontif., quæ incipit: Justus, ut palma florebit, &c. cum Oratione ut supra.

Cùm hæc Romæ agerentur ad augendam D. Philippi celebritatem, in Dalmatiâ quoque, ubi sanè ignotum penitùs erat hisce saltem temporibus D. Philippi nomen, ignotus etiam Ordo Servorum Deiparæ, sanctitatem ejusdem testatam voluit Altissimus, miracula quædam ejus intercessione patrando, nostris Annalibus utique modò inferenda. D. Lucchesinius Archiepiscopus Ragusinus anno proximè superiori, uti diximus, consecratus, Mense Junio hujus anni ab Excellentissimâ illâ Republicâ, in Portu Anconæ primùm, ab inde propè Ragusium, ac denique in pervigilio Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli honorificentissimè exceptus magnâ Populi frequentiâ, singulari navium in eo Portu degentium, Militum per ordinem hinc inde dispositorum, & reboantium arcium plausu ab Universo Clero, assistentibus ejusdem Reipublicæ Legatis, Episcopali Habitu solemni pompâ Civitatem ipsam ingressus, ubi in limine Principem ipsum, cum Senatoribus ipsis, aliisque Viris nobilibus obvium habuit, accedente Campanarum omnium, & iterum Arcium boatu Baldachino desuper incumbente à sex Nobilibus delato Ecclesiam Cathedralem petiit unà cum eodem Principe, ubi Principe, Senatoribus, atque Legatis in eorum sede constitutis extra Presbyterium, Archiepiscopo in Sede suâ Pontificali sedenti obedientiam præstitit universus Clerus, postquam cecinerant Hymnum: *Te Deum laudamus*. Post hæc D. Abbas Octavius Pierizzi ejusdem Ecclesiæ Canonicus orationem habuit de laudibus Archiepiscopi præfati, qui eâ absolutâ depositis sacris vestibus, debita iterum Principi exhibuit obsequia, à quo ad limen usque Ecclesiæ associatus, proprium palatium deinde adiit ipsum comitantibus Clero, ac prædictis Legatis. Eximiâ quidem benevolentiâ sese invicem prosequi cœpere Archiepiscopus, & Primarii illius Reipublicæ Proceres,

Archiep. Lucchesinius quo honore exceptus fuerit Ragusii describitur.

E necnon universus Clerus, & Populus, quam debita Urbanitatis officia adhuc sibi vicissim exhibendo haud mediocriter fovebant, ei verò fovendæ quammaximè conducere prodigia D. Philippi intercessione patrata modò recensenda, Religiosissimus Antistes Episcopalem sedem aditurus decreverat quidem Ecclesiæ Ordinis nostri apud Patriam suam, Lucam scilicet in Etruriâ, tanquam speciale sui amoris erga ipsum monumentum, Thecam illam pretiosam dicare, in quâ recondita ab ipso summâ pietate colebatur prodigiosa D. Philippi Imago in papyro delineata, quæ medias inter flammas illæsa remanserat, prout fusiùs diximus ad annum 1672. Verùm Divino quodam impulsu commotus unà secum detulerat, die verò festo Sanctorum

Recensentur prodigia D. Philip. Ragusii patrata

F Apostolorum Petri, & Pauli, postquam Divina solemniter peregerat Mysteria in Ecclesiâ Monialium S. Claræ cum assistentiâ Venerabilis Capituli Metropolitanæ, & Cleri cum aliorum Optimatum, & Civium magnâ frequentiâ, cum sese ad Ædes suas se recepisset, interiori quodam percitus impulsu, & peculiari devotione commotus, licet indigus maximè quietis, privatis tamen commodis posthabitis, custodiam aperiri præcepit, in quâ reposita fuerat, antequam Româ discederet, Thecâ prædictâ, quâ referatâ, & exinde eductâ memorata Theca hanc collocandam curavit in loco magis conspicuo cubiculi, ut sanctam Imaginem unà cum cæteris commodiùs veneraretur, velum deinde,

G quo Theca ipsa obtegebatur amoveri jussit, quæ cùm præstitisset P. M. Antonius Maria Beraldini Archiepiscopo familiaris Faventinus prior omnibus per anteriorem chrystalli laminam sacrâ Imagine inspectâ sub aliâ specie, & ab eâ longè diversa, quàm noverat, antequam Româ discederent, rei novitate perculsus, prodigium contigisse clamavit, quamobrem propiùs confestim accurrens Archiepiscopus, per eandem, & alias à lateribus chrystalli laminas, quibus clausa erat Theca, indicante præfato P. Magistro, luculentissimè cognovit laminam ex cupro, cui D. Philippi Imago in papyro, ut diximus, depicta coniuncta, & conglutinata fuerat, aliaque parva lamina claviculis in imâ parte

H Thecæ per transversum defixa, ita substentata, ut rectâ stare posset, conversam esse in anteriorem ejus partem, & in eâ supernaturali operâ, prout piè fatendum est, formatam esse alteram ejusdem Sancti Imaginem elegantissimâ specie in medio radiorum ignis existentem librum lævâ tenentem, dexterâ lilium. Imaginem verò, quæ prius glutini ope prædictæ cupreæ laminæ adhærebat, conversam esse in posteriorem Thecæ partem, quod utique naturali operâ contigere non potuisse videbatur, non modò præ Loci angustiâ, verùm etiam quod basis pariter cuprea, quâ substentabatur Imago, immobilis remansisset, quin etiam Imago ipsa, quantum

tumlibet ejus Theca cum sui custodiâ per totum iter huc, & illuc sæpius versata fuisset, A nullo tamen adminiculo suffulta rectè consistere reperta modò esset. Quapropter summo studio, ac diligentiâ reipsâ non sine magnâ admiratione exploratâ sibi facilè conscius pijssimus Antistes, id nonnisi Divinæ Bonitati, ac D. Philippi meritis, quem singulari pietate venerabatur acceptum referendum esse, præ lachrymis, & vehementi cordis exultantis palpitatione temperare sibi non potuit, quin illicò humi provolutus coram S. imagine, unà cum Familiaribus suis, qui simul cum ipso tanto spectaculo interfuerant, scilicet P. Magistro præfato, D. Joanne Dominico Pieruccio Lucensi ejusdem Antistitis Secretario, F. Antonio Mariâ Canepari ejusdem Ordinis Servorum, ac Silvestro de Silvestris ab Urbino ex ejus Familiâ, devotis precibus fusis, Deo gratias agens tot mirabilia in Sanctis suis operanti, compluresalios, tum Religiosos, tum seculares ad tantæ rei spectaculum nullâ interpositâ morâ convocaret, iisdemque facti seriem, uti gesta fuerat, ab ipsius Imaginis origine in præsens usque per singula capita explicaret. Quinque enim in hac re animadvertendâ proposuit miracula; primum quidem, quòd Papyrus, in quo depicta erat Imago, locum cum lamina cuprea commutasset, etiamsi lamina claviculis antea plano infixa fuisset: secundum, quòd in lamina, quæ antea ex mero cupro, ac nullatenus ornata fuerat, depicta foret D. Philippi Imago pari lege, ac fuerat in papyro, & adeò eleganter, ut opus quacumque Hominum arte superiùs videretur. Tertium, quòd lamina ipsa, vel potiùs D. Philippi Imago in ipsâ laminâ depicta radijs igneis, undequaque circumdata apparebat adeo vividi coloris, ut verè ignea viderentur. Quartum quòd prædictæ laminæ basis meram cupri speciem prætesulit, quam antea semper prætulerat, cujusmodi toti laminæ congruebat, ut omnibus inde pateret ejusdem omninò speciei totam laminam fuisse, neque nisi Divinitùs D. Philippi Imaginem in eâ modò apparere: Quintum denique, quòd lamina eadem cuprea, nonnisi claviculis plano defixa rectà primùm per tot annos consistens, adhuc rectà consisteret nullo adminiculo suffulta, quamvis, ut diximus hùc, & illùc pluries cum suâ custodiâ versata fuisset. Quæ quidem omnia Archiepiscopus præfatus præsentibus tribus Episcopis, Ecclesiæ Metropolitanæ Ragusinæ Capitulo, tribus Abbatibus regularibus, & compluribus Presbyteris secolaribus, necnon Regularium Ordinum superioribus, ad Majorem Dei gloriam, & excitandam Populi devotionem erga D. Philippum, interposito jurejurando confirmavit, & à præfatis Familiaribus suis per depositiones prævio examine delato pariter ipsis juramento coram præfatis Dominis factas comprobanda curavit die 24. Mensis Julij ejusdem anni per manus publici Notarii Blasii Squadri, qui publicum de hac re rogatus instrumentum confecit; subinde idem Archiepiscopus, ut veritas asserta magis elucesceret, detegendam mandavit Thecam prædictam, illamque aperiri, factâ prius per DD. præfatos recognitione sigilli, quod Archiepiscopus ipse Hispanicâ cerâ Romæ proximè antequam inde discederet, in quinque locis ejusdem Thecæ opportunioribus apposuerat, cum antea Sebastiani cujusdam operâ, qui Thecas hujusmodi in Urbe formabat, laminam prædictam Cupream, cui sacra adhærebat Imago recognoscendam curaverat, num adeò firma consisteret, ut per longum iter, quod imminebat, loco moveri non posset, cumque satis firmam deprehendisset hiatum B occluserat ad firmitatem illam recognoscendam formatum, coram eodem Archiepiscopo, ac tribus è prædictis ejus Familiaribus idem expressè medio juramento coram eodem Notario testantibus. Post hæc amotis sigillis reserata fuit Theca, indeque educta Venerabilis imago, & ab omnibus diligentissimè expendentibus congruere deprehensa cum narratione prædictâ ab eodem Archiepiscopo factâ, qui proinde rei veritatem nullatenus in dubium revocantes, Imagine prædictâ in suo loco repositâ, unà cum ipso Antistite genua ibidem flectentes Deo, Divoque Philippo gratias egerunt, ac deprecati fuere, ut ostenta hujusmodi Civitati illi, & Dominio Ragusino, cunctoque Populo C Christiano beneverterent, & boni ominis quamdiutissimè forent.

Mirum dictu, quanam ratione excitata Ragusii fuerit erga D. Philippum devotio, postquam Universis innotuit adeò insigne miraculum, ex quo colligere veriti minimè fuere D. Philippum regionibus illis speciali præsidio adfuturum, quem proinde singuli pro opportunitate humillimè invocantes sibi propitium passim sensere, quemadmodum præcæteris contigit duabus Monialibus in Monasterio S. Claræ ejusdem Civitatis, quæ coram Notario, ac Testibus die 18. Mensis Julij hujus anni idem testatæ ritè fuere. In primis Soror quædam nomine Apollonia Filia Joannis de Bocca triginta annos, & am- D plius molestissimam cordis palpitationem subierat, quâ adeò vehementer premebatur identidem post 15., aut 20. dies, tres, quatuor, & 5. horas continuas, ut sibi proximè moriendum esse putaret. Paucis ante diebus hujusmodi morbo correpta, dum Vesperas in Choro cum cæteris Monialibus persolvebat, inde recedere coacta fuit, atque decumbere, statim verò ab ejus Germanâ Sorore Victoriâ, ibi pariter Moniali miseratione commotâ D. Philippo commendata, vix elapso unius horæ quadrante sedatis penitus doloribus ingenti sui admiratione incolumis omninò evasit. Soror autem Elisabeth Martoliza de Cervâ gravissimè affecta pauiò ante dolo- ribus

Duæ Moniales Ragusinæ D. Philip. intercessione à gravissimo morbo liberantur.

ribus colicis, D. Philippi ope implorata, ac voto emisso Missam in ejusdem honorem celebrandam curandi, illicò cessantibus omninò præfatis doloribus, æquè vegeta, & valida convaluit, ac si nihil penitùs passa fuisset. In Apuliâ pariter Mense Augusto die 20. hujus anni Matthæus Grossi Aquilanus Montana noctu superans dicta de Serente à tribus Molossis, qui varijs Ovium gregibus aderant, eò accurrentibus corruere compulsus in pluribus sui corporis partibus, speciatim verò in altero è cruribus affectus morsibus fuit; tum verò Matthæus D. Philippi Implorato præsidio Molossorum rabiem declinavit, qui spontè statim recessere, ac mane sequente febri solutus remansit è terribili hujusmodi occursu subortâ, quin etiam ipsâ die à plagis omnibus incolumis evasit. Quæ cùm ita sint mirari ampliùs non licet, quòd ejusdem Philippi vitæ, & gestorum series pluries jampridem tùm Italico, tùm latino idiomate descripta, ab eruditissimo scriptore Gallico quoque hoc anno elegantissimè digesta in lucem prodierit, in Italicum deinceps Lucæ in Etrutiâ conversa. Hoc eodem anno Foroliviensis magnam pecuniæ vim erogarunt ad reassumendam Causam canonizationis B. Peregrini.

Pluribus morsibus affectus ejusdem D. Phil. præsidio incolumis evadit.

ANNOTATIONES IN CAP. XXIV.

EX *Reg. Gen., & ex Monum. eorundem respectivè Conv.*

Habetur Florentiæ Congregatio Generalis. C A P. XXV.

VItâ functo die 1. Februarij hujus anni Alexandro Papâ VIII., cum octogesimum primum ætatis annum ageret, cui de more per singulas Ordinis nostri Provincias parentarunt Patres, eidem in Pontificatu successit D. Antonius Cardinalis Pignatelli Archiepiscopus Neapolitanus annos natus 76. & duos menses die 12. Mensis Julij electus, Innocentius XII. nuncupatus. Interim è purpuratis Patribus nonnulli, scilicet Gregorius Barbadicus Episcopus Patavij die 21. Februarij 27. Joannes Delphinus Patriarcha Aquilejensis Florentiæ celeberrimam D. Annunciatæ Imaginem singulari pietate venerati fuere, & Dominicus Maria Cardinalis Corsi de Florentiâ Episcopus Ariminensis ad ejusdem Virginis Altare die 4. Septembris Sacris operatus fuit, ad quam pariter delatum à Magistratibus omnibus Civitatis, qui eò processionaliter adierant, magnâ celebritate Sacerdoti ante ipsum Altare unà cum Ministris constituto Serenissimi Magni Ducis nomine oblatum fuit, die 7. Octobris, veluti Deiparæ trophæum ab Augustissimo Cæsare dicatum Vexillum quoddam, quod Cæsarei Milites fuso Othomanorum

E Exercitu per Hungariæ Regnum Mense Augusto rapuerant; deinde Magistratibus ipsis assistentibus, & ingenti Populi affluentiâ Missarum solemnia celebrata honorificè fuere. In eodem Cœnobio D. Annunciatæ habita fuit hoc anno die 18. Maij generalis quædam Congregatio juxta Decreta Capituli Generalis, cujus Acta modò recensentur.

Cùm juxta Decreta in Comitijs Generalibus anno proximè superiori habitis emanata, & à S. Sede per Literas Apostolicas in formâ specificâ approbata ablatæ fuissent Dietæ, ac P. Priori Generali Ordinis Nostri ex eorundem præscripto data fuisset facultas Priores Conventuum in Provincijs confirmandi, vel alios, si id expedire videbitur, denuò eligendi usque ad proximum futurum Capitulum Provinciale perseveraturos. Itemque virtute dictorum Decretorum eidem P. Generali communicata fuisset facultas promovendi quoscumque ad Gradus literarios in Conventu D. Annunciatæ de Florentiâ; hinc pro executione dictorum decretorum de mandato P. Generalis PP. Provinciales per Literas encyclicas eò vocarunt è suis respectivè Provincijs quotquot præfatis Gradibus insigniri cupiebant, subindeque locum, ac tempus ab eodem Generali præscriptum, Conventum videlicet D. Annunciatæ prædictum à die 8. usque ad 18. Mensis Maij, Candidatis ijsdem indicarunt. Itaque eò convenientes quamplures è varijs Italiæ Provincijs prævio rigoroso examine, & recitatione G punctorum de more præmissâ ad Magisterij, vel Baccalaureatûs Gradum respectivè promoti fuere, nonnulli prævio pariter congruenti examine declarati fuere Lectores, alique tandem numero Studentium adscripti; quibus expletis ea deinde expedita fuere, quæ ad Provinciæ illius Etruriæ Regimen speciatim pertinere videbantur.

Hoc anno die 15. Septembris Sabbatho nimitùm proximè præcedente B. Virginis Dolorosæ solemnia, cum in meridie præ ubertimis imbribus è montibus Gefonensis Ditionis in præceps ruerent aquarum torrentes, ingentia saxa, & vastissimas arbores unà secum traherent, suprema Mundi inminere ferè dixerim, minabantur. In Locis enim quibusdam ab Oppido Sieti vix per unum Milliare distantibus plures Domos solo æquarunt, ibique degentes ferè sexaginta perierunt, aliaque subiectæ planitiei gravissima damna intuletunt. Cùm autem Oppidi prædicti populus Sacram Imaginem S. Mariæ de Paradiso, & sacrum ejus velum humi provolutus humillimè veneraturus fuisset, ejusque patrocinium invocasset, id planè statim assecutus fuit, ut præcipites aquarum torrentes, cætetoqui Ecclesiam, & Conventum proximè invasuri aliò cursum deflexerint, ac locum illum, & populum à communi excidio immunem reliquerint. Quamobrem insequenti die tertiâ ejusdem Mensis Dominicâ expo-

expositum publicæ venerationi fuit Sacrum B. Virginis Velum, quò proindè convenere omnes turmatim Deiparæ gratias referentes, quod ipsos à gravissimo præcedentis diei discrimine vindicasset, & in eo sanguineas lachrymas deprehenderunt, adeò vividi, ac rubicundi coloris, ut ex ipsâ Virgine eo planè momento defluxisse viderentur. Hujusmodi Virginis præsidium pluries in Terræmotibus, & gravissimis hujusmodi casibus experta fuit Gens illa, quæ se, & sua ab hujus generis excidiis Neapolitano Regno communibus exempta persensit.

ANNOTATIONES IN CAP. XXV.

Ex *monum. ejusdem Conv.*

Extenditur Ritus Officij 7. Dolorum. Ponitur primus lapis pro novo Cœnobio Tudertino. Enumerantur Gratiæ quædam B. Julianæ.

C A P. XXVI.

FEstum solemne 7. Dolorum B. Virginis tertiâ Dominicâ Septembris celebrandum quotannis, tanquam peculiare, & principale Ordinis nostri declaratum unanimi Patrum consensu fuit in Comitiis Provincialibus anno 1689. per varias Italiæ Provincias habitis, quemadmodum ibi diximus, hoc autem anno longè majori auctoritate, nempe Apostolicâ, hoc definivit Summus Pontifex Innocentius XII., Officium de Festo prædicto sub ritu duplici secundæ Classis cum Octavâ, quod hactenus sub ritu tantùm duplici majori, ac sine Octavâ fuerat, Ordini nostro incredibili benignitate concedens, ac B. Virginem sub invocatione 7. Dolorum Titularem, & Patronam ejusdem Ordinis declarans, prout constat ex sequenti Decreto.

ORDINIS SERVORUM

In Solemni Commemoratione 7. Dolorum B. M. V. dicti Ordinis Titularis, & Patronæ.

Decretū pro extensione Officij 7. Dolorū B.M.V.

CUM *Sacrorum Rituum Congregatio aliàs approbaverit, & ad usum universi Ordinis Servorum B.M.V. Officium proprium in Commemoratione 7. Dolorum ejusdem B. Virginis dicti Ordinis Titularis, & Patronæ in Dominicâ tertiâ Septembris, & semel in hebdomadâ, necnon cum Lectionibus pariter proprijs pro singulis Mensibus, uti devotionem propriè, & principaliter ad dictum Ordinem spectantem, recitandum concesserit. Mox ad reiteratas, & supplices preces R.P. Joannis Francisci Mariæ Poggi Generalis præfati Ordinis Servorum, ac P. Petri Antonij Rossi Procuratoris Generalis totius suæ Religionis nomine in Sacrorum Rituum Congregatione porrectas, & ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Albano relatas; Eadem Sacra Congregatio benignè inclinata concedendum esse censuit, ut in* A *posterum omnes, & singuli Religiosi utriusque sexûs Ordinis prædicti, qui ad Horas Canonicas tenentur, celebrare possint, & valeant quolibet anno dictâ Dominicâ Tertiâ Septembris idem Festum ipsius B. M. V. 7. Dolorum cum Officio, & Missâ sub ritu duplici secundæ Classis cum Octavâ. Lectiones verò pro secundo, & Tertio Nocturno infra dictam Octavam desumendas esse ex prædictis Mensibus, servato earum ordine in qualibet die per totam Octavam successivè recitandas, si Sanctissimo Domino nostro placuerit. Die 2. Augusti 1692.*

Factâ igitur deinde Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papâ XII. per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua annuit die 9. ejusdem Mensis Augusti, & anni 1692.

B *A. Episcopus Ostiensis Card. Cybo*

Loco ✠ Sigilli

Joseph Vallemanus Sac. Rit. Congreg. Secret.

Ponitur primus lapis pro novo Cœnobio Tudertino.

Ex quo in vetustissimâ Civitate Tuderti primo Cœnobio S. Marci, ubi pretiosa D. Philippi anno 1285. contigerat mors, laudabiliter ne, an secus, definire non ausim, Monialibus S. Francisci concesso, anno 1599., unà cum venerandis S. Patris Reliquiis ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum transmigrarunt Servitæ, exiguam potius Casam, quàm propriè Cœnobium extruxere. Cùm autem occasione Canonizationis ejusdem S. Patris anno 1671. celebratæ P. Generale Lucchesinio C mandante instaurata fuisset prædicta Ecclesia, prout ad eundem annum diximus, & sub Arâ maximâ magnificè recens extructa die 26. Aprilis anno 1677. solemni pompâ repositum fuisset D. Philippi corpus, quamobrem Ecclesia ipsa S. Philippi potiùs nuncupata deinceps fuit, parvula solum Casa illa iniuriâ quoque temporum undequaque dehiscens æquanda solo videbatur, & ampliori formâ Cœnobium à fundamentis excitandum. Itaque P. Poggius Generalis sanctissimis animi sensibus inhærens, quos P. Arrighettus prædecessor jugiter coluerat, ac per octo annos, quibus universum Ordinem administraverat, opus hoc insigne eximiâ charitate promoverat, S. Patris nostri majori D gloriæ Religionis splendori, & opportunitatibus Tudertini Cœnobij, & ipse prospiciens, utpotè impiger, alacer, fervidus, & magnificentiæ studiosissimus, statim ac pecunias à se, suóque Prædecessore, pijs, atque spontaneis Fratrum Nostrorum oblationibus collectas, cæteráque omnia ad id necessaria Ordinis Nostri sumptibus jam adornata perspexit, maturóque consilio perpendit, Cœnobium à fundamentis iterum excitari mandavit. Callistus autem Morelli è Civitate Plebis S. Theologiæ Magister, & Ordinis nostri in Provinciâ Romanâ Prior Provincialis de Mandato ipsius Generalis, annuente Tudertino Antistite D. Josepho Pianetti Æ-

finate

finare hoc anno die 12. Augusti primum lapidem ritè initiatum pro erigendo Cœnobio solemni ritu posuit, in quo scripta fuerant sequentia verba, & ex unâ parte quidem

✠ *In honorem Dei unius, ac Trini, B. Mariæ Virginis, D. Philippi Benitij* ✠

Ex alterâ parte

✠ *Christus* ✠ *Nobiscum* ✠ *state. Conv. FF. Servorum Renov. A. 1692.*

Proximè verò D. Petro Celembrini nobili Tudertino Architecto peritissimo manum operi admovere magnâ animi alacritate Servitæ. Sacr. Rituum Congregatio hoc anno pariter die 20. Decembris annuente Summo Pontifice die ultimâ ejusdem Mensis literas concessit pro conficiendo processu super Sanctitate vitæ, virtutibus, & Miraculis B. Julianæ Falconeriæ, prout constat ex sequenti Decreto.

Decretū pro conficiendo Processu super sanctitate B. Julianæ.

Florentina Canonizationis B. Julianæ de Falconerijs Tertij Ordinis Servorum B. M. Virginis.

Signatâ sub die 4. Octobris 1667. Commissione introductionis causæ Beatificationis, & Canonizationis dictæ B. Julianæ de Falconerijs Beatæ nuncupatæ directâ Sacræ Rituum Congregationi, concessisque subinde ab eâ, ac relaxatis literis remissorialibus, & compulsorialibus ad probandum cultum ab immemorabili dictæ Beatæ præstitum, seu casum exceptum in Decretis in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis jussu fan. mem. Urbani VIII. super non cultu editis, & approbata per eamdem Sacr. Rituum Congregationem sub die 9. Julij 1678. sententia lata super dicto cultu immemorabili, seu casu excepto per Judicem ab ipsâ delegatum. Modò eadem Sacra Congregatio ad preces Postulatoris ejusdem causæ censuit posse concedi Literas remissoriales, & compulsoriales ad effectum conficiendi in Civitate, & Diœcesi Florentinâ processum super assertâ sanctitate vitæ, & virtutibus, & Miraculis aliis denunciandis in specie prædictæ Beatæ dirigendas Reverendissimo Archiepiscopo Florentino, & Episcopis Fesulano, & Pistoriensi, cum clausulâ tamen, quòd saltem duo ex ipsis conjunctim semper procedere debeant, cum omnibus, & singulis facultatibus desuper necessarijs, & opportunis ad sex Menses duraturis: Si Sanctissimo Domino nostro placuerit. Die 20. Decembris 169[illegible]*.*

Factâ igitur deinde Sanctissimo D.N. Relatione per Me Secretarium, Sanctitas Sua annuit die ultimâ ejusdem Mensis Decembris, & anni 1692.

B. Inghiramus Sac. Rit. Congr. Secr.

Interim recensere juvat prodigia quædam ejusdem Beatæ Intercessione ab Altissimo patrata. Primò quidem anno 1682. cum ex Oppido Quistello S. Felicis in Ditione Mantuanâ egrederetur D. Aurelia Pizzachera de S. Felice Oppido Ducatus Mutinensis curru vecta ab equis indomitis tracto, hi plus æquo feroces Aurigæ contemnentes imperium in præceps ruere cœperunt eò sanè impetu, ut cursu multipliciter disrupto Aurelia prædicta, geminæ ejus famulæ, & Auriga ipse mi ferè corruerint evidenti vitæ discrimine, verùm implorato B. Julianæ præsidio illæsi penitus, & incolumes omnes evasere Beatam Liberatricem prædicantes.

Mirāda B. Julianæ de Falconerijs Quistellis, & Romæ patrata.

2 Apud Oppidum prædictum Vir quidam acutâ febri adeò vehementer vexabatur ijsdem circiter diebus, ut conclamatum ipsi esset à Medicis, & suprema pietatis officia venerandi Sacerdotes præstarent, Ipsum autem monente Aureliâ prædictâ, quòd interposito voto B. Julianæ opem imploraret, vix id præstitit, cum illicò convaluit.

3 Annibal Orsi de Quistello gravi quodam morbo circa collum afficiebatur, non sine ingenti dolore, omni prorsus quiete destitutus, eodem collo contorto, quin ullatenus ei profuissent plurima hucusque adhibita remedia, unctus autem oleo lampadis B. Julianæ aliquando ad Vesperam, eique se maximè commendans, nocte illâ placidè obdormivit, & manè sequente æquè liber, ac sanus, ac si nihil unquam mali passus fuisset, evasit.

4 Pari lege propitiam aliâ vice sensit B. Julianam idem Annibal, cùm enim per duas horas continuas uberrimè sanguis è naribus ipsi fluxisset, incassum adhibitis variis quibusque remedijs, ejusdem lampadis oleo unctus, statim à fluxu sanguinis omninò liber nunquam ulteriùs id mali subiit.

5 Actum erat ex Medicorum sententiâ præ exanthematibus, & morbo quodam pestifero de Nepote quodam D. Victoriæ Mazzacheræ Uxoris D. Capitanei Bartholomæi Vice-Commissarij in Oppido Quistelli, proximè proinde morituro, vix autem hæc Missam celebrandam curavit ad honorem B. Julianæ, cum infirmus convalescere statim cœpit, & brevi incolumis omninò surrexit.

6 Soror quædam D. Isabellæ Malerba de Mantuâ duos annos continuos Phtisi affecta decubuerat, ideoque morti proxima proclamata; cùm autem Isabella prædict. B. Julianæ eam commendasset, octo diebus exactis incolumis omninò è lecto prosilivit.

7 Ipsa deinde Isabella de repente acutissimis viscerum doloribus correpta, vix oleo lampadis B. Julianæ uncta, eidemque se commendans libera statim evasit. Hæc sanè omnia apud Quistellum, ut diximus, circa annum 1682. contigére.

8 Quæ modò recensenda suscipimus Romæ contigére anno 1692. Joseph Francisci Fornici Filius 13. annorum die 6. Augusti præ vehementissimâ febri morti proximus habebatur, itaut Sacrosanctis Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis Sacramentis opportunè munitus, neque loqui, neque cognoscere posset, quin etiam amisso sensuum usu, deficiente pulsu, & calore destitutis extremis corporis par-

partibus præ motibus epilepticis, & convulsivis, aliisque hujusmodi passionibus penè mortuus videretur; consulentibus autem Servitis eidem assistentibus, Josephi Genitrix, aliique Domestici B. Julianæ implorare cæperunt præsidium; vix autem persolutis in ejus honorem nonnullis precibus, Josephus illicò oculos aperuit, adstantes suspexit, eaque facilitate loqui cæpit, ut ægrotasse nunquam videretur. Die verò 14. ejusdem Mensis iterum adeò ægrotavit, ut in extremo agone constitutus, nec alimento sumendo par esset quantumlibet minimo, & fluido, verùm iterum etiam B. Julianæ commendatus, ejusque sanctis Reliquiis eidem Infirmo adhibitis, iterum statim convaluit, æquè ac si nunquam ęgrotasset. Denique die 18. Mensis ejusdem adhuc tertiò ægrotans additis duabus parotidibus enormis magnitudinis juxta gulam, quarum vi fiebat, ut nec aeri respirando, nec alimento cujuslibet generis desumendo par esset, ac propterea conclamatum ipsi ab omnibus erat; sed adhuc tertiò B. Julianæ implorato præsidio convalescere statim cæpit, & suppuratis tumoribus omninò tandem incolumis evasit. Quod planè testatus juridicè fuit D. Angelus Modius Medicus Physicus in Urbe, qui prædictum infirmum curandum susceperat.

Mandantur exercitia spiritualia.

Hisce diebus Summo Pontifice Innocentio XII. mandante P. Generalis in pristinum redigendam per Literas encyclicas præcipit observantiam Decreti à Summo Pontifice Innoc. XI. edito, quoad Exercitia spiritualia per decem dies continuos ab omnibus Regularibus peragenda. Denique Annalibus inserendum omninò, utpotè perhonorificum hoc eodem anno occurrit Cœsareum Diploma plura continens privilegia ab Augustissimo Leopoldo I. Arcensi Monasterio Monialium Reformatarum Ordinis Nostri munificentissimè concessa.

Nos Leopoldus Divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatię, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, ac VVirtembergæ, Comes Anspurgi, Tyrolis, & Goritiæ, &c.

Cæsaris Indultũ pro Monialibus Arcensis Monasterii.

NOtum, ac manifestum facimus omnibus, & singulis has Nostras speciali Decreto Cæsareo munitas inspecturis, quòd cùm Nos consentiente S. Sede Apostolicâ ante paucos annos in Comitatu Nostro Tyroleos Diæcesis Tudertinæ prope Urbem Arcensem Novum Monasterium Monialium Ordinis Servarum secundę Reformationis PP. de Monte Senario ad majorem Dei gloriam, & Reipublicæ Christianæ incrementum erigere, illudque ad tantam jam perfectionem sumptibus Nostris, & quidem specialiter assignatis sexcentis annuis Florenis, dirigere fecerimus, ut plures nunc Moniales pertingentes pias devotiones dictum novum Conventum actualiter jam inhabitent, ac deinceps ibidem substentari possint, Nobisque ab eisdem pro clementissimâ manutentione, & concessione privilegiorum ejusmodi noviter erectis Monasteriis dari solitorum humillimè supplicatum fuerit; proindeque Monasterium hocce ad Omnipotentis Dei gloriam, Virginisque Matris Dolorosæ honorem à Nobis erectum non solùm in statu præsenti permaneat, sed et in posterum ad prædictam nostram piam intentionem conservetur, & futuris quoque temporibus singularem nostram Cæsaream benevolentiam experiatur, sequentia eidem privilegia, & prærogativas benignè pro Nobis, & Successoribus nostris Austriacæ Domûs concedere voluimus; ac primò quidem declaramus, & statuimus, ut Monasterium hocce pro Monasterio sub protectione Nostrâ, & Successorum nostrorum immediatè existente habeatur, omnibusque juribus, & indultis gaudeat, quibus similia Monasteria à Munificentiâ nostrâ, vel Antecessorum nostrorum erecta gaudere solent; prout servando Nobis, & Successoribus nostris ea jura omnia expressè reservamus, quæ Nobis in alia ejus Monasteria competunt. Sicut pro tertio clementissimè annuimus, ut Monasterium istud, tàm à Nobis, quàm à Successoribus nostris contra quemcunque, qui illud perturbare, impetere, vel quovis modo lacessere vellet, defendatur, & in his modò concessis, vel concedendis Privilegiis, & juribus minimè molestetur, aut labefactetur. Quare concedimus, ut sæpè dictum Monasterium semper aliquem ex Austriacis nostris Consiliariis, & Subditis pro Procuratore à Nobis, & Successoribus nostris specialiter petere, illique occurrentes necessitates detegere, iste verò pro rerum exigentiâ has Nobis humillimè exponere possit. Quartò volumus, & ordinamus insuper, ut Clausura de facto existens, vel in posterum amplianda sit libera ab omni tributo Nobis, & Successoribus nostris, ac alio onere Laicis præstando, necnon exempta à jurisdictione Seculari, illique ea exhibeatur reverentia, quæ talibus Locis competit. Si tamen Monasterio Bona stabilia quovis titulo successu temporis obvenirent, in his onera Realia, prius ibi existentia manebunt. Quintò concedimus, ut ad tenorem resolutionis nostræ sexta Julii Linzy anno 1684. emanata pro semper omnia materialia ad perfectionem, & conservationem dicti Monasterii, Templi, & quæ ad Clausuram spectant necessaria, absolutione Teloniorum in Territorio nostro Austriaco exempta sint, quod Privilegium exemptionis à solvendis vectigalibus, ad ampliandam particularem erga Monasterium istud conceptam Cæsaream gratiam, etiam ad res comestibiles in usum sæpe memorati Conventûs pertinentes, hisce clementissimè extendimus. Necnon sextò Nos, & Successores nostros obligamus, ut dicto Monasterio ultra sexcentos Florenos à Nobis, & Successoribus nostris pro annuâ fundatione Monasterio pro-

missos, & super Telonio nostra Saccensi hypothecatos etiam annuatim incipiendo ab anno 1690. à Salinis nostris Halensibus in Tyroli decem mensuræ salis gratis extrahantur, ita tamen, ut Monasterium istam salis quantitatem propriis sumptibus extrahat. Et quia septimò secundùm regulas Instituti hujus Ordinis electiones Confessariorum, Concionatorum, & Capellanorum à Conventu dependent, ideò volumus, ut et hocce Monasterium jure isto potiatur, salvis tantùm de cætero juribus Sanctæ Romanæ Sedi, & Ordinario de consuetudine in Terris Domini nostri Austriaci competentibus, quibus in nihilo derogare intendimus. Idcirco omnibus, & singulis Principibus Ecclesiasticis, & Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Gubernatoribus, Castellanis, Vexilliferis, Urbium, Oppidorumque, Communitatum, & quorumcumque Locorum Rectoribus, Burgi Magistris, Consulibus, Judicibus, necnon Portuum, Pontium, & passuum quorumvis Custodibus iter Gabellarum, & tributorum exactoribus, Telonariis, Portitoribus, ac omnibus nostris, & S. R. I.

ii.

E *subditis, ac Fidelibus Dilectis cujuscumque statûs, ordinis, conditionis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, gratiosè mandamus, eosque hortamur; unicuique autem moderno, & subsequenti Capitaneo Arcensi seriò præcipimus, ut supradictas Moniales universis hisce, & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus, exceptionibus, indultis, & juribus eo omninò, quo in superioribus habentur, modo, pacificè, quietè, & sine omni impedimento, vel molestiâ, plenè uti, frui, potiri, & gaudere sinant, easque ubique defendant, & manuteneant, qui et alios nequid in contrarium attentent, vel moliantur pro viribus impediant, ac prohibeant, secus gravissimam indignationem nostram se incursuros noverint. Harum testimonio literarum manu nostrâ subscriptarum, & sigillo nostro Cæsareo munitarum. Datum in Civitate nostrâ Viennæ primâ Novembris anno 1692. Regnorum nostrorum Romani trigesimo quinto, Hungarici trigesimo octavo, Bohemici verò trigesimo.*

Leopoldus.

Ad Mandatum S. C. M. proprium.

Adamus Remich.

F I N I S.



CEN.

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,

AUCTORE

F. ALOYSIO MARIA GARBIO FLORENTINO,

EJUSDEM INSTITUTI MAGISTRO THEOLOGO

Liber Sextus,

CONTINENS AB ANNO MDCXCIII. USQUE AD MDCCV.

Nova quædam Indulta S. R. C. Transfertur solemniter Tipherni B. Virginis Imago. Narnia, & Meliniani honoratur.
CAP. I.

Induſerat quidem Sũmus Pontifex Alexander VIII. anno 1690. prout ad eundem annum diximus, quòd Officium S. Philippi Benitii cum oratione, & lectionibus propriis in Ecclesiâ universali recitaretur sub ritu semiduplici dumtaxat ad libitum. Hoc autem anno Summus Pontifex Innocentius XII. Ordinis Nostri decori, ejusdemque Sanctorum gloriæ promovendæ jugiter addictus, idem prorsus Officium recitari indulsit in Ecclesiâ universali sub ritu semiduplici de præcepto; necnon officium B. Julianæ, & Missam sub ritu semiduplici de communi Virginum Ordini nostro, & Civitati Florentiæ celebrari concessit, prout constat ex sequentibus Decretis.

Urbis, & Orbis.

AD supplices preces R. P. Joannis Francisci Mariæ Poggi Generalis Ordinis Servorum B. M. Virginis, & P. Petri Antonii Rossi Procuratoris Generalis nomine totius suæ Religionis, ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardin. Ottbobono in Sacrâ Rituum Congregatione relatas: Eadem Sacra Congregatio concedendum esse censuit, ut Officium S. Philippi Benitii præfati Ordinis, aliàs pro Ecclesiâ universali sub ritu semiduplici ad libitum recitari concessum singulis annis die 23.
A *Augusti ejusdem Sancti Festo, imposterum ab omnibus tam Secularibus, quàm Regularibus utriusque sexûs, qui ad Horas Canonicas tenentur sub ritu semiduplici de præcepto recitetur, si Sanctissimo D. N. placuerit. Die 22. Augusti 1693.*

Decretū pro Officio Sancti Philippi sub ritu semiduplici de præcepto.

B *Factâ igitur deinde Sanctissimo D. N. per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua benignè annuit, & Decretum expediri mandavit. Die xxvi. ejusdem Mensis Augusti, & anni 1693.*
C *A. Card. Cybo.*
Loco ✠ *Sigilli.*

B. Ingbirami S. R. C. Secr.

D FLORENTINA
Canonizationis B. Julianæ de Falconeriis Tertii Ordinis Servorum B. M. V.

OBtentâ à Sanctissimo D. N. D. Innocentio Pp. XII. per Postulatores Causæ sub die 5. Decembris 1692. proximè præteriti novâ Audientiâ super instantiis ab eisdem aliàs Sa-

Decretũ pro Officio B. Julianæ de Falconeriis sub ritu semiduplici.

crorum Rituum Congregationi porrectis pro concessione Missæ, & Officii B. Julianæ de Falconeriis Ordinis Servorum B. M. Virginis. Iterumque propositis in Sacrâ Rituum Congregatione ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Card. Colloredo instanteis prædictis, eadem Sacra Congregatio audito tum in voce, quàm in scriptis D. Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, censuit standum esse in primo loco decisis sub die 5. Augusti 1690. nempe casum, de quo agitur, stantibus variis circumstantiis, quę concurrant, non comprehendi in Decreto generali anni 1628. ideoque concedi posse Officium, & Missam sub ritu semiduplici de Communi Virginum pro Religione Servorum B. M. V., & pro Urbe Florentinâ. Et insuper decrevit, inpostèrum servandum esse Decretum generale in formâ precisâ, itaut non suffragetur immemorabilis, nisi probata in eadem specie Officii. & Missę, si Sanctissimo D. N. placuerit. Die 10. Januarii 1693.

Et Sanctissimus D. N. ad pias, & humillimas preces Serenissimę Eleonora de Austriâ Poloniæ Reginę, ab Excellentissimo Principe de Lincbt (?) Cæsareo Oratore eidem Sanctitati Suę porrectas, prout in precibus prædictis ad Sacram Congregationem remissis ad formam prædictorum Decretorum perbenignè annuit die 17. Octobris ejusdem anni 1693.

A. Episc. Ostien. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami S. R. C. Secret.

Transfertur Typherni solemni pompa B. Virginis Imago.

Cùm Oratorium Typherni juxta nostram Ecclesiam ædificatum, de quo ad annum 1643., ejusdem Ecclesiæ muro proximè inniteretur, hoc anno murus iste dejectus fuit, ac propterea Oratorium ipsum in ejusdem Ecclesiæ ornamentum insigne cedere cæpit, tanquam elegantissimum Sacellum. Cùm autem murus iste actu dejiceretur, & lapides eruerentur, deprehensa fuere folia quædam papyracea, quorum novitate illecti omnes ibidem adstantes cum Illustrissimo D. Bonaventuri tunc temporis Urbis illius Gubernatore, longè diligentiùs indagare cæperunt, quæ ibidem laterent, quandam verò picturam adinvenere, & insuper Aram muro ipsi inclusam. Pictura ipsa B. Virginem in parte superiori exhibebat in Cœlos assumptam ab Æterno Patre, ejusque Filio coronatam, Spiritu Sancto desuper incumbente. Inferius autem eandem B. Virginem exhibebat emortuam cum undecim Apostolis. Confestim omnes ex iis foliis aliquod sibi vindicare certabant, pluresque lumina, vel ex oleo, vel è cerâ adhibere cæperunt, quamobrem ejus Cœnobii Patres, ut communi eorum devotioni satisfieret, secandam curarunt eam saltem picturæ partem, quæ Deiparæ transitum exhibebat, cum præfatis Apostolis, ex quo secari in totum non poterat præ insigni ejusdem Muri crassitie, & magnitu-

E dine, singulæ autem figuræ pluribus abinde seculis depictæ censebantur à Petitis, ineunte nimirùm seculo quartodecimo, sive paulopost, quam ædificata, & ampliata fuisset Ecclesia, elegantissimæ tamen, & adhuc vividis coloribus apparuere. Hæc subinde Pictura in Sacellum translata fuit B. Virgini de Partu dicatum, non sine magno impendio, & Artificum ingenio, & Muro ejusdem inclusa, absque ullâ, vel minimâ sui læsione. Postmodam sicuti peculiari studio novam hanc Deiparæ Imaginem ferè divinitùs repertam venerari omnes cæperunt plura illi offerentes donaria, ac tres lampades jugiter accensas servantes, ita eadem B. Virgo eo-
F rum votis non defuit, quod indicant Tabellæ votivæ ibidem appensæ, & charitativa subsidia quotidie oblata, quorum ope specialis quotidie planè adhibetur eidem Sacræ Imagini cultus, præsertim verò die 15. Augusti honorificentiùs celebrantur solemnia, & quartâ Dominicâ Januarii haud mediocri pompâ recolitur translationis memoria, quæ die 24 ejusdem mensis hoc anno habita fuit, necnon tribus diebus eamdem Dominicam proximè præcedentibus coram eadem Imagine Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum publicæ venerationi exponitur, & varia Religionis officia exhibentur, eâque ratione restitutus Imagini huic videtur cultus maximè solemnis superioribus seculis eidem
G exhibitus die præsertim festo Assumptionis Deiparæ, cui olim Fratres elegantiorem Aram, ac Tabulam idem mysterium exhibentem supponere satius duxere, an benè, viderint alii.

Decretũ S. R. C. in favorem Patrum Narniẽsium.

Invaluerat antiquitùs consuetudo, quòd primâ Rogationum die, venerabile Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Narniensis Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum extra muros prædictæ Civitatis positam processionaliter adiret. Cùm autem honorificum hoc jus Ecclesiæ prædictæ perturbare tentasset idem Capitulum, & coram Sacrâ Rituum Congregatione Causa hæc versata diu fuisset, ejusdem nostri Cœnobii Patribus ex adverso pro jure suo certantibus, hoc tandem
H anno die 18. Aprilis Sacra eadem Congregatio Decretum edidit, quo nihil innovandum esse definivit, & ita servari mandavit.

In Oppido Meliniani è regione Oratorii recens ædificati juxta nostram Ecclesiam in pariete cujusdam Domunculæ expressa coloribus antiquitùs erat, prout vulgò circumferebatur, B. V. Dolorosæ Imago, quæ pariete illo anno 1648. destructo, iterum studio P. Isidori Sesti anno 1651. in alio ejusdem Domunculæ loco delineata fuit. Hæc autem paulò post Miraculis clarescere cæpit, quibus abundè probatis publicæ venerationi exposita fuit, prout constat ex publico Instrumento habito die 22. Junii 1660. per Ser Carolum Antonium Tenca publicum Notarium. Hoc deinde anno 1693. die 10.

Maii

Mali circumducta processionaliter solemni pompâ per Oppidum fuit magno Populi concurso, & illius nostræ Provinciæ PP. Definitorum, qui tunc Dietam celebrabant, & in Oratorium prædictum translata, ubi nunc quoque summâ veneratione colitur, & miraculorum copiâ illustrior semper evadit.

ANNOTATIONES IN CAP. I.

EX *Reg. Gen., & ex Monum. illorum respectivè Conv.*

Pater Generalis Provinciam Germanicam visitat.

CAP. II.

PAter Generalis Poggi ab initio usque sui Regiminis Provinciam nostram Germanicam invisere decreverat, & quidem optimè consultus, si enim id præstitissent identidem Prædecessores, non aa offendisset incommoda, quæ ipsum offendisse videbimus, adeóque quâ prudentiâ præditus erat, solertiâ, ac rerum gerendarum peritiâ, Doctrinæque præstantiâ longè commodiorem Successoribus adytum stravit pro visitatione ejusdem Provinciæ complendâ. Itaque hoc anno 1693. rem ipsam aggressus unà cum P. Magistro Gherardo Capassi Secretario, P. Dionysio Bellieri Florentinis, ac duobus Laicis Fratre nimirùm Honorato, & Fratre Antonio die 14. mensis Maii ex Urbe recessit, deinde feliciter habitis in Civitate Plebis Provinciæ Romanæ Dietâ, Florentiæ quoque Provinciæ Etruriæ simili Conventu, apud S. Josephum extra Bononiam Comitiis Provincialibus Provinciæ Romandiolæ, & apud S. Georgium pariter de Bononiâ Provinciæ Mantuanæ, Dieta, ubique passim à Viris Primariis, atque Proceribus, tum Secularibus, tum Ecclesiasticis honorificè exceptus Veronam pervenit; die verò 6. Junii inde solvans ipsum comitante P. Magistro Jacobo Ceseri de Castro Franco Venetorum Provinciæ Marchiæ Tarvisanæ Præfecto Tridentum usque, Halam primùm, Pagum deinde Arcensem profectus fuit, ubi Soror Archangela Biondini Veneta, cujus intuitu Augustissimus Leopoldus Monasterium, & Ecclesiam pro Monialibus Ordinis nostri Reformati erexerat sub invocatione B. Virginis de Rhegio anno 1689. quæque eodem anno se contulerat ad instituendam ritè Monasticam disciplinam, uti diximus ad eundem annum, statim ac certior facta fuit de ejus adventu ipsum invisendum per duos Capellanos curavit, ac perhumaniter invitavit, ut unà cum sociis apud Monasterium diverteret, quò cum adiisset P. Generalis, Archangela primùm, aliæ deinde Moniales, sive Chorales, sive Conversæ numero 25. summâ animi, & corporis demissione obe-
A dientiam ei præstitere. Subinde de erectione illius Cœnobii, déque aliis ad vitæ profectum spectantibus, reciprocè habito colloquio pro brevem Concionem sanctitati morum promovendæ aptissimam ad ipsas habuit idem P. Generalis, qui varia singulis sacra contulit munuscula. Deinde earundem Monialium Hospitio receptus unà cum Sociis, & quidem percommodè, ubi quoque eum invisit Ecclesiæ *Matricis* Præpositus, insequente manè postquam in earum Ecclesiâ sacris honorificè operatus fuit Monasterii Clausuram subiit, ibíque seriò cum Archangelâ egit de novâ Loci, & vitæ illius institutione; post hæc cum reliquis Sororibus religiosè admodum, atque suaviter adinvicem
B collocutus, & juxta earum votum Benedictione ipsis collatâ Tridentum versus die 8. Junii iter suscepit, quò ipsâ die propè Solis occasum pervenit. Die verò 12. ejusdem mensis post varios itineris labores ad Oppidum Matrayense divertit, cui in occursum adierant procul inde per leucam P. Damascenus Daser socius, & P. Archangelus Ernenter Oenipontani Cœnobii Moderator, ibíque apud Hospitium valdè commodum Patrum VValdrastensium eximiâ animi sui voluptate exceptus fuit à Patribus Hermenegildo VValdrastensis Cœnobii Priore, Teophilo Ederi ibidem Lectore, & Fratre quodam Converso. Proximè sequenti die Divina primùm in ejusdem Hospitii Sacello pe-
C regit Mysteria, deinde iter suscipiens Oenipontem versus obvios habuit sejugo Pilento Reginæ Poloniæ Eleonoræ Austriacæ Leopoldi Cæsaris Sororis, & Ducis Lotharingiæ Caroli modo Conjugis vectos PP. Damianum Frendi Provincialem, & Ludovicum Monichor Definitorem, Oenipontem pervenit, & in limine Suburbii, quà Cœnobium nostrum aditur obvios iterum habuit omnes ejusdem Patres, qui sacro Labaro præcedente in duas alas hinc disposito Patrem Generalem è Pilento descendentem cum sociis, & integro talari habitu de more indutum ad Ecclesiam processionaliter deduxere magnâ Populi frequentiâ.

In limine Ecclesiæ è manibus P. Prioris
D Cottâ, & Stolâ induti accepto Aspersorio seipsum, ac Populum, utrimque aspersit ad Aram Principem perens, interim concinentibus cum tympanis hymnum *Te Deum* Musicis Cantoribus. Post hæc factâ oratione super genuflexorium honorificè ornatum P. Generali in cornu Evangelii Aræ ejusdem Principis, sed in plano pariter ornato sedenta P. Claudius Maria Chioel Ordinis nostri Concionator præ suggestu Concionem habuit latinam gratulatoriam de ejusdem Generalis adventu. Quâ completâ Patres omnes, & Fratres Conversi indiscriminatim per oscula Manûs, & Habitûs obedientiam eidem exhibuere; subinde factâ iterum ante Sanctissi-

mum

mum Euchatistiæ Sacramentum oratione eodem ordine procedentibus Patribus, & per Claustrum in duas alas utrimque dispositis, quod undequaque emblematibus, & variis elucubrationibus in ejus laudes exaratis ornatum elegantissimè erat, ædes sibi paratas adiit, ubi plures ex ejus Urbis Primariis, & Ordini nostro addictissimos ei gratulabundos opportuno tempore excepit: sequantibus verò diebus Regina Poloniæ Lotharingiæ Ducissa Eleonora Austriaca, quæ Patres illos nostros, ac Sorores singulari dilectione complectebatur, & Literas commendatitias pro Patre Generali à Serenissimis Magno Etruriæ Duce, & Cardinali Medices Ordinis nostri Protectore, necnon Literas Apostolicas Summi Pontificis acceperat, magnamque de ipso proinde opinionem formaverat, incredibili benignitate ipsum excipiens duas horas, & ultra gravissima secum, atque gratissima jugiter stans, habuit colloquia. Deinde à Reginâ dimissus Ecclesiam Sororum adiit idem P. Generalis Sororibus Claustralibus canentibus primò hymnum *Te Deum*, alia deinde carmina exquisito concentu. Post hæc Odeum periit Sororum Regularium, quę per osculum Habitûs obedientiam præstitere, necon plures Monasterii partes invisit, ædes verò speciatim, quas Venerabilis Anna Juliana coluerat, ejusque Sacellum pluribus, & insignibus Sanctorum Reliquiis instructum, quas Annæ Julianæ prædictæ Paulus Papa V. dono dederat, ubi quoque intra nuceam Arcam decenter ornatam reconditum Venerabilis ejusdem Sororis Corpus adhuc incorruptum invisit, quod tamen tumulandum juxta Sedis Apostolicæ Decreta curavit, ac deinceps adhibitis variis studiis tumulavit. Die 15. ejusdem mensis auspicata fuere Comitia illius Provinciæ, ac per octo consequentes dies convenientibus quotidie de more Definitoribus, quæ Provinciæ ejusdem Regimini expedire magis videbantur decreta unanimiter fuere juxta laudabilem ejusdem consuetudinem. Interim Regina ipsa die quadam P. Generalem, ejusque Socios numero octo intra Monasterium Claustralium amplissimum introduxit, ipsumque circumquaque cum ipsis lustravit, ac denique Odeum cum iisdem subeunte Sorores illæ artis Musicæ peritæ suavissimo concentu antiphonam *Salve Regina*, ac B. Virginis Litanias cecinere, & varias sacras Imagines elegantissimè elaboratas Patribus illis dono dedere, quibus Sororibus antea æquè ac Regularibus idem P. Generalis munuscula sacra quædam contulerat: succedente verò in Palatium suum Regina P. Generalis unà cum Sociis à Majestate suâ dimissus inde pariter recessit postquam Sorores illæ summâ pietate, ac simplicitate præditæ, ac Disciplinæ Regularis studiosissimæ ad ejus pedes provolutæ sacrum illius Habitum osculari certatim gestiebant benedictionem ab ipso enixè petentes singulari gaudio affectæ, quod E Generalem Ordinis aliquando ipsis videre contigisset, quem vel omnes, vel pleræque saltem minimè adhuc viderant. Absolutis Capitularibus actionibus exordium auspicatæ fuere Literariæ Concertationes, quarum primam ex universâ Theologiâ depromptam eidem P. Generali nuncupatam habuit P. Innocentius Peverada assistente P. Magistro Gerardo Capassi Secretario, ex quo Lectori pręinfirmitare hoc præstare non licuit. Secundam de Actibus Humanis F. Chrisostomus Maria Ticilius assistente P. Theophilo Ederl in VValdrastensi Cœnobio Lectore; Tertiam ex Philosophiâ habuit P. Honorius Maria Mayr, assistente P. Sigismundo Lever ibidem F Lectore, & quidem omnes egregiè sese gessere. Hic autem, obiter, non injucundum erit Lectorem de Ritibus edocere, quos per Germaniam adhibere communiter solent in hujusmodi Concertationibus. Aulâ decenter ornatâ, in quâ haberi debet Concertatio, Cathedræ superponunt Imaginem Deiparæ, Sedes autem Auditoribus non in orbem, sicut per Italiam adornant, sed per varias lineas rectas, & è regione Cathedræ ei sedem designant, cui nuncupata est Concertatio. Thesium Libros, aut Folia singulis in limine distribuunt. Lector assistens Cathedram altiorem ascendit, inferiorem verò illi subiectam Defendens. Nihil præfari solet Defendens, ei tamen, quæ nuncupata Generali erat non G in Cathedrâ, sed Aulæ plano præfatus quædam fuit. Lector è Cathedrâ Lectores exteros adhibito brevi laudum apparatu ad arguendum invitat, quibus laudibus Arguens ipse, antequam Disputationem instituat pari laudum genere vices rependere tenetur. Tum verò non autem prius disputanda Thesis ab Arguente eligitur, & quatuor ad arguendum accedunt, quorum quilibet quascumque libuerit Theses unam, vel alteram, vel plures impugnandas suscipere successivè potest, prętergredi tamen nemini licet in disputando horæ dimidium, neque ab eâ mensurâ deficere, quod Horologio arenario palam exposito metitur Assistens, itaut elapsum esse tempus definitum pronunciet, & à Dispu- H tatione ulterius protrahenda abstinere debeat Arguens, sive soluta sit proposita difficultas, sive insoluta. Ex his quatuor ad arguendum designatis primas obtinet vir ille, cui nuncupata est Disputatio, cujusmodi fuit, P. Generalis, qui planè de more egregiè disputavit.

Postmodum die 28. ejusdem mensis Junii, quæ fuit Dominica, scilicet in pervigilio Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli præsentibus M. S. universaque ejus Familia, necnon omnibus ejus Urbis Magnatibus, ac Regularibus Italicum idioma callentibus ab ipsâ Reginâ invitatis, quæ id summoperè optaverat, atque petierat in Ecclesiâ Sororum nostrarum circa 20. diei horam sacram Concio-

cionem habuit Italico idiomate P. Generalis super illius Festi Evangelium singulari omnium plausu, Reginæ verò præsertim exceptus, quippe qui nonnulla in exordio, appositè præfatus fuerat, quæ in laudem Augustissimæ Domûs, ac M. S. cedebant. Quâ absulurâ præsente, & assistente eadem Reginâ à Musicis Aulicis decantatæ fuerunt Vesperæ, Sacras functiones obeunte Prælato quodam usum Mythræ habente, quibus completis Regina P. Generali, quem ideo ad se advocandum curaverat, non mediocri laudum genere gratulata maximè fuit. Eadem Regina speciali benevolentiâ jugiter prosequens Generalem prædictum die quoque 19. ejusdem mensis, utpotè B. Julianæ Falconeriæ solemniis dicatâ pari animi sensu curaverat, quòd ipse in eadem Ecclesiâ Sororum Divinæ solemniter perageret Mysteria, quæ quidem exquisito concentu singulari magnificentiâ M. S. præsente, ac frequentissimo Populo peracta fuere; subinde verò Prandium opiparum, prout ejus postulabat conditio P. Generali, ejusque Fratribus eadem Regina adornaverat. Die 30. ejusdem mensis F. Antonius alter è Laicis, quos Româ secum adduxerat P. Generalis Oeniponte discessit in Italiam rediturus, quemadmodum in Italiâ remanserat P. Dionysius Bellieri, adeout cum ipso P. Generalis ex Italis nonnisi P. Secretarius Capassi, & F. Honoratus Laicus iter prosecuti per Germaniam fuerint, graviora enim erant incommoda, gravioresexpensæ, quàm ut iis subeundis par esse posset, addito præsertim altero è Germanis Patribus in sui societatem necessariò adsciscendo, tanquam interprete, & itineris Duce.

Oenipoute solvens die 2. Julii Viennam Austriæ profecturos à Serenissimo, & Reverendissimo Principe Archiepiscopo Salisburgensi tutius Germaniæ Primate in Palatio proprio unà cum sociis exceptus plurimis cumulatus fuit honoribus, non modò quandiù commoratus apud ipsum fuit, nempe per biduum, speciatim verò cùm publicè ipsum ad Mensam Regiâ magnificentiâ adornatam sibi proximum admiserit, verùm etiam quà adeundum P. Generali erat Viennam, quandoquidem navim amplissimam, unius diei opus, magnificè extruendam curavit, eo quidem ordine, ut sua cuique ædes Generali nempe, & Sociis aptissima suppeteret, Loca quoque suppeterent equis, & reliquis omnibus ad prosequendum iter necessariis accommodata, commeatu verè Regiâ munificentiâ instructo, Serenissimi ejusdem Principis desuper incumbente vexillo, cujus beneficio superare Danubium summo omniû obsequio eidem Generali fas esset. Quare planè honorificentiæ specimina Reginæ potissimùm Eleonoræ accepta referenda esse nemo diffiteri potest, non secus, ac quæ eidem exhibuit Augustissimus Leopoldus cum universâ ejus Familiâ, exhibuere omnes Aulæ Cæsareæ Magnates; ipsa enim pluribus Ge-
A neralem præfatum ornavit laudibus apud Cæsarem Fratrem, & Augustissimam ejus Familiam, apud Serenissimum prædictum Archiepiscopum, & apud alios, quem cæteroqui etiam atque etiam commendaverat, tum Cæsari, tum Augustissimæ ejus Conjugi Summus Pontifex, ac Serenissimus Magnus Etruriæ Dux, & Cardinalis Medices Protector. In primis enim vix Rosaugiense Cœnobium subierat P. Generalis die 10. Julii, qui die 7. ejusdem mensis è Saltzburgh per Danubium solverat honorificè à Patribus exceptus eò sanè ædium apparato, ut Generalis ipse moderandum præceperit, cùm certior de ejus adventu factus Leopoldus statim ipsum apud se excepisset, sed aliundè prohibitus, non-
B nisi die 12. ipsum excepit, & quidem incredibili comitate idiomate Italico adhibito, quo valdè Cæsar præstabat. Pari comitate ipsum excepit et Imperatrix eodem utens idiomate, quæ postquam collocuta diù cum ipso fuerat filios Archiducem Carolum ætatis annorum 14., & Archiducissas quinque scilicet Mariam Elisabeth annorum 12. Mariam Annam septem, Mariam Theresam sex, Mariam Josepham quinque, Mariam Magdalenam quatuor, eidem sistendos curavit, qui statim ad Generalis pedes provoluti Benedictionem enixè petiere, & sacrum Habitum osculari certantes, venerationem maximam, quâ ipsum prosequebantur præsetulere, quem omnes proinde ab Augustissimo
C Parente edocti non mediocri pietate gestare consueverant latino adhibito idiomate, quod pariter adhibuit natu major filius Josephus Romanorum Rex annorum 15., qui seorsim ab aliis perhumaniter ipsum Generalem excepit. Præterea pluribus cumulatum honoribus è sacro suggestu dicentem audire vehementer optaverat Leopoldus, diemque S. Apostolo Jacobo sacram post primas Vesperas sacræ Concioni designaverat, verùm prædictâ die aliunde impeditâ, ut iterum Cæsari obsequeretur Generalis, illam habuit primâ die Augusti post Vesperas de celeberrimâ Indulgentiâ Portiunculæ, singulari plausu ab ipso Cæsare, universâ ejus Familiâ, & omnibus Aulæ Cæsareæ Proceribus indiscri-
D minatim exceptus, qui proindè gratulabundi eum postea convenére, præ cæteris tamen Leopoldus eâ voluptate perfusus, ut ab ipso enixè petierit, quòd absoluto Ordinis Regimine Quadragesimales ibidem haberet Conciones. Insuper contendentibus Patribus Germanis, quòd P. Generalis visitationem illius Provinciæ instituere non posset, quatenus hoc, & in reparatione Ordinis per Germaniam lege sancitum fuisset, quòd nullus Superior extraneus id aggredi valeret, & ipsis suffragetur præscriptio, cùm ab anno 1636. hucusque per annos 57. nullus è nostris Generalibus Provinciam illam visitaverit, quibus adhærens primùm Leopoldus Diploma quod-

quoddam die 3. Augusti expediri mandaverat, quo Patri Generali visitationem hanc permittebat, sed ex speciali gratiâ, appositâ proindè clausulâ, quòd in exemplum non transiret, sed præcedentibus prohibitionibus inhærendum omninò foret, edoctus tamen subinde Religiosissimus Imperator à P. Generali, de quo tum quoad integritatem morum, tum quoad Literarum præstantiam magnam opinionem conceperat inania prorsus esse, quæ adversus visitationis instituenda consilium opponebant Germani, & insitum auctoritati Generalis esse cujuscumque Provinciæ Cœnobia visitare, æquè ac indicere Comitia, iisdem præsidere, aliáque hujusmodi jurisdictionis argumenta præstare, juxta Ordinis nostri Statuta, quæque Germani ipsi quamlibentissimè exequebantur, Generali eidem cæteroqui adamussim obtemperantes, adeoque lege caveri non potuisse in Ordinis reparatione per Germaniam visitationum Generalium exclusionem: tunc Leopoldus rei veritate inspectâ, gravissima esse advertens rationum monumenta à P. Generali proposita, aliud Diploma iterum expediri mandavit, quo sine clausulis restringentibus, & auctoritati Generalis adversantibus liberum ipsi esse declarat, & integrum Provinciam illam juxta Ordinis leges visitare, quod sanè Diploma ipsâ die quantocius ad ipsum Generalem transmittendum curavit sequentis tenoris.

Sacra Cæsareæ, necnon Hungariæ, Bohemiæque Regiæ Majestatis, Archiducis Austriæ, Domini nostri Clementissimi nomine, Honorabili, Religioso, & Devoto Patri Joanni Francisco Mariæ Poggi, Ordinis Servorum B. M. V. Priori Generali ad humillimam ejus instantiam, pro licentiâ Conventus, & Monasteria Ordinis sui in Ditionibus Austriacis sita visitandi, factam, hisce benignè intimandum, consensisse quidem sacram suam Cæsaream Majestatem vigore Decreti Ordinis sui per Germaniam Patri Provinciali nuper vigesimo octavo Martii anni currentis exhibiti, quatenus Paternitas sua, tanquam modernus Generalis Capitulo Oenipontis celebrato pro Antecessorum suorum more interesse, & præesse, eáque omnia, quæ ad bonam sacri Ordinis Disciplinam spectant, statuere potuisset. De reliquo autem prioribus suis Decretis, & inhibitionibus inhærendo, seriò mandasse, atque non minus dicto Patri Provinciali, quàm omnibus, ad quos futuris etiam temporibus pertinebit, clementissimè insinuari fecisse, ne vel modernum, vel alium subsecuturum exterum Generalem, Præpositum, Visitatorem, Provincialem, aut alios quocumque munere claros hic ad tempus commorari, aut visitare volentes ad Provinciam hanc Germanicam sine prævia benignissimo Cæsareo has ad partes veniendi consensu, & facultate recipiant, & admittant.

Cùm itaque de facto non aliter constet E *quàm sacri hujus Ordinis Religiosos in Germaniâ sub exemplari semper vitæ, morumque Disciplinâ Monasticâ vivere, & Secularibus inter cæteros eximio pietatis, & virtutum exemplo prælucere, ideóque pro nunc etiam necessaria visitationis exteræ hactenus insolitæ causa non appareat. Hinc altissimè dicta sua Cæsarea Majestas eidem Patri Generali hoc præsenti Decreto ex speciali gratiâ, de futuro tamen sine ullâ consequentiâ, benignè concessit, & indulget, quòd memoratis sacri Ordinis sui Conventus, & Monasteria in Hæreditariis Ditionibus Austriacis hinc inde transeundo pro libito suo invisere, atque in iisdem pro commoditate itineris sui divertere, necnon per aliquot dies commorari, & si opus, ritè visitare possit, ac valeat, qui pro prudentiâ suâ tamen* F *circa pristinam Religionis in his partibus Observantiam, & Disciplinam Monasticam, vel Officiorum collationem, aut dispositionem quantominus immutare, vel innovare, aut etiam Conventûs sumptibus aggravare volet. De quo sacra sua Cæsarea, Regiáque Majestas eidem constare, simulque gratiæ suæ Cæsareæ propensionem hisce benignè deferre voluit. Signatum Viennæ Austriæ sub appenso ejusdem Sacræ Majestatis Sac. sigillo Cæsareo. Die 3. Augusti anno 1693.*

Loci ✠ Sigilli.

Quo habito P. Generalis Viennense Cœnobium primùm, alia deinde illius Provinciæ Cœnobia visitavit, scilicet B. Virginis G Lauretanæ de Jeromariz in Moraviâ, ubi quoque inter Missarum solemnia die festo S. Philippi septem Novitios ad Professionem admisit, quam planè eâ modestiâ, ac Religione emisere, ut Adstantes omnes lachrymis obortis haud mediocriter commoverentur. Cœnobium siquidem illud pro Novitiatu designatum erat, ideóque piissimus Imperator Leopoldus decem mille florenos eleemosynæ titulo eidem quotannis erogandos mandavit. Prætereà duo Pragensia, nimirum S. Michaelis, ac D. Annunciatæ, è quibus hoc olim ab Hæreticis Hussitis, prout alibi dictum est, in cineres redactum, cujusmodi viderat anno 1636. Generalis Bussottus, ideoque à Patribus S. Michaelis, tanquam Gran- H cia diu adhibitum, excitandum iterum suscepere totius Provinciæ Patres, & pro Novitiatu designarunt, utpote à Popularibus tumultibus secretum in extremâ novæ Civitatis parte positum, quo tamen, diebus præsertim festis ad Divina Officia plures conveniunt. Oenipontanum quoque, Halense, VValdrastense, quemadmodum antequam visitationem institueret Cœnobia adierat, Scõpiegi ad ripam Danubii Viennam versus, & Langeggense haud procul à prædicto positum, & B. Virginis Lauretanæ in Hungariâ, quò cùm pervenisset Principem Palatinum, & Proregem Hungariæ Desterassi insignem Ordinis nostri Benefactorem, eique addictis-

simum

fimom ftatim convenit io Civitate Eyfenftat, à quo perhumaniter exceptus plura fecum exhibuit benevolentiæ, & munificentiæ fpecimina, opiparum enim in primis prandiom P. Generali paravit, cui fecundum ad Menfam duos etiam è Filiis fuis admiffis, quatuor adhuc Hungariæ Proceres, & Generalis ipfius Socios, eidemque Generali Opera quædam ab ipfo Principe in lucem edita, & alia plura donaria infigni liberalitate contulit, infuper pollicitus, quòd Ordini Noftro alterum è Filiis hujufmodi confilium foventem confecraffet, ac deinde feipfum ftatim ac fui juris fuiffet. Antequam Viennâ difcederet idem Generalis cum Cæfare beneficentiam fuam exhibenre pluribus egit, ut apud Regem Catholicum Ordini Noftro in Regiâ Matriti Urbe defignandom Cœnobium cuB raffet, quod pianè Religiofiffimus Leopoldus præftitit quamlibentiffimè Literis graviffimis ad Regem, ejufque Coniugem datis, neenon Legatos Cæfareum, & Hifpanicum adhibendo, ut eorum operâ Majeftati Regis Catholici longè meliùs innotefceret præcipuom in hac re Majeftatis Suæ ftudium. Denique Oenipontem è Civitate Pragenfi (ubi non vulgaribus cumulatus fuit honoribus, tum à Patribus Noftris, tum à pluribus Ordiois Noftri Benefactoribus, tum à Patribus Societatis Jefu, qui plurimùm noftris fe debete fatentes Generali Poggio haud fecus, ac Generali Buffottu varia Urbanitatis, ac ieverentiæ officia præftitere) per Bavariam decem dierum itinere haud mediocriter difficili reverfus die 16. Septembris cum Sororibus Regolaribus ferió agens id tandem affecutus fuit, ut Venerabilis Annæ Julianæ Fundatricis Corpus, ut diximus, terræ mandarent, & expenfas fe facere pollicerentur pro conftruendis procefsibus ejufdem Beatificationis, & Canonizationis neceffariò faciendas. Deinde Reginam id fummopere cupientem iterum adijt, quæ unà cum quatuor Filiis fuis Leopoldo, Carolo, Jofepho, & Francifco adhuc adolefcentulis fingulari comitate ipfum excepit, & plura cum ipfo ad Ordinis noftri incrementum peragenda propofuit, à q[illegible] demum plurimis, & quidem eximiis benevolentiæ, & munificentiæ fignificationibus dimiffus, fed & Ordinem fuum M. S. quammaximè debere teftatus, ad propria rediit. Denique die 20. ejufdem Menfis, quæ Dominica Tertia erat B. Virginis Dolorofæ Fefto confecrata Divina folemniter peregit Myfteria, & io Proceffione, quæ magnâ celebritate de more per Urbem habita fuit, five machinas fpeciofiffimas, five tubas, ac tympana, five Muficos concentûs, five cereorum copiam, five alia hujusmodi fpectemus elegantiffimè myfteriom exprimentia, facras Functiooes idem Generalis exercuit, quas Prælatus aliquis exercere femper confuevit ingenti Populi multitudine infequente, quæ ei finitimis quoque locis eo ftudio illuc de more confluxerat;

proximè verò fequente die Italiam verfus iter A fufcipiens Sereniffimos primùm Etruriæ Principes, Summum deinde Pontificem adiit, quibus exactè fignificavit, quæcumque in Vifitatiooe Germaniæ ad Ordinis noftri amplitudinem peracta fuerant, quæque in pofterum pro ejufdem Provinciæ augmento peragenda forent, propofuit.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

EX *Reg. Gen.*, & *ex Monum. Convent. Florentiæ.*

Officium S. Philippi fub ritu Duplici de præcepto. Eligitur in Protectorem Typherni. Ibidem erigitur Altare B. Peregrino Laziofi, & plures enumerantur ejus gratiæ, necnon B. Julianæ. Item S. Mariæ Paradifi de Sieti.
B
CAP. III.

PLurimum quidem ftuduere apud fanctam Sedem Apoftolicam Prior Generalis, ac Procurator Generalis, ut Officium S. Philippi Benitij recitaretur in Ecclefiâ univerfali fub ritu Duplici de præcepto, qui plurimum pariter fuperioribus annis ftuduerant, ut faltem fub titu femiduplici id affequerentur, quemadmodum alibi diximus; tandem aliquando validiffimo Patrocinio Eminentiffimi, & Reverendiffimi D. Petri Cardinalis Otthoboni Alexandri C VIII. Nepotis de Ordioe noftro optimè meriti, inftante potiffimùm P. Procuratore Generali, qui eidem D. Cardinali acceptiffimus erat, S.R.C. Officium prædictum fub ritu Duplici de præcepto ab Ecclefiâ Univerfali recitari decrevit die 2. Octobris hoc anno, eique clementiffimè annuit Sanctitas Sua. Quod fanè inter beneficia præclariora recenfendum videtur, fi confilium fpectemus Dominorum Cardinalium, qui Rirum hujufmodi duplicem de præcepto nonnifi Fundatoribus Sacrorum Ordinum indulgendum effe decreverant, ne Officium Dominicæ adeò frequenter vacaret, quamobrem varijs adhibitis fcripturis opus omninò fuit apud Sacram Congregationem oftendere, quod D. Philip- D pus noo modò de Ordioe noftro benemeritos adeo erat, ut alter ejufdem penè Fundator exiftimari valeat, verùm etiam de univerfâ Ecclefiâ, tum quia Legatis Apoftolicis traditus fuit à Summis Pontificibus, veluti Arbiter confiliorum, tum quia graviffimas diffenfiooes compefcuit, ac plures Urbes in concordiam redegit, & ad obedientiâ Summo Pontifici præftandam, tum denique, quia, vel per fe, vel per alios Ordinis fui Fratres Evangelium Chrifti plurimis Orbis terræ partibus promulgavit. Decretum autem eft fequentis tenoris.

Urbis,

Urbis, & Orbis.

AD perquam humillimas R.P. Joannis Francisci Mariæ Poggi Generalis, & P. Petri Antonii de Rubeis Procuratoris Generalis Ordinis Servorum B. M. Virginis supplicationes, totius eorum Religionis nomine Sanctissimo Domino nostro porrectas, sacræque Rituum Congregationi remissas, & ab Eminentissimo & Reverendissimo Domino Card. Ottbobono relatas, benignè sacra eadem Congregatio inclinata posse concedi censuit, ut Officium S. Philippi Benitii professoris, seu potiùs dicti Ordinis propagatoris hactenus die XXIII. Augusti sub ritu semiduplici ad libitum, & deinde de præcepto in Ecclesiâ Universali recitatum, in posterum singulis annis ab omnibus tam secularibus, quàm Regularibus utriusque sexûs, qui ad horas Canonicas tenentur sub ritu Duplici Minori de præcepto recitetur, si Sanctissimo Domino Nostro videbitur, Die 2. Octobris 1694.

Factâ igitur deinde Sanctissimo Domino Nostro de prædictis per me Secretarium relatione, Sanctitas Sua benignè annuit die 9. ejusdem Mensis, & anni 1694.

A. Card. Cybo

Loco ✠ Sigilli

B. Inghirami S.R.C. Secr.

Hoc pariter anno die 22. Septembris unanimi consensu Illustrissimæ Communitatis Typherni per secreta suffragia omnia penitùs favorabilia Sanctus idem Pater electus fuit in Protectorem ejusdem Civitatis, ac propterea die 26. ejusdem Mensis in Ecclesiâ nostrâ celebrata fuere ejusdem Sancti solemnia honorificentissimè, suavissimo nimirùm Musicorum concentu ad ejusdem Sancti Altare Divina solemniter peracta fuere Mysteria, præsentibus Illustrissimis DD. Gubernatore Urbis, Vexillifero, Magistratu, Dominis Quadraginta, aliisque Viris nobilibus, quin etiam universâ Civitate, postmodum Gratiæ Deo relatæ fuere, hymno *Te Deum laudamus*, quē pari concentu cecinere, additis festivis ignibus, tubarum, ac tympanorum clangore, & aliis hujusmodi lætitiæ significationibus. Opus hoc adeò honorificum D. Philippo, & Ordini nostro valdè acceptum referendum est Domino Joseph Albizzini tunc temporis Vexillifero, ejusque Sorori Germanæ, scilicet Sorori Gertrudæ in eâ Civitate Moniali Capuccinæ, quæ utpotè D. Philippo addictissima Fratrem ad hoc vehementer excitavit, illudque simul assecuta fuit, ut D. Philippi Imago collocata publicè foret in Palatio Communitatis unà cum Imaginibus aliorum Sanctorum Tutelarium ejusdem Civitatis, quæ quidem constant ex Annalibus prædictæ Civitatis, ubi hæc leguntur, nimirùm pag. 34. *Sanctus Philippus, &c.*, & pag. 37. *Gratiarum actio, &c.* quorum transumpta authentica in Archivio Nostro D. Annunciatæ de Florentiâ asservantur. Divo quoque Peregrino Foroliviensi erectum hoc anno fuit in eadem Ecclesiâ Altare, appositâ ejusdem Imagine magno in pretio à Pictoribus habitâ, quippequæ præ cæteris omnibus operibus præstet, quæ fecerit Joannes Ventura Borghesi de Typherno non ignobilis Pictor, & Petri de Cortonâ Alumnus. Exinde factum est, ut Typhernates singulari paulatim veneratione B. Peregrinum prosequi cœperint, ipsisque proinde beneficia non pauca idem Beatus contulerit, è quibus nonnulla hìc juvat attexere. Procedente verò tempore ipsum speciali cultu prosequi cœperunt, non modò die ejusdem Festo, sed & novem proximè illum præcedentibus, quibus ad Vesperam Venerabili Eucharistiæ Sacramento ad ejus Aram exposito publicæ quædam preces fiunt, & summâ frequentissimi Populi voluptate B. Peregrini virtutes prædicantur.

Soror Ancilla Maria Victoria Fares Monialis in Monasterio S. Cæciliæ in Paradiso Civitatis ejusdem Typherni quinque plagis in utroque crure adeò affecta diù fuerat, ut vehementer affligeretur, & adstantibus horrorem incuteret, ac nauseam; altæ videlicet haud mediocriter erant, & graveolentes, eoque angustiæ redacta, ut incassum adhibitis omnibus artis Chirurgicæ remediis perpetuò decumbere coacta foret. Soror Clementia Angelica ibi pariter Monialis ejus Germana, cui tandem dixerat Chirurgus, Ancillam sanari naturaliter non posse, tum maximè commota B. Peregrini opem implorare cœpit, hisce circiter diebus, interposito voto, quòd si convaluisset Soror, sacrum ejus Sacellum visitandum à consanguineis suis curasset, ibique Missam celebrandam, ac votum aliquod appendendum. Vix autem emisso voto nocte Assumptionis B. Virginis Festum præcedente, ipso die valdè diluculò Sororem antea, ut diximus, decumbentem incolumem omninò deprehendit, non sine ingenti Monialium omnium stupore, neque deinceps morbum hujusmodi subiit.

2 Eadem Soror Ancilla Victoria iterum B. Peregrini opem experta fuit, cùm enim molestissimis febribus divexaretur, ab eadem Sorore Clementiâ Angelicâ B. Peregrino commendata, quæ proinde Missam ad ejus Altare celebrandam mandaverat, dum hæc celebraretur, Ancilla statim omninò convaluit.

3 Hoc pariter anno, Mense Septembri eadem Soror Ancilla Maria Victoria Doloribus colicis 13. continuos dies adeò affecta fuerat, ut ex Medicorum sententiâ actum de ipsâ foret, vix autem B. Peregrini sacris Reliquiis ipsi adhibitis, ejusque implorato præsidio, eodem prorsus momento incolumis omninò evasit, ideoque ad ejusdem Beati Altare Votum argenteum appendendum curavit.

4 Eodem anno Soror Clementia Angelica Fares Ancillæ memoratæ Germana corruens alterâ è tibiis malè affecta fuit luxato sini-

stri

ſtri pedis oſſe, verùm bombacio quodam, cui involutæ fuerant B. Peregrini Reliquiæ, ſingulari fiduciâ partem læſam tangens, ceſſante prorinus dolore, qui planè moleſtiſſimus erat, convaleſcere ſtatim cæpit, ac tribus diebus exactis omninò ſana remanſit, argenteum proinde Votum eidem Beato offerens pro gratiarum actione.

5 Soror Gertrudis Vicaria in Monaſterio Monialium Capuccinarum ejuſdem Civitatis celeberrimn ſuperiùs memoratâ graviter decumbens eodem anno ad B. Peregrinum confugiens, nonniſi Divinitùs ſtatim convaluit, ac proptereà ad ejuſdem Altare argenteo Voto appenſo Miſſam celebrandam curavit.

6 Maria Angela Bongi de Aretio Uxor Angeli Guiducci Domicilium habens Typherni, oculorum vitio per octo menſes hoc anno adeò laboraverat, ut facultate videndi penè deſtituenda videretur; humi verò provoluta ante B. Peregrini Altare ipſum invocare vix cæpit, cùm liberâ prorſus evaſit, quin unquam deinceps hoc vitio laboraverit.

7 Joannes Baptiſta Tiberti in Eccleſiâ S. Luciæ Parochus, Typherni pariter hoc anno eâ erat infirmitate genuum, ut neque gradus Altaris aſcendere poſſet ſacria operaturus, roboratum autem ſe perſenſit, cùm ad Altare B. Peregrini accenſo Cereo opem ipſius imploravit, ubi deinde vices referre cupiens Miſſam celebravit.

8 Cum ex Equo deorſum rueret eodem anno Franciſcus Taſſi de Aretio, degens verò Typherni, loco ei motus fuit deaterè pedibus, non ſine oſſis fracturâ, verùm B. Peregrino Voto ſe obſtringens, brevi priſtinam recepit ſanitatem, appenſis proindè ad ejus Altare in accepti Beneficij teſtimonium ligneis fulcris, quibus innixus incedebat.

9 Eodem anno Margarita Joannis Franciſci Sarmenti Filia de Typherno, cùm per unius anni ſpatium gravi infirmitate detentâ ſanguinem quoque evomendo decubuiſſet, B. Peregrino ſeſe commendans, ex quo inania experta fuerat Medica quæcumque remedia, incolumis omninò evaſit.

10 Gentilis Franciſci Tambi Filias Urbinas Typherni degens in latere ſiniſtro concepto interiori tumore per duos menſes continuos eodem anno, non ſine gravi moleſtiâ laboraverat, incaſſum adbibitis quibuſcumque remedijs, vix autem B. Peregrini Implorato præſidio convaluit.

11 Silviam Bonaventuræ Canapini Conjugem Typhernatem hoc eodem anno Cephalgiam adeò laborantem, ut ſui compos quandoqoe non eſſet, Domeſtici ejus B. Peregrino commendarunt, interpoſito Voto munus aliquod argenteum ad ejus Altare ſiſtendi, ſubinde verò Silvia convaleſcere cæpit, ac brevi libera penitus evaſit, & unâ cùm ceteris Domeſticis Eccleſiam noſtram adiens apud Altare ejuſdem Beato Voto ſe ſolvit.

12 D. Comitiſſa Catharina Maſerti Gabrieli de Miranduliâ Uxor D. N. N. Roſſelli hoc anno teſtatur per Literas daras ad Filium Scipionem, quod enormi quodam tumore altero è genibus adeò affecta olim fuerat, ut reſcindendum eſſe Medici ſimul, & Chirurgi per varias conſultationes unanimi conſenſu decreviſſent. Monente autem Servita quodam ejus Confeſſario B. Peregrinum invocare cæperat, ideóque Imaginem ejuſdem papyraceam ab ipſo Confeſſario delatam læſæ parti ad Veſperam ſuperpoſuerat. In manè Chirurgus, nomine Joſeph Domum Comitiſſæ profectus, unâ cùm Medico Vuolpi, tumorem omninò evanuiſſe deprehenderat, ac ſubinde, quin ullâ fieret reſciſſio, ipſâ die è lecto proſiliens incedere cæperat. Quamobrem nudis pedibus Eccleſiam noſtram petiit, ibíque ad Altare ejuſdem Beati plurimas referens gratias, & Miſſæ interfuit, & Sacramentis Eccleſiæ refectâ quædam obtulit donaria. Idipſum pariter præter ejus Domeſticos Chirurgus ipſe teſtabatur.

Poſtquam in pluribus Oppidis per Diæceſim Civitatis Plebis, ſcilicet Panicale, Monteleone, Pacciano, Piegano, & aliis hujuſmodi erectâ Superioribus annis fuerat Societas 7. Dolorum B. Virginis hoc anno in loco quodam, qui dicitur Pozzolo Diæceſis ejuſdem, inſtituta eâdem Societate erectum ibidem Altare de novo fuit B. Virgini Doloroſæ nuncupatum, quod P. M. Calliſtus Morelli Servita magnæ æxiſtimationis Vir, in eâ præſertim Diæceſi, facultate ſibi tributâ à D. Carolo Muti de Urbe Epiſcopo Civitatis Plebis, ſolemni ritû initiavit, lapidem ab Epiſcopo prædicto conſecratum eidem impoſuit die 28. Martii hujus anni, quæ fuit Dominica in Paſſione, ibíque ſtatim Miſſam celebravit ingenti Populorum concurſû, qui eximiâ pietate erga Deiparæ Dolores, ejuſque ſacrum Habitum commoti è finitimis Locis eò convenerant. Interim Florentiæ Sereniſſima Violantes Beatrix è Ducibus Bavariæ Magna Princeps Etruriæ non mediocri Religione erga Deiparam, ejuſque Dolores ductâ ſacrum ejuſdem Habitum è manibus P. Prioris illius noſtri Cœnobii Divæ Annunciatæ hoc anno devotiſſimè ſumpſit, quam frequentiſſimè verò deinceps celeberrimam D. Annunciatæ Imaginem venerata, ad Altare quoque ſe ſiſtere conſuevit, ubi colitur ejuſdem Virginis Doloroſæ Imago, cui etiam Donaria obtulit proprijs manibus fabrefacta.

Inſtituitur ſolẽni Ritu Societas 7. Dol. apud Pozzolum Diœceſis Civitatis Plebis.

Sereniſſima Magna Princeps Etruriæ ſumit Habitũ 7. Dolorum B. M. V.

Non importunum erit hucuſque recenſitis, & aliud adiicere beneficium in Oppido Saxoli Mutinenſis Ditionis B. Peregrini meritis triboendum. Lucretia quondam Jacobi de Morealis Uxor Lazari de Planitiis coram Notario publico Joanne quodam D. Geminiani Meloti de dicto loco, ſuper his rogato teſtibus Joanne Baroncino quondam Joannis Baptiſtæ de Saxolo, & Franciſco quondam Andreæ de Boruiis Medioianenſi hoc

anno die 23. mensis Januarij juridice testatur, quod in scriptis redactum fuit, & in Archivo nostro D. Annunciatæ de Florentiâ cum cæteris documentis quoad præsentem historiam asservatur, se mense Novembri labente anni proximè superioris 1693. adeò vehementer in tibes, & genubus laborasse doloribus, ut lecto decumbere coactâ, neque per ipsum nullatenus movere se posset, quin ullum unquam experiretur levamen, die proindè, noctuque ingemiscens. Cum verò, Jacobo è Filiis suis altero monente, B. Peregrini opem implorare cæpisset, & Sacram ejus Reliquiam in Ecclesiâ nostrâ illius Oppidi existentem sibi apponendam curasset, illicò se plurimum convalescere sensit, quamobrem ante Solis occasum è lecto evasit, morem autem aliis gerens nonnulla adhibuit Artis Medicæ opera ad integram sanitatem recuperandam, malo tamen omne, longè enim deteriùs habere se cæpit, quocirca remediis illis omninò sepositis, solique B. Peregrino innixâ liberè passim incedere, doloribus nullatenùs laborare cæpit, & omninò brevi convaluit, factam proindè imaginem B. Peregrini in Ecclesiâ nostrâ positam veneratura, eique plurimas gratias acturâ eò quamcitissimè contendit.

Virginis Dolorosæ insigne beneficium.

Opportunum autem hìc videtur insigne beneficium recolere, quod sub ejusdem Virginis Dolorosæ invocatione sese hoc anno accepisse testantur Reverendus Sacerdos Sebastianus de Gregorjis Genuensis, & Antonius Pecora Panormitanus, cujus narrationem Panormi typis impressam in lucem edendam curarunt. Die 17. mensis Februarii hoc anno sereno Cœlo, secundis ventis, Mari tranquillo solverant ex Insulâ Liparitanâ Panormum adituri super Navim, nuncupatam Sancti Antonij de Paduâ Genuensem, ac die 19. ejusdem mensis locum quemdam feliciter appulerant dictum *Capo Zaffarano* haud procul à prædictâ Urbe, cum gravi de repente subortâ procellâ Portum appellere Nautæ non poterant, quantumlibet pro virili conniterentur, ipsique procellæ resistendo pares amplius non erant; verùm Sebastianus præfatus satis abundè sibi conscius beneficiorum, quæ B. Virginis Dolorosæ intercessione pluries acceperat, cui proindè addictus, parvum ejus Habitum jampridem susceperat, Societati ejusdem Virginis apud Camulium institutæ adscriptus, magnâ spe erectus in Deum, ac Deiparam, Habitum ipsum, quem collo pendulum semper gerebat, extra Navim exposuit, & unà cum præfato Antonio, ac reliquis ipsius præsidium implorare non desistebat; quo factum est, ut ventus contrarius tandiù præter naturæ leges cessaverit, quandiu terribilem evadentes omnes procellam, Portum ipsum feliciter appulerint, qui proindè plurimas Deo, ac Deiparæ agentes gratias, varias eleemosynas pro animabus in Purgatorio detentis erogarunt.

Hoc eodem anno Venerandum B. Julianæ [E] Falconeriæ corpus, quod anno 1676., prout ad eumdem diximus, iterum singulis ejus partibus adinvicem ritè aptatis conjunctum, sub Altare Conceptioni Immaculatæ B. Virginis sacro Capellæ Gentilitiæ de Falconeriis in Ecclesiâ nostrâ D. Annunciatæ de Florentiâ intra ligneam Arcam decenter ornatam reconditum collectum fuerat, quemadmodum superioribus seculis ibidem semper constiterat, re melius consultâ P. Poggio Generale præcipiente, super ipsum Altare intra eamdem Arcam repositum honorificenriùs translatum hoc anno fuit, sicuti honorificentiùs ejusdem Beatæ solemnia hoc anno in eâdem Ecclesiâ celebrari cæpere; quo proindè Serenissimi Principes omnes, Archie- [F] piscopus, alijque ejusdem Urbis viri Primarij, & universus ferè Populus venerabundi convenere, præ quibus recensenda videtur Soror Joanna Pocciani Florentina Tertii Ordinis nostri Monialis B. Julianæ, illique nostræ Ecclesiæ addictissima, hæc enim tanto dolore indesinenter affecta sex menses continuos fuerat auricula, brachio, & manu ad lævam, ut partibus illis ad opus quodcumque adhibendis impar, neque huc, vel illuc versare, neque iisdem juniti ullatenus posset, apoplexiæ morbo se corripiendam verita, incassum experta singula artis medicæ remedia; die verò 27. mensis Junii, quâ hoc anno B. Julianæ corpus publicæ venerationi, ut mox dicebam, expositum erat, ejus [G] opem implorans humillimè ibidem provoluta se prorsus incolumem, ac liberam illicò sensit, brachium statim versatile operi admovere absque ullo, vel minimo doloris sensu cæpit, quod nonnisi Divinitùs fieri potuisse testantur Artis Medicæ, & Chirurgicæ peritissimi D. Michael Martelluccius, ac D. Joseph Venzi Florentini, sex autem circiter diebus indè exactis caput Urnæ admovens, ubi reconditum jacebat venerandum idem Corpus, Soror eadem Joanna gravissimo dolore soluta penitus fuit, quo plurimum temporis vehementer laboraverat.

Corpus B. Julianæ super Altare collocatur, ejusque intercessione Gratiæ obtinentur.

Prætereà eodem anno 1694. mense Augusto Joannes Baptista Alberghetti Presbyter Florentinus pariter B Julianæ intercessione, [H] cui se plurimùm commendaverat venenum sibi à malevolis propinatum felicitèr evomuit, & incolumis prorsus evasit. Mense autem Februarii ejusdem anni ab uberrimo sanguinis è naribus, & ore profluvio, pro quo conclamatum illi fuerat à Medicis, ejusdem B. Julianæ præsidio vindicatus fuit Mariottus Mannucci Florentinus. Anno quoque 1673. die 13. Januarij Maria Magdalena Dominici Tartini Filia propè Ecclesiam D. Annunciatæ de Florentiâ degens à Naphtâ quadam enormiter magnâ alteri ex oculis adhærente libera in instanti evaserat. Anno demum 1679. Catharina Uxor Aurigæ D. Laurentii Strozza die 3. Novembris hausto

vino

vino cum aliquot rosarum foliis, quæ Corpus B. Julianæ contigerant, ejusdemque implorato præsidio Masculum illicò feliciter enititur, quæ biduum integrum graviſsimos passa fuerat Puerperij dolores in extremo vitæ discrimine constituta.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

EX *Reg. Gen., & ex Monum. eorundem respectivè Conv.*

Coronatur solemniter Imago B. Virginis apud S. Marcellum de Urbe. Archiepiscopus Ragusinus Lucchesini Episcopatum adit Assisiensem. Indicuntur Comitia Generalia. Decreta Reformationis pro Regularium Ordinibus. In Ecclesiâ D. Annunciatæ de Florentiâ magnificentissimum erigitur Sacellum D. Josepho. Apud Massam Carrariæ fundatio novi Conventûs.

C A P. IV.

QUoniam plures B. Virginis Imagines, tum in Urbe, tum per alias Italiæ Civitates juxtà Legatum D. Comitis Alexandri Sfortiæ Reverendissimum Vaticanæ Basilicæ Capitulum aureâ Coronâ hactenus insigniverat, præcipuo studio P.M. Caroli Orsini apud S. Marcellum de Urbe degentis id honoris contulit hoc anno Sacræ Imagini B. Virginis Dolorosæ, quæ in eâdem Ecclesiâ S. Marcelli eximiâ veneratione colitur, institutâ quoque ibidem antiquitus Societate B. Virginis ejusdem. Solemnis autem hæc cœremonia habita fuit hoc anno tertiâ Dominicâ mensis Aprilis, quæ fuit 17. ejusdem mensis dies non sine magnâ celebritate; Ecclesia siquidem pretiosâ supellectili undequaque instructâ, Sacello præsertim B. Virgini Dolorosæ proximè coronandæ nuncupato, exquisito Musicorum concentu ad Vesperas celebrata fuere Divina Officia, quibus absolutis Ordinis nostri Fratres ex utroque nostro Cœnobio coeuntes Processionem de more in ejusdem Virginis cultum ampliori tamen ambitu habuere, quâ completâ Sacerdos solemniter Indutus Sacræ Virginis Statuæ Ministerio ad Aram Principam, Populo benedixit, qui frequentissimus eò convenerat, ut eidem capiendo par minimè fuerit Ecclesia. Posthæc P. Magister Joannes Baptista Chiappi Venetus Orationem maximè appositam habuit, non sine ingenti plausu exceptam, quâ demonstrandum assumpsit, & singulari eloquentiâ demonstravit B. Virginis Dolorosæ Imaginem præ cæteris ejusdem imaginibus potiori jure coronandam, cui interfuere, sicut et reliquæ solemnitati prædictæ Basilicæ Capituli nomine DD. Canonici Patriarca Mattei, Abbas Mugiasca, Abbas Gozadini, & Abbas Fabretti.

Imponitur solemni pompâ aurea Corona Imagini B. Virginis apud S. Marcellum de Urbe.

A Absolutâ Oratione Sacerdos cum Ministris solemniter, ut diximus, indutus ad Virginis Sacellum se contulit inter Musicorum plausus, Coronam auream deferens super argenteam pateram honorificè positam, quam in Processione præfatâ ex Accolythis alter detulerat. Mox super Aram ascendens idem Sacerdos B. Virginis capiti Coronam auream imposuit, iterum verò descendens hymnum *Te Deum laudamus* præcinuit, quem musici Cantores prosecuti fuere; interim S. Imagini, & Aræ Thus adolevit, hymnoque absoluto preces, & Orationes nonnullas ad rem appositas dixit, Clero, & Populo singulari pietate respondente, quibus habitis completa fuit solemnis hæc cæremonia, distributâ circumquaque B. Virginis Imagine diademate coronatâ, cujus jam plurima ære incisa B adornaverat exemplaria.

Hoc eodem anno Episcopatum Assisiensem adiit Joannes Vincentius Lucchesini, qui anno 1690. Archiepiscopatum adierat Ragusinum, plurima enim in Ecclesiâ illâ Ragusinâ perpetius incommoda, optimè consultum putavit ab eâdem recedere, ac propterea Summus Pontifex Ecclesiæ Assisiensi ipsum præfecit. Indicuntur hoc anno Comitia Generalia anno proximè sequenti 1696. apud S. Marcellum de Urbe in pervigilio Pentecostes habenda, quæ tamen habita minimè fuêre, prout ex iis constabit, quæ ad eundem annum dicenda nobis erunt. Hisce quoque temporibus Summus Pontifex Innoc. XII. Congre- C gationem quandam DD. Cardinalium super Disciplinâ Regulari specialiter deputavit, quæ plura Decreta edidit, ut ab omnibus Regularibus exactè servarentur, quæ pro regulari vitâ rectè instituendâ, tum à Sacrosanctâ Tridentinâ Synodo, tum à Summis Pontificibus fel. rec. Clementis VIII. in Decretis generalibus pro Regularium Reformatione, Innoc. X., & Alex. VII., pro Novitiorum receptione, & Professorum educatione constitutæ salubriter fuerant, quæ planè Sacræ Congregationis prædictæ Decreta, specialiter verò quoad exactam vitam communem observandam, Romæ in lucem edita fuere die 18. Julii hujus anni, & publicata de more die 24. ejusdem. Interim P. Generali Sum- D mus idem Pontifex ex sententiâ ejusdem Congregationis speciali Decreti vigore eodem anno commisit, quòd in Conventibus potissimùm D. Annunciatæ de Florentiâ, & S. Mariæ de Rhegio statueret omnimodam observantiam Regulæ, Constitutionum Ordinis, & Decretorum Apostolicorum, præsertim verò exactæ vitæ communis, prout constat ex sequentibus Decretis.

Illustriss. Lucchesinius Archiepiscopalem Sedē Ragusinam cum Assisiensi commutat.

S*Anctissimus in Christo Pater, & D.N.D. Innocentius Divinâ Providentiâ Papa XII. ex sententiâ Congregationis à Sanctitate Suâ super Disciplinâ Regulari specialiter deputata, præsentis Decreti vigore committit, &*

in

in virtute sanctę obedientię, necnon sub pœnis per Decreta generalia san. mem. Clem. VIII. pro Regularium Reformatione statutis, districtè mandat, & pręcipit Priori Generali Ordinis Servorum B. M. V., ut in Conventu Sanctissimę Annunciatę Florentię, ubi prima tam Sancti Ordinis initia floruerunt, ex quo proptereà in cęteros omnes Conventus bonorum operum exempla diffundi maximè decet; Authoritate Apostolicâ infra terminum trium mensium proximorum statuat omnimodam observantiam Regulę, Constitutionum Ordinis, & Decretorum Apostolicorum, pręcipuè verò exactę vitę communis ad formam Decreti Congregationis super statu Regularium sub die 11. Maii 1655. editi ab omnibus Religiosis, qui in eodem Coventu manebunt, omninò suscipiendę, ut cùm prefatam observantiam plenè, & cum effectu stabilitam esse constiterit, possit Sanctitas Sua licentiam, quam hactenùs distulit, recipiendi Novitios in prefato Conventu concedere, ibiq́ue locum ad Professos pietate, & Literis instituendos juxtà Constitutiones, & laudabiles consuetudines Ordinis destinare. Tribuens propterea eidem Priori Generali plenam facultatem advocandi ad prędictum Conventum, & in eo collocandi ex eâdem, vel, si opus fuerit, etiam ex aliis Provinciis quoscunque Religiosos, quos Regularis observantię, ac puritatis Regulę studiosos repererit, quiq́ue consentiant exactè servare vitam communem, indeq́ue amovendi, atque etiam exfiliandi, quantumvis eorum Filiatio authoritate Apostolicâ niteretur, eos omnes, qui tam sanctę ordinationi contradicere, aut verbis, seù factis quoquomodo se opponere audeant: Item eâdem authoritate instituendi, confirmandi, & destituendi Priorem, Magistrum Novitiorum, aliosq́ue Officiales ejusdem Conventûs, necnon cętera omnia, & singula statuendi super prę missis, quę pro suo arbitrio, & conscientiâ necessaria, & opportuna fore in Domino judicaverit. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictis Ordinis Statutis, Consuetudinibus, & Privilegiis, cęterisq́ue contrariis quibuscunq́ue. Datum Romę die 12. Maii 1695.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ sigilli.

Carolus Augustinus Fabronus S. Cong. Secr.

S*Anctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Innocentius Divinâ providentiâ Papa XII. ex sententiâ Congregationis à Sanctitate suâ super Disciplinâ Regulari specialiter deputatę, pręsentis Decreti vigore committit, & in virtute sanctę obedientię, necnon sub pœnis per Decreta generalia san. mem. Clem. VIII. pro Regularium Reformatione statutis districtè mandat, & pręcipit Priori Generali Ordinis Servorum B. M. V., ut in Conventu S. Marię Rhegiensis Provincię Lombardię authoritate Apostolicâ, infra terminum trium mensium proximorum statuat omnimodam observantiam Regulę, Constitutionum Ordinis, & Decretorum* E *Apostolicorum, pręcipuè verò exactę vitę communis, ad formam Decreti S. Congregationis super statu Regularium sub die 11. Maii 1655. edito, ab omnibus Religiosis, qui in eodem Conventû manebunt omninò suscipiendę, ut cum prefatam observantiam plenè, & cum effectu stabilitam esse constiterit, possit Sanctitas sua, licentiam, quam hactenus distulit, recipiendi Novitios in præfato Conventu concedere, & locum ad Professos pietate, & Literis instituendos juxtà Constitutiones, & laudabiles consuetudines Ordinis destinare. Tribuens propterea eidem Priori Generali plenam facultatem advocandi ad prędictum Conventum, & in eo collocandi ex eâdem, vel si opus fuerit etiam ex aliis Provinciis quoscunque Religiosos, quos* F *Regularis observantię, ac puritatis Regulę studiosos repererit, quiq́ue consentiant exactè servare vitam communem, indeq́ue amovendi, atque etiam exfiliandi, quantumvis eorum filiatio authoritate Apostolicâ niteretur, eos omnes qui tam sanctę Ordinationi contradicere, aut verbis, seù factis quoquomodo se opponere audeant. Item eâdem authoritàte instituendi, confirmandi, & destituendi Priorem, Magistrum Novitiorum, aliosq́ue Officiales ejusdem Conventus, necnon cętera omnia, & singula statuendi super pręmissis, quę pro suo arbitrio, & conscientiâ, necessaria, & opportuna fore in Domino judicaverit. Nòn obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictis Ordinis Statutis, Consuetudinibus, &* G *Privilegiis, cęterisq́ue contrariis quibuscunque. Datum Romę die 21. Decembris 1695.*

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ sigilli.

C. A. Fabronus S. Congreg. Secretarius.

His habitis P. Generalis noster nullâ Interpositâ morâ obtemperare studens in Conventu primùm D. Annunciatæ de Florentiâ observantiam prędictam inducere pro virili contendit. In aliis deinceps, præsertim Insignioribus aliarum quoque Provinciarum Conventibus, idq́ue nonnisi præcipuo studio, prout rei magnitudo postulabat. Hoc eodem anno Magnus Etruriæ Dux Cosmus III., cum Principe Joanne Gastonio Filio Sacram Domum H Lauretanam petens exceptus honorificè fuit in Conventu nostro S. Jacobi de Fulgineo singulari ejusdem P. Generalis operâ, qui ex industriâ Româ eò celerrimè profectus, omnia prorsus eo ordine, elegantiâ, & affluentiâ composuit, ut Serenissimi illi Principes, & eorum Amici non mediocri laudum genere Ipsum ornaverint. Quemadmodum Florentiam rediens, postquam eximiæ pietati suæ in sacrâ Æde Lauretanâ satis, superq́ue fecerat in Conventu pariter nostro apud Passinianum, sed operâ P. Procuratoris Generalis, qui pariter ad hoc ex Urbe eò devenerat, decentissimè ornato exceptus pari elegantiâ in meridie fuit, ubi ad Mensam adhibuit

Cosmus III. Magn. Dux Etrurię honorificè excipitur in Conventibus nostris Fulginei, & Passinianis.

hibuit Episcopum Assisiensem Lucchesinium, qoi pari studio Serenissimos iilos Principes A colendi eò venerat, necnon prædictum P.Procuratorem Generalem, sicuti Fulginei ad mensam adhibucrat P. Generalem, ubi noctem integram, & insequentem diem fere totam transegerat. Denique Florentiæ in Ecclesiâ nostrâ D. Annunciatæ, quam Urbem ingressus statim invisit, singulari plausu ab omnibus Civibus, præserrim verò à nostris Frattibus exceptus fuit, qui proinde Ecclesiam ipsam undequaque ornaveraot, tom speciaii apparatu, tum piurimis cereis circum ipsam ardentibus, dum interim pro gratiarum actione hymnus *Te Deum laudamus* exquisito Musicorum concentu caneretur. In memoratis Conventibus præ gaudio quidem eahiiiebant Patres, qui se tantis honoribus cumulatos esse B videbant; Alexandriæ verò in Provinciâ nostrâ Genuensi, non mediocris mœstitiæ causa iilis Patribus accidit, quæque commonis omnibus fuit, qui P. M. Augustini Alevazzoli eximias dotes noverant, mihi verò potissimùm, qui vel à teneris unguiculis familiariter secum agens oon mediocri ipsum dilectione complectebar. Hoc enim anno die 5. Octobris Alexandriæ obiit, cui subinde, & Patres, & Cives omnes non sine lacbrymis parentarunt, quem de se quisque optimè meritum venerabantur ob sacras Conciones, quas frequenter ad Populum habebat, & ob varia ad pietatem incitamenta, quæ tum verbo, tum scripto passim adbibuerat; quandoquidem Divinâ charitate persusus temperare sibi C oon potuit, quin ipsam in reliquos effunderet, hinc B. Virginis Dolores eximiâ devotione prosecutus, prout Instituti nostri exigit ratio, Opera sequentia in lucem edidit italico idiomate, scilicet: *Modo di compatire Maria Vergine addolorata: Breve narrativa dell'Origine, Indulgenze della Compagnia dell' Abito de' Sette Dolori di M.V., e suoi Miracoli: La Reina de' Martiri compatita ne' suoi Dolori: Servitù pietosa verso Maria Vergine Addolorata: Vita del B. Gio: Angelo* Porro. Quibus operibus accessisset Historia B. Peregrini de Forolivio, quam scribendam susceperat, sed minimè perfecerat; accessissent et alia ingenii sui, veræque pietatis monumenta, nisi mors, dixerim invidia, ipsum nobis subdu- D xisset, cùm vix quadragesimum ageret ætatis annum, nobis proinde mioimè prætereundus, sed laodibus ornandus, cui semper io deiicijs Dei fuerant laudes.

Eodem anno eidem Eccl. accessit Florentiæ, & aliud omoioò memorandū Sacellum, videlicet, quòd D. Josepbo sacrum Franciscus Marchio de Feronibus insigni Marmorum varietate, consimilibus statuis, testudine ex opere plastico, & auro ornatâ, Imaginibus æneis, pictâque Tabulâ ejusdem Sancti obitum mirabiliter exprimente Caroli Lotti Veneti Pictoris notissimi operâ magoificeotissimè decem & octo tantummodo mensium spatio, piurium milliom aureorum impendio cooftrucndom curavit, quodque Summus Pōtifex Innoc. XII. singuiari ejusdem Marchionis studio Altari Privilegiato decoravit, rarâ sanè munificentiâ, cùm in eâdem Ecclesiâ alind adhuc Altare sit consimili Privilegio à Gregorio XIII. perpetuò illustratum. Hîc autem noo abs re factum existimo alia quædam recensere hujus Ecclesiæ ornamenta jampridem adiecta, qoæ io his Annalibus recensita nondum fuere; Sacellum nimirùm D. Luciæ sacrum, quod Fabritius Marchio Coloredo eximiâ liberalitate excitaverat. Prætereà Oratorium adnexum à Clarissimâ Familiâ de Puccijs rarâ magnificentiâ extructum, & D. Sebastiano Martyri dicatum, cujus Festum insigni pompâ celebratur ab hojus Cœnobij Patribus, circumductâ quoque per Urbem processionaliter, collatâ benedictione præ foribus Domorum, quas eadem Familia colit, venerandâ S. Martyris Reliquiâ, altero nimirùm è Brachiis, quod è Custodiâ cupri deaurati eductum, in quo plures annos reconditum fuerat Alexander Martius Medices Archiepiscopus Florentinus die 21. Novembr. 1608. in Thecam argenteam, quam D. Robertus de Puccijs formaodam curaverat, propriis manibus transtulit, & unà cum aliorum Sanctorum Reliquijs intra hujus Oratorij Altare collocavit, postquam ipsâ die Oratorium solemni ritu consecraverat.

Hoc denique anno Florentiæ construi cæpere Processus Sacr. Rituum Congregationis auctoritate pro ejusdem B. Julianæ Canonizatione.

Construitur primi Processus pro Canonizatione B. Julianæ.

Novum eodem anno 1695., & in eâdem Provinciâ Genuensi Conventum incolere cæperuot Ordinis oostri Pattes apud Massam Carrariæ, cujus originem altiùs repetere juvat. Ex quo P. M. Ioannes Petrus Bertazzoli Ordinem nostrum ingressus fuit anno 1663. nomine Conventûs S. Joseph de Massâ prædictâ, unde suam duxit originem, de quâ ad annum 1619., & 1634. l. I. c. iv. scripsimus expeodere sedulò cæpit, quantumlibet adolescens, quòd Ordinis nostri Pàtres in Conventu præfato apud oram maritimam vix aliquid emolumenti conferre poterant Christifidelibus apud Massam Carrariæ degentibus propter nimiam distantiam, & minus felicem aeris temperiem; accedebat & præsens occasio consuetudinem, ac familiaritatem habendi cum Nautis, & alijs quibusque rei maritimæ addictis, qoæ non mediocri scandalo esse solet pusillis. Quamobtem animo secum identidem reputabat, quanam ratione sedem statuere Ordini nostro posset Civitati propinquiorem, & sæpe sæpiùs de boc differebat, quòd vebementi desiderio familiare esse nemo noo novit. Verùm à Domesticis hæc risu excipiebantur, tanquam adolesceotium deliramenta, quaptopter non ampiios cum illis animi sui sensus conferebat, sed cum viris Principibus potiùs, prout ratio

Origo Conventûs Massæ Carrariæ. Joa. Petrus Bertazzoli cogitat de novo Conventu cōstituendo.

tio prudentiæ postulabat. Intereà situm amplificare meditabatur circa prædictum S. Josephi Conventum, quod procedente tempore complevit. Principis Caroli deinde Alberici Ducis Massæ Filii, quem sibi benevolum adhuc juvenis experiebatur, opem implorabat, ut Ecclesiam assequeretur, quæ nuncupatur B. Virginis de Misericordiâ, quod planè pluries præstitit consequentibus annis, cùm in Conventu nostro D. Annunciatæ de Florentiâ Regentis studiorum munus honorificè obiret, insuper curam adhibens, ut Cõventus ille S. Joseph à Provinciâ Genuensi, ad quam spectabat, segregaretur, & Provinciæ Etruriæ aggregaretur.

Animadvertens autem inane esse studium quodcumque pro Ecclesiâ præfatâ assequendâ, propterea quòd ejusdem Presbyteri eam in Collegiatam erigere contendebant, consilium inierat statuendi sedem in loco quodam, qui dicitur *Volpigliano*, ubi anno 1687. Imago quædam Deiparæ in pariete antiquæ cujusdam Domûs depicta miraculis clarescere cæpit, reque ipsâ anno 1689. consultationes adhibuit cum Episcopo Sarzanensi D. Joanne Baptistâ Spinulâ, Principe Carolo prædicto, & Aulæ Ministris. Verùm re infectâ ob Alberici Ducis gravem ætatem, & in decernendo perplexitatem aliò sese convertit.

Imago B. Virginis de Volpigliano miraculis celebris.

Primùm ab Episcopo præfato, quem Romæ in Conventu S. Marcelli perhumaniter exceptum, cùm ejusdem Regimini præesset, & quatuordecim menses diversatum sibi benevolum fecerat, quippe anno 1689. Conventum præfatum S. Joseph adiens, aeris ibidem, & aliorum circumjacentium corporum graveolentiam, & indè sui capitis incommoda sensit, facultatem obtinuit Hospitium erigendi, sive intra, sive extra, & propè Civitatis mœnia, ut aditum ita sibi pararet ad memoratum Locum de *Volpigliano*, quo pariter propendebat Episcopus; quamobrem Domum sibi locandam curabat Hospitalis intra Massam veterem apud Ecclesiam S. Jacobi, sed frustra ob varias, atque gravissimas inde subortas difficultates, quas pariter offendit in vico Pontis, ubi deinde hoc idem assequi contendebat, quamvis Domum quandam pretio per sex menses conduxisset, quam cæteroqui inhabitare nemo nostrum potuit, hinc aliam haud valdè dissitam conducere per annum oportuit, interim animo dejectis Patribus, ob hujusmodi difficultates, & indesinentes Populi obtrectationes, è quibus potiùs sibi, & Ordini prospera augurabatur meliori lumine ductus P.M. Bertazzoli præfatus, quippe qui noverat Dæmonis artem Opus hoc Deo, ejusque Sanctissimæ Genitricis gloriosum impedire nervis omnibus contendentis.

Hospitium apud Massam veterẽ.

Cùm verò in prædictâ Domo commoraretur P. Joseph Maria Aiola Conventûs S. Joseph Alumnus, Populo Pontis acceptus, & ex eodem Populus commodum experiretur pro administratione Sacramentorum, omnis quassatio cessavit, facta est tranquillitas magna;

P. Joseph Maria Aiola Populo acceptus maximè juvat.

E quâ de re Patres opus iterum aggredi alacriores cæperunt. Modò proinde huc, modò illuc adire meditabantur, semper autem in transversum acti, modò his, modò illis adversantibus. Intereà post varias consultationes oblatione posthabitâ cujusdam Ecclesiæ, valde quidem acceptæ, sed ob conditiones quasdam plures æquo graves intolerabilis, situm quendam pretio compararunt Patres, ubi modò excitatum recens cernimus Conventum plurimum sanè opportunum, quod experientia hisce temporibus potissimum ostendit, Civitati proximum, cuique obvium, ab omnium servitute exemptum, salubrioris aeris beneficio amabilem. Postmodum alia accessere Divinæ Providentiæ argumenta,

Variæ Locorum oblationes posthabitæ

F variæ nempe donationes à pijs quibusdam Christifidelibus huic Operi promovendo addictis exhibitæ, præter quosdam proventûs nonnullis ejusdem Conventûs Patribus proprios, ex quo factum est, ut anno 1690. Carolo I. Alberici vitâ functi filio Duce annuente, & operam suam magnificè adhibente, Episcopo Sarzanensi Spinulâ præfato approbante, posthabito quoque propter graviora rationum momenta Loco superiùs memorato de *Volpigliano*, quem cæteroqui nonnulli nobis proponere minimè cessabant, unanimi Patrum, & omnium quorumlibet consensu decretum fuit Sedem nostram statuere in situ Campi Rinaldi, quem superiùs dicebam pretio à nobis comparatum.

Situs eligitur in Campo Rinaldo.

G His omnibus incredibili Patrum constantiâ tot inter adversa decretis in eâ omnes erant sententiâ, quòd Patribus insignis suppeteret pecuniæ vis ad Opus hujusmodi verè arduum promovendum, prosequendum, perficiendum opportuna. Hinc risu communiter excipiebatur, quòd præfatus P. Magister Bertazzoli dictitare solebat, vel tanquam ironicè pronunciatum habebatur, nil aliud videlicet ipsis suppetere, quàm eximiam in Deum, ejusque Sanctissimam Genitricem fiduciam, quam sanè fraudatam minimè fuisse experientia statim ostendere cæpit, & deinceps ostendit. Eodem enim anno 1690. mense Septembri pius quidam vir eidem P. Magistro dono dedit non modicam auri copiam,

Oblationes pro novi Cõventûs fabricâ.

H quâ adornari cæpere quæcumque ad primum lapidem ponendum necessaria videbantur, qui sanè positus fuit anno proximè sequente 1691. in pervigilio Ascensionis Dominicæ; successivè autem accedentibus aliis non vulgaribus subsidijs eò usque progressa fuit Conventûs hujus fabrica, ut hoc anno 1695. inhabitari cæperit à Patribus, facultate, tum ab Episcopo præfato Spinulâ, tum ab Apostolicâ Sede concessâ transmigrandi à veteri Conventu S. Joseph, qui proindè immunitate ulterius non gauderet, ad novum hunc S. Mariæ Dolorosæ consecrandum, cujus ille fieret membrum.

Positus primus lapis.

Etsi verò adeò prosperè cederent modo uni-

nbiversa, aliqnid tamen adversi præter opinionem omnium eacogitavit, & in medium A produait D. Abbas Michael Maggesi Parochus, qui lapidem omnem clanculum movit, ut Oratorium, & Ecclesiam aperire Nobis minimè licerer, ibíque palam celebrare Missas, Divina Officia persolvere, Sacramenta administrare, sepelite mortuos, aliáque hujusmodi Ecclesijs nostris propria præstare. Quod cùm accepisset Carolus Dua, ægerrimè tulit, séque minus reverenter acceptum existimans, qui operam suam, ut diximus, pro hac re tanti momenti complendâ adhibuerat, consilium suum in eo esse constanter aperuit, ut Opus hoc nullatenus moram pateretur, adeoque Patres pro opportuoitate rei, & Principis dignitare consulerent; quod B sanè factum antea erat, quippequi oppositionem hanc Parochi prævidentes, facultatem prædictam ab Apostolicâ Sede obrinuerant à veteri Conventu ad novum hunc transmigrandi; quâ instructus P.M. Leonatdus Voltaglia de Corvariâ, sicur & Literis commendatitiis, ijsque gravissimis Serenissimi Cardinalis Medices Ordinis nostri Protectoris amantissimi exhibendis, si opus fuisset D. Hieronymo Naselli Episcopo Sarzaoensi nuper electo, ab eodem petijr, nr Nobis per ipsum liceter Ecclesiam aperire, aliáque modò dicta præstare, cui sanè petitioni certiot de re propositâ à quodam Nobis benevolo factus, assensum statim præbuit, quin Literas prædictas commendatitias exbibere opus fuisset.

C Quapropter P.M. præfatus Massam illicò repetens eodem anno 1695. D. Abbati supradicto notificandam ad Vesperam juridicè curavit Sedis Apostolicæ facultatem memoratam, ac totam noctem proaimè sequentem parata omnia ita fuere, ut illucescente die, quæ erat Dominica III. Septembris, solemnitati septem Dolorum Deiparæ consecrata, reserata fuerit Ecclesia, ritéque benedicta, & eidem Deiparæ Dolorosæ nnncnpata; pulsatæ fuerint Campanæ, Sacra peracta mysteria, Divina celebrata Officia, Sacramenra publicè administrata, plaudentibus omnibus, maximè verò Carolo Nave, de quibns omnibus publicnm habitum fuit instrnmentum. Tunc D verò bnc accedentes Patres à Conventu S. Joseph recessere, quem proinde præter Ecclesiam publicè declaratunt immunitate non amplius gaudere. Procedente autem tempore prosecusi opus fuere eò sanè studio, P.M. Bertazzoli potissimùm, qui Procnrator Generalis Ordinis in Romanâ Curiâ primùm, Priot deindè Generalis singnlari, quâ præditus erat, solertiâ mirum in modum hoc Opus promovit, dicendus proindè meritò Conditot, ut eò perducta fuerit fabrica, brevi annorum serie, quo eam hisce temporibus videmus, quibus hæc scriblmns, anno videlicet 1721. elegantem Religiosorum conditioni consonam, commodis opportunis instructam, ac propterea ab omnibus summopetè commen- A datam. Opus profectò æternis laudibus ornandum, quod non mediocre laudum genus sribnendum esse demonstras Patribus omnibus ejus Conventûs Alumnis, qui nulli pepetcerant incommodo ad hoc promovendum, potissimùm verò memorato, & pluries memorando Bertazzolio, præ omnibus autem Carolo Duci præfato munificentissimo, qui propter singularem erga B. Virginis Dolores animi sui venerationem, quam sibi propitiâ in adversis expertum se esse testabatur, per Literas etiam, quas ego diligenter consetvo, & magnam, quam de prædicto Bertazaolio existimationem conceperat, plurima, eáque illustria beneficentiæ suæ specimina præbuit, cæterisque Massæ Principibus, quibus pro- B indè plurimum se debere Ordo noster profiteretur, planè in his Annalibus memorandum honorificè esse omnes consentiunt.

Aperitur Eccl. ritè benedicta.

Trãsmigrãt PP. ad novã Conv; & vetus immunitate non gaudet.

Principibur Massæ plurimũ debet Ordo Servor.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

EX *Reg. Gen., & ex Monum. eorumdem Conv.*

Obitus, & gesta Sororis Mariæ Dorotheæ Paumgartnerin Viennensis Tertij Ordinis Servorum.
CAP. V.

C SUpremum diem obijt hoc anno die 25. Aprilis Maria Dorothea Paumgartnerin Tertij Ordinis Servorum Soror in bis Annalibus minimè quidem prætereunda ob egregia, quæ brevi vitæ suæ curriculo eahibuit, eáque plurima virtutum specimina. Lucis bujus usuram accepit Viennæ in Austriâ anno 1662. die 8. Septembtis Nativitati Deiparæ nuncupata, honestis Pareotibus orta. Inter sensuum, & Mundi illecebras illæsa semper, & integra nil aliud in votis, & delicijs habuit, quam quæ Deo maaimè piacere noverat; parentibus semper obsequens, ingenio docilis, aliarúmque Virtutum ornamentis prædita, quæ Puellarnm conditioni magis accommodatæ videntur. Quibus accessit, quòd in quolibet artium genere instru- D cta maximè fuerit, quas ministerio acus exercere solent Puellæ, præsertim verò in floribns auro intertexris, è quibus corollas non pancas conteauit Ecclesiarum usui designatas. Eo planè perfectionis in hisce artibus processit, & in morum probitate, ut Puellæ quamplures Commissæ ei fuerinr, rum ob artes addiscendas, tum ob vitæ, morúmque institutionem. Ea quo sibi, Matríque suæ sustentandæ, non mediocre subsidium accedebat. Hujusmodi vivendi genus Virginitatis fidlssima Custos ad annum ætatis suæ trigesimum primum nsqne traduxit, Domini verò 1693., quo vale dicere omninò seculo decrevit, & in amplexu Crucis Religiosæ

Ortus, & Patria Sororis Mariæ Dorotheæ.

Ejus in artibus peritia.

Religiosæ vitæ nomen dare decernit.

vitæ nomen dare. Itaque rem ipsam, utique magni momenti, prout opus erat, perfectu-

E

ra, Confessarium suum P. Alphonsum Mariam Ordinis Servorum B. M. V. eo temporis Viennæ in Austriâ commorantem, cui Mariæ Dorotheæ Pietas perspecta maximè erat, cujus proindè consilio Deum quotidie unà cum ipso precabatur, ut quid sibi agendum esset, aperiret.

Confessarium consulit.

Interim Alphonsus Dorotheam edocuit, quòd Ordo Ursulinarum initium, & incrementum sumpserat à Sorore quadam Tertij Ordinis S. Francisci Brixiæ in Italiâ piissimâ Virgine, quæ pariter ludimagistra fuerat, & Puellas erudiebat, tum in elementis Sacræ Scripturæ, tum in artibus nendi, acu pingendi, & hisce similibus. Quoniam verò in hac eruditione celebris evasit, rumor in pluribus Italiæ Urbibus invaluit, & valdè laudabilis opinio, itaut plurimi istam, vel alteram è Socijs sibi præsto esse petierint pro juventute erudiendâ. Quod profectò ita feliciter evasit, ut earum disciplina minimè passa in Italiæ finibus consistere, Galliam quoque pervaserit, Hispaniam, Belgium, & alias Europæ Regiones, unde novus Ordo, Ursulinarum dictus, germinarit.

Ordo Ursulinarum quomodo propagatus.

F

Postquam hæc accepit Dorothea de Ordine Ursulinarum, Alphonsus subinde ipsam docuit, quòd Ordo quoque Servorum, vel ab ipso sui exordio Tertij Ordinis Sorores habuit sub faustissimis auspicijs B. V. Dolorosæ, quæ tanquam Titularis, & Fundatrix habetur, æquè ac universus idem Ordo, quibus Sororibus B. Juliana Falconeria earundem Fundatrix, leges quasdam præscripsit à Martino V. Summo Pontifice speciali Bullâ confirmatas.

Tertij Ordinis Servor. B. M. V. origo.

G

Ex quo factum est, ut Dorothea ipsum Tertium Ordinem amplecti, & sacro illo Habitu indui summoperè cupierit. Consilio deinde inito in re propositâ cum Patre quodam è nostris, cui nomen Joannes Angelus, hic illud maximè probans, detulit ad P. Generalem Joannem Franciscum Mariam Poggi Viennæ tunc præsentem visitationis Conventuum gratiâ, de quâ satis ad dictum annum 1693., qui lubens ipsam suscepit, induta verò fuit sacro prædicto Habitu in Ecclesiâ D. Annunciatæ Viennæ die 15. Augusti ejusdem anni 1693.

Habitu hujus Ordinis indui cupit Dorothea.

Induitur in Eccl. D. Ann. de Vienna.

H

Toto Novitiatûs anno studium omne adhibuit, ut Mundo mori, & Christo vivere posset. Primùm à Domino per ignem infirmitatis probata, Febris nimirum ecthicæ, quæ gravissimè ipsam vexaverat, acceptissima Deo evasit. Quamdiu licuit ab hac infirmitate, singulis noctibus ad orationem surgebat; quâ horâ Conventûs illius nostri D. Annunciatæ, cui proxima domo erat, Patres matutinas horas recitabant, & æquè ac isti in oratione perseverabat, somno vix, aut ne via quidem indulgens. Abstinentiæ maximè addicta jejunia exactè servabat, nedum Ordini nostro peculiaria, verùm etiam alia longè severiora. Nam in duodecim ferijs sextis totam diem ab omni prorsus cibo, & potu abstinens ad vesperam, panem tantùm, & aquam adhibebat, cujus exempla deinceps imitanda suscepere ejus Genitrix, Soror Germana decem septem annorum, & Virgines duæ contubernales, & commensales.

Ejus vitæ tenor.

Omnes unanimi consensu in laboribus occupatæ silentium satis horis servabant, reliquis verò nonnisi spiritualia miscebant colloquia, & consimiles cantilenas. Exhorrebat non mediocriter, quòd prædictæ Virgines Fenestris Domûs innixæ quæcumque foris occurrerent inani curiositate, & animi levitate vagis oculis lustrarent, ipsasque acriter objurgabat. Singulis diebus unà cum illis Psalterium B. Mariæ Virginis, sive Rosarium elatâ voce recitabat, & qualibet feriâ sextâ ejusdem canticum *Stabat Mater Dolorosa*, præter alias precandi formulas, sive jaculatorias, sive alterius generis è probatis libellis acceptas, ad ignem amoris in Deum excitandum accommodatas.

Alias Virgines sanctè instituit

Cilicio carnem domabat, sive coercebat, ne adversus spiritum concupisceret, quippequæ nunquam ita concupierat spiritui verè subjecta. Instrumentum hoc pœnitentiæ, tum è setis equinis contextum, sed etiam ferreum adhibebat.

Austeritati addicta.

Plures quotidie Missas audiebat sibi non modò juvandæ, sed etiam quibuscumque Peccatoribus, & animabus in Purgatorio detentis. Qualibet hebdomadâ bis, & aliquando ter, Confessario probante, cœlesti Mensæ accumbebat. Adeò innocens erat, & in virtute quotidie proficiebat, ut in Sacramento Pœnitentiæ pro absolutione subjicienda esset aliqua è culpis longè antea perpetratis. Ad singula ferè Altaria provoluta Ecclesiam circuibat, quærens quem ejus Anima diligebat, Christi Domini, ejusque Sanctissimæ Matris Dolorum contemplationi addicta singulari commiserationis affectu pullo induta semper amictu incedebat.

Dolores B. V. summoperè colebat.

Vitricum æquo, ac lubenti animo ferebat, qui licet ab ipsâ, ejusque operâ omninò sustentaretur, adhuc tamen, utpotè militiæ castra sequens, pietatem omnem exutus, ebrius, blasphemus, truculentus, verbis minacibus, & injurijs, quinimmo verberibus ipsam urgebat, Deo ita Sororem nostram, tanquam aurum igne probante.

Ejus æquanimitas.

His ergo sanctis operibus dedita, & rebus adversis superior, annum transigens probationis, magis in dies, ac magis accepta Deo, quem ideo non vulgari semper cultu prosequebatur, ad professionem inhiabat, quam tandem solemniter emisit die 15. Augusti 1694. B. V. Assumptæ Festo, quo sacrum Habitum præcedente anno induerat, eademque horâ, nimirùm 12., sacris peractis, in Ecclesiâ nostrâ januis clausis, sed præsentibus consororibus in Novitiatu Socijs, & quibusdam Fœminis nobilibus, item alijs Virginibus, & nostris Patribus votum castitatis confirmans, quo antea per annum probationis Deo se privatim consecraverat. Fuit autem induta

Professionem emittit.

in

in hac solemni actione oblongo scapulari, quod Patres, & Sorores Claustrales nostri Ordinis gestare solent. Corona Spinea ejus capiti imposita, tradita ipsi fuere Libellus precationum Sororibus proprius, D. N. J.C. è cruce pendentis Imago, cilicium, flagellum, & ardens candela ritu adhibito singulis rebus proprio, & nomini Dorotheæ, quòd semper habuerat, præpositum fuit nomen Mariæ, quod ideò voluit, ut se genuinam ostenderet B. V. M. Filiam. Quibus completis Astantes omnes ex animo gratulatæ ipsi fuere, ipsa verò Consorores Novitias quinque unà secum Domum adduxit, & humili suæ Mensæ accumberè voluit, reliquum autem Diei Ecclesiam nostram repetentes singulæ variis Orationibus transegere.

Vitrici vexationes patitur.

Quæ propter adversam sui Corporis valetudinem superiùs expositam, & voluntarias ejusdem afflictationes, jejunia, vigilias hactenus vix integra viribus fuerat emissâ Professione in Castris pœnitentiæ longè fortiùs mereri contendit Maria Dorothea, & à Sponso sanguinum ejus votis obsecundante longè magis probata. Vitricus in primis, à quo recedere constanter decrevit unà cum Virginibus contubernalibus, eique loco cedere, quippequæ ulteriùs pati non poterant, ejus improbitatem, quem cæteroqui ad meliorem frugem redigere maximè studuerat, recessûs hujus impatiens minacia verba protulit, tres ex illis baculo excepit, alias fugavit, Dorotheæ alapas impegit, ipsæque abierunt sperantes ita se Vitrici molestiam declinaturas, sed frustra. Ipse enim adhuc easdem insecutus ingeminavit verbera eâ sanè petulantiâ, ut Judicem invocare coactæ fuerint, qui illis adesset, easque vindicandas susciperet, prout reipsâ suscepit, opem ad hoc ferente eodem quoque Mariæ Dorotheæ Confessario P. Alphonso Mariâ Hinterburge Ordinis nostri. M. Dorotheæ enim præ cæteris alapas, & ictus eâ vehementiâ impegit, ut ipsa corruere coacta fuerit, alieno subinde subsidio in cubile translata sanguinem evomuerit, nec ampliùs inde surrexerit, quandoquidem ad Mortem usque ibidem semper jacuit, quam pariter haud paulò post obiit. Dorothea verò hilari animo omnia devoravit, longè plura, atque graviora se promeritam fuisse professa Confessario ipsam de hac re sciscitanti, ac Divinæ voluntati morem gerere se velle, quam in omnibus venerabatur; hinc verbera non declinabat, vultum non avertebat, quinimmo in unâ è maxillis percussa, juxta Domini præceptum alteram offerebat, Vitrico malè nunquam precata, pro cujus resipiscentiâ potiùs Deum enixè rogabat.

Infirmatur ad Mortem.

Decumbens, non de Morbi, Dolorumque vehementiâ, & alio quocumque cruciatuum genere querebatur, sed quod ulteriùs minimè pati cogeretur, animadvertens Sponsam se esse Domini, qui Sponsus sanguinum dicitur, neque ullatenus decere sub capite spinoso

membrum esse delicatum, dicere identidem
A solita, ab Apostolo edocta: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum*. Quos animi sensus Confessario suo sæpesæpiùs exprimebat. Gravissimis affecta doloribus feriâ 6. in Parasceve, & deinceps, frequenti tamen SS. Eucharistiæ Communione mirum in modum recreata, votis omnibus expetebat in Festo Ascensionis Dominicæ unà cum ipso Regum Rege triumphante cœleste capitolium adire: Dominus autem vota Fidelium prævenire solitus, Angelum Tutelarem ad Sororem nostram legavit, qui eidem nuntiaret se cum ipso consortem futuram in Cœlis, quo die canit Ecclesia Evangelium: *Appropinquavit in vos Regnum Dei*. Quo accepto exilire cœpit præ gaudio, & esse cum Christo magis

Ab Angelo certior fit de proximâ morte.

B semper, ac magis cupiebat, ipsâque die 25. Aprilis 1695. Sancto Evangelistæ Marco nuncupata, quâ præfatum legitur Evangelium, in osculo Domini sui obiit, seu potius obdormivit, trigesimum tertium ætatis suæ annum agens, sed plena dierum. Iunixa enim Sponso suo, cujus dextera ipsam amplexabatur, blando vultu ad hilaritatem maximè composito, oculis in Cœlum elatis Dilectum suum quærendo, suavissimè decessit. Jucundissimum exhibens Astantibus sui spectaculum, è quibus nullus, nec Mater ipsa, nec Soror in lachrymas solvi poterat, qui etiam omnes miro se affici gaudio sentiebant, ratam habentes Mariæ Dorotheæ Beatitudinem, seque desiderio incensas Ergastulum carnis evadendi,

Gaudiū Astantium in ejus obitu.

C & atria Domini quantocyus petendi, ipsam proinde ingenua provoluti orantes, ut viam ipsis parandam curaret, quam ipsa adeò feliciter inierat, quæ cæteroqui in agone constituta nil aliud magis ab Astantibus petierat, quàm, ut illi à Deo impetrarent, quod Deo placuisset unicè implere.

Præsidium implorabat, & nomine identidem invocabat Domini Jesu, ejus sanctissimæ Genitricis Mariæ, S. Michaelis Archangeli, S. Joannis, aliorumque Sanctorum Tutelarium in Deum longè magis semper conversa, & ab eo trahi enixè petens in odorem unguentorum ejus occurrens, qui tandem beatam illam animam per sacram exomologesim pluries repetitam etiam generalem,

In osculo Domini obit.

D aliaque veræ pœnitentiæ opera undequaque mundatam, circumstantibus præfatis sanctis Tutelaribus, & innumeris aliis à corporis vinculo solutam, suum admisit in sinum, ubi æternum victura in gaudio metit, quod in lachrymis seminarat consolationis cum Christo Domino consors, quæ fuerat in tribulatione socia.

Tumulatur solemniter in sepulcro PP. nostrorū

Seculo Defuncta, pridie quàm sepulchro mandaretur, omnibus conspicienda exposita fuit in eleganti feretro floribus, & corollis circumspecta, quæque prius macie confecta, & pallida semper fuerat, decora tunc facie apparuit, integro Monialium Tertij Ordinis nostri Habitu induta, in Ecclesiâ nostrâ Vie-

næ tumulata fuit in sepulcro pro Patribus nostris designato, postquam circumducta fuerat de more processionaliter cum pluribus facibus, & piis omnium precibus, Divinaque deinde mysteria ritu Romano, & Nostri Ordinis proprio, peracta fuere; opem ad hoc ferentibus religiosâ quadam Dominâ, ejusque Conjuge, quorum Filiam Dorothea Nostra artem docuerat acu pingendi, qui proinde expensis omnibus consuluere, quæ necessariæ censebantur, ut venerandum hujus Virginis Corpus, nõ in communi sepulchro Parochialis Ecclesiæ tumularetur, quod Parochus contendebat, sed in proprio, uti diximus, Ordinis nostri, cujus Filia fuerat insignis Maria Dorothea, & quem Sanctitate Suâ maximè illustravit, de quâ unum hoc addere liceat, quòd Confessarius ejusdem, à quo quæcumque hìc relata sunt, accepimus, de eadem post obitum dicere solebat, Mariam nempe Dorotheam Integerrimam semper Virginem Illi.um Virginitatis illibatum servasse, ita quidem, ut id omne penitùs ignoraverit, quod ejus candori vel minimum officeret, ab Angelo Tutelari protecta, ut insidias evaderet, quas illi parare non verebantur nonnulli, cui deinde reliquæ virtutes omnes accedebant, nequid omninò ejus sanctitati, & gloriæ deesset.

Testimonium Confessarij de Dorothea valde laudabile.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

EX *fideli relatione ad nos transmissa, & in Archivo Flor. nostro reposita.*

Ex Indulto Sedis Apostolicæ confirmantur ad aliud sexennium Generalis, & Procurator Generalis. Agitur de prosequendis Annalibus, ac de Canonizatione B. Peregrini. Designantur Cœnobia pro Vitâ communi instituendâ. Formula Professionis præscribitur Novitijs. Nonnulla de S. Philippo, BB. Julianâ, Jacobo Philippo, & Peregrino.

C *A P.* *V I.*

INdicta quidem fuerant, ut diximus anno proximè superiori, Comitia Generalia hoc anno habenda apud S. Marcellum de Urbe, verùm habita minimè fuere, quòd Summus Pontifex Innocentius XII. seriò perpendens, quòd P. Poggius non mediocri studio promovere præ cæteris contenderat in pluribus Ordinis sui Conventibus observantiam Decretorum quoad exactam vitam communem, de quibus capite, & anno proximè superiori, optimè consultum putavit, quòd adhuc per aliud sexennium universum Ordinem administraret, ut hoc pacto observantia præfata, & propagaretur, & confirmaretur; quapropter speciali Indulto motu proprio ipsum confirmavit in Priorem Generalem, & P.M. Petrum Antonium Rossi in Procuratorẽ Generalem per literas Apostolicas sequentis tenoris, quantumlibet idem Generalis, tùm E voce, tum scripto lapidem omnem moverit, ut hæc confirmatio minimè contingeret. Die autem 9. Junij in Ædibus S. Marcelli, Literis Apostolicis publicè coram Patribus perlectis, Ordinis regimen iterum ambo suscepere.

Confirmantur Indulto Apostolico ad aliud sexenniũ P. Gen. & Procurator Gener.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

I*Nter gravissimas Apostolicæ servitutis curas, quibus assiduè urgemur, in eam peculiari curâ incumbimus, ut prospero, felicique Religiosorum Ordinum regimini, atque gubernio, quantum cum Domino possumus providere satagamus. Cum itaque, sicut accepimus, Dilecti* F *Filii Joannes Franciscus Maria Poggius Prior Generalis, & Petrus Antonius de Rubeis Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. munera sua hactenus summâ fide, prudentiâ, atque integritate gesserint, ac regularis observantiæ restitutioni, & conservationi egregiam operam dederint; sexennium verò, ad quod eis munera prædicta delata fuerunt Mense Junio proximè venturo, quo novum Capitulum Generale juxta Constitutiones Ordinis præfati celebrari deberet, expiraturum sit. Nos sperantes in Domino eorundem Joannis Francisci Mariæ Prioris Generalis, & Petri Antonii Procuratoris Generalis operam, ac industriam Ordini prædicto eo utiliorem fore, quo ipsi diutiùs in suis respectivè muneribus* G *perduraverint, eosque proindè specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulas Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præfatos Joannem Franciscum Mariam in Generalatûs, & Petrum Antonium in Procuratoris Generalis dicti Ordinis respectivè muneribus ad alios sex annos à fine dicti sexennij numerandos, quibus durantibus* H *continuare liberè, licitè, & validè possint, & valeant, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, authoritate, privilegijs, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis tenore præsentium confirmamus, eisque sua respectivè munera prædicta ad sex annos hujusmodi prorogamus, ac extendimus, & ampliamus, mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrij nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis præfati Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut memoratos Joannem Franciscum Mariam Priorem Generalem, & Petrum Antonium Procura-*

P. Gen. Poggi, & P. Procur. Gen. de Rubeis confirmantur Indulto Apostolico ad aliud sexennium.

rato-

ratorem Generalem in suis respectivè muneribus prædictis juxta earumdem tenorem præsentium continuare, atque perseverare sinant, & permittant, eisque in omnibus eadem munera concernentibus, faveant, & assistant, pareantque, & obediant respectivè. Ac decernentes ipsas præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Joanni Francisco Mariæ Priori Generali, & Petro Antonio Procuratori Generali in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus, super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 14. Januarij 1696. Pontificatûs Nostri anno quinto.

Joannes Franciscus Cardinalis Albani.

Agitur de prosequẽdis Annalibus, & de Canonizatione B. Peregrini.

Intereà Generalis præfatus Literas encyclicas ad singulas Ordinis Provincias transmisit, quibus ea omnia colligenda exactè præcepit è monumentis Conventuum, quæ nostris Annalibus, quos prosequi meditabatur, inferenda jure viderentur, quæ revera diligenter in unum congesta mihi modò præ manibus sunt una cum iis, quæ, Generali Lucchesinio mandante, collecta jampridem fuerant, quæque seriò expensa certa ab incertis, ab incongruis congrua secernendò inter Annales referuntur. Speciali quoque mandato per Literas primâ die Septembris datas P. M. Bonaventuram Zanucchi de Mantuâ in Procuratorem elegit pro Causâ Canonizationis B. Peregrini de Forolivio totius Ordinis nostri nomine prosequendâ, Virum sanè, tum Literarum præstantiâ, tum rerum gerendarum peritiâ, tum Causarum hujusmodi zelo, & Ordinis illustrandi studio præclarissimum, quique reipsâ impiger, ac fervidus plurimum in re propositâ laboravit, & nisi immaturâ morte præventus fuisset haud temerè sperare Nobis liceret, quòd causa prædicta ad terminum suum perducta, Beatus ipse Peregrinus Sanctorum Fastis adscriptus jampridem fuisset. Eodem anno P. Generalis in Dietis Provincialibus Conventus quosdam in singulis Provinciis designavit, in quibus exacta vita Communis juxta Decreta Pontificia institueretur, & Novitios, tùm Clericos, tum Laicos, quos in prædictis Conventibus ad Habitum recipere ipsi licuerat ad Professionem admittendos, non aliâ ratione præcepit, quàm formulâ quadam, quâ expressè promitterent, nedum vivere sine proprio juxta veterem formulam Ordinis nostri propriam, & in libello Officiorum, & rituum nostrorum insertam, verùm etiam observantiam prædictorum Decretorum Pontificiorum, speciatim quoad exactam vitam communem. Hoc eodem anno Florentiæ plurium Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, S. R. E. Cardinalium, aliorumque insigniorum Procerum votivæ Statuæ in Ecclesiâ D. Annunciatæ à pluribus annis ante Aram Virginis appensæ, sed olim in ejusdem Ecclesiæ vestibulum translatæ, ibique modò præ vetustate, & carie consumptæ, instauratæ, & in meliorem formam redactæ, in vestibulo ejusdem Ecclesiæ collocatæ fuere, ne adeò præclara Virginis ab Angelo salutatæ trophæa perirent.

Eligũtur quidam Cõventus pro observantiâ vitæ communis.

Referũtur dona D. Philippo Tuderti oblata.

D. Philippo magis semper, ac magis addictus Joannes Vincentius Lucchesini Episcopus modò Assisiensis, hoc anno die ejusdem Festo Tudertum petiit sacrum ejus Corpus veneraturus, ubi postquam Divina ad ejus Altare peregit Mysteria, insignis pretij planetam dono eidem obtulit. Pari forte studio D. Canonicus Philippus Matalucci Tudertinus eidem Sancto addictus, quadraginta librorum volumina nostro illi Cœnobio legavit, prout constat ex Instrumento Donationis die 22. Novembris 1694. per Ser Franciscum . . . . Notarium publicum Tudertinum facto, necnon ex Instrumento traditionis die 14. Februarij hujus anni per Cæsarem . . . . . Notarium pariter publicum Tudertinum celebrato. Cùm hæc Tuderti agerentur in obsequium D. Philippi, Altissimus Romæ, atque Faventiæ prodigia patrare non dedignatur ad comprobandam Beatorum Ordinis nostri Julianæ, & Jacobi Philippi Sanctitatem. Romæ quidem sanitatem conferens Patri Thomæ de Spoleto Minorum Observantium Reformatorum in Conventu S. Francisci ad Ripam degenti. Hic enim die 28. Octobris hujus anni scripto testatur, quòd ineunte Mense Augusto ejusdem anni plurium Medicorum sententiâ phthisi affectus, ac nisi aliò se transtulisset, aliam aeris temperiem experturus, diù superesse non potuisset. Morem ipsis gerere volens, ut saluti suæ prospiceret, antequam ex Urbe recederet, pharmaca quædam purgantia, juxta eorum consilium sumere cæpit Mense Septembri labente, quæ tamen illi minimè proderant, quin potius stomachum ad vomitum irritabant, qui proinde nutrimento destitutus imminens Mortis discrimen verebatur. Verùm pulverem è Reli-

quijs

Mirãda B. Julianæ, & B. Jacobi Philippi.

quijs quibusdam B. Julianæ extractum unà cum alimento clam sumens, implorato ejusdem præsidio, ipsum, & alimentum absque nauseâ retinuit, neque mediocre exinde emolumentum sibi accessisse persensit, non sine Adstantium admiratione. Quoniam verò ipsi B. Julianæ restatus ille fuerat non aliud sibi consilium esse, quàm de recuperandâ salute se minimè futurum solicitum, longè gravior excitata iterum fuit stomachi nausea cum vomitu, & magnâ spirituum dissipatione, ex quo virium languor non modicus sequebatur, & proximæ mortis metus ex eo potissimùm, quòd vehementior accesserat febris, & unà cum ipsâ symptoma quoddam aliquando contigerat, quo destitutus sensuum omnium usu, neque sui compos erat. Ita verò constitutus, sibique Mortem imminere præsentiens, ipsique subeundæ paratissimus, B. Julianam Falconeriam sibi præsentem aspicere visus fuit, eodem Habitu, ac specie, quo eam aliàs viderat in sua Ecclesiâ, cum ipsâ ei detulit superius memoratam reliquiam, quod speciatim idem Thomas alio consimili testimonio exposuerat, quæ ipsum bono animo esse jubebat, & ejus intercessioni se credere, nam proculdubio convaluisset. Ex hac apparitione præ gaudio ita exilire cæpit, ut extra se rapi, ac penè deficere sibi videretur, spe tamen simul erigi pristinæ recuperandæ sanitatis Beatæ illius Virginis intercessione. Quamobrem iterum cum alimento ejusdem Reliquiæ particulam absque stomachi nauseâ sumpsit; subinde visus, ac reliquorum sensuum usum, & motum antea penitùs amissum sibi restitui, ac spiritus per singula membra instaurari persensit, undequaque incolumis, si tamen minimum capitis dolorem excipias, ex quo vereri confestim cæpit, ne Divinæ adversaretur voluntati pristinæ sanitatis restitutio, quamobrem subeundæ Morti paratus B. Julianæ beneficium renuit, statimque pari languore, & morbo, ac antea pressus decubuit. Tum verò B. ipsa iterum apparens illum increpuit, quòd sanitatem oblatam renueret, nihilominus Thomas in suâ sententiâ persistens, vix illam audiebat, quæ adhuc illum ad recipiendam sanitatem hortabatur. Hinc animi dubius Thomas, quid sibi agendum foret, ei morem gerere statim decrevit, qui præ cæteris ipsum adijsset, prout B. Juliana consuluerat; cùm autem animo ei tunc subiisset D. Cardinalis Petrus Matthæus Petrucci ipsum protinus sibi adesse, præ cæteris advertit, qui Thomam respiciens pene deficientem pretiosum pharmacum quoddam ei sumendum curavit, quod tamen retinere Thomas non potuit. Cùm verò D. idem Cardinalis inde recederet, juxta B. Julianæ ei jugiter præsentis consilium ab eo humillimè petijt, ut adhuc tantillum moraretur, edoceri enim ab eo cupiebat, num potiùs excipienda ipsi foret sanitas à B. Juliana oblata, num Mors oppetenda! Cui D. Cardinalis reponente implorandum ipsi B. Julianæ præsidium, eaque ratione recuperandam ipsi proculdubio sanitatem; iterum ab eo petiit Thomas, quòd aliquid sibi proprijs manibus præberet, siquidem interiùs à B. Julianâ edocebatur, quod si cibum aliquem retinuisset, quem D. Cardinalis præberet, sanitatem certè recepisset. Id planè præstitit D. Cardinalis, ac cibum illum revera Thomas retinuit. Recedente D. Cardinali, Beata quoque evanuit, postquam hortata ipsum fuerat, ut è memoratâ Reliquiâ particulam quandam sumeret, & in ejus intercessione speraret. Hinc protinus Thomas sibi parandam Reliquiam curavit, cùm autem Domi non esset P. Deodatus prædictæ Reliquiæ Custos, titubare cæpit Thomas, sese deficere sentiens, seque moriturum credens, antequam Deodatus rediret, ac reipsa in novo Febris accessu graviori symptomate affectus sensuum usu destitutus, ac semianimis remansit. Cum autem prope Solis occasum Deodatus memoratam Reliquiam detulisset, ipsam aspiciens Thomas in spem erigi diuturnioris vitæ cæpit, & ejusdem Reliquiæ particula unà cum potione sumpsit absque ullâ prorsus nauseâ sensibus omnibus restitutus, ac veluti ratam habens B. Julianæ intercessione sanitatem, quæ iterum deinde ei nocte insequente apparens, ac fidei defectum exprobrans, digito suo cor ei obsignavit, ex quo dolor gravissimus accessit, sed unà simul longè vividior spes recuperandæ salutis, quemadmodum reipsâ contigit, mane siquidem sequente incolumis prorsus evigilavit, si quem, vel minimum virium languorem excipias. Tum Deodati ope explorandum suscipiens, an aliquod signum juxta cor adesset, ubi adhuc perseverabat dolor ex impressione prædictâ subortus, nihil advertit exterius, adeoque deducendum esse censuit, quòd cor ipsum B. Juliana obsignasset interiùs, non autem exterius, ac longè altius hoc eidem impressisset, quod præcedente vespere Deodatus ipse dicebat, voluntatem nempe Beatorum Divinæ voluntati non adversari, quin potiùs maximè conformem esse, ac propterea si ad augendam B. Julianæ gloriam restituere ipsi salutem voluisset Deus, utique Divinæ voluntati obstitisset, si sanitatem hujusmodi renuisset. Quæ quidem adeò sibi cordi impressa persensit Thomas, cum ipsi cor obsignavit Juliana, ut tanquam ratum tunc habuerit B. Julianæ voluntatem Divinæ prorsus conformem esse. Reipsâ quidem ita viribus integer, & incolumis ipsa die apparuit, ut Medici ipsum invisentes in maximam admirationem raperentur, qui præcedente vespere semianimem ipsum adverterunt. Brevî deinde instauratis omninò viribus Missam post biduum celebravit, ubique simul prædicans, & miris laudibus efferens plura sibi, eaque insignia beneficia à B. Julianâ collata, potissimum verò apud Patres Servitas, quorum Ecclesiam D. Marcello sacram adiit, statim ac

è De-

è Domo exire ei licuit, ejusdem Beatæ imaginem ibidem positam veneraturus, & ad ejus Altare in ejusdem honorem sacra peracturus Mysteria.

Faventiæ verò Nobis hoc anno innotuit, quod B. Jacobi Philippi beneficentiam infirmi quidam sensere, quem revera Faventini summâ veneratione prosequuntur. Franciscus Pasi graviter decumbens, & ferè semianimis jacebat, cùm verò Venerabile Caputium B. Jacobi Philippi Bertoni ad ipsum detulisset P. Petrus Vincentius Manelli Servita, & ad ejusdem præsidium implorandum excitasset, benedictionem ei pluries impartivit; subinde verò convalescere cœpit, ac brevi instauratis viribus B. Jacobi Philippi corpus veneraturus, quo die ejus recolebantur solemnia, Ecclesiam Nostram petiit. Parem expertus fuerat beneficentiam Petrus Damianus Niccolucci Faventinus, qui anno Domini 1659., ætatis verò suæ 18. febri malignâ, exanthematibus, atque delirio laborans adeò graviter decumbebat, ut conclamatum ipsi à Medicis omnibus foret. Vix autem Venerabile prædictum Caputium ab eodem P. Mannelli oblatum ei fuit, ejusque capiti impositum, quo temporis momento vacabat à delirio, statim exclamare cœpit Petrus Damianus non sine ingenti Astantium admiratione, se incolumem omninò esse, neque amplius aliquid mali subire, ex quo Beati Jacobi Philippi Caputium adhibitum ei fuerat, ac reipsâ brevi viribus integer Ecclesiam nostram adiit B. Jacobo Philippo gratias plurimas acturus, ejusque potentissimum Patrocinium celebraturus. Quæ planè duo Prodigia intercessione hujus Beati patrata patent ex Testimonio, quod juridicè hoc anno tulere Franciscus Pasi memoratus pro primo, ac Thomas Niccolucci Medicus Physicus Petri Damiani prædicti Germanus Frater pro secundo, quorum testimonia die 28. Septembris recognita legitimè fuere per Franciscum Mariam Caldesium Faventinum publicum Notarium.

Mir. 1da de B. Jacobo Philippo Faventiæ.

Impiger quidem, acer, ac fervidus, uti diximus ad annum 1696. P. M. Bonaventura Zanucchi Causam B. Peregrini de Forolivio eò redegerat, felici omine completo Processu remissoriali, & compulsoriali Sacræ Rituum Congregationis authoritate confecto coram Episcopo Foroliviensi D. Joanne Rasponi Judice Delegato, ac reliquis satis abundè præstitis ad hoc necessario requisitis, pronunciari posset sententia pro ejusdem Beati immemorabili cultu. Itaque Generalis Poggius rei gravitate perpensâ, Forolivium quamcelerrimè profectus, negociis omnibus ommissis, quæ per alias Provincias peragenda susceperat, visitationem ibidem, & promotionem ad Gradus Mense Junio indixit, quamobrem plures ex aliis Conventibus eò convenere, & orationibus seriò indulgendum præcepit. Die igitur 19. ejusdem Mensis certiores à Patribus nostris facti DD. Conservatores Civitatis, quòd insequente die habenda erat in Ecclesiâ nostrâ de B. Peregrini laudibus Oratio, aliaque pia opera in ejusdem honore præstanda, solemnitatem hanc significandam esse decreverunt campanarum Communitatis sonitu post solis occasum habendo, tympanis autem, Tubis, atque sclopetis ante nostram Ecclesiam alia conceptæ lætitiæ argumenta exhibenda curarunt. Insequente die 20. Iunii, feriâ nimirùm quintâ à pluribus etiam exteris Sacerdotibus celebratæ fuere in honorem ejusdem Beati Missæ votivæ; horâ verò competenti Ecclesiam Nostram adiere consueti duo Urbis Magistratus, necnon Episcopus, quibus præsentibus solemni Musicorum concentu Divina celebrata fuere Mysteria, subinde habita fuit de Beati laudibus oratio à P. Francisco Maria Conti Bononiensi singulari plausu excepta. Post hæc Patres numero 30. in Choro convenientes bini ad Beati sacellum eximiâ modestiâ processere, quò cum pervenissent, reserata fuit à duobus Sacerdotibus Stolâ, & Cottâ Indutis Arca, in quâ Beati Corpus reconditum jacebat, cui thurificatione adhibitâ cecinere Patres Hymnum, *Iste Confessor*: aliæ deinde preces additæ fuere. Denique Episcopus, & Magistratus ad Arcam propiùs accessere sacrum illud Corpus adhuc meliùs veneraturi, frequentissimo Populo insequente, qui indesinenter eò confluxerat, licet nonnisi ferè in meridie reserata fuisset Arca. Sabbato autem proximè sequente D. Episcopus pronunciavit, definivit, ac declaravit constare de cultu immemorabili B. Peregrini, ac proinde de casu excepto in constitutionibus Pontificiis Urbani potissimùm VIII., & Innocentij XI. adamussim servatis, Beatum scilicet Peregrinum ab immemorabili tempore adoratum, & invocatum semper fuisse, cum scientiâ quoque Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Diœcesanorum.

Hisce diebus Summus Pontifex Innocentius XII. Ordini nostro jugiter addictissimus, Ecclesiam nostram S. Marcelli pluries, tum hoc anno, tum superioribus invisit, sive cum recolerentur ejusdem D. Marcelli, sive D. Philippi solemnia, ejusdem Loci Patres singulari benevolentiâ complexus. Præterea Generalem Poggium Civitatis Castellanæ Episcopum hoc anno designavit, quem summo habebat in pretio, ac proinde in gravioribus negociis adhibuit; ipse verò constantissimè renuit, quantumlibet Sanctitas sua nonnisi ægerrimè morem eidem gessisset, postquam ancipitem diù tenuerat in suâ sententiâ perseverans. Hujus electionis rumor in vulgus erupit, adeout Civitatis prædictæ Proceres Literas ad ipsum miserint gratulatorias, sub datum die 21. Augusti.

Generalis designatur Episcopus, sed renuit.

Interim Placentiæ coronatur solemniter in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ de Plateâ B. Virginis Dolorosæ Imago, cujus cæremoniæ hic fuit ordo. Nuncupata primùm hæc fuit Sere-

nissi-

nissimæ Ducissæ Parmæ Dorotheæ Sophiæ Comitissæ Palatinæ Rheni, quæ sui vices mandavit D. Comitissæ Mariæ Lupi Scotti. Postquam ergo omnia in Ecclesiâ honorificè adoroata fuerant, instructa nimitùm undequsque pretiosâ supellectili, sexcentum, & amplius hinc inde per ipsam dispositis ardentibus cereis, & sacrâ B. Virginis Dolorosæ Statuâ in sede valde eminenti elegantissimè ornatâ sub Augustissimo Throno posita, Aræ Principis autem ad dexteram extra Cancellos Serenissimæ Ducissæ imago Baldachino desuper Incumbente, & juxta ipsam argenteæ pateræ superpositum Diadema coronandæ Cœlorum Reginæ decretum; magnâ Mulierum, Virorumque Nobilium comitante catervâ splendido apparatu ad Ecclesiam accessit Comitissa prædicta horâ circiter 22. Sabbathi Sancti, die nempe 6. Aprilis, Campanarum omnium Urbis, vel Communitatis ipsius resonantium plausu, ibique à Patribus Servitis in limine honorificè excepta inter Musicos concentus, postquam Deum, ac magnam Dominam de genu supplex adoraverat, juxta Baldachinum præfatum Serenissimæ Ducissæ, unà cum Marchionissâ Hyppolitâ Galvani Anguisolâ, & Comitissâ Zanardi ipsi adhærentibus, & in Societatem adscitis, sedit, reliquis Matronis, Virisque nobilibus proprijs sedibus designatis, è regione Baldachini sedentibus Excelso Urbis Consilio, cæterisque Ministris. His habitis exquisitâ Musicorum harmoniâ persoluto Completorio, interim sacerdos splendido Sacrarum vestium apparatu instructus, & pluribus Ministris stipatus, Aræ primùm, deinde B. Virginis Statuæ, ac denique Diademati eidem Virgini decreto, thus adolevit, cum Simeonis Canticum Musici cantarent, tunc stantibus Matronis omnibus, virisque nobilibus præfatis. Incensatione completâ, D. Comitissa Maria Diadema pateræ superpositum Sacerdoti præfato tradidit, ut Serenissimæ Ducissæ nomine B. Virginis Capiti imponeretur, quod ipse reverenter excipiens, duorum Adolescentulorum Angelorum speciem gerentium Ministerio, qui sedem prædictam eminentem superarunt, cum præcineretur Antiphona *Regina Cæli lætare, &c.* B. Virginis caput coronavit. Completâ deinde Antiphonâ Litanias B. Virginis iidem Musici cecinere: iisque absolutis cum oratione consuetâ, flores pateræ cum diademate antea superpositi, utpotè à Sacerdote unà cum ipso benedicti, D. Comitissæ Mariæ exhibiti fuere, è quibus aliquot accepit, & reliquos singulis Matronis distribuendos curavit, eâque ratione completa fuit sacra hæc cæremonia.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

EX *Reg. Gen., & ex Monum. eorundem respectivè Conv.*

E
Gesta, & obitus Catharinæ Buonfrizieri Florentinæ Tertij Ordinis nostri Sororis.
CAP. VII.

HUjus anni exordium consecrat pretiosa mors Catharinæ Buonfrizieri de Florentiâ Tertij Ordinis Nostri Monialis, quam planè præterire silentio nos minimè decet, cùm plura, eaque præclarissima virtutum ejus specimina disertè nos edocuerit P. M. Gregorius Aloysius Tonelli pariter de Florentiâ Ordinis nostri Alumnus, qui cùm plures annos quoad vitæ spiritualis normam ei præbuisset, eorumdem seriem, ac Vitæ totius historiam, typis Leonardi Venturini Lucensis impressam, in lucem edidit.
F Inde enim maxima Deo gloria accedere potest, insigne eidem Sorori decus, non mediocre Posteris emolumentum, qui tot Virtutum species in Catharinâ admirati ad easdem excolendas excitabuntur. Itaque Catharina Florentiæ nata anno salutis 1647. die 11. Novembris ex honestis, & summâ pietate ornatis Parentibus Francisco Buonfrizieri Antonij Filio, & Virginiâ ex Francisco Mazzetti, unà cum quatuor Fratribus, & duabus Sororibus è sanctissimâ vitæ ratione, quam inire solebant Parentes, Virginia speciatim, quæ adhuc Juvenis superstes Coniugi fuerat, scientiam didicit sanctorum, Charitati, humilitati, æquanimitati, cæterisque sanctis virtutibus excolendis, vel ab ineunte ætate sum-
G mopere addicta, quibus instructa, non mediocre Dœmoni facessere cæpit negotium, qui proinde gravia sibi imminere discrimina ex ejus virtute veritus, si superstes diù fuisset, Morti damnandam pluries curavit; præsertim verò cum adhuc infantulam Fratris natu majoris brachiis adhærentem in limine propriæ Domûs iniecto lapide, casu quidam in altero è temporibus percussit, ex quo exanimis facta, habita veluti mortua fuit, nec sanè temerè, prout unicuique, si rem ipsam diligenter expenderit, patebit, utique nonnisi divinitùs superstes. Prætereà cum alter ex ejus Fratribus, suapte naturâ ferox, & audax, malè sentiens de Catharinâ satis adultâ, sed temerè, Dœmonis quidem impulsu, in ra-
H biem actus stricto pugione ipsam interfecturus invasit, quæ tamen è Domo prosiliens furibundi Fratris adhuc ipsam persequentis conatus elusit, Domum sibi proximam subiens, quonam pacto incompertum, cum se penè mortuam haberet.

Aspectu quidem elegans, ingenio alacris, verborum comitate suavis Catharina mirâ voluptate sibi pares Puellas, & alios quoscumque perfundebat, ejus proinde consuetudine ab omnibus indiscriminatim expetita, hisce tamen dotibus à naturâ comparatis cum insigni modestiâ in societatem adscitis, reliquos ad aliqua pietatis opera singulari facilitate excitabat, Domesticis adeò feliciter præ-

præerat negoeijs, ut natu major Frater Franciscus Maria, delicatioris utique genii, regendæ domûs cura Catharinæ demandata fibi fatis superque factum testaretur. Charitate præstans, & prudentiâ duos ex Fratre Antonio Mariâ nepotes, utroque Parẽte destitutos, adhuc Parvulos apud præfatum Fratrem Franciscum Mariam Domi secum receptos, veræ Matris vices gerens, non mediocri laude educavit. Præ singulari erga Proximum Charitate, Mulieres quæcumque, sive nuptæ, sive innuptæ, sive viduæ, Catharinam certatim adibant, quoties tribulatio quædam illas urgeret, consilium, & opem ab ipsâ petentes, quæ subinde Voti compotes factæ, voluptate perfusæ recedebant, ipsamque veluti Matrem, præsertim, cum ad ætatem provectam accesserat, speciali veneratione prosequebantur. Cuicumque verè egenti eleemosynam ab ipsâ postulanti nunquam denegavit, seu panem, seu vinum, seu vestes, seu pecunias, seu aliud quodcumque illis conferendo, eâ planè in Deum fiduciâ sibi nunquam defuturum, quod ipsis conferret, ut Fratri præfato liberalitatem hanc animadvertenti, & Catharinam, tanquam de excessu obiurganti, seque proinde ad incitas redigendum timenti, eleganter subridens, respondere consueverit, Deum nunquam ipsis defuturum, se enim opera charitatis in Pauperes præstare, qui sanitatem ipsi à Deo precibus impetrent, adeoque nihil ipsi verendum; ac revera pluries testatus est Frater Ipse, quod eximiæ huic Catharinæ virtuti acceptum referebat, quod complures annos Literarum studijs, alijsque arduis operibus vitæ tolerandæ necessarijs, feliciter indulserit, quantumlibet valetudine utens non admodum firmâ. Nequid sibi deesset ad opem egentibus ferendam, pecuniâ à Fratre petebat, specie quidem, ut sibi ornamenta corporis congruentia pararet, cum adbuc innupta foret, & adolescentula, revera tamen in pauperum usus convertebat, ne verò ornamentis prædictis destituta videtetur, eadem ab alijs sibi Amicis Puellis, veluti jocò, postulabat, quæ non ampliùs ab ipsis adhibita fuissent, utpotè vel penè lacera, vel non omninò munda, quæ proinde summo studio ita pingebat, & resarciebat, charitate utique docente, ut & Fratrem, & Socias sanctissimè diù einserit. Insuper ex quo consilium hoc comparandis pecunijs excogitatum satis esse non poterat explendo desiderio, quo tenebatur Catharina egentibus opem ferendi, qui eximâ ejus charitate deprehensâ frequentissimi eam adibant, inopes præsertim Viduæ, quique mendicare palam erubescebant; aliunde verò verebatur, ne plus æquo molesta Fratri esset, de cujus penu victitabat, si Pauperibus subsidia palàm conferret, cum ipsam pluries in re propositâ obiurgasset, Catharina Pauperes Domi recipiebat, dum ejus Frater somno indulgebat, ijsque panem, vinum, oleum, aliaque hujusmodi victui ne-

Charitas in Proximum.

A cessaria distribuebat juxta eorum indigentiam, quinimmo subuculam potiorem, deteriorem sibi servatâ, ipsis aliquando concessit, Pauperem quamdam omninò derelictam, cui quò se reciperet, deerat, quamvis honestissima fortitam Natalia, domi suæ diù recepit inconsulto semper Fratre, quo tempore nimirum ipse dormiebat, ipsi victum parabat, fordes ejus abluebat, Lectum adornabat, ut quieti totam noctem vacaret; illucescente autem die ipsam dimittebet, quæ deinde insequente nocte redibat. Idem prorsus præstabat cum aliquot parvulis, qui penè nudi per publica compita jacebant, clam pariter ipsos Domi recipiens, insigni charitate, & patientiâ eorum sordes purgabat, & vestibus, quoad ei fas erat, operiebat. Charitate adeò

Charitas erga Proximum.

B fervebat, ut graviter aliquando decumbens, & proximè moritura, vestes, pretiosa quæque, & pecunias, quin etiam calceos Pauperibus exteris distribuerit, quin sibi, suisque domesticis, quia minimè egentibus, ullatenus consulcret, & Mulierem quandam, quæ plurimis affecta beneficijs cum Catharinâ pessimè se gesserat, de ipsâ obloquens, ejusque famâ obscurare contendens, ad se venientem non mediocri cultus, & animi hilaritate excepit, acceptis iniurijs superior, quin etiam ipsas omninò dissimulans, alteram è potioribus suis vestibus ei parandam præcepit, & Fratrem prædictum se ejus precibus commendantem seriò monuit in eodem vitæ discrimine, quod operibus charitatis maximopere vacaret, nec

C non alterum Fratrem, scilicet P.M. Placidum Mariam superius memoratum pari animi sensu monuit, quòd jugiter Deo commendaret animas in Purgatorio detentas, Peccatores miserrimæ suæ conditionis ignaros, & Sacerdotes Vitam impiam ducentes. Charitas enim nostræ Sororis in id potissimum tendebat, quod est in homine præstantius, scilicet in animam æternæ beatitudini comparandæ creatam. Hanc Catharinæ virtutem, tanquam sibi maximè acceptam testari voluit Deus, cùm enim aliquando ea farinæ copia Domi præsto esset, quæ consueto Domesticorum usui per tres Menses par esse debebat; Catharina verò longè uberius, quàm fieri mos esset, inopum necessitatibus consuleret,

D è Domesticis quidam id advertentes haud temerè verebantur, ne præfinito trium Mensium spatio satis esset farina, ideoque mussitabant, ipsamque increpabant; postquam verò ex ijs alter adeo defecisse farinam advetterat, ut alia rursus paranda sibi foret, brevi temporis spatio interiecto ad arcam rediens, ubi servabatur farina, in eâ statim deprehendit insignem farinæ copiam, longèque majorem, quam antea viderat; cujus rei novitate obstupescens, Catharinam de hac re monuit, quæ proinde summâ comitate reposuit, ab operibus charitatis abstinendum minimè esse, Deus enim in se confidentibus non deest. Idem pluties expertæ fuere Catharinæ Filia, & Ne-

& Nepos, quas ipsa regebat; cùm enim operibus manuum quamdiligentissimè quotidie vacarent, ut sibi eainde vitæ tolerandæ necessaria compararent, Catharina plerumque eorundem operum pretium pauperibus distribuebat, ideoque persæpe fiebat, ut prædictis puellulis de vestibus, alijsque huiusmodi rebus consulere non posset, quæ proindè cum ipsa conquerebantur, quòd cæteris consulens, sibi, suisque minimè consuleret, & operum suorum pretium prodigeret; verùm illa Deo credendum esse docens, ipsum sibi minimè desse rei eventu comprobavit, plura enim subsidia sibi aliundè obveniebant, præter omnium opinionem, Domesticis necessitatibus subveniendo accommodata. Prætereà non modò præsto erat pauperibus opem ultrò petentibus, sed etiam ut plurimum præveniebat, quoties de eorum indigentiâ certior facta fuisset, præsertim verò si, mendicitate cogente Divinæ gratiæ jacturam subire potuissent; eos enim ferè ostiatim adibat, ac seriò monebat, ut certis quibusdam horis Domum suam peterent, ubi eorum necessitatibus, quammaximè poterat, consulebat. Ita verò cum omnibus indiscriminatim sesa gerebat, sibi quoque infensis, hinc opem ferre Puellæ cuidam miserrimæ minimè desiit, quampluries tulerat, victum ei parando, pecunias, potiones, lecti sui culcitras, & stragula, prout eius necessitas exigebat, quantumlibet hæc ipsi graviter ægrotanti adesse aliquandiù noluerit, vel à Catharinâ rogata, ut per idem temporis spatium Filiæ, atque Nepoti quiescere fas esset, quæ plures noctes excubias egerant. Paupertatis studiosissima, seque longè beatiorem in humili suâ conditione eaistimans, quàm Princeps quæcumque; Virorum Principum thesauros ideo solùm appetebat, ut in Pauperes effunderet, quorum calamitatibus adeò commovebatur, ut eas sibi proprias fieri percuperet, dummodo illas ab ijsdem vindicaret. Hoc animi sensu afflictis quibusque præsto erat, tum consilio, tum ope, quoad ei licebat, tum orationum suffragio, tum invictâ animi constantiâ in excipiendis molestissimis eorum querimoniis. Eo Corporis habitu Domesticis obvia semper erat, ut nemini prorsus gravis accederet, quantumlibet interius varijs solicitudinibus premeretur; si quando verò corripere quempiam teneretur, eâ vultus hilaritate præstabat, quâ palam faceret vitia se quidem odisse, cæterum errantes diligere, eorumque dumtaxat emendationem eapetere. Pari Charitatis impulsu Franciscum Mariam Fratrem curis aliquando, & animi perturbationibus obrutum eleganti verborum apparatu eahllarare studebat, quod pariter secum ipsa præstabar, quoties pari necessitate tenebatur, abstinens omninò à nimiâ afflictionum suarum narratione, ne gravis plus æquo cæteris fieret, quæque alios à molestijs eaimere cupiebat, ijsdem subeundis paratissima; hunc animi sensum maaimè erga prædictum Fratrem fovebat, quo reipsa factum est, ut quandiù superstes Catharina fuit, prout superius innuimus, gravissima munera erudiendæ nimirum juventutis, sacrarumque Virginum dirigendarum per annos quadraginta, & amplius, quantumlibet viribus non satis integer, absque ulla sui jacturâ obierit, quod Catharinæ virtuti ita se tribuere dicebat, ut ipsâ è vivis ereptâ plura sibi mala imminere veritus, & revera subjecit pluries, & sanè gravissima, eadem tameo feliciter evasit, & id Catharinæ acceptum referens, cui plurimùm confidens, aliquid semper, quod ejusdem Sororis usui fuerit, sibi adhærens, gerere solet usque dum vitam ad annum octuagesimum septimum suæ ætatis protraheret; quia verò aliquando vehementi cordis palpitatione Frater prædictus correptus fuit, ideò maaimè solicitus, quippequi sibi quid longè gravius imminere verebatur unà cum artis medicæ peritis, Catharina Deum alacri animo rogavit, ut se potiùs, quàm Fratrem eâ ratione premeret; statimque ille ab omni suspicione mali imminentis solutus, incolumis æquè evasit, ac si nihil omninò mali passus fuisset; è contra verò paulò post Catharina de repente mense Junio anno 1697. gravissimo capitis dolore affecta decumbere diù coacta fuit, heroicæ æquanimitatis eaempla eahibendo, quæ fusius exponam, ubi de hac Sororis nostræ virtute agendum. Tanta erat Catharinæ charitas cum tantâ animi solertiâ fæderata, ut hæc omnia præstaret, quin speciem virtutis ullatenus ostentaret. Juvandis Proximis jugiter intenta Deum eniaè rogabat, ut eos ab infirmitatibus vindicaret, cujus preces irritas esse non passus Deus pluribus sanitatem integram restituit, præsertim verò Joanni Baptistæ Santini summâ pietate prædito, ac proaimè morituro, qui proindè præter omnium opinionem convalescens, consueta Pietatis officia in aliorum quoque utilitatem exercere libere potuit. Item inopi cuidam Puellæ in eatremo agone constitutæ, quæ convalescere statim cæpit, ac ipsam Catharina iovisit. Alteri pariter è Fratribus Placido Mariæ Servitæ, cui jam præ febri quadam malignâ conclamatum erat à Medicis, quin alios adhuc recenseam, ne Lectori gravior evadam. Unum hoc superest omninò animadvertendum, quòd beneficia hujusmodi non brevi quodam dumtaxat Orationum Vocalium apparatu ab Altissimo impetrabat, verùm etiam austeritates, & quidem graviores adhibendo, carnem videlicet ciliciis, flagellis, jejuniis, atque vigilijs macerando, prout res ipsa urgebat. Adeò verò in Catharinæ precibus sibi complacebat Deus, ut quoties gratiam aliquam conferre minimè consentaneum putaret, ne precibus ipsis quodammodo victus eam conferre cogeretur, varia adhibebat ostacula, ne Catharina precibus ipsam fatigaret, pari fermè lege, ac Mo-

ysen

ysen olim monere consueverat, ut se dimitteret, neve iram suam cohiberet, quod præ cæteris Confessariis eius Tonellius in Fratriâ sua advertit, quam die 28. Novembris *1696.* in puerperio evidenti mortis discrimine ieipsam Catharinæ precibus commendaverat, illud insuper ab eâ petens, ut ipsam statim inviseret; Catharina enim moram gerere paratissima è Domo suâ prosiliens, nt opus hoc charitatis compleret, doloribus illicò adeò vehementibus affecta fuit, ut undequaque convulsa eò adire nequiverit, proindeque infirma prædicta fato cedere coacta fuit.

Quamobrem distrahere Proximos ab offensâ Dei quammaximè studebat, corripiendo, objurgando, & minas intentando, nisi resipuissent, aliorumque operam, ut id assequeretur, adhibendo, quod speciatim præstitit honestam quandam Puellam cæteroqui innocentem à familiari Mulieris cujusdam non omni exceptione majoris consuetudine Parochi operâ amovendo; consueta subsidia alteri Puellæ denegando, quæ vanitati nimirum indulgebat, & Domi suæ excipiendo alteram pariter Puellam, quæ dimissa a Dominâ suâ graviter commota, quò se reciperet, non habebat; posthabito enim Dominæ illius furore Puellæ decori, atque pudori consulere satius duxit. Hujusmodi animarum zelo incensa Confessarios Deo etiam atque etiam commendabat, ut gravissimum, & Angelicis humeris formidandum animarum dirigendarum onus feliciter subirent, neve cùm aliis prædicassent, ipsi reprobi efficerentur. Prætereà nedum non doluit, quin potius præ gaudio exilire cæpit, cum unicam sui Filiam, quam summopere diligebat, multiplici rationum genere, prout opus erat, probatam, amplectendum decrevisse cognovit Monasticum Institutum, proindeque à seculi insidiis exemptam in asylo Monasterii S. Salvij haud procul Florentiâ Ordinis Vallis Umbrosæ quiescere; ejus enim Animæ salus, sibi longè acceptior erat, quàm jugis Filiæ, quantumlibet dilectæ, consuetudo, cni tamen prædixit brevì post monasticam professionem morituram, quòd & rei probavit eventus. Iteratis precibus, séque Deo per voluntarias corporis macerationes hostiam offerens, id tandem assecuta fuit, ut mulier quædam in adulterio deprehensa, quæ cæteroqni Filium exindè conceptum perdere meditabatur, ne deprehenderetur Adultera, facti pænitens, lachrymis obortis errorem suum sacramentali Confessione purgaret, quæque antea in tablem acta id præstare negaverat, adhuc præ Puerperio in extremo vitæ discrimine constituta, subeundæ Morti paratissima evaderet, licet superstes diù quoque fuerit, & incolumis, quod sanè æquè ac veram ejus pænitentiam Catharinæ precibus tribuendam esse non diffiremur, quæque Catharina ipsa se consecuturam esse prævideràt, utpotè longè graviorìbus affecta cruciatibus, quàm fieri mos esset, ex quo divinitùs edocebatur, Deum sibi juxta A petita propitium fore. Quod sanè pro peccatoribus omnibus indiscriminatim præstare solebat, recurrentibus præsertim Bacchanalibus feriis, cùm scilicet effrænes homines indulgere magis illicitis voluptatibus solent, ut tenebris ignorantiæ fugatis veritatis lumen aspicerent, & ad meliorem frugem conversi criminum suorum veniam consequerentur; pænis quibusque tolerandis parata, cujus votis satis ei facere consueverat Deus, tunc enim Doloribus afficiebatur adeò vehementibus, ut ijs perferendis vix par esse videretur. In universum ergo sanctis operibus, & macerationibus seriò vacabat, quoties de re ageB retur, quæ Dei honorem respiceret, & animarum salutem, Deo quidem accepta, qui votis ejus in re propositâ quamlibentissimè obsecundabat, cujus rei plurima recensere fas esset exempla. Denique animas in Purgatorio detentas quammaximè miserata, quarum speciatim consuetudine usa fuerat, antequam decederent, vel quibus se quoquomodo debere cognosceret, earum cruciatus minuere satagebat, voluntarijs oblatis corporis sui afflictationibus, & iis longe vehementioribus, quibus utpotè jugiter infirma premebatur, uti deinceps dicendum. Quæ enim adhuc Puellula pecunias, quas sibi ad ornamenta corporis paranda designatas non mediocri solertiâ superesse curabat, celebrandis Missis C pro earumdem suffragio erogare consueverat, ætate proficiens proprijs corporis etiam adhibere voluit cruciatus, Dei enim amore magis semper ac magis incensa gravissimam pænam animo concipiebat, quâ animæ illæ afficerentur, utpote clarâ ejus visione destitutæ, quem super omnia diligerent: hinc Deus ipse Catharinæ genio indulgens tantis ipsam affecit doloribus, ut integrum bimestre immobilis decumbere coacta fuerit; siquidem sui Coniugis animam pænas aliquas subeundo juvare studebat, quam sibi visa videre fuerat specie tristem, & alienæ opis egentem, adeòque in Purgatorio detentam suffragia petentem intellexerat: hinc contigit, quòd bimestri spatio completo Coniugis ejusdem species iterum ei sese obtulerit, sed hilaris, D atque festiva, quasi eximiæ ejus charitati gratum animum testata.

Tanto charitatis ardore erga Proximum incensa Catharina palam omnibus faciebat quonam pacto ageretur in Deum, ex quo charitas in Proximum è charitate in Deum, tanquam rivus à fonte emanat. Charitatis hujus perfectionem seorsim exponere modò importunum videretur; hæc enim è præcipuo studio satis abundè patebit, quo virtutes penitus omnes, quin vel unam omitteret, excolendas suscepit, noster enim spiritus hujusmodi studio diù vacare non potest, adeoque vitia quæcumque naturæ nostræ corruptæ radicitùs evellere, & in nihilum, ut ita dicam, redigere, nisi Divinum hunc ignem con-

conceperit, quo hæc omnia quamfacillimè præstat, quique si deficit, nihil omninò præstabit. Itaque Soror nostra Deo semper addicta, ejusque excellentiæ contemplandæ, in ejusdem cognitione indesinenter proficiens, sicut in luce aurora, in ejusdem amore pari gradu proficere tenebatur, ad meridiem usque, quoad in terris homini licet, tum caloris, tum lucis provecta, quapropter nihilitatem suam, suam que erga Deum infidelitatem hinc perpendens, hinc excessivam Dei erga se bonitatem admirata, qui tandiù ipsam sustinuerat, nec æternæ morti damnaverat, sibi suadens, quod ipsum nunquam, & cognovisset, & dilexisset, exclamare solebat: *Serò nimis agnovi te, Deus meus: serò nimis perpetuâ, & eximiam charitatem percepi, quâ me Peccatricem dilexisti!* Tum verò concepto interiùs ardore in lachrimas soluta singultus emittebat, & gemitus, in amaritudine peccata sua recogitans, quæ præ clariori Divinæ Bonitatis cognitione sibi modò collata, longè graviora, quàm antea sibi videbantur. Inde quoque vehementiùs angebatur, quòd ita Divinitus illustrata, tanquam ratum habebat, quòd nunquam pares Deo rependisset vices, neque congruâ gratiarum actione labores, angustias, doloresque per quindecim annos fermè continuos, velut à manu paternâ sibi immissos excepisset. Quos animi sensus præ vehementiâ doloris ab insigni in Deum charitate prodeuntis Confessario identidem repetens in uberes lachrymas, quin sibi temperare posset, solvebatur, eâque ratione conceptum charitatis ardorem longè magis fovebat, quin etiam adaugebat, sollicita semper de charitate hac assequendâ, quam sibi semper deesse verebatur, prout spiritibus quibusque familiare est, qui Divinæ charitatis igne, quo magis incensi sunt, eò magis ipso destitutos se credunt. Hinc aliquando tanto amoris impetu agebatur in Deum, quin tamen modum, quo id fieret, assequeretur, ut quantumlibet suapte naturâ macie confecta, & facie pallida, imo ferè exanimis videretur, rubicunda tamen, velut ignis specie apparebat, ardorem interiùs conceptum, frigida temperare contendens.

Charitas in Deum.

Hinc minimè mirum, quòd invictâ animi constantiâ per annos viginti saltem continuos, ni veriùs dixerim per integrum vitæ suæ cursum, inusitata corporis, ac spiritûs incommoda subierit, quin sibi tamen aliquid passa fuisse videretur; quamobrem graviter aliquando decumbens Fratri suo Francisco Mariæ Sacerdoti ipsam seriò monenti, quòd ad æternam gloriam assequendam quantocyus se præpararet, elegantissimè respondit: *Spero quidem ex Dei misericordiâ id me consequuturum, id tamen minimè mereor, nihil enim hactenus pro Deo præstiti, ipsi verò accepti erit,* subjunxit festivè, *quod adhuc aliquid patiar, ac reipsa velim aliquid ampliùs pro Jesu pati*; & alacri quidem animo hæc addidit, *quin*

Animi constantia.

E *etiam peterem, quòd æternæ gloriæ me participem nondum faceret Deus, ut ita magis pati mihi liceret, nisi eidem fortè displiceret petitio, cùm enim ex merâ Dei misericordiâ gloriæ particeps ero, quemadmodum sperare teneor, non amplius mihi pati fas erit.* Ac reipsa voti compos facta paulò post molestissimis affecta doloribus fuit, quibus tamen superior hilaris, & gaudens, quæcumque passa fuisset, & quidem gravissima, uti mox dicemus, nemini referebat, neque animo repetebat, quinimmo dicere solebat: *Me pudet coram Deo me sistere, & gloriam æternam adire, cum vix aliquid pro ipso passa hactenus fuerim.* Adeo quidem virilis, & animo constans, ut neque mortem horreret, quæ solum Dei offensam exhorrebat. Hæc autem Catharinæ virilitas

F longè melius innotesceret, si quæ passa fuit, expenderimus. Molestissimâ quâdam infirmitate detenta plures menses fuerat, ex quâ variis tumoribus scatere cœpit undequaque corpus, quod & aliàs contigit, circa latera bullulis quibusdam, quæ in plagas degeneres totum iterum corpus, vel ipsum caput infecere; quoniam verò hujus morbi causa latebat, ordine præpostero curata, adeò intumescere cœpit ad instar hydropicæ, ut diu, noctuque sedi cuidam innixa pedes elatos, scamnoque incumbentes, tenere coacta plures hebdomadas fuerit, præ enormi crurium intumescentiâ. Inde nonnisi divinitùs convalescens, aliquantulum profectò quiescere potuit, brevi tamen gravissimis afflicta dolori-

G bus per singula corporis membra fuit, quorum vi, neque somno indulgere, neque vesci ei fas erat, prout necessitas exigebat; quapropter adeò viribus fracta evasit, ut Medici id advertentes, nec aliunde exploratam habentes dolorum hujusmodi indesinentium originem, qui inopinatis symptomatibus eorum eludebant peritiam, quid sibi agendum foret, assequi non poterant, ita verò affecta quindecim integros annos vitam transegit Catharina, dicere solita, infirmitatem hanc ad mortem non esse, neque è naturalibus causis profectam, sed divinitùs immissam ad ejus superbiam retundendam. Cæterum convulsiones nervorum, & articulorum inusitatas membrorum distractiones jugiter patiebatur,

Variæ infirmitates.

H modò magis, modò minus graves, siquidem perforari sibi jugi gladiorum opera singula membra videbatur, terebrari ossa, minutatim concidi carnes, modò funiculis arctissimè constringi, modò præ vehementiâ dolorum manus, pedes, & singula membra in speciem glomi visibiliter contorqueri, quin aliquid ad leniendos dolores adhiberi ab Astantibus posset, qui proindè maximè commovebantur; cum interim ipsa in lachrymas solvi coacta sanctissima Jesu, & Mariæ nomina identidem flebili voce, & ingentis doloris expressivâ invocaret, cæteroqui Divinæ voluntati maximè conformis, & adhuc amplius patiendi percupida. Si verò aliquantulum subsidente dolo-

dolorum vehementiâ, & præ virium infirmitate somno veluti victa indulgere contenderet, vix exuta vestibus, lectoque imposita obdormiscere incipiebat, cum iterum congruente vehementiori dolorum procellâ è lecto prosilire cogeretur, eaque ratione noctes integras, & dies transigebat per plures adhuc in hyeme Menses. Quibus consulere volens præfatus ejus Frater, ex quo inania probaverat quæcumque artis Medicæ remedia, Divina adhibere cœpit, sacramentalia nimirum, & varia Religionis opera. quippequi cùm aliis putabat supernaturalem esse morborum hujusmodi causam, verùm & hæc incassum adhibita fuisse comprobavit eventus; quin potius anno 1693. Catharinæ virtutem, tanquam aurum in igne probaturus Deus, novo morbi genere affectam eò redegit, ut viribus penè exhausta, lectoque immobilis consistere coacta proximè moritura habita ab omnibus fuerit, licet ipsa sentiret interiùs, & pluries diceret se nondum morituram, sed ad graviora subeunda servandam, prout reipsa contigit, illicò enim ingenti omnium stupore incolumis reviviscere cœpit, quæ paulò ante exanimis erat.

Iterum anno 1695. pleuritide affecta adeò graviter fuit, ut actum de ipsâ pronunciaverint Medici, quod ipsa hilari animo accepit, sed D. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, cui addicta maximè erat, implorato præsidio, ut sibi impetraret, quod animæ suæ magis expediret, sacra ejusdem Imagine, quam secum jugiter gerebat, parti læsæ admota, statim incolumis evasit. Quia verò accepta maximè Deo erat, probanda ut plurimum erat variis tentationum generibus, siquidem Satan etiam, Deo sic permittente, æquè ac in Jobum permiserat horribili specie, modò Draconis, modò turpissimi Gigantis videndum illi se præbens, modò immoderatos excitando clamores, ac strepitus cæteris utique Domesticis ingratos, eam perturbare nitebatur, quam pariter percutere adeò quandoque solebat, quia se contemptum ab illâ molestè ferebat, ut vibices insignis quoque magnitudinis undique per corpus apparerent; cætera quoque inusitata morborum genera arti Medicæ plerumque impervia modò recensita, & mox recensenda, Dœmonis opera esse nemo rem ipsam expertus in dubium revocavit. Præterea nil intentatum reliquit humani generis hostis, ut ipsam ab oratione, & cœlestium contemplatione diverteret, quippequi probè norat ipsam quammaximè Catharinæ profuturam, cui planè quàm diligentissimè vacans, invictum spiritum ab eâ non relaxabat, quantumlibet extrinsecus distracta foret, diuturnis, & gravibus infirmitatibus detenta, hoc enim opus illi perquam familiare erat. Hinc repentinis clamoribus inconditos strepitus edendo terrorem ei incutere studebat, lumen extinguendo contendebat, ne contemplationis argumenta prælegeret, qui-

Dœmonis insultus.

bus artibus tamen Catharina superior, orationem in hyeme quoque ad plures horas in nocte, ita protrahere nitebatur, ut Deo, B. Virgine, Angelo Tutelari, cæterisque Sanctis Patronis, quorum imploraverat præsidium, opem ferentibus, Orationi tandem sedato animo indulgeret. Suadere quoque ipsi tentabat, quòd Confessarium desereret, ac si ipsam seduceret, & ambo Divinâ gratiâ destituti, essent æternum damnandi. Id autem non assecutus, studuit rursus, ut Ecclesiam adire non posset, ipsumque consulere; hinc pluries operam dedit, ut per scalas Domûs in præceps rueret, quoties Ecclesiam aditura descenderet, quamvis ei minimè deesset, qui eam regeret, quem tamen ipsa ignorasse fatebatur. Cæterum aliquando pro hujusmodi Dœmonum impulsu reipsa corruit per scalam lapideam eo planè impetu, ut pessimè affectam crederent omnes Domestici, illæsam tamen videre. Aliàs verò eàdem Dœmonis arte per scalam in præceps acta in dextero supercilio versus musculum temporarium adeò graviter percussa fuit, ut licet sese protinus in pedes erexerit, quam planè mortuam habebant Domestici eò celerrimè accurrentes, coacta tamen fuit plures hebdomadas decumbere. Curato vulnere pristina repetens pietatis opera D. Mariæ Magdalenæ de Pazzis corpus veneratura, quo die ejus celebrantur solemnia, sacellum eidem nuncupatum in magnâ Populi frequentiâ subiens gravissimam à Dœmone alapam accepit, vi cujus corruens habita ab omnibus fuit vel mortua, vel pessimè affecta, illicò tamen surrexit absque ullâ læsione, neque ullatenus perterrita, quippequæ noverat alapæ hujus auctorem. Hic tamen iterum ipsam aggressus impurissimis speciebus phantasiæ illius oppositis, id odio habendum Deum excitando, blasphemias, maledicta, & execrationes in ipsum proferendas, tanquam malorum omnium auctorem, quæ tum ipsa, tum omnes ejus Domestici hucusque subierant, adeoque tanquam crudelem Tyrannum, eam quammaximè perturbabat, additis præsertim corporis cruciatibus, quod plures dies passa, noctu quadam cæteris dormientibus longè graviùs vexata, sibique visa blasphemias ipsas quodammodo proferre, quas interiùs à Dœmone excitari sentiebat, multipliciter Deum, ac Deiparam invocando, seque longè alienam ab hujusmodi diabolicis sensibus testata, aliquando tandem triumphum de Dœmone egit, qui proinde ægerrimè ferens sese adeò turpiter fugatum, felem cæteroqui mansuetum, ac Domesticis omnibus, potissimùm verò Catharinæ amabilem, de repente incitavit, ut Catharinæ guttur lacerando, mordendo impeteret; signo tamen Crucis adhibito, ac Deiparæ de more implorato præsidio, felem pristinæ mansuetudini restituit, ac Dœmone superior evasit, qui cùm ipsam occidere non potuisset, percutere graviter cœpit,

Dœmonis insultus.

cæpit, fodicare, mordere rabidi Canis ad instar, tantisque doloribus afficere, ut Puerperij dolores ijs comparati verè doloribus Inferni nihili ab ipsâ fierent, pati siquidem non poterat Diabolus, quòd Muliercula ipsum despectui haberet, suoque subderet imperio.

Quæ etiam tantis à Dœmone, & à naturali corporis infirmitate affecta cruciatibus erat, pati ulterius cupiens, delicias quascumque sibi à Deo jugiter collatas, prout inferius dicemus, ex animo abdicavit, ipsumque enixè rogavit, in lachrymas etiam soluta, quòd sibi per ipsum merè pati liceret. Tum verò, annuente Deo, peculiaribus in Deum elevationibus destitui cœpit, quas etiam pro virili declinare studebat, aliorum oculis præsertim exposita; suæ deinde passionis tormenta communicare multipliciter cæpit, & per aliquot annos ad obitum usque perseveravit. Primùm ergo Catharina funiculis arctissimè sibi constringi pulsus persensit, adeout carnem ipsam interiùs subire viderentur. Tempora quoque acutissimis spinis præcingi, quæ cerebrum usque incredibili dolore transfigerent, longèque graviori, quàm qui è præfatis funiculis excitabatur, ad retundendam, prout ipsa petebat, sui capitis elationem; quamvis autem centum punctiones sentiret, præ cæteris gravior illa erat, quam spina quædam acutior ingerebat, quæ à capite ad Palatum usque sese extendere videbatur. Pluries cæsa flagellis adeò vehementer à vertice capitis ad pedes usque cruciabatur, ut mortem evadere nonnisi divinitùs posset. Cruci quoque cum Christo quolibet mane per tres annos configi solebat, adhuc enim in lecto decumbens, à somno soluta, undequaque supina, uno è pedibus alteri superposito, genibus quandoque præ contorsione nervorum contractis, quonam pacto penitus ignorans, punctionem in pedibus veluti clavi ambos perforantis, quin ipsos movere posset, sentiebat incredibili dolore, nam per unius anni circiter spatium tres horas continuas, reliquis verò duobus per quinque integras horas singulis diebus pœnam hanc subibat corpori illi adeò malè affecto gravissimam. Ex hoc pœnarum genere gravior alia processit lumborum scilicet laxatio, quòd si fortè loco se movere tentasset, prout cuique familiare est situm incommodum habenti, exprobatam se interius percipiebat, ac si crucem declinaret, quamobrem immobilis omninò permanebat contemplationi innixa Christi Domini spinis circumdati cruci affixi, aliisque pænis affecti. Alapam sinistræ genæ sibi ab armatâ manu impactam aliquando sensit, ex quâ dolor gravissimus, surditas, & cerebri exinanitio processere, diùque excruciaverunt; subinde verò videndum illi intellectualiter se obtulit dulcissimus Jesus demisso capite, vultu maximè tristi, & præ alapâ ei apud Annam impactâ, cujus vim animo Catharina concepit, adeò dejectum, ut miseratione commota penè defecerit, & in ubertimas lachrymas soluta fuerit, præsertim verò, quòd hæc se subijsse dixerit Catharinæ ductus amore; hinc se verè ingratam eidem Domino inter singultus, & gemitus fatebatur, & maximè dolebat sibi tribuendos esse tantos Christi Domini dolores, quin ullus quocumque verborum apparatu præstare posset, ut à lachrymis temperaret. Eo rursus dolore circa lumbos, & latera affecta fuit, ut sibi moriendum esse quandoque crederet, quem sibi à Domino communicatum esse cognovit, ubi in extasim rapta monita fuit se ita participem fieri pœnæ illius gravissimæ, quam ipse Jesus in Cruce pendens quoad easdem corporis partes subierat; hinc longè constantior pœnas hujusmodi, utique graviores, recurrentibus Sanctorum solemnijs, & quoties Eucharistiæ pabulo reficiebatur, itaut se mortem oppetere censeret, unà cum Christo hilari animo perferens, pro Peccatorum salute offerebat Altissimo, quam Catharina haud mediocriter sitibat. Plures hebdomadas hoc pacto vexata, feriâ quadam 6. [quâ sanè feria longè plura per totam diem pati solebat,] valdè diluculo Cruci affixa, prout modò recensebam, valde magis, quàm fieri consueverat, afflicta, tum præ contractionibus, & extensionibus nervorum, tum præ punctionibus in pedibus, adhuc per totum corpus multiplicatis affecta doloribus fuit, simulque pronam se vidit, quæ supina de more antea erat, & undequaque contractam, quin rationem adverterit, quâ id in instanti contigerit, pedibus tamen sibi ad invicem superpositis, pœnam hanc pœnæ illius esse partem intelligens, quam Christus Jesus pertulerat, ubi Cruci affixum, susdeque verterunt Judæi, simulque intelligens plurimas, atque gravissimas injurias, quas Deo inferunt impij, & ipsis imminentia Divini Judicis flagella, suæ potissimum Patriæ, quam tamen ab ipsis eximere Deus voluerat aliquot Justorum sanctitate permotus, quapropter lachrymis fusissimè obortis adeò angebatur, ut per biduum integrum quiescere nullatenus potuerit. Feriâ 6. proximè sequente nedum consuetis capitis, & crucifixionis quotidianæ doloribus, quos minimi faciens nil penitùs tunc se pati dicebat, & omninò quiescere, vitamque ducere otiosam, verùm etiam novo quodam pœnæ genere facies ei contracta adeò fuit, ut versus thoracem caput inflectere coacta foret, ex quo in occipite summus dolor, tunc autem intellexit & hoc intolerabilis doloris particulam esse, quem Jesus in cruce suspensus subierat, cum viribus deficiens deprimere caput cogebatur, quo pœnæ genere pluries iterum vexata fuit reliquo vitæ suæ cursu sextâ potissimum feriâ. Ad hæc transfigi simul sibi cor sentiebat, ex quo tantus prodibat calor, & amoris in Deum excessus, ut rubore suffusa, facies claram sui speciem exhiberet; pati deinceps cœpit gravia quædam cordis deliquia, præsertim verò

Participatio Dominicæ Passionis.

Participatio Dominicæ Passionis.

cum

cùm aliquod è superioris vitæ peccatis gravioribus sacramentaliter confiteretur, summopere commota, ac de se demisissimè sentiens, quæ planè deliquia ideo sibi contingere Divinitùs intellexit, quia voluptate illâ destitueretur, quâ perfundebatur, cum sola omninò remotis arbitris Ecclesiam adibat satis sibi, superque sacta, his enim deliquiis obnoxia socia quadam indigebat; ideò quoque, quia deliciæ iliæ deficerent, quibus perfruebatur in amarissimâ suorum criminum confessione. His adhuc accessit, quòd die 9. Januarij anno 1695. sopitis aliquomodo doloribus, quos ipsâ die subierat, insequente nocte pœnâ quadam affecta repente fuit, quâ per singula curporis membra diffusâ, nec sedere, nec stare, neque jacere poterat Catharina, quin etiam sensuum usu diù B destituta, spiritu deficiens, ac pene sine halitu proximè moritura videbatur. Ac revera Confessario deinde testata fuit, se nunquam tantam passam fuisse, eâ tamen lege, ut animus tempestate illâ superior Christi Domini Passioni addictus, dolores per singula ejus membra, ac per singulos articulos discernens, in iisdem sui corporis partibus, quoad ei fas erat, dolores eosdem sentiret, quos tamen nihil penitus esse asserebat, licet admodum sensibiles, si duloribus compararentur, quos ipse Christus pertulerat. Exactè proindè repetebat, quòd hujusmodi dolores, modò cordis punctiones fuerant, viulentæ modò contractiones nervorum, in capite modò, veluti spinatum aculei, se modò funiculis ar- C ctissimè in pulsibus constringi sentiebat, ut fermè deficeret, modò se flagellis undequaque cæsam putabat, quæ quidem, licet aliàs passa fuisset, nunadeò tamen generaliter æquè, ac nocte illâ, eâque distinctiune subierat. Idem pariter experta est proximo Purificationis Deiparæ die, biduo enim ante immobilis prorsus, ac veluti lecto affixa consistere coacta fuit, & cibi adeò nauseabunda, ut recreari exindè non posset, additâ quoque interiùs intulerabili afflictione, ex quâ defectus virium insignis prodibat. Illo igitur biduo maximè quidem desolata exteriùs, jugiter sibi præsentem sensit interiùs dulcissimum Jesum, quem sibi videre videbatur modò tristem usque ad mortem in horto, capite modò D demisso, manibus post terga revinctis coram Annâ cunsusione undequaque repletum, modò ludibrio habitum, barbara modò alapâ cæsum, modò pendentem è cruce, modò se ednquerentem, quòd ejus Pater illum dereliquisset. Quæ planè non imaginariè, sed reipsâ Catharinæ offerebantur, inde enim angorem sentiebat interiùs, quem senserat Christus, & adeò sensibilem dolorem, ut sibi dentes excidisse viderentur, & discissa mandibula; inde quoque cordis deliquia, desulationes, & hujusmodi vices variè subibat, prout varia se illi offerebant Christi Domini patientis mysteria, & quidem ad plures ho-

A ras huius generis sensus produxit, donec festo prædicto recurrente, aliquantulâ requie donata, quam alioqui perturbare contendit Diabolus terribilis Bestiæ specie ei videndum se præbens, in dexterâ corporis parte versus coxendicem ter ipsam dentibus invasit, tanquam rabidus canis, cujus rei tribus in locis tria deprehendit indicia figurâ dentium impressâ, non mediocri sui sensus dolore, ut ipsi ad sacram Eucharistiam accedere minimè liceret, cui tamen occurrens Deus eidem interiùs promisit ei præstò futurum, Ecclesiam D. Annunciatæ de more petens, postquam Sacramento Eucharistiæ refecta fuit, in sacelium B. Virgini *del Soccorso* dicatum secedens, oculisque in imaginem Christi Domini è cruce pendentis ibidem positam defixit, à sensibus fermè aliena, & in extasim rapta (quod paulo ante præsentiens eò sola recessit) gravissimos ejusdem dolores singularim contemplata, quos per integram suæ Passionis seriem pertulerat, cum pedum, & manuum cruci affixionem perpenderet, suos quoque pedes solo affigi adeò sensit, ut sibi deindè restituta, neque se erigere, neque pedes ex eo situ movere potuerit, ubi diù quidem perseverans, verita ne quis rem ipsam deprehenderet, Deum humillimè rogavit, quòd exinde recedere, ac Domum repetere sibi liceret. Tum verò utrumque pedem à solo divelli paulatim sensit, ac deindè lento gradu, sed summo affecta dolore, quasi pedibus saucia, Domum rediit.

Participatio Dominicæ Passionis.

Utique Diabolus Divinæ Potentiæ, & Majestatis æmulus, eo pœnarum genere Catharinam afficere tentabat, quo id præstare solebat Deus, ut ipsam aliquando seduceret; verùm divinitùs illustrata, Dei operâ in se ab operibus Dœmonis quàm facillimè discernebat. Quoties enim Dei opera æmulari in Sorore nostrâ contendebat Diabolus, sive doloribus ipsam afficiendo, sive sacras Imagines exhibendo, sive aliâ quacumque ratione, perturbatam illicò sese sentiebat, intellectu hebetatam, alienam à Deo, de cujus bonitate diffidere videbatur, ipsum odisse: cùm è contrario Mentis serenitas, sincera pax cordis, plena in Deum fiducia, desiderium insigne adhuc ulteriùs patiendi, & humilis quædam confusio Catharinæ accedebant, quoties Dei opera forent. Præterea licet Dœmonis arte dolores intensione forte pares cum doloribus à Deo excitatis sentiret, eos tamen nunquam in ijs partibus sentiebat, iu quibus eosdem excitare solebat Deus.

Hinc minimè mirum, quòd à Confessario monita de necessitate, & excellentiâ meditationis seriò, ac libentissimè ei semper deinceps indulserit, quin ab ejus exercitio, quidquid in oppositum adversaretur, deterreri ullatenus potuisset, sive infirmitatum diuturnitas, atque molestia, sive Dœmonis insidiæ, ac perturbationes, sive spiritûs angustiæ, ac desolationes, sive aliud quodcumque incommodum

modum, jugiter enim contemplabatur, exterioribus etiam operibus addicta, utpotè Cœlestium dulcedine perfusa, Deoque semper adhærens, qui ad osculum oris sui, sive ad altissimum, & peculiare Orationis genus, tandem aliquando admiserat, postquam Dilectam hanc suam eò perfectionis elatam advertetat, ut veterem hominem exuta, rationi sensum, carnem spiritui, Deo seipsam undequaque subjeciffet. Alacris mente erat quidem Catharina, sed Literis, & scientijs destituta, adeoque simplex primùm, & vulgasis erat, etsi maximè fervens ejus oratio; cùm verò ad ætatem provectam accessit, ad osculum Domini prædictum admissa, visione quadam intellectuali assequebatur mysteria, In quorum meditatione versabatur, ex quo mirum in modum illustrata, ea se explorata habere dicebat, quæ tamen verbis exprimere non poterat, potissimùm verò quoad Christi Domini tristitiam, desolationem, & agonem in horto, cujus plerumque Passionem contemplabatur. Assequebatur etiam, quandoque extra se rapta suavissimam Dei præsentiam, Attributa, & perfectiones, eâ planè claritate, ut ipsis explicandis imparem se diceret, rationem quidem ignorans, quâ id fieret, nec assequi solicita quidnam esset interior hæc operatio, cæterum perfectissimâ animi pace perfrui, cum hæc agerentur, Confessario suo testabatur, cui ex obedientiâ quoscumque animi sui sinus detegebat, quod ut plurimùm contingebat, postquam Sacram Eucharistiam perceperat, & ita diù perseverabat. Locutionibus etiam internis fruebatur, Idque ut plurimùm, ubi vel affecta vehementer dolosibus, vel summoperè tristis, vel à gravissimis tentationibus exagitata foret, è quibus locutionibus ferè quidem momentaneis, vera sequebatur cordis tranquillitas, & virilis in perferendis adversis constantia; & quamvis ipsas declinare sinderet ad earum veritatem probandam, juxta Confessarij leges, adhuc tamen audire voces cogebatur, & salutares effectus experiri. Ex his etiam impetus quidam amoris in Deum excitabantur, quorum vi, ut diximus, ignescebat facies, non sine aliorum admiratione, suque confusione, quæ tamen quid rei esset, insigni solertiâ dissimulabat. Hos autem impetus insolitæ quædam præcedebant commotiones cordis, quod alas quodammodò induere videretur, ut è pectore prosiliens in Deum celerrimè ferretur, maximâ sui spiritûs dulcedine, ac fortitudine, licet indè viribus exhausta procideret. Neque verendum erat de hujusmodi Passionum sanctitate, & veritate, hæ siquidem dignoscebantur clarissimè è singulari sui cordis tranquillitate, & summâ humilitate, necnon ex alacritate spiritûs ad molestissima quæque perferenda absque ullâ, vel minimâ deliciarum mixtione, quæ planè minimè experiebatur, sed potiùs mentis perturbationem, & vehementes tentationes, quoties hujusmodi

Orationis genus.

E species à Dæmone excipiebat, indeque tanquam spurias à genuinis discernens, contemnebat; quæ proindè visiones imaginarias, atque corporeas minimi faciebat, & quidem vix aliquas è veris excceperat, utpotè satis superque edocta visionum hujusmodi genera opus plerumque Diaboli esse. Plurimi contra faciebat quodcumque veræ Orationis genus, præsertim verò altissimæ, non ideò tamen nimio ejusdem desiderio tenebatur, ac si specialia hæc munera sitiret, quæ eò minus sibi cupienda cognoscebat, quo sublimiora esse intelligebat, quamobrem ab altissimâ hujusmodi spiritus elevatione dimissa, sive ab osculo oris Domini hilaris omninò, imperturbata consuetæ meditationi Christi Domini patientis vacabat, ac de superiori nullatenus solicita, agere solum studebat, & pati.

F Ex indesinenti hujusmodi Orationis studio solicitudinis amor processit, ita enim, & quidem meritò, sibi videbatur Deo magis adhærere, qui perturbationes, ac tumultus exhorrens, dilectas animas in solitudine alloqui solet, quod intelligens Catharina aliorum commercia, quantumlibet Familiatiâ, pro virili declinabat, quin tamen Charitati deesset, cui cum aliquando defuisse sibi videretur Mulierem quamdam non excipiendo, quæ eam convenerat, ut afflictioni suæ consuleret, leviter à Domino interiùs obiurgata, aliâ vice Mulieri ipsi juxta vota prospexit, quippequæ, ut alibi diximus, afflictis recreandis accommodatissima divinitùs erat: cæ-

G terum solitudini vacans, sublimiores patiebatur extases, & ad osculum oris Domini quamfacillimè admittebatur.

Pluribus, & quidem eximiis à Deo cumulata favoribus identidem fuit, plerumque verò ubi sacram Eucharistiam percepisset. In primis enim quoties eandem sacramentaliter percipere non posset, quod eì grave admodum erat, licèt aliàs ad utrumque parata, adeoque spiritualiter id præstitisset, quod ei per Confessarium semper liceebat, si Sacramentaliter non licuisset, delicijs ijsdem etiam sensibilibus affici solebat, quibus in sacramentali Communione perfundebatur, inusitatis nimirùm in Deum elevationibus, affectibus, raptibus, & sensuum alienationibus, æquè ac si Jesum teipsa excepisset. Præterea

H Christus Jesus videndum interius ei se offerebat pari comitate simul, & majestate, quâ conversatus in terris cum hominibus, eos passim erudiebat; ex quo profectò ea afficiebatur jucunditate, quam exprimere pro virili volens, quantumlibet plura proferret ad ipsam exprimendam accommodata, non ea tamen satis ad hoc esse dicebat: *Quàm speciosa res est Jesus?* Confessario suo dicebat, & insigni quidem vehementiâ. *Ecquis illum non diligat, si videat? Ecquis creata quacumque pro amore Jesu non obliviscatur? omnes, opinor, ipsum diligerent, si omnes aspicerent: Ipsa solùm, tanquam ingrata, neque diligere incapi, neque dili-*

Sacra Eucharistia frequentia.

diligere novi, cùm adhuc aliquid pro ipso pati minimè noverim, quin potius ipsum iniuriis lacessere non erubesco. Visibilis hæc Christi Domini species quandoque magis, quandoque minus perseverabat; perseverabat enim aliquando per diem integrum indesinenter, quidvis etiam exteriùs operaretur, & fanè de more diligentissimè, longéque magis, quamvis species illa abesset; quia verò à rebus quibusque creatis penitus abstracta, ac veluti hebes, Deóque solùm mente adhærens, quomodo id ita fieret, nec intelligebat, nec advertebat. Cùm aliquando præ vehementiâ dolorum plures dies laborasset, & ferè semianimis esset, Ecclesiam adhuc petiit Sacræ Eucharistiæ desiderio mirum in modum incensa, quâ vix perceptâ inusitato mentis excessu à sensibus aliena in Deum elata, eique arctissimè adhærens, ni potius dixerim in eundem transformata, adeo roboratam se sensit, eoque animi studio confirmatam, ut graviora quæcumque pro Jesu perferre, prout ipsi libuerit, minimè negligeret. Gravissimè decumbens sacratissimo Corporis Christi Viatico refici sitibat, sed præ nauseâ stomachi evomere quamfrequentissimè coacta, Parochum offendit, & quidem prudenter, in te propositâ difficilem, verùm à Confessario monitus de Catharinæ spiritûs conditione satis ipsi fecit non sine speciali omnium admiratione, qui ipsam advertére per quinque horas continuas à sacrâ Communione nihil omninò evomuisse, quo factum est, ut pluries, adhuc infirmitate illâ perseverante, collata ei fuerit Sacra Communio, ac semper feliciter. Quin etiam Domum sufferente Parocho sacram Eucharistiam eidem ministraturo evomere maximè cæpit Catharina, quamobrem animo concidit Confessarius, sed ab ipsâ confirmatus omninò quievit, interim ipsâ, vomitu repentè cessante, sacramentum facillimè percæpit, ab hujusmodi stomachi nauseâ plures horas immunis, quæ proindè tunc erat à sensibus abstracta de more remotis arbitris in summâ animi tranquillitate duas horas permansit. Tunc verò Crux magna ei videndam se obtulit plurimum quidem infra solum abscondita, & circum ipsam parvulæ quædam erant cruces lapideæ, & hæc sibi dicta accepit: *Patientiam habe, sustine, ne verearis.* Aliquot exactis diebus, causâ speciali protsus incompertâ, correpta de repente fuit generali quadam nervorum contractione in singulis corporis partibus, vel ipsa lingua, formandis proindè vocibus inepta, eóque modo affecta, noctem, & diem integram permansit. Proximè morituram habuerunt omnes, qui evaderant, sed ita verè non erat, quæ potius adhuc à sensibus abstracta Dominum à se petentem accepit, an sanitatem sibi restituendam vellet; cui ipsa non id se cupere, sed pati juxta votum ipsi familiare; cujus proindè virtutem probare volens Deus, illud ab eâ petierat, qui potius in eâ constantiâ sibi maximè complacuit. Vidit adhuc pomerium deliciis affluens, eleganti florum varietate jucundissimum, & in medio lepidum Puerum aspexit penitùs nudum, cujus valdè miserta Catharina sibi maximè dolebat, quòd ipsum operire non posset, ac visio statim evanuit, quatenus satis abundè Puero Jesu fuerit, cujusmodi fuisse nudum illum Puerum piè conjicere licet, sincerâ de ejus nuditate Catharinæ commiseratio; eodem incensa desiderio S. Eucharistiæ percipiendæ, cùm aliquando decumberet in Festo Dominicæ Ascensionis, à Confessario monita fuit, quòd Ecclesiam proximiorem adiret, ibíque S. Eucharistiam perciperet; ne verò huic obstaret nimia linguæ ariditas, quæ proinde Palato adhærere cogebatur, præter maximum virium languorem, humor quidam aqueus à superioribus faucium partibus defluens ariditatem linguæ temperavit, quamobrem linguâ faucibus non adhærente, Ecclesiam S. Matthæo Apostolo sacram proximiorem adiit primùm; quia verò Sacerdos ibi desiderabatur, qui Sacram Eucharistiam ministraret, Ecclesiam deindè petiit S. Marco Evangelistæ dicatam non sine gravi corporis incommodo, ubi Angelorum pane juxta votum refecta, à sensibus illicò in Deum elata luculenter intellexit dignitatem, & excellentiam beneficii, quod homini confert Deus, se illi per S. Eucharistiam communicans. Item ineffabile Beatorum gaudium affecuta fuit, ubi se illis Deus facie ad faciem intuendum in Gloriâ exhibet, idque affecuta fuit Catharina, non specie ullâ oculis objectâ, vel phantasticâ, sed merâ, ac simplici mentis intelligentiâ, eâque adeo vividâ, ut sensibus restituta elatâ voce Dei Magnalia prædicasset; interim verò in lachrymas soluta, se miseram appellans, nihil penitus pro Deo præstare fatebatur, qui planè sensus illam diem, & duos adhuc sequentes, ac propterea S. Eucharistiam iterum percepit, quas tamen delicias consecutæ fuere verberationes gravissimæ, quibus à Dæmone affecta per totum corpus fuit, quod proindè nigredinem ad instar carbonis induit, non fine ingenti membrorum omnium dolore.

Postquam ergo ratione hactenus expositâ hujusmodi abstractiones à sensibus pati cæpit à Deo, quas hebetudines sensuum potiùs infirmitati suæ debitas esse putabat, neque enim edocta fuerat, & fanè prudenter à Confessario, ad inanem gloriolam declinandam, abstractionum hujusmodi naturam, illud solummodò sibi suadere non poterat, quonam pacto cum abstractionibus præfatis cohærere firmiter posset tanta animæ suæ tranquillitas. Aliquando in Ecclesiâ nostrâ de more sacrâ Eucharistiâ perceptâ extra se rapta sibi visa videre fuit, visione tamen intellectuali, eaque clarissimâ, Dominum Jesum, modò tristem usque ad mortem in horto, fune modò collum revinctum, despectui ab omnibus habi-

habitum, & ad tribunalia indignè perdu- E ctum, modò flagellis cæsum, spineâ modò coronâ circumdatum, ac reliquis omnibus pœnis singillatim affectum usque ad Mortem in Cruce, donec & ipsa Virgini Matri in Societatem adscita, extinctum Dominum brachiis excepit, adeò vividâ rerum hujusmodi specie, ut & brachia pondere pressa persenserit, & vehementi doloris affectu commota penè deficeret, & in uberes lachrymas soluta, insigni quodam horrore detestaretur, quod nunquam pares tanto Jesu amori rependisset vices, mortem oppetere, quin etiam in frusta concidi paratissima potius, quàm Deo adversari, quibus animi sensibus non è ratiocinio profectis, sed ex interiori quodam intuitu plures horas ducebat eâ sui spiritus jucun- F ditate, ut vix aliquot temporis momenta sibi viderentur elapsa, quod pluries iterum eidem contulit Deipara, potissimùm verò quibus diebus ejusdem dolores Mense Septembri in Ecclesiâ nostrâ recoluntur solemniter, & qualibet feriâ sestâ; nam Catharina Ordini nostro adscripta varijs religionis operibus ibidem exerceri solitis interesse non detrectabat. Si quando verò vel consuetis affecta doloribus, vel in altissimâ mentis obscuritate, vel in gravissimo tentationum discrimine posita, mentem in Deum aliquatenus levaret, suavissimâ protinus, & ineffabili cordis voluptate perfundebatur, & hæc sibi dicta interiùs accipere solebat: *Noli timere, confide, & obedire studeas*. G Quibus adeò confirmabatur, ut & præsentibus pœnis, & aliis quibusque gravioribus superiorem se crederet. Quamvis autem Sacrâ Communione peractâ plerumque passiones consimiles contingerent, longè tamen frequentiùs accidere solebant, cùm sola, remotis omnibus arbitris, Orationi vacaret, tum in Ecclesiâ, tùm in propriâ Domo. Multiplici pœnarum genere jugiter vexata, uti superiùs diximus, reficiebatur identidem à Domino, qui vitam justorum, tum de adversis, tum è prosperis quasi admirabili varietate contexit; hinc noctu quadam Nativitatis Dominicæ spiritu in Deum elata, suavissimam, ac diuturnam Pueri Jesu speciem in Bethlemitico stabulo, & maximè vividam obviam habuit, quâ natum Dominum H unà cum Virgine Matre, & D. Josepho à sensibus abstracta perspexit, ineffabili interiùs perfusa dulcedine, & superiores molestias oblita admirabile illud Mysterium, quoad licet in terris, insigni claritate assecuta, necnon longè admirabiliorem Charitatem, quâ sic nos dilexerat Deus, ut Filium suum Unigenitum incomprehensibili suæ Majestatis exinanitione daret. Nocte pariter Epiphaniæ Domini longè gravioribus affecta doloribus per species abstractas luculentissimè cognovit Mysterium adorationis Magorum, sive Gentilium, è quorum genere se, & Nos esse intellexerat, & vocationem ad Jesu Christi fidem. Cognovit adhuc Divini amoris ingenium, quo munera sua hominibus E communicat ratione eorundem captui accômodatâ, sibi valdè complacuit in muneribus, quæ Magi Domino Jesu offerebant, summopere cupiens aliquid & ipsa dulcissimo Jesu offerre, quæ quidem absque sensibili discursu præstabat, solo nimirum intuitu spirituali, è quo non mediocris sequebatur tranquillitas. Hisce quoque diebus tantis obruta angustijs, suavissimâ quadam ratione se confirmatam sentiebat interiùs ad eas hilari animo perferendas, & in ancipiti posita incredibili sui cordis solicitudine, an à viâ veritatis erraret, hæc sibi dicta quandoque interiùs accepit: *Esto humilis, crede, & obtempera*. Quandoque verò: *Esto diligens, ne me derelinquas, si* F *me amiseris, ægerrimè invenies*. Quæ sanè postremò dicta, velut acutissimæ sagittæ Catharinæ cor transfigebant, utpotè Divini amoris studiosissimum, ac propterea ad instar Pueruli, qui adhuc incedere nequit, sibi prorsus diffidens, Deoque solùm confisa infirmitatem suam eidem confitebatur, & perspectam esse dicebat, perspectam verò simul esse non verebatur, quòd ipsa millies potius mori vellet, quàm illi vel minimam iniuriam inferre. Quandoque pariter in eodem pœnarum discrimine audiebat: *Quidnam faceres paupercula, si Tibi deessem?* Ut autem Dilectam suam ad longè majora confirmaret Deus, se meliùs, atque frequentiùs ei cognoscendum exhibere cœpit, non utique locutionum G beneficio, sed pulsationum cordis de repente supervenientium, modò vulneris ad instar, defectionis modò ejusdem cordis, quod è sinu sibi quandoque videbatur avulsum; videbatur modò duabus alis instructum, quorum ope volitans non mediocrem ab initio incutebat ipsi terrorem, ex eo potissimùm, quòd pulsationes hujusmodi eo pœnæ genere accederent, quod etsi gravissimum, progressu tamen temporis adeò jucundum fiebat, ut ipso nunquam destitui voluisset. Ex hujusmodi motuum interiorum diuturniori, vel breviori duratione, diuturnitatem, & brevitatem colligebat vexationis, quæ proximè ipsi à Deo imminebat. Motus hujusmodi sequebantur longè sublimior in Deum mentis elatio, *Specialia Dei munera.* H longè frequentior in ipsum Deum animi ardor, quo, ipsâ invitâ, ad externas corporis partes diffuso, facies, ut alibi diximus, ignoscere haud solebat; tum verò adeo sui impos fiebat, ut nec hiscere posset, quamvis interiùs vigilans esset, & Divinæ præsentiæ addicta, Deo proindè summa cordis humilitate dicere solita: *Mi Jesu, quid vis, ut faciam? Quodcumque Tibi libuerit in me facias, opem confer, & æquanimitatem*. Pulsationes prædictas sequebatur quoque Virium corporis inusitata depressio, quæ tamen paulatim instaurabantur: fateri tamen Confessario solebat pulsationes hujusmodi adeò graves esse, & intima cordis subire, ut si diutiùs perseverarent moriendum ipsi proculdubio foret, ne-

que

quę pœnæ huic verbis expunendæ se parem esse; sibi tamen jucundum evadere tali pœnarum genere pressam obire, cujus tamen beneficij se indignam habebat. Hinc vera cordis humilitas, ardentius patiendi desiderium, clara Divinæ Majestatis cognitio, ejusque incomprehensibilis amabilitatis, ex quo deinde longè majori charitate Peccatores miserata à lachrymis sibi temperare non poterat, ut Divinam ipsis clementiam imploraret.

Quadraginta dies, nimirùm à Festo Nativitatis Domini, usque ad Festum Purificationis Virginis, varijs, & molestissimis plagis per totum corpus vexata jugiter fuerat, cùm nullo adhibito remedio, sanata de repente evasit, si parvulas quasdam in cruribus exceperis, viribus tamen quam maximè fracta, quibus mirabiliter reparandis sacrâ Eucharistiâ prospiciebat, quâ proindè juxta Confessarij monitum longè frequentius reficiebatur: non enim tantum viribus corporis reparandis par esse videbatur, sed & Dœmonis tentationibus propulsandis; iis verò speciatim, quæ puritati adversantur, quibus miro modo vexabatur, non sine ingenti Confessarij sui admiratione, qui animo consequi non poterat, quomodo in corpore tot augustiis presso, viribus exhausto, impurissimi ejus generis excitari possent naturaliter ardores, quos proinde Dœmonis arti tribuebat. Cùm igitur in tanto discrimine maximè dubia, num à Divinâ gratiâ excidisset, postquam Divinæ Mensæ accubuerat, a sensibus abstracta, edocta quàm optimè fuit, Divinæ Gratiæ potentiam in animâ, efficaciæ suæ in seipsa effectus, ut ita ei confidere, & in quocumque rerum eventu Deum aspicere assuesceret: edocta pariter fuit, quàm graviter Deum offendunt, qui de ejus Misericordiâ diffidunt, quatenus in dubium revocent, quòd ipse nos verè non diligat; neque nostrûm curam gerat, quippequi eximio nos prosequitur amore, quos proprio sanguine redemit. Rationem pariter edocta fuit, quâ Divinâ Gratiâ libero hominis arbitrio fœderata suaviter, & fortiter in nobis operatur, quin libertatem ejusdem, vel tantillum imminuat, ideoque operandum semper nobis esse, quod possumus, quantumlibet minimi ponderis sit, quippequi certò novimus, quòd opus perficiet Deus. Hæc autem singillatim eâ verborum proprietate, claritate, & serie exprimebat, ut vix id præstare posse videretur quilibet in rebus Theologicis peritus. Ex quibus longè majori incensa desiderio fuit pœnas omnes subeundi, levamine quocumque secluso. Recurrente Annunciationis Deiparæ Festo Confessarius interdicendam Catharinæ censuit Sacræ Eucharistiæ Communionem, quod planè gravissimum eidem fuit, quæ ferventibus suis votis proculdubio satis se facturam putabat, cùm insuper accesserit

Specialia Dei munera.

A id Catharinæ vitio à Muliere quadam domesticâ tributum fuisse, quam proinde secum ipsa mussitando, Catharinâ tamen audiente, acerrimè exprobrare non desistebat. Duplex autem hoc pœnæ genus Dœmone, ac seipsâ superior virili animo evasit, Confessario dicere solita hisce similia præcipienti ad ejus virtutem probandam, sibi magis consultum putare, quòd ipsa pro libito sacram Eucharistiam ei præcipiendam, vel differendam decernat, ideoque ab ejus nutu omninò pendere, ita enim longè clariùs constare Divinum beneplacitum. Huic verò tantæ virtutis specimini vices rependere volens Deus sacrâ Communione spiritualiter de more refectam, & Altissimum Incarnationis Dominicæ mysterium seriò perpendentem insusitato quodam lumine Reginæ Angelorum operâ illu-

B stravit, quo longè magis quàm antea sublimitatem gloriæ percepit, ad quam elata fuit Maria in Dei Matrem electa, dignitate quacumque in terris præstantissima mirum in modum superiorem, ex quo luculentissimè intellexit summum Deiparæ honorem, & excessivam Incarnati Verbi erga nos miseros charitatem, pro quibus ab Inferni tyrannide vindicandis semetipsum exinanivit; ita verò abstracta Soror Nostra diù permansit ineffabili sui cordis voluptate, ac singulari fiduciâ in tantâ Filii bonitate, tantâque Matris potentiâ, indeque majori incensa desiderio tantæ charitati rependendæ. Proximè autem sequente die 26. Mensis Martij circa secun-

C dam noctis horam, gravissimis affecta doloribus, simulque turpissimis longè graviùs vexata speciebus, ac motibus corporis puritati infensissimis, utique Dœmonis operâ sensus libidinis sensui doloris copulantis, quod attento naturæ ordine fieri vix posse videtur, inter altissimas mentis tenebras fermè sepulta Deum gemitibus exorabat, ne sibi deesset, cæteroqui plura adhuc perferre hilari animo parata, dummodo ipsum nunquam offenderet. In tanto autem discrimine, quod ad quintamdecimam diei sequentis horam indesinenter perseveravit, recreata identidem, sed brevi spatio, fuit, primò quidem Divinam opem implorans, hæc sibi dicta disertè interiùs accepit: *Quid faceres misera, si te dere-*

D *linquerem!* Secundò videndum ei se præbuit, quasi per horæ dimidium Dominus Jesus tristis usque ad Mortem in horto, quâ quidem specie à sensibus abstracta adeò fuit, ut ipsam obiisse vererentur domestici, utpotè sensu, ac motu destitutam. Tertiò veluti summariè exhibita ei fuit tota pœnarum series, quas in tragicâ nocte subierat Jesus mortem crucis præcedente. Quartò demum intellexit gaudium Beatorum in Patriâ, idque nonnisi eorum, quæ passi fuerant in terris, fructum uberrimum esse, adeoque diuturnum illud supplicium æquissimo animo perferebat, quamobrem corpori suo exprobrabat, quòd

pati renueret, seque in illâ nocte maximis perfusam deliciis fuisse dicebat, eximiam Dei bonitatem prædicabat, seque ineusabat, quòd plura quidem foveret desideria patiendi, cùm verò se obtulerit occasio nihil pro dignitate agere, vel pati.

Inter cætera, quibus sororem Nostram ornavit Altissimus, Privilegia non infimum utique locum obtinet spiritus, quo plura adhuc liberè futura prædicebat, è quibus utique plurimis nonnulla recensenda videntur. Confessario suo superiùs memorato Hyppoliti Tonelli ejus Germani Fratris obitum ineunte Mense Julio anno 1696. prædixit, quo re ipsa ex improviso apoplexiæ casu die 17. ejusdem Mensis contigit. Subinde quoque dixit alia adhuc adversa Cognatis ejus superventura, quæ revera supervenere alterius ejus Fratris Juliani Familiæ, Confessarium monendo, quòd ipsam Deus probare decreverat, ideòque animam suam tentatione præpararet, quæ plane, & hisce similia asserendo, non autem subdubitando, pronunciabat; ex quo loquendi modo Confessarius didicerat futura omninò esse, quæ Catharina prædixerat, quemadmodum comprobavit eventus. Alterum sui Fratrem Servitam eodem anno 1696. Mense Februario eò infirmitatis redactum, ut de ipso conclamatum esset à Medicis, ideòque Sacramentis Ecclesiæ munitum, sensuum non destitutum, moriturum tunc non esse, sed infirmitatem illam evasurum, cæteris omnibus reclamantibus, pluries absolutè asseruit, ac revera Frater convaluit. Quæ de rebus alienis miscere colloquia quàm maximè declinabat, prout ordo Charitatis exposcit, petitâ primùm veniâ Confessarium præfatum monuit, speciali acta impulsu, quòd sibi valdè caveret, ac Dœmonis frandes adverteret, nec speciebus quibusque Sanctitatis se crederet, non enim à Deo esse, nec Deo acceptas dicebat, & quamvis à Confessario contempta Catharina, idem tamen iterum subjunxit. Id autem reverà accidit, quandam nempe mulierem, quam dirigendam susceperat Confessarius ipse, seductam à Dœmone esse, & fictitijs visionum, ac raptuum speciebus deceptam, quam paulo post deprehensam Confessarius meliori lumine illustratam in viam veritatis redegit. Cùm aliquando P. Angelo Mariæ Chiaretti Politianensi Servitæ, qui anno 1694., & 1695. Catharinæ à Confessionibus Florentiæ erat, morem gerens P.M. Julium Arrighetti, de quo ad annum 1705. gravi infirmitate detentum, quique proximè moriturus anno dicto 1694. habebatur, Deo etiam atque etiam commendasset, Confessarium modò memoratum bono animo esse jussit, P.M. Julium tunc minimè moriturum asserens, quòd ipsum Deus superstitem adhuc amplius vellet, ut igne tribulationis longè meliùs probatus oculis Domini preciosior occurreret, vaticinij veritatem comprobavit eventus, undecim enim an-

Spiritus Prophetiæ.

Spiritus prædictionis.

nos sopervites fuit, sed molestissimis infirmitatibus indesinenter affectus. Nepoti suæ cog-
E nomini Catharina se Catharinæ orationibus commendanti, ubi decedens hæreditatem Dei adiret, ut illud assequeretur, quòd si verè Religiosæ perfectioni operam datura non esset, desiderium exueret, quo teneri videbatur Claustralem vitam amplectendi, morti proxima absolutè reposuit: *Bono animo esto, adhuc extra Claustra sanctitati vacare licet; si verò probare te vellet Dominus, declinaresne?* Cui Nepos subintulit: *Minimè quidem, quod Placitum Deo fuerit, fiat.* Postquàm decesserat Soror Nostra Catharina, Monasterium utique S. Salvij subijt Nepos præfata, ubi degebat Maria Virginia Catharinæ Nostræ Filia sacro Habitu, ut alibi in-
F nuimus, induta, ac Deo consecrata, ibique magnâ spiritûs jucunditate septem annos habitu seculari commorata, nonnisi ægerrimè inde recedere, ac propria repetere coacta, nunquam tamen desiderium efficax concepit Monasticam Professionem emittendi, sed paulò post varijs uteri languoribus affecta, acerbissimis diù vexata doloribus hilari animo superatis, Deo maximè conformis, veræ patientiæ Martyr, Amitæ suæ Catharinæ vaticinium completum omninò fuisse testata in osculo Domini obiit. Prætereà aliquando decumbens, & ex aliorum sententiâ proximè moritura, Catharinæ nepti præfatæ suæ primùm, se tunc morituram non esse asseruit. Confessario deinde de proximâ ejus morte
G pariter subdubitanti dixit: *Ne animo despondeat Reverentia Vestra, Deo enim placet, quòd pluriès adhuc Ecclesiam D. Annunciatæ adeam; utique,* [Reposuit Confessarius] *sed aliorum manibus delata.* Tum illa: *Minimè verò, sed sanctis operibus vacatura.* Ac profectò convalescere cœpit, ac brevì incolumis Ecclesiam adiit, aliaque præstitit, prout prædixerat. Prædixit autem aliàs se moritnram, sicuti seipsa obijt, cùm ipsam monente Confessario, ne vestes, & alia quæcumque suo usui tradita tantâ prodigalitate distraheret in pauperes, prout alibi dictum est, ne iterum hæc omnia Fratris dispendio paranda forent, ubi convaluisset, reposuit absolutè: *Minimè verò, Pater, brevi moriar.* Prædixit etiam eidem
H Confessario, quòd tunc meliùs se habuisset, cùm ipse functionibus in Ecclesiâ D. Annunciatæ pro Expectatione Partûs Deiparæ celebrandis adesse deberet, quemadmodum sibi in votis esse idem Confessarius Catharinæ innuerat. Filiæ quoque Mariæ Virginiæ adhuc in seculo degenti, & de Monastico Instituto capessendo deliberare volenti, dixit: *Monialis profectò eris, adhuc tamen vitam non diu producere tibi licebit.* Veritatem probavit eventus, obijt enim trigesimo tertio ætatis suæ anno completo, Domini verò 1713. decurrente. Insuper plura allis prædixisse asserebat Frater ejus alibi memoratus Franciscus Maria Sacerdos, ac Testis omni exceptione major,

major, qui cùm de re aliquâ futurâ instituere tur sermo, Catharinam diligenter observabat, & quoties eam asserere absolutè futura dum audiret, utique eventura credebat, quin unquam de rei eventu frustraretur; cæterum Soror nostra loquendi parcior erat in rebus hujusmodi juxta Divinæ sapientiæ oracula.

Beatissimæ Virgini addictissima eam speciali, ac tenero amore prosequebatur, quam appellare Matrem consueverat, ejus opem implorans quoties id rei necessitas exegisset, sacrum ejus Rosarium quotidie summâ animi attentione persolvebat, & pluries quidem insigni quadam molestiâ, quam Dœmon varijs artibus inserendo ab eo opere deterrere studebat, à quo sanè nunquam deterrita, minus potiùs indulgere somno volebat, quàm Rosarium negligere. Hoc animi sensu erga B. Virginem Confessario suo hilari animo obsecuta, postquam Viro suo orbata fuit, qui repente apoplexiâ correptus absque Sacramentis Eucharistiæ, ac Pœnitentiæ decesserat, haud sine ingenti Catharinæ dolore, non modò ob desiderium Coniugis, prout par erat, summoperè dilecti, sed etiam, & quidem maximè, quòd ex improviso decedens de æternâ salute periclitatus fuisset, quem tamen ab æternis pœnis solutum, sed in Purgatorio detentum divinitùs illustrata cognovit, ac Orationum suffragijs, ut alibi diximus, æternâ Gloriâ deinceps donatum. Tertij Ordinis nostri Habitum in Ecclesiâ D. Annunciatæ per ejusdem Confessarij manus induta, solemnem deinde Professionem suo tempore emisit, & maximâ erga B. Virginis Dolores miseratione commota, spiritualibus omnibus Exercitijs quamdiligetissimè intererat, quæ pro recolendis ijsdem doloribus in Ecclesiâ præfatâ obire solent sorores, cæterique B. Virgini addicti, quin etiam commorari diù solebat in Sacello Conceptioni ejusdem Virginis dicato, ubi memorata peraguntur exercitia, ut Jesu simul, ac Virgini Mariæ propiùs adhærens delicijs frueretur eximijs exinde prodeuntibus, quibus, ut diximus, perfundebatur maximè Catharina. Non mediocri quoque veneratione prosequebatur D. Josephum, D. Mariam Magdalenam de Pazzis, ac Beatas Julianam Falconeriam, & Margharitam de Cortonâ, quos sibi propitios experta non semel fuit. Primum quidem præ cæteris, præsertim cùm à Dœmone quamsæpissimè urgeretur, ut corruens Ecclesias adire non posset, D. enim Josephũ sibi specialem eligebat in Ducem, quoties è Domo prosiliens viribus potissimùm destituta, Ecclesiam adire deberet, quod illi præsertim contigit, ubi Ecclesiam D. Annunciatæ petens præcipiti quodam equo sui juris facto juxta semitæ murum ita urgebatur, ut spectatores omnes, vel mortuam, vel pessimè affectam habuerint, quam tamen, eò accurrentes opis ferendæ studio, integram æquè, & hilarem ac antea deprehendere; hoc A autem insigne beneficium D. Josepho acceptum se referre testabatur, cui adeò confidebat, ut quantumliber languida, ac penè semianimis sola prorsus, comite quocumque secluso, Ecclesias adire non vereretur, uti melius, atque securiùs Deo, sibique vacatura. Secundam quoque sibi propitiam habuit, quoties ejusdem præsidio varias infirmitates, uti superiùs diximus, evasit. Tertiam pariter, Sacratissimum enim Corporis Christi Viaticum, uti dictum alibi est, accipere commodè potuit, & in ejus meditatione diutiùs ineffabili dulcedine perseverare, quamvis præ stomachi nauseâ plura identidem evomere soleret, quod beneficij genus sibi addictis, plerumque impetrare solet B. Juliana. B Quartam denique, cum enim, ut diximus, in ejus pœnitentiæ lectione sibi maximè complaceret, sanctissimos exindè sensus concipiebat, in Dei amore vehementer inflammabatur, speque magnâ in Deum erecta sublimiorem sanctitatem sitibat, ipsamque pro virili imitari studebat, quod planè sanctos colendi genus, verè pium, verè Deo, & Sanctis ipsis acceptum, erga cæteros Sanctos Tutelares quamdiligentissimè servabat.

Patiendi percupida, prout alibi diximus, B. Margharitæ severitatem æmulari satagens, quantumlibet macie confecta, & vix sanguinem concipiens, frigidâ plerumque reficiebatur, aut vino maximè diluto, & vix quatuor, vel tres uncias, tum de Pane, tum ob- C sonio sibi nutriendæ singulis diebus adhibebat, obsonium autem non aliquid delicatum erat, ac pingue, jusculenta enim evomere plerumque cogebatur, sed quædam leguminum, & hujusmodi ciborum portio, utique nonnisi speciali Dei Providentiâ, qui eam vitæ asperitatem Catharinæ servandam decreverat. Ipsa verò ejus servandæ studiosissima, non mediocri solertiâ Franciscum Mariam Fratrem laudabiliter eludebat, cùm enim ille urgeret, ut cibis Catharina vesceretur delicatioribus, viribus reparandis aptissimis, quibus ipsemet vescebatur, utique non renuere videbatur Catharina, sed emendicatâ confestim opportunitate rei cujusdam parandæ, vel alterius commodo consulendi à men- D sâ recedebat, eòque redibat, cum Frater inde recessisset; & specie dapes adornandi familiæ usui necessarias, quippequæ Domus regimini præerat, vel Domum ab Ecclesiâ longè post meridiem repetendo, illud plerumque assequebatur, quòd unà cum Fratre minimè prandebat, adeoque delicatiores cibos, quos ille Catharinæ communes esse cupiebat, quam facillimè, illo vix advertente, declinans, vilibus omninò, & quidem parcissimè vescebatur. Quadragesimale non modò, sed etiam Adventûs Dominici jejunium quàm exactissimè servabat, paucissima panis fragmenta, & vix aliquid vulgaris obsonij adhibendo, frigidâ solùm plerumque con-

Austeritates corporis

contenta, quæ cæteroqui, si sibi integrum fuisset, ab omni penitus ciborum genere abstinuisset, sacrâ dumtaxat Eucharistiâ perceptâ, ex eò potissimùm ducta, quòd ubi cibos sumeret, gravem stomachi nauseam pati cogeretur, & cibos evomere; ab ijs contra abstinens sese melius habere sentiebat, quantumlibet cibos sumere maximopere niteretur, ne singularis cæteris, ac Deum tentare velle videretur. Hyemis tempore nivem per semitas collectam manducabat, tùm ut ardorem interiùs, nonnisi divinitùs conceptum, utpote sanguine fermè destitura, & cibi parcissima, aliquomodo refrigeraret, tum ut sensuum gustum retunderet, tùm, ut se coram alijs humiliaret, quo planè consilio Fontes aliquando adibat ante Ecclesiam D. Annunciatæ positos, & fictili vase adhibito aquam publicè vilium Pauperum ad instar bibebat, sicut & aquam lustralem ante Sacrarium appositam, quâ Sacerdotes aspergere se solent sacrificium Missæ celebraturi, vel quæ ex eodem Sacrificio supersuisset; idque speciatim etiam præstabat S. Eucharistiæ desiderio, ac veneratione commota: verùm hæc omnia elegantissimis loquendi formulis ita opere complebat, ut speciem virtutis non præseferret, sed porius veluti fatua objurganda videretur. Quamvis autem adeò ciborum abstinens foret, adhuc tamen Confessario se tanquam gulæ vitio Indulgentem incusabat, non utique oscitanter, & ex habitu, vel ad perfectionem spiritûs ostendendam, sed præ vehementi patiendi desiderio, quâ jugiter tenebatur, ex quo ea sibi videbantur deliciæ, quæ vulgarem præferrent austeritatem. Cingulum tres digitos altum è Panno crassissimo formatum, & ferreis aculeis instructum lateri indesinenter adhibebat, quoties præ vehementiâ dolorum, de quibus superiùs, vetitum ei à Confessario minimè esset, adeò verò carnem obstringebat, ut plagis aliquando confici cœperit, quæ per totum corpus, vel caput ipsum in occipite diffusæ ipsam mirum in modum vexaverint, uti superiùs innuimus, præsertim verò cum plures horas immmobilis lecto consistere supina cogeretur, quasi Cruci affixa, prout alibi diximus, siquidem parti capitis incumbendum ei necessariò erat plagâ confectæ: ligneam insuper Crucem palmaris altitudinis, ac latitudinis duorum digitorum cum dimidio suis manibus fabrefactam, & plurimis aciculis Instructam nudo pectori admotam gerebat qualibet sextâ feriâ in obsequiû Passionis, ac mortis Dominicæ, necnon in pervigilijs quarundam solemnitatum; quod austeritatis genus acceptissimum Deo fuisse exinde quoque licet conijcere, quòd pectori nunquam plaga quædam accessit, vel aliud quodcumque vitalibus functionibus obeundis impedimentum. Prætereà quoties id ei fas esset, habitâ ratione vehementiæ morborum, quibus jugiter premebatur, flagello quodam ex ferreis catenulis compacto, & opportuno tempore, ne strepitum acciperent domestici, se maximè macerare solebat; aliis adhuc pœnarum generibus se premere satagebat, quæ præ singulari in Deum amore solerter excogitabat; quæ sanè omnia cæteroqui ex se corpori cuique haud mediocriter molesta, Catharinæ quàm molestissima erant, utpote memoratis infirmitatibus, ac Dæmonum perturbationibus obnoxiæ. His autem accedunt, exacta sensuum custodia, quâ sibi interdicta voluit jucunda quæcunque spectacula, & quascunque delicias, Indesinens animi motuum compressio, diuturnæ noctium vigiliæ; accedit constantia, quâ verè seipsâ superior, cùm à Dœmone perturbata noctes integras indulgere somno non potuerat, ut alibi diximus, adveniente die gravissimo somno Dæmonis ejusdem operâ pressam se sentiens, ipsi viriliter exprobrabat hæc dicens: *Execrande, maledicte, visne, quòd modò dormiam, temporis copia non suppetit*; ac propterea sibi vim inferens, nullo resecta pabulo, è lecto prosiliens, Domi primùm consulebat, Ecclesiam deinde D. Annunciatæ adibat Dæmoni objicere solita: *Munus tuum hac nocte implevisti, neque me quiescere passus fuisti, Deo gratias; ipsa modò, quæ mei muneris sunt, implere satagam*; hisque animi sensibus, festiva, & hilaris, quantumlibet præ infirmitate virium maximè titubans, Ecclesiam prædictam adibat, ibique Sacram Eucharistiam, aliâ quacumque Dæmonis arte minimè obstante, ineffabili sui cordis voluptate percipiebat. Accedunt & alia quæcunque corpori in servitutem redigendo, cordis affectibus reprimendis accommodata, hucusque recensita videntur per integrum vitæ suæ cursum, quem profectò juge fuisse Pœnitentiæ sacrificium nemo non videt.

Ab Adolescentiâ quidem, utpote naturæ Indole alacris, etsi modestiam præseferret in vestibus, sibi tamen æqualibus conformem esse affectabat; cùm verò ætate simul, ac sapientiâ proficeret, componere valde se cœpit, ac vestium ornamenta fœmineas vanitates, uti diximus, exhorrens, eousque proficiens, ut paupertatis etiam studiosissima, congruam sanè coleret in habitu corporis munditiem, quippe quæ corporis, ac vestium immunditiam vitio potius oscitantiæ, ac negligentiæ, quam virtuti paupertatis, & humilitatis tribuendam esse sentiebat, sed potiora indumentorum genera pauperibus distribuens, deteriora sibi Interiùs deferenda servaret, quin tamen exterius eorum vilitas appareret, eâque ratione veræ paupertatis species cæteros lateret. Hoc animi sensu, tum nepotem, tum Filiam, tum reliquos à superfluis ornatibus vestium divertere nitebatur, sibique subiectis duabus prioribus nullo pacto eos adhibendos permisit. Humano quocunque subsidio destitui sitibat, ut ostiatim mendicare cogeretur, vel præ infirmitatibus

tibus plaustro detenta sub Ecclesiæ D. Annunciatæ Porticu eleemosynam à prætereuntibus petere, quòd ubi fieri posse seriò animadverteret, præ gaudio exiliebat, ut alibi diximus, quasi tunc melius Christum Jesum induisset, qui vitæ quoque tolerandæ necessaria desideravit, longéque majori pietate Inopes fovebat. Vestes omnes aliquando distraxit, & ornamenta elegantiora, unicâ tantùm, & pauperrimâ veste contenta, sola verò petens Ecclesiam, pauperrimæ, vilisque Fœminæ speciem præbebat. Pauperum, & Mendicantium quorumlibet non declinabat commercia, imò cum illis ante fores Ecclesiæ eleemosynam petentibus ex instituto miscebat colloquia, suadere cæteris cupiens, quòd eorum familiari consuetudine, quasi illis consimilis, delectabatur, intereà salutaria iisdem documenta parabat, cum eleemosynam illis erogaret, quod tamen prosequi non potuit, ubi cognita foret, juxta prudens Confessarij monitum, ne virtus ejus innotesceret, adeóque cum prædicaretur, inanis gloriæ discrimen subiret, sed profecuta fuit, ubi nota non erat. Pauperes quandoque ad comedendum in unum coactos advertês, summo desiderio tenebatur unà cum ipsis comedendi, tum paupertatis, & humilitatis studio, tum compescendæ verborum licentiæ. Proxima morti vestes, & alia usui suo accommodata distrahere noluit, sicuti cupiebat, nisi petitâ, & obtentâ à Fratre suo veniâ, cujus duntaxat ea esse, non sui censebat, quæ nihil penitus, tanquam proprium possidebat.

Paupertatis amor.

Castitatem summopere coluit, oppositum vitium ita aversata, ut sibi moriendum esse putaret præ doloris vehementiâ, quoties Dæmonis operâ obscœnę species adeò vividæ ejus animo objectæ, ut alibi diximus, quammaximè eam divexabant; hinc solitudini potissimùm studuit, sensuum exactæ custodiæ, & severæ ciborum abstinentiæ, quæ cæteris virtutibus hactenus recensitis haud mediocriter ornata apparuit, obedientiâ quidem excelluit, cui maximopere incubuit, veluti perfectionis Evangelicæ basi, non modò quoad ea, quæ leges cæteris communes respiciunt, verùm etiam quæ sibi proprias spectant, scilicet Tertij Ordinis nostri Sororum, & quæcumque moneret Confessarius, speciali voto se obstringens, cùm in ejus manibus Professionem emisit, ei indiscriminatim in omnibus obedientiam exhibendi, quod planè perfectissimè absque ullâ, vel minimâ perturbatione, ac reluctantiâ, imo eximiâ spiritûs hilaritate implevit etiamsi maximè ardua, quandoque ei præciperet Confessarius, ad ejus virtutem probandam, scilicet cibos aliquando comedere, quos præ stomachi nauseâ cogebatur evomere; S. Eucharistiæ communionem interducere, ipsam graviter decumbentem, ac proinde Confessarij colloquia expetentem nonnisi raró invisere; præ molestissimâ infirmitate viribus ita destitutam, ut è lecto prosilire vix posset, vel diu stare, quæque ob vehementiam dolorum, quos præcedente nocte subierat, vehi rhedâ non poterat, obedientiæ ope cogere, ut Monasterium S. Salvij adiret, plusquam unum milliare à domo suâ distans, & iis omnibus adornandis præesset, quæ pro Filiâ ibidem sacro Habitu Ordinis Vallis Umbrosæ induenda, ut alibi diximus, ac tot hospitibus excipiendis necessaria erant, quæ quidem omnia exactissimè perfecit, perinde ac si nihil mali proximè passa, & viribus destituta minimè fuisset; ut autem admirabile hoc beneficium obedientiæ acceptum referret, vix Domum reversa eâdem virium infirmitate, iisdemque doloribus laborare iterum cœpit.

Castitatis studium.

Tantis instructa virtutibus, tot cumulata meritis Catharina, coronam tandem immortalitatis à Deo, qui inquirentibus se remunerator est, perceptura, sibi mortem instare cognovit. Itaque recurrentibus anno 1697. diebus Expectationis Partûs Deiparæ decretis, quæ non poterat, utpotè decumbens, ea præstare, quæ superioribus annis præstare consueverat, ut ad celebranda Nativitatis Dominicæ solemnia sese melius disponeret, sacrificium obtulit Deo, longè gratissimum, constantiam videlicet in perferendis doloribus è punctione cordis, & vehementiâ tussis perexcitatis, quorum molestiâ symptomata persæpè patiebatur, quæ ipsam proximè morituram indicabant. Cæterum ipsâ nocte Nativitatis Domini summoperè quievit, & singulari animi sui dulcedine insequente mane Corpori Christi Domini spiritualiter communicavit, totam illam diem altissimo illi Mysterio addicta; proximè sequente die ipsum sacramentaliter perceptura, ut ejus devotioni satis superque ficiet, juxta laudabilem consuetudinem ministrandi quibuslibet decumbentibus Sacram Eucharistiam recurrentibus hisce solemnitatibus, quoniam verò pluribus affecta languoribus totam noctem laboraverat, & ardori interiùs concepto tolerando impar esse videbatur, potione aliquâ reficienda fuit, non ideo tamen à Sacrâ Communione abstinuit, prudenti enim Confessarij consilio, tanquam in articulo Mortis constituta, sacratissimum Corporis Christi Viaticum summâ spiritûs exultatione percæpit, plures horas deinde quievit; postquam verò nocte insequente graves pœnas subierat, paulò ante auroram ita immobilis consistere cœpit, ut sensuum usu destituta, & proximè moritura videretur; verùm sibi restituta circa vigesimam tantùm diei horam, Confessario de more aperuit, quòd passa deliquium non fuerat ab aurorâ ad illud tempus usque, sed in summâ animi pace quieverat, cui parem experta nunquam fuerat, ejusque menti videndum clarissimè per species abstractas se præbuerat Infantulus Jesus, unà cum sanctissimâ ejus Genitrice Virgine Mariâ, & D. Josepho, quòd autem Jesus collum ornatum habebat, pul-

Præparatio ad mortem.

cher-

cherrimum monile è Marghatitis contextum,
eíque in lævâ frontis parte osculum suavissimum impresserat. Ex quibus mortem sibi
proximè instare intellexit Catharina, spe magnâ erecta, se per illud osculum pacis dimissam ab hoc seculo fuisse, ut ad æternitatem
gradum faceret, Ideóque longè majori tenebatur desiderio Dominum suum facie ad faciem Intuendi, de ipso miscebat jugiter colloquia, ipsum jugiter contemplabatur, suaviterq; e conquerebatur se quinquies in extremo vitæ discrimine constitutam adhuc superstitem fuisse, ac propterea se maximè vereri, ne modò quoque, sicut & alia, tanquam indignam à beatâ ejus visione repelleret Deus, licet obitum suum deinde, ut alibi diximus, præviderit; cæteroqui Divinæ
ejus voluntati omninò conformem, paratissimam esse ad vitam ulterius inter angustias
producendam, quem animi sui sensum palam
illicò fecit; molestissimum iterum passa pruritum in digitis pedum, quem passa aliàs fuerat, qui dolori Dœmonis operâ ad ejus constantiam exagitandam permixtus, gravissimam ei Ir ferebat pœnam, cui tolerandæ vix
parem se futuram esse censebat, quantumlibet miro patiendi desiderio teneretur.

Interim exercendis indesinenter, prout ferebat occasio, virtutum actibus addicta, præsertim verò humilitatis, & in doloribus perferendis æquanimitatis, postquam spiritualia
diù eum Confessario die 2. Januarij 1698. ab
horâ diei 24., usque ad secundam noctis horâ
incredibili voluprate inierat colloquia, eíque
præter consuetudinem impresso dexteræ
osculo, se tanquam Patri commendaverat,
ne sibi in gravi illo discrimine deesset, suavissimo somno statim correpta, quem supernaturalem, ac divinum fuisse, sive mentis
extasim haud temerè asserere licet à die secundâ ad diem nonam, & ad quartam noctis
horam ejusdem Mensis, absque ullo cibi, vel
potiùs levamine per septem integros continuos dies, non sine ingenti omnium admiratione vitam producens, imperturbatâ corporis,
& animi quiete, si horam unicam excipias, à
vigesimâ secundâ nimirùm ad vigesimam
tertiam usque diei septimæ præfati Mensis,
quâ gravi symptomate vehementissimè affecta
interiùs magis, quàm exteriùs, pectoris videlicet angustijs identidem pressa cum insitato vultûs ardore, utique à Dœmone discruciata maximè fuerat, quin tamen auditus,
vel visum sensus præferret, Sacramento Extremæ unctionis munita, mirabili vultûs immobilitate annos nata 50. mensem unum,
dies 28. post diuturnum viginti annorum
agonem invictâ animi constantiâ superatum,
quoque longè gravioribus superandis paratissima erat, Spiritum Deo reddidit, cui semper adhæserat, sed longè feliciùs adhæsurum,
& adeò placidè expiravit, ut neque Confessarius, neque Frater ejusdem Religiosus noster, neque cæteri adstantes eam expirasse
crederent. Tum facies ejus splendida appa-
E ruit, & decora æquè ac nil unquam Incommodi subiisset, dextero tantummodo pede,
prout alibi diximus, ob attractionem nervorum iterum contracto, quem nonnisi speciali
Dei beneficio suo restitutum usui superiùs retulimus. Gravis præterea odor Catharinæ
undequaque concluso in cubiculo, & à die
2. Januarij usque ad septimam excitatus, perseverans, ipsâ die 7., superato prædicto unius horæ conflictu, penitus evanuit, præsente
quoque ejus corpore, quod jucunditate quadam animos potius, quàm nauseam ingereret,
quatenus testari eo prodigio voluerit Altissimus, quàm accepta sibi fuerit prædicta victoria de Diabolo relata. Eodem temporis momento, quo solutus ab ergastulo corporis Ca-
F tharinæ spiritus fuit, insigni radiorum splendore circumdatus, videndum se obtulit Sorori Antoninæ Farulli Moniali Conversæ in
Monasterio S. Apolloniæ de Florentiâ, quæ
in lecto dormiens ab eo splendore excitata,
quin etiam oculos nimiâ luce circumfusa, &
in admirationem capta Catharinam sibi dilectam è vivis excessisse ab eâ intellexit, ejusque spiritum in cœlestem gloriam translatum
fuisse; quod Soror ipsa Antonina authenticè
testatur. Insequente die, feriâ nimirùm sextâ, & 10. Januarii valdè diluculo Catharinæ
Corpus Sacro Sororum Tertij Ordinis Nostri
Habitu Indutum in Ecclesiâ D. Annunciatæ
expositum fuit decenti Pompâ, eíque PP. Illius Cœnobij honorificè parentarunt, plures
G autem ipsâ die eò certatim accurrentes singulari voluptate afficiebantur. Persolutis exequijs, post Solis occasum, dissectum ab Anatomico corpus, macie veluti, ac phthisi
confectum deprehensum fuit, quin vel pectori vestigium aliquod mammarum adesset, ex
quo minus arduum fuit congerere, quòd quæ
pati semper optaverat, & capitis elationem
deprimere, unà cum Christo Crucifixa mori,
satis ei superque fecerit Deus. Deprehendére astantes omnes non sine admiratione integra prorsus viscera (jecore excepto, quod
lapidis speciem aliquantisper induerat) vel
ipsum ventriculum, quem planè malè affectum putabant, nauseam, & evomendi necessitatem animadvertentes, quam passa ju-
H gitet fuerat Catharina. Cor denique minimæ molis, æquè ac si cor Infantis fuisset,
deprehendére undequaque humore destitutum, quod cum jugi pulsatione aliquando
quateretur, ut diximus, ipsáque præ nimis
ejus ardore hyeme quoque rigente nivem sitiret, & glaciem, haud temerè conjecit aliquis præ Divini amoris vehementiâ Catharinæ cor adeò exaruisse. Illud deinde contigit
utique mirandum, quòd, cùm absolutâ corporis hujus sectione, circa quartam noctis horam juxta prædictum corpus apposita fuerit
vitrea lampas accensa eâ olei portione, quæ
lumini fovendo tres, aut quatuor ad summum
horas par foret, per sexdecim ad 20. nempè
diei

diei sequentis horam sussecit. Tumulatum deinde fuit Catharinæ corpus in sepulcro, quod in celebri Sanctissimi Crucifixi Sacello positum à Clarissimâ Gente Villani antiquitùs fuerat, intra ligneam arcam pice obsitam, & diligentissimè clausam, unà cum inscriptione Italico idiomate exaratâ, repositum, quod annis insequentibus ad alterum nostrarum tertii Ordinis Sororum sepulchrum in medio Ecclesiæ, ad latus Evangelij positum, translatum fuit.

A Catharinæ nostræ sanctitatem testatam voluisse videtur Altissimus, nonnulla Beneficia Christi Fidelibus ejus intercessionem petentibus conferendo, quorum publicus rumor post seriem 16. annorum non interruptam, hoc anno 1713. labente, quo hæc scribimus, ad nos usque pervenit, quæ tamen hic singillatim recensere non licet, quòd non satis abundè constent, neque eorum, prout par erat, habita fuerit ratio. Dun tantùm referre placet; unum quidem, quod Sorori Catharinæ Angelicæ Covoni in Monasterio S. Apolloniæ de Florentiâ: alterum verò, quòd Fratri suo Francisco Mariæ contulit Catharina post mortem; cùm enim ille post sex Menses ab ejus obitu pleuritide graviter affectus decumberet, ideoque se proximè moriturum crederet, nepotulâ suâ monente, & sertum precatorium ei deferente, quod Catharina dum viveret, adhibebat, idque parti læsæ admovente, & circumligante, Sororis opem implorare cœpit, quam sibi propitiam pluries in suis necessitatibus apud Deum experta fuerat, dum adhuc in terris degeret, statimque hæc sibi dicta interiùs accepit: *Non morieris, ne solicitus sis*; quibus acceptis majori quidem repletus est gaudio; at verò se tantis beneficijs indignum animadvertens, spe excidebat, veritus verba prædicta non verè divinitùs accepisse, sed ex desiderio sanitatis recuperandæ profecta, meram illusionem fuisse: tum verò hæc rursus accepisse sibi videbatur: *Non morieris, convalesces, non morieris*; Quibus iterum acceptis, singultus inter, & uberes lachrymas, dicebat: *Ab Catharina! ab Catharina!* Protinus autem adeo convalescere cœpit, ut non sine Medicorum stupore, ac speciali Dei Beneficio, brevi incolumis prorsus evaserit; quod Catharinæ Sorori acceptum se retulisse, tum voce, tum scripto, idem Frater testatur, quemadmodum & aliàs deinceps eam sibi propitiam, ac non semel præstò jugiter esse fatetur.

Cùm in Monasterio Monialium S. Apolloniæ de Florentiâ publicè legerentur Sororis nostræ gesta, quæ paulò ante obierat, ab omnibus Monialibus communi plausu, & voluptatis sensu excepta, Domna Maria Aurelia è nobilissimâ familiâ Ughi, è Monialibus illis altera, tunc infirma, fragmentum quoddam laneum, quod Catharina Nostra adhibuerat, ab ejus Fratre Francisco Mariâ obtinuit, veneratione ducta erga prædictam Dei Famulam, ipsumque sibi proximum cervicali suppositum, in lecto servabat, ubi jacebat apud communem Infirmariam. Catharina Angelica Covoni mox memorata, quasi Mariæ Aureliæ pietatem irridens, fragmentum illud clam surripiens, veluti jocò, in Arcâ quadam ejusdem Infirmariæ inter alia utensilia reposuit, Mariæ Aureliæ proinde illudens, quæ fragmentum illud omisisse dolebat. Aliquot Mensibus exactis, postquam Infirmariæ Præfecta munus illud abdicaverat, eique Arcam, & reliqua tradiderat, quæ in eodem officio suffecta fuerat, Catharinæ Angelicæ animum subijt illud fragmentum, statimque inquirendum aggressa, & quidem di-

B ligentissimè nunquam invènit, mense tandem Decembri die 30. repetitâ adhuc diligentissimâ inquisitione, sed frustra, longe majori desiderio illud adinveniendi incensa, hæc disertè protulit: *Catharina, si verè Dei Famula es, quam omnes Te prædicant, id præsta, ut fragmentum laneum inveniam*: Tum verò adeò tantùm elevans ipsam arcam, ut brachium immitteret, quin ullatenus quæreret, aut oculis lustraret, fragmentum adinvenit, ac dextero oculo admovit, qui defluente quodam humore affectus, plura remedia hactenus adhibita eluserat, statimque convalescere cœpit, deinde sana prorsus evasit. Rem hanc exactè describere ad Dei, ejusque Famulæ gloriam proposuit; id tamen negligens, ite-

C rum eodem oculorum morbo laborare cœpit; sed hoc negligentiæ hujusmodi tribuens, resipiscens, & propositum describendi instaurans, iterum pristinæ sanitati restituta, descripsit, & unà cum Agathâ Angelâ Sorore suâ Germanâ ibidem Moniali, quæ inventioni fragmenti interfuerat, & sanationem dictam adverterat, coram Notario Publico Silvestro Antonio, Joannis à Podio Florentino Filio testata juridicè fuit.

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

EX vitâ ejusdem Typis impressâ, ac monumentis manuscriptis, quæ in Archivio Florentini Conventûs asservantur, supradicta omnia erata fuere.

D

Moritur Episcopus Assisiensis Joannes Vincentius Lucchesini. Eligitur Episcopus in Dalmatiâ Joannes Vincentius Filippi. Fit recognitio Corporis B. Elisabeth de Piccinardis. Decreta reformationis. Recolitur solemniter Tertia S. Philippi Translatio anno 1699. facta. Promovetur Cultus Capitum 7. Beatorum Fundatorum in Monte Senario.

CAP. VIII.

JOannes Vincentius Lucchesinius Patricius Lucensis, Archiepiscopus Ragusinus primùm anno 1689. consecratus, anno deinde 1695. Episcopus Assisiensis, prout ad eosdem annos est dictum, hoc anno die 12. Apri-

12. Aprilis, Affifij è vivis excedit, annos natus 70., utique minimè prætereundus. Hic enim, tùm genere, tùm pietate conspicuus Ordinis nostri decori haud mediocriter consuluit; in primis enim alter è qualificatoribus fuit S. Romanæ, & universalis Inquisitionis, Ordinem ipsum deinde laudabiliter administravit à Summo Pontifice Clemente X. ad Magistratum illum præ cæteris semel, iterum, ac tertiò electus, quod alibi diximus; insuper Pontificiis infulis decoratus, Ordinis Nostri nomen, & gloriam in Dalmatiam invexit. Denique B. Virginis Dolorosæ, ac D. Philippo Benitio summopere addictus, solemnem hujus Canonizationem, quam Prædecessores tanto studio assequendam curaverant, tandem aliquando non mediocri labore assecutus feliciter fuit, ac pro ejus gloriâ circumquaque per Orbem propagandâ, utriusque cultu maximopere promovendo, quemadmodum ex hactenus dictis innotescit, nil intentatum reliquit. Avulso autem uno, non deficit alter verè Aureus Joannes Vincentius Filippi, genere, & quidem illustri, Græcus, sed anno ætatis 15. Romæ Ecclesiæ Latinæ primùm, Ordini nostro deinde adscitus, hoc anno salutis 1698., ætatis verò suæ 45. die 24. Septembris electus Episcopus de Zacyntho, & Cephaloniâ, & die 22. Decembris ab Eminentissimo, ac Reverendissimo Card. Tanarâ in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ in viâ de Urbe solemni ritu consecratus, pluribus alijs à Summo Pont. Innocentio XII. prælatus, utpote linguæ Grecæ peritissimus, ac veritatis Catholicæ studiosissimus, quam insigni zelo Concionator Apostolicus in ijs Regionibus superioribus annis illustraverat, à cujus laudibus ulterius prosequendis, quod mihi minus arduum foret præ familiari consuetudine, quâ secum olim utebar, abstinendum duxi, ut ejus modestiæ parcam, quæque adhuc magis illustria peragere in dies nititur, feliciori calamo deinceps prædicentur.

Moritur Episcop. Lucchesinus.

Cum hoc anno Gener. Poggius Cœnobium visitaret S. Barnabæ de Mantuâ Arcã recognovit die 24. Septembris, in quâ repositum fuisse Corpus B. Elisabeth de Piccinardis Tertij Ordinis nostri Sororis communis dicebat traditio, & ex ejusdem Cœnobii monumentis constabat; hanc verò obsignatam deprehendit illius Cœnobij sigillo, ac tribus clavibus obseratam. Tres veluti capsulas ab invicem secretas in eadem Arcâ invenit, in quarum primâ ad lævam caput vidit, & Ossa B. Elisabeth memoratæ unà cum attestatione tenoris sequentis, exarata in Folio papyraceo duobus ejusdem Cœnobij sigillis obsignato: *Notum sit futuris temporibus, qualiter Patres scientes ex antiquissimâ traditione Corpora B. Elisabeth de Piccinardis nobilis Mantuæ, necnon B. Angeli de dicto loco, seù, ut alij malunt, de Ceresariâ, esse recondita sub Altari S. Salvatoris, ubi jacent cæteræ Reliquiæ Sanctorum, ea fecerunt extrahere, & reponere in* hujusmodi *Capsâ, linea sic divisa seorsim, prout* E *jacebant, quia multi volebant, quod ibi pariter sit Corpus Patris B. Elisabeth, & hoc voluerunt Patres esse separatum ab alijs duobus, ut melius videtur in suprascriptione singulæ divisionis. Quæ capsa erit sigillata sigillo Prioris Conventûs, & clausa quadam clavi, quæ stabit in manu Patris Prioris. In quorum fidem die 21 Septembris 1625. tempore Prioratûs P. Magistri Camilli de . . . .* Visis autem, & diligentissimè omnibus hisce recognitis idem Generalis die præfatâ 24. Septembris hujus anni, Arcam Officij sui sigillo obsignavit.

Recognoscitur Arca B. Elisabeth de Piccinardis.

Hoc eodem anno sub datum Romæ die 2. Octobris S. Congregatio super Disciplinâ Regulari, approbante summo Pontifice Innoc. XII. Superioribus omnibus omnium, & sin- F gulorum Ordinum Regularium, inhærendo Decretis sub die 18. Julij 1695. editis in re propositâ de eorum reformatione, in virtute sanctæ obedientiæ præcepit, ne deinceps ullum è Religiosis, qui in Conventibus, seu Monasterijs intra Italiam, insulasque adjacentes pro omnimodâ Regulari observantiâ, & exactæ vitæ Communis custodia, ab eadem sacrâ Congregatione specialiter designatis, aut approbatis, hactenus Professionem emiserunt, & in posterum emittent, ad alios Conventûs, seu Monasteria, in quibus eandem prorsus observantiam, præsertim quoad exactam vitam Communem, vigere non constiterit, quovis prætextu transferre præsumant, eàdem sacrâ Congregatione inconsultâ, quod G si contrafecerint, Superiores privationes Dignitatum, & Officiorum, necnon perpetuam ad eadem, aliaque in posterum obtinenda inhabilitatem; subditi verò privationem vocis activæ, & passivæ ipso facto, absque aliâ declaratione se noverint incurrisse.

Decreta reformationis

Centesimus recurrebat annus à celebri Translatione Venerandi Corporis S. Patris nostri Philippi, quæ habita Tuderti fuit anno 1599. 11. Kalendas Octobris à veteri Ecclesiâ S. Marci ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum, quò transmigrare decreverant Servitæ priori illo Cœnobio posthabito, de quo Gianius ad eundem annum; quod non omnibus probatum fuit, quibus nullo jure deserenda sedes videbatur, quam S. Pater Phi- H lippus multiplici virtutum, ac miraculorum genere per tria secula, & ultra, illustraverat. Itaque Tudertini singulari indesinenter veneratione D. Philippum prosequentes, Translationis prædictæ memoriam honorificentissimè recolere unanimi consensu decrevere, ac propterea præmisso solemni Campanarum totius Urbis plausu per 15. dies continuos proximè præcedentes, D. Josepho Pianetti Episcopo annuente, ac per publicum Edictum Indicente, maximâ Populi frequentiâ, sodalitijs, non modò Tudertinis, sed è finitimis quoque Pagis, Oppidis, atque suburbiis, decenti Habitu coeuntibus, sibique propria vexilla præferentibus Clero, tum seculari,

tum

tum Regulari, Senatu, Gubernatore, & Episcopo instituta fuit solemnis Processio ab A Ecclesiâ Cathedrali, ad Ecclesiam primò, ubi sancti ejusdem veneranda Ossa quiescunt, inde verò ad Ecclesiam S. Fortunato Sacram, ibique absoluta fuit, Benedictione Populo collatâ, cum ejusdem S. Philippi Chlamyde processionaliter per Urbem circumductâ.

Hoc pariter anno absoluta fuit Controv. de honorifico jure Falconeriæ Gentis super Ecclesiâ D. Annunciatæ de Florentiâ, cujus rei monumentum extat in eadem Ecclesiâ marmoreum.

Ex quò Clarissima Gens Falconeria anno Domini 1649. Aram principem in Sacrâ Senarij Montis Eremo magnificentiùs extruendam curavit, amota inde fuere septem Beatorum Ordinis nostri Fundatorum Capita, B quæ cum eorumdem Corporibus intra lapideam Arcam repositis subtus Aram prædictam, per quatuor ferè secula jacuisse, asserit Gianius pluribus in locis suorum Annalium in argenteis Thecis ad hoc efformandis ex unanimi Patrum Eremitarum ibidem eò temporis degentium consensu honorificentiùs recondenda. Sed vel eorundem, ac Posterorum oscitantiâ, vel aliâ quacumque de causâ, quæ mihi modò exploranda non est, argenteæ Thecæ fabrefactæ minimè adhuc fuere, & veneranda illa Capita, non amplius subtus Aram Principem, sed intra quoddam Armarium juxta eandem Aram positum, servata, Peregrinis, & Advenis quibusque genere quoque, ac dignitate conspicuis, summâ Pie- C tate adoranda, æquè ac aliorum Sanctorum Reliquiæ in eadem Ecclesiâ existentes, exhiberi solebant. Oscitantiam autem hujusmodi BB. Fundatorum Cultui haud mediocriter noxiam, ægerrimè ferentibus Ordinis nostri Patribus, cultûs prædicti zelo commotis, eorumque nomine instante P. M. Bonaventurâ Zanucchi de Mantuâ, Sanctorum ejusdem Ordinis Canonizationis apud S. Sedem Apostolicam Procuratore specialiter electo, Generalis Poggius unà cum P. M. Leonardo Voltagliâ in Provinciâ Etruriæ Priore Provinciali, die primâ Julij hujus anni, occasione visitationis Generalis ibidem susceptæ, ad examen juridicè vocatis singulis Eremitis tunc ibi degentibus, specialim verò Senioribus, D habito formali Processu, qui in Archivio D. Annunciatæ de Florentiâ asservatur, authenticè recognovit, non interruptam jugi tenore ab ipso usque initio Traditionem, quòd Capita præfata in dicto Armario inclusa, verè Capita essent septem Beatorum Patrum Ordinis nostri Fundatorum. Quibus habitis idem Generalis ligneam quandam Thecam eleganttissimè fabricandam curavit, in quâ deinde septem prædicta Capita, septem veluti Capsulis ab invicem discretis, reposita, decênti pompâ processionaliter per Sacram Eremum circumducta, congruentibus ritibus subtus Altare Sanctorũ Reliquijs, & D. Philip. dicatũ

Recognoscuntur Capita 7. B.B. Fundatorum.

die 10. proximè sequentis Januarij collocavit.

Hoc denique anno summus Pontifex Innocentius XII. per Literas Apostolicas Romæ datas die 22. Aprilis confirmat, & approbat, Constitutiones, pietate insignes, suavitate mirabiles, quas Soror Maria Archangela Biondini Veneta speciali Divini Spiritûs impulsu scripserat Monialibus Reformatis Ordinis nostri servandas in Monasterio, quod novissimè in Civitate nuncupatâ de Arco Tridentinæ Diœcesis, Augustissimus, ac Pijssimus Imperator Leopoldus hujus nominis I. munificentissimè erexerat, & Sorori præfatæ regendum primò mandaverat. Hæc sanè intelligens, quòd Monialibus Ordinis Nostri servandas vellet Altissimus Leges Patribus Eremitis sacri Montis Senarij propè Florentiam anno 1593. præscriptas, & à Summo Pontifice Clemente VIII. per Apostolicas Literas Romæ datas die 22. Octobris approbatas, eas consulere voluit; licèt autem severitatem quandam in ijs offendisset longè aliam à suavitate spiritûs, quam ipsa conceperat, eas tamen recipere, & servandas adamussim proponere decreverat, animi sui sensu posthabito, quippequæ eas tantùm Divini Spiritûs instinctu conditas, summâ veneratione prosequebatur. Hujusmodi verò Archangelæ consilium minimè probavit Confessarius, qui potiùs leges pro Monialibus juxta proprium sensum, nonnisi divinitùs per annos 30. continuos conceptum, à se ferendas esse sentiebat, cui proinde morem gerens Archangela, quamvis sibi suadere non posset, utpotè de se humillimè sentiens, quòd proprius animi sui sensus majorum nostrorum sanctitate præstantium sensui præferendus foret, Constitutiones Eremitarum Montis Senarij omninò transcripsit aliquod severitatis genus omittendo, quia verò nunquam probatæ Confessario, sibique erant, etiamsi sexies transcriptæ, & immutatæ fuissent, quin etiam Soror ipsa angebatur quotidie, & ad eas proprio sensu scribendas excitatam indesinenter se sentiebat, Monialibus primò quidem servandas proposuit Constitutiones Eremiticis præfatis magis consimiles; verùm exactæ earum observantiæ impares esse experta Moniales præ sexûs, ac spiritûs infirmitate, satis superque edocta fuit, accedente præsertim Confessarij recens electi imperio, recedendũ esse ab Eremiticis; & quamvis Moniales illas Reformationi eorundem Eremitarum ex Instituto vacare vellet Altissimus, eâ tamen suavitate spiritûs, quam ei communicaverat, id faciendum esse decreverat. Tum verò Archãgela longè melius consulta Constitutiones exarandas septimâ vice suscepit, eo prorsus sensu, & quidem suavissimo, quem vel ab initio divinitùs induerat, quas Monialibus propositas summâ alacritate cordis, ac facilitate, exactissimè servatas deinceps advertit; ex quò magis semper, ac magis intellexit, eas tantummodo acceptas Altissimo præcæteris fuis-

Constitutiones Monialium de Arco approbantur, & in lucem eduntur.

fuisse, ideoque summâ animi tranquillitate in re propositâ perfrui cœpit; quam sibi maximè confirmatâ sensit cù ab Apostolicâ Sede approbatas, & Romæ Typis impressas cognovit; subindè verò monuit, quòd, licet aliquâ severitate posthabitâ, in Eremiticis Constitutionibus deprehensa, in hisce Constitutionibus Monialium suavitati quodammodo indulserit; Reformationi tamen Eremitarum Montis Senarij vacare profitentur Moniales, eoque titulo à cæteris Monialibus discernuntur. Literæ verò Apostolicæ, quibus eædem Constitutiones approbantur, sunt appositi tenoris.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad Perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatûs Officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Bonitatis altitudo humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, imponere dignata est, salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, peculiarem sacrarum Virginum, quæ spretis fallacibus Mundi hujus illecebris, in occursum Cœlestis Sponsi per viam mandatorum ejus properare student, curam Paterno studio gerimus, & illis, quæ pro felici earum directione piè, prudenterque constituta esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici Muniminis, cum id à Nobis petitur, libenter adjiçimus firmitatem. Exposuit siquidem Nobis nuper fecit Dilectus Filius modernus Prior Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V., quòd cum novissimè in Oppido Civitate nuncupatur de Arco Tridentinæ Diœcesis novum Monasterium Monialium reformatarum nuncupatarum sub Regularibus dicti Ordinis institutis Charissimi in Christo Filij nostri Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi operâ, & munificentiâ, Canonicè erectum fuerit, pro felici Monasterij, & Monialium hujusmodi Regimine, ac gubernio confectæ fuerunt quædam Constitutiones, quæ vulgari Italico idiomate conscriptæ, ac in unum volumen redactæ, à primo earum Capitulo, quod de Charitate erga Deum, & Proximum inscribitur, incipiendo, sunt tenoris, &c.

Hic aderant apponendæ Constitutiones per 48. Capita dispositæ, ac omni zelo pietatis, & spiritu suavitatis repleræ; at cum eædem Typis Romæ apud Reverendæ Cameræ Typographum anno M.DC.XCIX. impressæ cerni possint, eas brevitatis causâ prætermittimus, tenorem Bullæ prosequentes.

CUm autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Prior Generalis Constitutiones hujusmodi, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ Confirmationis nostræ Patrocinio communiri summopere deside-ret. Nos ipsius Prioris Generalis votis, hac E *in re, quantùm cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & Pœnis à Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De congregationis nonnullorum, ex venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad suprascriptas Constitutiones examinandas, à Nobis specialiter deputatæ [quæ rem maturè discussit] consilio, omnes, & singulas Constitutiones præinsertas, Auctoritate Apo-* F *stolicâ tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes, easdem præsentes Literas, ac Constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos, & quas spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si se-* G *cus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, aliisve quibusvis, etiam juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegijs quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem* H *præsentium Literarum transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Apr. M.DC.XCIX. Pontificatûs nostri anno octavo.

I. F. Card. Albanus.

Interim, morte præventus apud S. Marcellum de Urbe P. M. Bartholomæus Caputi de Capuâ

Capuâ, S. Palatij Apostolici Confessarius, fedem Episcopalem Hadriensem, ac Pennensem in Aprutio adire non potuit, pro quâ designatus, & electus fuerat: sufficitur in munere Confessarij P.M. Donninus Franceschini de Senogalliâ. Hic autem importunum non erit recensere admiranda quædam intercessioni B. Julianæ tribuenda.

Anno circiter 1695. Puerulus octennis viginti dies, & ultra, febri Tertianâ duplici laboraverat, sed B. Julianæ ab ejus Avâ implorato præsidio, nullo penitus adhibito Artis medicæ opere, in instanti convaluit, & ad ejus Aram votum argenteum appendit.

In instanti pariter omninò convaluit Mense Junio ejusdem anni Joannes Baptista Buti, qui vehementissimâ febri, & stomachi vitio ita laborabat, ut nullum, quantumlibet exquisitum retinere posset medicamen, ac de ipso actum esse censerent Medici.

Eodem anno die 27. Mensis Junij Joannes Coli apoplexiæ morbo correptus, B. Julianâ invocatâ, absque ullo Artis medicæ subsidio omninò liber evasit.

Eodem anno Petrus Maria Fortini lapicida febri malignâ, & exanthematibus affectus adeò graviter erat, ut proximè moriturus à Medicis haberetur; verùm implorarâ B. Julianæ ope, & sacris ejus Reliquijs sibi per Sacerdotes amotis, illicò convalescere cæpit, ac brevi incolumis prorsus evasit.

Idem omninò præsidium experta fuit hoc anno 1695. Soror Angela Maria Raggioli in Archihospitali S. Mariæ Novæ Monialis, quæ eodem omninò affecta morbo opem eamdem imploravit.

Idem adhuc eodem anno contigit Sorori Mariæ Perpetuæ Coveri, quæ in extremo vitæ discrimine constituta præ morbi ejusdem vehementiâ, sacris iisdem Reliquijs adhibitis, & eodem implorato præsidio, obstupescentibus omnibus, omninò convaluit.

Anno autem 1697. Maria Magdalena Bianchi Florentiæ, in viâ Servorum degens, ante venerandum B. Julianæ Corpus perducta, eique à Genitrice commendata eximitur prorsus à tyrannide Dæmonum, qui numero plures eam hactenus invaserant.

Anno item 1698. die 18. Mensis Junij excitatum fuerat incendium apud Equitem D. . . . . . . Rimbotti in loco quodam Campestri, ubi plurima stupæ copia congesta fuerat, Famula Loci illius custodiæ præfecta, nomine Magdalena Linaioli B. Julianam invocavit, & illicò extinctum quievit incendium, nec nisi altera stupæ libra absumpta perijt.

Eadem Famula Magdalena Doloribus Atteticis vehementissimè affecta anno 1699. nullo prorsus adhibito artis medicæ remedio, sed implorato duntaxat B. Julianæ præsidio, libera illicò penitus evasit. Hactenus recensita Prodigia Florentiæ contigère, mox autem recensenda contigère Bononiæ.

Die 18. Augusti 1698. Sorori Angelæ Ma- A riæ Lambertini in Monasterio S. Catharinæ de Bononiâ Moniali Cooversæ conclamatum erat à Medicis, quippe quæ tum febri, tum convulsionibus pectoris adeò affecta erat, ut respirando par vix foret. Verùm ad B. Julianam confugiens illicò à quacumque detinebatur infirmitate, libera prorsus evasit, non fine ingenti Medici admiratione, qui sanationem hanc supernaturalem, ac nonnisi divinitùs habitam, jurejurando interposito, testatur.

Anno demum 1699. Mense Junio die 19., quâ celebrabantur in Ecclesiâ Servorum de Bononiâ B. Julianæ solemnia, eò quoque concessit Maria Corona Uxor Josephi Rambaldi, ut Beatæ ipsius opem imploraret, quæ singulis Corporis membris attracta, sæpissimè B proindè corruere coacta, macie confecta, quin ullatenus eidem prodessent quæcumque artis medicæ opera, vitam ducebat misetrimam; verùm ad B Julianæ Aram provoluta, quoad ei licuerat, humillimè ei se commendavit, statimque instauratis viribus surrexit, Domum alacris petijt, ac brevi omnino convaluir.

Hucusque relata Prodigia, sive Florentiæ, sive Bononiæ contigerint, in Processu Canonizationis hujus Beatæ Sororis Florentiæ cosfecto, juridicè comprobata apparent.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

C *Omnia colliguntur ex Monum. eorundem respectivè Convv.*

Enumerantur Gratiæ intercessione B. Peregrini de Forolivio apud Typhernates collatæ

CAP. IX.

Plura in dies patrare non desinit Altissimus Prodigia, quibus testatam velit B. Peregrini de Forolivio sanctitatem; hic autem opportunum arbitror nonnulla recensere hisce temporibus apud Typhernates patrata. *Gratiæ B. Peregrini Latiosi.*

1 Puer quidam novennis, nomine Alexander, Francisci, & Martiæ Boccadori Filius, è Civitate Castelli mancus omninò, & inutilis D per omnia corporis membra, septem integros annos Typheroi fuerat, hoc autem anno, statim ac Pater cum B. Peregrino de Forolivio devovet, integer in instanti, & prorsus incolumis evadit.

2 Dominica Uxor quondam Baldi Baldi de Typherno, cui alter dexteræ digitus præ sanie, seu potius carbunculo, sensim conficiebatur, pluribus incassum adhibitis remedijs, ope tandem B. Peregrini anno 1695. imploratâ, illicò à gravissimo dolore, seu spasmo, quo jugiter affectus erat, omninò soluta, brevi incolumis penitus evasit.

3 Eodem anno Cosmus Pieranti de Typherno, postquam decem Mensibus decubuerat

rat evidenti Mortis discrimine, B. Peregrini ope convalescit, eique votum argenteum offert.

4 Josepha Constantia Burghesia Tipherni degens, eodem anno Beati Peregrini implorato præsidio, ulcere, quod alterum ex ejus cruribus affectum diù fuerat, sanatus, cujus rei gratiâ coram Altari ejusdem B. Patroni se sistens, votum argenteum appendit, Missam celebrandam curavit, ibique Sacram Eucharistiam percepit.

5 Olympia Giovannini gravissimos Puerperij dolores per biduum passa, ab ejus Coniuge anno 1696. B. Peregrino coram ejus Altari commendata, sacris ejusdem Reliquijs sibi ritè admotis, opem ejus vix imploravit, cum fœtum feliciter enititur, indeque votum argenteum ad ejus Aram appendit.

6 Eodem anno Soror Clemens Pia Ranucci in Cœnobio omnium Sanctorum Monialis per annum integrum ægrotaverat, quin sibi ullatenus profu ssent quæcumque Artis Medicæ remedia; verùm B. Peregrini implorato præsidio brevi convaluit, ideoque ad ejus Altare votum argenteum appendit.

7 Idem experta beneficium fuit eodem anno Lucia Capelleti, quæ maximis renum affecta doloribus B. Peregrinum vix invocavit, cum omninò cessarunt; quamobrem ad ejus Altare se protinus sistens, Missam celebrandam curavit.

8 In Urbe veteri eodem anno graviter ægrotabat D. Marchio Marius D. Jo. Mathiæ Marchionis de Monte Filius, D. Anna Maria Monaldeschi de Monte ejus Mater ipsum B. Peregrino commendavit, Sacrâ ejus Imagine ad eundem Filium transmissâ, statimque Marium convalescere intellexit, meritas proinde referens grates B. Liberatori apud Ecclesiam nostram Typherni.

9 Alexandra Capelletti de Tipherno ad B. Peregrinum confugiens eodem anno illicò à variis, quibus premebatur infirmitatibus, dimissa omninò fuit.

10 Margherita Polenzani eodem anno vehementibus in dexterâ affecta doloribus, B. Peregrini intercessione, cui proinde votum Argenteum obtulit, sanatur.

11 Æquè propitium habuit B. Peregrinum, adhibito lampadis ejus oleo, Laura Torri, quæ maximis exempta doloribus fuerat, quos in dextero genu passa fuerat.

12 Eodem anno Doloribus pariter undequaque vexata Magdalena Galli, eodem anno, primo quidem aliquatenus recreata, brevi demum libera omninò fuit.

13 Diomira Gualterotti Canarelli altero è genibus affecta doloribus statim convaluit.

14 Dorothea ex Bonaventurâ Palazzi decem ab inde mensibus graviter vexata doloribus, ab enormi quodam tumore alteriùs è manibus proficiscentibus, eodem anno interposito voto munus aliquod B. Peregrino ad ejus Aram offerendi, obstupescentibus omnibus, evanescente Tumore, incolumis prorsus evasit.

E

15 Diomira Gualterotti Catharina ex Lucâ Lazari, colicis affecta doloribus ann. 1697. brevi convaluit.

16 Eodem anno Lucia Capelletti superiùs memorata vehementes evasit humeri dexteri dolores, ideo votum argenteum ad ejusdem Beati Altare sistens.

17 Cessarunt pariter dolores eodem anno, quos passa diù fuerat in humero dextero ratione naphtæ cujusdam enormis, Maria Cammilla ex Paulo Martinelli, statim ac B. Peregrini opem imploravit, brevi autem enormis ille tumor evanuit.

18 Livia Masi eodem anno graviter per integrum Mensem decubuerat vehementibus F correpta doloribus, verùm adhibitis B. Peregrini Reliquijs omninò convaluit, & votum argenteum solvit.

19 Floridus Capelletti eodem anno ab infirmitate dimissus, sicut & aliàs, voto se solvit.

20 Angela ex Thomâ multiplici apostematum genere quoad collum affecta eodem anno, adhibitis ejusdem Beati Reliquiis, non sine ingenti Chirurgorum admiratione, qui sananda minimè esse ratum habebant, omninò convaluit.

21 Eodem anno Catharina Pucciarini præ tumore quodam in dextero genu gravissimè vexata doloribus, pluribus incassum adhibitis remediis, B. Peregrini præsidio, ad cujus G Aram celebrandam Missam curaverat, eoque Puellas aliquot miserat, ut S. Eucharistiam perciperent, ipsam Beato commendarent, adhibitis demum ejusdem Beati Reliquijs, quantocyus convaluit, ac votum argenteum ad Altare appendens, novem dies in B. Patroni honorem transegit.

22 Brevi pariter eodem anno convaluit Maria Antonia Ubaldi, quæ pleuritide gravissimè affecta fuerat, adhibitis B. Peregrini Reliquijs, ideoque votum ei obtulit argenteum.

23 Andreas Bastianelli plures Menses decubuerat doloribus affectus, quibus adhuc ferendis vix par esse videbatur, sed ijs æquo animo toleratis, B. Peregrini intercessione H eodem anno incolumis penitus evasit, eique votum obtulit argenteum.

24 Lucas Antonius Arcaleni de Arcalenâ apud Marchionis de Monte infirmus adhuc præ glande ignea, quâ exp'osione selopeti tribus ab inde annis impetitus in altero è cruribus fuerat, anno tandem 1697. B. Peregrini ope, quam ejus Genitrix imploraverat, omninò convaluit, ac votum exsolvit.

25 Olympia Martinelli anno 1696. Puerperij doloribus diù vehementer affecta, vix implorato B. Peregrini præsidio enixa feliciter fuit.

26 Eodem anno facultatem videndi recepit Catharina Uxor Caroli Antonij Sardoni, qua

quâ penè destituta erat, B. Peregrini meritis, quem invocaverat etiam per duas Puellas, quæ de ejus mandato nudis pedibus Sacram ejus Aram adierant, ac voto deinde se solvit.

27 Cephalgiâ graviter plures dies anno 1695. laboraverat Faustina ex Florido, sed voto se obstringens argenteum aliquid B. Peregrino, cujus opem implorabat, ad ejus Altare offerendi, protinus convaluit, & votum exsolvit.

28 Quæ equitans corruerat Francisca ex Vinceotio Mariani anno 1696., ideo per mensem cum dimidio decubuerat, sanitatem tandem novo B. Peregrini meritis est assecuta.

29 Adhibitis ejusdem Beati reliquiis statim convaluit Joannes Baptista Giovannini, qui gravissimâ infirmitate detentus decubuerat.

30 Maria Victoria Uxor Victorij Conti anno 1697. apostemate laborans in dexterâ pectoris parte, vehementer proinde affecta doloribus, sacras B. Peregrini Reliquias osculata, iisque Parti læsæ admotis, brevi incolumis evasit, ac votum argenteum appendit.

31 Cephalgiâ quoque solutus, B. Peregrini ope, fuit Joannes Baptista ex Josepho. Maria de Cortonâ, sed Tipherni degens anno 1696.

32 Dominicæ ex Andreâ Gianni Uxori Thomæ Capelli anno 1697. enormiter intumuerant crura, & debilitata valde erant, adeò ut stare minimè valeret: verùm oleo lampadis ante B. Peregrini Altare ardentes sese inunges brevi convaluit, & crus argenteum obtulit.

33 Magdalena ex Francisco Mariâ Bianchi Vidua eodem anno Mense Junio stomachi vitio, febri, & ictetitio laborabat; sed adhibitis B. Peregrini Reliquijs, & Candelâ ad ejus Aram ardente, brevi incolumis prorsus evasit, quantumlibet à medicis conclamatum de ipsâ foret, qui inania experti fuerant suæ Artis remedia, ac votum obtulit argenteum.

34 Eodem anno Mense Majo ineunte doloribus undequaque adeò affectus erat Baldus Antonius Eusebij, ut loco se movere nullatenus posset, insuper febri laborabat, meritis tamen B. Peregrini, cujus reliquias adhibuerat, ipsâ die liber à febribus, & ita à doloribus, ut loco se movere potuerit, quamprimum sanitatem omninò recepit.

35 Adhibitis iisdem reliquijs eodem anno, ac mense dolores evasit capitis unà & stomachi D. Julia Margarita Ranucci Ordinis S. Benedicti Monialis in Monasterio S. Margaritæ.

36 BB. Peregrini simul, ac Julianæ Falconeriæ experta eodem anno præsidium fuit D. Comitissa Gentilina Vitelli Uxor D. Comitis Raynerij Montemarti, quæ graviter decumbens B. Peregrini Reliquias adhibuerat, & B. Julianæ Imaginem eximiâ religione pectori appositam gerebat, ac pluries Mariam in eorum honorem celebrandam curaverat, statim enim emissâ uberrimâ catharri copiâ, convaluit, ac subindè plurimas BB. Patronis retulit gratias apud Ecclesiam nostram Tipherni.

37 Margharita ex Joanne Baptistâ Giannini ex Oppido S. Mariæ de Pistrinâ Diœcesis Tiphernatis eodem anno in altero è cruribus ulcere adeò affecta erat, ut præ nimio sanguinis fluxu penè exanimis evaserit, B. Peregrini intercessione brevi omninò convaluit.

38 Faustina ex Francisco de Monte S. Mariæ eodem anno tumore quodam in dexterâ tibiâ affecta, deinceps dissiliente, B. Peregrini ope, quam invocaverat, libera omninò quantocyus Ecclesiam nostram Tipherni adijt B. Patrono votum argenteum offerens, aliaque exhibens grati animi argumenta.

39 Angela Curtij Landi Filia eodem anno 1697. ab infirmitate gravissimâ, & febri, quâ jugiter diù laboraverat, implorato B. Peregrini præsidio, omninò convaluit, & votum obtulit argenteum.

40 D. Marchionem Clementem Vitelli Florentiæ degentem anno eodem altero è cruribus adeò graviter affectum, ut è Peritorum consilio discindendum proximè foret D. Mariæ Magdalena Vitelli Mazzoni B. Peregrino commendare cœpit, novem speciatim dies ejus honori consectando, & oleum lampadis ante ejus Aram ardentis Florentiam transmittendo, quo læsa pars inungeretur, ejus autem preces irritas passus minimè fuit Deus, Clemens enim statim convalescere cœpit, ac tandem deinceps pristinam sanitatem penitus recepit, voto proinde se solvit in Ecclesiâ nostrâ præfatâ D. Maria Magdalena.

41 Parem B. Peregrini beneficentiam experta hoc eodem anno fuit Bartholomæa ex Joanne Baptista de Paternâ Diœcesis Tiphernatis, & Uxor Antonij, cui pariter alterum è cruribus ulcere affectum erat, quamobrem argenteum crus ad Sacram ejus Aram appendit.

42 Quo tempore Alexander ex Sebastiano Barbari Sacerdos ad Aram B. Peregrino sacram in Ecclesiâ nostrâ Typherni, sacris operabatur, Joanoem Baptistam Germanum Fratrem laterum doloribus ita affectum, ut stare, nec se loco movere posset, sed immobilis consistere cogeretur, B. eidem etiam atque etiam commendans, Joannes Baptista illicò doloribus prorsùs solutus, brevi convaluit, ac votum argenteum obtulit anno eodem, ac Sacram Eucharistiam ad ejus Aram percæpit.

43 D. Marchionem Andream de Monte præ altero è cruribus ulcere affecto decumbentem eodem anno Florentiæ, D. Marchionissa Teresa Tornaquinci illius Coniux Tipheroi B. Peregrini opem interposito voto imploravit, Puellas insuper aliquot ad Ecclesiam nostram misit, quæ ibidem sacrâ Com-

Communione refectæ pro Infirmo B. Peregrinum orarent, & ad ejus Aram honorificâ pompâ Venerabile Sacramentum Eucharistiæ publicæ venerationi exponendum per triduum curavit, paulòque post certior facta fuit, quòd convalescere cœperat infirmus, spe magnâ omnimodæ sanitatis assequendæ.

44 Quadraginta annos in dexterâ tibiâ affectus ulcere fuerat Faber quidam Ferrarius nomine Maria ex Mathiâ Polenzani; anno verò 1697. enormiter intumuerat tibia, & doloribus correptus adeò fuerat Infirmus, ut nec stare, nec eos ulterius subire æquanimiter posset, sed interposito apud B. Peregrinum voto, dolor statim evanuit, & argenteo crure ad ejus Aram in anathema appenso, se curandum omninò confidit.

45 Soror Angelica Maria Costa Ordinis S. Claræ in Monasterio Tipherni, vulgò dicto *delle Murate*, febri malignâ laborans, & exanthematibus, adhibitis S. Reliquiis, & Imagine B. Peregrini, cujus opem invocabat, brevi incolumis evasit, quamvis de ipsâ actû esse pronunciassent Medici. Anno 1697. Plura quidem adhuc hujusmodi contigisse dubitare non licet, tabellas, ac vota multiplicis generis ad ejus Aram appensa, & Christi Fideles animadvertenti, qui vel oleum lampadis, vel sacras ejus Reliquias jugitèr postulanti, non eâ tamen claritate innotescunt, quâ liceat nobis eadem hisce Annalibus inserere. Unum illud adijciam, quòd anno 1671. contigisse novimus apud Saxolum in Ditione Mutinensi, & quidem præ cæteris insigne, quo splendidam huic capiti coronidem imponimus, hujus tamen testimonium authenticum anno 1699. habitum, hoc anno toti Ordini nostro innotuit.

Franciscus Armingioni Rector Ecclesiæ Parochialis S. Bartholomæi de Ghironzo Diœcesis Tiphernatis hoc anno Mense Junio, cùm Romæ degeret, occasione generalis Jubilæi, de repente in dexterâ tybiâ tumor ei quidam accessit, ex quo adeò vehementi affectus dolore erat, ut loco se movere non posset. Post varias consultationes, nonnullis, sed incassum adhibitis artis Chirurgicæ remedijs, tumorem perforarunt Chirurgi, ut inde putrida materies evaderet, nihil tamen adhuc adjumenti recepit. Undecimâ ejusdem Mensis, & anni die Patriam versus, nempe Tiphernum, iter aggressus, cùm pervenisset Spoletum, longè gravius laborare cœpit; quamobrem vix Tiphernum ingressus, Chirurgum, & Medicum consuluit, qui reipsâ diligenter inspectâ, tumorem illum in cancri speciem degenerasse unanimi sensu existimantes, pluribus antea incassum adhibitis remedijs ipsum amputarunt, septem uncias carnis, & amplius abradentes. Cùm autem adhuc morbi vis prosequeretur, de plurium artis Medicæ Peritorum consilio pedem ipsum amputandum decrevere. Interea Franciscus de B. Peregrini sanctitate, & miraculis certior factus, quæ ipsum omninò latuerant, illicò sibi apponendam curavit sacram ejusdem Beati Reliquiam, quam reipsa statim apposuit P. M. Carolus Antonius Maria Tassinari Concivis ex illius Cœnobij Fratribus alter doctrinâ, & integritate vitæ conspicuus, eique ejusdem Beati Imaginem papyraceam tradidit, quam tybiæ malè affectæ advolvit, ejus opem implorans Franciscus, quâ in oratione cùm integram diem perseverasset, insequente nocte aliquantulum somno indulgens B. Peregrinum conspexit Pullo Habitu indutum, lilium præ manibus ferentem, eique plagam tangentem, statimque se in sublime erectum adeo sensit, ut à somno excitatus elatâ voce sibi proximos advocaverit, quibus statim accurrentibus dixit: *Convalui, convalui*, & ab ejus Sorore germanâ, quomodo se haberet, interrogatus, præ gaudio exiliens, dixit: *B. Peregrinus me sanavit, & nihil mali prorsus experior*. Illucescente autem die Chirurgus accedens, & ab ipso petens, antequam operi manum admoveret, quomodo se gereret, iterum dixit, nullâ interpositâ morâ, se omninò incolumem esse, idque B. Peregrino acceptum se referre. Reque ipsâ involucris tybiæ amotis, plagam quidem deprehendit ab amputatione nupera profectam, nullatenus verò cancrum, qui magis in dies, ac magis sese diffundere solebat; obductâ verò brevi plagâ, prædicta 15. die Julij ejusdem anni incolumis omninò regendam iterum Parochiam suscepit, cicatrice solùm superstite amputationi prædictæ tribuenda. Hæc autem omnia, & singula constant ex authentico ejusdem Francisci testimonio in scriptis habito die 16. Septembris 1707. In Archivio nostro D. Annunciatæ de Florentiâ existente.

Adolescentulus quidam nomine Joannes Christophori Mussati, & Margaritæ Mesti filius, apoplexiâ fortè correptus toto corpore stupidus, motus, ac sensus expers diù remanserat, & facultate loquendi destitutus: Voto se obstrinxit B. Peregrino Adolescentuli Genitor, illicò facultatem recuperat loquendi Filius, æquè tamen cætera stupidus, tunc verò ejus Genitrix hoc io spem erecta prodigio, Filium ad Aram B. Patroni detulit, ipsum deprecans pro absolutâ Filij salute, ibique in instanti ab omni stupiditate solutus, Adolescentulus motu iterum donatus, ac sensu, se erexit, & coram omnibus summo stupore affectis, ac potentiam Dei mirabilis in Sanctis suis prædicantibus, ante Aram ipsam exilire, & liberè incedere omninò incolumis cœpit.

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

Omnia colliguntur ex Monum. eorundem respectivè Conv.

Recen-

Recensentur prodigia B. Virginis Dolorosæ invocationi tribuenda. Pœnitentiarij in Basilicâ Vaticanâ. Processio solemnis Sanctissimi Crucifixi apud S. Marcellum de Urbe. Imagines 7. BB. Fundatorum publicæ venerationi expositæ. Coronatur Imago B. Virginis Cortonæ. Moritur Innoc. XII. Succedit Clem. XI. Felix Obitus Antonini Mariæ Eremitæ in Monte Senario.

CAP. X.

HActenus recensitis mirabilibus, quæ B. Peregrini meritis, & intercessione contigére, non injucundum erit, & importunum attexere, quæ B. Virginis Dolorosæ invocationi potissimùm tribuenda hisce temporibus innotuere.

Anno circiter 1650. juxta Camulium Ditionis Genuensis, Portum subire Navis quædam contendebat, cùm excitata ibi esset procella; Nicolaus Crovanus quondam Jacobi pariter de Camûlio, unà cum alijs eò accurrentibus, Nautas illos monuit, quòd inde recederent, donec componerentur fluctus; si enim Portum subire adhuc ulterius contendissent, verendum illis erat naufragium. Tum verò Nicolaus palàm omnibus Habitum B. V. Dolorosæ, quem pectori adhærentem gestare solebat, fide plenus in Virginem eandem, quæ Stella dicitur Maris, in undas injecit; vis autem oppositi venti id præstitit, quòd Habitus undas non tangeret, sed Nicolai manus iterum repeteret, qui eum subinde in undas rursus injecit, quas ubi subijt, cessavit omninò procella, & compositis pariter fluctibus, navis Portum feliciter appulit: quò cùm appulisset, illicò excitata iterum Procella fuit, ex quo omnibus innotuit procellam nonnisi Deiparæ præsidio cessasse, ut Nautæ cum Navi prædictâ, ipsius opem implorante Nicolao, discrimen illud evaderent. Quod sanè beneficium Patribus Servitis de Camulio Nicolaus confestim significavit, & anno 1691. Perusij juridicè cum Benedicto Ansaldi testatus fuit.

Anno 1674. die 14. Decembris in Domo Biasij Magioli in Valle Camulij, Ditionis Genuensis, in loco quodam, qui vulgò dicitur *Mono Christus*, accensus repentè ignis plurima utensilia in cinerem redegerat, ac longè plura damna ingenti omnium terrore minitabatur; verùm Cappam quandam offendens Confratribus Societatis septem Dolorum B. Virginis Mariæ propriam, cui adnexus erat de more parvus ejusdem B. Virginis Dolorosæ Habitus, Cappam utique in cinerem redegit, Habitus autem B. Virginis illæsus commune excidium evadens, subita Ignis in universum extinctio, & Panes in honorem D. Philippi Benitij de more Benedicti, qui in ignem injecti fuerant, absque ullâ læsione deprehensi testimonium extitere Protectionis, quâ Christifideles venerationi suorum Dolorum addictos, ac D. Philippi, necnon sacrum
A illum Habitum, Beatissima Deipara fovet.

3 In loco quodam Ditionis Genuensis Occidentem versus, qui dicitur *Molini de Triora*, ubi jampridem Ædicula erat B. V. Dolorosæ sacra in Ecclesiâ Parochiali, ibique deinceps erecta fuit Societas septem ejusdem Dolorum Generalis Poggi auctoritate, ac præcipuo studio P. Magistri Francisci Schiaffini de Camulio, Puella quædam decem circiter annorum subulam sibi fortè in alterum ex oculis injecerat, quo factum est, ut perturbato oculi organo, luminis expers evaserit; verùm in pervigilio S. Luciæ V. & M. prædictam S. Ædiculam, prout ei familiare erat, petens, B. V. Dolorosæ, necnon S. Luciæ præsidium ex animo imploravit, statimque
B sibi visa utroque oculo videre, rei veritatem comprobandam suscipiens, oculo prius integro superpositâ manu, se altero oculo, antea cæco, modò optimè videre advertens, Matrem suam haud procul inde de rei veritate semel, iterum, ac tertiò, utpote fidem non habentem, seriò monuit. Mater autem rem ipsam diligenter experta, facultatem scilicet videndi Filiolæ restitutam, & organum ritè compositum æquè ac si nil mali passa fuisset, præ gaudio exiliens exclamare publicè cæpit, *Miraculum! Miraculum!* Quò proindè accurrentibus quamplurimis, Puella ipsa rem exactè aperuit, & beneficium hoc insigne, ac planè mirabile B. V. Dolorosæ acceptum referendum asseruit; hinc mirum in modum per
C Oram illam circumquaque diffundi cæpit Christifidelium erga Dolores, & Habitum B. V. Devotio.

4 Mense Septembri anno 1693. solverant è Genuensi plagâ Bernardus Schiaffini, & Nicolaus Ferrari unà cum alijs, ut in Hispanicis Oris de more Piscationi vacarent. Cum autem die 15. Octobris circa Rhodanum prosequerentur iter, de repente suborta tempestas circa tertiam noctis horam eò usque increvit, tum præ pluviâ, tum præ grandine, tum præ fulminibus, tum præ vehementiâ ventorum, ut in transversum miserrimè acti, sibi proximè futurum haud temerè vererentur omnes naufragium, spe quacumque humanitùs destituti, præsertim verò cùm aqua navim subire cæpisset.
D Verùm altero ex illis Nautis nomine Joannes Schiaffini sacrum B. V. Dolorosæ Habitum, quem collo pendulum gerere semper solebat, furentibus undis exponente, seque cum alijs Deiparæ etiam atque etiam commendante, compositis illicò circa navim fluctibus, quantumlibet haud procul inde adhuc furerent, aliaque navigia pessum ivissent, exonerare Navim aquis commodè cæpere, & Portum ab ipsis expetitum, qui dicitur *le Capanne* 40. horarum itinere nullatenus perturbati, summo stupore affectis incolis, feliciter subiere.

5 Marcus Antonius Rimena Veronensis in Arte medicâ celeberrimus Professor, in evidenti

denti subeundæ Mortis discrimine se constitutum advertens, postquam in cassum adhibita quæcunque suæ artis opera cognovit, pluries etiam capitis sectionem passus, longè melius consultus anno 1697. B. V. Dolorosæ præsidium imploravit, ac protinus grave illud discrimen evadens, omninò convaluit, non sine ingenti omnium admiratione, quibus perspecta satis superque erat ejusdem infirmitatis conditio. Insignem autem hanc gratiam acceptam se retulisse B. Virginis Dolorosæ multipliciter testatus, longè meliori sensu, & stylo de more elegantissimo prædicavit Poemate illo, quod Typis imprimendū curavit, cui titulus est: *La Madre Addolorata*.

6 Jacobus Bregnatus, quondam Francisci, & Joannes Daviè quondam Bartholomæi de Camulio in Ditione Genuensi anno 1697. Mense Majo solverant è Portu Bonifacii apud Insulam Corsicæ unà cum aliis, ut Piscationi primùm vacarent, Camulium deinde repeterent: verùm inter Insulam dictam *Capraia*, & Insulam dictam *Gorgona* tres naves à longè advertere, quas veluti amicas habentes non declinabant; statim autem ac Turcicas esse cognovere, quibus aliæ rates Turcicæ accesserant, ipsos prædari nitentes, fugæ se dare cœperunt, & Montem nigrum in Orâ Liburnensi proximum appetere contendebant; quia verò Turcarum insidias, & impetus vix evadere se posse virium tantùm suarum præsidio noverunt, B. V. Dolorosæ, quā in Ecclesiâ nostrâ Hemoris apud Camulium quammaximè venerari consueverant, opem implorarunt, præeunte Jacobo prædicto, qui sacrum ejusdem B. V. Habitum Collo pendulum palam omnibus expoluit, statimque Turcicis ratibus deficiente vento, Genuensibus è contra favente, Turcicis recedentibus, & Genuensium oculis præ nimiâ distantiâ subductis, Genuenses inimicorum molimina evadentes feliciter Portum appulere, Deiparæ Dolorosæ laudes, & hymnos canentes, cui libertatem à Turcarum Tyrannide tribuendam esse prædicabant.

7 Hyacintha Uxor Josephi Onerosa apud Rechum in Orâ Hispanicâ, ac Ditione Civitatis Orignella anno 1698. gravissimè ægrotabat; cùm autem Jacobus Olivatius quondam Martini de Camulio superiùs memorato, Habitum B. Virginis Dolorosæ ei imposuisset, eamque monuisset, quòd ejusdem B. Virginis opem imploraslet, convalescere statim cæpit, & brevi omninò incolumis evasit.

Hæc admiranda Deiparæ Dolorosæ invocationi tribuenda mox recensita, comprubata authenticè hisce diebus per legitimos testes, in Archivio nostro D. Annunciatæ de Florentiâ videntur.

Pœnitentiarij in Basilicâ Vaticanâ ex nostris cōstituūtur

Hoc anno, ratione Jubilæi celeberrimo, Summus Pontifex Innocentius XII. Pœnitentiarios in Basilicâ Vaticanâ tres ex Ordine nostro constituit, scilicet P. Mag. Carolum Orsini de Asetio, quod munus anno quoque Jubilæi 1675. laudabiliter obierat, P. M. Callistum Morelli de Civitate Plebis, & P. M. Sebastianum Tognini de Pisis, quibus deinde in pergameno Privilegium cōtulit Eminentissimus, ac Reverendissimus Leander Cardinalis Coloredo summus Pœnitentiarius, cujus vigore Sacramentales Confessiones audire in eadem Basilicâ toties quoties ipsis libuerit, tanquam Pœnitentiarij, valerent. Carolo autem Orsini acceptum referendum maximè est, quòd tum ex Ordine nostro, tum ex aliorum Regularium Mendicantium Ordinibus hoc anno Jubilæi assumpti fuerint Pœnitentiarij; non enim defuere, qui sibi duntaxat, suoque Ordini Privilegium hoc tribuendum curarent, ut cæteri Regularium Ordines eodem omninò fraudarentur; quorum instantias tamen apud præfatum Summum Pœnitentiarium, tum ratione, tum exemplo, mirum in modum retundit, sacrorumque aliorum Ordinum decus promovit Carolus prædictus, quem proinde anno eodem Jubilæi reliqui omnes aliorum Ordinum etiam Pœnitentiarij, tanquam Antesignanum de se optimè meritum coluere. Hoc anno pariter Feriâ V. in Cænâ Domini de more insigni quidem pompâ, quæ Typis impressa Romæ in lucem prodiit, delata nocte fuit processionaliter ab Ecclesiâ S. Marcelli de Urbe ad Basilicam Vaticanam celeberrima Sanctissimi Crucifixi Imago, quæ in eadem Ecclesiâ S. Marcelli summâ veneratione colitur, quæque annis tantummodo Jubilæi amoveri inde solet, ut processionaliter deferatur, habito prius Instrumento, quo Archiconfraternitas ejusdem Sanctissimi Crucifixi plurimorum Urbis Procerum, Virorum Principum S.R.E. Prælatorum, & Cardinalium consortio præclarissima, cui alter ex Ordine nostro, tanquam Corrector adest, juridicè spondet sub pænâ summæ ingentis Pecuniæ erogandæ, quæ ideo in loco tuto deponitur, se Imaginem ipsam statim eadem nocte Ecclesiæ, & loco prædictis restituturam, postquam absoluta sit Processio. Omnibus autem ejusdem Archiconfraternitatis Sodalibus Summus Pontifex Innocentius XII., ut constat ex monito die 6. Aprilis hujus anni 1700. publicè præmisso, benignè indulsit, quòd ritè confessi, & sacrâ Communione refecti processionaliter, uti superiùs Basilicam Vaticanam adeuntes, sacram prædictam Imaginem associantes, si adhuc bis seorsim absque Processione pro libito quatuor Basilicas ad Jubilæi consecutionem designatas visitassent, Jubilæum æquè consequerentur, ac si trigesies, juxta tenorem Bullæ Sanctitatis suæ, easdem adiissent. Imagines septem BB. Ordinis nostri Fundatorum antiquissimas radiis ornatas Pistorij deprehensas, Generalis Poggius Florentiam transferendas curavit, ubi in Capitulo, quod dicitur de Macinghis, intra septa illius nostri Cœnobij Altari superpositæ, publicæ venerationi expositæ honorificè cernuntur, eo sanè consilio, quòd immemora-

Processio solēnis SS. Crucif. de S. Marcello.

Imagin. BB. Fūdatorū ātiquissimæ reperiuntur

morabilis eorumdem Beatorum Cultus, de quo potissimùm tunc temporis quoad B. Alexium speciatim, & implicitè quoad reliquos agebatur, jugi tenore invariatus servaretur; Patres autem Florentini Cœnobij Patribus Pistoriensibus preciosis quibusdam muneribus vices rependêre. Cortonæ quoque coronatur hoc anno solemniter per Provincialem nostrum in Etruriâ P.M. Leonardum Voltaglia in Ecclesiâ nostrâ D. Virginis Dolorosę Imago, cujus venerationi, ejusque Dolorum cultui longè magis promovendo, jampridem illius Cœnobij Patres quammaximè studere experunt. Hactenus recensita revera honorifica, consequitur modò Summi Pontificis Innocentij XII. mors, Ordini nostro haud mediocriter adversa; ipse enim eum summope re diligebat, & verè paternâ dilectione complectebatur, quod egregia restantur specialia eidem Indulta Privilegia superioribus annis relata, cui proinde per singulas Provincias honorificentissimè Ordo Noster parentavit verè pio, verè munifico, prout cuique innotescit splendida in Urbe, & alia seriò animadvertenti Pietatis, ac munificentiæ suæ argumenta, quem proindè omnes indiscriminatim grato animo jugiter recolentes, summâ veneratione prosequuntur. Obijt die 27. Septembris ætatis annum agens 86. postquam sedisset annos 9. Menses 2. dies 15. Successit autem Cardinalis Joannes Franciscus Albani Urbinas, Clemens XI. dictus, annos natus 51. & quatuor Menses, postquam Apostolica Sedes vacaverat dies 56., quo temporis spatio DD. Cardinalibus in Conclavi pro eligendo Summo Pontifice manentibus, unanimi consensu electus in Confessarium fuit P. M. Petrus Antonius Rossi de Florentiâ, in Romanâ Curiâ Ordinis nostri Procurator Generalis.

Cortonę coronatur Imago B.V. dolorosę

Innoc. XII. P. M. mor.

Hoc eodem anno die 6. Martij in Monte Senatio beatam mortem obijt F. Antoninus Maria Clericus Professus, in seculo Ægidius Memmi de Florentiâ, cujus Frater germanus in Romanâ Curiâ Advocati munus maximâ cum laude exercet; nec utique minimè prætereundus præ eximiâ erga Deiparam Religione, & singulari æternæ beatitudinis assequendæ fiduciâ; vix enim Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis in Eremi Xenodochio, ubi decubuerat, munitus, de repentè præter omnium opinionem, quin etiam omnibus summo stupore affectis, vestes omnes Eremiticas induere voluit, hoc B. Virgini acceptissimum esse testatus; indutus autem, quasi in Virum alterum mutatus, festivus, & hilaris hymnos, & laudes eidem B. Virgini canere cæpit: cui subinde sacram Eremum, ejus Cultores, & Regularis Observantiæ integritatem, etiam atque etiam commendavit: Adstantes in uberes lacrymas præ dulcedine cordis solutos, mirâ verborum suavitate exhilarare gestiens, insignem præferendo spem beatæ immortalitatis comparandæ.

In Monte Senatio moritur Fr. Antoninus Maria.

A *ANNOTATIONES IN CAP. X.*

Omnia habentur ex monum. eorundem respectivè Convent.

Indicuntur Comitia Generalia anni 1702. Processus B. Julianæ ad Urbem transmittitur. Moritur Episcopus Soggia. Quadam Gratiæ intercessione B.V. Dolorosæ, ac B. Philippi obtentæ narrantur.

CAP. XI.

DIù, multumque profectò anceps animi fuerat Generalis Poggius, num B indicenda sibi forent Comitia Generalia anno 1702. juxta Ordinis nostri leges habenda, quatenus Summus Pontifex Priorem Generalem eidem Ordini Indulto suo speciali præficere velle videretur. Verùm Patribus è contra pro virili contendentibus integrum sibi servari jus eligendi, tandem aliquando, Summo Pontifice annuente, indicta fuere die 8. Octobris hujus anni Comitia Generalia in Conventu S. Mariæ Novæ de Perusio habenda die 25. Maij anno 1702. per Literas encyclicas Romæ datas prædictâ die 8. Octobris. Die autem 12. Novembris ejusdem anni transmissus Florentiâ Romam fuit ad S.R.C. Processus valdè voluminosus ex 1524. folijs compactus, ac expensis non C modicis Illustrissimæ Gentis Falconeriæ, postulatore causæ P.M. Placido Mariâ Bonfrizzieri confectus, super Sanctitate vitæ B. Julianæ Falconeriæ pro solemni ejusdem canonizatione consequendâ, additis Literis DD. Leonis Strozza Archiepiscopi Florentini, & Octavij del Rosso Episcopi Volaterrani in causâ propositâ Conjudicum ad eandem Sacram Congregationem datis, quibus præclarissimum ferebant testimonium de idoneitate Testium in eodem Processu inductorum, & auctoritate Jurium in medium productorum, ac demum insigne Populi studium significabant pro solemni prædictâ Canonizatione assequendâ. Præterea die 19. Mensis præfati Novembris hujus anni extremum diem in D Episcopali suâ Sede Bosanensis clausit Georgius Soggia Turritanus Ordinis nostri Ex-Generalis, ibidem Episcopus, promotus deinde anno 1689. ad Episcopatum Ampuriensem, quò tamen se abdicavit, & nuper electus Archiepiscopus Turritanus, quamvis, morte præventus, ipse id minimè noverit; noverunt autem Servitæ Florentiæ, à Serenissimis Francisco Mariâ Card. Medices, & Magno Duce Cosmo Tertio, qui Georgium summo habebant in pretio, & summoperè diligebant, certiores facti. Vir iste minimè prætereundus videtur, tum quia dignitate conspicuus, tum & quidem maximè, quia ingenio solertissimus, ac Theologicæ facultatis

Indicitur Capitulum Gener.

Moritur Soggia.

peritissimus, plura dedit, eademque egregia suæ Doctrinæ specimina, Pisis primum in Universitate illâ celeberrimâ, ubi adhuc Juvenis sacram Theologiam explicabat, Romæ deinde, ubi in nostro Collegio apud S. Marcellum per annos 30. continuos Henrici nostri Gandavensis doctrinam exposuit, & publici juris fecit, quæ hactenus veluti sepulta jacuerat, quemadmodum ex operibus innotescit, quæ Typis impressa in lucem edidit, nimirum: Quæstiones disputatæ in Prologum sententiarum juxta Doctrinam Henrici Gandavensis. Pars prima, & secunda de S. Theologiâ, ejusque locis, & argumentis, ubi de auctoritate S. R. E., Summi Pontificis, & Conciliorum, Pars tertia de S. Scripturâ, & ejus sensibus, deque Censuris Propositionum ei oppositarum. Quæstiones disputatæ in primum, & secundum Librum sententiarum, de Deo, Divinisque Personis, & de Angelis. Quæstiones disputatæ in tertium, & quartum librum sententiarum. De Christo, seu de Incarnatione Verbi Divini; De Beatis, seu de Visione Dei, & Beatitudine nostrâ. Opuscula tria Theologica, de Sacrosanctâ Trinitate, de Generatione Divini Verbi, & de processione Spiritus Sancti. Quæ quidem variis temporibus ab anno 1689. usque ad 1697. Romæ, ac Saxeri in Sardiniâ, Typis imprimenda curavit; anno deinde 1700. Pisas transmisit Ordinis nostri Bibliothecis inferenda, ibique singula operum eorundem exemplaria partim in folio, partim in octavo impressa, in celebri illâ Bibliothecâ Patrum Florentinorum haud sine speciali mei curâ asservantur; illa quidem, ut Bibliothecis adhiberentur; hæc autem, ut Juvenum usui præstò forent. Plura adhuc ex universâ Theologiâ pari tenore edidisset, nisi mors invida obtitisset. Itaque præ doctrinis hujusmodi apud Theologos cujusque Ordinis, apud Serenissimos Etruriæ Principes, apud S. R. E. Proceres, vel apud ipsum Summum Pontificem Innocentium XI. laude quacunque superiorem maximo habitus in pretio per omnium ora versabatur, & unanimi omnium plausu, tanquam primi nominis in Urbe Theologus traducebatur; hinc, prout alibi diximus, scilicet ad annum 1678. electus a Patribus in Priorem totius Ordinis nostri Generalem, quamvis nullum antea exhibuisset Gubernij specimen, quod tamen jura nostra prudentissimè exposcunt, ab omnibus indiscriminatim speciali acclamatione omnium præconia promeruit; paulò verò post, anno videlicet quarto sui Magistratûs, ac Domini 1681. Episcopus Bosanensis in Sardiniâ creatus fuit, tandemque Archiepiscopus Turritanus.

P. Zanucchi moritur. Moritur etiam Cæsenæ die 20. Februarij hujus anni 1701. P. M. Bonaventura Zanucchi de Mantuâ, cùm actu in eâ nostrâ Ecclesiâ Quadragesimales Conciones haberet ex parte Communitatis, jure quidem optimo hisce Annalibus inferendus, non modò ob Doctrinæ præstantiam, sed etiam, & quidem maximè, quòd de Ordine nostro optimè meritus erat, quippequi in colligendis vetustissimis etiam Cœnobiorum monumentis ad Annalium prosecutionem plurimum insudavit, & B. Peregrini de Forolivio Causam Beatificationis, & Canonizationis magno animi ardore promovit, & in universùm, quæcunque in Ordinis nostri decorem cederent, viriliter est prosecutus. Tantum igitur Virum seculo quidem defunctum, sed æternitati nominis donandum, Cæsenates nostri honoribus prosequi studuerunt: exequias enim insigni pompâ celebrarunt, ejusque Corpus per Urbem detulere, associantibus aliorum Regularium mendicantium Ordinibus, & frequentissimo Populo insequente. Non mediocrem quoque erga ipsum existimationis signo ficationem dedere Civitatis illius Proceres, licèt enim Bonaventura tres tantummodo habuisset Conciones, neminem tamen, qui munus ab ipso inceptum prosequeretur, sufficere, ac si nemo, vel unus æmulari ipsum debuisset.

Hoc ipso anno in pervigilio S. Patris nostri Philippi ad reconciliandos animos cujusdam Nurûs cum Socru suâ accidit in Terrâ *Recbi* Diœcesis Januensis non prætereunda quædam apparitio cum effectu subsecuto reconciliationis. Benedicta Filia Joannis Baptistæ Ogni, & Uxor Joannis Baptistæ Caroli non modicam cum Socru suâ discordiam fovebat, quando in pervigilio ejusdem Sancti, erga quem piè affecta erat eadem Benedicta, sub horâ circiter vigesimâ secundâ cùm esset in Domo propriâ, ac lactem præbens Filiolo suo, de repente inopinato somno oppressa remansit, ac obdormiscens sibi videre visa est quandam gravem, ac vestem cærulei coloris indutam Matronam, quæ sibi diceret: vade, & reconciliare cum Socru tuâ; inde duos illi parvos habitus dimisit, dicens: unum tibi retine, alterum Socrui tuæ in signum novi fœderis, ac pacis consigna; quo dicto disparuit. E' somno evigilans Benedicta, maximâ sui admiratione duos parvos habitus in sinu suo reperit; Unum in quo S. Patris Philippi Imago depicta; alterum, in quo Imago B. Virginis Dolorosæ impressa fuerat. Quare obstupescens, ut sibi licuit, Reverendissimum D. Loci illius Archipresbyterum Ecclesiæ Parochialis S. Joannis Baptistæ adijt, & coram eo manu Angeli Mariæ Notarij Publici in præsentiâ duorum testium, quæ sibi contigerant ad laudem Dei, ac Beatissimæ Virginis Dolorosæ, necnon S. Patris Philippi fideliter deposuit.

Sub iisdem diebus quædam Mulier, quæ à pluribus annis [nescio ex quâ causâ] Maritum in quandam Insulâ Oceani Orientalis commorantem habebat, & ex hac viâ, sui absentiâ, multa incommoda subibat; Deo tamen, atque Beatissimæ Virginis servitio plurimum addicta, unde assiduè Ecclesiam nostram de Ca-

Camulio frequentabat, præcipuè iis diebus, quibus memoria ejusdem septem Dolorum attentis precibus recolitur. Cùm autem quadam die ferventiùs in beatam Virginem raperetur, in simplicitate cordis sic oravit: O Mater Dolorum, tu scis afflictionem meam, quâ afficior. Tu absque Filio, ego absque Viro desolata relinquor, inspira Domina mea in corde Viri, ut vel saltem imminentibus Festis Paschalibus Domum suam revisat, Uxoris necessitatibus subveniat. O quam efficax est simplex Oratio! quàm beneficentissima Mater Dolorum erga sibi Devotos! Eo ipso tempore (uti mox ex relatione Viri comparuit) quidam Mahumettanus, cum fortè Coronam B.V., cum Imagine sculptâ septem Dolorum reperisset, eam obtulit Viro prædicto, petens aliquid ab eo loco mercedis. Restitit à principio Vir ille, sed postea Conscientiæ remorsu ductus, sex obolis Turcæ solutis Coronam accepit, osculatus est, ac in eâ sculptos B. Virginis Dolores intuens, statim de repetendâ propriâ Domo admonitus, prout & fecit, etiam postpositis aliquibus lucris ad se in dictâ Insulâ pertinentibus, rem ipsam ad Dei Genitricis Devotionem in aliis excitandam gratulabundus narrabat.

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

Omnia habentur ex Monument. eorundem Conventuum.

De Virtutibus, & obitu Fratris Petri Pauli Mariæ Perrier Duprè Lugdunensis Laici.

CAP. XII.

Recolendus hoc anno nobis occurrit Laici cujusdam obitus, Deo, & hominibus Dilecti, cujus memoria in benedictione sit, Fratris nimirùm Petri Pauli Mariæ Perrier Duprè Lugdunensis, cui nomen in seculo Petrus; siquidem plura virtutum specimina nobis imitanda reliquit, hisce proinde Annalibus breviter inferenda: quarum pretium, ut omnibus, prout decet, innotescat, vitæ ejusdem series hic paucis exponenda videtur. Ita enim unicuique compertum erit, quòd etiamsi quis vitæ suæ primitias Deo non consecraverit, prout par esset, quin potiùs ipso posthabito, sensibus quàm nimis indulserit, Divinâ tamen ope sanctioris vitæ genus adhuc ætate gravis inire potest, ipsamque vitam non sine magnâ sanctitatis famâ complere. Petrus ex illustri Familiâ Duprè Lugduni in Galliâ anno salutis 1643. natus, vix 12. annum egressus, Adolescentiæ suæ primitias militari vitæ consecravit, diversarum nationum Principibus addictus, potissimùm verò Ludovico XIV. Christianissimo Galliarum Regi, Generali armorum Præfecto famâ notissimo Turenâ,

Petrus Paulus Duprè nascitur Lugdun.

A cui non sine magnâ laude, tanquam Tribunus Militum adhæsit, utpotè præclaris, tum corporis, tum animi dotibus præditus, alacer, generosus, staturâ procerus, & vultu potiùs majestatem præferente. Verum tamen est, quòd non æquè Deo, ac Christianissimo Regi militabat, plurimum enim libidini, superbiæ, aliorumque bona deprædando, quod familiare esse solet Militibus, indulgebat; unum hoc servans in tantâ vivendi licentiâ pietatis indicium, quod Sacris Ecclesiis reverentiam haud mediocrem exhibebat, ideóque Commilitones suos, prout ei licebat, ab injuriis quibusque in easdem inferendis avertebat; quamobrem ipsos aliquando Oratorium quoddam B. Virgini dicatum invadere tentantes, quò se receperant Oppidani ubere

Nomen dat militiæ.

B annonâ instructi, ut Gallorum exercitus furorem declinarent, qui Oppidum illud invaserat, suóque subegerat imperio, primùm quidem horrando, minas deinde intentando, ab omni prorsus injuriæ genere adversus sacram illam Ædem feliciter avertit. Quæ quidem reverentiæ, & Pietatis argumenta benignè excipiens Deipara, ei quàm sæpissimè præsto fuisse piè credenda est in gravissimis vitæ periculis, maximè verò in æternæ salutis negotio, quemadmodum ipsemet consequentibus annis, tum scripto, tum voce, grato animo fateri non verebatur, tantæ Virginis patrocinio referens acceptum, quòd ad meliorem frugem fuerat aliquando conversus. Postquam Gallias, Belgium, Hollan-

C diam, Angliam, atque Germaniam peragraverat, post Militarium expeditionum rario exigebat, vitiorum cœno obrutus, & illicitis cujusque generis voluptatibus deditus, Italiam denique subiit, ubi Veneriis Viro cuidam Nobili adhærens, Romam cum ipso adiit, qui pro Serenissimâ illâ Republicâ apud Sedem Apostolicam designatus fuerat Orator, & inter primarios ejus Aulicos adscriptus, Muneris sui partes laudabiliter explebat. Idem pariter præstitit cum Excellentissimo D. Marchione Maximiliano Cauriani de Mantuâ pro Serenissimo Duce suo in Urbe residente, cui semper deinceps, totique ejus Familiæ acceptissimus fuit Petrus præ singulari in rebus gerendis peritiâ, & eximiâ fe-

Pietatē servat cum vivendi licentiâ.

D dulitate, ac fide. Tum verò cum Fœminâ quadam Marchionis ejusdem servitio mancipatâ, diù turpiter diversatus, pluribus Divinæ gratiæ stimulis excitatus, quos pluries contempserat, in Augustissimâ tandem S. Mariæ Majoris Basilicâ divinitus longè clariori luce perfusus, magnâ suorum criminum deformitate perspectâ, miserrimâque sui statûs conditione deprehensâ, summo dolore perculsus, in uberes lachrymas solutus, Beatissimæ Virgini, cujus Imaginem ibidem celeberrimam in genua provolutus venerabatur, seriò promisit sui resipiscentiam; indéque captâ opportunitate sacram Ædem Lauretanam adiit, ibique generali totius vitæ confessione, Divinam

Ad meliorem frugem se convertit.

vinam gratiam deinceps recuperare, Deoque tantùm adhærere maximopere studuit. Romam reversus Patris Nicolai de Bagni Clerici Regularis spirituali Regimini se totum subjecir, & superioris vitæ scandala reparanda suscepir publicâ Sacramentorum, Ecclesiarum, aliorumque piorum operum frequentiâ. Quoniam verò memoratæ Fœminæ iteratas, & quidem validissimas blanditias declinare non poterat, quibus cæteroqui superiorem se præstirit, quippequi eandem cum ipsâ Domum incolere tenebatur, inde recedere satiùs ducebat; veritus tamen, ne Domino suo minus placeret, & humano destitueretur subsidio, utpotè alienigena, id opere complete non audebat. Ne verò aliundè Fœminæ ipsi obesset, improbitatem ejusdem Domino aperire nolebat. Igitur in tanto discrimine Divina ei adfuit clementia, quæ è malis ipsis bonum eruere novit; cùm enim Petrus Domini sui causam agere contendens, publicis Urbis ministris sese viriliter opposuisset, eosque adhibitâ vi ejecisset, & Pontificiorum Ordinum executioni impedimento fuisser, tamquam læsæ Majestatis reus traductus fuit, & pœnâ capitali damnatus, quam fugæ beneficio evasit, Mantuæ sese recipiens apud clarissimam prædictam Familiã de Caurianis, eaque ratione Dœmonis, & improbæ Fœminæ artes elusit, cui familiæ se plurimùm debere fatebatur, prout è quibusdam suis manuscriptis colligitur, Florentiæ modò in Archivio nostro existentibus, quòd ipsum Domi semper receperit, foverit, & pro ipso in omnibus angustiis steterit, etiamsi modò Venetias, modò Galliam, modò alias regiones vagandi studio adire soleret.

Ex Urbe fugiens Mantuã se recepit.

Ita ergo expeditus à præfatis Dæmonis insidiis Petrus, Mantuæ sanctioribus pietatis operibus animum seriò adiecit, Deum jugiter precatus tanquàm alter Saulus, ut quid sibi faciendum esset, doceret; meditari quidem cæperat consilium amplectendi religiosum quoddam Institutum, ratus, quòd ita meliùs Dæmonis insidias evadere posset; verùm quia ætate provectus maximè erat, verebatur ne sibi deesset, qui adytum ad id assequendum pararet; operâ tamen Patroni sui Marchionis Cauriani, cui animi sui consilium aperuerat, in Ordine Servorum B. Virginis apud Cœnobium S. Barnabæ, cui tunc temporis Mantuæ præerat P. Magister Philippus Maria Omezzali, receptus in Habitu Laici fuit, F. Silverius dictus, die 19. Junij anno 1687., Regularis Disciplinæ studiosissimus statim apparuit, & in agibilibus solertissimus; verùm quia morem alijs gerendi usum hactenus non habuerat, difficultatem in eo maximam expertus, quòd non ampliùs suæ, sed aliorum voluntati obsequi deberet, pristino Spiritus fervore sensim refrigescente, variis actus tentationibus, postquam decem Menses Religionis Habitum induerat, ab Ordine deficere non dubitavit. Itaque ad veterem vivendi licentiam, tanquam Canis ad vomitum reversus, 7. circiter annos, suæ Religiosæ vocationis immemor, Mantuâ posthabitâ, verecundiâ commotus, quòd ibi à Deiparæ Castris defecisset, Mediolanum quidem profectus est, ubi tamen aliquantulum commoratus apud Virum quendam nobilem pro Christianissimo Rege in eâ Urbe Residentem præclaro functus munere, Divino semper actus Spiritu, Mantuam iterum repetens, apud eandem Familiam de Caurianis iterum diverrit, à quâ benignè de more exceptus rei ejusdem domesticæ præfuit. Subinde Vitæ melius instituendæ desiderio incensus P. Hieronymum Tosone Societatis Jesu consuluit ad id muneris aptissimum, eoque dirigente exercitijs Spiritualibus in ejusdem Societatis Collegio Mantuæ vacare cæpit die 7. Junij anni 1693., quâ sanè occasione Filium Prodigum se reputans, superioris vitæ pessimè actæ tanto affectus horrore fuit, ut penè spe frustratus ipsam iterum sanctè instituendi animo ferè defecerit, qui planè ejus animi sensus ex ejus manuscriptis colliguntur. Sanctioribus his motibus haud mediocriter contulere insoliti Terræmotus, quibus id temporis exagitata fuit Mantua, seipsum proinde varijs pœnitentiæ studiis exercens, & animo secum reputans, quonam pacto adhærere Deo constantius posset, non ideò tamen Regularis Instituti jugum, verecundiâ fortè deterritus, iterum subire meditabatur. Verùm in amarissimâ Christi Domini Passione contemplandâ die 13. Julii supradicti anni, prout Exercitiorum spiritualium series petebat, singulari erga Deum amore incensum se sensit, & ad omnia opere complenda paratissimum, quæ Deo placuissent; hæc, & hujus generis alia scripto liberè testatus, præsertim verò supremam sui voluntatem specie quadam testamenti in nomine Sanctissimæ Trinitatis expressam, & proprio sanguine subscripta Mantuæ die 15. Julij 1693., quâ Æterno Patri suam consecrat animam, quòd ipsum creaverat; Filio Dei, quòd ipsum redemerat; & Spiritui Sancto, quòd ipsum pluries illustraverat; Deiparæ verò, quòd sibi semper Tutelaris fuerat, Castitatem consecrat, ex animo spondens hanc esse supremam, & perseverantem sui voluntatem.

Exercitijs spiritualibus vacat.

Constans igitur in proposito repetendæ vitæ Regularis consilio, Ordinis nostri Patribus se obtulit, suamque voluntatem aperuit, non quidem Mantuæ, haud temerè veritus, quòd Patres illi ipsum non recepissent, quippe qui ab ipsis aliquando defecerat, & præ ætate graviori 50. nempe annorum, haberi inutilis poterat, sed Patri Generali ejusdem Ordinis Joanni Francisco Mariæ Poggi de Florentiâ, tunc Romæ degenti, qui tamen ipsum quantumlibet obortis lachrymis gravissima pœnitentiæ indicia præferentem, & iterum ad Habitum recipi humillimè petentem, primò rejecit, probandæ nimirùm ejus

Ordinẽ iterum ingreditur.

ejus Constantiæ studio; sed humillimas preces iterantem, & plura constantis animi argumenta exhibentem, tandem aliquando recepit in Conventu S. Marcelli de Urbe. Hîc autem ad rem maximè notandum videtur ad prædictam animi constantiam ostendendam, quòd tanto repetendæ vitæ regularis desiderio tenebatur, ut grave illud discrimen, vel non adverterit, vel minimè curaverit, quòd sibi Romæ imminebat pœnæ capitalis subeundæ, de quâ superiùs. Indutus ergo Ordinis nostri Habitu, tanquam Laicus F. Petrus Paulus Maria appellatus, veterem hominem exuendum cum omnibus actibus suis, novumque induendum seriò suscepit, sapientissimæ directioni commendatus P.M. Callisti Lodigeri, tunc temporis apud S. Marcellum de Urbe studiorum Regentis celeberrimi, de quo ad annum 1710.; ipsi enim jugiter ob oculos mentis obversabantur anteactæ vitæ deformitas, æternæ damnationis sibi toties debitæ discrimen, splendida beneficentiæ argumenta, quâ Deus inter plurima inita prælia à morte vindicaverat, quam planè secura tunc temporis fuissent sempiterna supplicia; & quamvis maximè refractarium nunquam deseruerat, quin potius multiplici gratiarum genere ad pœnitentiam indesinenter excitarat; quæ sanè omnia non vulgari ipsi ad pietatem fovendam, ad excolendas virtutes, ad graviora pœnitentiæ opera exercenda incitamento erant. In eo autem vivendi tenore, quem anno probationis in Urbe susceperat, *Virtutibus vacat.* C tum ibi, tum Florentiæ, ad obitum usque constantissimè perseveravit, ad meliora potius progressus.

Humilitas. Humilitatis in primis studiosissimus, quippe qui ob innumera scelera contra se incessanter posita, contemptibilem maximè se omnibus habebat, sui Generis primùm, munerum deinde illustrium, quibus in seculo laudabiliter functus, uti diximus, fuerat, penitus immemor, naturales animi sui dotes nullatenus advertens, res à se præclarè in seculo gestas, illustria munera sibi in seculo collata, eximiam, quam de ipso Viri nobiles existimationem habebant, nunquam expressit; habitu corporis, & loquendi tenore adeò humilis, ut quos ejus latebat conditio, D obscuro loco natum, ac potiùs hebetem existimarent, qui cæteroqui elatus naturæ indole erat, & audax, Laicorum in Ordine adscriptum se esse, vilia quæque Monasterij munia ex obedientiâ obire summopere gaudebat, Florentiæ potissimùm, ubi Janitor designatus, parandis omnibus præfectus, quæ per totum anni circulum centum circiter Religiosorum ibidem degentium rasuræ necessaria erant, necnon hyemis tempore lignis, & reliquis adornandis ad ignem diù, noctuque, fovendum in publico quodam loco ad id electo necessarijs, prout Religiosorum eorundem necessitas exposcit, via Literis exprimi, & fortè vix animo concipi potest, summa animi demissio, quâ Petrus Paulus A singulis obsequens, singula diligentissimè parabat; vultu plerumque luridus, ac penè monstrosus, præ teterrimo minutissimo pulvere è carbonibus extinctis ubertim erumpente, quo undequaque turpabatur, ad januam vocatus cuicumque accedenti occurrebat, summâ illâ verecundiâ superior, quâ non pauci deterriti hujusmodi specie sese vidêdos præbere minimè paterentur; non modò nullatenus de hac re cum Superioribus, vel æqualibus conquestus, verùm etiam de huius generis abiectione, ferè dixerim, gloriabundus, quippe qui talia pati pro nomine Jesu dignus habitus foret. Præterea fidissimus obedientiæ Custos, contumelias, dicteria, & derisiones ad custodiam Januæ passim devorabat, à B nonnullis traductus, tanquam duræ cervicis, sui ipsius, suæque sententiæ nimirum amans, non autem obedientiæ virtute ornatus, quibus omnibus tamen indiscriminatim nil aliud respondere solebat, demisso capite, & eleganti quodam lepore, quàm *Deo gratias*, & pietatem ab ipsis implorans, singulariter dicebat: *Parce mihi, quæso, si tibi morem non geram, hoc mihi vetat obedientia.* Præ cæteris hujus generis abjectionibus, quas Petrus Paulus humillimè subiit, hanc recolere sit satis. Cùm alter è Fratribus illius Cœnobij, isque Adolescens, à Petro Paulo peteret aditum ad Claustrum exteriùs, ut operi vacare posset sibi aliàs à Superioribus demandato, Petrus Paulus respondit sibi integrum non esse C aditum hunc permittere; illo autem reponente, sibi eò adeundum esse ob publica negotia, & à Superioribus vetitum ad hæc agenda aditum non esse, Petrus Paulus addidit: *hoc me latet; si autem velis, P. Priorem de hoc modò consulam:* Ille verò irâ percitus contumelias in ipsum ingessit, indeque abiit; iterum verò ad januam illo accedente, quo tempore juxta Superioris mandatum vetitus non erat aditus, Petrus Paulus in genua ante illum provolutus veniam petiit, quòd gravis ei fuisset in exercendâ obedientiâ, januamque statim aperuit; quâ quidem in re admiranda splendet humilitas, ubi Vir ætate gravis, tractandis armis assuetus, & memoratis titulis illustris, Adolescentulo illi, qui D eum haud mediocriter læserat, nonnisi propter justitiam, sese demiserit, & ab eo veniam petierit; non enim mediocris censetur humilitas iniurias, & abiectiones, quas cæteroqui promeritus aliquis non fuerit, æquo animo tolerare, sibique debitas putare. His adhuc accessit insigne aliud humilitatis specimen, cùm enim à Superioribus non amplius Januæ custodiendæ, sed Ecclesiæ addictus fuisset, Religiosis nimirùm nocturno tempore ad matutinas laudes excitandis, Campanis pulsandis, adornandis lampadibus, cæterisque infimis sacristiæ munijs obeundis, quantumlibet alacer, & in agibilibus solertissimus haberetur, nihil tamen omninò præstabar,

bat, quod notâ dignum non esset, sive Candelas, sive alia soper Altare disponeret, sive Campanas pulsaret, sive indumenta Sacerdotalia, ac reliqna ad Sactificium Missæ spectantia pararet, ludibrio proinde passim habitus, derisionibus, & objurgationibus obnoxius, ac veluti hebes, & ad id muneris ineptus circumquaque traductus. In hoc autem rerum eventu, quamvis sibi nhil deesset, ut omnia appositè fierent, nunquam tamen seipsum à culpâ vindicabat, nunquam à ministerio illo eximi petebat, quod rantam ipsi inferebat molestiam, sed cuncta hilari animo patiens, & verbum *Deo gratias* sibi familiare identidem repetens, seipso superior, sibique congenitâ elatione evadebat. Cùm autem plures hebdomadas in tanto sui contemptu duxisset, boc insuper subiit, ipsi valde humiliando accommodatum, quòd scilicet ab eo Ecclesiæ servitio, tanquam ineptus absolutus, januæ custodiendæ restitutus iterum fuit, quin tamen ullatenus commoveretut, vel iniquo animo pateretur, tanquam hebetem, & ineptum ab omnibus, & singulis circumferri.

Humilitatem, de quâ satis hucusqne, etsi nunquam satis, proximè sequuntur obedientia, & æquanimitas tanquam naturalia germina è suâ radice prodeuntia. Ut enim de priori modò loquar, prout ordinis, & dignitatis ratio postulat, præclarissima hæc virtus à Christo Domino, tum exemplo, tum verbo maximè commendara, firmissima Religiosæ vitæ basis in Petro Paulo mirum in modum enituit, quod utique è modò dictis constat, sed longè meliùs è mox dicendis patebit. Vix enim Habitum nostrum iterum indutus, & assequendæ perfectionis cupidus, quod maximè Religiosos decet, sibi planè suaserat, quòd vera perfectis Religiosis assequenda sancta est obedientia; hinc adeò tenax ejusdem exetcendæ fuit, ut nonnullis, qui verè virtutum pretium non omninò norunt, visa fuerit excessiva, ipseque proinde ab illis imprudentiæ vitio notatur traduceretur. Quslibet vel minimos Superiorum nutus, ranquam præcepta habens, exactissimè ijs morem gerebat, quin unquam aliquid agere renueret, vel de multiplicitate, & varietate eorum, quæ sibi præcepta forent, conquereretur, quod planè non mediocriter innotescit è tribus illis ministerijs, quæ ipsi commissa fuisse superiùs dicebam, Januæ nimirùm, rasuræ, & ignis pro Communitate parandi, quorum singulis singuli homines vix esse posse videntur in tantâ Religiosorum frequentâ. Adhuc prætereà innotescit ex animi Constantiâ, quâ Superiorum jussa exequebatur, semper enim idem, vultu comis, & hilaris, quin ullo pacto perturbatetur præ moltiplici occupationum genere, quarum copiâ identidem ferè dixerim obruebatur, aspera quæque subire potius paratus, prout plerumque subibat, quàm à Superiorum voluntate

Obediẽtia.

ne latum quidem onguem recedere: hinc E Religioso cuidam dignitate gradus conspicuo adytum per januam petenri, ad Claustrum exteriùs, quo tempore vetitus etat, in faciem restitit obedientiæ præceptum objiciendo; quoniam verò Religiosus ille Petri Pauli constantiam expugnare contendebat, varijs in ipsum adhibitis contumeliis, Petrus Paulus respondit: Januam, mi Pater, aperiam, ne Tibi molestior evadam; verùm feriâ 6. sequente in Capitulo coram Patribus, fune ad collum appenso, humi provolutus, inobedientiæ hujus veniam publicè postulabo; si verò superior rem ipsam à me petierit, invitus quoque nominare te cogar. Quibus acceptis Religiosus ille Petrum Paulum in proposito exeundi consilio urgere amplius non ausus, F quasi triumpbum de ejus violentiâ agentem relinquens, valdè commotus recessit. Item Superiori morem gerens, qui certam lignorum struem commodo Fratrum comburendam decreverat, Ministrum Conventûs, ad quem ligna parare spectabat, se monentem audiens, quòd eorundem copiam minueret, obedientiam opposuit, quæ talem ipsi numerum statuerat; Ministro autem reponente, quòd obedientia discretioni coniuncta intelligitur, Petrus Paulus addidit: Jube ergo, quòd me de hac re planè doceat Superior. Tum verò Minister seipsum contemptui habitum reputans, perturbari cæpit, ipsumque veluti refractarium, & superbum passim traducens, non mediocrem persæpè varijs dicterijs, & objurG gationibus ipsi inferebat molestiam; quæ tamen omnia dicendo de more *Deo gratias*, feliciter evadebat, quæque passim, modò cum his, modò cum illis nullâ non die, contingebant. Obedientiæ Custos fidissimus, non modò commoda corporis quamlibentissimè negligebat, tum somno parcissimè indulgens, tum recreationem quamcunque declinans, januæ custodiendæ potissimùm indesinenter adhærens, verùm etiam (quod longè graviùs videtur) suavissimas animi sui voluptates obedientiæ postponebat, quamobrẽ etsi sacrâ Communione refectus, diù solus cum Deo ab exterioribus omnibus solutus in oratione detineri maximo desiderio teneretur; statim tamen ac, vel ad januam, vel aliò H vocatus fuisset ratione sui ministerij, nullâ interpositâ morâ, vel excusatione in medium productâ, eò celerrimè adibat. Intellectum denique (quod sanè gravissimum est) Directoribus omninò subijciens, sibi nullatenus credebat; quin etiam ab ipsis despici æquo animo ferebat, quoties visiones quasdam, quas sibi accidisse putabat, juxta obedientiæ leges ipsis aperiebat; probè enim noverat, quòd Superioribus obediens, Deo maximè placebat; hominibus proindè obtemperans, non tanquam hominibus, sed æquè ac Deus ipse præcepisset. Noverat quoque, quòd sibi ipsi in hoc vim jugiter inferendo, Crucem verè ferebat, & obedientjam cum simplici-

tate

tate coniunctam reliquæ sequuntur virtutes.

De posteriori modo, scilicet de æquanimitate dicendum Nobis erit, quæ pariter humilitati suam debet originem, quâ pariter Petrus Paulus mirum in modum excelluit, & cujus non pauca, tum in Urbe, tum Florentiæ specimina præbuit, ibi quidem Januæ Conventûs S. Marcelli custodiendæ, & Epistolis hinc inde per Urbem colligendis è variis Orbis terræ partibus eò ad Fratres nostros transmissis, quæ sanè munera non mediocris incommodi esse nemo nostrum non videt; illic verò Ministeria obeundo superiùs memorata, quæ singillatim obire, quàm arduum sit, satis expendimus, hæc autem Petrus Paulus absque ullâ prorsus perturbatione semper exercuit, nunquam laboris, & quidem gravissimi pertæsus, contumeliis omnibus semper superior modò hic, modò illic, modò ab his, modò ab illis nullâ non die illatis; Quibus accedit, quòd aliquoties cùm non sine ingenti labore magnam aquarum vim ex altissimo puteo haustam, centum ferè Religiosorum rasuræ parasset, & intra publicum vas æneum de more calefaciendam intulisset, ipsâ die, quâ adhibenda erat Fratribus aqua, ex vase æneo effusam omnino reperiebat, maximè in hoc dolens, quòd non æquè, ac par erat, præstò esse poterat Fratrum rasuræ, imperturbatus tamen celeriùs, quàm fieri posset, iterum aquam è Puteo haustam, prout necesse erat, parabat. Cùm autem id pluries ei contigisset, improbitati quorundam id tribuens, quin tamen ulli in specie id referret acceptum, Superiorem adire meditabatur, eo tantùm consilio, ut incommodo Fratrum consuleret, eorumque mussitationes cessarent. Verùm hæc eo cogitante è Patribus alter ita ipsum increpuit, quasi præ ejus oscitantiâ effusa fuisset aqua, idque aliis vitio tribuere vellet; quibus acceptis, humillimus Frater æquè ac mitissimus id ita se habere consentiens, non mediocri pudore suffusus, quasi temerè malè de Fratribus sensisset: Heù, quàm grande, inquit, scandalum excitabam, ut me ab oscitantiâ purgarem! quem planè animi sensum adstantes omnes ita admirati fuere, ut et hisce diebus, quibus nimirum hæc scribimus anno 1714. Mense Februario, 14. nimirùm annis ab ejusdem Petri Pauli obitu, tantum patientiæ, & charitatis exemplum à Petro Paulo exhibitum summis laudibus efferre singuli certent. Hujusmodi exemplis alia quamplura præbere passim consueverat, maximè cùm Ecclesiæ servitio addictus, uti superiùs dicebam, tanquam ineptus habitus, dicteriis, & increpationibus passim obnoxius per omnium ora versabatur, ac denique turpiter ab eo munere dimissus, tanquam Agnus obmutuit. Insuper in Ecclesiâ D. Annunciatæ de Florentiâ Orationi vacare humi provolutus consueverat singulis diebus, quo tempo-

Æquanimitas.

re matutinas laudes ante auroram persolvere
A solent Fratres. Id autem quoque pietatis opus, tanquam notâ dignum apud Superiores circumferre veriti quidam non fuere, ex quo prohibitus ei fuit ad Ecclesiam accessus, ac monitus, quòd in Sacristiâ positus Sacram Eucharistiam veneraretur; quòd autem ne prolixiùs præstaret, præstitutum illi fuit orandi tempus, quæ quidem omnia æquo animo tulit, nec verbum quidem protulit, quo se ab errore vindicaret. Pari animi Constantia molestiam subiit sibi ex eo illatam, quòd à custodiâ Januæ solutus post solis occasum, duas horas ineuntis noctis in loco quodam commorari soleret Ecclesiæ ipsi incumbente, ubi ante Venerabile Sacramentum Eucharistiæ, & celeberrimam D. Annunciatæ Ima-
B ginem eximiâ sui Spiritus dulcedine orationi vacabat, ac si singularitatibus studens, quæ sui muneris juxta obedientiæ leges erant, negligeret; quamobrem etsi non omninò id prosequi vetitum ipsi fuerit, limitatum tamen maximè fuit, indeque plura subiit dicteria, & passim à reliquis virtutem ejus non assecutis carpebatur. Virtutis hujus præstantia non in externis contradictionibus modò hactenus expositis apparuit, verùm etiam in varietate, & multiplicitate operum, quæ ipsi quotidie demandata absque ullâ animi, & corporis perturbatione, quasi nihil agens feliciter complebat; quinimo cum iis, quos ad Januam expectare quandoque contigerat, ex eo, quòd ipse Ministerii sui ratione, etsi parum,
C inde abesse debuerat, eâ animi mansuetudine, verborumque comitate loquebatur, veniam quoque absentiæ suæ ab iis humillimè postulans, ut & ipsi ad lenitatem omnem compositi, qui fuissent aliquomodo fuerant, veniâ à Petro Paulo reciprocâ humilitate exposcerent.

Ex his obvium erit colligere, quod superiùs dicebam, Petrum Paulum videlicet serio operam dedisse perversis animi motibus, & inordinatis affectibus componendis, sibique omninò ad normam rationis, atque virtutum accommodando, invicta siquidem constantia in tot adversis comprobata, de quâ modò dicebam, nonnisi ab absoluto sui ipsius imperio, suque amoris contemptu, & à re-
D bus quibusque sensibilibus aversione, adeoque plenâ ad Deum conversione, suum esse auspicabatur. Inde quoque fiebat, quòd sicuti nunquam ridere plus æquo consueverat, ita nec unquam perturbatus apparuit in quocumque rerum eventu, in æquilibrio semper affectuum quiescens. Præterea quòd munia quæcumque indiscriminatim ex obedientiâ pari studio obibat, quodque mirabiliùs est, à rebus etiam ipsis spiritualibus solutus Directori suo morem in omnibus ex æquo gerebat. Æquo pariter animo ferebat insigni spiritûs dulcedine destitui, quâ perfundebatur, cùm Orationi vacaret, quod quàm sæpissimè ei accidebat, uti superiùs est dictum, ne muneri

Mortificatio interna.

neri suo, & commodo Fratrum deesset. Destitui quoque serie quadam in scriptis positâ **E** cœlestium illustrationum, & sanctiorum quorundam affectuum, quos in Divinis meditationibus conceperat, quam ipsi non reddere satiùs duxit quidam è Nostris, quem ipse de iisdem consuluerat, uti Directorem in Exercitiis spiritualibus ab eo non semel peractis; Petrum Paulum enim scriptis illis plus æquo fortè adhæsisse perspexerat; abstinere pariter à peregrinatione Lauretanâ jussus obmutuit, cujus perficiendo alias desiderio minimè vulgari tenebatur, quatenus illa Superioribus non omninò probata fuerat, in illud tantùm incumbens, ut rebus quibusque, tùm sensibilibus, tùm spiritualibus posthabitis uni Deo adhæreret. Inde pariter fiebat, quod **F** ejus animum nunquam subijt, postquam religiosæ vitæ nomen dederat, cæteris aliàs ingentium desiderium, patriam, sibique Cognatos bonorum affluentiâ insignes, vel sibi amicissimos, Mantuæ præsertim, adeundi, qui planè eximia ipsi exhibuissent benevolentiæ suæ argumenta, quemadmodum alter ex illustri Familiâ de Cautianis præstitit, qui ex Urbe Patriam repetens ex industriâ Florentiâ pertransiit, licet longè magis arduum iter aggredi propterea cogeretur, ut Petrum Paulum inviseret. Ex interiori hujusmodi mortificatione quisque facilè conjicere poterit, quanam ratione exteriori vacaverit; primùm sanè delicias quascumque vitabat in victu, in cellâ, in vestibus, quas ut plurimùm maximè detritas, & resarcinatas adhibebat; **G** prætereà severitatis instituto Nostro consentaneæ tenacissimus, Directoris sui veniâ singulis Sanctorum pervigiliis, speciatim verò Beatissimæ Virginis Panem tantùm adhibebat, & aquam; quod tamen eo studio servabat, ut cum singulas dapes æquè ac cæteri Fratres sibi appositas, minimè renueret, nequid vel minimum ex ipsis delibaret, quin tamen hoc ullus adverteret; iteratis hujusmodi jejuniis flagella quoque addere consuevit, quibus in se maximè desævisset, nisi Directorum prudentia obstitisset. Molestiam adhuc non mediocrem æquanimiter ferebat, quæ ex immodico, vel æstatis calore, vel hyemis frigore accedere solet corporibus, quin ullum, vel minimum sibi levamen compararet; **H** quamobrem hyeme aliquando mirum in modum rigente dissicientibus ei manibus, & sanguine fluentibus enormi afficiebatur dolore, cujus magnitudine victus unguentum aliquod odoriferum hujusmodi morbis curandis familiare adhibere decreverat, verum à Directore prohibitus, à quo de more pendebat, ac tanquam delicatulus ab ipso acriter notatus, erroris sui veniam flexis genibus humillimè petiit, longéque constantiùs doloris illius acerbitatem pertulit, nullo prorsus modo conquestus.

Hisce virtutum ornamentis utique non defuit charitas, quæ sicuti reliquarum est Mater, ita & reliquis in Petro Paulo longè pretiosior enituit, sive Deum, sive Proximum spectaret, & ex hactenus dictis luculenter innotescit; non enim aliundè, quàm è cœlesti hujusmodi igne tanta in ipso vis, ut ad opera præstanda par esset hactenus memorata, quæ planè naturalem illius indolem oppositæ vivendi licentiæ assuetam, uti diximus, haud mediocriter excedunt. His autem accedit frequens tum Orationis, tum sacræ lectionis usus, quem non intermittebat, nisi ab exterioribus obedientiæ munijs, & à corporis necessitatibus prohibitus, de quo pariter satis superiùs, somni proinde parcissimus, & longè ante auroram quotidie surgens, quemadmodum pariter diximus, ut ita diutiùs, atque liberiùs Orationis studio vacaret, nedum in Ecclesiâ Florentiæ, quandiù id ei licuit, ipsam subire, vel è loco Superiori ejusdem Ecclesiæ, quem satis, superque descripsimus, vel è parvâ quadam fenestrâ cellulæ suæ adnexâ, per quam è regione positum Venerabile Sacramentum Eucharistiæ venerabatur, verùm etiam in Ædiculâ Janitoris usui designatâ, quam proinde pluribus Sanctorum Imaginibus circumquaque exornaverat, quos tanquam sibi Patronos colebat, eâ elegantiâ dispositis, ut singuli id advertentes, & Petri Pauli pietatem admirati haud mediocriter commoverentur, ibi enim tanquam in Oratorio in genua semper provolutus, quandiù ei fas erat, vel Orationi, vel sacræ lectioni indesinenter incumbebat. Quo planè studio, tùm sibi maximè consuluit, suoque spirituali profectui, ubi ad cor ejus loquebatur Dominus, à quo omne bonum procedit, & quem Frater noster audire satagebat. Quoniam verò plenitudinem legis dilectionem esse ex Apostolo noverat, & legem ab ipso impleri, qui diligat Proximum, proptereà charitatem in omnes sibi obvios indiscriminatim exercens præclara ejusdem, & adhuc in dies per omnium ora summis laudibus circumducta præbuit specimina. Explicari vix potest, quonam lepore, quanam comitate, & charitate Proximis omnibus, tum Domesticis, tum Exteris præsto foret, prout officiorum, quæ sibi commissa tum Romæ, simul & Florentiæ, superiùs diximus, ratio postulabat: gravia proinde quotidie passus incommoda, speciali quadam elegantiâ omnibus, & singulis consulens, aquam odoribus imbutam, linteamina munda prorsus, & eleganter disposita ad rasuram Fratrum adornans, comis in omnes eos, vel maximè, quos sibi infensos probaverat, quique ejus pietatem, cæterasque virtutes passim carpebant. Insignis autem erga Pauperes ad januam accedentes Petri Pauli charitas apparuit, qui scabie infecti unguentum eleemosynæ loco petebant, quibus nunquam deerat Aromatarij nostri operâ suffultus: ne verò, vel Aromatario molestus fieret, vel Pauperibus imposterum deesset, unguentum illud componere didicerat, quod

Orationis, ac sacræ lectionis studium

Charitas in Deum, & proximum.

Superioribus annuentibus cuicumque petenti ministrabat. Interim verò dum saluti corporum in Pauperibus consulebat, animarum quoque profectui non deerat, ipsos enim ad præsentis vitæ labores æquo animo tolerandos adeò roborabat, ut ipsi salutariter commoti virtutem ejus admirabundi per Urbem prædicarent, non alio ipsum nomine circumferentes, quàm Janitoris Sancti Conventûs D. Annunciatæ. Fœminis potissimùm stipem pariter petentibus, quas prudentissimè criminibus obnoxias suspicabatur, salutaria addebat monita, quibus commotæ sibi melius consulebant, neque mediocri affectæ stupore recedebant, quòd ille, qui planè eas nunquã noverat, intimos earum Conscientiæ sinus eâ securitate penetrasset, ipsum proinde maximâ veneratione prosecutæ. Quibus ope adesse non poterat, comitate tamen verborum non deerat. Maximè verò studebat, ne ulli unquam deesset, ideò detrita quæcunque, quæque usui Fratrum amplius non essent, diligenter in unum colligebat, ac semetipsum pluribus commodis fraudabat, ut Pauperibus adesse posset, quibus maximè compatiebatur; à quo proinde nullus omninò recedebat, cui beneficium aliquod non contulisset. Præ cæteris hujusmodi charitatis in Pauperes exemplis unum hoc referre sit satis, quo veluti proximè in Cœlis coronanda Petri Pauli Charitas præmonstrabatur. Feriâ quadam 6. Quadragesimæ die 26. Februarij currentis anni, dum sacrâ Concione in Ecclesiâ Ambrosianâ acceptâ Conventum repeteret, Mendicum quendam per viam advertit, qui sedens eleemosynam Fratrem nostrum rogaverat, undequaque luridum, & fœtidum, laceris vestibus vix indutum, summóque omnibus horrori. Hac miserabili specie commotus ipsum monuit, quòd unà secum ad Conventum accederet, quò cum pervenisset, à Socio dimissus, suíque juris factus Petrus Paulus noster Mendicum illum in ædiculam sibi ad januam designatam induxit; tum verò quamcitius fieri poterat, calefactam magnam aquæ copiam intra ingens vas conclusam eò detulit, ubi aderat Mendicus, quem subinde illius vestibus exutum, adeò quidem sordidis, ut inter communes immunditias ejectæ ab ipso fuerint, undequaque summâ diligentiâ abluerit, horrore illo superior, quem corporis abluendi sordes incusserant, indusio quodam deinde, & vestibus quibusdam induerit, quibus in seculo jampridem usus Petrus Paulus, superiorum veniâ Pauperibus distribuendas servabat. His peractis adhuc etiam cibo, potúque refectum dimisit; etsi verò quàm diligentissimè studuerit, ne opus hoc evulgaretur, nonnullis Fratribus tamen innotuit, qui proinde animadvertentes, quanam de causâ tantâ celeritate aquam pararet Petrus Paulus, cæteráque ad id operis necessaria, Pauperem tamen illum, qui ex ædiculâ discedere debebat, quantumlibet animum, & oculos intenderent, nullo modo videre potuerunt, nec unquam deinceps eòdem rediit idem Mendicus, quod sanè omnes admirabundi suspexerunt; experientiâ enim comprobatum nimis videtur, quòd inopes eò facile redeunt, ubi sibi commodum adinvenere.

Simplicitas cũ Directoribus

Statim ac Ordinem ingressus in Urbe, Deo se totum mancipavit, Lodigerio primùm, uti superiùs diximus, Florentiæ verò P. M. Gregorio Aloysio Tonellii ad obitum usque se dirigendum dedit, quique, tum à sui, tum ab aliorum intra Deum amore, uti pariter diximus, alienus esse studebat, Directoribus prædictis se tractandum subjecerat, æquè ac intra manus Figuli lutum, ab ijs nunquam abhorrens, quin potius ipsis intima cordis penetralia quæcunque undequaque aperiens; quantumlibet ipsi severitatem potius in eum exercerent, adhuc etiam ætate gravem, excolendis ab adolescentiâ virtutibus non assuetum, neque in affectibus, & animi motibus compositum. Ab ijs omninò pendebat, quoad minima quæque se ab iisdem despici æquanimiter ferens, quippequi eximiam ipsis venerationem ex animo profitebatur, tamquam optimum habebat quidquid ipsi probarent, seque illis ex pacto adhærendum esse dicebat, quo Catellus quidam Catenæ innexus, quem præ manibus habeat Dominus, ad hujus libitum dumtaxat procedit. Unum hoc simplicitati hujusmodi, & obedientiæ adversari posse videretur, quòd graviter decumbens, & proximè moriturus Directori suo se maximè commendare solebat, dicens: Sibi mortem quamprimùm obeundam esse, quamobrem, tanquam Prophetam subsannabat eum Director, ipse verò idem adhuc repetebat, Divino fortè quodam impulsu commotus, æquo animo passus Directoris repulsam, cui proinde non defuit Divina Clementia, uti deinceps videbimus æquanimitatem ejus, ni fallor, coronandam assumens; cùm enim Tonellius exterioribus indicijs, ac testimonio Medici fretus sentiret, quòd adhuc diù superstes futurus esset Petrus Paulus, hic planè supremis Ecclesiæ Sacramentis, & Pietatis officijs destitutus obijsset, qui reipsa moriturus proximè erat; verùm inopinato quodam casu interea temporis ministrandum fuit alteri cuidam Infirmo sacratissimum Christi Viaticum, captâ proinde opportunitate Petro Paulo quoque ministrandum censuit Tonellius, qui de hac re præmonitus, ineffabili superfusus dulcedine in lacrymas solutum se sensit.

Ita ergo graviter decumbens à die 26. Februarij anni 1701. plurima in dies virtutum exempla præbebat, prout se offerebat occasio; die verò 28. ejusdem Mensis, quæ Dominica fuit, Tonellio, qui ad probandam Petri Pauli virtutem, nonnisi post biduum, postquam ab ipso vocatus fuerat, invisit, de hac dilatione nullatenus conquestus, neque de Infirmitate gravissimâ, illicò dixit, *Deo*

gratias, peccata confiteri velim, Pater, quoniam moriar, quæ plane eâ libertate dixit, ut sibi certò moriendum esse, tanquam ratum haberet, & è Fratribus non pauci id sibi suaserint, expendentes potissimùm, quòd per Mensem ante Petri Pauli Infirmitatem, ipse quamfrequentissimè inprimis repetere solebat sibi mortem instare, præterea ante auroram, quo tempore Fratres, vel somno indulgent, vel matutinas laudes persolvunt, vel Divina peragunt Mysteria, vel Ecclesiæ quoquomodo inserviunt, nec adytus ulli ex Exteris intra Clausuram patet per januam Petro Paulo commissam, adeoque pulsanda non erat Campanula vocandis Fratribus destinata, singulis diebus per Mēsem id temporis Campanulæ ejusdem pulsationes quamplures acceperunt communiter Fratres, quasi quis aliquem è Fratribus hisce signis vocaret, reipsâ tamen nullo prorsus impellente, quin etiam proximo sponte pulsationes illas contigisse oculorum experientia unusquisque comprobauit, ac Tonellius ipse id scripto testibus de visu, & auditu id comprobantibus testatum reliquit. Ex quibus piè creditum fuit, quòd per hæc signa ostendere voluerit Deus Petrum Paulum proximè moriturum.

Signa mortem præcedētia.

Itaque cum hæc ita se haberent, sacratissimum Christi Viaticum ei ministravit Tonellius, quod Petrus Paulus quonam animi sensu, quanam pietate, quâ cordis dulcedine exceperit, exprimi planè non potest; extremam Unctionem deinde ei ministravit, aliaque secum pietatis officia implerit, indulgentiis in articulo mortis consequendis accommodata, inito consilio adhuc alia præstandi, cum proximè moriturum cognovisset, quippe quem, ut diximus, adhuc amplius superstitem futurum sperabat, quæ tamen præstare non potuit; cum enim in proximum cubiculum se recepisset, ut reliquum noctis necessariæ quieti indulgeret, interim Petrus Paulus sensibus, & viribus integer, mediâ circiter nocte diem octavam Martij currentis anni, sequente, postquam plura de Deo colloquia miscuerat cum adstante quodam ex Laicis, ad Imaginem Christi Domini in Cruce pendentis conversus, ejusque sanctissimæ Matris juxta Crucem stantis, dixit: *Mi Frater, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ter persolvamus in honorem Beatissimæ Virginis, ut mihi adsit in animæ transitu*: Quibus persolutis, Petrus Paulus statim in partem oppositam versus à loquendo prorsus abstinuit, quod Laicus assistens animadvertens, Confessarium Tonellium sibi proximum, ut diximus, vocavit, qui planè, uti jam indutus vestibus erat, nullâ interpositâ morâ eò accurrit, sed Petrum Paulum reperit in osculo Domini jam obiisse, vultu tamen eam præferente jucunditatem, ut adhuc vivus haberetur, quique dum viveret, faciem plerumque luridam præ fumo in eâ potissimùm anni tempestate, ministerij superiùs expositi ratione, necnon manus præ frigore pluribus incommodis affectas habebat, tunc maximè candidus, & integer apparuit, non sine incredibili Adstantium voluptate. Illuscescente die certiores de Petri Pauli Morte facti illius Cœnobij Fratres, singuli temperare sibi non potuerunt à lachrymis, ij maximè, qui Deo sic permittente in causâ persæpè fuerunt, ut diximus, quòd Petrus Paulus injurias, & molestias quamplures devoraret. Certiores de hac re subinde facti, cum omnibus aliis, Civitatis illius Pauperes, insignis ejus charitatis memores publicè passim prædicabant, nec sine lachrymis, Janitorem Sanctum Conventûs D. Annunciatæ obiisse; Interim ejus corpus in Ecclesiâ de more expositum invisentes; habitæ quidem fuere communi cæteris pompâ exequiæ. PP. autem illius Conventûs Petri Pauli virtutes, sanctæque Mortis genus advertentes optimè consultum duxerunt, ipsius corpus seorsim ab aliis tumulare, quod reipsa in Sacello præstiterunt, quod ibi Crucifixo Domino dicatum veneramur; monendi tamen sunt posteri, quòd anno Domini 1713. aliò translatum fuit loci prioris humiditate urgente, & juxta Arcam positum, ubi jacet in eodem Sacello corpus Venerabilis Servi Dei Patris Julij Arrighetti, de quo Nobis ad annum 1705. iterum erit agendum. Seculo igitur defunctus Petrus Panlos noster non mediocre sui desiderium apud omnes reliquit, tum Domesticos, tum Exteros, qui ejus virtutem maximè perspectam admirabaotut, modestiam, videlicet, humilitati admixtam, serietatem, silentij studium, animum à risu, & levitate quacumque alienum; salutaribus monitis è contra pro rei opportunitate præbendis addictū, aliaque non pauca, quæ satis superque me indicasse cōfido; quibus omnibus commoti, non è grege dumtaxat homines, sed etiam Viri doctrinâ, sanctitate, & nobilitate præstantes, ipsum maximè venerabantur, cognomine Sancti circumferebant. Quæ quidem de hoc Servo Dei dicta sint satis, quibus aliàs adhuc plura possent accedere, si rebus ejusdem gestis in unum colligendis animum antea adiecissem; adiecissent & alij, qui easdem in unum collectas anno salutis 1713. Lucæ in Etruriâ typis impressas ediderunt, quando nimirùm adhuc superstites erant Callistus Lodigerius ejus in Urbe Director, ut diximus, & Octavius Pulsanctius Florentinus, qui tùm claritate Generis, tum pietate, & charitate erga Pauperes, & Infirmos insignis, quamsæpissimè cum Petro Paulo colloquebatur de rebus Divinis, ipsumque in varijs conscientiæ dubijs consulebat, quod & alij non pauci præstare consueverant; ex utroque enim plura adhuc doceri potuissemus, quæ utique in Petro Paulo admirabundi adverterunt. Unum hoc ex Lodigerio didicimus, quod de Petro Paulo cum superioribus Ordinis loquens dicere solebat, virtutem in ipso firmas egisse radices, & eximio

Magna de ipso existimatio.

mio

mio vitæ sanctiùs instituendæ desiderio teneri, quin tamen aliquid in specie aperiret, quia fortè non requisitus; aliundè verò novimus, quòd Petro Paulo Auctor erat, ut viam propriæ abnegationis iniret, ideoque ipsum deprimere, prout se ferebat occasio, satagebat, quod ex hactenus dictis innotescit, & ex ipsius Petri Pauli testimonio hujusmodi sui cordis arcana Tonellio revelantis. Ejusdem laudibus demum accedit non mediocre ornamentum F. Joannes Baptista Ravelli Provinciæ nostræ Genuensis Alumnus, quippe qui Petri Pauli vestigijs adhærere visus magnâ sanctitatis opinione Florentiæ pariter vixit, & obijt, de quo ad annum 1711. erit nobis agendum.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

OMnia colliguntur ex Synopsi virtutum hujus Servi Dei Lucæ typis impressâ anno 1713.

Callistus Lodigerius in Priorem Generalem, & Joannes Petrus Bertazzoli in Procuratorem Generalem à Summo Pontifice eliguntur. Dirimitur quæstio quoad Præsocium in Etruriâ. Petrus Othobonus Comprotector. Decretum de cultu B. Peregrini. Nonnulla admiranda B. Virginis Dolorosæ, & B. Philippi. Sententia favorabilis pro Cœnobio Urbis Tiphernatis, ac de illâ Ecclesiâ honorifica quædam referuntur.

C A P. XIII.

CUM adhuc in Urbe graviora adhiberentur studia ex parte Ordinis pro celebrasione Capituli Generalis jampridem, ut diximus, indicti, Eminentissimus, ac Reverendissimus Franciscus Maria Cardinalis ab Etruriâ Protector amantissimus Florentiæ degens, Eminentissimum, ac Reverendissimum Petrum Cardinalem Othobonum in Comprotectorem elegit, qui Romæ causam Ordinis pro ejusdem libertate quoad jus eligendi Priorem Generalem, & Procuratorem Ordinis foveret, aliaque præstaret, quæ eidem Ordini magis expedire viderentur. Quod munus à Summo Pontifice approbatum Othobonus lubenti animo excepit, & pro virili Ordinis nostri incremento consuluit. Quamvis autem anno proximè superiori, ut diximus, indicta fuissent Generalia Comitia anno 1702. in Conventu S. Mariæ Novæ de Perusio habenda, habita tamen minimè fuere. Summus enim Pontifex Clemens XI. Callistum Lodigerium Urbevetanum illustri genere natum, magni nominis Theologum, quique per annos 24. continuos Georgio Sogia successor non impari æquè laude S. Theologiam in eodem Heurici Collegio exposuerat, non mediocri habitum in pretio, speciali Indulto in Priorem totius A nostri Ordinis Generalem elegit, ad longè sublimiora provehendum; parique Indulto in Procuratorem ejusdem Ordinis in Romanâ Curiâ Joannem Petrum Bertazzoli de Massâ Carrariæ. Hinc die 3. Junij, pervigilio nimirum Pentecostes Eminentissimus præfatus Othobonus Comprotector ad Ædes S. Marcelli, ideo decenti pompâ exornatas, se contulit, ibique statim coram ipso, & Patribus omnibus ad hoc congregatis publicè lectæ fuere Literæ Apostolicæ, quibus electi declarabantur Prior Generalis, & Procurator Ordinis, ut supra, quarum hic erat tenor.

B *Dilectis Filijs Calisto Lodigerio, & Joanni Petro Bertazzoli Ordinis Fratrum Servorũ B. M. V. Professoribus.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

*CReditæ nobis Divinitùs dispensationis ratio postulat, ut Religiosorum Virorum Ordinibus, de idoneis Superioribus, & Ministris, quorum opera in eorum laudabilibus Institutis, adjuvante Domino conserventur, & prosperè dirigantur, interdum providere studeamus, sicut rerum, temporum, & Personarum qualitatibus maturè consideratis, conspicimus in Domino sa*C*lubriter expedire. Cùm itaque nos justis rationibus adducti, celebrationem Capituli Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V., quæ in Festo Pentecostes proximè venturo, seu ejus vigiliâ fieri deberet, hac vice prætermittendam esse decreverimus: Hinc est, quòd nos felici, prosperoque ejusdem Ordinis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, ac de infrascriptorum dicti Ordinis Professorum, fide, prudentiâ, rerum usu, doctrinâ, charitate, integritate, vigilantiâ, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, & eorum singulares Personas à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodoli*D*bet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; motu proprio, ac ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectos Filios Calistum Lodigieri in Priorem Generalem, & Joannem Petrum Bertazzoli Ordinis præfati Fratres expressè Professos in Sacrâ Theologiâ Magistros in Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis respectivè ad tempus, quo ejusmodi Officia juxta Constitutiones Ordinis hujusmodi auctoritate Apostolicâ confirmatas durare consueverunt, statim atque Dilecti Filij Moderni Prior Generalis, & Procurator Generalis dicti Ordinis tempus suum compleverint, incipiendum, cum omnibus, & singulis*

gulis facultatibus, præeminentijs, prærogativis, privilegijs, auctoritate, gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in Virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alijsque arbitrij nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis præfati superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut supranominatos Fratres, ad Officia cis respectivè per præsentes demandata, eorumque liberam exercitium, juxta earundem tenorem præsentium recipiant, & admittant, eosque recognoscant, ac illis in omnibus Officia hujusmodi concernentibus respectivè pareant, & obediant, faveantque, & assistant, necnon dicti Callisti salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent: alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, authore Domino usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari. Ac decernentes ipsas præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Calisto, & Joanni Petro prædictis in omnibus, & per omnia planissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegijs quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro planè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctam Petrum sub Annulo Piscatoris die primâ Aprilis MDCCII. Pontificatus nostri anno secundo.

Fr. Oliverins

His habitis, Reverendissimus Poggi in medio Patrum coram E. S. genibus flexis errorum veniam humillimè petijt, quos in administrando Ordine patraverat, & Magistratûs Insignia E. S. tradidit, idem pariter præstiterat Procurator Ordinis in Romanâ Curiâ. Subindè verò duobus his sedentibus à sinistris D. Cardinalis, nuper electus Generalis Professione fidei de more emissâ, cæterisque ad normam legum nostrarum exactis, Generalatûs Insignia suscepit, sedens deinde à dextris ejusdem D. Cardinalis plura de Prædecessorum laudibus coram omnibus dixit. Posthæc
E hymnum *Te Deum laudamus* præcinentibus, Patres Ecclesiam processionaliter adiere, ibique D. Cardinali, & nuper electo Generali debitam obedientiam exhibuere: hic autem Generalis die 17. ejusdem Mensis Junij literas encyclicas ad omnes Provinciarum Ordinis Præfectos transmisit, quibus regularem observantiam singulis commendabat, eorumque Orationum suffragia enixè postulabat. Postmodum visitandam primùm Etruriæ Provinciam suscipere volens, simulque Eminentissimum Protectorem Florentiæ degentem præsens venerari per Literas Romæ datas die 26. Augusti hujus anni ad me, qui tunc temporis Provinciæ præfatæ præfectus eram, declaravit munus Prosocij spectare ad
F secundum Definitorem non Magistrum, ex quo Socius obierat; cujus rei, ne posteros lateat ratio, monitos velim, quòd cum anno 1701. Mense Novembri die 18. Aretij obijsset P.M. Angelus Maria Nelli Socius Provincialis, ego verò legibus nostris cap. 28., de qualitatibus, & officio Socij inhærens, & praxi hujus nostræ Provinciæ tanquam ratum habens, quòd secundus Definitor non Magister ex vi Legis succederet Prosocius, quodque meum esset, quibuscumque alijs inconsultis ipsum recognoscere, & Provinciæ recognoscendum proponere, ipsum Pisis, ubi degebam, die 28. ejusdem Mensis coram Patribus recognovi, & singulorum Conventuum Patribus per Literas successivè recogno-
G scendum proposui; Generalis Poggius Mense Decembri superiori mihi per Literas privatim significavit recognitionem hujusmodi Prosocij à me habitam nullam esse, eò quod ad ipsum spectaret ex vi cap. 43. Constitutionum Ordinis Servorum, *si dubitatio* &c. dubia Legum nostrarum resolvere per modum provisionis usque ad Capitulum Generale, ad quod principaliter spectat hæc resolutio. Quoniam verò contendebam ipse nullam in re propositâ dubitationem contingere, quæ resolutione Capituli Generalis, adeoque Prioris Generalis per modum provisionis indigeret, quatenus resoluta aliàs fuerat, & id ipsum iterata praxis ostendebat; aliundè verò Generalis oppositum contendebat, idcircò
H die 31. Martij hujus anni unanimi consensu ambo duos Judices Compromissarios Pisis elegimus, alterum pro singulis, scilicet Andream Tanucci de Stiâ Sacerdotem secularem in Universitate Pisanâ Sacrorum Canonum Interpretem pro me, & Paulum Franciscum Molinelli de Genuâ in eadem Universitate Juris Cæsarei Professorem pro Patre Generali, & in casu discrepantiæ tertium Judicem rursus elegimus D. Stephanum Campana de Seravitiâ Equitem D. Stephani, ibi pariter Juris Cæsarei Professorem, qui alteri ex ipsis accedens laudarent, pronunciarent, definirent, sententiam ferrent in causâ propositâ, tùm quoad possessorium, tum quoad petito-

torium, unanimiter spondentes nos senrentiam, & laudum ab ipsis ferendum acceptaturos, tanquam inappellabile Judicium. A Qui proinde, auditis Partibus, & visis videndis, laudaverunt, pronunciarunt, ac sententiam tulerunt Pisis die 10. hujus anni, in re proposirâ locum esse cap. 43. Constitutionum Ordinis §. *Si dubitatio &c.* adeòque ad Priorem Generalem per modum provisionis unicè spectare declarationem dubitationis ex apparenti antinomiâ Cap. 27. *De Potestate Provincialis*, & cap. 28. *De officio socij* suborræ usque ad Capitulum Generale in genere tamen, & in abstracto, idque semel dumtaxat pro casibus hujusmodi quibuslibet, qui tùm in Provinciâ Etruriæ, tum in aliâ quaecunque Ordinis nostri contingerent usque ad Capitulum Generale, num scilicet obeunte socio B succedere debeat ex vi legis secundus, an primus Definitor Provincialis non Magister; cæterum ad Provincialem unicè spectare recognitionem Profocij in individuo, & in concreto, itaut nil aliud exigendum jurè visum fuerit pro P. Generali, quàm resolutio provisionalis dubitationis, quâ habitâ P. Provincialis ex se Profocium assumat, adeoque assumere Profocium, præcisâ dubitatione, ad Provincialem unicè pertineat. Hac resolutione habitâ, & utrinque acceptatâ, P. Generalis Poggius à dubio resolvendo semper abstinuit; hinc in eadem Provinciâ Etruriæ celebrata fuit Dieta absque socio, & absque P. Ferdinando Paulucclo, qui interesse eidem noluit etiam tanquam secundus Definitor, ne C Juri suo quoad Profociatum præjudicium ullum inferret; sed Reverendissimus Lodigerius id præstitit, uti superiùs dicebam. Quo habito ipse protinus laudum, ac totam hujus facti seriem ad singulos Provinciæ Conventûs transmisit, significans iterum, tanquam Profocium habendum esse P. Ferdinandum Paulucci de Florentiâ, quia secundus erat Definitor Provincialis non Magister, & acta hujusmodi libris monumentorum exactè inserenda præcipiens. Occasione hujus visitationis in singulis Provinciæ Conventibus instaurata fuit regularis disciplina quoad mensam communem, vestiarium, ac reale pecuniarum depositum, eâque ratione Fratres omnes, tùm Decretis Pontificijs nuper editis anno D nimirùm 1695. de Reformatione Regularium, tùm Constitutionibus novissimis Ordinis obsequebantur. Ita interim Mense Augusto S. R. C. decrevit in causâ super cultu immemorabili B. Peregrini de Forolivio constare de casu excepto à Decretis Urbani Papæ VIII., adeoque cultum hunc iterum Sancta Sedes Apostolica approbavit, quem probaverat anno 1609. cùm Ordini nostro Missam, & Officium cum Lectionibus propriis perbenignè, annuente Paulo Papâ V., indulserat, & ejus nomen æquè ac B. Joachimi Senensis in Martyrologio Romano imprimi, prout legimus Cent. IV. lib. VI. cap. XVII., & Cent. V. lib IV. cap. XVIII. Sacra itidem Congregatio hoc anno, imo 1703. decrevit adversus Episcopum Pientinum Conventum nostrum S. Niccolai de Scrofano in eorum sensu habendum non esse, quos Innocentius X. anno 1652. suppresserat, adeòque Episcopo subjectum non esse.

Hic paucis attexere juvat pro capitis hujus, & anni coronide, admiranda quædam ab Altissimo patrata B. V. Dolorosæ, ejusque Fidelis servi D. Philippi intercessione. Primùm ergo die 24. Julii hujus anni Veronæ apud Antonium Coste artis Pictoriæ Professorem circa 21. diei horam ingens repentè excitatum fuerat incendium, cui extinguendo, nec Antonius, nec plurimi alij, qui ad Campanæ sonitum eò certatim accurrerant, pares ullatenus erant, quamobrem humano quocumque subsidio destitutum se sentiens Antonius, parvum B. Virginis Dolorosæ Habitum, quem pendulum collo gerebat, in ignem injecit, se, ac sua Deiparæ commendans, statim verò extinctus est ignis; cui aliud accessit longè majus prodigium, Habitum illum videlicet in medio flammarum illæsum remansisse, chordulis tantum exustis, quibus habitus ipse fuerat adnexus.

Eodem mense Julio die 19. Appollonia Alexandri Trini Uxor Scraneæ à milite quodam ad turpia sollicitata constanter resistens pro honestate pugnabat, cum autem Miles tres glandes igneas sclopero in ipsam explosisset ira vehementer commotus, illa quæ Habitum D.V. Dolorosæ Appolloniæ collo pendulum tetigissent, interim ipsa B. V. ejusdem opem implorans, ita sic ex us quodcumque damnum evasit, glandes præcisas sib ad pedes corruisse advertens, non sine Ingenti Adstantium admiratione.

Hisce quoque diebus Patronus Antonius Peragallus quondam Antonii, Benedictus Schiaffinus quondam Martini, & Pr set Pasturinus Antonij prædicti Filius Nautæ de Camulio jurejurando affirmant se Lembo cuidam incumbentes die 28. Februarii hujus anni in mari Ditionis Liburni procellâ quadam ingruente, & Lembum aquis cooperiente bus se prox nè naufragium subituros spe quavis humanâ frustratos, porrò divinitusè Lembo prosilientes, ad terram feliciter appulere B. V. Dolorosæ Gratiam hanc admirabilem acceptam referentes.

Idem B. V. Dolorosæ præsidium expertos se esse Mense Novembri anni 1701. testari pariter fuit die 3. Februarii anni præsentis Patronus Laurentius Schiaffinus quondam Angeli, ac Franciscus pariter Schiaffinus, Bernardus Filius ejus Nautæ de Camulio, cùm in eos, Lembo cuidam incumbentes, juxta Insulam Gorgonæ Piscationi operam navantes, circa 23. diei horam vehemens tempestas irruit, fluctibus pariter undequaque lembum obruentibus, fulgura, tonitrua, & nimia imbrium copia terrorem ipsis non mediocrem incu-

incurreret, seque proximè submergendos putarent; omnes enim in tanto discrimine, Laurentio præmorente, & Francisco Habitum, quem gerebat B.V. Dolorosæ, palam omnibus exponente, Deiparæ ejusdem implorantes præsidium, adverterunt statim lembum ab undarum impetu immunem, componi paulatim fluctus, factâque in mari tranquillitate magnâ, eò prosperè se rediisse, unde Piscationi incumbentes ventorum, & fluctuum vi fuerant ejecti. Quod Gratiæ genus æquè ac sinistræ sortis expertum quoque se esse testatur Patronus Victorius quòdam Didaci Filius patiter de Camulio.

Mense Julio anno 1702. nocturno tempore in Oppido Camulij Infantulus quidam trimestris Joannis Baptistæ Marciagni, & Angelæ Mariæ quondam Augustini Schiaffini Filius in cunâ jacebat, cui proxima aderat ardens candela, Angela Maria quoque intereà somno indulgente. Verùm circa tertiam noctis horam de repente expergefacta Angela cunam præfatam undequaque conflagrantem advertit, universamque Domum fumo repletam, propterea quòd in cunam ceciderat præfata candela. Quamobrem nullâ interpositâ morâ, doloris impetu acta è cubili prosiliens, lapidem omnem movere cæpit, ut incendium circumquaque furens, si cunæ partem dumtaxat excipias, quæ Infantuli capiti incumbebat, extingueret, Filiolum statim ac per incendium licuit, quò superior evasit è cunâ eductum, cubili proprio imposuit, unà deinde cum Socero Simone, qui ab Angelæ clamoribus è somno excitatus eò protinus accurrerat, incendium penitus extinguere studuit. Quod cum assequuti fuissent, non modò cunam, sed operimenta illa lanea igne depasta deprehendêre, quæ Pueruli fasciis proximè incumbebant, quin ullam, vel minimam ab igne subiissent injuriam Infanrulus, fasciæ eidem circumpositæ, necnon culcitra farmentitia è paleis, filoque reris Piscatoriæ composita. Quod planè mirabile præsidium tribuere non dubitavit Angela Maria B. V. Dolorosæ, cujus parvum Habitum Filiolo gerendum de more imposuerat; maximè verò postquam superato Ignis discrimine, cubitum rursus adierat ab eadem Virgine in somnis præmonita de hujus rei veritate, publici Juris facienda, & Filiolo eodem Habitu prædicto in posterum perpetuò induendo; quæ quidem omnia, ac singula, juramento interposito coram testibus, & publico Notario die 28. Julij 1702. eadem Angela Maria scripto testator.

Joannes Baptista Benedicti Bertoiotti, quondam Lazari, ac Margharitæ Filiæ Prosperi Magioli, Filius, de Pecho Ditionis Genuensis morbo comitiali per triennium, & amplius graviter laboraverat, itaut toto corpore deformiter contorqueretur, lapides prægrandes, vel è muris, vel è solo, cui infixi fuissent, erueret, aliaque hujusmodi passim

E præstaret. Cùm aliquando morbi hujus impetu corriperetur, sibi videre visus fuit Religiosum quendam nigro habitu indutum et dicentem, quòd D. Philippum ad ejus Aram inviseret in Ecclesiâ B. V. de Nemore Camulij, ita enim convaluisset; Joannes Baptista verò, utpotè adhuc Puer, vel monitum negligens, vel oblitus, monenti morem non gessit, verum tamen est, quod ejus Parentes D. Philippo illum commendabant; hinc factum est, quòd anno 1692. die 3. Augusti in loco quodam, qui dicitur Tosasco in Valle Camulij posito, prædicto morbo correptus lecto superpositus ab ejus Genitrice fuit, quæ inde recedens, Joannem Baptistam paulò post colloquentem accepit; quamobrem intelligere volens, cum quo colloqueretur, eò rediens Filiolum de hac re interrogavit, qui

Gratia B.Virg. Doloro-sæ, ac D. Philippi.

F statim respondit: *Nonne vides D. Philippum? Vide, vide, modò recedit, mihique pollicitus est, quòd si ter singulis diebus Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitavero, & Habitum B. V. Dolorosæ induero, ejusque Societati adscriptus fuero, incolumis penitus evadam, nec ulteriùs hujus morbi vices patiar;* quæ cum præstitisset exactissimè Joannes Baptista, voti compos effectus fuit.

Filiolus quidam Joannis Baptistæ Marasso Genuæ, quem Margharita mox dicta lactabat, febri laborans, tanquam proximè moriturus ab omnibus habebatur, calore destitutus, & motu, nec halitum expirans, cui proinde Domestici vestes Infantibus vitâ functis proprias

G induendas adornabant. Margharita verò spe magnâ in D. Philippum erecta, cui maximè aliàs addicta erat, Infantem eidem commendavit, & ab ipso enixè petijt, ut per ipsum sibi liceret nocte illâ Infantem aspicere à periculo mortis vindicatum, sponsione interpositâ, quod Pueruli Parentes hortata fuisset, ut ipsum induerent per annum integrum habitu Ordinis Servorum B. M. V.; vix autem id præstitit Margharita, cùm Infantulus digitos manuum movere cæpit, oculos pandere, gestire, ridere, & incolumis evasit; quo circa proximè insequente manè Margharita prædictam Ecclesiam B.V. de Nemore adiit, ibique pro gratiarum actione Missam in honorem D. Philippi celebrandam curavit.

H Quæ quidem omnia in hoc capite relata jure recognita fuere, & comprobata, prout constat ex attestationibus, quas præ manibus habui, & in Archivo nostro Florentiæ ad perpetuam rei memoriam unà cum alijs monumentis reposui, quæ Annalibus hisce inserenda è singulis Ordinis nostri Provincijs ad me transmissa fuere.

Hactenus dictis accedat, quòd cùm anno Domini 1699. Mense Majo Guastallæ Serenissimus Princeps Antonius Ferdinandus Primogenitus eò infirmitatis processisset, ut à Medicis de ipso conclamatum fuisset, Serenissimis illis Principibus, & universo Populo B. Virginis Dolorosæ implorantibus præsi-

dium

dium, ac propterea per septem dies continuos, a nona videlicet præfati Mensis, usque ad 16. in Ecclesiâ nostrâ quotidie coram Sacrâ ejus Imagine decenti pompâ publicæ venerationi exposita, varia pietatis officia summâ religione obeuntibus, Serenissimâ verò Matre præ cæteris, lacrymis obortis, humillimis precibus humi provolutâ, Princeps postquam suavissimo somno indulserat evigilans optimâ valetudine se uti asseruit, omnibus incredibili stupore, & gaudio affectis B. Virginis Dolorosæ ope, cui sanationem hanc mirabilem referebat acceptam, hinc statim incolumis prorsus è lecto prosiliens eidem Virgini Patronæ, ejusque Sacro Habitu jugiter addictissimus vixit; Serenissima verò Mater plura munificentiæ, & grati animi præbuit specimina B. Virginis cultui promovendo in Ecclesiâ nostrâ, ac Domum, aulicos omnes, totamque familiam sacro ejusdem Virginis Habitu indui præcepit, & coram venerandâ ejus Imagine provolutos septem Feriis sextis continuis Divinæ Mensæ accumbere, quo pedetentim omnes raro pietatis exemplo præibat, eâque ratione pro beneficijs acceptis grates rependere studebat.

Beatæ Virginis Gratiarum Imaginem apud Tiphernates in Ecclesiâ nostrâ celeberrimam tantâ apud ipsos in veneratione esse, tantoque zelo custodiri, ut nunquam sit licitum Fratribus, nisi ex Senatûs consulto, illam, aut per se videre, aut aliis ostendere, publicis etiam clavibus occlusam refert quidem Gianius Cent. III. lib. I. cap. X., nec unquam publicè ostendi, quin ad cohibendam confluentis Populi frequentiam, & evitanda pericula deputentur custodiæ, propugnacula, & lignei Cancelli adhibeantur. Cæterùm quàm notissimum omnibus est, experientiâ teste, quod nonnisi gravissimâ causâ urgente, aut Viris Principibus instantibus, ipsam ostendere moris sit, vel in ipso sui Festi die, 2. nimirùm Februarij. Hinc anno 1514. die 7. Aprilis detecta fuit ad inundantiam imbrium coercendam: anno 1620. die 23. Augusti pro Magni Ducis Etruriæ salute, Serenissimâ Christinâ Lotharingiæ Magnâ Ducissâ Matre per humanissimas Literas ad Communitatem Typherni datas die 12. ejusdem Mensis petente, quæ deinde per consimiles Literas die 29. Mensis ejusdem, Florentiæ pariter datas, Tipherni Proceribus plurimas gratias egit: anno 1622. die 16. Junij, & iterum anno 1625. die 11. Maij Urbano Papâ VIII. mandante ad componendos Principes Christianos, & identidem consequentibus annis pro variâ rerum, & temporum opportunitate. Quoties autem detegenda publicè est, præcedere debet consensus per secreta suffragia exhibitus, tùm Capituli Generalis Societatis alibi dictæ S. Mariæ Gratiarum, tùm Patrum illius Cœnobij, tùm Communitatis, quo habito, & publici Juris facto, Campanarum omnium Urbis, vel ipsius Publici sonitu, bellicorum
tormentorum boatu, & festivis ignibus, sin-
A gulis diebus ostensionem ipsam præcedenti-
bus ad Vesperam, præsertim verò die ipsam
proximè præcedente, conceptæ lætitiæ exhibentur specimina, & varijs monitis de hac ostensione in lucem editis, et ad finitima loca transmissis maxima fit Populi confluentia, & Confraternitatum quamplurium è Civitate, ejusque districtu eò convenientium varia donaria eidem Virgini offerentium, ipsâque die, & horâ ante meridiem, quâ sacra ostenditur Imago, eadem fiunt, ac in præcedentibus diebus, quin etiam majores lætitiæ significationes. Post Vesperas autem eò convenit processionaliter universus Clerus, tum secularis, tum regularis, præeuntibus Laicorum Confraternitatibus, cum Illustrissimis DD. Epi-
B scopo, Urbis Gubernatore, Vexillifero, &
Magistratu, frequentissimo Populo insequente, ad gratias pro beneficiis acceptis referendas. Ex quo colligere meritò licet summam venerationem, quâ sacram Imaginem hanc prosequi dicuntur a Giano Tiphernates; quæ pariter constat è pijs Legatis, è pretiosis Donariis eidem Virgini oblatis, è familiari omnibus consuetudine verè laudabili Sacram Imaginem quotidie adeundi, vel saltem Domi suæ venerandæ, quoties eò ipsis adire non liceat, ad sonum campanæ illius nostræ Ecclesiæ, quò non horâ 24. diei, prout reliquis Ecclesijs solemne est, sed elapso post ipsam horæ dimidio salutationis Angelicæ signum datur, quin etiam diebus solemnibus ad hoc
C adhibitis, non unâ, sed tribus campanis,
præsertim verò, quòd olim in Ecclesiâ illâ nostrâ capsa servabatur Magistratuum, & quandoque ante sanctissimæ Virginis Gratiarum Imaginem extractio fiebat Vexilliferi, & Priorum Communitatis, urgente nimiùm contagiosâ lue, vel aliâ consimili calamitate, quod è vetustissimis illius nostri sacrarij libris colligitur, è quibus pariter constat, quòd singulæ Artificum Societates in Festo Assumptionis Deiparæ eandem Imaginem processionaliter adibant varia munera offerentes, ibi enim hæc legimus.

Extractio Magistratuum 1591.

D *Addacta, & approbata fuit in primis Capsa Magistratuum Magnificorum DD. Confessarij, & Priorum ab Ecclesiâ S. Mariæ Servorum, in quâ reconditur, in capite unius ex famulis per mediam platearum ad sonum campanæ magnæ, præcedentibus Lictoribus, & Familiâ Palatij, & Capellano Palatij, ac Sacristâ dictæ Ecclesiæ unâ cum Magistro Domus, & me Cancellario eam concomitantibus, & præsentata coram Illustriss., & Excellentiss. D. Gubernatore, & Magnificis DD. Confessario, & Prioribus in audientiâ Palatij, & ibidem quatuor clavibus aperta, Ex primâ bursulâ Consiliariorum Regiminis extracti fuerunt, &c.*

Extract. ex lib. Ann. Civ. Castelli pag. 220.

Itaque cùm die 13. Novembris anno 1612. concessa Communitati fuerit è tribus prædictis clavibus altera, quamobrem duo ad id electi è Consilio regiminis clavem ipsam, vel deferrent, vel deferendam curarent, ut unà cum cæteris ostédi posset Imago, anno 1701. contenderunt, clavem hanc, non Sacerdoti è nostris tradere, qui Albâ, & Pluviali indutus Aram ascendere debet ad aperiendam trium illarum clavium Ministerio Imaginem, prout invariato tenore consueverant, sed proprijs manibus postes reserare, & iterum obserare, adeoque Aram ascendere, ex quo id præstare non aliâ ratione fas erat. Id ægerrimè ferentibus Patribus, & resistentibus, causa ad S. Congregationem Concilij delata fuit, quâ ad Episcopum Tipherni remissâ, sequens Decisio hoc anno 1702. emanavit.

Acta Causæ inter PP. nostros, & Illustrissimā Communitatem Civitat. Castelli.

Die 8. Julij 1702. comparuit coram &c. Ad. Rev. P. Joseph Maria Bigrussi Syndicus, & Procurator RR. PP. S. Mariæ Servorum Civitatis Castelli, & reproductâ citatione, cum relatione pro hac die, & horâ juxta intimationis D. Alexandro Gaggi Syndico Illustrissimæ Communitatis dictæ Civitatis in ejus termino petiit, & instetit, prout in eâ, & sibi jus &c. de expensis &c. omni &c.

Ex adverso comparens D. Alexander de Gaggis Procurator Illustrissimæ Communitatis Civitatis Castelli, & repetitis aliter protestatis, illisque, &c. & non aliter, &c. dixit, non esse locum ex adverso petitis stantibus aliàs deductis, exceptis, & allegatis in ejus comparitione facta sub die 17. Junij proximè præteriti, quam hic repetijt de verbo ad verbum &c. & sibi jus &c. de expensis &c.

Illustrissimus, & Reverendissimus D. Episcopus Judex Delegatus sedens &c. visis, &c. et auditis &c. habuit terminum pro servato præsentibus D. Cler. Martino de Murianis, & Thomâ de Blanchinis dictæ Civitatis testibus, &c.

Qui Illustrissimus, & Reverendissimus D. Episcopus Judex Delegatus per sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium super interpretatione Sacri Concilij visis libello Precum pro parte RR. PP. Conventûs S. Mariæ Servorum hujus Civitatis Castelli porrecto præfatæ sacræ Congregationi, atque rescripto ejusdem in calce illius apposito, pluries auditis dictis partibus super tenore expositorum in præfato libello, ac visis exceptionibus in Processu oppositis, & deductis pro parte Illustrissimæ Communitatis, ac Consilij Regiminis illius sedens, &c. aperiendo terminum, ut supra, pro servato habitum dixit, declaravit, ac definitivè pronunciavit: Illustrissimæ Communitati, ejusque Consilio Regiminis nullum jus competere super Sacrâ Imagine Beatissimæ Virginis dictâ delle Grazie, *existente in unâ ex Capellis, sive Altaribus Ecclesiæ Patrum prædictorum, neque super eleemosynis, & pijs oblationibus prædictæ Sacræ Imagini factis, & quæ fieri contingunt à pijs Christifidelibus pro dicto illius ornatu, sive ex quavis alia causâ, &*

Sententia D. Judicis super pertinētia Imaginis B. Virginis in nostra Ecclesia.

E *cujusvis generis ea sint, sed habere solummodo custodiam unius ex clavibus, sub quibus dicta sacra Imago clauditur, & custoditur, ad hoc, ut deveniri possit ad illius aperitionem juxta solitum.*

Item dixit, declaravit, atque statuit, quòd quotiescunque perpetuis futuris temporibus contigerit esse deveniendum ad aperitionem, & expositionem dictæ Sacræ Imaginis, cultui, & adorationi Christifidelium, sivè publicè, sivè privatè, illius aperitio fieri debeat, ac possit duntaxat à Sacerdote Religioso Conventûs prædicti, induto saltem superpelliceo, cæterisque sacris indumentis; & ut possit ad actum dictæ aperitionis deveniri, consignari debeat à dicto Consilio, sive ab illius pro tempore

F *Magistratu clavis, quæ ab illo custoditur, Personæ ab ea deputandæ, quæ illam secum ferat, ad Ecclesiam dicti Conventûs, eamque consignet, atque tradat Patri, cui fuerit commissa aperitio propè Altare in actu, quo se præparaverit illud ascendere pro faciendâ dictâ aperitione, ad hoc ut ipse cum dictâ Clave, atque cum clave, quæ custoditur, & detinetur à Patribus dicti Conventûs, & aliâ, quæ custoditur, & detinetur ab Officialibus, & Ministris Capellæ, possit aperire dictam Sacram Imaginem; & factâ aperitione clavis prædicta restitui, & consignari debeat per dictum Patrem præfato Deputato Illustrissimi Magistratûs pro illâ retinendâ, donec debeat denuò claudi. In casu verò, quo Illustrissimus de tempore Magistratus*

G *fuerit pro parte Patrum Conventûs certioratus de tempore aperitionis faciendæ, & requisitus ad mittendum pro dicto tempore deputatum cum clave renuerit, vel neglexerit dictum Deputatum mittere, vel iste recusaverit clavem tradere, & consignare, cui in loco, & actu, ut supra; tunc, & tali casu, liceat, & permissum sit dictis Patribus aperire facere seram, quæ clauditur cum dictâ clave, etiam per vim, & Consilium Regiminis, atque Magistratûs decadat à facultate retinendi in posterum Custodiam dictæ clavis, eamque detineri possit, ac debeat à dictis Patribus, unà cum aliâ, dummodò tamen ab eisdem sive aliquo eorum, fuerit prius præsentata dicto Magistratui, seu Illustrissimo dicto tempore Gonfaloneriæ, vel Deputato, ut supra,*

H *copia præsentis Decreti in authenticam formam, prout in dictis casibus, sive altero eorum ex nunc pro tunc illum à dictâ facultate cecidisse declarat. Et denique dixit, declaravit, atque statuit, quòd facultas, atque actus claudendi dictam sacram Imaginem pariter spectet, & respectivè fieri debeat à Sacerdote Religioso Conventûs prædicti, ut supra induto, cui ad hunc effectum dari, & consignari debeat clavis à Deputato per Consilium Regiminis, sive ab Illustrissimo Magistratu, nec liceat cuivis Personæ forsitàn à dicto Consilio, sive Magistratu deputatæ, etiamsi esset Sacerdos, ascendere Altare dictæ S. Imaginis pro eâ claudendâ cum clave, cujus habet custodiam, vel pro quovis*

alio

alio fiet, & effectu sub eisdem pœnis, de quibus supra, in omnem casum, quo dictum Altare A *ascendere tentaretur, sed tam actus aperiendi, quàm actus claudendi cum clavibus possit, ac debeat, ut supra, fieri solùm à Sacerdote Religioso dicti Conventûs, & ita &c. omni &c.*

Lucas Antonius Episcopus Civitatis Castelli, & Judex Delegatus.

Angelus Baluliius Cancellarius Episcopalis rogatus, &c.

Hic autem operæ pretium arbitror nonnulla dictis adjicere ad venerandam hanc imaginem, ad Ecclesiam illam, illudque nostrum Cœnobium spectantia, verè honorifica, adeoque Posterorum memoriæ commendanda. Primum ergo, quod ad Imaginem pertinet, ex ipsâ rei propositæ veritate constat, depictam sanè fuisse à Joanne quodam Peda B montano anno 1456., non autem anno 1442. prout refert Gianius Cent. 3. lib. 1. cap. 10., qui pariter in situ Sanctorum Floridi Tiphernatis Episcopi, & Patroni, Patrisque nostri Philippi designando, quo jure positum dicat hunc à lævâ, illum verò a dexterâ facræ Imaginis non video, verè enim in primisâ dexterâ cernitur S. Philippus, et S. Floridus à lævâ, quod etiam constat ex testimonio authentico illius Communitatis sub datum die 3. Novembris 1713. in Archivo nostro D. Annunciatæ de Florentiâ existente, nisi rectius dicere volumus hanc diversitatem positionis oriri à diversitate prospectus, vel ab ingrediendo, vel à stando. Quoad verò attinet ad C picturæ antiquitatem, si inspiciatur in ima Tabulæ parte, Literis Goticis descriptum cernitur nomen Joannis prædicti, & annus salutis Dominicæ 1456. hisce verbis appositis linguâ vernaculâ, *O voi, che passate per la via, fate oner alla Vergine Maria*. Consequentibus autem annis Communitas Tipherni deauratam Coronidem eidem Tabulæ imposuit, anno videlicet eodem, quo Cœnobio illi, & Ecclesiæ præerat Pater quidam è nostris Senensis, nomine Leonardus, hisce verbis appositis: *Hoc opus fecit Magnifica Dominatio Civitatis Castelli tempore Prioratûs R. F. Leonardi Senensis*. Ex quo nonnulli inferre se posse arbitrantur, non modò prædictam Coronidem, verùm etiam ipsam B. V. imagi- D nem Communitati præfatæ tribuendam, sed hallucinati videntur; in primis enim characteres in Tabulâ Virginis sunt Gotici, et in Coronide recentiores, nostrisque temporibus familiares. Præterea Leonardus Senensis loco illi præfuit anno multò posteriore ab anno 1456. Item obstat narratio, quam Gianius de re propositâ habet loco superius citato, opus enim illud nostris Fratribus tribuit ex antiquâ traditione, ab ejus Cœnobii Patribus, iisque senioribus habitâ, prout cuique ibi videre licet. Obstat quoque, quòd in publicis illius Urbis monumentis descriptum non reperitur, Sacram Imaginem hanc publicis ejusdem expensis delineatam fuisse, quemadmodum descriptum utique fuisset, si verè A id contigisset, singula in Acta Communitatis ibi describuntur. Obstat denique, & quidem maximè definitiva sententia Episcopi Tiphernatis anno 1702. habita, quâ decernitur Cômunitati nullum jus competere super hanc Imaginem, quòd planè competeret, si ejus expensis depicta fuisset.

Denique venerationem Populi erga B. Virginem Gratiarum, & procedente tempore erga Sacrum ejusdem Virginis Dolorosæ Habitum increvisse potius compertum est, & omnes certatim pro modulo suo illius Ecclesiæ decori, ipsiusque Cœnobij commodo prospexisse; patet enim tres inibi erectas Laicorum Confraternitates B. Virgini Mariæ multiplici titulo nuncupatas, scilicet 7. ejus- B dem Dolorum alteram, de qua satis ad annū 1688.; alteram B. Virgini de transitu, de quâ pariter ad annum 1693.; tertiam denique, eamque præstantiorem S. Mariæ Gratiarum, quæ non mediocri pompâ exornatum quotidie servat Sacellum, de cujus œconomia satis abundè diximus ad annum 1645. Quibus accedit eximia Populi erga S. P. Philippum, & B. Peregrinum Latiosi veneratio, de quâ in his Annalibus alibi satis; hunc verò, nempè Peregrinum, speciatim, cujus venerationi promovendæ Festo ipsius diei, & 9. ipsum proxime præcedentibus ex pio Benefactoris cujusdam Legato, de quo rogatus fuit Ser Petrus Paulus Constantini die 30. Julij anno 1700., bona quædam immobilia Conventui C accessere, sicut, & alia longe uberiora, de quibus ad annum 1713. Plura tamen accessere, & in dies accedunt donaria, sive mobilia, sive immobilia Altari S. Mariæ Gratiarum, quæ primas in eâ Ecclesiâ tenet præ miraculorum celebritate, suique antiquitate, cujus Aram hisce ferè diebus perhonorificè instaurandam curavit D. Episcopus Tipherni Lucas Antonius Eustachij Patritius Romanus Societatis illius expensis, qui de suo penu anno 1697. Planetam eidem obtulit opere phrygio elegantissime fabrefactam, & consequentibus annis Antependium, & Pulvinaria Planetæ prædictæ conformia in grati animi testimonium, quod anno prædicto 1697. B. Virginis Gratiarum intercessione tumorē quen- D dam exuerit, quem plures annos in vultu laboraverat, quique communiter ab omnibus in causâ futurus fuisse credebatur, quòd ipse non diu superstes foret; cum enim evasisset incolumis, ad Aram B. Virginis prædictam Sacris operatus fuit, & Planetam, quam adhibuerat, ut diximus, obtulit. Accedunt varia Divini cultûs officia, quæ singulari pompâ identidem per annum exhibentur, scilicet 9. diebus Nativitatem Domini præcedentibus ante Sacram Imaginem B. Virginis nuncupatæ de Partu; qualibet Feriâ 6. Mense Martio, cùm venerationi publicæ exponitur Sanctissimæ Crucis Lignum cum duobus Christi Domini Spinis in argenteâ thecâ reposi-

positum; quin iterum referam solemnitatem, quâ Divina celebrantur Officia diebus B. Virgini pluries in annum, memoratisque Sanctis nuncupatis. Venerandæ tandem accedunt plures Sanctorum Reliquiæ, & quidem omnes authenticæ, quæ ibidem honorificè servantur, præ cæteris autem recolendæ videntur sequentes: Pars quædam pellis, & carnis B. Hieronymi de S. Angelo in Vado, necnon ex ejus veste. Ex ossibus, & Tunicâ B. Andreæ de Burgo S. Sepulcbri. Ex cingulo, & cilicio, necnon ex ossibus calcanei B. Petri de Cruce de Viterbio. Ex Serto precatorio B. Thomæ de Urbe Veteri. Ex Carne B. Francisci Patritij de Senis. Ex ossibus B. Bartholomæi de S. Angelo in Vado. Ex veste B. Julianæ Falconeriæ. Ex Costa B. Peregrini Latiosi. item ex Costâ, & pileolo S. P. N. Philippi, qui planè omnes sunt Ordinis Servorum. Ex ligno Sanctissimæ Crucis, ac denique duabus ex spinis D. N. Jesu Christi. His autem omnibus publicæ venerationi expositis confertur Populo Benedictio in die Dedicationis Ecclesiæ, quæ ab immemorabili colitur secundâ Dominicâ Novembris. Quæ sanè exactè memorasse lubet, tum ut Posteros non lateant Ordini nostro honorifica, tum ut iidem exindè perspectam habeant sollicitudinem verè laudabilem, quâ Majores nostri, eorumque successores nostrâ adhuc tempestate Ecclesiæ illius, atque Cœnobij amplitudini, cultui, decori consuluerint; quibus præsertim acceptum teferendum esse minimè vereor, quòd Ecclesia primùm sacrâ supellectili pretiosâ instructa fuerit, sactis Altaribus in augustiorem formam erectis, alijsque ornamentorum speciebus illustrior appareat, Cœnobium deindè, & longè decentius instauratum, & annuis proventibus magis in dies, ac magis ditatum celebretur, in quo Novitij quondam illius Provinciæ educabantur, antequam designatus ijsdem fuisset Locus Perusij apud S. Mariam Novam, & ejusdem Provinciæ Comitia habita pluries, & quidem insigni pompâ fuere, quæ planè dignitatis, ac præstantiæ illius Ecclesiæ, & Cœnobij sunt argumenta.

Honorifica Cœnobis Tyberpatis.

Extremum hoc anno Rohadi in Conventu nostro D. Annunciatæ sui desiderium reliquit huic seculo defunctus P. M. Leonardus Cozzandi de Brixiâ, die 7. Februarij, & in eadem Ecclesiâ sepultus, hisce nostris Annalibus jure optimo inserendus, è cujus meritorum præstantiâ non mediocre ipsis decus accedit. Leonardum enim apud Eruditos notissimum toti Orbi celeberrimum præstant plura, eaque præclara ingenij sui monumenta, partim Typis impressa, partim solummodò manuscripta, vel quia nondum omnibus numeris absoluta, vel quia integrum ipsi non fuit invidâ morte adacto in lucem eadem edere, cæteroqui à Posteris edenda. Quæ Typis impressa circumferuntur, hæc sunt: *De Magisterio antiquorum Philosophorum libri 6. Libertà Bresciana, Storia Bresciana, Tempio Servitano, La Fenice degl' Ingegni, cioè la Vita d' Ottavio Pantagato, La Vita di Paolo Bigone, La Vita di Gio: Francesco Quinzano. Saggi di penna.*

P. M. Leonardi Cozzandi de Brixiâ obitus, & gesta.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

O*Mnia colliguntur ex monum. eorundem respectivè Conv.*

B. Virgo Dolorosa eligitur in Patronam Urbis, & Regni Neapolitani. Votum Montis Falisci in ejusdem honorem. Prodigium S. Mariæ Gratiarum Tipherni tribuendum. Votum Tiphernatum eidem Virgini factum. Monasterium erigitur Neapoli pro Fœminis, quæ dicuntur Servæ Virginis Mariæ.

CAP. XIV.

EX quo acceptissimum Altissimo videtur, quod Christifideles præcipuo studio Ordinis Servorum B. M. Virginis, juxta speciale ejus Institutum, Dolores Deiparæ, non mediocri religione recolant, quemadmodum satis superque nobis indicant admiranda beneficia hactenus recensita, et adhuc in posterum recensenda ijsdem Christifidelibus collata, qui recolendis Magnæ Dominæ Doloribus ejusdem opem implorarint, minimè mirum, quòd tum Urbes, tum Regna B. V. Dolorosæ præsidium invocent, eique tanquam Arci munitissimæ se penitus credant. Hoc autem anno hujus religionis, ac fiduciæ specimen reverà insigne, Ordini nostro honorificentissimum, idcoque Annalibus nostris inserendum, exhibet nobis Regia Neapolis Civitas, quæ maximè solemni pompâ mox adamussim describenda B. V. Dolorosam sibi in Patronam elegit: Sacræ hujus cæremoniæ hic fuit ordo: Die 19. Aprilis, quæ fuit feria 5. ab Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ Omnium Bonorum translata clam omnibus fuerat in Ecclesiam S. Laurentij Patrum Minorum Conventualium, Ecclesiam nempe propriam Regiæ Urbis Neapolis, Sacra B. V. Dolorosæ statua, ibique publicæ venerationi honorificè exposita fuit sequenti die, 20. ejusdem Mensis. Horâ verò vigesimâ prædicti diei, quæ fuit feria 6., ibidem convenere singuli Urbis Proceres, Patricij, & sacri Regularium Ordines cum frequentissimo Popolo; mox instituta fuit hoc ordine solemnis Processio. Præcedente Vexillo B. Virginis Dolorosæ, quod vicissim, & alternis deferebant DD. Princeps de Castuleneo, Aquinas Primas Hispaniæ, & Dux Populi Cantelmi, Franciæ Pari, Patricij ferè omnes procedebant singuli pullo habitu induti. Sequebantur quatuor Urbis seminaria, seu conservatoria, singulis proprio eorum Labaro præeunte. Servitæ deinde novissimum inter Regula-

B. V. Dolorosa Neapolis Patrona.

gulatium Ordines Locum tenentes, quippe cæteris obsequentes Ecclesiam nostram adeuntibus, & Cæremoniam decorantibus ad Ordinem nostrum spectantem. Mox PP. Capuccini, & reliqui quatuor Ordines Mendicantium servatâ sibi debitâ ad invicem serie. Insequebatur Clerus sæcularis, ac postremò, præcedentibus Musicis Cantoribus B. Virginis laudes exquisito concentu canentibus, succedebat Veneranda Deiparę Statua desuper incumbente Regio Baldacchino octo hastilibus deauratis innixo, quorum sex deferebant Domini Electi Civitatis, septimum ad Barones pertinens regebat D. Alonsus Pinto D. Principis de Schitello Frater; octavum denique ad Regem spectans portabat D. Princeps de Torellâ Caraccioli, utrinque procedentibus nobilibus Pueris Aulæ D. Proregis, qui Sacram Statuam insequebatur cum universâ Aulâ, Collaterale Regio, Ministris, & Officialibus Urbis, ipsorumque propriâ familiâ, ac famulitio. Ipsâ die solemnitatis Cæremoniæ ejusdem Edictum de mandato Proregis publicatum fuit, quo sub gravissimis pœnis interdictus erat curruum, & Rhedarum usus, æquè ac de mandato Procerum Urbis æquatæ, ac libellatæ undequaque semitæ fuere, quâ habenda erat Processio. Horâ diei 23. Ecclesiam nostram subire cœpere, & à Musicis Cantoribus Canticum *Stabat Mater Dolorosa* suavissimâ, & refertissimâ harmoniâ canentibus. Subeunte verò Sacrâ B. Virginis Imagine, Capellanus major Proregis Hymnum *Te Deum* præcinuit, quem subindè prosecuti fuere Musici; interim P. Provincialis noster sacris vestibus ad rem indutus Venerandæ B. Virginis Imagini solemniter thus adolevit. Prorex, & reliqui superiùs memorati Optimates, & Proceres sedes ibidem decenti pompâ, & juxta eorum dignitatem opportunè adornatas petiere. Hymno

B.V. Dolorosa Neapolis Patrona.

Te Deum absoluto Capellanus præfatus orationes consuetas dixit, mox è Servitis alter Magistro Cæremoniarum assistente Habitum, & Imaginem B. Virginis cum fasciculo Florum Proregi humillimè obtulit, indeque Prorex recessit unà cum totâ suâ Familiâ, Collaterale, atque Ministris, quem Urbis Optimates, ac Proceres simul, ac Ordinis nostri Fratres ad Rhedam usque associarunt. Tum verò Optimates Urbis prædicti Ecclesiam rursus subire, ac singuli sedes interea temporis appositè paratas adiere, mox genibus flexis coram Altari, ubi aderat P. Provincialis sacris vestibus, ut dicebam, indutus, Secretarius Urbis, vice, & nomine ejusdem septem cereos obtulit, singulos ponderis septem librarum, ac brevi simul, & eleganti oratione oblationis hujus causam exposuit, & votum, quo Civitas, ejusque nomine Proceres ejusdem B.V. Dolorosæ sese obstrinxerant, septem cereos consimiles, & Calicem argenteum quotannis offerendi, necnon tertiâ Dominicâ Septembris solemnem Processionem adeundi, ut scilicet, eâ protegente, terræ A motus, quibus tunc temporis vehementer quassabatur Italia, præsertim in Regionibus Civitati, ac Regno illi conterminis, aliaque hujusmodi Divinæ Justitiæ flagella feliciter evaderent; nec sanè frustra, non enim deinceps ad hæc usque tempora, quibus scribimus, annum videlicet 1714. præ singulis fata subiere flagella Neapolitani, quin etiam plura adhuc alia, eaque præclara eisdem contulit beneficia B. Virgo Dolorosa, prout ad annum 1712. dicendum nobis erit. Secretario elatâ voce paucis similiter, & opportunè reposuit P. Provincialis, ac subinde DD. Civitatis Electis parvum Deiparæ Habitum consuetis ritibus super Aram antea benedictum, adhibitis de more cæremoniis, distribuit. B Posthæc Musici Cantores Litanias B. Virginis cecinere, eaque ratione completâ hac solemni cæremoniâ numeris omnibus absolutâ, sive Populi frequentiam incredibilem, sive cereorum multitudinem, sive sacri apparatus, sive Musicos concentus, sive virorum Principum nobilitatem, sive ordinem nullatenus perturbatum, sive omnium pietatem spectemus, qui præ cordis dulcedine in lacrymas soluti Deiparam, ejusque Passionem colebant, singuli abiere eximiâ voluptate perfusi. Per singulas semitas, quâ habenda erat Processio, undequaque parietes elegantissimè exornatæ fuerant, & præter plura minoris magnitudinis altaria identidem erecta, octo quædam præ cæteris, tum magnitudine, C tum supellectilis argenteæ copiâ, & pretio insignia adfuere. Omnes per Urbem Officinæ conclusæ erant, quòd neque solemnioribus Anni Festivitatibus fieri ibidem consueverat. Præter cereos superiùs memoratos, plures alios adhuc minoris ponderis singulis Ecclesiæ nostræ Altaribus adhibendos præfati Civitatis Proceres obtulere, pluresque Viri Nobiles eidem Ecclesiæ cereos dono dedere, quos in Processione detulerant. Die autem proximè sequente ante meridiem Habitum ejusdem Virginis ritè benedictum detulere Servitæ Conjugi, et Filiis Proregis, singulisque ejus Domicellis, atque Ministris, & Aulicis nobilibus ejusdem Proregis; à meridie verò Habitum eundem Dominis electis Civitatis D pari lege detulere, quâ planè ratione mirabile auspicata Neapoli incrementum fuit Christifidelium erga B. Virginis Dolores, & Sacrum Habitum, Religio.

Ejusdem Terræmotûs flagello commota Civitas Montis Falisci ejusdem B.V. Patrocinio se tuendam commisit. Quare Optimates, & Consilium Urbis illius publico decreto statuerunt, ac solemni voto die 8 Februarii præsentis anni se obstrinxerunt quotannis per decem annos solemni Processione totius Civitatis Confraternitatibus, Ordinibus Regularibus, ac Magistratibus omnibus comitantibus, Ecclesiam nostram se visitaturos, B. Virgini offerendo qualibet vice ceræ Albæ

libras

Patrocinii Virginis erga Civitatem Montis Falisci.

libras decem, quod & fidelissimè servaverunt, ac servant non absque mercede, cùm nonnisi ejusdem Virginis auxilio specialissimo terræmotus timorem senserint, sed damnum minimè tulerunt.

Cùm hæc agerentur in Regiâ Urbe Neapolis, ac Montis Falisci ad augendum Deiparæ cultum, ejusdem præsidium experti nonnulli fuere, qui Sacram ejusdem Imaginem apud Tiphernum in Ecclesiâ nostra sub titulo S. Mariæ Gratiarum miraculis illustrem maximâ veneratione prosecuti in gravissimo terræmotus discrimine ejus opem implorarunt. Franciscus Januarij Arceli Filius de Panicajo Talamellæ in Ditione Principis Pamphilii Diœcesis Ariminensis professione sutor, anno 1700. Aquilam in Regno Neapolitano adierat, ibique Matrimonio copulatus Domicilium sibi constituerat; mense verò Septembri ejusdem anni Tiphernum petierat Sacram Imaginem B. Mariæ Gratiarum prædictam veneraturus, quam solemni pompâ publicæ adorationi exponendam acceperat, prout reipsâ exposita fuit, quam proinde summâ Religione prosequi cœpit, ejusque præsidium, prout necessitas ferebat, invocare. Accidit autem, quòd cùm hoc anno Aquilæ in Foro degeret die 2. Februarij cum Bernardino quodam è Civitate Ducali, ingentibus terræmotibus concuti cœpit tota illa Regio, æquè ac aliæ ipsi finitimæ, quod apud historicos constat. Advertens ergo Franciscus ædificiorum corruentium excidium, densas aeris caligines, & alias hujusmodi terræmotuum vices, magno terrore perculsus, manibus super oculos positis, Bernardino dixit: Jesus Maria, Opem Fratres imploremus S. Mariæ Gratiarum Tipherni; quod cùm ambo præstitissent singulari fiduciâ pleni, qui præ timore, præ fremitu terræmotûs, præ soli inconstantiâ huc, & illuc in transversum acti corruentes inter lapidum maceries, ac terræ dehiscentis sinus attento naturæ ordine omninò obruendi erant, ac sepeliendi, Divinâ quadam virtute inde elati in hortum se translatos videre ad seminarium Clericorum Civitatis illius pertinentem, extra mœnia Urbis positum haud mediocriter à Foro distantem, in quo corruerant, per spatium videlicet, quòd tribus sclopeti ictibus excurrere liceret. Rei novitate in admirationem summopere actus Franciscus: Macte animo, Bernardine, inquit, S. Maria Gratiarum Tipherni à morte nos Divinitùs vindicavit, ejus opem adhuc ulterius imploraie perseveremus, ut adhuc ipsa à terræmotibus vindicare nos perseveret. Quibus tandem aliquando cessantibus post diutinam sui durationem, quandiu nimirùm ter persolvere liceret Psalmum quinquagesimum *Miserere mei Deus*, generalem ædificiorum ruinam, ac totius Urbis excidium summo animi sui horrore cernentes, seque ab evidentissimo mortis discrimine non minus evidenti Divinæ Po-

E tentiæ ostensione vindicatos cognoscentes plurimas D. Virgini Patronæ gratias egerunt; quin etiam Franciscus voto se obstrinxit Tiphernum personaliter adeundi, gratias iterum Magnæ Matri Gratiarum acturus, quo sanè pariter se obstrinxisset & Bernardinus, nisi curta supellex obstitisset. Reipsâ verò Franciscus iter illicò Tiphernum versus suscipiens eò feliciter pervenit die 3. Cinerum, seù viginti duobus diebus à terræmotu prædicto, ibique coram Veneranda Divæ Liberatricis Imagine provolutus voto se solvit, tabellam appendit, in quâ tota facti series expressè delineata apparet, ac demum ad perpetuam rei memoriam interposito jurejurando coram publico Notario rem ipsam in scriptis redactam constanter asseruit pati jure

F hisce Annalibus inserendam, quo Typis impressa Perusij in lucem edita fuit.

Hisce, & alijs id genus prodigijs S. Mariæ Gratiarum intercessione ab Altissimo patratis commoti Civitatis hujus Proceres, sicuti anno 1632. mense Junio, voto se obstrinxerant primo sabbato cujusque mensis per tres annos continuos missam solemniter cantandi pro gratiarum actione, insignis beneficij tunc temporis accepti; quòd cùm scilicet per totam penè Italiam grassaretur lues, Civitas illa à communi hujusmodi ærumnâ immunis fuisset, ita & hoc anno die 8. Februarij publicè detectâ solemni pompâ sacrâ ejusdem B. Virginis Imagine voto se obstrinxere Sacram eandem Imaginem quolibet sabbato

G ad vesperam unâ cum totâ Familiâ per annos quinque continuos invisendi, & ad Populum cogendum horâ circiter 21. cum dimidio campanam Communitatis pulsandam decrevere.

Sub hæc tempora recolenda occurrit fundatio piissima facta Neapoli cujusdam hodie satis celebris Conservatorij periclitantium puellarum sub invocatione ac titulo Sanctissimæ Virginis Dolorosæ, cujus initium currenti anno 1703. tale fuit. Tres aderant in præfata Regia Civitate Sacerdotes Dei, ac Proximorum charitate fragrantes, qui de remedio multarum in pudicitiâ periclitantium puellarum ad invicem discurrentes, non sine Divini numinis afflatu, Beatissimam Virgi-

H nem, cujus devotioni maximè addicti erant, exorabant, ut sibi quid in hac re faciendum esset, singulis demonstrare dignaretur. Horum pias preces incassum abire non est passa, Virgo Amantissima, & unicuique eorum internè inspiravit, ut quæsitis eleemosynis Conservatorium erigerent, in quo degere, & ali possent aliquot ex puellis periclitantibus, quæ decimum quintum ætatis annum minimè excederent, & Beatiss. Virgini Dolorosæ pudicitiæ ac Virginitatis protectrici inservirent. Erant hi tres Sacerdotes D. Dominicus Bendaudi, D. Matthæus Scalfati, & D. Antonius Casfora nomine nuncupati, qui uti erant charitate, ac familiaritate conjuncti,

com-

communicato inter se consilio, & internâ inspiratione, opus aggrediuntur, ac solicitâ A providentiâ eleemosynas publicè quærentes, adinvenientes, congregantes tales, ac tantas profectò, ut ex his, aspirante Divinâ Gratiâ incepta non solùm, sed etiam brevi completa fuerit fabrica hujus Conservatorij, in quo sub disciplinâ prælaudatorum Sacerdotum admissæ fuerunt ad regulariter convivendum quamplures puellæ, protegente B. Virgine Dolorosâ opus verè suum. In hoc Asceterio hæ fœminæ nedum à virginitatis amittendæ periculo redduntur immunes, verùm etiam absque læsione suæ libertatis vel Deo per votum castitatis ad Virginis servitium perpetuò mancipantur, vel ad statum conjugalem, receptâ competenti dote, transeunt. Quæ verò B Virgini Dolorosæ consecrantur, ejusdem habitum gestant, quo nostri secundi Ordinis Sorores, ac Moniales indui solent. Et profectò manus Domini in hoc consilio manifesta relucet, cùm ab anno 1703., quo inceptum est opus, usque ad annum 1723. quo hæc scribimus, ædificium illud solis fundatum eleemosynis adeò excreverit, ut in eo, juxta fidelem relationem ad nos transmissam, non minus quàm centum & decem Vigines alantur, earumque Spirituales Directores brevì ad perfectionem Clausuræ Monasticæ Conservatorium illud reduci posse non diffidant. Quòd utique tam notabile incrementum nónisi Matris Dolorosæ præsidio, & quasi prodigio adscribendum fore nullus ibit inficias.

ANNOTATIONES IN CAP. XIV.

Omnia habentur ex Monum. eorundem respect. Conv., & ex Archivo Florentin.

Moniales de Arce solum vertere coguntur. C A P. XV.

Infandos modò renovare jubeor dolores, cùm recensenda hoc anno mihi sit fuga, quam ex Arcensi Cœnobio Moniales nostræ moliri coactæ fuere. Christianissimi Regis Exercitus ob notissima Hispaniarum Jura Austriacam Gentem sibi Infensam acerrimè persequens, manus cum hostibus, D ubicumque sibi liceret, conserere per varias Italiæ oras non verebatur. Contigit autem, quòd ad loca accedentes Cæsaris hostes Agro Arcensi finitima, omnia cædibus implere minabantur; quamobrem gravi terrore perculsæ, unà cum cæteris Arcensis Oppidi Incolis, Ordinis nostri Moniales post varias consultationes clamantibus, ejulantibus Populis, qui inimicis impetu magno irruentibus resistendo impares se esse fatebantur, huc, & illuc ferè pecudum errantium ad instar aufugientibus, Archipresbytero ipso earum Confessario urgente cum Regularibus, & secularibus ad Monasterium turmatim accurrentibus, ideò die 31. Julij solum vertere coactæ sese fugæ A dedere, quin ipsis copia suppeteret Monasterium, & supellectilem tum Ecclesiæ, quantumlibet preciosam, tùm Domûs, victualia, vestes, libros, scripturas, & monumenta quæcumque, ipsique inserta Monasterij ejusdem Jura ab Hostium conatibus vindicandi, sed vix aliquam pecuniæ summam, ipsis fortè obviam secum asportantes, quò se verterent, quam viam inirent, quomodo se gerere, vitamque tueri possent, nesciæ, ab omnibus derelictæ, cùm singuli sibi cavere studerent, unius P. Magistri Angeli Mariæ Zanetti Servitæ verè fidelis Ductoris societate, viginti octo, Archangelâ earum Antesignanâ præeunte, ac pro virili confortante, è Monasterio evadentes, noctem illam apud Archipresbyte- B rum inter singultus, ac gemitus insomnes transegere, tum præ tormentorum bellicorum glandes igneas jugiter explodentium boatu, tum præ timore malorum, quæ sibi longè majora imminere haud temerè verebantur; præ cæteris autem angebatur Archangela, quòd ipsi cura de omnibus illis Virginibus, suisque filiabus incumbebat, delicatulis claro sanguine prognatis, labores, & angustias hujusmodi subire non assuetis.

Fuga Monialium de Civitate Arcensi.

Illa tamen seipsâ superior, soli Deo innixa iisdem ab hostium impetu vindicandis indesinenter addicta, Præfectum Arcis enixè rogavit, quòd sibi, suisque Sororibus, tanquam Leopoldo Cæsari adhærentibus, Ducem præficeret, qui eas tutò Tridentum usque dirige- C ret, quò princeps Episcopus ille eas vocaverat, tanquam in asylum, ac pilenta pararet, quibus delatæ iter facere possent. Itaque ab Arcis Præfecto nonnullis militibus in custodiam traditæ, qui nullam ipsis reverà intulere injuriam, fidissimi Duces fuere, sed ob improbitatem verborum, & blasphemiarum consuetudinem maximè graves evasere, e Civitate Arcensi exeuntes trium dierum itinere varijs pilentis delatæ per aspera, & inaccessa loca, vehementibus modò pressæ caloribus, ubertimis modò imbribus obrutæ, gravissimis incommodis, sive alendo corpori, sive quieti indulgere cogerentur, diù, noctuque superatis, Tridentum tandem pervenere, ubi primùm ædes quasdam incolere ne- D cesse iisdem fuit, sepulchri potius speciem præferentibus; tribus verò diebus exactis alias ædes sibi compararunt commodiores, ubi decem, & octo dies commoratæ panem doloris manducarunt, irruentium hostium impetus identidem veritæ; hinc Principe ipso Tridenti seriò monente inde quoque solum vertere coactæ, quò se verterent pariter ignaræ, Bassanum adire noluere, prout consulebant complures, eo quòd per varia illius Loci Monasteria distributæ ab invicem distrahi nullo pacto tulere, Archangelam proinde obortis lacrymis, & in ejus amplexus ruentes, etiam atque etiam rogantes, quòd separationem hanc minimè pateretur, sed

Vassu-

Valſuganam petiere Vicum humillimum, & aeris conditione inſalubrem; quò cum perveniſſent alia non minus gravia ſubierunt incommoda, tum quoad ædium inopiam, & immunditiam, tum quoad Domeſticorum ruſticitatem, tum quoad ægritudines corporis, & animi, quibus aff ctæ jugiter fuere. Viginti duobus diebus exactis certiores factæ, quòd hoſtis à Tridentinâ plagâ receſſerat, ſummo gaudio perfuſæ, Tridentum verſus iter inſtaurarunt, non ſine gravi de more incommodo; ſed in æde quadam Tridenti, quæ dicitur Abbatia, perhumaniter exceptæ haud mediocrem ſibi quietem compararunt. Quia verò Deus non patitur tribulationes, & jucunditates Juſtorum eſſe continuas, ſed ſe invicem excipere, acceſsit poſt aliquantulam requiem, quod è Sororibus nonnullæ ægrotarunt, ex quo plurimum cæteris etiam accedebat incommodi, non enim ijs erat, quomodo eorum ſanitati proſpicerent, & nimium gravis erat Mulieris, apud quam divertebant, conſuetudo, quò circa aliò divertere meditabantur, quod pariter non minus arduum videbatur, Monaſterium Arcenſe ſitibant omnes, ſed præ graveolentiâ ibidem conceptâ ex diuturno trimeſtri inimicorum ibidem degentium domicillo, ex quo loca omnia immunditijs undequaque ſcatebant, intolerabile illis erat ipſum incolere; Archãgela ergo ſuæ, ſuarumque ſaluti, & perfectæ quieti conſulere ſatagens, mundandum curavit per fabrum quendam Murarium Monialibus in itinere tunc temporis ſocium, ex quo non obvium quemcunque habuit, qui opus hoc aggredi vellet; ille verò in ſocietatem adſcitis aliis, nonniſi integri Menſis ſtudio opus ſuſceptum abſolvit. Antequam verò eò Moniales induceret Archangela P. Magiſtrum Zanetti præmiſit ad locum diligenter explorandum, qui Monaſterio undequaque diligentiſsimè luſtrato, Tridentum repetens Archangelæ ſignificavit, omnia in Monaſterio integra eſſe, quod ſanè ſpeciali Dei, ac Deiparæ præſidio referendũ accepere. Hinc ex Abbatiâ præ memoratæ Mulieris importunitate recedere coactæ Sorores noſtræ, & è Civitate Tridentina evadentes, ne actu decidentium nivium copia Arcenſe Cœnobium repetere deinceps prohiberentur, algoris moleſtiam per viam haud mediocriter paſſæ Roveretum conceſſere apud Mazzuccos perhumaniter exceptæ, & ab alijs adhuc pluribus cumulatæ beneficijs. Decem dies ibi commoratæ fuere anxiæ quidem indeſinenter, & pavidæ. Interim, Archangela jubente, Arcenſe Cœnobium præierant quatuor Converſæ, & è Choro addictæ Sorores exploraturæ an ipſum adhuc incolere liceret, cæteroqui ægerrimè ferentes ſe ab alijs diſtrahendas. Per literas frequenter datas certior ab ijs facta Archangela de conditione Cœnobij, Rovereto ſolvendum decrevit. Itaque præ gaudio exilientes omnes, anguſtijs quibusque ſuperiores in itinere obvijs, quippe quæ proximè E ſubire Monaſterium tot votis expetitum ſperabant, ineunte Menſe Decembri Dominicâ die circa ſecundam noctis horam, Monaſterium Arcenſe poſtliminio ſubiere, re quacumque deſtitutum, quæ enim ibidem reliquerant in repentino ſuperiùs memorato receſſu, tum inimici tres Menſes ibi commorati, tùm Oppidani multiplici fraudum, & conatuum genere violenter diripuerant, ac peſſum dederant. En tota deplorandæ hujus Fugæ ſeries, quam Archangela ipſa, ut Epiſcopo Miniatenſi Joanni Franciſco Mariæ Poggi Ordinis noſtri Ex generali Sororibus illis addictiſsimo morem gereret, prout conſtat ex Literis Archangelæ ad ipſum datis in Monaſterio Arcenſi, & in Archivo noſtro F Florentino aſſervatis, exactè deſcripſit pio quodam, & eleganti metro Italico idiomate exarato, de quo infra pluribus quidem laboribus, & incommodis admixtam, non omnĩ tamen refrigerio deſtitutam, quæ enim ex improviſo è Monaſterio proſilierant, ac fugæ ſe dederant, ut diximus, non alio indumentorum apparatu inſtructæ, quàm quæ actu quotidie gerebant, ſex continuos dies egentes, & madidæ veſtibus ijſdem indutæ, Monialium quarundam ſub titulo SS. Trinitatis inſignem charitatem expertæ fuere, quæ indigentiâ ſororum noſtratum perſpectâ veſtibus è proprio penu deſumptis eas ſovere cæperunt, & mirum in modum recrearunt. Pijſsimus quoque Tridenti Princeps, & Epi- G ſcopus toto tempore, quo illic permanſerunt, præſto ijs maximè fuit, frequenter eas inviſebat, viam illis ineundam ſummâ vigilantiâ indicabat. Inſuper quædam ejuſdem Principis Soror pietate non minus, quàm nobilitate generis clariſsima, ipſas multipliciter juvit; juvit etiam quædam hujus Nepos, quæ apud Valſuganam in horrido, ac graveolenti loco illo, quem incolere neceſſe fuit, dies cum ipſis, ac noctes ducere non dubitavit, ſibi minimè parcens, de earum duntaxat commodo ſolicita; juvere itidem alii, quemadmodum ex hactenus dictis innoteſcit. Poſtquam verò ad Arcenſe Monaſterium redierant, modò hæ, modò illæ præcedentibus preſſæ laboribus ægrotarunt; ægrotavit H etiam P. M. Zanetti; Deo tamen favente, qui mortificat ſimul, ac vivificat, omnes convaluere.

Ut autem non incongruè curioſitati legentium obtemperemus, placet hic adnectere deſcriptionem individuam præfatæ fugæ ab ipſamet Sorore Archangelâ tunc tẽporis illius Monaſterij Moderatrice concinnè, ac metro Tuſco compoſitam, ſuadente prælaudato D. Epiſcopo Miniatenſi P. Magiſtro Poggi Ordinis noſtri Ex-generali, cujus tenor eſt, ut jacet.

D. G. A. M.

Sopra la noſtra fuga dal Monaſtero per la calata dell' Eſercito Franceſe in Arco li 31. Luglio 1703.

GESU' mio, dimmi ch'è ſtato?
Queſto cuore hai tormentato
In un modo sì eminente,
Che capir nol può la mente.
Pur aſtretta mi ritrovo,
E nel cuore impulſo io provo
Paleſare il caſo occorſo
A queſt'Alme, e il tuo ſoccorſo.
Tua ſapienza che diſpoſe
Darmi al cuor pene doglioſe;
Non mi volle paleſare
Quello ch'eri tu per fare.
Ecco dunque all' improviſo,
Che mi capita l'avviſo,
Che i Franceſi la calata
Fan qui in Arco all'impenſata.
O mio Dio, che gran terrore
Provò allora queſto cuore
Per le Spoſe tue Innocenti,
Quai mirai tutte piangenti!
Or convenne, oimè partire!
Chi già mai potrà capire
La mia pena, e 'l mio dolore,
Noto ſolo al mio Signore?
Queſte Figlie sì Innocenti
Tra le angoſce, e gli ſpaventi
Sopra il collo mio gettate
Fra mie braccia abbandonate.
Biſognò pur preſto uſcire
Dal Convento, nè men dire
Con alcuno una parola,
Perchè fui laſciata ſola.
Or uſcita dal mio nido,
Non potei pur dar'un grido,
Ma ammutita mi portai
Con le Figlie tra li guai.
In Canonica arrivate
Tutte afflitte, e ſpaſimate;
L'Arciprete con dolore
Ci alloggiò con gran terrore.
Egli che per ben molt'anni
Ci fu Padre, or con affanni
Le convenne abbandonarci
E a fuggire rimirarci.
Ma qual notte tormentoſa
Fu mai quella, e a me penoſa,
Agitata nel penſare,
Non ſapendo dove andare.
La mattina pur trovai
Compaſſione a' noſtri guai,
In un certo Capitano,
Che reſpiro diè al mio affanno.
Queſto diede commiſſione
Ad un' altro, che funzione
Pur facea di quartier Maſtro,
Acciò men foſſe il diſaſtro.
Nelle mani de' Soldati
Sconoſciuti, e intereſſati,
Ci convenne incamminarci
Verſo Trento a ricovrarci.
Per tre giorni fummo aſtrette
Viaggiar per vie indirette
Con pericoli, e timori
Eccеſſivi dentro, e fuori.
Da cocenti ardor ſolari
Abbruciate tutte al pari,
Solitarie, e derelitte,
Sopra i Carri in colmo afflitte.
Sotto pioggia orrida, e groſſa,
Nella notte gran percoſſa
Dierno i Carri, e ſcompigliati
Furno tutti, e ſeparati.
O mio Dio, che grave affanno
Fu al mio cuor caso sì ſtrano,
Nel vedermi ſeparata
Dalle Figlie alla Brinata.
Quando piacque al mio Signore,
Della notte fra l'orrore
Si arrivò a Pietra murata,
E una Stalla ci fu data.
Annegate tutte quante
Dalla pioggia, e con le piante
Inzuppate nel pantano,
Chieder fuoco ci fu vano.
Tutta notte ſpaſimando,
Inzuppate ſoſpirando
Ci convenne dimorare
Tra le angoſce a lagrimare.
Dagli Amici abbandonate,
Tra' Soldati, oh Dio! laſciate,
Solo fu 'l Padre Zanetti,
Che moſtrò coſtanti affetti.
Ei di noi ſi fece guida,
E ci fu compagnia fida,
Fra diſaſtri, e patimenti
Soffrir volle gli accidenti.
Quante angoſce egli ſoffèrſe,
Nel mirarci sì diſperſe,
E quai lagrime, e ſoſpiri
Ei gettava con martiri!
Or al fin di tre giornate,
Ecco a Trento, che arrivate
Ci fur date alcune ſtanze
Al terreno, e per iſtanze.
Quaſi morte in monumenti,
Per tre giorni fra ſcontenti,
Sino l'acqua penuriando,
Dal Signor pietà chiamando.
Piacque a Dio di porrmi in mente
Un Albergo ben decente,
Che lo chieſi, e mi fu dato,
Dove il cuor ripreſe il fiato.

Quivi per diciotto giorni
Fur penofi li foggiorni.
Fra timori, che l' Armata
Si avvanzafie più infuriata.
Ogni giorno ci veniva
Gente d' Arco, che fuggiva
Da' Francefi in effo entrati,
E da lor ben faccheggiati.
Volle Dio, che 'l Monaftero
Da Francefi con impero
Foffe prefo ad abitare,
E tre mefi in effo ftare.
Dopo i giorni diciotto,
A mal ftato Arco ridotto;
Si avanzorno gli Francefi
Verfo Trento con gli Arnefi.
Prefto prefto all' improvvifo,
Ci fu dato tale avvifo
Di dover tofto partire,
E raminghe ancor fuggire.
L' Alma mia per l' afflizione
Si trovava in fofpenfione,
Non fapendo ove fcappare,
Che maggior facea 'l penare.
Si rifolfe, in Valfugana
Di portarci, nè fu vana
Noftra andata in quel Borghetto
Di mal' aria, e affai riftretto.
Per il noftro viaggiare
Quante fpefe ch' ebbi a fare,
Ed o quanti, e quai roffori
Furno i miei fra tanti umori!
Ciò che più mi tormentava
Era il fcorger che fi andava
Separare co' ftranieri
Per diverfi afpri fentieri.
Non potea 'l Padre Zanetti
Star con tutte, o de i fofpetti
Il fuo cuore tormentava,
E fra angofce dimorava.
Negli alloggi delle notti,
Al mio Dio porgevo i voti,
Per le Figlie tanto amate
Dal mio cuor, ma sì angustiate.
Giunte al fine in notte ofcura,
Ci fur date nude mura
Per alloggio, e così immondo,
Che parea quafi un profondo.
Ripofar fopra la Terra
Tutte all' Aria, che fevera
Nella notte fi fentiva,
Fu meftier, nè si dormiva.
Dir non devo l' immondezze,
Che quivi eran, e ftranezze
De' diverfi intereffati
Con trattari difufati.
E pur giorni ventidue
Qui fermate, ebber le fue
Afflizioni, e le fermitadi
Le mie Figlie in fieri gradi.
Che afflizione fu al mio cuore
Il veder fra tal' orrore
Le Innocenti Colombelle
Madri, Figlie, e infiem Sorelle.

Ancor qui fi dimorava'
Fra l' angofce, che agitava
Ogni mente, ogn' intelletto
Perchè incerto era ogni effetto.
Pure quando piacque a Dio
Venne nuova, che in oblio
Lafciat' era il Dos di Trento,
Il che diede al cuor contento.
Si rifolfe ritornare
Tutte a Trento ad abitare,
Nella prima cafa pia,
Che nomata era Abbadia.
Pofte dunque nel viaggio
Ci convenne far paffaggio
Per alcuni luoghi, e terre,
E per ftrade afpre, e fevere.
Anco in Pergine ridotte,
Nel Caftello ancor condotte
Con fatica, e gran timore
Arrivammo alle due ore.
Quivi sì, che fummo accolte
Con maniere difinvolte,
E trattate civilmente,
Nè mancar ci fecer niente.
Or di nuovo giunte in Trento,
Ecco al cuor nuovo fpavento
Per il mal pericolofo
D' una Figlia; oh' Dio pietofo!
Quante lagrime fpargevo
In fecreto, e affai temevo
Della vita corporale
Per la forza di quel male.
Pur Iddio per fua pietade
Volle dar la fanitade
Alla Figlia, ma altre fei
S' infermorno; o quanti omei!
Li travagli erano molti
Per più capi in un raccolti,
Nè rimedio ritrovare
Io potevo; o che penare!
Bifognava mutar ftanza
Per la troppo ftravaganza
D' una femmina furiofa
Mal' avvezza, e fofpettofa.
Ricercar feci più volte
Una cafa; ma riforte
Le mie Figlie dal lor male,
Volean dare a tutti un vale.
Sol' in Arco eran lor cuori
Anelanti, e con clamori,
Verfo 'l Cielo a Dio chiedean
Ritornar dove intendean.
Già fapevo, che reftaro
Il Convento tutto intatto
Era sì, ma puzzolente,
Che fuggir facea la Gente.
Pur mi accinfi ad ordinare
Di mondarlo, con pagare
Molto ben chi aveffe fatto
Tal fervizio fofpirato.
Pur non v' era chi voleffe
Applicarvi, nè intendeffe
Le mie pene, e miei fcontenti;
Nè fapean li miei tormenti.

Era

Era già con noi venuto
Un murato ben' instrutto
Nel timor santo d' Iddio,
E con lui trattat voll' io.
Questo ch' era coraggioso,
Ben vivace, e spiritoso,
Si risolse far nettare
Il Convento, ed egli oprare;
Per un mese lavororno,
Ed al fin pur lo nettorno
Quanto fu possibil fare,
Per potervi ritornare.
Ma per meglio assicurarmi,
E poter poi riportarmi
Nel Convento sospirato,
Prima il Padre ivi ho mandato.
Ritornò tutto contento
Il buon Padre, che il Convento
Ritrovò salvo, ed intiero,
Che fu ben miracol vero.
Non però fidai tornare
Così tosto, ma aspettare
Qualche giorno, acciò le mura
Fusser nette da sozzura.
Ma perchè nell' Abbadia
Starvi più non v'era via,
Nè rimedio di quietare
Quella Donna dal gridare.
Ot pigliai risoluzione,
Tanto più, che l'invenzione
Della Donna era sì strana,
Che pareva affatto insana.
Si avanzavan gli rigori
Dell' Inverno, ond' uscir fuori
Bisognava prestamente
Per la neve già cadente.
Si trattò con il Fratello
Del Mazzucchi, ed ei fu quello,
Che ci volle favorire
Di sua Casa, ed assistire.
Ecco dunque, che lasciamo
Trento, e tutte viaggiamo
A drittura à Roveredo
Con soffrir per strada il freddo.
Ben ci accolsero giulivi
Gli Mazzucchi; e insieme quivi
Ci fur fatti molti onori
Da' Signor Proveditori.
Dieci giorni, se non erro,
Ci fermammo da dovero,
Con timori, e dubietadi,
E nel cuor mille ansietadi.
Già mandate avevo in Arco
Otto Figlie per lo scarco
De' disturbi, e per provare
S' ivi si potea abitare.
Eran queste le Converse
Con quattr' altre, e ogn'un sofferse
Con pazienza allontanarsi
Da noi tutte, e separarsi.
Ben frequenti ricevevo
Le lor lettere, e intendevo
Quanto duro gli era il stare
Da me lungi, e l' aspettare.
Alla fine in Dio fidata,
Volli fare la levata
Dalla casa, e ritornare
Il Convento ad abitare.
Stabilito che fu il giorno
Sospiravasi il ritorno
Dalle Figlie, che patito
Avean tanto in ogni sito.
Fù insensibile il viaggio
Da ogni pena, o pur disagio,
Per la Gioja, e gran contento
Di tornar nel lor Convento.
In Domenica di sera
Con letizia, e gioia vera,
Verso l' ore due di notte
Nel Convento ecco introdotte.
Chi potrebbe mai narrare
Delle Figlie il giubbilare,
E dar lodi al Sommo Dio
Verso noi clemente, e Pio.
Come fosse il Monistero,
Dio sa ben se dico 'l vero,
Che una stalla assomigliare
Si potea ben senza errare.
Nudo, e spoglio tutto affatto
D' ogni cosa fu lasciato
Da Nemici, e Paesani
Con astuzie, e molti inganni.
Bisognose d' ogni cosa
Si soffrì molto penosa
L' Invernata senza panni
Con angoscie, e molti affanni.
Nella fuga già lasciato
Fu il Convento accomodato
Di mobilia, e di utensili,
Abbondanti, e ben civili.
Con la vita solamente
Si fuggì per accidente,
D' improvviso, e di terrore,
Che mancarci facea il cuore.
Senza panni per mutarsi
Giorni sei convenne starsi,
Inzuppate, e bisognose,
O che notti travagliose!
Della Santa Trinitade
Religiose di bontade
Molto grande ci ajutorno
Co' lor panni, e consolorno.
Non potrò giammai lodare
Abbastanza, e confessare
Quanta fu la caritade
D' esse Madri, e la pietade.
Anco il Principe di Trento,
Buon Prelato, molto attento
Si mostrò verso di noi,
E aiutò co' doni suoi.
Visitavaci frequente
Con affetto, e attentamente
Vigilava in avvisarci
Dove avevamo a portarci.
E di più la sua Sorella
Dama pia, divota, e bella
Nell' agire, e consolarci,
E in più modi anco ajutarci.

Anzi tu una sua Nipore
Con noi seco giorno, e notte
Ne i fetor di Valsugara
Che a ridirlo è cosa strana.
Ma di più molti favori
Ci fec'ella, e con onori
Ci trattò con sollevarci,
E in più Chiese anco guidarci.
Onde noi dobbiam lodare
Quel Gran Dio, che seppe fare
Sì gran misto di afflizioni,
E sì pie consolazioni.
Lode dunque sempre sia
Al Gran Trino; e l'Alma mia
Benedica il suo Signore
Notte, e giorno, e a tutte l'ore.
Meco seco le innocenti
Agnelline con ardenti,
Loro affetti, di no lodi
Al Signor in tutti i modi.
E col cuore infervorato
Sempre sia da loro amato
Gesù dolce loro Sposo,
Verso noi tanto amoroso.
E la Vergine Maria
Madre nostra cara, e pia
Sia da noi sempre servita,
Imitata, e compatita.
Or finito ho di narrare
Il successo, e sol lodare
Voglio il mio Divin Creatore
Con la mente, spirto, e cuore.
Sì mio Dio, sì Sommo Bene,
Dolci son gli affanni, e pene,
Che per voi soffrisce il cuore,
Mio Gesù, mio dolce amore.

LAUS DEO, ET MARIÆ DOLOROSÆ.

ANNOTAZIONE IN CAP. XV.

OMnia colliguntur ex monum. eorundem respectivè Conv., & maximè in Archivo Florentiæ.

Joannes Franciscus Maria Poggi consecratur Episcopus Miniatensis. Decretum favorabile Conventui nostro de Scrofano. Adhibita studia pro recuperanda B.V. Imagine Aretij in Arce detentæ, ac repetendo Conventu ad Balnea S. Philippi.

C A P. XVI.

Poggius consecratur Episcopus Miniatensis.

REverendissimus Poggius Ordinis nostri Ex-Generalis Mense Novembri anno proximè superiori 1702. electus Episcopus Miniatensis in Etruriâ, cùm apud Civitatem Plebis in Ditione Ecclesiasticâ à Sacratissimæ Inquisitionis Generalis mandata quædam expleret, quæ ab ipso feliciter expleta fuisse, aliorum, & quidem primæ notæ Virorum operâ superioribus an-
E
nis in casum adhibitâ, Summus Pontifex Clemens XI. testatus publicè fuit, multiplici laudum genere ipsum exornans, tanquam de Sede Apostolicâ optimè meritum coram DD. Cardinalibus, atque Examinatoribus, postquam in examine pro Episcopatu assequendo præclara dederat Doctrinæ suæ specimina, hoc anno die 24. Februarii D. Apostolo Matthiæ dicata Romæ in Ecclesiâ nostrâ D. Marcelli consecratur Episcopus ab Eminentissimo, ac Reverendissimo Sebastiano Antonio Card. Tanarâ de Bononiâ, pro Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino Nicolao Card. Acciajolo Florentino, utpotè variis negotiis distento, assistentibus illustrissimis, ac
F
Reverendissimis Dominis Tomaso Secretario S. Congregationis Concilii, & Thomâ Bonaventurâ ex Comitibus Gherardeschæ Episcopo Fesulano. Plura farè de hoc Viro, si laudes ejus prosequi vellem, dicenda mihi supperterent, sive quoad Literarum præstantiam, sive quoad rerum gerendarum peritiâ in pluribus, iisque primariis Ordinis nostri Magistratibus, & Sacræ Congregationis negociis comprobatam, sive quoad studium Regularis Observantiæ promovendæ, sive quoad amorem profectò singularem, quo Ordinem nostrum complexus perpetuò fuit, ac proinde ingentia beneficia eidem collata, sive quæ ad decus eximium, quod illi, tùm ratione dignitatum, tum ratione virtutum,
G
quarum ornamento præfulget, comparavit. Verùm abstinendum ab his omnibus arbitror, ut ejus parcam pudori, & S. Episcopi Maximi morem geram, qui juxta Divinæ sapientiæ Oraculum laudandos homines esse censet, postquam vitâ functi fuerint, ne me laudantem movere videatur adulatio, & ipsum laudatum titillare valeat elatio.

Cùm Episcopus Pientinus in Etruriâ, ac Ditione Senensi ad Synodum Diœcesanam vocasset, inter caris pœnis &c. Priorem nostri Conventûs S. Nicolai de Scrofano in eâ diæcesi positum, quatenus Conventum illum supponebat comprehensum in Decreto sacræ memoriæ Innocentij X., *Ut in parvis, &c.* renovatum per Sa. mem. Alex. VII. Prior au-
H
tem Synodum adire noluisset, qui se omnimè teneri, nec ullatenus Episcopo subesse censebat. Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Pientinæ dubia quædam ad rem præsentem apposita Sacræ Congregationi Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretrum resolvenda proposuit, mox recensenda, quorum resolutione habitâ, & à Promotore præfato publici Juris facta, Prior, & PP. Conventûs prædicti de Scrofano adversus resolutionem hujusmodi reclamarunt, quibus auditis ab eadem Sacrâ Congregatione sequens Decretum emanavit.

Decretû S. Congregat. Concilii pro Cõvent. nostro de Scrofano.

PIEN.

PIENTINA SYNODI.

IN Congregatione habitâ sub die 16. Junij proximè elapsi, propositis ad instantiam Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis Pientinæ infrascriptis dubijs, nempe primò: An Priores, Guardiani, cæteri que Superiores parvorum Conventuum teneantur accedere ad Synodum Diæcesanam, quatenus fuerint vocati ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, & quatenus affirmativè. Secundò an casu, quo vocati non intervenient, subiacere debeant mulctæ in prædictâ Synodo Diæcesanâ adversus contumaces comminatæ. Rescriptum fuit: Ad primum affirmativè Ad secundum affirmativè arbitrio Ordinarij, exceptâ mulctâ pecuniariâ. Reclamante autem adversus hujusmodi B *resolutionem Priore, & PP. Conventus B. M. V. Servorum Loci Scrofani, sub fundamento, quòd dictus eorum Conventus non sit comprehensus in Decreto Sa. mem. Innocentij X. incipien:* Ut in parvis; *renovato per Constitutionem Sac. mem. Alex. VII., eò quia, ut asseritur nunquam fuit suppressus, ac semper ibidem manserunt de Familiâ sex Religiosi EE. VV. resolvendum proponitur.*

An respectu dicti Conventus B. M. Virginis Loci Strofani sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

Die 15. Septembris 1703. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpetrum censuit Conventum Scrofani non esse comprehensum.

C *D. Card. Panciaticus Præf.*

Locus ✠ Sigilli.

Gratis etiam quoad scripturam

Pro D. Episcopo Cyrenen. Secretario
Jo. Gualterius Victorius Prosecretarius.

Decrctum autem hoc Senis occasione Visitationis Provincialis à me ibidem habitæ receptum Typis illicò imprimendum curavi, & per singula Provinciæ nostræ Cœnobia transmisi, ac libris monumentorum inferendum ad erudiendos Posteros præcepi. Eodem anno occasione pariter Visitationis in Conventu S. Petri Parvuli de Aretio Mense D Septembri habitæ animadverti, quòd adhuc in Arce Civitatis illius conservaretur Sacra B. Virginis Imago, antequam S. Pater noster Philippus, & ejusdem Fratres provoluti anno 1268. in preces effusi opem assecuti fuere in generali caritate tunc temporis vehementer urgente, ministerio Angelorum, qui ad sublevandam gravem eorum inopiam panem divinitùs suppeditarunt, prout refert Gianius Cent. 1. lib. 3. cap. 12. Hoc autem ægerrimè ferens, quòd scilicet Imago hæc ibidem debito cultu destituta jaceret, nec unquam in Ecclesiam nostram modernam translata fuisset, prout decebat, quippe quæ ad nos pertinere revocari non potest in dubium, & in eo Arcis loco ex Senatûs Florentini A Consulto collocata fuit, veluti loco depositi, donec Ordini nostro alia construeretur Ecclesia, ex quo destructa illa prior fuerat, ut loco cederet Arci recens ædificandæ, animum seriò adjeci eidem recuperandæ, quo circa nomine PP. Conventûs prædicti supplicem libellum Regiæ Celsitudini Serenissimi Cosmi III. Magni Ducis exhibui, quo humillimè petebam Sacræ hujus Imaginis translationem in Ecclesiam Ordinis nostri quantocyùs habendam; confirmatus quammaximè à Serenissimo, ac Reverendissimo Francisco Maria Cardinali Medices Ordinis ejusdem Protectore amantissimo, quem Serenissimus Magnus Dux obvijs ulnis excepit, ideoque certior fieri studuit de rei petitæ conditione, B quam assecutus, & quidem juxta votum nostrum, lubenti animo annuisset; verùm Parochus prædictæ Arcis, D. Episcopo Joanne Matthæo Marchetti mirum in modum favente, & fovente, institit apud Regiam Celsitudinem pro translatione istâ impediendâ, ac si hæc Universæ Civitati nequaquam arrideret, hinc illam assequi nobis hactenus non licuit, non ideò tamen ab incæpto destitimus, hoc enim prosecutus egregiè fuit P. M. Julius Antonius Maria Roboredo in administrandâ Provinc. â successor, quemadmodum etiam prosecutus fuit, quod modò recensendum aggredior, cæterisque prosequi debent omnes Supesioses donec id, quod optamus, assequi planè contingat.

C Præterea pietate ductus erga S. Philippum, è Conventu S. Mariæ de Politiano, cujus Visitationem susceperam, ex industriâ recedens ad Balnea ejusdem Sancti juxta Montem Tuniatum me contuli per duodecim fermè milliaria Politiano distantia. Cùm autem ibidem animadvertissem eximiam gentium illarum erga S. Patrem animi devotionem, & à pluribus senioribus accepissem memoranda quædam, quæ de S. Patre per manus hominum tradita ad nos usque pervenere ab ijs fermè diebus, in quibus S. Pater Summum Pontificatum declinans in antris illis plures menses latuerat, prout constat apud Historicos non paucos Ordinis Nostri, necnon vehemens in ijsdem Populis desiderium cognovissem D instaurationis Monasterij propter redditum tenuitatem anno 1652. suppressi, & Religiosæ morum culturæ à Fratribus nostris, qui ibidem degerent, excipiendæ, propterea è re esse putavi utrique rei pro opportunitate temporis consulere. Primùm ergo occasione Visitationis in præfato Conventu Montis Politiani habitæ Mense Septembri decrevi, quòd Traditiones mox dictæ de Sancti Patris memorabilibus in scripturam authenticam redigesentur, & ad eruditionem Posterorum in Archivo nostro Conventûs D. Annunciatæ de Florentiâ asservarentur, prout ipsa asservantur. Huic autem rei feliciter absolvendæ P. M. Placidum Mariam Buon-

fratzieri

frizzieri de Florentiâ præfeci, qui tunc temporis in Ecclesiâ nostrâ Politianensi Conciones habebat specialí septem Dolorum B. Mariæ Virginis cultui augendo accommodatas per octo consequentes dies, in quibus ex Indulto S. R. E. eorundem recoluntur solemnia. Insuper decrevi, quòd investigarentur quamdiligentissimè redditus, & jura omnia seu spiritualia, seu temporalia ad præfatum Montis Tuniati Conventum pertinentia, & quæ par fuisset cura adhiberetur in posterum jura omnia explorandi, quæ præfato Conventui pariter in posterum ex piâ Fidelium voluntate possent accedere, deque ijs certiores fierent Priores Provinciales pro tempore existentes, ad hoc, ut tandem aliquando Conventum illum instaurare fas esset, & numero Religiosorum opportuno fovendo accommodatum habere. Huic autem rei P.M. Angelum Mariam Chiaretti Politianem sem præfeci, Virum impigrum, fervidum, solertem, & amplitudinis Ordinis nostri promovendæ præsertim in re propositâ studiosissimum, quem animi sui sensum luculentissimè demonstrat Ecclesiæ, & Conventûs nostri Politianensis elegantissima instauratio proximè Superioribus annis summâ ejus industriâ, summoque labore excitata, qualis etiamnum visitur non mediocri omnium voluptate, quin ullatenus detractum fuerit è prædicti Conventûs redditibus, ac bonis immobilibus, licet exindè comparata fuerit pecunia in hujusmodi instaurationc erogata, sed potius uno, eodemque tempore plurimum acciderit emolumenti, quæ omnia patent ex Act.s Visitationis utriusque Conventûs Aretini nempe, ac Politianensis. Demandatam sibi Provinciam hanc alacri animo ambo suscepere; interim ipse apud Serenissimum, ac Reverendissimum Ordinis nostri Protectorem Florentiæ degentem urgebam, ut opus hoc præclarissimum pro virili foveret, & feliciter absolvendum curaret, tum quoad instaurationem Ecclesiæ, & Conventûs Montis Tuniati, & Balneorum, quæ non sine ingenti animi mei dolore collabentia perspexeram, & Infirmorum usui vix accommodata, tum quoad annuos proventûs comparandos Religiosis alendis necessarios; qui sanè amantissimus Princeps pro singulari benevolentiâ, quâ Ordinem nostrum complectebatur, quoad ei licuit, præstitit, studio potissimùm ductus, Religiosos Ordinis nostri ibidem constituendi, qui eremiticam vitam ducerent, juxta leges Montis Senarij, simulque erga infirmos ad Balnea curandos accedentes veræ charitatis officia obirent, præclarissima majorum suorum exempla secutus, qui pari tenore Montis Senarij Ædes, primam nempe Ordinis nostri sedem, præ vehementibus terræmotibus dirutas, funditus eversas, ac per 60. annos, & ultra, non sine magnâ majorum nostrorum notâ omninò desertas, sentibus, ac vepribus plenas, quæque in speluncam ferarum evaserant, à fundamentis regiâ magnificentiâ instaurandas curarunt, & Religiosis ibi degentibus insigni munificentiâ prospicere non detrectarunt, quemadmodum disertè Gianius Cent. 4. lib. 5. cap. 7. Consequentibus ergo diebus P.M. Placidus Maria præfatus operâ Alexandri Scannelli Plebani de Campiliâ, & Pauli Marianelli Plebani Ecclesiæ *del Vivo*, quippe qui præ loci illius consuetudine memorabilia inquirenda edocti forent, rem ipsam aggressus traditionem de memorabilibus S. P. Philippi Testibus ætate, ac prudentiâ gravioribus apud Montem Tuniatum ad examen vocatis, quique rei veritatem disertissimè, ac summo animi sui gaudio docebant, ab ijsdem fermè diebus, quibus S. Pater Philippus ibidem latuerat, luculenter deduxit, authentico quodam Processu, qui in Archivo nostro Florentino, uti dicebam, asservatur. Traditum ergo comprobavit à majoribus, veluti per manus nunquam interruptâ serie per quatuor fermè secula, quod sub horrido specu amplitudinis insignis parvula adest Eremus in duas ædiculas divisa, quam ego semel, & iterum invisere volui, annis nimirùm 1699., & 1703., quorum altera D. Philippo tanquam cellula erat, altera verò tanquam Oratorium; in priori enim quantumlibet iniurijs advenarum, ac temporum expositâ, utpotè omninò desertâ, Fumarium adhuc servatur, quod vaporarium intra ædiculam habet adnexum D. Philippi operâ è stipulis, & luto firmiter concretum, ideòque summâ veneratione ab Incolis regionis illius exceptum. Juxta ipsum occurrit lignum quoddam ab eodem D. Philippo, tanquam cervical adhibitum, lectulus quoque ibi pariter jampridem aderat ex asseribus compositus, quem tamen pietate ducti nonnulli, licèt minimè forte laudabili, secum inde asportarunt. Imago adhuc visitur B. Virginis Filium Jesum in sinu gestantis ex gypso compacta muro illi appensa, quo duæ ad invicem separantur ædiculæ. In Oratorio parvula adest Ara Christi Domini Cruci affixi Imagine ligneâ eidem superpositâ, D. Philippi manibus fabrefacta, & in pavimento coram eadem Arâ delineata in lapide, sive opere sculpti ab eodem Sancto cælata Sepulchri figura, quòd sibi fortè adornabat, sed imperfectum apparet, quia inde recedere coactus Philippus, ut Ordinis necessitatibus præstò foret, perficere non potuit. Sanctuarium hoc duo exteriùs habet ostiola, quorum unum aditum præbet ad celluiam, ad Oratorium alterum. Ostiolum aliud adhuc habet interius Oratorium inter, & Cellulam medium, Ostiolo autem exteriori occidentem versus Inscriptio quædam desuper incumbit è characteribus ignotis composita lapidi impressa. Ingenti scopulo, qui duabus hisce ædiculis superior valdè protenditur, Petra quædam aliqua aliquantulò eminentior incumbit, ejus planè magni-

De recuperãdo Conventu montis Tuniati.

magnitudinis, quæ tanquam sedes D. Philippo par esset, non aliâ ratione in speciem sedis formata, quam impressis Philippi Corporis vestigiis, hinc in petrâ ipsâ veluti cereâ expressa, licet advertere Posteriorum omnium corporis partium à capite ad pedes usque vestigia, quod in se ipso experiri quilibet poterat, quod ego expertus fui, qui supinus ibidem incumbens cavitates pro occipite, pro scapulis, pro Brachiis, pro coaendicibus, pro dorso, pro pedibus deprehendi, satis aptè dispositas excipiendis; quinimmo situi illi aptare se solent ut plurimùm, qui spe in D. Philippum erecti capitis, vel dorsi doloribus laborant, inde levamen experti, cùm autē retrorsum vergat illa Petræ portio, quæ scapulis excipiendis inservit, inde conijcere licet, quòd corpore supinus ibi jaceret Philippus, in quâ Petræ portione cavitas quædam adest manus excipiendæ usque ad digitorum articulos capax, Dæmonis opere habita ad perturbandum Philippum orationi vacantem. Ante sedem hanc in plano ingentis scopuli, cui D. Philippi pedes incumbebant, eorundem nudatorum impressa apparent vestigia, quæ non sine magnâ cordis dulcedine venerari frequenter licet, sed utpotè aeri sudo exposita paulatim perire videntur, & oculis subduci. Haud procul ab hoc Sanctuario Balnea erant salubria D. Philippi baculo saxum percutientis meritis excitata, ejusque nomenclaturam vulgò affecuta ibidem sanè progressu temporis exficcata, solâ eorundem rotundâ figurâ superstite, aliò tamen per Montem illum translatas per appositos canales excurrere videmus aquas, omninò sulphuris speciem præferentes, Infirmotum usui accommodatas, quamobrem Campiliensés Populi D. Philippo maximè addicti, ac balnea hujusmodi telpsa salubria loco ingentis beneficij habentes Cœnobiolum haud procul à memoratâ Eremo ædificandum curarunt simul cum Ecclesiâ Patribus Ordinis nostri incolendâ, ut ipsis curæ esset Sanctuarium illud ab insigni ejusdem Ordinis Propagatore sanctissimis operibus illustratum fatum tectum tueri, & Populum ipsum ad Religionem erga D. Philippum inflammare; non enim deerant, qui ex variis Italiæ Regionibus, præsertim verò ex Eremo finitimis eò frequentet concutterent, pietate ducti non minus erga venerandum illud Sanctuarium, quàm sanitatis opere balneorum salubrium recuperandæ studio. Præterea iisdem Patribus alendis loca quædam campestria Vitibus, & Castaneis, aliisque frugiferis arboribus consita assignata sunt, quæ cùm Religiosis pluribus juxta S. Sedis Apostolicæ Decreta alendis paria non sint, Sanctuarium illud modò colere non possunt Servitæ, ab anno videlicet 1652., ex quo non mediocriter defervuit Populorum devotio, desiderantur enim modò publicæ supplicationes, quæ quâlibet feriâ 6. mensis Martij eò haberi consueverant, aliaque hujusmodi pietatis officia, quæ publicè habenda curabant Servitæ, quâvis adhuc maximè vigeat memoria, & ea jugi eorum ad locum illum venerandum concursu innotescat, quemadmodum innotescit ex singulari D. Philippi erga illos beneficentiâ. Quæ cùm ita sint, pro virili studuerunt Servitæ Balnea instauranda suscipere, Instaurandam Ecclesiam, instaurandum Conventum, & proventus Religiosis alendis necessarios cmparare.

Interim Florentiæ moritur in Conventu D. Annunciatæ P. Gallillus Catani die 8. Julij 75. ætatis annum agens, quem sine ingrati animi notâ præterire non decet; hic enim ab adolescentiâ suâ religioni, & charitati vacare maximè cœpit, omnibus proindè in dies acceptissimus, quorum æternæ saluti, absque acceptione Personarum Sacramentales Confessiones invictâ animi constantiâ, diù, noctuque excipiendo, suprema morientibus pietatis officia exhibendo, prospicere indesinenter satagebat; Deiparæ cultum mirum in modum promovit, sive quoad celeberrimam ejusdem ab Angelo salutatæ imaginem, toto Orbi in eâ Ecclesiâ venerabilem, ubi per novem dies Nativitatem Domini præcedentes solemnes cæremonias, & consueta Religionis opera pro Expectatione Partûs celebranda curavit: sive quoad ejus dolores, ubi eorundem memoriam qualibet feriâ 6., & Mense Septembri per octo continuos dies honorificentissimè recolendam pro viili contendit, uti fusiùs diximus ad annum 1675. plurimum denique nostræ illius Ecclesiæ decori contulit, & amplitudini, tum singulari virtutum exemplo, tum insigni Sacræ supellectilis augmento.

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

EX *Monumentis eorundem Conventuum, et ex Archivo Florentiæ.*

Coronatur Imago B. V. M. de Monte Urbano. Indulgentia Plenaria perpetua pro tertiâ Dominicâ Septembris. Promovetur in dies Reformatio Regularis. Florentia augetur ornamentum Ecclesiæ D. Annunciatæ.

CAP. XVII.

ANnum hunc memorabilem Ordini nostro reddit solemnis coronatio Imaginis B.V.M., et ejus Pueri Jesu apud Eremitas nostros in Monte Urbano miraculis illustris, quæ habita hac lege fuit. Prima Junij die, quæ fuit Dominica circa vigesimam horam ad nostram illam Ecclesiam accessit D. Melchior Maggi Urbinas Basilicæ Vaticanæ Canonicos, ac Summi Pontificis Cubicularius Rochettum, ac Mantellettam indutus se jugo vectus pilento D. Pauli

Pauli Hieronymi della Torre Patricij Genuensis ici Aluminariæ Præfecti. E Pilento verò descendens, vix plateam ingressus varijs humanitatis officijs Magistratûs Tulpherini Proceres est prosecutus, qui obviam ei ibidem venerant, ut speciali ipsum honore excipientes palam omnibus facerent, acceptissimam sibi, & omnibus Loci illius Incolis esse cœremoniam hanc solemnem, quippequi faciam præfatam Imaginem summâ veneratione prosequuntur. Præcedente Cœremoniarum Præfecto super argenteam Pateram duas aureas Coronas deferente imaginibus B. V. M., ejusque Filij imponendas ad medium plateæ accedenti, obviam habuit Sutrinensis, ac Nepesini Episcopi Vicarium, in cujus Diœcesi nostra illa sita est Ecclesia, cum universo Clero seculari, Cottam indutum, in F limine verò Ecclesiæ ipsum reverenter excepit cum omnibus PP., & FF. ejus Eremi Rector Cottam, ac Stolam indutus, qui aspersorium argenteum ei obtulit, quo seipsum duntaxat aspersit Prælatus, deinde prædictis omnibus comitantibus coram Augustissimo S. Eucharistiæ Sacramento provolutus brevi oratione habitâ, ad Aram Principem accessit, Sacram Deiparæ Imaginem ibidem positam veneraturus. Inde locum adijt Capituli, ubi celebratum juridicè fuit Instrumentum donationis, ac traditionis hujusmodi diadematum, quæ Basilicæ Vaticanæ Capitulum ex Legato D. Alexandri Sfortiæ alibi memorati illius Eremi Patribus dono dare decreverat, G prædictis Imaginibus imponenda, rogato super his Notario Publico. Post hæc idem Prælatus comitantibus omnibus ad Aram principem redijt, ubi in Cornu Evangelij apud genuflexorium ad hoc decenter ornatum se sistens duo aurea prædicta Diademata à Præfecto Cæremoniarum sibi oblata præfato P. Rectori tradidit Sacris illis Imaginibus imponenda, quòd subinde præstitit P. Rector; interim præcinente dicto Prælato, decantata fuit more Ecclesiastico Antiphona *Corona aurea*, &c. mox hymnus *Ave Maris Stella* cum ℣. *Gloria, & honore coronasti eam Domine*, &c. quibus completis orationes quasdam persolvit Prælatus juxta cæremoniarium Basilicæ Vaticanæ Capituli descriptas. Sub- H inde decantatæ fuere Litaniæ ejusdem B. V. M., eâque ratione absoluta fuit solemnis hæc cæremonia, præ dignitate Virorum, qui eidem interfuere, maximè conspicua, nam præter superiùs memoratos Proceres accessit & Eminentissimus Sanctæ Crucis Episcopus Viterbij, qui privatim incognitus toti Cæremoniæ interfuit, ac tet Ecclesiam, & B. V. Imaginem venerabundus invisit. Item D. Joseph Ferraro Gubernator Corneti, & Frater ejus Germanus, Viri nobiles, & Mulieres ex Urbe quamplures, universaque Familia *della Torre*; conspicua quoque præ Populi frequentiâ, plurimi enim eò convenerant è finitimis Oppidis, & Urbibus, quantumlibet imbrium copia deterrere eos potuisset. E Itidem conspicua præ Religione, quâ Tulpherini potissimùm interfuere, institutâ nimirùm ad Ecclesiam illam generali supplicatione Cleri, tum secularis, tum Regularis, Magistratûs, & singularum Confraternitatû, plurimi quoque ipsâ die Divinæ Mensæ accubuerant, & alia pietatis opera obierant. Denique conspicua præ honorifico Ecclesiæ apparatu, cereorum ardentium non mediocri numero, aliisque lætitiæ significationibus; nec defuere Patres votis Fidelium explendis Imagines B.V., Jesuque Filij novo diademate instructas singulis piâ liberalitate distribuendo; hujus autem Actionis monumentum extat in Ecclesiâ impressum in lapide, prout illam invisentibus legi potest; concessâ in F perpetuum Plenariâ Indulgentiâ utriusque sexus Fidelibus pro primâ Dominicâ cujuslibet Anni ad eandem Ecclesiam orantibus.

Coronatio B.V. de Monte Urbano.

Hoc eodem anno humillimè petentibus Ordinis nostri Superioribus Summus Pontifex Clemens XI. Indulgentiam Plenariam perpetuò largitur omnibus, & singulis Ordinis nostri Ecclesijs pro Dominicâ Tertiâ Septembris, prout constat ex sequentibus Literis.

Indulg. Plenar. perpetua pro Dominic. 3. Sept.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

G *INjunctæ Nobis Divinitùs Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum thesauros dispensationi nostræ à Domino creditos fideliter erogemus, cùm id ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque Dilecti Filij Joannis Petri Bertuzzoli Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque Sexûs Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs quorumcunque Conventuum dicti Ordinis, tàm hactenus erectis, quàm in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, Dominicâ tertiâ Mensis Septembris à primis Vesperis* H *usque ad occasum solis Dominicæ hujusmodi, annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordiâ, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seù exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent*

rent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 11. Junij MDCCIV. Pontificatûs nostri anno quarto.

F. Oliverius

Ex quo interdicta sacris Regularium Ordinibus novem ab hinc circiter annis fuerat facultas recipiendi ad Habitum quoscumque, nisi exactæ Vitæ Communis, aliarumque legum juxta Decreta Apostolica anni 1695. observantia vigeret; idque nonnisi ægerrimè consequi liceret, tum ob inopiam conventuum, tum ob alia graviora rationum momenta, sacri hujusmodi Ordines non sine gravi Christifidelium jacturâ sensim ad nihilum redigi videbantur, qui eorum operâ, ac studio indigere se sentiunt, tum quoad Verbi Dei B prædicationem, tum quoad Sacramentorum administrationem, tum quoad Adolescentium institutionem. Quod serò perpendens Summus Pontifex Clemens XI. Superioribus omnium Sacrorum Ordinum coram se vocatis significavit, quòd habitis pluribus Congregationibus super disciplinâ Regularium, tandem aliquando decreverat licentiam impertiri recipiendi ad Habitum, ne sacri eorundem Ordines perirent, dummodo exacta vita Communis juxtà Prædecessorum suorum Decreta servaretur, ibi saltem, ubi jam instituta fuerat, & ubi suppetebāt proventus eidem servandæ pares: ubi verò impares fuerint pecuniæ, reipsa apud Superiores Conventuum juxta propria singulorum statuta deC ponerentur, nec erogarentur, nisi à Ministris ad id deputatis unanimi Patrum consensu, quoties deponentium necessitatibus consulere deceret; insuper exactè servarentur speciales eorundem Ordinum Leges, sive quoad vestes, sive quoad Mensam, sive quoad Cellarum paupertatem, sive quoad reliqua omnia, de quibus certior fieri volebat, tum per ipsorum Regularium testimonium jurejurando confirmatum, tum alâ ratione sanctitati suæ tantummodò compertâ. Quamobrem P. Generalis Noster, æquè ac reliquorum Ordinum Generales, in visitationibus, & publicis Provincialium Congregationibus omne studium adhibuit, ut Apostolicis hisce Summi Pontificis sensibus morem gererent D singuli, reformarentur mores, Disciplina regularis vel firmaretur, vel restitueretur; quâ ratione recipere plures ad Habitum in singulis Ordinis nostri Provinciis sensim licuit, & reviviscere cœpit, quæ seosim imminui videbatur Religiosa Servorum Deiparæ Familia.

Promovetur Reformatio incepta.

Hoc anno pariter undequaque perfectū apparuit oculis omnium venustissimum, magnificūque ornamentū insignis Ecclesiæ toto Orbe celeberrimæ SS. Annunciatæ de Florentiâ; quod cum variis in locis hujus historiæ juxtà diversitatem temporum, in quibus talia ornamenta in dies succrevére, indicatum fuerit, non abs re Posterorum eruditioni factum exiA stimo, si hic omnia, quæ temporibus nostris initio facta in unum recenseantur. Pro quo sciendum est, quòd cùm usque de anno 1665. ex motivo alibi designato, ex præfatâ Ecclesiâ translatæ fuerunt quamplurimæ votivæ Imagines, quæ in honorem, & acceptarum à Fidelibus gratiarum, & miraculorum gratitudinem super tabulata in muris Ecclesiæ interioribus circumquaque dispositæ cernebantur, ac in Atrio anteriori ante valvas ejusdem Ecclesiæ locatæ fuissent, Patres illius Cœnobij pro majori ejusdem Ecclesiæ ornatu solicitiores effecti, plurimis adhibitis consultationibus, rem tanti momenti solertissimo totius Ordinis Generali P. Callisto Puccinelli communicarunt, quo mirabiliter insigne opus hoc nedum approbante, sed etiam fovente, implorato quoque validissimo auxilio Serenissimi Principis ab Etruriâ Matthiæ, & coadiuvantibus quampluribus benefactoribus grande opus attentarunt, totum Ecclesiæ tectum interius exquisitis laquearibus singulari arte Petri Giambelli Artificis Pisani fabrefactis tegendo, auro subinde, ac ceruleo permixtis colore ornatis, demum pictura celebri in medio laquearis penicillo egregij Pictoris Balthassaris Francceschini, vulgò dicti *il Volterrano* B. M. V. in Cœlo Assumptionis mysterium exprimente decoratis; quamvis sequentibus temporibus pio motu, ac nobili expensâ Regiæ Celsitudinis Cosmi III. Mag. Etruriæ Ducis cæruleo colore in album mutato, utpotè ad elevandum machinæ totius prospectum aptiorem existimatum. Inter principaliores autem ad opus hujusmodi perficiendum, unà cum PP. dicti Conventus Benefactores numerantur præ cæteris Illustriss. DD. de Francceschis, necnon Illustriss. D. Antonius Burgos Smirnensis vulgò dictus *il Celibi*. Post impensam curam plurium annorum tam magnificum ornamentum absolutum oculis omnium, necnon admirationi prorsus apparuit, expensis in eo tùm Benefactorum, tùm etiam Fratrum ope non minus quàm quinque millibus aureorum. Sed neque hic constitit pia Patrum solicitudo in augendis ornatibus d. Ecclesiæ; cùm etenim D. Senator, & Eques S. Stephani Donatus Antella, ex descendentibus B. Manetti de Antellâ unius ex septem Ordinis nostri Fundatoribus in suis ultimis tabulis de anno 1666. Ecclesiæ testudinem satis amplam, quæ supra chorum residet, assignatis sex millibus aureorum, picturis, auro, & plastice ornandam suæ voluntatis executoribus demandasset, adeòque PP. apud Serenissimum Etruriæ Magnum Ducem institerunt usque dum pijsimus Princeps, & erga Sanctiss. Dei Virginis Matris Ecclesiam devotissimè affectus, per speciale decretum quatuor Operarijs ad id electis opus egregium perficiendum commisit, eâ pulchritudine, ac magnificentiâ, quæ usque in præsens non sine animorum volup-

Completur ornatus Ecclesiæ D. Ann. de Flor.

tate à Fidelibus inspicitur, egregiè depictis in illâ vastâ testudine manu ejusdem pictoris vulgò dicti *il Volterrano* Sanctis omnibus veteris testamenti, qui Assumptioni B. M. V. in Cœlum devotissime obsequuntur. Post hæc eorundem Patrum erga Sanctiss. Dei Matrem devotio, et cura minimè cessavit, sed cùm idemmet Senator Donatus Antellensis in supradictis testamenti tabulis, Cappellas quoque præfatæ Ecclesiæ magnificè ornari legasset, additâ conditione apponendi Gentilitia propriæ domus Insignia in unaquaque earum, & in hoc earundem Cappellarum Patronis validissimè opponentibus, summo labore, studio, ac vigilantiâ plurium annorum, id demum obtinuerunt PP. ut Serenissimus Magnus Dux Cosmus III. præ insigni ejusdem Regiæ Celsitudinis erga nos, Ecclesiamque nostram devotione juberet eisdem Cappellarum Patronis, ut talem armorum appositionem ea motivo publicæ pietatis minimè impedirent, prout adamussim impletum est, ablatâ quoque in perpetuum acerrimâ contradictione DD. de Falconerijs, quæ cùm per tria circiter sæcula Patres vexasset, & neque per D. Antonini Laudum plenè umquam sopita fuisset, his diebus, favente ipsamet humanis generis protectrice Mariâ, per concordiâ nullis umquam temporibus infringendam cessavit, apposito in dictâ Ecclesiâ marmoreo monumento concordiæ. Quare in omnibus Cappellarum tam quæ in corpore Ecclesiæ, quàm circà chorum prospectibus marmore phrigio inauratis ex plastice ornamentis, magnificâ quidem pompâ, additis quoque supra portas Chori principaliores in cornibus Evangelii, & Epistolæ Aræ majoris duabus in marmore sculptis Imaginibus B. Patris nostri Philippi, & B. Julianæ, manu egregij Viri Joachinii Fortini delicato studio perfectis, undequaque absolutum opus apparuit sub hæc tempora, impenso ære non modico tam ejusdem Conventûs, quàm præfati Senatoris Donati Antellensis, cui in tantæ benignitatis perenne monumentum marmorea Statua excitata fuit, & in loco satis decoro ejusdem Ecclesiæ cum inscriptione apposita; circa Tribunam verò, quæ chorum cingit interius apposita fuerunt hæc verba:

Ad Majorem Dei Gloriam.
Ludovicus Gonzaga II. Marchio Mantuæ Virgini Genitrici posuit anno sal. MCDLXXVII. Hujus Cœnobij PP. plastice, auro, & marmore ornarunt anno MDCCIV.

Postquam enim testudinem, & Tribunam hanc erigendam, ut diximus, curaverat Ludovicus Gonzaga, circum ipsam describta legebantur hæc verba:

Ludovicus Gonzaga II. Marchio Mantuæ Virgini Genitrici Religionis causa p. fuit anno salutis MCCCCLXXVII.

Quæ verba occasione hujus Instaurationis obliterata, restituta, uti modò diximus, fuere.

E
ANNOTATIONES IN CAP. XVII.

Omnia colliguntur ex monumentis eorundem Conventuum.

Indultum pro Officio Desponsationis B. V. M. & Lectionibus proprijs S. Georgij Martyris. Venetijs novus constituitur Novitiatus.
CAP. XVIII.

Sacra Rituum Congregatio enixè, & humillimè petente Joanne Petro Bertazzoli Procuratore Ordinis in Romanâ Curiâ primùm indulsit die 4. Aprilis
F
hojus anni, quòd in Ecclesijs Ordinis nostri sub titulo S. Georgij Martyris consecratis die 23. Aprilis recitetur Officium cum Lectionibus secundi Nocturni proprijs sequentibus.

IN FESTO S. GEORGIJ MARTYRIS.

Lectiones pro secundo Nocturno.

Lectio IV.
De Sermone S. Laurentij Patriarchæ Venetiarum.

Georgius Propugnator eximius, terrenæ obrenunciavit Militiæ, ut Christi Miles efficeretur egregius. Facultates, quas habebat, dispersit Pauperibus, ut divitias perennes possideret in Cœlo. Suam quoque animam odivit in
G
Mundo, ut in vitam illam custodiret æternam. Repererat pretiosam Margaritam latitantem in agro, per quod distractis omnibus mercatus est eam. Dominum dixisse audierat: Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse Discipulus. Prætulit Discipulatum Christi opibus, honoribus, voluptatibus corporis, & temporali vitæ; ideò intrepidus, armatus, & nudus secutus est Christum. Non carceres, gladios, fustes, vincula, aculeos, tortores, ignem, Tyrannos expavit, nec mortem. Nudus nudum Christum attendebat in stipite, illius accendebatur exemplo, ejusque Passionis doloribus angebatur. O beata mens Martyris, quæ nec tribulatione, nec angustiâ,
H
nec plagis, nec laboribus, nec præsentibus, neque futuris à Christo valuit separari. Tu autem Domine miserere nobis.

Lectio V.

Vivebat in carne, & corde cum Christo jam pendebat in Cruce, ideòque dicebat: Christo Cruci confixus sum: Vivo ego jam non ego, vivit autem in me Christus. Longè excellentiùs Martyr sic mortuus vivebat in Christo, quàm si feliciter florens, alienus esset à Christo. Vides, quàm locuples talis sit Mors, quæ vitam cum Christo præstat æternam. Sic planè mortuus erat B. Georgius vivens in Christo. Mortuus quippe erat vitijs, mortuus erat seculò, mor-

mortuus erat & sibi. Nisi taliter fuisset mortuus, minimè Christo vivere potuisset. An non mortuus erat seculo, qui oblatas dignitates, & gaudia, pro amore Christi, & spe æterna mercedis repudiavit ut stercora? Nonne vitijs erat defunctus, qui laboribus, abstinentiâ, paupertate, virtutibusque cæteris corpus quotidianâ maceratione domabat? De talibus Pauli voce dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixere cum vitijs, & concupiscentijs. Quo modo verò sibi ipsi vixisse Sanctus iste dicendus est, qui verbum Dei circumquaque disseminans, Christi gloriam audientium auribus insonabat? Quos valebat auferre Diabolo, lucrabatur Christo, magnanimitate namque præcinctus, & charitatis dono suffultus coram Regibus, & Terræ Principibus Christum liberâ confitebatur voce. Tu autem Domine, &c.

Lectio VI.

HInc factum est, ut carceri manciparetur, virgis, & scorpionibus caderetur, lampadarum ustionibus cremaretur, laniaretur, torqueretur, perimeretur. In his, quoniam vivebat in Christo, se exhibebat ut mortuum. Nulla planè in illo quærimoniæ resonabat vox, nullus repugnandi motus. Tamquam bellator præcipuus arbitratus est fore incongruum, ut, patiente Rege, atque pro Animarum occumbente salute, ipse segniter viveret, & sine certaminis exercitatione deficeret. Frequenter animo illud evangelicum revolvebat, majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro Amicis suis. Quamobrem dilectionem, quâ habet ad Dominum, factis maluit ostendere, quàm verbis. Redemptorem atique suum non ingratus de munere est imitatus in morte, de quo ait Propheta: sicut ovis ad occisionem ductus est, & tamquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Obmutuit planè iste, & os suum, nisi orando, aperuit, quatenus hostia Deo Patri acceptabilis fieret, nec illi in longanimitate patientiæ inveniretur dissimilis, qui in Crucis perpessione supplicij, eloquium nullum contradictionis emisit. Hinc gestum est, ut Domini sui, sicut socius extitit pœnæ, ita particeps illius efficeretur gloriæ, qui in cælesti Regno cum Patre, & Spiritu Sancto triumphat in secula. Tu autem Domine miserere nobis, &c.

Deinde ipsa die induisit, in quibuscumque Ordinis nostri Ecclesijs recitetur Officium Desponsationis B. V. M. cum S. Joseph singulis annis die 23. Januarij, prout constat ex proximè sequenti Decreto.

Ordinis Servorum B. M. V.

SAcra Rituum Congregatio gratiam in similibus factam benignè extendendo, ad enixas, demissasque preces P. Joannis Petri Bertazzoli Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis Procuratoris Generalis ab Eminentissimo, &
A *Reverendissimo D. Card. Coloredo relatus, indulsit, atque concessit, ut à toto Ordine Servorum prædicto Officium Desponsationis B. M. Virginis cum Sancto Josepho singulis annis die 23. Januarij recitari possit, & valeat. Die 4. Aprilis 1705.*

G. Card. Carpineus.

B. Inghirami Sac. Rit. Cong. Secretarius.

In Conventu S. Mariæ Servorum de Venetiis excitatæ hoc anno à fundamentis magnificè sunt novæ quædam Ædes pro Clericis Novitijs recipiendis, duodecim nimirùm Cellæ per Dormitorium eleganter constructum distributæ, quibus accessit & sacellum Exercitijs spiritualibus obeundis accom-
B modatum.

ANNOTATIONES IN CAP. XVIII.

OMnia colliguntur ex Originalibus supradictarum concessionum S.C.R.

Præclara gesta, & obitus Venerabilis Servi Dei P. Julij Arrighetti de Florentiâ describuntur.
CAP. XIX.

EXimia sanè veneratio, quâ P. Julium Arrighetti de Florentiâ prosequi teneor ob ingentia, tum Ordini, tum
C mihi speciatim ab ipso collata beneficia, maximè verò ob præclarissima virtutum omnium specimina, quæ nobis admiranda simul, & imitanda exhibuit, me potissimùm urgeret, ut rerum ab ipso gestarum per 84. annos seriem ob oculos Posteris objicerem, ut ipsi exinde ad excolendas virtutes longè majori studio inflammentur, hinc enim discere iisdem licet, quòd heroicæ sanctitatis apicem attingere quispiam potest, quamvis ab infantiâ, vel etiam ab adolescentiâ eò contendere minimè studuerit, neque ipsius assequendæ ab ijs usque diebus exhibuisse præludia videatur. Quem enim Julius singulari dilectione complexus in Ordinem nostrum ultrò recepit, Sacro Habitu proprijs manibus
D induit, cujus Professionem solemnem excepit, ubi Provinciæ Nostræ Etruriæ præerat, quem pariter varijs insignivit honoribus; ad bonarum Literarum studia promovit, ad familiarem sui consuetudinem, & Divina colloquia frequenter admisit, ac salutaribus monitis imbuerat, temperare ipsi mihi non possem, quin fusius de ejus laudibus dicerem, ejusque præclarè gesta prædicarem; nisi enim hoc præstarem, ingrati animi notam, vel potiùs ignorantiæ declinare apud Viros frugi non possem. Cùm autem id præstiterit, & quidem satis abundè, longèque melius, quàm præstare mihi liceat, D. Joannes Franciscus Maria Poggi Ordinis Nostri Ex-Generalis,

Episcopus modò Miniatensis. Anno nimirùm 1714., quo hæc scribimus, qui anno proximè Superiori Lucæ typis impressa italico idiomate incredibili plausu excepta edidit, & Ordini Nostro universim consecravit, quæcumque de Julio hinc inde sparsim colligere potuit, reverà digna, quæ ad Posteros transferrentur, sive servus ipse Dei, dum adhuc nobiscum, præclarè gesserat, sive post ejus ob rum ad ejus sanctitatem testandam admiranda patravit Altissimus, supervacaneum esset, vel potiùs temerarium opus idem suscipere, & actum agere, quamobtem ab hujuscemodi opere omninò abstinerem; verùm quod Annalium Ordinis Nostri ratio exigit, ut honorifica quæcumque ad ipsum quoquomodo spectantia iisdem inferantur, temerarium verè esset hujus servi Dei egregiè gesta omittere, eorumque pretio Annales nostros non illustrare. Itaque rem ipsam aggressus hoc anno 1705., quo fei x eiusdem Obitus contigit, præcipua virtutum capita, quibus, & Ordini decus insigne, & sibi mortem pretiosam, & Deo gloriam singulatem promeruit, paucis exponere saragam, prout Operis à me suscepti ratio expostulare videtur; quæ tamen ab Episcopo præfato accepisse me fateor, ideoque ipsi me plurimum debere.

Itaque Julius anno salutis 1622. die 16. Martii natus in Oppido per duodecim milliaria ab Urbe Florentiâ dissito, quà Bononiâ aditur, quòd ab Ecclesiæ majoris Titulari, & à Flumine juxta ipsum profluente dicitur S. Petrus ad Seve, ex honestis Parentibus Silvestro Arrighetti, et Selvaggia Sbaccheri, quibus sanè curta supellex erat, sed Divinæ benedictiones non deerant, ex illustri Familiâ de Arrighettis Florentiæ notissimâ haud temerè suam originem duxisse creditur, licet ipse nunquam de hac re suspicarus vel minimum fuerit, quatenus Familia hæc clarissima *Ortus.* æquè ac eiusdem generis aliæ ob civiles dissensiones ab anno usque 1300. Florentiâ pulsæ in varias Orbis terræ partes dispersæ, exulare cogebatur, donec compositis Florentiæ factionibus pristinum in Patria postliminio recepit splendorem; antequam verò eò reipsâ reperetet, optimè consultum putavit aliquantulum procul ab ipsâ inter Mugellana Campestria degere in loco mox indicato; vero autem proximum videtur, quòd interea temporis, qui deinceps ex eâ Familiâ prodierint, sicut à reliquis illius clarissimæ Gentis proceribus loco dissiti, ita & sui generis in serie non adsciti, fortunæque bonis destituti, fabrilia exercere coacti ad vitam sustentandam, nomen quidem Familiæ, non autem Nobilitatis splendorem servaverint. Ex iis autem Julium nostrum prodiisse, ejusque majores haud temerè dictum videtur, iisdem quoque Florentinis Patriciis de Arrighettis, qui proinde veneratione summâ Julium nostrum prosecuti, ejus subuculam, & alia ad

E ipsum spectantia, post ejus obitum domi suæ, tanquam Sanctorum Reliquias habere studuerunt, quæ de Julio prædictus Episcopus scripserat, ac typis impresserat, quoad hoc etiam speciatim ex animo probatunt, sibique oblata libenti animo exceperunt.

Salutari lavacro renatus ipsâ die, quâ in lucem editus fuerat, Fortunati nomen accepit, natu major duabus Sororibus, quas tantum, & Fortunarum nostrum è Selvaggiâ susceperat Silvester, è quibus priori nomen fuit Barrholomæa, posteriori verò Silvestra. Illa quidem ad Sanctimoniam, & Pietatem colendam maximè propensa Monastico cuidam Instituto nomen dedisset, sed præ naturali sui corporis infirmitate prohibita, domi suæ Virginitatem servans, vitam duxit, quoad F ei fieri licuit, S. Claræ Instituto conformem ad trigesimum usque ætatis annum, quo confuetis confecta laboribus, nec non voluntariis sui corporis macerationibus fato cedere coacta fuit, domum relinquens plurium virtutum odore refertam. Hæc autem in Monasterio S Matthæi apud locum quemdam, qui vulgò dicitur *Arcetri*, juxta Florentiam positum Ordinis Seraphici, ætate, ac perfectione gravis paulò post, quàm eius Frater obierat, ex hac luce migravit. Illi magis adhærebat Fortunatus, & adhuc Puer longè libentiùs familiari ejus consuetudine delectabatur, cui magis animo conformis, quoad pietatem colendam secretiora Domûs loca, prout ei, adhuc Puero fas erat, onà cum ipsâ petebat, G ut Orationis studio vacaret. Triennis Patre orbatus fuit, adeòque unius Genitricis curæ concreditus Fortunatus noster, quæ anno Domini 1658. die 18. Julii in senectute bonâ, cui Filius ipse haud mediocri Charitate aderat, plena dierum obiit, vitam sanctissimè juxta Christi Domini præcepta instituit. Intellectu quidem hæbes ab ineunte ætate erat, quæ memoriter retenenda sunt excipere difficilis, dimittere facilis; linguæ quoque vitio laborabat, proindeque exprimere non valens vocem hanc *Processione*, *Potetone* dicebat, & à sibi coetaneis Pueris ludibrio habitus erat. Verùm hujusmodi Naturæ defectus improbo labore compensare studebat, & mirabili planè patientiâ, prout ex dicendis de hac virtute constabit, aliunde quoque Divina Clementia in benedictionibus dulcedinis ipsi prævenH niendo non defuit, in primis enim ad pietatem natus videbatur, solutis præterea linguæ vinculis expeditè loqui cæpit, intellectus, & interiores aliæ Potentiæ hebetudine pristinâ depositâ longè promptiores evasére, quemadmodum ex iis quamplurimis, quæ consequentibus annis ad obitum usque ipsum præstitisse dicemus, satis abundè compertum erit; ex quo incredibile Matri, Magistroque gaudium accessit, qui subindè, nec temeré, insignes in Fortunato progressus augurabantur.

Parentum, & Sororũ eius conditio.

Naturales imperfectiones.

His ergo Divinæ gratiæ præsidiis instructus

ctus, et à Genitrice optimè institutus, quantumlibet Domi suæ adhuc Puerulus Religiosam duceret vitam, erga Pauperes misericors, quibus opem ferre sitibat, & eleemosynam proptijs manibus præbere gloriabatur; insigni præditus verecundiâ, ab ineptijs, & quærimonijs alienus, ætati puerili familiaribus, ac demum Altariola erigere, sacram aliquam Imaginem venerandam sibi, & alijs exhibere, aliaque Pietatis officia præstare, quæ exercere solent Presbyteri, ipsi in delicijs esset, nihilominus passim dictitabat Religiosæ Familiæ nomen dare se velle, quæ Deo, ac Deiparæ speciatim militaret, quin fortè intelligeret, quid hisce verbis exprimeret, utpotè vix usu præditus rationis. Duobus autem circiter annis exactis, qui vix duodecimum ætatis attigerat, sibi temperare non potuit, quin Matri desiderium aperiret, quo vehementer incensus jampridem fuerat Religiosum Institutum amplectendi B. Virgini specialiter consecratum, quod quidem non sine lachrymis Mater accipiens mixtum doloti gaudium experta, vocanti Deo resistere non ausa Jacobi Sbaccheti Fratris sui operâ cum D. Julio Card. Sacchetto Ordinis Nostri tunc Protectore id egit, ut PP. D. Annunciatæ de Florentiâ die 30. Augusti anno 1634. Ipsum unanimi consensu receperint, cujus præclatam Indolem admirati Virum minimè vulgarem fututum præsagire non verebantur. Die verò 8. Septēbris Novitiatum ingressus, completo probationis Mense, die 4. Octobris Dionysius Bussotti Ordinis Nostri tunc temporis Prior Generalis sacro Habitu induit, nec amplius Fortunatum, sed Julium appellandum esse statuit, ut ita melius præclarissimi Benefactoris sui clementiam memori semper animo recoleret, anno tandem 1638. die 25. Martij solemnem emisit Professionem.

Religionem ingreditur.

Ut autem ab Instituto Religiosæ vitæ capessendo deterreretur, non desuere Dæmonis artes, Genitrix enim Julij hunc animadvertens constitutione Corporis exilem, ac præ nimiâ fortè Rectoris, seu Ministri severitate arbitrata fore, ut exhaustis Viribus infirmari cogeretur, è novitiatu educere, Domique suæ restituere decreverat; quo animi consilio Cœnobium D. Annunciatæ aliquando petijt; verùm ad Cœnobij limen accedens aliquem sensit, quin tamen ullum videret, qui bis eam adeò vehementi impetu retrorsum adagerat, ut corruisset omninò, nisi præsto quidam fuisset ei regendæ; quod tamquam aliquid præter ordinem naturæ, Deique monitum esse sibi suadens longè meliori consilio re infectâ inde recessit.

Tum verò maximè sanctis virtutibus vacare incipiens retrò nunquam aspexit, sed magis, ac magis in dies proficiens virtutum omnium ornamentis in gradu quoque heroico instructus tandem apparuit, de quibus pro dignitate acturus, operæ pretium arbitror Lectorem de naturalibus virtutibus, ac dotibus præmonere Julio proptijs, quippequæ supernaturalibus virtutibus assequendis haud mediocriter conducunt. Ingenio in primis alacer fuit, intellectu perspicax, reminiscendi virtute singularis, quæ quidem præ cæteris, ut diximus, specialia Dei munera fuere ab ipsa usque Pueritiâ eidem collata. Quamobrem Literarum studijs addictus, nemini secundus erat, tum in percipiendis Doctrinis, tùm in Literarijs concertationibus, & hisce similibus actionibus habendis, tum in operâ iisdem studijs navandâ; ex quo factum est, ut in Comitiis Generalibus Romæ habitis anno 1652. præ pluribus alijs dignus habitus fuerit, qui Theologicas Theses in tantâ Virorum frequentiâ tuendas susciperet, quod sanè præstitit singulari omnium plausu exceptus, subindeque ab Henrico Burgo Doctrinâ notissimo ad Generalem Ordinis Præfecturam id temporis assumpto ad Magisterij gradum alijs posthabitis promotus; cùm enim jus sibi competeret duos dumtaxat in generalibus Comitiis laureâ magistrali decorandi, Juliū omnibus alijs, vel alteri quoque prætulit, quem proinde secundo loco ad eundem gradum promovit, quem præferendum duxerat, eius ingenii alacritate Theologicæ actionis celebritate, communique Doctorum capitum approbatione commotus; prætereà domesticis Ordinis nostri Accademijs præfectus, primùm Biturgij Philosophiam exposuit, Mātuæ deinde tres annos Sacram Theologiam, sex annos continuos Vincentiæ, septem integros annos Florentiæ, Oenipontem unà cum Callisto Puccinellio Vicario Generali Apostolico anno 1659. profectus est, dignus præcæteris habitus, qui ipsum eò comitaretur, & Literarias exercitationes haberet, ubi Germanicæ Provinciæ habita fuere Comitia; ac demum, Serenissimo magno Etruriæ Duce Ferdinando II. probante, Sacram Theologiam in Universitate Pisanâ publicè professus fuit. Verbum quoque Dei in variis Italiæ Urbibus annuntiavit, Forolivij nimirum, Perusij, Parmæ, Senis, Mantuæ, Ferrariæ, Florentiæ, Bononiæ, & in Urbe, ubique plausu exceptus, non modò ob eloquentiam, & elegantem dicendi rationem, quâ summopere placebat, verùm etiam ob Apostolicum studium, & argumentorum momenta, quibus errantes ad viam veritatis redigere solebat. Idipsum quoque egregiè præstitisset anno 1667 Quadragesimali tempore apud Serenissimam Annam Medices, Archiducissam Austriæ Oeniponte, quo designatus fuerat anno proximè superiori, prout fusiùs ad annum 1666. cap. 21. in hisce Annalibus. Eximiâ præditus Prudentiâ, & discernendi facultate nonnisi sapientissimè in rebus quibusque decernebat, & ad quæcumque, quantumlibet ardua assequenda nonnisi aptissima media eligere noverat. Hinc regendum bis aggressus insigne Ordinis Nostri Cœnobium Flo-

Naturales animi dotes.

Florentiæ, primò quidem anno 1668., iterum verò anno 1676., deinde ad Provinciæ E Etruriæ Regimen anno 1677. assumptus, & anno 1682. ad Generalem totius Ordinis Præfecturam Summi Pontificis Innocentij XI. speciali Indulto promotus, quam per octo annos, & ultra administravit, sanctissimis imbutus, ac Salutaribus præceptis præclara virtutum suarum undequaque passim præbuit specimina, cæteros exemplo præcedens, ad custodiam Legum mirum in modum incitabat, ab earum multiplicitate abhorrens, molestiis quibusque superior, exercendis virtutibus addictus, omnibusque ubique præsens Ordinis incremento, atque decori haud mediocriter contulit, ex quo publicæ tranquillitati, bonarum Literarum culturæ, morum Sanctitati, ac Disciplinæ F Regulari optimè consultum nemo non vidit. Cæteris in Ordine Præfectus gravitatem suavitati mirum in modum miscebat, sibique reverentiam simul, & benevolentiam apud subditos conciliabat, passim proinde dictus sapiens, amabilis, & prudens. Literis additos, & scientijs ornatos maximè coluit, quàvis de se, prout par erat, humillimè sentiret, animo tamen generosum, prout sese ferebat occasio se exhibebat, vultu quidem Leonis præferens speciem, corde verò magnanimitatem. Solertiss mus fuit etiam à Viris Prudentibus habitus, etsi Charitati indulgens naturalem hanc vim quandoque dissimularet, ut eorum pudori parceret, qui eum decipere non vererentur. Loquendi aliàs parcissimus, G quoties tamen id petebat necessitas eâ virtute, eâque facundiâ loquebatur, ut non mediocrem errantibus incutere terrorem solebat. A flictis levandis, ferè dixerim, natus eos maximè ad mala perferre dum roborabat, sibi quodammodo communia facere visus eorundem adversa. Naturæ indole adeò clemens, adeò benignus erat, ut sive alijs præesset, sive par foret, aliquid ulli prorsus negaverit, quod sui juris esset, largiri. Hinc si fortè quorundam votis facere satis non potuisset, eo animi angore tenebatur, ut aliquid maximè adversum sibi accidisse videretur. Erga se austerus, erga alios comis, & facilis, ingravescente potissimùm ætate neminem à se mœrentem dimittebat; quin etiam pœnas H de errantibus sumere coactus, prout Magistratuum ratio poscebat, ipsosque corripere adeò humaniter id illi sum præstabat, ut nemo, vel unus ab ipsius correctione, et pœnarum impositione resilire unquam tentaverit. Denique munditiem corporis dilexit, & quoad ei licuit, non mediocriter coluit, cum simplicitate tamen, & paupertate coniunctam, dicere solitus, quòd corporis mundities animæ nitorem indicare plerumque videtur, quodque Redemptor noster vitam sanè pauperem duxisse legitur, non autem à munditie alienam, ideoque voluisse, quòd Sacratissimum sui Corpus, etiam post obitum sindone mundo involutum, & sepulcro reconditum fuisset, in quo nondum quisquam positus fuerat, adeoque mundissimo; ac revera Julius noster, quantumlibet senio confectus, variis morbis affectus, & pluribus, iisque fœtidis plenus ulceribus, necnon summæ paupertatis custos, mundus semper apparuit, neque gravem ullum exhalavit odorem.

Naturalibus hisce dotibus accessit virtutum Cœlestium apparatus, quæ plane, veluti gemmæ auro insertæ, insigne Julio pretium contulere. Fide inprimis, ut à Theologicis exordiar, quemadmodum dignitas exigit, maximè præstitit, eaque adeò gloriabatur, ut sibi suadere non posse identidem diceret, quòd in Ecclesiæ Catholicæ gremio, vel eidem Proximi à nitidissimis radiis, quos ipse indesinenter circumquaque emittit, minimè illustrarentur. Fidei virtute vitam in terris egit, quasi à terris avulsam, eâ cordia mundiriâ præstantem, ut plures è Confessarijs, qui sacramentales ejus Confessiones nullâ non die exceperunt, tum voce, tum scripto testati fuerint, quòd ob plurimum materies ipsi non suppeteret absolutioni sacramentali accommodata; unionem pariter cum Deo mirum in modum sitibat, ex quo in orationis studio adeò frequens erat, ut nunquam, ferè dixerim, ab ipso vacasse visus fuerit, uti deinceps dicemus. Inde pariter summa erga Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, gloriosam Dei Matrem, & Sanctos, præsertim Tutelares, veneratio. Inde singularis sollicitudo Divini cultûs in Ecclesiis Ordinis promovendi, sacrosque ritus, & cæremonias adamussim servandi, dicere solitus, quòd si fortè motiva credibilitatis pro Fidei Catholicæ veritate deessent, ad eam afferêdam satis superque forent cæremoniæ prædictæ, admiranda rituum varietas, Ecclesiastici cantus majestas, Divinorum Officiorum ordo in Psalmos, Hymnos, & Cantica cœlesti harmoniâ distributus. Inde singulare obsequium, quo non modò Christi Vicarium in terris, & singulos Ecclesiæ Antistites colebat, verùm etiam cujusque Sacri Ordinis Professores, itaut cum adhuc Ordinis Nostri Supremam Præfecturam exerceret, cuicumque è sibi subditis, etiam Laicis obviam factus, eos salutando, & honorando præveniebat ratione Sacri Habitûs, quem gerebant; suos tamen Confessarios, licet alias nullo gradu conspicuos, adeò venerabatur, ut genibus flexis eos semper exciperet, quoties ipsius Cellam adibant, in quâ degebat inclusus, quemadmodum infra dicendum erit, Sacramentalem ejus Confessionem singulis diebus audituri. Hinc demum ardens desiderium, quo tenebatur Evangelicæ Doctrinæ per Universum Orbem dilatandæ, ex quo præ dulcedine cordis extra se quodammodo rapi videretur, ubi Catholicos Principes ex Infidelibus triumphos agere, & Apostolicos Viros in partibus Barbarorum Evangelij doctrinam

Virtutes supernaturales.

Fides.

nam propagasse intelligebat; quòd si pro Fidei Catholicæ confessione sanguinem non fuderit, neque pro ipsâ mortis subeundæ desiderio incensum fuisse dicere ausim; unum tamen hoc novi, quòd aliquando præ gravi quadam infirmitate, quâ penè confectum ex Eremo Montis Senarij recessisse dicemus, ubertimo sanguinis profluvio laborans, testatus ex animo fuerit, se minimè dolere de sanguinis profusione, sed quòd pro fidei confessione non funderet, cæteroqui sibi satisfactum putans, quòd hujusmodi profusione, quam patiebatur, Divina in se compleretur voluntas.

Quòd autem spectat ad venerationem, quâ Julius prosequi dicebatur Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, Beatam Virginem, & Sanctos, memorandum planè est, quòd cùm Provincialis, vel Generalis munere fungeretur, & singulas sibi commissas Ecclesias visitaret, maximè solicitus erat de honorificâ Divini Sacramenti custodiâ, quòd si fortè nõ omninò munda deprehenderet, quæ ad ipsum pertinerent, neque ritè disposita, vehementer commotus Ministros, & Cœnobij Præfectos graviter increpabat, & severè puniebat, dicens: *Deest fides, fides deest*, ex hujus enim defectu, defectus isti proveniunt. Moderandis expensis aliàs addictus, quæ in alios usus fieri deberent, totus in eo erat, ut expensis nemo parceret, quæ in honorem cederent Augustissimi hujus Sacramenti, quatenus in eo Deum ipsum vivum, & verum, non autem ejus imaginem præcisè, cæteroqui maximè colendam, fide veneramur. Hoc animi sensu quidquid ei supereratè varijs proventibus, qui ei, vel è publicis Lectionibus, vel è sacris Concionibus obvenere, quin imò quæ sibi necessaria erant, Superioribus annuentibus, expendendum curabat in ornamentum Ecclesiæ, & sacræ supellectilis incrementum, quæ planè Florentiæ in celebri illâ Ecclesiâ D. Annunciatæ videmus. Cùm adhuc solitudini non se addixisset, plures horas continuas omninò immobilis in genua provolutus ante Augustissimum hoc Sacramentum publicæ venerationi expositum ducebat; solitudini verò addictus, uti diximus, nullâ non die Divinum hoc Sacramentum in Sacrâ ædiculâ Cellulæ suæ adnexâ de genu venerabatur, sive Divina peragens Mysteria, sacrâ hanc actionem ad horam, & ultra producens, sive alteri Celebranti in eadem ædiculâ præsens, è lecto quoque, in quo graviter persæpè decumbens, ideo è regione Altaris in Cellulâ posito, Sacram Eucharistiam gravi quidem quandoque corporis incommodo, præ copiâ ulcerum præsertim, quibus plures Menses laborasse diximus, sed nimiâ sui cordis voluptate sumebat. Tanto mentis ardore in Augustissimum hoc Sacramentum ferebatur, ut præ virium languore aliàs stando penè impar, dum Sacris operabatur, absque ullâ sui corporis molestiâ, & quidem diù stabat, æquè ac Viribus integer, & adhuc

Devotio erga Sacramentum Eucharistiæ

A Adolescens esset, totam adhuc diem, si datum sibi fuisset, ibi morari contentus. Insuper, ut quamvis enorme quoddam erysipelas faciem ei deformasset, indeque præ intumescentiâ, nec oculos, nec labia discernere cuique fas esset, Sacrâ tamen Eucharistiâ fraudari nunquam voluerit, ex quâ duntaxat, licet non mediocri corporis incommodo desumpta, aliquod sibi levamen accedere sentiebat, quin etiam omnem prorsus dolorem abesse, quo tempotis momento ipsam sumebat. Denique etiamsi macie confectus foret, & penè exanguis, quoties tamen, vel sacra peragebat mysteria, vel Sacrâ reficiebatur Eucharistiâ, nitida maximè, rubicunda, & penè ignea ejusdem facies appareret, Divini

B ardoris interiùs latentis splendidum indicium.

Filiali quadam pietate Beatissimam Virginem doloribus speciatim affectam colebat, ejus proinde Imaginem identidem osculabatur, testatus exinde, se magis in dies, ac magis desiderio incensum sentire tantæ Virgini obsequendi, & Angelicæ Puritatis servandæ, quippe qui compertum esse diceret, quòd Virginis ejusdem aspectus, cùm adhuc in terris ageret, motibus oppositis retundendis, quammaximè conferret. Imaginem eandem sibi semper ob oculos habebat, sive Divina persolvens, sive meditationibus vacans, plura ex ipsâ edoctus animæ suæ dirigendæ accommodata. Quandiù ei licuit, & alios ia-

C tere poterat, quamvis Provincialis esset, venerabile Sacellum D. Annunciatæ de Florentiâ proprijs manibus tergebat, & flexis adhuc genibus scopis mundabat. Ejusdem cultum dilatare summoperè studuit, & ab Apostolicâ Sede indultum Ordini Nostro impetravit Officium, & Missam SS. ejus Nominis celebrandi anno 1682. quod ad Ecclesiam Universalem deinceps ab Innocentio XI. extensum anno 1687. fuit; singulis ejusdem Festis severissimum præmittebat jejunium per novem dies continuos immediatè præcedentes; flagellis tunc temporis in se magis desæviebat, precibus, ac sanctis meditationibus diutius, & ferventius vacabat. Quod planè præ cæteris in Festo Nativitatis ejusdem Dei-

D paræ præstabat, cui proinde magis colendæ ritum quemdam excogitavit, ac proprijs manibus descripsit in Archivo D. Annunciatæ de Florentiâ ab ejus obitu positum unà cum cæteris ejus manuscriptis, è devotissimis cujusdam precibus contextum eo planè ordine, ut per seriem novem dierum Festum illud antecedentium toties recitetur Angelica Salutatio, quot dies in utero S. Annæ eadem Virgo permanserat, juxta revelationes ab eâdem Deiparâ Sanctis Virginibus Metildi, & Geltrudi habitas satis superque edoctus hoc precandi genus sanctissimæ Dei Matri acceptissimum fore. Quod, ut melius assequeretur, trigesies singulis diebus recitandam præscripsit Salu-

Devotio erga B. Virginẽ

Salutationem mox dictam, cui per singulas Decades Orationem Dominicam præmittebat in honorem Sanctissimæ Triadis, quæ Beatam Virginem tanto honore affecerat. Denique post tres Decades, ter adhuc Salutationem eandem recitandam ducebat ad honorem triginta annorum, quibus in terrâ conversatus cum hominibus fuerat Sanctissimus ejus Filius Redemptor noster, & pio huic operi pro coronide Orationem quandam ad Beatam Virginem addebat.

Sanctos etiam in Cœlis Regnantes, maximè verò sibi tutelares, quorum in censu non paucos numerabat, eximiâ veneratione prosequebatur. Primas tenebat Archangelus Michael, non modò tanquam sui spec alis Patronus, verùm etiam tanquam potentissimus Ecclesiæ Catholicæ Propugnator, quod planè unicuique Fidelium perspectum esse voluisset, ut ad singularem erga ipsum venerationem commoverentur. Interim ipse propriam ejus memoriam quotidie recolebat, ejusque Festa variis afflictationum generibus præveniebat, & incredibili Religione celebrabat. Eodem fermè sensu in Sanctos Apostolos, ac reliquos Martyres ferebatur, seriò animadvertens, quòd eorum operâ Evangelij veritas universo terrarum Orbi innotuit, quòd plura proinde superarunt incommoda, quòd sanguinem, ac vitam pro Jesu Christi fide profuderunt, ipsique Christo Jesu acceptissimi fuere, quæ quidem ipsi videbantur ad excitandam in Fidelibus summam erga Apostolos, ac Sanctos Martyres venerationem accommodatissima; haud mediocriter propterea dolens, eâ ipsos fraudatos videri, quam promererentur. Sanctas Virgines, longeque magis Sanctos Eremitas, utpotè solitudinis desiderio incensus, summoperè colebat, necnon Sacrorum Ordinum Fundatores, illud se de ipsis sentire identidem dictitans, quòd in Cœlesti Patriâ sedes primarias subierint ab Angelis episcopis amissas, præ nimiâ in Deum, & Proximum charitate, quam Sacra Instituta excitando palàm omnibus fecerunt, quos proinde sibi videbatur videre ineffabili gloriâ, & longâ Filiorum serie coronatos, sacris hisce institutis acceptam referens quamplurium salutem. In delicijs verò ipsi fuere Ordinis nostri Beati omnes; prætereà Sancti Joannes Baptista, Joseph, Geltrudis, & Maria Magdalene præ pœnitentiâ celebris. Primus quidem non modò quia inter natos Mulierum majorem ipsum prædicaverat Christus, sed etiam, quia pro Dei gloriâ tanta pertulerat. Secundus, ob cognationem cum Virgine Deiparâ, & ob innumeros labores ad Pueri Jesu vitam tuendam exantlatos. Tertia tum quia præ innocentiâ, & puritate præstabat, tum, & quidem maximè, quia Jesus ipse monuerat, quod quicumque ipsum adinvenire voluisset, Geltrudis cor adiret. Quarta demum ob insignem animi, & corporis pœnitentiam, quam seriò expendens Julius macerandi sui corporis desiderio sese magis teneri

Erga Sanctos.

E sentiebat, & quamlibet asperam contra se, hac de causâ moliretur, vix quidquam se præstitisse putabat: plurimi enim faciebat, quòd scelerum suorum gravitate perspectâ in Domo Simonis coram insigni spectatorum multitudine detestata altis gemitibus fuerit, & uberrimo lachrymarum imbre eluerit; quòd licet plenariam eorundem absolutionem ibidem à Christo impetrasset, nihilominus juxta Domini Crucem provoluta gravissimos pertulit dolores, & ferè communem cum Christo subiit agonem. Denique non sibi satis adhuc factum putans, in se desævire non prius destitit, quam vivere desierit, triginta continuos annos inexplicabili macerationum genere. De hac frequentissimè, & lubenti animo

F instituebat colloquia, inde semper magis incensus ejus colendæ studio, sibi certò suadens id Christo Domino acceptum maximè fore, quòd cum in terris ageret, fœminarum in censu post Sanctissimam sui Matrem, Mariam Magdalenam præ cæteris dilexit. Sanctis hucusque recensitis, quorum cultum ritè probavit Ecclesia, accessere & alij præstantes sanctitate Viri, qui magnâ virtutum opinione celebres decessere, quibus tamen nullum adhuc honorem exhibet Ecclesia, quos Julius noster, quâ par erat, veneratione prosequebatur; quæ quidem omnia satis superque demonstrant, quòd veræ pietatis æquè ac humilitatis, & patientiæ adhuc infans clarissima edidit præsagia, cum & à diuturnis, iis-

G que molestissimis gemitibus, fletibus, & varijs corporis perturbationibus, quæ infantibus familiares esse solent, penitus abstinuerit, & Matri semper conformis quidquid ipsa ei in alimentum pararet indiscriminatim insumere consueverit, & vix è cunis egressus Christianæ Fidei elementa exactè didicerit, Orationes, & preces recitare studuerit, & varia Religionis officia superius recensita incredibili animi sui voluptate obierit.

Spes Theologica, quæ Fidei tanquam fundamento innititur æquè vivida in Julio fuit, ac fides, qui proinde gravioribus pressus angustijs in hæc identidem erumpere solebat: *Deus in adjutorium meum intende. Domine tu es spes mea*: & hisce similia. Alios autem in

H adversis roborandos suscipiens monebat: *In silentio, & spe erit fortitudo nostra*: innuere volens, quòd cùm ita se res habeant, non homines semper sunt consulendi, sed Deus: quod planè sibi familiare fecerat; unde in arduis quibuslibet, & magni momenti negocijs, Viris Principibus, & potentissimis Dominis posthabitis, qui procul dubio præ magnâ meritorum ejus opinione ipsi minimè defuissent, Deo tantùm, ac Deiparæ adhærebat. Quoniam verò virtutis hujus objectum præcipuum æterna felicitas est, virtutis ejusdem præstantiam è singulari studio conijcere licet, quo Julius ad æternam felicitatem assequendam contendebat, virtutibus illis per-

fectè

festè instrui satagens, eorumque actus indesinenter exercere, quibus juxta Domini monitum *Matthæi* 22. propositum, felicitatem eandem consequi Nobis licet, quæ melius ex dicendis constabunt. Reipsa quidem spe ita Deo adhærebat, ut dicere quandoque veritus non fuerit, quòd si Deus præstò illi foret, inutilis esset quicumque Dœmonis impetus, ut ipsum in desperationis abyssum præcipitem daret: Neque se temerè sentire quoad hoc censebat ex eo, quòd sicuti quisque prudentet æternam salutem sperare posset, si hæc à voluntate Parentum nostrorum penderet, longè potiori jure ipsam sperare nobis licet, quæ ab æterni Patris voluntate dependet. Quæ sæpe animo repetens eximia persundebatur voluptate, ipsâque spe magis semper, ac magis ita roborabatur, ut quod sperabat, possidere quodammodo videretur.

Fide, ac spe, de quibus hucusque, major professò Charitas in Julio enituit, sive Deum, sive Proximum respexeris. De utrâque singillatim acturus, satius arbitror de Charitate prius in Proximum dicere, quamvis longè minus habenda sit, quàm Charitas in Deum; ex eâ enim minus arduum erit ad hanc sublimiorem assequendam gradum facere. Excellentem in primis ejus intensionem ex eo deducere fas est, quod quantumlibet summam coleret Paupertatem, uti deinceps dicendum erit, nec quidquam proindè Pauperibus erogandum ipsi suppeteret, sollicitus tamen erat, præsertim in solitudinem degens, quòd aliquid, idque sapidius, è Mensâ, cæteroqui tenuissimâ sibi paratâ, in Pauperum usus superesset. Qui verò temporalia Proximis suppeditare non poterat subsidia, spiritualia largissimè suppeditabat. Pro Infidelibus, Hæreticis, & Peccatoribus omnibus, omnia ferè pietatis officia, & corporis castigationes potissimùm obibat, quæ sanè non pauca fuisse infra dicemus; necnon admirabilem illam solitudinem offerebat, utique cum plurimis incommodis conjunctam, cui se perpetuò confectavit, ratus ita se melius, quemadmodum proRenata dicebat, alijs prodesse solitariæ vitæ exemplo, quodque saltem è suis imperfectionibus [taliter præ humilitate etiam sua bona opera nuncupabat] scandalum non paterentur, quia cæteros laterent, ac reipsâ omnes ferè communiter ad pietatem, & regularis disciplinæ observantiam vehementer inflammabantur ex eo potissimùm, quòd animadvertetent, Virum hunc, aliunde maximè conspicuum, humile hoc, & arduum vitæ genus suscepisse. Juvandis verò Proximis plurimum semper laboravit, sive è Cathedris per tot annos instruendo, sive è sacro suggestu adversus vitia declamando, sive sacramentales Confessiones Apostolico zelo excipiendo, sive labores, angustias, & incommoda quamplura subeundo, præsertim itinera corpori suo præ diutinis Infirmitatibus malè affecto, gravia suscipiendo, nullatenus unquam conquestus, neque se molenstiâ, vel tædio pressum ostendens, quin potiùs sui fermè oblitus, suorumque malorum, præsto cæteris erat, eò lætior, quò pluribus negociis impeditus; neminem proinde à se mærentem repellere solitus, licet quandoque importuna petentem, satis omnibus facere studens comitate saltem verborum; quin unquam multitudine negociorum, quæ tempore maximè officiorum suorum, planè non deerat, obrutum se exhiberet, ne ad se accedentes ullo pacto deterreret, quibus è contra recreandis operam omnem insumebat, quòd reipsâ assequebatur, solo enim ejus aspectu quandoque sese recreati sentiebant quicunque tristes accesserant, ejusque se rapi amabilitate, quam reverà non mediocrem facie præseferebat, ipsimet fatebantur, quos Dœmon ad ipsum odio habendum incitarat.

Charitas in Proximum.

Charitatis autem ejusdem extensio generalis in omnes passa minimè fuit, quòd Julius sibi infensos negligeret, de quibus nec usquam conquestus ullatenus fuit, quin potiùs eos singulari prorsus humanitate prosequebatur, adeo ut ad exprimendam Julij charitatem dicere nonnulli consueverint, quòd siquis ab ipso beneficijs affici vellet, ipsum malè habere studeret. Ex quibus unicuique minus arduum erit cognoscere, quânam ratione Amicos dilexerit, qui probè noverat Ordinem in Charitate servandum, longeque magis ex ijs, quæ cum Creaturis etiam ratione carentibus præstabat: solitudini enim addictus micas quascumque panis, vel minimas in unum collectas in tres partes dispositas, passeribus, formicis, atque lacertis separatim, proportione quadam attentâ, apponebat in ambulacro quodam subdiali ad cellulam sibi designatam spectante, quæ sanè animalcula posiimem sibi propositam desumebant, quin alijs perturbationi forent, neque venerandi senis præsentia ullatenus deterreri videbantur, quasi in statu originalis innocentiæ contigisset.

Ex hactenus dictis luculentissimè constat Charitas, quâ Deum ipsum complectebatur; non enim quis verè diligit Proximum, aliàs imperfectionibus admixtum, nisi magis dilexerit Deum undequaque perfectum, suique Dominum, & Creatorem. Accedit autem, quòd ingravescente præsertim ætate tempetate sibi non poterat à lachrymis, quoties Hominem Deum, vel in augustissimo Sacramento veneraretur, vel gravissimis affectum dolor bus contemplaretur. Deum indesinenter ad instar Sponsæ in Canticis celebris quærebat, lumen ab ipso exposcens, al os consulens, qui aliquid de Deo docerent, & alia prorsus negligens, donec ipsum inveniret. Libros quotidie sacros, & Sanctorum historias volvebat, solitudini maximè deditus vel ab adolescentiâ suâ, ipsam tandem in Eremo Montis Senarij primùm amplexus, septuagenatio deinde major Florentiæ in Conventu

Charitas in Deum.

D. Annunciatæ Cellulæ cujusdam angustijs addictus, quam centum circiter annis ab inde sanctitatis famâ clarissimus coluerat Venerabilis Dei Servus Angelus Maria Montursius, de quo Gianius ad annum 1600., per quatuordecim ferè annos ad mortem usque produxit. Non modò ab ineunte ætate, & ipso iuventutis flore, sed adhuc ætate, laboribusque confectus literarum studia coluit, ut Dei amorem in se magis semper accenderet, & è Cathedris idipsum alios edocuit, sacras Conciones habuit Apostolico ardore, ardua suscepit itinera, graves Ordinis regendi per plures annos molestias subijt; orationem ad plures horas continuas protrahebat, & Divino incensus amore severissimis macerationibus in servitutem redigere corpus satagebat, quibus omnibus, quamvis & numero, & pretio insignibus sibi satisfactum minimè putans, identidem etiam Morti proximus dicere solebat, se nihil adhuc boni in vitâ suâ præstitisse, nec unquam Religiosam vitam duxisse. Cùm verò arctissimam cum Deo unionem sitiret, ideo Orationis studio, & cœlestis Patriæ maximè desiderio incensus extra se rapi jugiter videbatur, et mentis extases frequenter pati consuevit, utpotè in Deum charitatis vi transformatus, longè feliciùs, ac ferrum, in ignem converti cor suum sentiebat, maximè quidem, cum in solitudine degeret, ubi licèt quamplurima hujus generis Divina Beneficia in se accepta me præterierint, quæ cæteroqui suadere Nobis facilè licet; ex ijs tamen Patribus nostris, qui ipsum adire quandoque solebant, prout animæ, vel corporis ratio deposcebat, didicimus, quòd plures horas continuas, prorsus immobilis, & extra se quodam modo raptus remanebat, quin ullam à Muscis, vel alijs hujusmodi animalculis ejus faciem pungentibus molestiam sentiret, quin adhuc strepitus ab ijsdem Patribus consultò excitatos, ut de extasi ipsius fierent certiores, sentiret; quam mentis elevationem, & abstractionem pariter patiebatur, quoties aliquid de Divinis perfectionibus perlegi audiret, aut quoquomodo exponi coram se contingeret.

Amorem profectò, ipsumque maximum, maximum quoque consequitur unionis cum dilecto studium. Quod hactenus Julio nostro contigisse monuimus. Nunc verò aliqua de Oratione dicenda ex instituto remanent, cui incessanter ut vacaret, solitudini perpetuæ se consecravit. Nemo sanè inficias ire poterit, quòd ex Oratione, rerumque cœlestium contemplatione erumpat charitas, indeque unionis cum Deo studium, & in eundem transformatio: compertum autem adhuc est, quòd charitas, & unio hujusmodi Orationis, ac solitudinis studium reciprocè fovent, eoque magis huic aliquis vacare nititur, quò magis Deum dilexerit, eique adhæserit. Hinc minimè mirum, quod utrique addictus adeò fuerit Julius Noster, uti mox dicemus.

Orationi in primis, tum vocali, tum & E maximè mentali operam seriò dedit, quamobrem Divinis officijs in Choro persolvendis, quoad potuit, diù, noctuque incessanter interfuit, & eâ planè summâ devotione, morosè, & singulari pietate celebranda pro virili curabat, itaut, cùm adhuc Ordinis Regimini supremo præesset, inde non aberat, nisi gravissimis distentus negocijs, quæ proinde eo disponebat ordine, ut et ipsis faceret satis, & choro interesse ei liceret. In sacrâ Senarii Montis Eremo, quam biennio coluit, à divinâ Psalmodiâ, quam Patres illi per plures horas in choro diù, noctuque celebrant, nunquam omninò abfuisse Julium non pauci advertere. Reclusus autem Florentiæ, uti mox dicemus, tribus, vel quatuor horis F exceptis, quieti, & somno decretis, & adhuc altera, quam Lectioni simul, & refectioni dicabat, reliquum noctis, ac diei in oratione duntaxat, & lectione impendebat. Matutinas horas mediâ nocte persolvebat, postquam flagellis in seipsum animadverterat, & integram horam cœlestium meditationibus indulserat, maximè recurrentibus longioribus noctibus. Sub auroram persolvebat Primam, sicut & reliquas horas canonicas opportuno tempore. Præter Divinum Officium recitabat quotidie aliud parvum B. Virginis; item Officium Defunctorum, Spiritus Sancti, sanctæque Crucis, Psalmos etiam Graduales, & Pœnitentiales, necnô Christi Domini Coronam, sanctum Rosarium, ac Virginis Do- G lorosæ Coronam. Quæ quidem omnia, potissimùm verò Divinum Officium voce aliquantulum elatâ, & gravitate Eremitis nostris propriâ recitabat, quâ se ad pietatem inflammari sentiebat, ijsdemque precibus longè melius eâ ratione vacare se posse dicebat; genibus insuper flexis pro majori parte idem præstabat, si tamen excipias, quod aliquando, sed raro, vel stans, vel ambulans Coronas præfatas recitabat.

Orationis studium.

Orationi verò mentali adeò deditus erat, ut ipsius usu delectui perinde ei esse videretur, ac usum vivendi desiderare. De hac frequentissimè loquebatur, cùm adhuc extra solitudinem degeret, cæteros identidem monens, maximè difficile esse, ac ferè impossi- H bile in assequendis virtutibus proficere absque ejus præsidio, cujus proinde desiderium excitare in omnibus studebat, dicere solitus, quòd ubi Fratres sanctis meditationibus ex Instituto vacarent, neque clausurâ, neque superioribus ad eorum regimen opus esset, cum in tali observantiâ sibi quisque regendo par esse posset. Cum in Eremo prædictâ degeret, postquam intempesta nocte de more cum cæteris Fratribus matutinis laudibus, & Orationi mentali his mensibus estivis, quibus ex Instituto Eremitæ noctis tempore indulgere solent, cæteris è Choro recedentibus ad captandam corporis quietem, immotus ipse tres adhuc circiter horas Orationem

Oratio mentalis.

suam

suam eodem in loco protrahebat, ad horam usque nimirum, quâ Patres chorum ad persolvendam Primam repetere solebant, quam Orationis methodum à S.Theresiâ se didicisse testabatur, has tres horas devotè recolere intendens in memoriam earum, quibus in Cruce pependit Redemptor noster. Ex quibus uniculque divinare fas erit, quot horas in totâ die Orationi mentali impendere soleret eo tempore, quo seorsim ab alijs, suique juris in solitudinem reclusus degebat, in quâ proinde raptus, & extases, de quibus mox dictum est, frequentissimè passus, genibus perpetuò flexis, humi provolutus, manus decussatim positas, alteram scilicet alteri incumbentem, terram versus pendulas, ac nulli corporis parti adhærentes, sed prorsus in ære suspensas, à sensibus alienum se esse, unique Deo adhærere, quin etiam in ipsum transformatum se esse ostendebat.

Solitudinis autem desiderio teneri cæperat quidem Julius etiamnùm Adolescens, cùm scilicet solemni in Ordine nostro emissâ Professione unà cum reliquis Clericis sacram Senarij Montis Eremum invisens, Religiosum Nemoris illius horrorem, maximè verò sanctissimum Vitæ genus animadvertit, quòd Venerandi illi Patres inviolabili tenore ducebant. Cùm autem modò Literarum studijs, publicis modò Magistratibus in Ordine vacaret, sanctum illud solitudinis desiderium aliquantulum deferbuit. Identidem tamen sese illi sensibile præbuit, sed adeò idem negligere consueverat Julius, ut eo prorsus destitui promeritus fuisset. Cum verò Pisis, ut diximus, sacram Theologiam publicè profiteretur ferè quinquagenarius, hoc idem desiderium ita vehemens in se excitari persensit, ut nisi Prudentia obstitisset, illicò in solitudinem illam se recepisset, interim Deum in Oratione consulens, longè satius duxit, quendam Virum in eâ Civitate insigni virtute celebrem interrogare, qui statim hoc adeundæ solitudinis consilium reprobavit, eique Julius Noster Dei oraculum accepisse reputans, acquievit, quod sibi longè melius persuasit, cùm ad regendum Florentiæ D. Annunciatæ Cœnobium, subinde verò ad Provinciæ Regimen, licèt invitus, promotus fuit. Procedente verò tempore iterum insiliente in eum spiritu Dei, solitudinis ejusdem desiderio sese magis incensum persensit, cui resistere ulterius non valens, Viros aliquot, Oratione tamen præmissâ, virtute præstantes consuluit, quibus ipsum omninò probantibus, Magistratu Provinciæ abdicato, sub ipso brumæ rigore, & gravioribus alijs difficultatibus, quæ ipsius animum tunc temporis subiere, & maximè urgere contendebant, minimè deterritus, Mense Januario anno Domini 1680. ætatis suæ 58. Senarium petijt; ibi verò eximiâ perfusus dulcedine, inito cum Illis Patribus consilio Eremiticæ vitæ amplectendæ, & ab ipsis unanimiter probato, certiores de hoc

Solitudinis studium.

A protinus fecit per Literas P.Magistrum Georgium Soggia Ordinis nostri tunc Generalem, & P. M. Joannem Baptistam Nutini Conventùs D. Annunciatæ de Florent â Moderatorem, qui planè tantam Julij virtutem unà cum cæteris Patribus admirati, humanissimas ei Literas dedere plenas gravibus exultantis animi significationibus præ hujusmodi consilio, quod ab ipso susceptum summis laudibus extulere, è quibus, sicut & ex Epistolâ, quam ex Eremo prædictâ die 2. Februarij ejusdem anni ad P. M. Joannem Franciscum Mariam Poggi, tunc temporis in Universitate Pisanâ Theologum, sed Florentiæ diebus illis degentem, dederat P. Bonajuncta illius Eremi Præfectus, referens virtutum apparatum, quo Julius Eremiticum Habitum susceperat ipsâ die 2. Februarij B. Virginis gloriæ

B dicatâ, Alexius Maria nuncupatus, in Archivo nostro prædicti Conventùs de Florentiâ existentibus Originalibus, colligere meritò licet eximium Literarum pretium, quas ad Superiores præfatos Julius antea miserat, quibus Eremitici Instituti desiderium significaverat; nullam enim in ijs lineam percurrere fas erat, in quâ disertissimè non appareret Charitatis eximiæ, aliarumque virtutum indicia, quibus vel tunc temporis Julius noster præstabat. In hac ergo solitudine sanctissimarum Legum, quas Eremitæ profitentur, severitate nequidem contentus, jugi Orationis, sacræ Lectionis, atque silentii usu sibi, votisque suis fatis, superque facere studebat. Ve-

C rùm exp'eto ferè biennio, postquam Julius, dictus Alexius, solitudini illi dilectæ se dederat, exindè recedere coactus, quòd ipsum Universo Ordini administrando præfecisset Summus Pontifex Innocentius XI. per Apostolicum Breve datum die 21. Januarij 1682., prout ad hunc annum eà dictum, haud mediocriter commotus fuit, qu ppe qui sibi tantùm vacare cupiens, cæteris, & quidem plurimis Præfectus, oneris sibi impositi gravitatem seriò animadvertit, quod sanè magnum esse, & Angelicas virtutes requirens jampridem docuit Theophrastus.

Vix tandem supremum hoc regimen absolverat anno 1690., cùm nullâ interpositâ morâ ex Urbe discedens, Florentiam petijt, ibi-

D que novum quoddam solitariæ vitæ genus aggredi excogitavit, ex quo Senarium repetere, quod ipsi potissimùm in votis erat, à Summo Pontifice, uti superius diximus, prohibitus fuerat. Primùm ergo Privilegia sibi, tanquam Ex Generali consentanea negligés, regularis observantiæ studiosissimum se exhibens, non mediocri cæteris illius insignis Conventùs Patribus ad excolendas virtutes incitamento erat, Cellæ semper addictus, Orationi, & sacræ Lectioni jugiter intentus, aliorum consortium, nonnisi ad Divina plerunque tractanda, vix admittens, aliàs Divinis Officiis in Choro diù, noctuque persolvendis, mensæque communi adhuc intererat.

Severioris deinde solitudinis amore incensus, postquam Deum, ac Deiparam in re propo sitâ diu consuluerat, in alterâ è Cellis reclu-

In Cellâ reclusio.

sus, rel quum vitæ suæ ducere statuerat; quod sane minime ab initio probavit Prior Generalis, cui omninò obsequens Julius obmutuit. Verum subinde molesto quodam humoris è capite defluentis incommodo graviter affectus, adeoque in Cellâ degere coactus, diserti nè Priorem Generalem docuit probatum Altissimo videri petitæ solitudinis desiderium, quod Generalis ipse advertens, et Julij virtute commotus annuit illicò, quòd unius Mensis tantummodò spatio in Cellâ reclusus degeret, speciæ tamen non solitudinis captiræ, sed infirmitatis præsentiâ. Eximia ergo voluptate perfusus Julius, proindeque plurimum etiam ab infirmitate prædictâ convalescens die 14. Septembris Exaltationi Sanctæ Crucis consecratâ, & ab ipso præ cæteris electa, quippe quæ Instituto suo maximè congruens videbatur, anno 1693. Divinis sub aurorum peractis mysteriis ad celeberrimam Divæ Annunciatæ Aram, Cellam subiit omninò per Mensem reclusus victurus; quo exacto, annuente itidem Superiore, in eadem reclusione primò per duos adhuc Menses, deinde per tres, subinde per quatuor, & ita deinceps per plures Menses permansit; non enim illi datum adhuc fuerat Clausuræ perpetuæ, & severissimæ, quam cæterequi summopere optabat, sese consectare, aliquem enim ex Religiosis nostris, licet perrarò, ad spiritualia colloquia admittere tenebatur. Anno deinde proximè sequente 1694. feriâ 5. in Cœna Domini ad arctiorem clausuram inire ei licuit, non adhuc tamen perpetuam, quod tandem anno 1695., cum pluribus virtute, ac pietate præstantibus viris, idem Generalis probavit; probavere quoque cæteri omnes, qui rationabili quadam specie commoti consilium hoc reclusionis perpetuæ improbaverant, quatenus frequens illius Cœnobij Familia tanti Viri destitueretur exemplo, quo ad vitam sanctius instituendam incitaretur; perspectum enim omnibus tem ipsam altius expendentibus fuit, inanem esse hanc speciem, & ex eo melius ad virtutem colendam incitari posse quoscumque, quòd Virum tanti nominis, ac pretij universo Ordini, Virisque Principibus venerabilem, terrenis quibusque posthabitis, humillimæ, sanctissimæ, & asperrimæ vitæ consecratum perpetuò nossent.

Itaque rebus omnibus compositis, Priore ipso Generali dirigente die 2. Julij Visitationi B. Virginis occupatâ ejusdem anni 1695. Sacris primum operatus singulari pietate ad Altare superiùs dictum Divæ Annunciatæ, Cellam subiit sibi de novo paratam, quam olim, ut diximus, Angelus Maria Montursius æquè reclusus coluerat, solitudinem hanc ingressus incredibili quidem perfusus gaudio fuit, cœlestem Patriam potius subijsse ratus,

quàm Cellam, ibidem se tantis periculis, ac

B difficultatibus superiorem agnoscens, sibique longè majus adesse jus unionis cum Deo per Orationem assequendæ. Verùm jucunditates hujusmodi spirituales consequutæ paulò post fuere non vulgares molestiæ, procul dubio à Deo immissæ ad probandam ejus cõstantiam; Ipsius enim animum subire cæpit anxietas, ex eo potissimum ducta, quòd in suscepto vitæ consilio temerè egisset, nimium arduum opus aggressus fuisset, cui consummando impar, in æternum periturus esset; sibi tantùm ibidem vacaturus, tum corpori ut plurimùm infirmitatibus obnoxio, tum animæ pessimè consuluisset, quippe quæ otio ibidem tabescens uberrimâ benedictionum messe frandasset omnes eos, quos ea ejus exemplo ædificare

Reclusio perpetua.

F potuisset. Quæ quidem, et hisce similia, non panca Dæmonis arte in ejus mente suscitata, gravissimis quidem ejusdem animum premebant angustiis; at verò Sol tandem refulsit, qui prius erat in nubilo, fugatis enim Divinæ lucis beneficio densissimis hisce tenebris argumentorum fallaciam detexit, & omnia se posse confidens in eo, qui illum confortabat, ac verè tunc potentem fore cognoscens, cum infirmaretur, anxietatem omnem, ac sollicitudinem à se penitus amovit, & iterum longè vividior susceptum vitæ genus prosequi non dubitavit, quique de hoste in prædicto certamine gloriosum egerat triumphum, carnem quoque suam in servitutem redigere, & generoso mundi contemptu triplici hoste

G superior evadere contendit, prout ex infra dicendis unicuique constabit.

Theologicis virtutibus, de quibus hactenus, Cardinales in primis accedunt, quæ pariter in Julio mirum in modum excelluere. Prudentia quidem, sive consilium spectemus, sive judicium, sive imperium, actus nimirum prudentiæ proprios; adeo enim ejus consilij pretium innotuit, ut de ea vo loquamur, ut quantumlibet reclusum consulere quamplures solerent cuiusque generis Viri, ac Mulieres etiam Principes, tum Regulares, tum seculares, sive per Epistolas, sive personaliter ipsum adeuntes, quatenus ipsi licebat, quippe qui, uti superiùs diximus, neminem nisi rarò, & prævio Superioris assensu ad ineunda

Prudentia, & simplicitas.

H secum colloquia admittebat. Nec sanè mirum, quòd tanta fuerit ejus consilij præstantia, atque opinio singularis, quandoquidem consiliorum suorum regula, unus erat Deus, à quo bonum omne procedit, nec decipi quis potest, qui Deum in omnibus consulat. Etsi verò consilij virtute adeo præstaret, ipsum tamen minimè pudebat alios, etiam infimæ classis, in rebus dubijs consulere, hac potissimùm ratione ductus, quòd in præmium humilitatis ea ratione exhibitæ, in imperitis quoque cœlesti quodam lumine supplere Deus soleret. Quia verò judicij vis in electione mediorum ad finem consequendum sita potissimum videtur, in hoc etiam maximè laudandus

dus videtur Julius, sive sui directionem pensemus in ultimo fine assequendo, sive Ordinis regimen, tùm in Literarum studiis promovendis, tùm in interiori spiritus culturâ, tùm in exigenda à sibi subditis regulari Observantiâ, media præscribenda opportuna, præcæteris verò omnes exemplo præeundo, sibique hoc pacto reverentiam conciliando, quam profectò Religiosis omnibus, maximè verò superioribus necessariam esse docebat; quicumque enim reverentiam sibi non conciliaverit, virtutibus etiam destituatur oportet, ex quo compertum tandem est, quòd eius Prudentia etiam quoad imperium minimè vulgaris fuerit. Consummata demum virtutis hujus perfectio singularis in Julio simplicitas accessit, quam semper idem, semper hilaris, semper jucundus, nulli gravis, omnibus dulcis, tum in adversis, tum in prosperis mirum in modum præsetulit. Inde verò profluxit eximia animi sinceritas, quâ mendacium quodcumque, vel umbram ipsius adeò exhorruit, ut & mendaces non rectis oculis aspiceret, & longè pluris fecerit à mendacijs, & amphibologicis verbis abstinere, quàm Viris etiam Principibus, atque potentibus molestiam non inferre, eorumque odium sibi non conciliare.

Justitia pariter non minus enituit, illa nimirum virtus, quæ unicuique suum, prout par est, impartitur; Deo enim in primis, deinde Proximò debitam Charitatem præstitisse satis patet ex dictis; patet etiam ex ijs, quæ alijs Præfectus præclarè gessit, tum pœnas de errantibus sumendo, tum præmia Bonis conferendo, non enim respiciens Personam Hominum, non auri cupiditate illectus, qui summam potius Paupertatem singulari habebat in pretio, sed invariato justitiæ tenore sese cum omnibus gerebat quæcumque vel minima, vel etiam Sacra respuere solitus munuscula; idque præ cæteris à suis Domesticis exigens, quod quæ Jesu Christi tantùm essent expetentes, sibi ab alijs etiam sponte oblata renuerent, cum ijs severissimè agens, qui vel minimâ avaritiæ speciem præferrent; quòd quidem aliquando eo animi sensu præstitit, ubi alterum è sibi Domesticis intellexit munusculum quoddam, sed minimi pretij, accepisse, ut præ anxietate ægrotaverit, ipsumque profectò à se amovisset, nisi inanem fuisse munusculi prædicti rumorem cognovisset. *Justitia amor.* Justitiæ præstantiam in Julio id satis abundè demonstrat, quòd nullus, quantumlibet gravissimis ab ipso pœnis affectus, resilire ausus unquam fuerit, & Julium plus æquo in ipsum animadvertisse conquestus fuerit, non minus ac nullus indoluit præmia sibi debita ab ipso non accepisse, quod adeò Universo Ordini innotuit, ut sibi quisque sub Julij regimine optimè consultum putaret, seque ab iniurijs quibusque liberum esse non dubitaret.

Animi quoque fortitudo, quæ in arduis suscipiendis, & invicta constantia perferendis consistit, in administrando Ordine nostro potissimùm enituit, sive enim Florentinum Cœnobium, sive Tusciæ Provinciam, sive universum Ordinem regendum susceperit, maximè arduum opus aggredi semper voluit disciplinæ regularis vel inducendæ, vel restituendæ, quo quidem in opere plurima devoravit incommoda, adversis quibuslibet, & ipsâ morte superior, quam ipsi comminati quosdam non puduit, in suscepto reformationis consilio semper idem permansit; quippe qui dicere solitus erat, se nimis Beatum fore, si propter justitiam vitam cum sanguine profundere dignus habitus fuisset. *Animi fortitudo.* Eâdem animi virtute asperum semper Vitæ genus servavit, longè verò severiùs in Cellulæ angustiis teclusus, cujus rigori, vel pauxillum remittendo, neque Medicorum, neque Religiosorum consilia paria fuere; solius tamen Superioris imperio obsecutus fuisset, sed à tali imperio superior ipse satiùs duxit abstinere. Ex hac virtute, tanquam legitima Proles Originem duxit æquanimitas in adversis quibuscumque, tum corporis, tum animi perferendis. Adeò enim in hac excelluit Julius, ut ne verbum quidem unquam protulerit, ætate potissimum graviori, quo se, tanquam malè affectum doleret. Et si de molestijs animi loquamur, novimus profectò, quòd Præfecturas Ordinis exercens non paucos sibi maximè infensos habuit, qui Apostolicum ejusdem zelum iniquè ferentes, ipsum, tanquam temerarium, mentis impotem, hypocritam, & tyrannum apud omnes passim traducerent, vel apud ipsos Majores Ordinis Præfectos, qui expositis calumnijs nimis creduli, quarum fucum nondum adverterant, quem antea venerari maximè fuerant, tanquam ineptum ad Regimen, & ad munia quæcumque habere deinceps cœperunt. Libellos adhuc famosos sacris in Urbe Congregationibus, vel ipsi Summo Pontifici Innocentio XI., apud quem tanta Julij erat existimatio, obtulerunt, quibus ostendere tentabant Julium deterrimum hominem esse. Horum authores libellorum perfectos ipse habebat, & erant ex ijs, qui plura à se beneficia retulerant, & tamen mansuetudinem Christi animo jugiter recolens dicere identidem solebat, sibi mirandum non esse, quòd aliquos sibi infensos haberet; mirari potiùs, quòd ipsum aliqui diligere possent hominum omnium miserrimum, cum ipsummet Dei Filium undequaque perfectum, atque amabilem, non omnes amarint, quinimmò plures illum odio habuerint. Sibi objectas calumnias, negotium sibi minimè facessere, suum potiùs esse illas æquanimiter ferre, Deo relinquens, ut innocentiam, & veritatem tueretur, cæterum sibi etiam inimicos diligendo breviorem, & faciliorem adytum ad æternam gloriam assequendam comparabat. Neque verò hæc Julij nostri mansuetudo naturæ tribuenda erat, vis enim irascendi multum in Julio poterat,

at

at ipsi Julius dominabatur, ipsamque prout pareret, ac secundùm regulas Evangelij regebat; quamobrem vehementer commovebatur, & fortem zelum demonstrabat, quoties Divini cultûs ratio, & regularis observantiæ studium id exposcebant; si quando verò exteriores cessarunt molestiæ improborum operâ Julio nostro illatæ, ad æquanimitatem ejusdem satiùs probandam succedebat Deus, qui, amore tamen ductus, ejusdem Spiritum ariditatum, ac desolationum acerbitate affligebat, quæ planè jurè merito Martyrio pares esse censentur. Prætereà varijs, ijsque diutinis, & gravissimis infirmitatibus corpus urgere sæpe non destitit, præsertim verò, cùm vitam duceret reclusus. Tanta animi sui, nedum fortitudine, sed etiam voluptate corporis ferebat angustias, ut ipsas etiam non semel dissimularet, ideoque etiam febri laborans susceptæ vitæ rigorem non remittebat; si quis verò hoc advertens contrarium suadere ipsimet niteretur, dicere consueverat, exactam legum observantiam longè magis, quàm optimam corporis valetudinem Religiosos decere, ætate potissimum graves, ne adolescentiores eorum exemplo commoti, nedum necessaria, sed etiam delicias, & commoda non sine legum jacturâ avidè quærere sibi fas esse arbitrentur. Aliquando verò, anno videlicet 1694. ingravescente morbo, pristino spiritus fervori satis amplius facere non potuit, sed morbo succumbere coactus Deo morem gerere non dubitavit, qui reverâ ipsum graviter affligere cœpit. Duo primùm in ventre infimo, eaque insignia formata sunt ulcera, quæ ad septem usque brevi propagata fuere, & quidem adeò graveolentia, & enormia, ut Medici, atque Chirurgi hujusmodi plagarum peritissimi testati pluries fuerint, ipsis ulceribus, vel tantùm spectandis absque horrore vix pares se esse, quæ sanè ulcera exquisitum in eo doloris sensum excitabant, maximè verò accedente Chirurgi opera, qui remedijs causticis, & lineamentis crassi unculis ab uno ad alterum ulcerum transmissis puri expurgando adytum parare studebat. Adeò graviter affecto Julio, & quidem per plures Menses erysipelas quoddam accessit, quod undequaque caput, & faciem circumambiens, monstri potius, quàm hominis speciem exhibebat; hoc tandem aliquando cessante, peritonæo ita laborare cœpit, ut intestina è suis quæque sedibus detorbata diffluerent, quæ proinde intra sacculum inclusa è collo pendulum, non sine gravi molestiâ ad mortem usque gestare coactus indesinenter fuerit. Ad hæc carnea accessit hernia, in altero è genibus subinde nata, quæ in ulcus degenerãs tres Menses continuos linamentum non mediocriter crassum eo insertum pati coactus, interroganti cuidam quomodo se haberet, hilaris protinus respondit, magnam profectò morbi vim sentire, ipsi tamen ferendæ, Deo dante, se parem esse, mihi verò præ cæteris, qui tunc temporis Florentino nostro Cœnobio præeram, diuturnitatem tot malorum, eorumque gravitatem expendenti, & invictam Julij patientiam animadvertenti, ipsumque interroganti, non sanè num dolores, & morbi incommoda æquo animo ferret, hoc enim nimis obvium erat, sed num saltem ex diuturnitate præsertim, & acerbitate dolorum tædium aliquod, & sensum aliquem tolerantiæ minus congruum conciperet, illicò dixit, sensum, ac tædium hujusmodi, Deo juvante, se nullatenus sentire; ex quo satis abundè intellexi consommatam in Julio virtutem, quæ naturam, & sensum sibi jampridem subegerat. His adhuc accessit, quòd in infimo ventre ratione prædictorum ulcerum, rei nullius, quantumlibet minimæ tactum pati non valens, linteamina quoque, & laneam subuculam hyeme quoque rigente admovere prædictis partibus non poterat, non absque incredibili frigoris sensu, quemadmodum non sine exquisito dolore thorax infimo ventri incumbere poterat, ex quo proinde omninò supinus semper jacere cogebatur Julius; sensum autem illum doloris æquo animo, ac silenti ferebat, quoties sacrosancto Missæ sacrificio singulis diebus interesse, & Sacram Eucharistiam percipere constanter volebat, (quo quidem in munere tunc temporis ipse me cæteris præfeci) tunc enim erectus lecto insidebat. Quamvis autem tantam morborum varietate affligeretur, nonnisi tardò decumbere solebat è gravissima nonnisi pressus infirmitate, si enim annum ferè integrum excipias, quo præ nimia ulcerum copia, de quibus mox est dictum, supinus jugiter jacere debuit, & obedientiæ virtute compulsus austeritate vitæ remissâ commodo suo magis indulgere, si illud tandem temporis pariter excipias, quo semel, & iterum annis videlicet 1700., & 1705. adeò graviter ægrotavit, ut primo quidem morti proximus habitus fuerit, Sacramentis Ecclesiæ proinde munitus, eique adornarentur exequiæ; secundo verò reipsa obijt; cæterùm semper æquè ac si optimâ uteretur valetudine, orationi, & Sacræ Lectioni flexis genibus diù, noctuque vacabat extra Lecti delicias; macerationes item, & jejunia invariato tenore servabat, quippe qui suadere sibi potuit, & unicuique obvium erat intelligere, infirmitates hujusmodi, quibus identidem pressus in extremis laborare videbatur, ad mortem non fuisse, sed ad ejus virtutem probandam, & ad eluendas quascumque vel minimas animæ sordes, & uberrimam in æternitate gloriæ messem comparandam. Præclara quidem hæc sunt Julij constantiæ, & æquanimitatis argumenta, quibus aliàs adhuc Puer proludere visus fuit, cùm enim, ut diximus, ingenii hebetudine, & expeditè loquendi facultate adeò laboraverit, ut ipsum persæpè modò Magister, modò Genitrix objurgare, & graviter etiam cædere solerent, conqueri nun-

Æquanimitas, ac fortitudo.

E F G H

nunquam, nec lamentationes miscere, vel iniquo animo ferre hæc omnia consueverit, quin potius hilari animo ea subibat, quod pariter præstitit, cùm inter Ordinis Nostri novitios ad menstruam probationem vix admissus, adeòque silentii Legum ignarus à Præceptore suo ita vehementer percussus faciæ fuit, ut pronus ipse corruerit, propereà quòd alteri è Patribus ipsius nomen petenti Fortunatum se dici respondebat, quâ occasione æquanimitatem Pueri admirati Adstantes virtutem senilem ex tunc in eo adesse intellexerunt, statim namque in genua sponte provolutus veniam à Præceptore erroris illius humillimè petijt.

Temperantiæ virtus. Temperantiæ virtus, altera nimirùm è Cardinalibus, expendenda modò mihi superest, quâ pariter Julius noster excelluit, seu verecundiam, & honestatem spectemus, tanquam partes ejus integrales, seu sobrietatem, & abstinentiam, seu humilitatem, ac modestiam, sive demum castitatem, & pudicitiam, tanquam virtutes Temperantiam ipsam consequentes, de quorum aliquibus modò brevi tractabimus, ne tædio Lectorem afficiamus, cùm ex virtutes ab ejus vitæ Scriptore luculentiùs describantur. Itaque Julius, qui sibi plenè suaserat, Orationi potissimum, et mortificationi acceptam referendam esse religiosam perfectionem, quam assequi pro virili contendebat, qui tantam, ut diximus, orationis studio operam dabat, non minorem utique mortificationi quoque impendebat, quam indivisam ab oratione putabat, itaut altera sine alterius societate diù consistere nequeat. Mortificandis ergo, seù reprimendis, ac retundendis perversis quibusque animi motibus indesinenter addictus. Corpori quoque, tum abstinentiæ, tum aliarum macerationum opera in servitutem redigendo incumbebat. Adhuc ab adolescentiâ tres dies per singulas hebdomadas jejunium servare cœpit, quod ætate gravior longè constantiùs servavit. In Senario degens, nihil unquam dixit, quòd voluptatem, seù nauseam è communibus dapibus, seù perperam, seù exquisitæ conditis indicaret. Quinimmo sapidioribus plerumque posthabitis, viliores, & in jucundiores præferebat; quod pariter, ubivis degeret, familiare ipsi erat. Reclusus verò Florentiæ, uti diximus, votis in hac re suis satis abundè facere studuit; in primis enim refectionem consuetam nunquam, ne semel quidem petijt à Laico Fratre Joanne Paulo, qui ab anno 1682. ad mortem usque ei servitium impendebat, sed ipsam, prout illi Laico libuisset, tacens expectabat, neque unquam doluit serò sibi allatam fuisse. Antequam Mensæ accumberet, quòd post meridiem, & unâ tantùm vice in qualibet die fiebat [Vesperè namque nil aliud, quàm frigidam aquæ portionem sumebat] Salutationem Angelicam ter de more recitabat, eam que, durãte quoque refectione, repetebat quoties salutationis hujusmodi signum ab Ecclesiarum, quæ circa Monasterium sunt, Campanis pulsantibus indicabatur, quòd non minus, quàm decies occurrebat; & quamvis unà simul omnes pulsarent, nihilominus tributum illud pietatis Deiparæ decies, non sine corporis molestiâ repetebat. Completâ deinde Mensæ benedictione aliquid statim è Libris spiritualibus ibi semper paratis legere solebat, interim pauculis illis pulmentis, quæ Joannes Paulus Mensæ superposuerat, de calore consentaneo, ac ideò de suavitate remittentibus. Postquam verò legerat, paululum ex ijs sumebat, iterum verò Lectioni incumbebat, & hoc pacto comestioni Lectionem commiscebat, utique per horam, cujus majorem partem, idest spiritui potius reficiendo, quàm corpori impendebat. Quotidianum fermè jejunium dici poterat, nam præter Ecclesiastica, & Regularia jejunia singulis etiam feriis, secundâ, quartâ, & sabbato jejunium exactè quoad ciborum qualitatem servabat; idem pariter præstabat novem dies continuos quælibet festa Beatæ Virginis, Divique Philippi Benitij proximè præcedentes, necnon pervigilia Sanctorum, & quidem plurium, quos ipse, tanquam sui Tutelares venerabatur. Carnem comedere coactus à Medicis, ijs saltem diebus, quibus jejunium non servabat, adeò parcus erat, ut ipsam comedisse dici vix posset, non secus ac de vini potione, quod bibere pariter coactus, aquam potiùs, quàm vinum bibisse dicendus erat. Recurrentibus jejuniorum diebus nil aliud pro refectione adornandum curabat, quàm pulmentum ex herbis, acetarium quoddam, ipsumque minimum, vel aliquod pomum. Tribus ad summum panis uncijs plerumque vescebatur, ex quo deducere licet quantitatem obsonij. Cùm verò infirmus decumberet, si Laicus fortè pulmentum aliquod sapidius ipsi manducandum detulisset, illud utique Julius oculis diligenter lustrabat, ut sensum gustus irritaret, & discruciaret, sed ab eo penitùs abstinens Laicum subinde monebat, illud potius Pauperibus Christi dispensandum, qui majori necessitate tenerentur.

Abstinentiæ hactenus expositæ alias adhuc macerandi corporis rationes longè severiores adhibendi magis in dies desiderio incensus, cui sanè desiderio satis fecisset, si sui juris fuisset, nam per Confessarios, à quorum nutu pendebat, etiam in prædictâ Cellâ reclusus, impediebatur, utpotè qui haud temerè dubitabant, ne zelo mortificationis sibi mortem accelerater, si macerationibus quibuslibet juxtà votum suum indulsisset. Neque verò macerandum corpus ita solum suscepit, cùm vel in Cellâ reclusus, vel in Eremo Senarij degeret; compertum enim est, quòd adhuc juvenis severitatibus hujusmodi addictus, cilicio quodam instructus incedebat ad instar thoracis absque manicis formato ex hispidis Cameli pilis contexto, quod cùm illi

illi subductum ab amicis aliquando fuisset, ut ejus valetudini consulerent, alia quidem hisce similia pœnitentiæ instrumenta excogitavit, quæ hic referre non expedit, adeò extensum vigebat in eo affligendi corporis desiderium.

Corporis macerationes.

Hinc in Eremo Senarij macerationibus, quæ singulis Eremitis, quæ juxta eorum Leges assignantur, & quæ Julio Nostro ratione ætatis, & infirmæ corporis constitutionis haud mediocriter graves videri poterant, ab ipso tamen exactè adhibebantur non solum, sed adhuc alias ipsemet superaddere consuevit; è quibus perinde novimus, quòd quamvis corpore, & viribus ejus propter præteritos labores non satis integer hyemis tempore nunquam ad ignem accedens, nisi cum aliis Fratribus ad observantiam, brevi tamen se expediebat, & commodo suo minus consulens, molestiam frigoris, [quod planè ibidem maxime riget] sentiebat. Novimus, quòd quamvis naturâ delicatus, & munditiæ studiolus, se ipso tamen superior mundanda ex instituto susceperit vasa quæcumque, & loca magis graveolentia communibus corporum necessitatibus designata, non modò sensum olfactus discrucians, verum etiam gustûs non sine insigni naturæ horrore, idque muneris à se summo studio quæsitum, & tanquam præclarum beneficium sibi à Superioribus collatum habebat. Novimus, quòd noctes plerunque ferè totas ducens insomnes, vigiliis, aliisque pœnarum generibus Carnem affligens, quam veluti vilissimum reputabat mancipium, eò infirmitatis devenerat, ut nisi ex Eremo Summi Pontificis obedientiâ recedens (uti superiùs diximus) diligenti Medicorum curæ concreditus fuisset, ut que brevi defecisset. Operam omnem profectò adhibebat, ut macerationes hujusmodi omnes ignorarent, ne sibi impedirentur ab amicorum pietate, propterea reclusionem adeò sitivit, ratus, quòd ita sibi, votisque suis satis superque facere potuisset, utpote omnium oculis subductus: ac reipsa quidem sibi satis fecisse aliquo modo novimus, tum è Confessariis, qui ab ejus obitu hæc testati fuere, tum ex Joanne Paulo, pluries memorato. Novimus enim, quòd tres, vel quatuor ad summum horas quieti vacabat, eâ tamen ratione, ut vereri liceat, num propriè quiesceret, an potiùs molestiam sentiret, quippe qui in lectulo quidem jacebat, ubi graviter infirmaretur, laneo tamen indutio semper coopertus, cui suppositum erat Scapulare è Panno satis crasso formatum, cinguloque ejusdem materiæ ad latera præcinctus, quo & Scapulare, & ligneam Crucem satis amplam pectori adhærentem cingebat. Quoties autem non ita graviter ægrotaret, integro Habitu regulari indutus humi jacebat in sacro quodam specu, quod ab Angelo Mariâ Montursio venerandis quibusdam æterni Patris, & Filij Imaginibus, necnon aliis figuris ad pietatem vehementer excitantibus ornatum, juxta cellam prædictam reperitur, saxo tamen caput innixus. Novimus præterea, quod asperrimum cilicium, quo latera præcinctus erat, nunquam exuit, nisi in extrema sui infirmitate Medicorum auctoritate compulsus, quo etiam utebatur eo tempore, quo prædictorum ulcerum copiâ, & acerbitate male afficiebatur. Novimus, quòd singulis noctibus per integram horam circa mediam noctem flagellis in se ita graviter animadvertere solebat, ut strepitus procul etiam inde acceperint nonnulli, inter quos P. Magister Gregorius Aloysius Tonelli, & F. Joannes Paulus; animadversionis autem hujusmodi rationem oculis ipsis comprobarunt evidentius, qui ejusdem Julij seculo defuncti corpus tractantes humeros, dorsum, & reliqua membra lacera, & prorsus consumpta, quin etiam carnem ipsam ad instar corticis asperæ arboris deprehenderunt, præ nimia plagarum copia ibi pluries obductarum.

E

F

Commendanda modò succedit Humilitas, Temperantiam, ut diximus, consequens, reipsa tamen aliarum virtutum basis, quâ planè præstitisse Julium nemo ex dictis non viderit, qui noverit humilitati potissimùm inniti cæterarum virtutum apparatum. Adeò de se demisse sentiebat, ut non modò imperfectiones, & vitia, quibus obnoxius sibi videbatur, agnosceret, & propterea sese indignissimum reputaret, verùm etiam virtutes ipsas, quibus vere præditus erat, minime advertebat, ut potius humilitatis sensus in eo excitaret: quamobrem morti proximus testari non dubitavit, & confiteri sibi quam notissimum esse, quòd nec unâ die religiosam vitam duxisset, quin etiam ex animo dolere se dicebat, nimium utique deliquisse ab adolescentiâ suâ, cum Literarum studijs vacans, se potius, & inanem hominum gloriam, quàm Deum, ejusque honorem respexisset; Creaturarum omnium proinde indignissimū, & maxime inutilem sese habebat, quin etiam scelera omnia in Ordine Nostro patrata, & adversa quæcumque ideo ipsi obvenientia, sibi tantùm tribuenda arbitrabatur; & ut omnia in re propositâ uno verbo complectar, tantâ sui demissione de se sentiebat, ac loquebatur, ut qui eum aliunde non perspexissent, deterrimum hominum existimassent, ipseque vitia sua, & imperfectiones expendens, ipsamet vita indignum, et quòd ipsa terra ulterius eum pati non posset, sed repente dehiscens absorbere debere credebat. Qui verè doctrinâ pollebat, prout è superiùs dictis innotescit, quique reipsa venerationem omnem promerebatur, attamen Literarum expertem, ac sese undequaque contemptibilem putabat, quod planè nonnisi humilibus congruit, quos latere debent dona, quibus ipsos ornaverit Deus. Minimè proinde mirandum, quòd grandævus, & aliorum Regimini Præfectus in rebus dubiis consilia etiam ab inferioribus emendicare non erubuerit, probè

Humilitas.

G

H

enim

enim norat insigne pretium humilitatis, eum-
que revera sapere, qui nihil se sapere putat.
Minimè quoque mirandum, quòd cùm anno
1705. obstupescerent omnes quonam pacto su-
peresse adhuc potuisset tanta scilicet dolo-
rum, & laborum serie confectus, qui cæte-
roqui proximè moriturus videbatur, solus ipse
dolorosam hanc vitæ prolongationem pecca-
tis propriis adscribebat; quòd autem in Ju-
lio heroicum virtutis hujus gradum præfere-
bat, non modò se perfectionibus destitutum,
& vitijs obnoxium habebat, sed summopere
ex animo cupiebat, quòd cæteri omnes ita
secum de ipso sentirent, & aliquando cum
Deo conqueri solebat de laudibus, quibus ip-
sum homines passim ornarent, acceptum id
referens in pœnam suorum peccatorum, ut
ea quidem laterent homines, qui solum Divi-
na in se collata beneficia agnoscerent; ac pro-
pterea Deum precabatur, quòd & hominibus
perspectæ forent ejus animi infirmitates,
adeoque neminem lateret sui ipsius vilis, ac
despicienda conditio. Huic modo loquendi
interior profectò conformis erat animi sen-
sus, quo abdicare sæpius tentavit primariam
in Universitate Pisanâ sacræ Theologiæ Ca-
thedram, suique Ordinis in Provinciâ Etru-
riæ Præfecturam, ut vel sic omnibus ignotus,
atque neglectus vitam duceret in solitudine.
Eandem animi humilitatem maximè coluit in
Eremo prædictâ degens, vilissimâ, & nausea-
bunda domûs munia obeundo, uti nuper di-
cebam; Conversis Ipsis Fabri murarij opus
exercentibus, tanquam Minister inserviens,
modò calcem, modò saxa etiam ingentia
portando. in usum pariter Culinæ, tùm
aquam, tum ligna parabat, publica Domûs
loca verrebat. Virtutis hujus præstantiam in-
de quoque dignoscere licet, quòd si quando
malè cessissent ejus opera, atque consilia,
minimè commovebatur, quippe qui probè
noverat, non nisi superbiæ tribuendum esse,
quòd quis in tali casu perturbetur, ac Divinæ
Providentiæ non obsequatur, quasi incapa-
cem erroris se crediderit. Longè adhuc ma-
gis Julij humilitas enituit, cùm cæteris Præ-
latus, sive in regimine Florentini Cœnobij,
sive Provinciæ Etruriæ, sive totius Ordinis
omnium sibi subditorum indiscriminatim in-
fimum sese reputabat. In visitandis Ordinis
Nostri Provincijs, a Viris quoque Principi-
bus honorificentissimè exceptus, sibi nullate-
nus placebat, sicubi verò pro Regionum con-
suetudine Urbes quasdam subeunti obviam
ivissent Viri quàmplures nobiles magno cur-
ruum comitatu, adeò angebatur, eoque suf-
fundebatur pudore, ut si sibi integrum foret,
infra terræ sinus se condidisset; quo animi
sensu singulorum Conventuum Prioribus oc-
cursus hujusmodi vetuit, ac familiare ipsi
erat Conventus eosdem adire præter omnium
expectationem, horam præveniendo, quâ cre-
debatur accessurus. Tùm verò maximè con-
fusus erubuit præ rarâ sui humilitate, cum

Cardinalis Caracciolus Archiepiscopus Nea-
A politanus opinione commotus, quæ de virtu-
tibus Julij percrebuerat, postquam in suo
Palatio collocutus diutiùs fuerat, eximiæ
profectò humilitatis exemplo ad Julij pedes
in genua provolutus benedictionem ab eo eni-
xè, poposcit: statim enim Julius in genua pa-
riter provolutus coram tanto Principe sese
dimittere magis quàm fieri posset contende-
bat, ipsum ex animo precatus, ut sibi potiùs
benediceret, seque à pœnâ absolveret gra-
vissimâ, quâ præ sui dejectione, ac indigni-
tate sese affectum sentiebat. Iteravit Julius
preces, & vota, Principis tamen illius, &
animi constantiâ victus, consilium verè sapi-
ens excogitavit, quo Principi simul, ac sibi
satisfacere potuit, adhuc enim genibus flexis
B non Principi benedictionē contulit, sed seip-
sum signo crucis munivit, dicens: *Benedicat
nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*
Quâ planè ratione cum Religiosissimo Princi-
pi satis superque factum vidisset, utpote qui
statim surrexit, Julius noster non modò in ge-
nua provolutus, sed humi facie dejectâ, be-
nedictionem ab Eminentissimo petijt, quam
assecutus pedes adhuc eidem osculari, sed in-
cassum studuit. Subinde verò surgens & ipse
inde recessit confusione maximâ repletus præ
tantâ Cardinalis illius virtute, de quâ dein-
ceps loqui non poterat, quin totus in lachry-
mas solveretur. Longè tamen uberius flevit,
cum absoluto fermè universi Ordinis Regi-
mine intellexit, se ad Episcopatum quendam
C insignem proximè assumendum, siquidem
Cardinalem Franciscum Mariam Medices
tunc temporis Ordinis nostri Protectorem in
Urbe degentem adiens, & humi coram ipso
prostratus, non minori gemituum copiâ,
quàm arte dicendi id ab ipso assecutus fuit,
ut Serenissimus Princeps ille operam omnem
se daturum promiserit, ut Julium ab Episco-
patu penitus vindicaret. Julius ergo imper-
fectiones suas tantummodò præ oculis jugiter
habens quolibet honorificentiæ genus, tan-
quam se valdè superius existimabat, ideoque
non mediocriter angebatur, quoties animo
recolebat se Cathedras, & sacros suggestus
superasse, quippe qui non alijs prodesse, sed
potiùs errasse in jis muneribus exercendis sibi
D videbatur. Quibus omnibus veluti Coroni-
dem imponat, quod aliquando illi evenit ul-
timo, [sicuti credebatur] mortis articulo.
Nam sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis [quæ
extrema dicuntur] munito, aderat suprema
pietatis officia exhibiturus P. Callistus Cata-
ni Religione non minus, quàm ætate vene-
randus, de quo ad annum 1703. unà cum P.
Magistro Gregorio Aloysio Tonellio, & Fra-
tre Simplicio Guidi Ordinis Nostri Laico
cùm prædictus P. Callistus crederet, quòd Ju-
lius, utpote viribus destitutus, quæ diceren-
tur non audiret, insigni ejusdem virtute com-
motus in hæc verba erupit: *En quantus Vir
moritur iste. O si possem ipsi in usum Calcei esse!*

Audijt Julius, se ipso, & viribus suis planè superior, & adeò commotus fuit, ut resumpto spiritu: *Domine Jesu* [exclamaverit,] *quidnam est hoc, quod dicitis? ah mi Deus! Peccatorum maximus ego sum, profectò hæc mihi de me dicenda non erant*: Et adeò vocem eatulit inopinato, ut adstantibus non mediocrem incusserit timorem.

Postquam ergo tantis ornatus virtutibus, tantâ meritorum affluentiâ præclarus, 84. ætatis annum attigerat, & Domini 1705. die 10. Aprilis, in quem inciderat feria 6. Parasceves sympromatequodam affectus fuit Julius, quòd Apoplecticum existimarunt Medici, quamvis cæteroqui non abs re acceptum referre possimus contemplationi dolorum, quos ipsâ die Christus Dominus pro Nobis pertulerat, quorum atrocitate, [ut sibi moris fuerat] vehementer commotus Julius fuerit; nisi fortè veriùs dixerim, quòd Julio patiendi cupido satis abundè fecerit Deus dolorum suorum ipsi participationem donando; compertum enim est, quòd totam ipsam diem in cœlesti meditatione Dei indesinenter adhærens transegerat. Inde quoque nostra comprobatur opinio, quòd brevi restitutus facultati intelligendi, & loquendi fuerit, & consueta pietatis opera instaurare subinde potuerit, quod planè nonnisi speciali Dei Providentiæ tribuendum videtur habitâ ratione ætatis, corporisque tot laboribus confecti. Quoniam verò Dominus servo suo Coronam gloriæ proximè conferendam decreverat, prout familiare sibi esse comperimus, eò gravioribus, & identidem iteratis pœnis ipsum probare nitebatur, quò propiùs ad gloriam accedebat. Quamobrem vix à prædictoSymptomate convaluerat Julius, cùm uberrima sanguinis copia è pectore effluxit, non sine gravissimis doloribus, quibus octo dies continuos incessanter affectum admirabundi contemplabantur Medici, qui sibi satis suadere non poterant, quonam pacto superesse adhuc posset multa senectute confectus, spiritibus penè destitutus, & præ diuturnitate pœnarum, & alimenti penuriâ, si naturæ ordinem spectes, producendæ vitæ ulteriùs impar.

Suprema Infirmitas.

Prædicta symptomata, & sanguinis effluvia aliquantisper cessarunt, nec aliud molestiæ genus inusitatum ad mensem usqua Septembris ejus corpori accessit; verum tamen est, quòd viribus sensim deficiebat, non verò patiendi desiderium in eo minuebatur, unde eâ, quâ potuit, austeritate in obsequium Deiparæ novem dies Nativitatem ejusdem præcedentes exercere constanter non dubitavit. Celebratâ verò hac solemnitate febri quadam lentâ correptus lectulo decumbera coactus fuit, non ideò tamen illucescente die à Divinis peragendis mysterijs abstinere voluit ad Altare, non sine gravi incommodo corporis, sed magnâ animi dulcedine sacram actionem exercuit, ac per horam fermè integram veluti extra se raptus nullam omninò corporis molestiam persensit, itaut, si sibi integrum foret, Divinum sacrificium ad plures horas protraxisset. Invaluit ideò aliquantulum ejus convalescentia, & quidam è nostris maximè P. Magister Petrus Antonius Rossi ejusdem Julij familiaris amicus id advertens gratulatus ei fuit, quòd adhuc spes suppeteret hanc evadendi infirmitatem, ac vitam ulterius protrahendi. Tum verò Julius immotis oculis ipsum respiciens hæc ei dixit: *Me olim legisse memini, quòd Mulier quædam Idolorum antea cultrix, Sacro deinde lavacro regenerata graviter decubuit, ac subinde convalescere cæpit (quod mihi modò contingere dicis). Vir quidam, qui eam visitaturus aderat, gratulabatur secum; illa verò, quin et in re propositâ responderet, erga fæminam quandam sibi domesticam conversa, Vir iste, ait, ignorat opinor, quod ego Christi fidem profiteor: Quibus alia non addidit nobilis illa Mulier*, nec aliud pariter addidit Julius; satis verò superque ex his apparet, quòd ipse vitam adhuc superstitem flocci penderet. Paucis autem diebus elapsis vehementiori febre correptus fuit, adeout proximæ futuræ Mortis, etiam vultu præferret indicia, quin tamen ipse, qui cæteroqui id noverat aliquo afficeretur mærore, quem aliàs humanæ nostræ fragilitati ferè inevitabilem scimus, ubi se proximè dissolvendam sentit.

Itaque se moriturum intelligens, nisi veriùs dixerim, prædicens, quòd insequente die sacratissimo reficiendus esset Christi Viatico, die videlicet nona mensis Octobris, religiosos animi sui sensus exprimere verbis sat egit, quos eo temporis articulo familiare est; interim octavâ ejusdem Mensis die de more sacram Eucharistiam, quam excipere quotidie etiam decumbens solebat, accepit, veniam primùm criminum suorum à Deo humillimè petiit, Adstantes deinde Fratres enixè rogavit, ut ipsi quoque veniam malorum operum sibi indulgerent, quæ coram ipsis patraverat; et ex animo ijsdem Regularis observantiæ incrementum, & celeberrimæ illius Ecclesiæ cultum, & decus commendavit; quæ planè non sine lachrymis, & ipse expressit, & illi exceperunt. Postmodum in speciem compositus Viri gravissima quædam animo volventis, memorato nuper Patri Magistro Rossi, quænam secum ipse cogitaret, percunctanti respondit: *Ah quàm terribilis est hora hæc, qua quis æternitatem proximè subiturum, se videt! Oh quàm diversum de rebus hisce sensibilibus fertur Judicium, quàm ferre plerumque consueverint homines!* Ad Vesperam ingravescente morbo, & uberiùs defluente pravo capitis humore, altos emittens gemitus maximâ se pressum ostendebat tristitiâ, quare ab Astante quodam è nostris requisitus, tenuissimâ, & vix intelligibili voce respondit -- *Ah Frater defles Peccatoris errorem, qui in hoc discrimine constituti, & cum morte luctaturi, resipiscere facillimè se posse*

præ-

præsumunt. Plura sanè dicere vellem, sed præ cordis angore vix loqui possum: Ob bone Jesu quidnam miseris hisce contingет!

Proximè sequente die, nonâ videlicet Octobris, in acie quidem confectus, sed eam vultu præferens jucunditatem, quæ speciales quosdam lætitiæ sensus in adstantibus excitaret, statim ac comparuit Miniatensis Episcopus P. Joannes Franciscus Maria Poggi ex Ordine nostro assumptus, qui tunc temporis Florentiæ aderat, ut solemnibus exequijs interesset, unà cum alijs quibusdam Etruriæ Episcopis, quas Leopoldo primo Romanorum Imperatori defuncto Magnus Etruriæ Dux Cosmus III. celebrabat, ipsâque die valdè diluculo Julij Cellam subierat, humillimâ voce, magno perfundi se gaudio dixit, sed causam non exprimens obmutuit, & de ejus adventu fortasse hunc animi sensum expressit. Paulo verò post addidit: *Vides profectò, jam morior, opem quæso apud Deum mihi conferre non dedigneris.* Tum ipso tacente, ypsa pauca subdidit Episcopus, munus enim linguæ longè feliciùs explebant amborum oculi animi sensus sibi mutuò conferentes. Subinde Sacratissimum Christi Domini Viaticum excepit, & quantumlibet niteretur religiosi cordis affectus in Deum exprimere, tamen ab humore defluente prohibitus, quemadmodum proximè præcedente die præviderat, non potuit, sed submissâ voce hæc tantummodò protulit: *Jesu, Jesu esto mihi Jesus*, vocibus tamen lachrymas suffecit, quibus ineffabile gaudium Adstantibus in lachrymas pariter solutis significabat, quo ejus cor nimiâ in Deum charitate flagrans perfundebatur. Sacrâ Eucharistiâ refectus, nullâ interpositâ morâ desiderium innuit Extremæ Unctionem recipiendi, quæ circa duodecimam horam ei ritè collata fuit, quâ quidem in actione memoratu dignum hoc contigit ad eximiam ejus pietatem, & fidem ostendendam aptissimum: Sacerdotem enim advertens Julius factam illam actionem, vel ab initio exercentem, agitare caput, prout ei licebat, cœpit innuens aliquid se pati, adeout suspicarentur Adstantes, quòd vehemens aliquis dolor, vel gravis quædam tentatio illum Invasisset; verùm motus hujus, & affectus causa statim innotuit, quando lineum biretum capiti suo antea superpositum agitationis illius vi amovit, tunc etenim omninò quievit, & Sacram Unctionem maximâ devotione excepit, ac propterea ideò solùm prædictam subiit molestiam compertum omnibus fuit, opertо capite Sacramentum illud recipere irreverentiam existimabat. Reliquum verò diei, & insequentis noctis indefinenter evigilans conversus ad Christi Domini è Cruce pendentis Imaginem sibi proximam ad latus dexterum labia incessanter movere non desistebat, Domino, ut piè creditur, laudes dicens, non enim licuit Adstantibus ea percipere, quæ ipse submissâ voce exprimebat.

A Decimâ verò sequentis diei horâ, decimæ neo pe mensis Octobris, supinus, oculis in Cœlum elatis, duas horas continuas immotus omninò permansit, ne labia quidem, sicuti antea fecerat movers, itaut præ suavi quadam contemplatione extra se in Deum raptus haberetur. Duodecimâ autem horâ ejusdem diei, quasi è placido somno evigilans iterum labia movere cœpit, & oculos clausit, pravo iterum humore uberius defluente; tum verò P. Joseph Maria Salvetti è nostris eidem assistentibus, Julium deficere advertens, ait: *Pater, Jesus te vocat*, statimque subdidit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Quibus acceptis Julius oculos iterum aperuit, & in Cœlum aliquantulum extulit, iterum deinde claudens suavissimè expiravit, ut piè Felix Obitus.

B creditur, in osculo Domini, recurrente die Sabbatho B. Virgini speciatim dicato, quam uti Matrem dulcissimam eximiâ semper veneratione vivens prosequutus fuerat, anno Domini MDCCV., ætatis suæ LXXXIV., Religionis verò LXXII.

Exanimis Julius, dormientis potius, quàm mortui speciem exhibebat, vultu nitorem eximium præferens. Venerandum ejus Corpus Ministri detegentes ad hoc designati, ut ipsum de more illum Regularibus vestibus Induerent, publicè in Ecclesiâ exponendum, ita compositum reperere, quasi ex se proximè moriturus illud eâ ratione aptasset, quâ feretro imponendum mox erat, tibijs nimirum omninò extensis, pedibus erectis, & ad

C invicem coniunctis, & brachijs super pectus cancellatis, seù decussatim positis. Vix per Campanæ signum urbi innotuit Julij obitus, quem antea omnes proximè futurum acceperant, cum per publica Compita, privatasque Domos vox ista suavis erupit: *Vitâ functus est sanctus ille Pater in Cœnobio D. Annunciatæ degens.* Unanimi consensu Patres ejusdem Cœnobij Famuli Dei imaginem gypso effotmandam curatunt manibus, & operâ præfati Patris nostri Joseph Maria Salvetti in hac arte satis excellentis, qui proinde non solùm aliàs ex gypso Imagines confecit nobilibus petentibus Viris ex devotione dispensandas, quos inter Serenissimus Magnus Etruriæ Princeps Ferdinandus erga P. Julium satis devotus,

D unam ex iis in decocta terra elaboratam adeo gratanter accepit, ut munificè P. Salvetti Authorem dono compensarit, sed insuper tùm ex cetâ alteram, quæ adhuc inter res memorabiles P. Julij in eodem Conventu, & Cellâ asservatur, tùm ex marmore alteram Servi Dei effigiem ad vivum exsculptam perfecerit; item & picturâ expressas Julij Imagines PP. absolvi curarunt, ut iteratis plurium votis satis superque fieret, indeque Posteri Julij virtute perspectâ ad eius imitationem commoverentur. Ipsâ verò die decimâ Mensis Octobris in Sacrâ Ædiculâ, quâ reclusus Divina peregerat mysteria, Corpus ejus delituit, quod tamen nonnulli dignitate quoque clarif-

clarissimi, inter quos Apostolicus Nuncius Antonius Franciscus Sanvitali Archiepisco- E pus Ephesinus, & Archiepiscopus Florentinus Thomas Bonaventura ex Comitibus Gherardeschæ invisere voluerunt, & licet separatim id præstiterint, eodem tamen animi sensu ambo dixere: *Benedictionem Defuncto illi non impertiendam, sed ab eodem potiùs petendam fore*. Speciem enim Sancti cujusdam Senis præferebat ad hilaritatem compositam, qualem è veteribus Ægypti Eremitis exprimere coloribus solemus. Insequente die 11. ejusdem Mensis, quæ Dominica erat, expositum publicè in Ecclesiâ de more fuit valde diluculò pompâ potiùs mediocri, quàm Virum deceret, qui supremam in Ordine Præfecturam administrarat, sed Julij humilitati F magis conformi. Vix reseratis Ecclesiæ Foribus, prout moris est longè ante auroram, Populus aliàs confluere solitus ad sacrum in eâ Ecclesiâ audiendum, quod ex privilegio Pontificio, & inveteratâ consuetudine, antequam illucescat dies celebrari quotidie solet, confluere sensim frequentior cæpit, quicumque enim obitum Julij noverant, incredibili desiderio tenebantur, ipsum quantocyus invisendi, quem agnomine Sancti passim ab omnibus prædicari intelligebat. Cùm verò succrescente Turbâ cernerent, quòd ipsis integrum non esset Corpus Illius tangere, adeò tumultuari cæperunt, ut amovenda fuerit elegans quædam inscriptio ad ejus pedes apposita, quæ vitæ genus ab eo institutum G exhibebat ad hoc, ut cujusque venerationi erga Famulum Dei locus daretur. Tum sanè certatim omnes propiùs, quàm fieri poterat, accedere, conceptam corde dulcedinem lachrymis exprimere, pedes ejus osculari, manusque apprehendere, spherulis precatorijs corpus ejus tangere, oculos, & caput admovere. Procedente verò die magis adhuc confluere è singulis Urbis partibus omnes, tùm Ecclesiastici, tùm Laici Nobiles, & plebei, Senes, & Juvenes, Viri, ac Mulieres, & delicatulæ etiam Puellæ, ac Virgines indiscriminatim summo studio certantes corpus illud tractare, pedes, & manus, non modò fixis oculis aspicere, sed etiam pressis labijs osculari; quod utique sanctitatis, quam in Julio H prædicabant, luculentissimum testimonium fuit; horrorem enim incutere solet quorumlibet etiam dilectorum cadaverum aspectus, non delicatulis, & nobilibus solùm adolescentulis, sed etiam hominibus quibusque firmioribus; sudariolis pariter ipsum tangere, vestem in frusta discindere, eumque tumultum excitare, ut Custodes, eosque validos tumulo admovere necesse fuerit, qui magnam Populi vim reprimerent, & ne tumulus cum corpore susdeque verteretur, impedirent, necnon candelabra circumposita funibus, & clavis firmare, ne corruerent, quæ tamen deinde amovenda fuerunt, non enim violentiæ superandæ par fuit hujusmodi cura.

Exequiarum celebritas.

Absoluto solemni Missæ Sacrificio, quod E pro ejus anima de more celebratum Musicis concentibus fuerat, transactâ meridie vis Populi aliquantulum subsidit, quamobrem instaurari denuò, sed difficulter potuit Tumulus, & iterum circumpositis Candelabris ita undequaque firmatus, ut de novâ ejus eversione, adhibitis præsertim pluribus, & validis Custodibus, non ultra vereri crederetur; sed frustra, nam circa vigesimam diei horam iterum confluere, & longè frequentior Populus, ex quo tunc temporis per totam Urbem rumor iste in vulgus invaluerat, eâ planè ratione, prout testati constanter fuere quamplures experientiâ edocti, & prudentiâ insignes, quòd adeo frequentem ibidem nun- F quam viderint Gentium concursum, quæcumque solemnia habita in celeberrimâ illâ Ecclesiâ fuerint, etiamsi totam illam diem jugis, & indesinens è cœlo uberrima aquarum defluxerit congeries; circa 22. horam Universitatis Florentinæ Theologi proprijs Insignibus ornati, cum ad hoc à Patribus illius Cœnobij specialiter invitati forent, collegialiter Ecclesiam bini, & bini adeuntes, ut Orationi Funebri de laudibus Julij, habendæ à P. M. Julio Antonio Roboredo Ulyssiponensi memorati Cœnobij Alumno, ac tunc temporis Ordinis nostri in Etruriâ Priore Provinciali, interessent sedibus ad hoc paratis, sed assequi id commodè non potuere præ nimiâ Populi frequentiâ, & inusitato tumul- G tu, quo factum fuerat, ut sedes illæ susdeque eversæ fuissent, quare sacellum quoddam è regione suggestus positum, prout illis datum erat, subierunt. Interim Orator prædictus suggestum conscendit, quem cum Populus advertisset, sibique suaderet, quòd præclara Julij gesta ab ipso commemoranda forent, omninò quievit, obmutuit. Cum verò Oratorem non vernacula linguâ Tuscâ, sed idiomate latino dicentem, accepissent, ac proinde id, quod optaverant assecuturos se minimè fore quamplurimi cognovissent, utpotè latini idiomatis expertes, iterum tumultuare, clamores excitare, preces ad Julium, & invocationes jugiter dirigere, cujus spiritum, & in cœlesti Patriâ Beatum prædicabant, & H sibi quisque in suis angustijs propitium fore sperabat. Quæ quidem eò magis invalescebant, quò magis augebatur Populi frequentia, adeout tumulus iterum juxta Populi motum huc, & illuc agitaretur; et profectò corruisset unà cum venerando corpore, nisi plures pietate præstantes Viri huic regendo, & à tumultibus tuendo operam omnem dedissent. Quâ de re Serenissimi Principes Ecclesiam illam de more visitantes, quippe qui speciali semper veneratione prosecuti Julium fuerant, ad ejus Corpus invisendum accesserunt, sed veriti longè majores tumultus excitandos, se abstinuerunt. Præcæteris autem magnus Etruriæ Dux Cosmus III. celebritatem hanc, & insignem tumultum, quasi

nobl-

nobilem triumphum advertens in admirationem maximam actus, ep phonemate hoc in laudes Defuncti usus fuisse fertur: *Hæc verè solemnis est Funeris pompa, quam famulis suis adornat Altissimus.*

Præ tantâ Populi frequentiâ operæ pretium fuit omittere Processionem, quam Patres illius Cœnobij, unà cum præfatis Theologis defuncti corpus circumferendo per plateam ante Ecclesiam de more habere decreverant; quin etiam absolutionem solemnem, quam prædictus Episcopus Miniatensis in Pontificalibus constituturus habuit, non circa tumulum, prout exigit Rituum conditio, sed in Sacello prædicto, quo Theologi convenerant, uti mox diximus, ut Funebri Orationi interessent, celebrare oportuit. Absolutione demum peractâ, veriti Patres, ne corpus illud indesinentibus Populi magis semper, ac magis urgentis agitationibus, tandem aliquando corrueret, constanter decrevere, plurium hominum ope non sine magnâ vi ex Ecclesiâ eductum, in sacristiam inferre, quod planè consequuti fuere, sed ægerrimè, Populus namque summo studio sese opponebat, & suscepto consilio reipsa obstitisset, nisi spopondissent Patres se illud iterum in Ecclesiam relaturos, statim ac compositus tumulus, & firmior factus fuisset, quâ habitâ sponsione Populi vis acquievit; et tamen sponsioni stare non licuit, melius enim consultum putarunt Corpus illud in majori discrimine rursus non constituere, quod proinde in sacristiâ diligentissimè servatum usque ad secundam noctis horam fuit, ex quo Populus jugiter frequens defluere non destitit ad id temporis usque, licet Ecclesia ad primam noctis horam claudi soleat. Quia vero nec ipsum tractare, nec aspicere poterant, genibus ad ejusdem sacristiæ januam flexis, æquè ac ad alicujus Sancti Sepulcrum, ipsum ex animo invocabant. Enixè plures petiere, quòd adhuc inhumatum corpus iterum in Ecclesiâ alterâ die pateret; verùm tumultus ingentes veriti Patres, quos Populus, & Suburbani maximè tanti Viri commoti famâ eò concurrentes excitassent, sacris idcò Romanæ Ecclesiæ ritibus expletis ipsamet nocte seorsim tumularunt, quippe qui probè norant Deum ipsum ejus meritis apud homines patefaciendis non defuturum. Itaque cadaver illud, postquam Fratres omnes ipsum oculis undequaque perlustrassent, suæque devotioni satis fecissent, intra cypressinam arcam reconditum, in qua scripta hæc verba interius fuere: *Cadaver Patris F. Julij Arrighetti, cui memoria, & requies. Obijt die 10. Octobris anno MDCCV.* Terræ mandatum fuit in Sacello Sanctissimi Crucifixi juxta Aram ad latus Evangelij ab alijs corporibus omninò secretum. Superpositum autem pavimento fuit marmor, in quo hæc legimus impressa: *Hic jacet Frater Julius Arrighetti Ordinis Servorum B.M.V. Ex-Generalis, hujus Cœnobij Alumnus. Obiit die 10. Octobris MDCCV.* Post hæc publicus rumor A invaluit, quòd longè pluribus ipsâ die, quâ Famuli Dei Corpus expositum in Ecclesiâ fuit, varia contulerit Deus illius Intercessione beneficia. Verùm in tanto Populi, & clamorum tumultu, exactam eorundem notitiam, prout fas esset, assequi non licuit: non defuit tamen Altissimus Famulo suo adhuc glorificando, quòd ex modò dicendis constabit.

Ex quo per singula Florentiæ Loca, & per Miniatensem Diœcesim percrebuerat rumor de celebritate memoratâ Exequiarum, & Sanctitatis opinione, quam de Julio indiscriminatim omnes conceperant, non pauci ad ejus opem implorandam excitati, sibi illum propitium sensere. In primis Soror quædam B nomine Maria Gertrudis de Verbo Incarnato in Monasterio Sanctissimæ Incarnationis, quod vulgò dicitur Florentiæ *della Montalva*, conscientiæ anxietate jamdiù vehementer vexata, Patris Magistri Leopoldi Mati Servitæ Confessarij sui operâ, & consilio fragmentum quoddam subuculæ, quam induerat Julius, non mediocri pietate vix tetigit, cum prædicta vexatio minui cæpit, qualibet verò feriâ 6. deinceps Orationem quandam ad Famulum Dei invocandum directam recitans, omninò quievit.

Gratia à Deo ejus intercessione impetrata.

Apud Urbem Miniatensem in Monasterio Sanctissimæ Trinitatis Ordinis S. Augustini Soror Maria Zaphira Gigliolini malè undequaque per corpus affecta, excepto capite, C & cervice, immobilis lecto consistere coacta vehementibus pressa doloribus, consueta artis medicæ operâ sibi à Physico quodam nomine Francisco Vangelisti adhibitâ de more probaverat, quin tamen ullum experiretur levamen, juxta medicæ artis, & Naturæ leges desperandum, nisi quadraginta diebus exactis. Postquam ergo quindecim dies continuos hoc morbo laboraverat, nimirum à 10. die Octubris anni MDCCVI. ad 25. usque ejusdem mensis, ipsâ die 25. Monasterij illius Priorissa nomine Soror Maria Anna del Conte, Divino quodam impulsu, de quò Infirmam certiorem fecit, & quem ipsa probavit, Famuli Dei Julij Imaginem coloribus expressam, quæ tunc temporis in Monasterio Sanctæ D Claræ juxta eandem Urbem aderat à Monialibus illis non mediocri veneratione servata, è regione ipsius Infirmæ in pariete circa solis occasum affigendam curavit, ipsam serio monens, quod se Patri Julio commendaret, indeque chorum adijt cum cæteris Monialibus ad matutinas laudes persolvendas, postquam Imaginem eandem singulis ejusdem Infirmæ Corporis partibus sigillatim admoverat, ipsam signo crucis muniens, tabulâ eâdem adhibitâ dicens: *In nomine Patris, &c.* Recedentibus ergo reliquis Monialibus ad propria munia Maria Zaphira longè vehementiùs commota, & ad maiorem fiduciam erga Julij intercessionem concipiendam exci-

excitata, oculis in ejus Imaginem defixis dicebat: *Novi, quòd potes, si velis, ab hoc* E *morbo me vindicare; nihil enim est, quod fieri à Deo non possit, quippe qua noverim, quòd Servorum suorum intercessione excitati quoque sunt à mortuis quamplures*: Interim excitatam quoque se sentiebat, ut è lecto surgeret, & imaginem prædictam oscularetur, spe freta se protinus curandam; temperare tamen sibi cogebatur, quia vestes in promptu sibi non erant; cùm verò vota sua ex animo prosequeretur erga prædictam imaginem conversa, eo fortè accedenti alteri è Valetudinarij Præfectis dixit: *Si mihi vestes in promptu erant, surrexissem è lecto, ut Imagini illi oscula imprimerem*. Cui mox dicta Præfecta reluctans: Eh demens, inquit, oblita nè es, quod alterâ tantùm ab hinc horâ cum dimi- F dio tres è Monialibus unà simul summum laborem impendimus, ut è cubili te educeremus? His ita ad invicem certantibus accessit & alia nomine Soror Maria Joanna Conversa, & Mariæ Zaphiræ votis acceptis id assecuta tandem fuit, ut memorata Valetudinarij Præfecta nomine Soror Maria Fiorinda vestes ei induendas præberet: tum Maria Zaphira maximè alacris, agilis, & omnis doloris expers, sese erexit, se vestibus induit, è lecto prosilijt, nulloque penitus opem ferente locum quam celerrimè petijt, quò prædicta pendebat Imago, & eximia animi pietate ipsam osculata fuit, non sine ingenti prædictarum Sororum admiratione, quæ proinde in lachrymas solutæ plurimas Deo Gratias referre G non destiterunt.

Hisce peractis eadem Maria Zaphira libera prorsus, & expedita, & à malo quocumque exempta, junctis manibus Dormitorium aliud protinus petijt, ubi longè graviori morbo affecta jacebat Adolescentula quædam, nomine Soror Maria Diomira del Pace, utpotè sensuum usu destituta, & siderata, necnon doloribus pressa ægerrimè curandis, quò cum aliæ quædam è Monialibus Imaginem prædictam Julij deferentes pervenissent, ipsam statim apprehendens Maria Zaphira Mariæ Diomiræ ostendit, dicens: *Confide Filia, quoniam ego gratiam sum assecuta, propterea huic Famulo Dei ex animo te commendes. Inspice me, inspice, quia nihil omninò mali me pre-* H *mit, sed omninò convalui*. Quod verò ad Diomiram spectat, quæ tunc aliquatenus fiduciam non habuit, uti postea testata fuit, re infecta; Maria Clorinda urgente, Maria Zaffira nullo pariter opem ferente, cubile suum repetere, alimentum ibi sumere debuit, mox autem eadem Maria Clorinda monente, Maria Zaffira ejus votis annuens iterum sola, & sine ope vestibus se induit, è lecto prosilijt, Tabulam prædictam apprehendit, & media inter Sorores Mariam Clorindam, & Verdianam Catharinam, candelas accensas præ manibus gestantes refectorium celerrimè adijt, quò Moniales convenerant ad refectionem, eandem Tabulam præferens, quam nullo opem ferente per tres scalas descendendo pariter tulerat. Ad hoc spectaculum stupore affectæ Moniales, temperare sibi à lachrymis non potuere, interim singulæ certatim in Mariæ Zaffiræ amplexus ruentes. Tunc, & Priorissa surgens: *Gratias Domino agamus*, inquit, *de beneficio accepto*. Ter proinde recitanda præcipiens Orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, & Gloria Patri, com Oratione Agimus tibi gratias &c. in honorem Sanctissimæ Trinitatis. Insequente verò die prædicta Maria Zaffira de manè unà cum reliquis Monialibus in choro convenit ad laudes Deo canendas, indeque non amplius passa incommoda se fuisse testata est in judicio, ubi coram Episcopo Miniatensi anno MDCCVII. processus super propositâ re, auctoritate ordinariâ construente, constituta fuit.

Anno 1706. de Mense Octobris Soror Maria Diomira del Pace superiùs memorata, cùm esset tunc temporis novitia, & annum ageret ætatis 17 gravissimis urgeri paulatim cæpit doloribus per singula corporis membra, dexterâ quoque manu contracta, & siderata, itaut loco se movere non posset. Die verò 25. ejusdem Mensis Octobris deferens Priorissa, uti mox diximus, in Monasterium prædictum Julij nostri Imaginem Sorori huic decumbenti primùm exhibuit, ipsamque monuit, ut ejus opem in tanto discrimine devotè imploraret. Illa quidem verita, ne Deo minus placeret, si novum illud pœnæ genus evadere curasset, quòd nonnisi modico temporis spatio subierat, Famuli Dei opem implorare ausa non fuit, quapropter, cum prædictam imaginem osculandam ei præbuisset Priorissa, eadem adhibito Crucis signo ipsam munivit, & indè recedens ad Sororem Mariam Zaffiram detulit, uti mox dictum est. Post hæc unà circiter horâ elapsâ Mariam Zaffiram omninò sanatam respiciens, uti pariter diximus, exin Iam & ipsa Diomira fiduciam concepit sese quoque fore sanandam. Subindè ejus dexteræ admota Famuli Dei manu depicta, dolor cæteroqui acerbissimus in instanti cessavit, æquè ac nervorum attractio; proindéque liberum prorsus, & integrum unà cum manu brachium dexterum remansit, prædicti Famuli Dei ope implorata. Quare hoc subitaneum experta beneficium Famulum Dei rogare vehementius cæpit, ut eâ penitùs ab infirmitate liberaret, nec sanè frustra preces fudit, singulis enim sui corporis partibus malè affectis, ut diximus, similibus Famuli Dei partibus depictis admotis, Sororis Verdianæ Catharinæ prædictæ operâ, statim ac singulis hisce partibus imago prædicta admoveretur, dolor in instanti cessabat, solvebatur sideratio, & ad motum expedita unaquæque pars corporis remanebat, undè incolumis undequaque evasit. Postmodum iterum delata ad Mariam Zaffirâ prædicta Imagine, illi-

Alia Monialis ab eodem morbo liberatur.

illico se Maria Diomira propriis viribus super cubile erecta vestes induit, descendit, nulloque opem ferente, cubiculum Mariæ Zaffiræ petiit, ubi aderat memorata Famuli Dei Imago, & coram ipsâ genibus provolota plurimas ei de sanitate mirabiliter accepta gratias egit. Interim Moniales omnes certatim accurrentes, & inusitatum hoc prodigium admiratæ eidem ex animo gratulabantur, neque sibi præ cordis dulcedine temperare poterant à lachrymis, illam diligenter advertentes huc, & illinc expeditè incedentem, adeoque ab infirmitata prædictâ undequaque solutam, cui pariter iterum minimè subesse testata juridicè fuit coram Episcopo Miniatensi, modo quo supra quatuor Mensibus à liberatiune ista exactis; quæ hactenus dictis etiam adiecit, quòd manè sanationem prædictam insequente, paulo ante auroram conspiciendum ei vigiliam inter, & somnum se præbuerat Famulus Dei Julius splendoribus undequaque circumdatus, Seraphim speciem exhibens, quem ipsa probè cognovit, utpotè Imagini prorsus consimilem, quam vespere præcedente in Tabulâ prædicta conspexerat, hoc solùm discrimine, quòd in tabulâ splendoribus illis destituta erat Imago, quos ipse apparens vultu ad Majestatem, & hilaritatem composito præferebat. Qui deinde manu capiti ejus superposita eam monuisse visus fuit ad hoc restitutam ipsi sanitatem à Deo fuisse, ut longè diligentior deinceps in Dei servitute foret, quæ cum diceret Julius Maria Diomira singulari præsensit voluptate se perfusam, & ad servitutem Deo promptius exhibendam longè vehementius accensam; aliquot tamen horas, postquam evigilans è lecto surrexerat impositum capiti pondus æquè sentiebat, ac si superposita adhuc manus fuisset. Duæ hæ sanationes memorati Medici testimonio, supernaturales, & miraculosæ quoad modum saltem habitæ fuere, prout constat ex citato Processu.

Puella octennis ab infirmitate gravissima liberatur.

Hiacyntha Moretti de Liburno circiter octennis in educationem degens in Monasterio sanctæ Claræ extra Civitatem Miniatensem duplici febre tertianâ vehementissimâ, & insuperabili laboraverat gravissimis capitis doloribus, eâque virium imminutione, aliisque symptomatibus affecta, ut 14. diebus exactis conclamatum ipsi fuerit à Medicis. Itaque Adstantes Moniales humanis quibusque remedijs se destitutas intelligentes, Imaginem Julij, quam summa veneratione ibidem prosequebantur, Puellæ, uti poterant, à lethargo excitatæ obtulerunt, ipsamque, quoad fieri poterat, hortatæ sunt, ut Famulo Dei se commendaret, fiduciam erga eundem excitare in ipsâ studentes. Immotis oculis Imaginem spectabat Puella, quæque erat naturæ indole alacris, dicebat, quamvis languidâ voce: *Pater Juli, fac, ut convalescam*; eadem verba pluries repetens, quia verò id adhuc non assequebatur, angebatur, & addebat: *Ab Pa-*
ter! Tibi cura non est, ut convalescam? cupie-
A bat enim Puellula subitò sanitatem recipere.
Levamen aliquod adverterunt Moniales in
Infirmâ, reipsâ tamen morbi vis eadem sem-
per urgebat, quin ullum expetitæ salutis ap-
pareret indicium: Itaque Soror Maria Pul-
cheria Rossi ibidem tunc temporis Abbatissa
pileolum Julij in Episcopatu existentem ad se
deferendum curavit, quem Puellæ offerens
ut à cum Reliquis Monialibus ad Famuli Dei
implorandum præsidium magnâ fiduciâ exci-
tare non destitit, mox cum cæteris adstanti-
bus in genua provoluta Sanctissimam Trinita-
tem exoravit, ut Julij meritis sanitatem Puel-
læ restitueret. Tum erecta ejus capiti impo-
suit prædictum pileolum, quæ interim repe-
tere identidem non cessabat: *Pater Juli, fac*
B *ut convalescam, & convalescam citò!* His dictis
insigne levamen ipsi repentè accidisse vide-
runt, à nimiâ capitis gravedine, & immodi-
co somno soluta, deprehensa fuit, quemad-
modum & imminutus febrilis æstus, ita ut
Medicus, qui ipsâ die ante meridiem actum
de eâ esse pronunciaverat, ad vesperam redi-
ens, & Puellam advertens adeò convaluisse,
quæ adhuc pileolum prædictum capiti super-
positum gerebat, dixerit, sanandam fore, si
eâ ratione prosequeretur, quâ cæperat; cer-
tior autem de iis factus, quæ ad imploran-
dam Julij opem præstiterant, addidit: *San-*
ctis licet hæc miracula patrare. Quatuor verò
exactis abinde diebus febris omninò cessavit,
& à quocumque capitis dolore, & morbi
C symptomate, præter ordinem naturæ, libera
prorsus evasit.

Anno Domini 1708. Mense Martio die 10.
Margharita Angelini Pratensis, tunc tempo-
ris degens in Urbe Miniatensi convulsionibus
uteri, quibus aliàs laboraverat, adeò vehe-
menter affecta fuit, ut penè mortua habere-
tur, vix enim respirando par erat; invale-
scente autem post meridiem die 11. ejusdem
Morbi vehementia proximè morituram se re-
putans, sacramentaliter confiteri peccata sua
voluit, & absolutione receptâ aliquantulum
se melius habere visa fuit. Ad vesperam verò
longè magis increvit convulsionum impetus
eo doloris sensu, ut evelli quodammodo sibi
viscera viderentur: At illa viribus illicò de-
D stituta, necnon facultate videndi, & loquen-
di vix respirabat, caviatem in oculis, livo-
rem in labijs præferebat, & facie adeò exan-
guis apparebat, ut jam omninò defuncta vi-
deretur. Vocatus Miniatensis Antistes ad
infirmam visitandam, & benedicendam,
pluribus ad rem appositis Margharitam in fi-
de roborare contendit, ac proprijs manibus
imposuit ejusdem capiti memoratum Julij pi-
leolum, cujus opem imploraverat. Interim
infirmæ gravissima manus capiti incumbere,
statimque elevari visa fuit (uti postea ingenuè
confessa est) & unà simul à pristinâ gravedine
caput absolvi, & dolorem omnem evanesce-
re sensit; oculos subinde aperuit, & super

cer-

cervical erecta elatâ voce dixit : *Deo laus, quia à mortuis surrexi*, E quin tamen adhuc nosset, quid ipsi contigerat, qua de ratione statim convaluisset ; quod ubi ex Adstantibus didicit, quos in genua provolutos circa lectum vidit, subitò cum illis Deo gratias egit, & P. Julio, cujus meritis acceptam omnes referebant gratiam. Surgere proinde statim è lecto decreverat, nisi ab Adstantibus prohibita fuisset ex eo, quòd jam noctis horâ tertiâ incumberet. Surrexit autem feliciter insequente die obeundi de more domesticis muniis, æquè ac nihil omninò mali passa fuisset.

Mulier quędam ab uteri convulsionibus liberatur.

Soror Octavia Angela Magnoni Ordinis Camaldulensis Monialis apud S. Romualdum de Fucecchio Miniatensis Diœcesis viginti F tres annos continuos vitio quodam insanabili laboraverat, cui sanando ob verecundiam remedia petere nunquam ausa fuit. Anno igitur 1707. pileolum Famuli Dei Julij, quem Miniatensis Episcopus alteri ex ejusdem Monasterij Sororibus ægrotanti miserat, præ manibus habens, non mediocri desiderio incensa sanitatis recuperandæ coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento provoluta ipsum enixè rogavit, ut Julij meritis ab hujusmodi vitio, & infirmitate liberaret, quæ summam ei molestiam inferebat, præsertim verò, cùm externis operibus ipsi vacandum foret, vel quoties sedere vellet; via autem precibus finem imposuerat, cum repentè convalescere cœpit, & ab infirmitate prædictâ se liberam sensit. G

Monialis à gravissimo morbo liberatur.

Cosmus Bonaparte Cathedralis Miniatensis Canonicus anno 1708. gravi quodam, & molestissimo morbo per novem circiter Menses vehementer affectus fuerat; nam præ frequenti vomitu cibi cujuscumque nauseabundus, et viribus penè destitutus, atrocissimis quoque doloribus indesinenter pressus jacuerat. Inutilia quæcumque artis medicæ remedia expertus ad famulum Dei Julium, cujus Imaginem è Monasterio Sanctissimæ Trinitatis ad se deferendam curaverat, totum se precibus, & devotione convertit, & ab eodem, uti postea confessus fuit, integram sanitatem recepit.

Canonicus quidam cõvalescit.

Soror Angela Catharina Rossi Monialis in Monasterio S. Pauli Civitatis ejusdem die 16. H Mensis Octobris anno 1709. ob pravi cujusdam humoris effluxum, quo cæteroqui laborare consueverat, tanto doloris sensu, tum capite, tum oculis affecta, ut eos clausos jugiter tenere cogeretur, Famulum Dei Julium invocare cœpit, admovendum sibi oculis curans fragmentum quoddam subuculæ laneæ, quam Julius præfatus induerat, idque solummodo nutibus petiit, ex quo undequaque afflicta in voces erumpere non poterat, statimque liberè elatis oculis à prædictis doloribus, nonnisi Divinitùs absolutam omninò se esse testata juridicè fuit.

Alia Monialis sanitatem recipit.

Vincentius Rimbotti, quondam Bernardi Filius Miniatensis anno 1710 mense Septem- E bri Cephalgiâ correptus adeò vehementer fuit, ut respirando, & quiescendo nullo modo par esset, quare noctes, diesque insomnes ducere cogebatur, & eo infirmitatis processerat, accedente potissimum febre, ut Medici non abs re de Apoplexiâ vererentur, & in gravi vitæ discrimine constitutum arbitrarentur. Postquam ergo pluribus diebus, ac noctibus, absque ullâ requie laborasset, Famuli Dei Julij pileolo à Nicolao Rimbotti Canonico capiti sibi superposito vix ejus imploravit præsidium cum somno indulsit plures horas; evigilans deinde dolorem præfatum penè evanuisse persensit, maximè enim levis evaserat, sed brevi prorsus cessavit. Quamvis autem plura à Medicis adhibita prius illi F remedia forent, hujusmodi tamen sanationem Julij meritis acceptam se maximè referre testatus fuit.

Quidam à Cephalgiâ liberatur.

Soror Maria Cajetana Danielli Monialis in Monasterio S. Claræ, propè Civitatem prædictam anno 1709. Mense Octobri die 18. Arthritide potissimum in genibus vehementer affici cœpit, quin aliquod è pluribus sibi paratis remedijs lenire posset dolorem; sed Famulo Dei Julio, quem cæteroqui maximè venerabatur ob varia Monialibus illis, ut supra dictum est, collata beneficia, se primùm ex animo commendans memoratum pileolum affectæ parti admovit, & illicò dolor cessavit.

Moniales ab Arthritide liberatur

Proximè verò sequente die 19. ejusdem G Mensis præfatis iterum affecta doloribus fuit, sed adeò vehementer, ut spasmi potius, quàm vulgaris doloris speciem exhiberet. Verùm ab ejus Urbis Antistite, qui fortè ad ejusdem Monasterij crates ipsâ die accesserat, mediante Sorore Annâ Mariâ Malegonnelli excitata fuit ad instaurandam fiduciam in Famuli Dei Intercessionem, & iterandas preces, implorando maximè insignem Julij obedientiam, quam ipse cum in terris ageret constanter exercuerat; Antistiti exactè audijt Infirma, & completâ vix Oratione ab eodem Antistite præscriptâ, dolor omninò evanuit, uti testantur Moniales nonnullæ præsentes, quarum ipsamet nomina exhibet in testimonio authentico, quod de sanatione hujusmo- H di sex mensibus abinde tulit.

Soror Maria Matildis Passerotti in eodem Monasterio anno 1708. à die 9. Septembris ad medium usque Mensem Octobris gravi morbo laboraverat, eò infirmitatis redacta, ut deliquijs statim subesset, quoties loco movenda foret, & adeò viribus destituta præ febris malignitate, ut non modò se loco movere per lectum non posset, verùm etiam neque manus ori admovere, ut alimentum sumeret, quinimmò continuâ quadam mentis hebetudine laboraret, quâ sibi semper veterno quodam pressa videbatur, & reminiscendi quoque facultate careret, quod planè præ cæteris ei gravissimum erat. Exteriùs

verò

verò gelu quodam costricta jugiter tenebatur, & ut omnia uno verbo complectar, conclamatum illi fuit à Medico Francisco Vangelisti, postquam juxta regulas artis adhibita quæcumque remedia inutilia prorsus expertus fuerat, qui proinde Sacratissimo Christi Viatico quantocyus ipsam reficiendam curavit. Verum à Monialibus requisita, nomine earum Cappellani, num sibi admovendum optasset Julij nostri pileolum, illicò non mediocriter expergefacta, summo desiderio ipsum habendi sese sensit incensam, quos utique affectus nunquam hactenus senserat, ubi Sanctorum plures aliæ Reliquiæ adhibitæ ei fuerant; ad hæc animo secum reputans eximia in eo Monasterio Julij meritis collata beneficia, maximam in ipso concepit fiduciam sanitatis recuperandæ, quinimmo molestè ferebat interpositam in deferendo pileolo moram; statim verò ac delatus fuit pluribus Monialibus apud Infirmam convenientibus, & in genua provolutis, Abbatissæ manibus capiti sibi superpositum pileolum excepit, Julium magnâ religione verbis hisce compellans: *Anima à Deo benedicta, si cœlestis fueris gloria decorata, quemadmodum opinor, impetres mihi à Domino, quòd saltem non ita hebes, ac sensuum usu ferè destituta decedam, cæterum fiat voluntas Dei.* Iteratis subinde hoc modo precibus per integram horam, illicò in instanti à pristinâ Mentis hebetudine solutam, ac sensibus, tum externis, tùm internis restitutam se persensit, & facultatem reminiscendi, necnon expeditè loquendi perfectè se recepisse advertit, quemadmodum etiam non sine ingenti admiratione adverterunt Moniales, quæ id Medico referentes, & ipse totam rei seriem perpendens, elatis in Cœlum manibus exclamavit. *Mirabilis Deus in Sanctis suis!* Post hæc Infirma, nullum omninò è superioribus symptomatibus ulterius passa, brevi incolumis prorsus evasit. Quà quidem in re licet in instanti à febri dimissa non fuerit, in instanti tamen hebetudinem mentis, & sensuum deposuit, quòd unicè à Famulo Dei petierat; sed & insuper convalescere protinus cæpit, nec superiora ulterius subijt symptomata, nimirum ex Julij intercessione.

Monialis à gravi infirmitate liberatur.

Huc usque dictis pro Coronide accedat Soror Ursula Andreas Lupi Monialis in eodem Monasterio, quæ plura à Deo Julij meritis recepit beneficia. Soror hæc ab anno usque 1704. gravi stomachi vitio laborare cæperat, præ jugi vomitu in extremo vitæ discrimine constituta, ideoque Sanctissimo Christi Viatico refecta; verùm Julij intercessione adhibitâ, nonnisi divinitùs omninò convaluit. Procedente verò tempore eâdem infirmitate iterum affectâ cum eodem Julio conquesta humiliter fuit, quod sanitatem integram ipsi non impetrasset, qui proindè pluriès ei conspiciendum se præbuit, & ad incommodum hoc pro expiatione peccatorum, prout Deo libuerat, æquanimitèr ferendum confortavit, & plura salutis monita ei suppeditare consuevit, de rebus etiam intimis conscientiæ ejus sinus spectantibus, quas ipsa viginti ab inde annis commissas in sacramentali confessione non omninò legitimè expresserat, diligenter edocuit, eique rationem præscripsit, quâ sibi in hac re consuleret. Postmodum anno 1709. sexaginta dies continuos gravissimo morbo laboravit, quin ullatenus diù, noctuque indulgere posset quieti acutissimis præ stomachi doloribus vix modicam quamcumque alimenti portionem desumeret, cogebatur evomere, itaut magnam omnibus admirationem ingerebat, quomodo tot inter angustias protrahere vitam posset: Nullis manuum laboribus vacare poterat, & quamvis viribus pœne destituta, neque lecto decumbere permissum erat, & quamvis pluribus remediis adhibitis ab arte medicâ, nullum exinde levamen sentiebat, adeout Medici se impares ipsius curationi confitebantur; ergo ab omni remedio derelicta solvere se cæpit in lachrymas, unũ in tot ærumnis amarum solamen. Adveniente verò die decima Mensis Julij anni prædicti eâ morbi vehementiâ ipsam invasit, ut proximè morituram se reputans, obortis iterum lachrymis, sed eximiâ fiduciâ Famulum Dei bis verbis invocare cæpit: *Oh Pater Juli me quæso adjuves, quippe quæ desperationis abyssa me proximam sentio, & Deo irrogare offensam nollem, quemadmodum me toties docuisti.* His dictis aliquantulum obdormiscens Julium sibi oh oculos positum conspexit, hilari quidem, & jucundâ facie, qualis antea semper visibilem se præbere solebat, & hæc ei dixit: *Filia mea, patientiam habe, conformis esto voluntati Jesu, & experieris quidnam tibi ipse demum præstare poterit.* Post hæc è Sororis oculis evanuit, ipsaque incolumis prorsus, & viribus integra, non sine magnâ sui cordis lætitia evigilavit; et adeò confortata fuit interius, exteriusque, ut mane sequente prosiliens expedita è lecto, domestica omnia obire cæperit equè ac si nihil mali passa fuisset, non sine ingenti, tùm Monialium, tùm Medicorum admiratione, qui de eâ actum esse pronunciaverãt. Hactenus admiranda, quæ Julij meritis accepta referuntur post ejus vitam ab Altissimo beneficia; quæ saltem perspecta mihi fuere ad annum hunc usque 1714., quo hæc primùm enarranda suscepi; quæque tum ex authenticis attestationibus, tùm è legitimis processibus constant à prædicto Miniatensi Antistite auctoritate ordinariâ confectis, & in Archivo nostro D. Annunciatæ de Florentiâ nunc existentibus.

Varia gratiarum genera Moniali cuidã collata.

Vitam cum morte commutavit hoc anno P.M. Jacobus Philippus Cevenini nostri Conventus S. Joseph de Bononia filius apprimè benemeritus: Post exactam enim satis laudabili modestia, & gravitate morum, ac emenso scientiarum curriculo, Magister in S. Theologia creatur; Postmodum verò in diversis Conventibus Prior in augenda, & manute-

nenda Regulari observantia non minus, quàm in re familiari diligenti æconomia conservanda, E impiger attendebat. Demum totius Provinciæ Emiliæ votis concordibus electus Pręses singulari dexteritate, prudentia, vigilantia, & charitate officium illud per trienniũ exercuit. Post quæ sui Monast. S. Joseph specialem tutelam suscipiens, totus erat in augendis redditibus ejusdem, & commoditatibus, utputè qui benè noverat tunc à Religiosis observantiam exigi posse perfectam, si ijsdem de rebus ad victum, & vestitum necessarijs abundè provideatur; maximè F cum in suo Conventu non sine ejus auxilio Collegium Juvenum nostrorum Studentium per Priorem Generalem P. Julium Arrighetti maxima Religionis utilitate, ac splendore vigeat erectum; ita ut ejusdem sui Conventus per annos quadraginta non solum perpetuus Administrator, sed etiam Ampliator dici quodammodo potuerit. Denique ætatis suæ annum agens septuagesimum non sine gravi suorum Patrum mærore defunctus est, & honestissimis exequijs tumulatus, semper vivet G in hominum memoria.

Pro coronide verò Libri hujus placet hic apponere per extensum Bullam concessionis Indulgentiæ perpetuæ in tertia Dominica Mensis Septembris pro solemni Festo Septẽ Dolorum B.M.V. in nostris ubique Ecclesijs celebrando, quæ concessio quamvis (uti supra innuimus) concessa fuerit à S. M. Clem. XI. de anno 1704. Attamen nonnisi hoc anno 1705. per Provincias ritè publicata fuit; & est ut infra. H

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INiunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut Cælestium munerum thesauros dispensationi nostræ à Domino creditos fideliter erogemus, cùm id ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque Dilecti Filij Jo. Petri Bersazzoli Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusq; Sexus Christi Fidelibus verè pænitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs quorumcumque Conventuum dicti Ordinis, tam hactenus erectis, quàm in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, Dominica tertia Mensis Septembris à primis vesperis usque ad occasum Solis Dominicæ hujusmodi, annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Pręsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiã impressis, manu alicujus Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junij MDCCIV. Pontificatus nostri Anno quarto.

F. *Oliverius.*

ANNOTATIONES IN CAP. XIX.

OMnia extracta fuere ex ipsius vita typis expressa, & ex ejusdem Processibus authenticis, quorum copia repetitur in Archivo Conv. SS. Annunc. de Flor.

F I N I S.

LECTOR ADVERTE

QUòd cum Auctor jam Operis apoplexia correptus anno ætatis suæ LX., & nostræ Salutis MDCCXXII. magna Ordinis nostri jactura, mortem subitò obierit; Quippe qui Opus hoc eximium ad Annum MDCLVIII Typis mandaverat, relictis in scripto, nec adhuc purgatis elucubrationibus suis historialibus usque ad annum MDCCV. Reverendissimus Generalis noster P. Theologus Sostheneus Maria Cavalli Religionis decori consulere volens, ne Opus Annalium imperfectum remaneret, illius prosecutionem mandavit Patri Magistro Placido Mariæ Bonfrizieri Florentino, in Provincia Tusciæ Definitori Generali. Quòd ad veritatem Historiæ præmonendum censui.

CEN-

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,
AUCTORE

F. ALOYSIO MARIA GARBIO FLORENTINO,
EJUSDEM INSTITUTI MAGISTRO THEOLOGO

OPUS POSTHUMUM

Liber Septimus,
CONTINENS AB ANNO MDCCVI. USQUE AD MDCCXIV.



Prodigiosa quadam Gratia D. Philippi intercessioni tribuenda. Institutio solemnis Patrocinij B. M. V. in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ de Scala Veronæ. Initia fundationis nostrarum Monialium Bavariæ. Plura honorifica Templi nostri Florentini recensentur.

CAPUT PRIMUM.



Eus Optimus Maximus, qui Sanctorum suorum gloriam amplificare nunquam destitit, nostri Gloriosi Patris Philippi merita novis illustrare prodigiis hoc anno dignatus est, quæ inter præ cæteris infrascriptum memoriæ hominum mandare non erit incongruum.

Joannes Baptista de Pizzamiglis à Mediolano Oriundus degebat sub hæc tempora in Civitate Tudertinâ Fabri Murarij artem ibidem exercens, & in Fabricam illius Cœnobii, quod à Fundamentis excitatum ad annum MDCLXXXXII. retulimus, operam suam præstabat. Cum autem die 3. Octobris hujus anni MDCCVI. prædictus Joannes Baptista ligneo cuidam Ponti incumberet, qui in Fabricâ ejusdem Cooventûs crectus pedes circiter triginta à solo elevatus distabat, occulto vitio trabs quædam principalis intermedia, quæ Pontem substentabat, subito defracta est, cumque eidem trabi affixes ferè omnes, & A reliquæ Trabes, quæ Pontem constituebant, innitererntur, accidit ex improvviso, ut omnia superposita, horrendo nimium præcipitio, ad solum corruerent, & unà cum ipsis præfatus Joannes Baptista inter saxa, lateres, & cæmenta, quæ super Pontem ad Opus Murarij destinata manebant, præceps laberetur. Quare procul dubio præ gravissimo impetu, & tătæ celsitudinis fastigio, tantâque lignorum, B saxorumque congerie, quæ super Ipsum corruerant, ipse Joannes Baptista in frusta discerpendus ab omnibus credebatur, ibique miserè tumulandus. Verùm quo temporis momento in præceps se ruere advertit Joannes Baptista, Divi Philippi opem, pro cujus honore laborabat, ex animo implorare cæpit, eamque sibi adesse mirificè præsensit; nam terram ex prædicto atroci casu pertingens, C non solum non perijt, uti ab omnibus timebatur, verùm etiam in nullâ aliâ parte, nisi in alterâ ex scapulis aliquantulum contrusus adinventus fuit, non sine adstantium cunctorum admiratione, & gaudio non modico. At verò cum per aliquot dies ad prædictam sanandam contusioncm decumberet dictus Joannes

annes

annes Baptista, in una dierum intempestâ nocte à fumno fopitus, eidem se videndum obtulit S. Pater Philippus, qui ægrotum interrogans, dicebat. *Quomodo te habes Joannes Baptista?* At ille, *non benè, perfectéque me habeo,* respondit. *Noli timere* [subiunxit Sanctus] *Deo adiuvante omnia Tibi benè evenient, & brevi ad tuum opus Murarium reverteris.* Quo dicto brachium infimum sibi tetigisse visus fuit, continuòque disparuit, & è somno evigilans Joannes Baptista, statim se cum ingenti lætitia incolumem omninò persensit, nec quidquam ulterius incommodi in scapula prædictâ expertus fuit. Quamobrem grati animi ergo votum ad Altare appendit, ac jurejurando, quod sibi evenerat asseruit cotam publico Notario Tudertino, & Testibus, interposito Instrumento, quòd in Archivo Romanæ curiæ asservatur, & ex fide juratâ ejusdem authenticum in Archivo Florentini Cōventûs repositum apparet ad augendam magis magisque Fidelium devotionem erga Sanctum Philippum.

Prodigiosa liberatio, et sanatio.

Summa pietas hic recensenda venit Serenissimæ Ducissæ Theresæ Cunegundæ ex Principibus Poloniæ, Uxoris Serenissimi Maximiliani Emanuelis Sacri Romani Imperij Electoris, ac Bavariæ Ducis, quæ prout erat devotioni Beatissimæ Virginis Dolorosæ, ac Ordini nostro benè affecta, fundationem novi Monasterij pro nostris Monialibus meditabatur, suis expensis Monachij perficiendam. Quare cum ex permissione Serenissimæ Venetiarum Reipublicæ (quò loci hoc anno morabatur) iteratum sæpè obtinuisset Ingressum in Monasterium Servitarum Reformatarum sub Regulâ Eremi Montis Senarij, & titulo Sanctæ Mariæ de Planctu ejusdem Civitatis loco, qui dicitus *alle fondamenta nuove*, ibidem post varios tractatus ad opus tam arduum prædictæ fundationis eligendam curavit Monialem quandam magni nominis, & perfectissimæ observantiæ, nomine Sororē Mariam Electam ex Germaniâ oriundam, & in præfato Monasterio degentem, ætatis annorum 35. circiter. At illa, ut erat humillitatis virtute prædita, quantum potuit, prædictæ electioni vehementes restitit, omninò se tanto operi imparem, indignamque prædicans, quæ Fundatricis officium, nomenque obtineret. Verùm obedientiâ interpositâ non amplius opponere se valuit: Quamobrē votis concordibus omnium Monialium per Abbatissam Mariam Archangelam proposita, & hoc anno 1706. electa remansit, addita ei Fideli Socia Sorore Mariâ Rosâ, non dissimilis virtutis, ac perfectionis, quibus opus Fondationis prædictæ à Serenissimâ tandiu expetitum, demandatum fuit. Verùm fundatio hæc, ratione incessantium Bellorum, quæ per totam ferè Europam omnia homana, & divina susdeque revolvebant, aliisque postea subortis non minoris notæ impedimentis, dilata fuit usque ad annum 1716., ibique de eâ

Fundatio nostrarum Monialiū in Bavaria.

E videndum specialius erit, Deo adiuvante. Quod verò ad historiæ veritatem prodesse forsan poterit, notandum, quod præfata Soror Maria Archangela, quæ Abbatissæ munere hoc anno fungebatur, nullatenus illa eadem est, quæ Arcensis Monasterij suo loco Fundatrix exprimitur; quæ neque in hoc Monasterio degebat, sed in altero ab Urbe per quinque circiter milliaria distante loco dicto *Burano*, quamvis utrumque Monasterium sub eadem Regulâ Servitarum Reformatarum Montis Senarij sit institutum, & in summâ perfectionis austeritate Deo, ac B. Mariæ Virgini Dolorosæ inserviat.

Hoc anno pariter recolenda venit solemnis Institutio Patrocinij B. Virginis Mariæ Dominæ Nostræ publico, maximoque Populorum concursu, ac Magistratuum, & Proce-
F rum interventu celebrata, & perenniter instituta in Ecclesiâ Nostri Ordinis sub titulo S. Mariæ de Scalâ Civitatis Veronæ, promovente hanc devotionem Domino Joanne Frācisco Barbarigo illius Civitatis Episcopo. Quæ sanè devotio apprimè Christi Fidelium, non minus quam Civitatum incolumitati proficua, per varias Urbes Catholicas deinceps non sine ingenti animarum fructu propagata fuit.

Institutio Patrocinij B.M.V.

Hic quoque recensenda forent incommoda, damnaque non modica, quæ nostra passa est Religio in partibus Sabaudiæ, maximè verò in Conventu Nostro Sancti Salvatoris extra, & propè Taurinum ex Obsidione Ur-
G bis ejusdem per exercitum Gallicum non modico tempore protracta, ex quâ nostri Patres Conventum præfatum deserere, ac non sine regularis Observantiæ jacturâ in cōductâ domo intra Civitatem plures menses degere coacti sunt; sed infandum desertionis hujusce dolorem, & incommodum abundè compensavit, partâ victoriâ, & effugatis hostibus, munifica Regalis Pietas illius Ducis, utpotè qui Ordinem nostrum summâ semper benevolentia prosecutus fuit.

Taurini obsidio.

Cum verò pluribus retrò annis ad honorem Ecclesiæ nostræ D. Annunciatæ de Florentia in honorem Sancti Patris nostri Philippi, necnon Festi Dolorum Beatissimæ Virginis Mariæ, Decreto publico cautum foret, ut
H Campana Major illius Metropolitanæ Ecclesiæ hisce Festis ad Divina Officia die, noctuque personaret, cumque ipsamet ærea Campana, quæ ponderis erat librarum decem millium octingentarum septuaginta quinque temporis injuriâ, necnon assiduâ pulsatione disrupta fuerit, hoc anno magnificentiùs refusa, novo pondere æris quindecim millium octingentarum nonaginta librarum, non sine magno dispendio, ac solemnitate, benedictione prius adhibitâ per Dominum Archiepiscopum Thomam Bonaventuram ex Comitibus Gherardeschæ, & imposito eidem nomine Maria, Zenobia, Antonina, Reparata, Sanctis [nimirum illius Metropolitanæ Ecclesiæ Pro-

Campana major in Festo D. Philip. & Dolorum B. Virg.

Protectoribus dicata. Demum magno apparatu, & exquisitâ arte in altissimam, sacrâque Turrim elevata, & in suo loco deposita fuit hoc anno de Mense Decembri.

In Ecclesiâ pariter Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ, in qua (uti suo loco innuimus) liberali plurium millium aureorum expensâ à D. Marchione Francisco Ferroni ornata, & Sancto Joseph de novo dicata fuerat insignis Cappella, quæ prima est in Ordine post celeberrimam Aram D. Annunciatæ à Serenissimis Principibus Mediceis semper magis, magisque excultam, hoc anno Summus Pontifex Clemens XI. ad augendam erga Gloriosum Patriarcham Fidelium devotionem, Plenariam Indulgentiam, & Peccatorum remissionem prædictam Ecclesiam, & Capellam die Festo ejusdem Sancti piè visitantibus benignè concessit per Breve suum Romæ expeditum die 3. Martij 1706.

Indulg. pro Festo S. Joseph.

In eadem Ecclesiâ Basis lignea, cui in Arâ maiori, insidet argenteum, magnificumque Ciborium, commutata fuit exquisitâ arte in Marmoream tribus Angelis pariter marmoreis suffultam diligenti scalpro Joachimi Fortini undequaque absolutis; cujus operis etiam sunt duæ Statuæ positæ super laterales portas Chori S. Philippum Benizzi, & B. Julianam nostram in marmore repræsentantes, una cum similibus gradibus ejusdem Altaris satis bellè insculptis, ex pijs largirionibus collectis operâ, & industriâ nostri P. Magistri Gregorij Aloysij Tonelli, de quo ad annum 1713. Et in eàdem Ecclesiâ hoc anno pariter annuente Serenissimo Cosmo III. (quod fieri non solet, nisi magnis Principibus) bis detecta fuit Prodigiosa Imago SS. Annunciatæ ad adventum Reverendissimi P. Magistri Antonini Cloche Generalis Magistri Ordinis Illustrissimi Prædicatorum; & secundo Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Francisci Acquaviva, & Philippi Antonij Gualtieri Urbevetani, eos socianre Ser. Cardinali Francisco Maria Medices Ordinis Protectore, qui & eosdem Purpuratos in Regali Palario magnifico excepit hospitio, quamvis iidem Domini Cardinales preparatam in Conventu nostro mansionem elegissent. Et hoc anno similiter incæpta devotio fuit, quæ in honorem S. P. N. Philippi per septem præcedentes hebdomadas feriâ quartâ per singulas ante diem Festum ejusdem Sancti celebratur, additâ insuper Indulgentia 40. dierum per Ordinarium collata Fidelibus utriusque sexus, devotioni præfatæ interessentibus.

Ornamenta Altaris maioris D. Annun.

Novena S. Phil.

Cum verò, uti satis superque notum est, Ordo noster suos habeat peculiares titus, & privilegia, recitandi Officia propria nempè D. Philip., Dolor. B.M.V. Fer.6. necnon ejusdem Commemorationis in Sabbato, Sanctissimi Sacramenti Feriâ 5., & aliorum Sanctorum præfixis diebus, non concurrente aliquo Festo Duplici, vel semiduplici; cumque apud quosdam è nostris dubium insurrexerit; An tali privilegio utendum foret, etiam in Quadragesimâ, Adventu, Vigilijs etiam quatuor temporum; super hoc dubio, alijsque nuper excitatis, consulta fuit S.Congregatio, quæ respondit ut infra.

Decreta Generalia circa Rubricas.

Cum Sacrorum Rituum Congregationi demisse supplicatum fuerit sequentia dubia declarare.

Primum. An, cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesijs, vel Nationibus concessum sit à Sanctâ Sede Apostolicâ, ut semel, vel plures in singulis hebdomadis, vel mensibus, celebrentur varia Officia per Annum v. g. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo Festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta speciale mentio in aliquibus Officiorum concessionibus?

Dubia circa Rubricas.

2. An dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officijs recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à S.Congregatione, quod scilicet Festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavæ, sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

3. An Regulares absque speciali Privilegio, sed sola Communicatione Privilegiorum aliarum Religionum possint audere nomen Sancti Fundatoris in Litanijs, & Confiteor; itemque recitare Officia, & Missas concessas alijs Religionibus?

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo, respondit.

Ad primum negativè: & hujusmodi Indulta non habere locum in ferijs Adventûs, Quadragesimæ, quatuor temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in feriâ secundâ Rogationum, nec in illâ Feriâ, in quâ secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ.

Ad 2. affirmativè.

Ad 3. negativè in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper, ut declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, Typis ea imprimi mandavit.

Die 20. Martij 1706.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli

B. Inghirami S.R.C.Secr.

Cumque ad praxim in nostrâ Religione redacta fuerit præfata declaratio circa Officia propria; habitâ noritiâ cujusdam Privilegij obtenti per nostros Patres Eremitas Montis Sena-

Senarij usque de anno 1664. prætensum fuit à quibusdam, dictæ concessionis Privilegium ad omnes Religionis Conventus extendendum circa Officia in diebus Festorum translatorum, & prævaluit opinio extendendum fore, quæ etiam ab eo tempore, & citra praticari consuevit, quod an ritè, & fundamentaliter introductum fuerit, videant alij, solum hic eandem declarationem per PP. Eremitas obtentam in extensum apponam, quæ talis est.

ETRURIÆ.

CUm ex Privilegio Apostolico Religio Servorum possit, & valeat recitare Officium Sanctissimi Sacramenti qualibet Feriâ quintâ, & illud B. Mariæ Virginis qualibet die Sabbathi non semiduplici, dummodo dictis dies non sint impeditis Officiis novem Lectionum, & exceptis Adventûs, Quadragesimæ, & vigiliis; & cum multoties eveniat, quod sit remittendum Officium alicujus Sancti, aliis de causis translatum: ideo Rector, & Patres Montis Senarij in Etruriâ ejusdem Ordinis ad tollenda multorum dubia, supplicarunt Sacræ Rituum Congregationi pro declaratione; an dictis diebus dicendum sit Officium translatum, vel potiùs Sanctissimi Sacramenti, & B. Virginis ex dicto Privilegio, prout hactenus consueverunt. Et sacra eadem Rituum Congregatio respondit, translatum ulterius protrahi, & Officium fieri juxta Privilegium, stante præsertim laudabili consuetudine. Hac die 22. Novembris 1664.

Declaratio super Officiis translatis.

M. Episcopus Sabinen. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli

Gratis

Bernardinus Casalius S.R.C.Secr.

Proprio studio, ac satis eruditè composuerat P. Magister Bonaventura Zannucchi de Mantuâ Vit in eruendis antiquitatibus diligentissimus, Vitam B. Julianæ de Falconeriis, Fundatricis Sororum nostri Tertij Ordinis. Quod cum hoc anno rescivissent Patres nostri de Florentiâ, ut eâ potirentur, & in eorum Archivo ad æternam memoriam reponerent, deliberatione factâ inter Patres Discretos de die 9. Decembris 1706., enixè petierunt eandem, missis Epistolis postulatoriis ad Patres nostros Mantuanos; qui tamen (honestis ut creditur motivis) illam concedere renuerunt; quod hoc loco monitum velim ad hoc, ut apud Posteros memoria vigeat, ubinam opus illud, forsan aliquando publici juris faciendum, repetiatur.

Vita B. Julianæ de Falconeriis.

ANNOTATIONES IN CAP. I.

OMnia habentur ex Conv. prædictis.

E *P. Generalis Lodigerius consecratur Episcopus Politianensis, & in gubernio Religionis sufficitur Joannes Petrus Bertazzoli Procurator Ordinis, & in ejus locum P. Valentinus Ghislieri. Literæ citatoriæ expediuntur pro Capitulo Generali. In Senario repertuntur Reliquiæ nostrorum septem BB. Fundatorum. Concessio Officij nostri S. P. Philippi pro singulis mensibus; aliaque memorabilia recensentur.*

CAP. II.

F POstquam P. Magister Lodigerius Universum Ordinem integerrimè administraverat annos fermè quinque, Summus Pontifex Clemens XI., qui de ipso jampridem magnam conceperat existimationem quoad vitæ, morumque integritatem, ac scientiarum præstantiam (de quibus ad annum 1710.) quippe qui ejus Doctrinam, & ingenij subtilitatem in publicis Literariis Functionibus, multoties admiratus fuerat, & summis laudibus commendaverat, eò maximè tempore, quo per annos 24. circiter in Collegio Henrici nostri Romæ Præfecturam studiorum exercuerat, motu proprio, quamvis reluctantem in Episcopum Ecclesiæ Politianensis illum elegit, & successivè hoc anno consecratus fuit ab Eminentissimo Cardinali Fabbricio Paolucci in Ecclesiâ nostrâ S. Marcelli de Urbe. Quare, ne Ordo noster suo destitueretur Moderatore supremo, idemmet Summus Pontifex P. Magistrum Joannem Petrum Bertazzoli de Massâ Carrariæ, qui tunc temporis Procuratoris Generalis in Romanâ Curiâ Officio fungebatur, in Vicarium Generalem Apostolicum suffecit; eique in Procuratorem Generalem P. Magistrum Valentinum Ghislieri de Castro novo Scripiæ subrogavit, quibus gubernium totius Religionis est demandatum, continuandum tamen usque ad annum proximè sequentem 1708. uti per Brevia infrascripta.

Lodigerius Episcopus Politianen.

G

CLEMENS PAPA XI.

H *Dilecto Filio Joanni Petro Bertazzoli Fratri expressè professo Ordinis Servor. B.M.V.*

DIlecte fili salutem & Apostolicam Benedictionem. Religionis Zelus, Vitæ, ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos, fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque nos hodie seu nuper Montis Politianensis Ecclesiæ certo tunc expresso modo Pastoris relatio destitutæ, de persona dilecti filij Calisti Lodigerij, tunc Prioris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. M. Virginis, nobis & Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta,

pta, de Fratrum eorumdem Consilio, authoritate Apostolica providerimus, ipsumq. Callistum eidem Ecclesiæ Montis Politianensis in Episcopum præfecerimus, & Pastorem, Curam, regimen, & administrationem Ecclesiæ hujusmodi illi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, eáque de causa Ordo prædictus Priore Generali destitutus remanserit: Hinc est, quòd nos pro commissa nobis Divinitus Pastoralis Officij cura eidem Ordini, cujus tu Frater expressè professus existis, ac Procuratoris Generalis munere laudabiliter functus fuisti, & adhuc de præsenti fungeris, de idoneo Vicario Generali, qui dictum Ordinem usq. ad proximè futurum illius Capitulum Generale, adspirante superni favoris auxilio, salubriter dirigat, providere cupientes, ac de tua fide, prudentia, charitate, integritate, doctrina, vigilantia, & Religionis zelo plenam habentes in Domino fiduciam, Teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum forè censentes; motu proprio & ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Vic. Gen. memorati Ordinis usque ad Capitulum Generale pro electione novi Prioris Gen. juxta Constit. Ordinis hujusmodi celebrandum, cum omnibus & singulis prærogativis præeminentijs, facultatibus, authoritate, privilegijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis tenore præsentium constituimus & deputamus. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alijsque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum tibi per præsentes Vicariatus Officium illiusque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Tibique in omnibus ad idem Officium pertinentibus respectivè faveant, & assistant, ac tua salubria monita & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam sivè pœnam quam ritè tuleris, seù statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Decernentes ipsas præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis etiã juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 12. Aprilis Pontificatus Nostri Anno Septimo.
MDCCVII.

F. Oliverius.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecto Filio Valentino Ghislieri Fratri expressè professo Ordinis Servor. B.M.V.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, Literarum scientia, ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque nos per quasdam nostras in simili forma Brevis die 12. Aprilis proximè præteriti expeditas litteras, dilectum Filium Petrum Bersazzoli, qui tunc Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Servorum B.M.V. munere fungebatur, Vicarium Generalem Ordinis hujusmodi usque ad proximè futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale pro electione novi Prioris Generalis juxtà Constitutiones Ordinis præfati celebrandum, sub certis, modo, & forma tunc expressis constituerimus, & deputaverimus, & aliàs pro ut in præfatis nostris litteris, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficientèr expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Et sicut pro parte dicti Petri Vicarij Generalis nobis super expositum fuit, Ordo præfatus ea de causa Procuratore Generali destitutus remanserit, ipse verò Petrus Vicarius Generalis Tibi, qui vices Procur. Generalis Ordinis prædicti hactenùs laudabilitèr gessisti, & adhuc geris de præsenti, idem Procur. Generalis Officium à Nobis demandare plurimum desiderat. Nos ipsius Petri Vicarij Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, Teque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & Vestrum singulares personas à quibusvis excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas forè censentes, supplicationibus ejusdem Petri Vicarij Generalis nomine Nobis super hoc humi-

humilitèr porrectis inclinati, ac de tua fide, prudentia, dexteritate, solertia, doctrina, E *charitate, integritate, & Religionis zelo plenam in Domino fiduciam habentes, Te Procuratorem Gen. Ordinis præfati in locum memorati Petri Vicarij Generalis usque ad dictum proximè futurum Capitulum Generale cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, auctoritate, privilegijs, gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis præfati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum tibi per præsentes Procuratoris officium, illiusque liberum exercitium juxtà earundem tenorem præsentium, recipiant, & admit-* F *tent, Teque recognoscant & tibi in omnibus ad idem Officium pertinentibus, & assistant, pareantque, & obediant respectivè. Ac decernentes easdem præsentes literas firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenùs opus sit, dicti Ordinis* G *etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorū quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus prò plenè, & sufficientèr expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis, alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialitèr, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.*

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Junij 1707. Pontificatus nostri anno septimo.

F. Oliverius.

H Interim verò præfatus P. Mag. Bertazzoli Vicarius Generalis Apostolicus, ut suo muneri satisfaceret in adimplementum nostrarum Constitutionum, per singulas Ordinis Provincias, tam intra, quam extra Italiam, literis Bononiæ expeditis in Conventu nostro Sancti Joseph die 30. Augusti 1707. Comitia Generalia indixit habenda in pervigilio Pentecostes die 26. Maij insequentis anni 1708. in Conventu nostro Sancti Marcelli de Urbe; literas autem indictionis hujusmodi ad singulos Ordinis Provinciales de more transmisit, publicandas in singulis Provinciarum Cœnobijs; quibus addidit monita quædam ad Divinum cultum, regularem Disciplinam, nec- E non ad Ordinem studiorum, & ad Gradus Literarios promotionem; denique ad rerum temporalium providam oeconomiam spectantia, & conducentia, quæ publicè legenda qualibet sexta feria in publicà mensâ præcepit; quæ cum ex ijsdem nostris Constitutionibus eruta sint, apponenda per extensum hoc loco minimè censuimus.

Sacra item Congregatio super Disciplinâ Regulari hoc eodem anno ad manutentionem Religiosæ Paupertatis Decretum edidit, quod, mediante Domino Cardinali Renato Imperiali præfatæ Congregationis Præfecto, Superioribus omnium Ordinum Regularium transmisit, id expostulans, ut omnibus innotescat, facultates quaslibet per quoscumque F Superiores, ac Prælatos privatis Religiosis indultas, revocatas, & annullatas fore, ut per Literas infrascripti tenoris.

Decretū contra Proprietarios.

MOLTO REV. PADRE.

ESsendo stato rappresentato a Nostro Signore, che alcuni Religiosi di varj Ordini Claustrali si fanno lecito di prendere, e tenere in affitto, o amministrazione, Possessioni, & altri beni immobili de' loro Monasteri, e Conventi, con pagare l' annue convenute risposte, non senza pregiudizio del voto della santa Povertà, distrazione de Religiosi medesimi, e scandalo de secolari; La Santità sua riflettendo, quanto sia disdicevole, che mentre con tan- G *to zelo si procura della Santa Sede d' andar riducendo gl' Ordini Religiosi all' esattezza della perfetta vita Commune, Base Fondamentale della Religiosa osservanza, si vedino, e si tollerino somiglianti abusi di Contratti, e traffichi, più proprj de' Secolari, e Negozianti, che di Religiosi, udito il parere della Sacra Congregazione sopra le Disciplina Regolare, in virtù della presente Lettera dichiara tutti, e singoli i sopradetti contratti, o altri simili, fatti dalli Religiosi Claustrali, Professi, tanto Sacerdoti, e Chierici, quanto Laici, o Conversi con i Monasteri, ò altre Case Religiose dell' Ordine loro, illeciti, nulli, e di nessun valore, come nutritivi della Proprietà, e fatti in fraude de' Sacri Canoni, e specialmente del Concilio* H *di Trento, e de i Decreti della Santa memoria di Clemente VIII de Reformatione Regularium, non ostante qualsivoglia pretesa licenza di qualunque Superiore, ò Capitolo Regolare, tanto locale, quanto Provinciale, o Generale, quali parimente dichiara nulle, e di nessun valore, proibendo espressamente a tutti e predetti Superiori, e Capitoli, non solo il fare, o permettere in avvenire somiglianti Contratti con i loro Religiosi, ma anco l' esecuzione, ò continuazione delli già fatti; e respettivamente a i Religiosi particolari il prendere, ò ritenere i prenominati affitti, ò amministrazioni sotto le pene contenute ne i predetti decreti dalla Santa memoria di Clemente VIII., ed altre stabilite da*

Sacri

Sacri Canoni contro i Religiosi Proprietarj. E perchè alcuni allegano d' avere sopra di ciò licenze particolari dalla S. Sede, ò dalle Sacre Congregazioni, vuole, & ordina la Santità sua, che tutte le dette licenze, da chiunque pretende servirsene, si esibiscano nel termine di tre mesi dalla data della presente in segreteria della medesima Sacra Congregazione della Disciplina Regolare, da cui si prenderà sopra di esse l' opportuno provvedimento; altrimente, passato detto termine, la Santità Sua dichiara nulle, e di niun valore le predette licenze, ancorchè si trovassero spedite, ò confermate con Brevi Apostolici, come se date non fossero. Doverà per tanto V. P. quanto prima far publicare la presente Lettera a tutte le Case Religiose del suo Ordine nell' Italia, ed Isole adiacenti nelle forme solite, ordinandone la Santità Sua strettamente, ed in virtù di santa obedienza, e sotto pena di privazione di voce attiva, e passiva, a chiunque spetta l' inviolabile osservanza, ed esecuzione. E fra tanto si contenti V. P. di rimandare in Segreteria della medesima S. Congregazione una copia di questa stessa Lettera colla sottoscrizione di sua mano, per giustificazione d' averla ricevuta, e nostro Signore la prosperi.

Dalla Disciplina Regolare 19. Luglio 1707.

Al Piacere suo

R. Card. Imperiali Prefetto

F. de Vico Segretario.

Adinventio Reliquiarum nostrorũ BB.

Cùm hisce temporibus in Sacrâ Senarij Montis Eremo instauraretur, & in ampliorem formam, & ornatum redigeretur Ecclesia illa ex munifico Legato Equitis, ac Senatoris Donati Antellensis, rogato manu Notarij Publici Florentini Honuphrij de Calicis die 6. Januarij 1666., de quo alibi dicendum erit, occasione Pavimentum effodiendi juxta majorem Aram deprehensa per Fabros Murarios fuit in cornu Evangelij Arca quædam latis ampla ex lateribus compacta, quæ ingenti saxo cooperiebatur; saxum verò illud, cùm non satis diligenter amoveretur, in quatuor partes diffectum est, ni forsitan iniuria temporum antea debilitatum fuerit; Arca verò eadem lateritia, alterâ capsâ lignea, carie tamen ex vetustate temporis non parum corrosâ, occludebatur. Ex hac novitate accersiti Patres Eremitæ ad Ecclesiam certatim accurrerunt, unà cum aliquibus secularibus Personis nobilibus, quæ tunc temporis devotionis causâ in Eremo hospitabantur, iisque omnibus præsentibus primam, & secundam arcam aperuerunt, ibique existentia plurium corporum ossa inter se confusa reperta fuere, quæ (uti ex auctoritate nostrorum Annalium, & ex Antiquis docetur monumentis, Beatos nempe Fundatores Ordinis nostri subter Arã majorem in dictâ sacrâ Eremo sepultos fuisse) ad eosdem septem Fundatores pertinere nulli dubium remansit, maximè verò, quia in uno ex lateribus illius foveæ, & ad caput ejusdem Arcæ depicta apparet Crux quædam A radiantibus splendoribus ornata, ex quâ profectò signum desumitur sanctitatis eorundem corporum, & ossium ibidem sepultorum. At verò multò magis omnium intercssentium corda lætitia perfudit, quando post extractã Arcam deprehenderunt ad pedes ejusdem, & ex traverso alteram capsam, quâ apertâ, repertum in eâ pariter fuit integrum corpus (ut apparebat) Proceræ staturæ indusio laneo, & proprijs nostri Ordinis vestibus Indutum, quæ tamen vestes præ nimiâ humiditate, & vetustate temporum consumpta, & dissoluta apparebant. Pluribus etiam in partibus ejusdem Corporis aderant fragmenta carnis, quæ videbantur adhuc tractabilia, quamvis postea in aperto posita in Cineres reB dacta fuere, remanentibus ossibus undequaque nudis. Quare stupore non minus, quàm gaudio præoccupati adstantes omnes recolebant antiquas memorias Ordinis nostri, quæ juxta Beatos Fundatores sepultum fuisse Corpus Beati Ubaldi Adimarj asserebant, non aliud esse posse Corpus illud, nisi ejusdem Beati concludebant. Quamobrem inito consilio rem omnem ad Superiorem Provinciæ deferendam esse statuerunt ad hoc, ut quod sibi in hoc negotio agendum foret ediscerent. Ex Præcepto igitur P. Rectoris illius Eremi utraque capsa, tam Beatorum Fundatorum, quàm quæ B. Ubaldi Adimarij corpus continere creditur, iterum coopertæ fuerunt, & in eodem loco relictæ. Hujus autem adinC ventionis monumentum in scriptis effecerunt ad servandam facti memoriam, adhibitis testibus, non tantùm ex nostris, sed etiam ex hospitibus secularibus Domino Andreæ Gerini Bonciani nobili Florentino, & Comite Maximiliano della Perosa. Præerat tunc nostræ Provinciæ Tusciæ P. Magister Julius Antonius Roboredo Ulyxipponensis, qui rem hanc non parvi ponderis existimans, cùm per se non valeret, aliis indispensabilibus distentus negotijs, facti hujus investigationem præsentialiter exequendam commisit P. Magistro Philippo Thomæ Bustico nostri Ordinis ex Raconisio per literas Florentiæ expeditas die 14. Aprilis 1707. In quarum exequutionem literarum idem P. Magister se ad dictam EreD mum contulit, ibique tam prima, quàm secunda capsa ex præfatâ foveâ extractæ fuerunt, & in loco tuto depositæ, ut facillùs postea adhibitis artis Anatomicæ Peritis recognosci valerent. Verùm cùm Provinciæ Tusciæ imminerent habenda Comitia, cumque in ijs Provincialis electus fuisset P. Mag. Lucas Niccoli de Prato, ut primùm ex cursis, quæ in principio cujusque gubernij evenire solent, permissũ fuit, ad eruendã hujus facti veritatem, & indagandam supradictorum ossium, & cadaveris identitatem, operâ commisit P. Mag. Aloysio Mariæ Garbi in Publicâ Universitate Pisanâ sacræ Theologiæ Lectori, qui postea per Decretum Capituli Generalis no-

Recognitio Corporũ BB. Fundatorũ, & B. Alemarij.

ſtræ Religionis Hiſtoricus deſignatus fuit (de quo fuſiùs ad annum 1722.) is, ut erat ſummâ prædirus pietate, & io eruendis præcipuè antiquitaribus diligentiſſimus, obtentis à præfato Provinciali Literis Commiſſorialibus ſub die 21. Julij 1707. expeditis, ſtatim verſus Eremum Senarij iter arripuit, ibique ſervatis de jure ſervandis, & adhibitis cum juramento reſtibus, proceſſir ad ulteriora in recognitione dictorum oſſium, & Cadaveris, quæ, ut ſupra innuimus, in duabus Arcis extracta fueranr è foveâ, & in quodam receptaculo ad ſacriſtiam illius Eccleſiæ pertinente depoſita fuerant. Præſentibus igitur teſtibus, necnon Excellenti admodum Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctore Joanne Franciſco Zamboni, qui poſtea Sereniſsimæ Electricis Colonienſis Annæ Victoriæ ex Principibus Etruriæ Protomedicus electus fuir, ad recognitionem prædictorum oſsium primò deventum eſt, ac diligentiſsimâ ejuſdem Periti factâ rimarione, ac ſeparatione eorundem, reperta fuere pertinentia ad ſeptem corpora, uti ex atteſtatione in ſcriptis exaratâ apparet infraſcripti tenotis, quamvis ex intervallo facta.

A di 5. Agoſto 1707. in Firenze.

Atteſto lo infraſcritto per la verità, come eſſendomi portato alcune ſettimane ſono a Monte Senario per riconoſcere alcune Oſſa umane ritrovate vicino all' Altar Maggiore della Chieſa di detto Luogo, e quelle diligentemente, e con ogni attenzione oſſervate, tanto intorno al numero, miſura, & altre circonſtanze, ec. giudico perciò, ſecondo la mia perizia poterſi le medeſime Oſſa aſcrivere, ed attribuire a ſette Corpi; In fede di che ho fatta la preſente di propria mano.

Gio. Franceſco Zamboni Medico Fiſico, e Publico Lettore di Chirurgia in Firenze.

Cum verò, uti ſupra dictum eſt, ligneâ capsâ lateritiæ adiuncta carie plurimum corroſa eſſet, ideo extractis oſſibus unà cum pluribus cineribus admixtis, adhibita fuit alia capſa cypreſſina, in cujus fundo cineres repoſiti, ac ſuperpoſitâ aſſere diviſa, ſuperque poſita ſunt eadem oſſa: Intus verò tubus plumbeus eſt abſconditus, in quò recognitionis hujuſce deſcriptio in chartâ pecudineâ appoſitis teſtibus, continetur, quæ ſi fortè temporis iniuria deleatur, firmatâ clavis ferreis Arcâ, & ſigillo Sacræ Eremi obſignatâ, eidem ſuperpoſita fuit ad omnem eventum lamina plumbea his verbis Scalpro inciſis: *XXII. Julij MDCCVII. hic jacent oſſa, de quibus quæritur an ſint ſeptem Beatorum Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V.* De his verò omnibus privatum Inſtrumentum ad æternam rei memoriam confectum eſt, in Archivijs, tam dictæ Eremi, quam Conventûs ſanctiſsimæ Annunciatæ de Florentiâ reponendum.

Succeſsivè autem alterum Corpus, quod
creditur eſſe B. Ubaldi ex nobiliſſimâ Floren-
E tinâ Familiâ de Adimarijs, erutum fuit ex
ſecundâ capsâ carie plurimum corroſâ, cujus oſſa in actu extractionis, diſiunctis juncturis confuſa, & quæ carnea erant, in cinerem redacta ſunt: Induſtri verò arte D. Thimothæi Verle in arte Anatomicâ ſatis excellente ſuis locis concinnè aptata in alteram capſam cypreſſinam, præſentibus iiſdem reſtibus in Actis ſubſcriptis collocata fuerunt, intus poſito pariter tubo plumbeo hujus extractionis memoriam in chartâ pecudineâ continente; quæ capſa clavis eodem modo firma, & Sigillo Sacræ Eremi munita, ſuperpoſitam habet laminam plumbeam ad omnem caſum hiſce verbis inciſis: *XXII. Julij MDCCVII. Hic jacet Corpus, de quo quæritur an ſit B. Ubaldi*
F *Adimarij Florentini &c.*

His devotè, ac non mediocri attentione peractis, hæ duæ capſæ comitantibus iiſdem teſtibus ex loco, in quo depoſitæ fuerant, translatæ fuere ad Eccleſiam, & in priſco eodem loco ſubtus terram ſecus Altare Majus, & in cornu Evangelij [uti inferiùs notabitur] hoc ordine in ſoveam repoſitæ fuere. Nam prima capſa ſeptem Beatorum corpora continens, poſita fuir intus Arcam lateritiam, de quâ ſupra dictum eſt, ſuperpoſitis quatuor lapidibus, qui ab antiquo Arcam ipſam lateritiam operiebant, ſigno Crucis impoſito ſingulis, cum alio lapide Majori ſimili Crucis ſigno impreſſo, qui lapides creduntur eſſe ex illis, qui in hiſce Annalibus
G commemorantur Arcam lapideam compoſuiſſe, qui forſan iniuria temporis effracta, adjuncta fuir Arca lateritia, ut majore ſecuritate dicta Corpora in eâ repoſita ſervarentur. Secundò loco altera capſa continens Corpus B. Ubaldi habens longitudinem trium circiter ulnarum, fuit repoſita in eadem foveâ ſecus primam, ac ſuperpoſitis ad ſecuriorem cuſtodiam alijs lapidibus ſuper utramque Arcam, ipſamet ſovea humo repleta eſt, uſquequò placeat Altiſſimo clariorem hujus rei veritatem nobis pateſacere ad hoc, ut iiſdem oſſibus, ac corpori cultus major, & plenior veneratio poſſit ab omnibus adhiberi. De hac verò translatione, & omnibus ut ſupra geſtis, memoria in ſcriptis formata eſt, cu-
H jus exemplar authenticum in utriſque ſupradictis Archivis duplicatum ſervatur.

Pro rectâ tamen hujuſmodi rerum intelligentiâ, & ne legentibus erroris cauſa detur, notandum eſt, quòd cum ex Legato, ut ſupra innuimus, Donati de Antellâ, nedum Eccleſia, & Sacriſtia præſatæ Eremi, ſed etiam alia Monaſterij loca, & Officinæ ad uſum Patrum Eremitarum perficienda ſint; exinde per modum proviſionis PP. Eremitæ Chorum alterum à Fundamentis erexerunt, in quo tempore Fabricæ, & ornamenti in Eccleſiâ perficiendi, convenire poſsent ad Divina perſolvenda: quamobrem factum eſt, ut Princeps Ara, quæ prius Occidentem re-

ſpicie.

spiciebat, ad Orientem, novi Chori gratia, conversa fuerit, sicuti in tali situ realiter tempore prædictæ translationis reperiebatur, unde nil mirum, si Acta legentibus dictæ translationis appareat dictum, quòd Arca reperietur unà cum Ossibus, & integro corpore in cornu Epistolæ, non verò in cornu Evangelij, uti notatur in antiquis monumentis. At verò perfecto, & absoluto undequaque ornatu antiquæ Ecclesiæ, placuit majori, & saniori Parti Patrum Eremitarum ad antiquum chorum remeare ad Divina celebranda. De præsenti igitur dictæ Arcæ in Cornu Evangelij, non verò in cornu Epistolæ reperiuntur. Quod necessario monendum erat ad evitandam scripturarum antinomiam.

Alterum quoque notandum est, quòd tractu temporis (ut ad annum 1723. fusiùs erit dicendum) novis supervenientibus circumstantijs ambæ Arcæ de consensu, & commissione Reverendissimi Patris Generalis ad evitandum periculum integræ consumptionis dictorum Ossium in loco saniori intra Sacristiam absque ulla recognitione interiori, vel earundem aperitione, translatæ fuerunt, condito in scriptis monumento illius actionis, quòd scire non erit incongruum, devotionis causa prædictam sacram Eremum visitantibus. Quæ autem conferre possunt ad ostendendam, probandamque identitatem dictarum reliquiarum, abundè legi poterunt ex ijs, quæ occasione Processus super cultu immemorabili Beatorum Fundatorum Ordinis suo loco describentur.

Reliquiæ BB. Joachimi, & Francisci. Hic modò recolere juvat, quòd Senensis nostri Cœnobij Patres, id maximè procurante P. Magistro Josepho Marià Borselli de Religione Nostrà satis benemerito, Ecclesiæ nostræ D. Annunciatæ de Florentià hoc anno Mense Julio dono dedere alteram è costulis nostri Beati Joachimi Piccolominei, quemadmodum & partem Costæ Beati Francisci Patritij paulo post iterum dono dedere, & quidem utramque authentico Ordinarij Diœcesani testimonio munitam, ac ideo Patribus Florentinis acceptissimam. Hæ verò sacræ Reliquiæ in argenteis thecis collocatæ fuere.

Inventio quorund. librorum Archangeli Giani. Hoc anno pariter in Cellà quadam, quam Florentiæ inhabitaverat P. Magister Archangelus Giani noster olim Historiographus, quidam Faber Murarius aliud agendo reperit in quodam secreto angulo tres Libros ab eodem P. Archangelo compositos, ac postea typis datos, nempe Assertiones Theologicæ de Divina, cœlesti, & Ecclesiastica Hierarchià disputatæ Florentiæ 1590. *Vera Origine del Sacro Ordine di Maria. Firenze 1591. Regola di Papa Martino V, per le Suore Terziarie de' Servi di S. Maria. Firenze 1591.* Qui repositi fuerunt in Archivo Florentino. Sed & insimul reperta fuit quædam Charta, cui adhærebat ea Cerà Agnus Dei cum hac inscriptione: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Magister Archangelus Gianius Florentinus Domicilium hoc in ampliorem formam exornavit ad honorem Dei, & sui, & successorum commoditatem anno 1604.*

Præcedentiæ controversia. Cùm verò in Capitulo Provinciali Florentiæ celebrato in Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentià hoc anno, quidam Patres Ex-Provinciales protestati fuissent se honori præcedentiæ sibi debito supra Magistros se majores, qui Provincialatûs officio non essent perfuncti ad præscriptum Decreti conditi in Capitulo Generali anni 1652. pluries innovati, & præcipuè in Capitulo Generali anni 1690, se velle spontè cedere intuitu Charitatis, & fraternæ Pacis servandæ, non verò, ea motivo Justitiæ, quæ illis assistebat. Et cum talis protestatio cum restrictione nullatenus placuisset PP. Magistris, utpotè qui reperiebantur in quasi possessione suæ præcedentiæ, non obstantibus prædictis Decretis, quæ utpote excedentia præscriptum nostræ Legis, nunquam ad Praxim reducta fuere, quare comparuerunt iidem Patres Magistri non Ex Provinciales coram Patribus Superioribus, ibidem Congregatis tali formà.

Coram Vobis

Reverendissimo Patri Vicario Generali,

Adm. RR. Patribus Provinciali, Socio, & Diffinitoribus Provinciæ Tusciæ, Ordinis Servorum B. M. V.

Comparent Patres Amatores puræ, ac litteralis observantiæ, ac Constitutionum dicti Ordinis proprio nomine, absque revocatione, & omni meliori modo &c.

Et habita noa notitià occasione publicationis Actorum Capituli Provincialis Provinciæ Tusciæ celebrati in Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentià hac die ipsà 6 Junij 1707, quod Patres Ex-Provinciales protestati fuerint, se velle quidem cedere manum, ac præcedentiam Patribus Magistris se majoribus, qui Provincialatûs officio perfuncti minimè fuere, sed absque præjudicio Decretorum anni 1690. & non ex justitià, sed ex charitate, & prout ea dictà protestatione, ad quam impugnativa relatio tantùm habeatur in partibus, prout infra contrarijs, & non aliter.

Et acceptatà in primis juridicà Adversariorum confessione de possessione præcedentiæ di secundùm ordinem promotionis, in quà degunt PP. Comparentes, & absque præjudicio litis pendentis in Sacrà Congregatione Episcoporum, & Regularium, ne silentium dictis Comparentibus ullo unquam tempore obesse possit, dicunt, & dicunt prædictam protestationem in parte, quà cedere volunt, & ea charitate tantùm præstare præcedentiam, esse funditus nullam, insubsistentem, ac directè pugnantem contra Constitutiones nostri Ordinis, alterativam Pacis, ac Sanctæ, & apprimè necessariæ Religiosæ humilitatis destructivam, atque ideo eliminandam, uti scandalosam, & piarum aurium offensivam. Nihil obstantibus prætensis Decretis maximè anni

anni 1690., cum in hac parte præcedentiæ ipso jure sint nulla, utpotè contra Capitulum 39. nostrarum Constitutionum de Ordine servando, ubi pro declaratione Constitutionum, & ad tollendas contentiones circa præcedentias, Ordinem ibi præscriptum, & non alium Legislatores sanxerunt esse servandum, & ex Capitulo ultimo de Constitutionibus omnis facultas Capitulo Generali condendæ Legis, quæ nostris Constitutionibus adversetur, sublata sit. Unde, & Sanctæ Memoriæ Innocentius Papa XII. eadem Decreta anni 1690. quoad omnem omninò effectum suspendit.

Et sic protestati fuerunt, & protestantur, petentes registrari præsentem comparitionem ad perpetuam rei memoriam omni meliori modo, &c.

Die 8. Junij 1707. præsentata fuit præsens comparitio coram Reverendissimo Patre Magistro Joanne Petro Bertazzoli totius Ordinis Vicario Generali Apostolico à Reverendo P. Magistro Bernardino Ducci nomine aliorum, & proprio &c. cum instantiâ pro admissione &c. omni &c.

Qui Reverendissimus P. Vicarius Generalis Apostolicus visis &c. prædictam comparitionem admisit, si &c., & in quatum &c. non solum &c. sed et omni

Fr. Joannes Petrus Bertazzoli
Vicarius Gen. Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli

Fr. Placidus M. Bonfrizieri
Secret. de mandato.

Quibus stantibus, & tali sequutâ protestatione, nihil innovatum est, sed Patres Magistri Provincialatûs officio minimè perfuncti in sua pacificâ possessione remanserunt, quam antea semper obtinuerant, præcedendi nempè juxta tempus promotionis ad gradum Magisterij ad præscriptum Ordinis Constitutionum in Cap. 29. de Ordine servando. Et quãvis subsequentibus annis prodierit à Sacrâ Congregatione Decretum quoddam favorabile Patribus Ex-provincialibus: adhuc autem per eosdem Patres Magistros facto iterum recursu, novam audientiam obtinuerunt, & ideo omnia in suspenso remansere, nec jus possessionis ullatenus immutatum fuit. Cui verò ex partibus potior assistat ratio nostrum judicare non est.

Officium S. P. Philipp. quolibet mense.

Denique Coronidem huic anno imponat honorabile Decretum à Sacrâ Rituum Congregatione, nonnisi exquisitâ curâ, & diligentiâ nostri Patris Procuratoris Generalis obtentum, quo in magnum decus Nostri Patris Sancti Philippi Ordini nostro Indultum fuit perpetuò, ut semel in quolibet Mense primâ die non impeditâ novem Lectionum officio, Sancti Philippi nostri sub ritu semiduplici officium celebrari valeat, cujus Decreti ad perpetuam Beneficij memoriam tenorem adjungimus.

Ordinis Servorum B. M. V.

E *AD humillimas preces Sanctissimo Domino nostro ex parte P. Valentini Ghislieri Procuratoris Generalis Ordinis Servorum B. M. V. porrectas à Sanctitate sua Sacrorum Rituum Congregationi remissas, & ab Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino Cardinali Colloredo relatas, sacra Rituum Congregatio benignè indulsit, atque concessit, ut semel in mense, die non impeditâ officio novem Lectionum, & exceptis quatuor temporum Vigiliarum, Adventûs, & Quadragesimæ temporibus officium Sancti Philippi Benitij sub Ritu semiduplici à Religiosis Ordinis Servorum B. M. V. recitari possit, & valeat.*

Die prima Octobris 1707.

G. Card. Carpineus

F *Loco ✠ Sigilli*

B. Inghirami S. R. C. Secret.

Romæ Typis Rev. Cameræ Apostolicæ 1707.

Comitia Generalia celebrantur in Urbe. Corsica erigitur in Provinciam. Festum SS. Conceptionis B.M.V. de praecepto. Reliquia Sanctissimæ Crucis nostro Conventui de Aretio donata. Quædam memoriâ digna pro Conventu Florentiæ.

CAP. III.

G ADveniente tempore indicti Capituli Generalis in Conventu nostro S. Marcelli de Urbe celebrandi, singuli ex Ordinis nostri Provincijs Vocales illuc intervenerunt convocati pro eligendis Priore Generali, & Procuratore Ordinis in Romanâ Curiâ. Die ergo præstitutâ 26. nimirum mensis Maij hujus Anni 1708. currente pervigilio solemnitatis Pentecostes, Præsidente Eminentissimo ac Reverendissimo Petro Cardinali Otthobono Ordinis nostri Comprotectore, unà cùm Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Ferdinando Nuzzi Archiep. Niceno, & Sac. Congregationis Episcop., & Regul. negocijs præpositæ Secretario, præmissis de more Missâ privatâ de Spiritu Sancto, cæterisque juxta legem nostrarum
H Statutis præmittendis in Cõmuni Bibliotheca illius nostri Cœnobii decenter ornata, & ad actiones Capitulares designata, Vicarius Generalis Apostolicus, & Procurator Ordinis subrogatus, genibus flexis coram omnibus petitâ veniâ, officij sui Insignia in manibus Definitoris Generalis Etruriæ deposuere. Post hæc ad electionem novi Generalis devenere. Præsentati quidem è singulis Provincijs plures fuere ad id muneris, sed facto scrutinio Vocum, reliquis omnibus prælatus, & in Priorem Generalem electus remansit P. M. Jo: Petrus Bertazzoli de Massâ Cartariæ, qui proximè antea Gubernium Religionis, tamquam Vicarius Generalis Apostolicus, admi-

Capitulum Generale celebratur.

ministraverat. Die verò eadem ejusdem mensis Maij 26. iterum in loco Capituli convenientibus Patribus Vocem habentibus ad electionem Procuratoris Ordinis in Romanâ Curiâ deventum fuit, ac de more præsentatis ex toto Ordine diversis ad Officium idoneis plura vota reportavit P. M. Valentinus Ghislieri, qui vices Procuratoris Generalis [ut diximus] per annum proximè superiorem ex indulto Summi Pontificis obierat. Qui Summus Pontifex Indulgentiam quoque plenariam ab omnibus peccatis concesserat omnibus, & singulis Utriusque sexus Fidelibus, qui ritè confessi, ac sacrâ Communione refecti quascumque Ordinis nostri Ecclesias ubique existentes devotè visitaverint, & ad Deum pro felici statu Ecclesiæ, necnon pro præsenti necessitate Ordinis ipsa die 26. Maij, ac tribus insequentibus diebus humiles preces fuderint, prout apparet ex literis Apostolicis Romæ datis, et expeditis die 28. Martij 1708 *Cùm sicut accepimus &c.*

Sciendum tamen est pro veritate Historiæ, quòd adversus hujusmodi electiones opposita fuit ex incontinenti manifesta nullitas ante Votorum scrutinium, utpotè quia adversaretur directè præscripto nostrarum Constitutionum cap. 42. de Capitulo Generali, in quo definitur „ *Deinde procedatur ad electionem novi Generalis, ita ut ille, qui renunciavit, non possit iterum assumi, nisi post sexennij vacationem;* & hoc quoad electionem novi Generalis Quod verò attinet ad præsentationē factam P. M. Ghislieri in Procuratorem Ordinis opponebatur per quosdam ex Vocalibus adesse claram textus dispositionem in Cap. 26. De qualitatibus, & Officio Procuratoris Ordinis, in quo præscribitur, quòd Procurator Generalis „ *Cùm perfunctus fuerit officio suo, maneat extra Romanam Curiam in suâ Provinciâ, atque assumi non valeat ad idem officium Procuratoris, nisi vacaverit per 12. Annos*, ad eamdemque prohibitionem statuere videtur in subrogato ad id muneris, nam infra d. Cap. 26. habetur „ *Subrogent alium Procuratorem Ordinis usque ad Capitulum Generale, qui tamen in futuro Capitulo Generali vocem non habeat.* Replicabatur ex adverso quoad electionis validitatem circa Generalem Bartazzoli rem esse in tuto ex præscripto earumdem Constitutionum in cap. 25. de qualitatibus, & potestate Generalis, ibi „ *Si quando constituatur à S. Sede Vicarius* [Generalis] *Apostolicus in Capitulo Generali à se congregato vocem activam habeat, & etiam passivam licèt alcis non fuerit præsentatus à Provincijs ad gradum Generalatus.* Idemque statutum censeri, dicebant in Procuratore Generali per Sanctam Sedem subrogato: itaut quæ in contrarium asserebatur inhibitio intelligenda tantummodò sit circa Procuratorem subrogatū per Generalem unà cum Provinciali, & Socio Romanæ Provinciæ, de quâ subrogatione tantùm loquitur allatus textus ex *Cap.* 26. ita ut per illum neutiquam limitari potuerit amplissima Sanctæ Sedis potestas. Prævaluit itaque major pars, & electio prædictorum publicata fuit, cui tamen oppositores numero quatuor ex Provincijs, nempè Etrusca, & Germana, unà cum Socio Provinciæ Romanæ, minimè adhęserunt, quinimo protestatione juridicè præmissa electionibus illis votum suum reddere noluerunt. Quænam verò ex his duabus Partibus majorem habeat juris assistentiam non est nostrum decidere. Profectò pars majori Vocalium, quæ præfatæ favebat electioni, sollicita de ejusdem validitate, recursum habuit ad S. Sedem, quæ Postulatorum precibus benignè inclinata, nullitates quascumque, si quæ in dictis electionibus fortasse obrepserint, de potestatis plenitudine sanavit, datis literis Apostolicis, infrascripti tenoris.

Opposi tiones factæ cōtra electiones faciēdas.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram Rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij Definitores Generales Provinciarum Tusciæ, & Germaniæ, ac Petrus Antonius Rossi Ex-Generalis, necnon Socius Provincialis Provinciæ Romanæ Ordinis FF. Servorum B. M. V. quod tamensi ipsi in Capitulo Generali d. Ordinis in Conventu S. Marcelli de Urbe novissimè celebrato de nullitate Electionum tam Prioris Generalis, quàm Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, quos Vocales in eodem Capitulo congregati de personis dilectorum filiorum Jo. Petri Bertazzoli, & Valentini Ghislieri Fratrum expressè professorum dicti Ordinis in S. Theologia Magistrorum facere intendebant, protestati fuerint, eò quia dictus quidem Jo: Petrus per sex annos, prædictus verò Valentinus per duodecim ab Officio Procuratoris Generalis, quòd prius exercuerant, quemadmodum Constitutiones Ordinis hujusmodi auctoritate Apostolica confirmatæ præscribunt, cessasse minimè reperiebantur, nihilominus prædicti Vocales impedimento prædicto minimè attento, ac tametsi iidem exponentes à ferendo Voto, seu suffragio in ejusmodi electionibus abstinuerint, eosdemque Jo: Petrum in Priorem Generalem, & Valentinum in Procuratorem supradicti Ordinis elegerunt. Cùm autem sicut expositio subjungebat propter præmissa de validitate Electionum hujusmodi dubitatum fuerit, adeoque ut ipsius Ordinis ejusque Religiosorum tranquillitati consulatur, ac prædicti Jo: Petrus, & Valentinus Generalatus, & Procuratoris Generalis Officio, remotâ omni ambiguitate ad Dei Gloriam, & Religionis utilitatem respectivè valeant exercere; tam exponentes, quàm Jo: Petrus, & Valentinus prædicti in præmissis à nobis provideri, & ut infrà indulgeri plurimùm desiderent. Nos ipsos exponentes, ac Jo: Petrum, & Valentinum specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares

Sanatio nullitatum.

res personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati electiones eorumdem Jo: Petri in Priorem Generalem, & Valentini in Procuratorem Generalem Ordinis prædicti in Capitulo Generali hujusmodi factas, ut præfertur, omnesque, & singulos actus in vim electionum hujusmodi, cæteroqui Canonicè gestos respectivè Auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus, & sanamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos juris, ac facti defectus, qui desuper propter præmissa quomodolibet intervenerunt, sive seu intervenisse dici, censeri, vel prætendi possent, supplemus. Præterea ipsos Joannem Petrum in Priorem Generalem, & Valentinum in Procuratorem Generalem memorati Ordinis ad tempus, ad quod in d. Capitulo Generali, sicut præmittitur, electi fuerunt cum omnibus, & singulis præeminentijs, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegijs, gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, de novo quatenus opus sit, auctoritate, & tenore præfatis, constituimus, ac deputamus: decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Joanni Petro, & Valentino in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibusvis omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, ac expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quòd præsens gratia nullo umquam tempore adducatur in exemplum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima octava Junij MDCCVIII. Pont. nostri Anno Octavo.

Fr. Oliverius.

Nomina verò Vocalium, qui hujusmodi Generali Capitulo interfuerunt, infrascripta sunt.

P. P. Vocalium nomina.

Rev. P. M. Jo. Petrus Bertazzoli Vic. Gener. Apostolicus.
P. M. Valentinus Ghislieri Procurator Gen. Ordinis.

Definitores Generales.

P. M. Julius Antonius Roboredo Def. Gen. Tusciæ.
P. M. Antonius Maria de Sanctis Def. Gen. Romæ.
P. M. Joseph Maria Cantelli Def. Gen. Romandiolæ.
P. M. Joseph Maria Porta Def. Gen. Marchiæ Tarvisinæ.
P. M. Jo. Petrus Viriti Def. Gen. Venetiarũ.
P. M. Jo. Maria Bagnoli Def. Gen. Mantuæ.
P. M. Valerius Adeodatus Massa Def. Gen. Genuæ.
P. M. Henricus Nappi Def. Gen. Neapolis.
P. M. Maximinus de Symon Def. Gen. Narbonæ.
P. M. Guillelmus Maria Lohner Def. Gen. Germaniæ.

Priores Provinciales.

P. M. Callistus Maria Lazzarini Provincialis Romæ.
P. M. Antonius Maria Baraldini Provincialis Romandiolæ.
P. M. Michael Angelus Conti Provincialis Lombardiæ.
P. M. Alexander Scapinelli Provincialis Marchiæ Tarvisinæ.
P. M. Fulgentius Piatti Provincialis Venetiarum.
P. M. Jo. Franciscus Lanzarini Provincialis Mantuæ.
P. M. Prosper Maria Perogalli Provincialis Genuæ.
P. M. Angelus Maria Nappi Provincialis Neapolis.
P. M. Ambrosius Maria Armand Provincialis Narbonæ.

Ex-Generales.

Reverendiss. P. M. Petrus Antonius de Rubeis de Florentiâ.

Socij Provinciales.

P. M. Petrus Paulus Ferruzzi Socius Tusciæ.
P. M. Antonius Maria Franca Socius Romæ.
P. M. Peregrinus Sforza Socius Romandiolæ
P. M. Hieronymus Pezzana Socius Lombardiæ.
P. Antonius Maria Paoli Socius Marchiæ Tarvisinæ.
P. Ferdinandus Gabbrielli Socius Venetiarũ.
P. M. Jacobus Cavalli Socius Provinciæ Mãtuanæ.
P. Philippus Maria Gafforini Socius Genuen.
P. M. Nicolaus Ottone Socius Neapolitanus.
Pro Regno Corsicæ P. M. Paulus Malaspini Vic. Generalis.

Die verò 27. Maij insequente congregati iterum PP. Vocales recensiti Definitores Generales

nerales ad limites Constitutionum nostrarum pro Causis Religionis definiendis.

Ad petitionem de Præcedentia, quæ fieri contingat inter duos Venerabiles, quorum unus primò fit Ordinem Sacerdotis consecutus, alter verò pervenerit anterius ad annum quinquagesimum.

Declaratio de præcedentia.

Pro declaratione cap. 39. nostrarum Constitutionum de præcedentiis decretum fuit præcedentiam ei deberi, qui primus annum quinquagesimum attigerit. Atque idem servandum esse quando concurrunt Baccalaurei cum Venerabilibus, ut ei præcedentia debeatur, qui primus est quinquagenarius, non attento in hoc gradu Baccalaureatus.

Cùm verò ex præscripto Constitutionum P. Generalis absoluto Officio coram tribus Judicibus ex Ordine deputandis administrationis tam politicæ, quàm Economicæ rationem reddere teneatur, quoad hanc non esse locum sanxerunt PP. Definitores ex defectu materiæ pro utraque parte, scilicet tam accepti, quàm expensi.

Expostulantibus verò PP. Regni Corsicæ, ut illud erigeretur in Provinciam, cùm possideat per totam Insulam sex Conventus sub proxima spe acquirendi septimum, adeoque capacem esse eligendi ex eâ quatuor Definitores Provinciæ cum Provinciali et Socio, ac suo tempore Definitore Generali.

Responsum fuit „ Pro Gratia: nempe, quòd eligantur in futurum prædicti Superiores in dictâ de novo erigendâ Provinciâ Corsicæ, àd quem effectum & pro hac vice fine præjudicio, & ad omnem bonum finem eligantur à Capitulo præsenti Generali; prout executioni demandatum fuit,

Notitia Provinciæ Corsicæ.

Occasione verò decreti hujus, ac rationis motivæ, quæ PP. Definitoribus Generalibus persuasit erectionem Corsicæ in Provinciam, operæ pretium duxi, quæ sparsim de Ordinis nostri in hac Insulâ introductione referuntur in his Annalibus insimul, & compendiosè hoc loco recensere ad hoc, ut clarius à legentibus dignosci valeat, in quo statu res illuc de præsenti reperiantur, quòd etiam ad intellectum eorum, quæ insequentibus annis in illa Provincia acciderunt non modicè deserviet.

Igitur usque de Anno 1435. Ordo Servorum B. M. V. in hac Insula Corsicæ diligenti P. M. Deodati Januensis opera, & industria propagari cœpit, qui cùm esset apud omne hominum genus insignis tum pietate, tum doctrina, benevolentiam, existimationemque non modicâ sibi conciliarat, adeout insequentibus annis etiam Episcopatum Ajacensem in dicta Insula sibi promeruit. In qua sede postrus eximia pietatis, ac magnificentiæ Deo præ cæteris argumenta reliquit. Primum fuit exædificatio novi Templi pro sua Cathedrali in augustiorem formam. Secundum verò donatio Ecclesiæ antiquæ nostro Ordini, ut viciniorem situ habere posset uti Pater Religionem illam, quam uti filius adamarat affectu propinquam; sed eheu! Nescio ex quorum incuria Conventus ille Religionis nostræ deperditus est, deplorabili quidem jactura non solùm quia Civitas illa Regalis & tuto portu, & Arce munitissimâ decorata est, sed etiam quia per fretum satis angustum distans ab Insula Sardiniæ facilis erat communicatio inter utramque Insulam, adeoque facilior Visitatio Superiorum, & uberior fructus Ordini nostro ex illa promanans. In alias etiam Insulæ partes Religio nostra extendi concessum est, nedum opera P. M. Matthæi de Florentiâ, cui dum ibi magno Auditorum concursu Apostolicam prædicationem obiret, per instrumentum solemne rogatum manu publici Notarij de Morsilla usque de anno 1479. Populi Centurienses, ac Morsilienses Ecclesiam de novo constructam, & B. V. Annunciatæ dicatam in perpetuum donarunt; sed etiam postea plurimum in ampliando per Insulam Ordinem nostrum adlaboravit P. M. Bernardinus Mariani à S. Martino in Rio Provinciæ Lombardiæ, qui & Bastiæ Principis Civitatis totius Insulæ Ecclesiam S. Joseph Ordini nostro adjunxit de anno 1641. Ac demum solerti vigilantia P. M. Bartholomæi Franceschi ex primoribus familijs de Centurio plurimum profecit O do nostet spatio annorum circiter 24. quibus in tota Insula Vicarij Generalis Officium, & dignitatem obivit; & post quæ plenus dierum sui desiderium, ac amorem apud omnes reliquit defunctus anno 1702. de Mense Novembri. Hoc igitur Anno Provincia Corsicæ sex Conventibus constituta est. Primus ditior, et ornatior adest Centurii sub auspicijs Sanctissimæ Annunciatæ positus inter Centuriam, & Morsiliam Diæcesis Marianensis, & Accensis dictæ vulgariter *d. Mariana, & Accia*, in loco qui dicitur *Capocorso*, Ecclesiam habet satis conspicuam & populorum devotione per celebrem cum Aris quatuordecim, quarum aliquæ sunt Jurispatronatus laicalis. In hac apparatus argenteus apparet exquisitæ artis, & magni valoris, plurium beneficiorum munificentia oblatus, inter quos præcipuè recolendi sunt D. Andreas Gaspari Morsiliensis, de quo ad annum 1479. qui ex testamento Insignem argenteam Lampadem miri artificij, cum Pellicano, intra cujus pectus Sanctissimi Sacramenti Pixis reponitur cum expansis brachijs circa lampadem, ex quibus tresdecim luminaria pendent, ponderis centum librarum. Adest et Ostensorium argenteum ab ipsomet donatum elaboratumque mirificè ponderis librarum 36. Pixidem quoque obtulit argenteam auro foris & intus ornatam ponderis librarum quatuor; thuribulum denique cum naviculâ ex argento ponderis librarum octo. Duodecim quoque Candelabra cum suâ Cruce pariter argentea, cæteraque pretiosa supellectilia sacra Aram majorem exornant, in qua Imago Sanctissimæ Annunciatæ ad vivum exemplar illius, quæ in Ec-

Ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia depicta, devotione maxima colitur à Fidelibus, qui non solùm è vicinis, sed è longinquis etiam partibus ad orandum confluũt, innumerasque gratias à liberalissima Dei Genitricis manu recipiunt, cujus rei testimonium exhibent vota, & tabellæ ibidem appensæ grati animi ergo. Hæc verò candelabrorum, aliarumque sacrarum supellectilium dona recognoscit Ordo noster ex industri pietate Sororis Angelæ Marcantoni de Cētorio, quæ Tertiararum habitu induta multos annos Angelicam vitam duxit semper Orationi, piisque Operibus intēta. Plures peregrinationes terra, marique suscepit, eleemosynas pro amplianda Virginis Dolorosæ devotione, & cultu quæritans, quas abundantes reportavit maximè à Serenissima Republica Genuensi, quæ, percrebescente fama, ejusdem virtutes singulares optimè noverat. Ipsamet insignem Cappellam Virginis Dolorosæ piorum eleemosynis à fundamentis erexit, aliarumque Tertiariarum; quoad vixit, extitit Priorissa, verbo, & exemplo cæteras ad pietatem, & sanctitatem impellens; moribus adeò simplex, & suavis erga omnes, ut etiam vivens Sancta ab omnibus appellaretur. Post mortem denique, quam obiit sexagenaria die 26. Julij Sanctæ Annæ Matris Dei Genitricis ejusque Patronæ dicata anno salutis 1705. magno populorum concursu in dicta Cappella honorificè sepulta fuit, apposito super ejus sepulcro ad æternam memoriam lapide marmoreo cum sui nominis expressione insculpta. Succedunt alij quinque Conventus, nempè Balegnæ *detto di Belgodere* ejusdem Diœcesis Marianen. usque de anno 1542. nostræque Religioni addictus de Anno 1560. Ecclesiam habet cum sex Altaribus satis decoram, & ornatam, quæ cum Ara majori septem Dolorum B. M. V. numerum compleat; ibique Imago B. Virginis sub nomine Mariæ Gratiarum magnâ populorum devotione colitur. Adest etiam in ea Congregatio Dolorum ejusdem B.M.V. in cujus honorem qualibet tertia Dominica cujusque Mensis recolūtur solitæ preces, doloresque nostræ Matris Dolorosæ, exposita ejus imagine multam devotionem ingerente. Tertiò numeratur Conventus Sanctissimæ Annunciatæ *di Berattoli* Diœcesis Nobien. nostræ Religioni dono datus de anno 1590. seu &c. ibique fervet devotio septem Dolorum B.M.V. quamvis Ecclesia non sit admodum ampla. Quartò loco succedit Conventus S. Antonij dictus *Casabianca* sub Diœcesi Marianen. & Accien. pariter Ordini nostro dicatus de anno 1590. circiter, cujus Ecclesia nostris temporibus in ampliorem formam redacta est, & adauctæ pro Religiosis habitationes, studio, & opera *P.M.* Jo. Petri Salvetti, qui post bene per multos annos administratam Provinciam in Officio Vicarij Generalis piissimè obiit Bastiæ anno salutis 1692. Novissimè Religioni concessus fuit Conventus S. Joseph de Bastia usque de anno 1631. **E** quamvis, oborta lite, nonnisi de anno 1642. possessio capta fuerit; unde et tertio loco numeratur; quamvis revera antiquior dici possit sextus Conventus S. Catharinæ de Sisco sub eadem Diecesi Marianen. utpotè fundatus de Anno 1370. circiter. In Conventu autem prædicto S. Joseph de Bastiâ adest Ecclesia magnę devotionis, in qua inter alia sacra ornamenta non parum admiranda venit Statua quædam insignis pulchritudinis Dolorosam Virginem cum septem aureis gladijs repræsentans, quam nobilis Vir Antonius Sebastianus Caraffa magna impensa fabricatam, ac solemni pompa cum interventu totius Cleri, Magistratuum Urbis, ac Populi innumeri consecratam, nostræ Ecclesiæ dono dedit, **F** una cum proprio Filio, quem Religio habitu Servorum indutum, ac Professum, nomine P. Antonium Philippum, Sacerdotio initiatum, Religiosisque moribus præditum esse gaudet usque in præsens; Addito etiam stabili fundo unus Apothecæ pro annuo redditu manutentionis Aræ majoris.

At verò cum varias passus sit temporum vicissitudines, nonnisi de Anno 1702. inhabitarunt illam Patres nostri, secuta postea confirmationis sententia de anno 1703. Gubernatio verò Provinciæ Corsicæ pro varietate temporum diversimoda fuit. Ab anno etenim 1479. usque ad annum 1605. communicavit cum Provincia Sardiniæ, unusque, & idem Vi**G**carius Generalis utramque Provinciam administrabat. Cum verò, ut supra innuimus, nescio qua moti ratione, Conventum S. Jacobi Ajacensem deseruerint PP. nostri: hinc factum est quòd stante majori distantia divisio Provinciarum subsecuta est, & unicuique tam Sardiniæ, quàm Corsicæ destinatus Vicarius Generalis præfuit, donec adveniente præsenti Capitulo Generali hujus Anni 1708. stante supradicto Decreto, per Priorem Provincialem Corsicæ Conventus administrari cęperunt.

Unum præ cæteris, in eruendis illius Provinciæ monumentis, adnotandum censeo, forsan Prælatis Ordinis nostri non inutile, quòd sæpè sępius tam Magistratus, quàm Serenis**H**simus Senatus Genuensis, sub cujus Dominio tota Insula permanet, conquesti sunt cum nostris Superioribus [ut ex plurimis epistolis apparet] quòd ipsimet usi sint Insula Corsicæ, et Conventibus in eàdem existentibus ad publicam vindictam malefactorum, ibidem relegantes eos, qui varijs criminibus rei adinventi fuere, ex quo fit, ut grex ille Religiosorum aliàs pusillus inficiatur moribus prædictorum, quare paulatim à Regulari simplicitate, & Observantia declinans, adeò vicissitudinibus Ordini toti perniciosissimis fuerit subiectus, & iterum in futurum subijci posse meritò timeatur.

Quo brevi, sed forsitan non iniucunda narratione interposita, prosequenda sunt Acta

ejus-

ejusdem Capituli Generalis, cui cùm proposita essent varia dubia circa nostras Constitutiones, resoluta fuerunt, ut infra.

Primò, An Provincialis ex se, & propria authoritate judicium assumere possit contra Socium Provincialem suæ Provinciæ.

Secundò, An de exceptionibus datis, aut super aliis casibus occurrentibus in Definitorio Provinciali, juridicè procedi possit à Provinciali contra aliquem ex Definitoribus, & Socium Provincialem.

Tertiò, An Provincialis judicialiter definire possit Causas inconsulto Socio, etiam si tales Causæ extra visitationem fuerint introductæ, & admissæ contra aliquem Religiosum suæ Provinciæ.

Quartò, An extra casum necessitatis in Definitorio Provinciali subrogari possit Definitor aliquis perpetuus loco Definitoris Provinciæ absentis.

Quintò, An in Conventu, ubi de licentiâ Sac. Congr. Ep. & Reg. vel alterius Congregationis existunt de familia quatuor, vel tres Religiosi, possit loco Prioris creati Economus, cum nulla de tali Economo fiat mentio tum in lege nostrâ, tum in obtentâ licentiâ.

Sextò, Et posito quòd talis Economus loco Prioris creari possit, an debeat præcedere Magistros, vel cæteros se majores, etiam si fuerit eidem adjuncta facultas Superioris, cùm ex Constit. Vicarius à lege in absentia Prioris non præcedat, licèt habeat Prioris facultatem.

Septimò, An Economus talis possit prætendere, ac sibi solvere stipendia, quæ pro consuetudine dantur singulis Monasterij Officialibus.

Quibus dubijs responsum fuit

Ad primum affirmativè.

Ad secundum, quòd sit oretenus cum P. Secretario Ordinis de mente.

Ad tertium affirmativè.

Ad quartum Affirmativè

Ad quintum, & sextum Affirmativè.

Ad septimum servari solitum.

Ad supplicem libellum P. M. Michaelis Angeli Conti Provincialis Lombardiæ petentis quid agendum in casu, quo congregatis PP. pro celebrandâ Dietâ, nec P. Generalis, nec ejus Vicarius Generalis accesserit, sive ex infirmitate, seu ex quolibet alio impedimento.

Decretum fuit, quod in casu absentiæ utriusque, Provincialis cum toto Definitorio peragant omnia de more. Acta verò nec publicentur, nec executioni demandentur, nisi prius confirmata fuerint à P. Generali.

Sed quia dubitatum fuit ab aliquibus in casu absentiæ nedum Generalis, vel ejus Vicarij, sed etiam Definitoris Generalis, quis Præsidentis vices Capitulo Provinciali explere debeat.

Responsum fuit, quod deficiente etiam Definitore Generali illius Provinciæ, præsideat Definitor Magister Provincialis, qui sit major tempore promotionis ad Magisterium.

Ad petitionem PP. Provinciæ Sardiniæ, quòd in quolibet Capitulo Generali votum ipsimet reddere possint, cum ex novâ erectione Provinciæ Corsicæ vetus cesset alternativa.

Responsum fuit -- *Pro Gratia.*

In casu obitus Socii Provincialis decretum fuit, quòd succedat primus Definitor non Magister, non obstante &c. At verò in casu renunciationis Provincialis, vel Socij, electio spectet ad Reverendiss. P. Generalem usque ad proximum Capitulum Provinciale.

Renovatum item fuit decretum de præcedentiâ Ex Provincialium; & quòd inter se tempus observent electionis ad Provincialatum; sicut Ex-generales electionis ad Generalatum: habita tamen moderatione, &c.

Attamen stante recursu, de quo supra, & introductione, ac pendentiâ litis super hoc in S. Congreg. Ep. & Reg. nihil innovatum est circa præcedentiam Magistrorum.

In casu verò Votorum æqualium inter duos electos Provincialem, Socium, vel Officialem spectet ad P. Generalem, vel Vicarium Præsidentem declaratio, quinam è duobus præferri debeat.

Die verò 29. Maij iterum adunatis Definitoribus circa studia, & Promovendos ad gradus, decretum fuit.

Primò, quòd Baccalaurei ad Magisterij gradum non promoveantur, nisi trigesimum tertium ætatis annum expleverint ad normam nostrarum Constitutionum; & insuper vel per tres Annos Theologiam docuerint, vel publicas Theses Theologicas in Capitulo Provinciali, vel in Visitatione coram Patribus, præsente Generali, vel ejus Vicario, honorificè, & sine Assistente defenderint. Reliqui verò Studentes nullatenus ad Baccalaureatum admittantur, nisi tres annos Philosophiam docuerint. Decreta circa studia.

Secundò, Circa Collegiales: quòd in Collegium Henrici de Urbe studentes non admittantur, nisi ante pro una vice saltem publicas Theses Physico-Theologicas honorificè defenderint, juxta præscriptum Brevis Apostolici super illius Collegii erectione emanati. Introducti verò in Collegium teneantur in ultimo sui studij anno coram PP. Theses Theologicas sustinere, ac præter cætera experimenta sui profectus in præfato Brevi demandata, rigorosum examen subeant, antequam ad punctorum sibi ex improviso assignandorum recitationem admittantur.

Quæ omnia, & singula Decreta per secreta suffragia supra medietatem confirmata fuere, excipiente tamen de nullitate Decreti super præcedentiâ Ex-provincialium, & ideò non votante, P. M. Antonio Franciâ Socio Provinciali Romano.

His omnibus expletis [omissis ijs, quæ minoris sunt ponderis] absolutum pariter fuit Capitulum Generale ad Gloriam Omnipotentis Dei, Sanctissimæ semperque Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum, habitis subscriptionibus, prout infra.

Ita est Fr. Guillelmus Loubner Ord. Serv. B. M. V. Definitor Generalis Provinciæ Germaniæ.

Ita est Fr. Maximiaus de Symon Definitor Generalis Galliæ.

Ita est Fr. Henricus Nappi Definitor Generalis Provinciæ Neapolitanæ.

Ita est Fr. Adeodatus Massa Definitor Generalis Provinciæ Genuensis.

Ita est Fr. Io. Maria Bagnoli Definitor Generalis Mantuæ.

Ita est Fr. Jo. Petrus Viriti Definitor Generalis Provinciæ Venetæ.

Ita est Fr. Joseph Porta Definitor Generalis Provinciæ Marchiæ Tarvisinæ.

Ita est Fr. Joseph Maria Cantelli Definitor Generalis Provinciæ Romandiolæ.

Ita est Fr. Antonius Maria de Sanctis Definitor Generalis Provinciæ Romanæ.

Ita est Fr. Julius Antonius Roboredo Definitor Generalis Provinciæ Tusciæ.

Ita est Fr. Valentinus Ghislerius Procurator Generalis Ord. Serv. B. M. V.

Ita est Fr. Jo. Petrus Generalis &c:

Loco ✠ Sigilli

Fr. Philippus Maria Berlassina Secretar. assumptus de mandato.

Non defuit in celebratione hujus Capituli Generalis benignitas Summi Pontificis Clementis XI. qui nostras Ecclesias his diebus Visitantibus Plenariam Indulgentiam de more largitus fuit per suum Breve „ *Cum sicut accepimus Capitulum Generale. Sub datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 28. Martij*. 1708.

Festum SS. Conceptionis de præcepto.

Ad augendam erga B. M. V. Fidelium devotionem, ejusque Immaculatam ab omni labe peccati Conceptionem plenius celebrandam, placuit eidem Sanctiss. nostro Papæ Clementi XI. ejus diei Festum, quod ex devotione tantùm Ubique celebrabatur, ad Festũ de præcepto pro omnibus quibusque locis transferre; idque per Breve speciale magnâ Christianorum lætitiâ exceptum, maximè Religiosorum sub Regulâ S. Francisci viventium, qui cum majori pompa, ultra quam solemne habebant, hoc anno Festum Sanctissimæ Conceptionis Deiparæ celebrarunt.

Elargitio Particulæ Ligni S. Crucis Conv. Aretij.

Hoc eodem Anno Mense Januario Eminentiss. Gaspar Carpineus præ suâ erga nos benevolentiâ, dono dedit Ecclesiæ nostræ S. Petri de Aretio particolam Sanctissimæ Crucis Domini nostri Jesu Christi, læranter à PP. nostris, & cum gratiarum actione exceptam, qui ab Episcopo Aretino D. Benedicto Falcõcini recognosci, & authentico Sigillo munitam, in thecam argenteam non mediocri pretij reponendam curarunt, ibique magna devotione usque in præsens asservatur, & colitur.

P. M. Rossi Ex Generalis beneficia.

Gratitudo verò nos silere non patitur Insigne beneficium hoc anno collatum Conventui nostro Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ à Reverendissimo P. Ex. Generali, Regiæ Celsitudinis Magni Ducis Etruriæ, ac Religionis Illustriss. D. Stephani Theologo, necnon in Pisana universitate Sacræ Scripturæ, & Controversiarum publico Lectore, qui subsidia præfatæ Cathedræ satis ampla in pluribus sui Conventus ædificiis & ornamentis publicis impendere liberaliter non destitit, de quibus suis in locis erit sermo. Præsenti autem anno Claustrum inferiùs ejusdem Cœnobij, quod omni aeris intemperiei expositum erat, non sine maximo Religiosorum incommodo, qui ad horas diurnas, pariterque nocturnas in choro persolvendas per illud transire debent, magna impensa occludendum, & jucundissimo ad exhilarandum obtutũ, architecturæ, ac picturæ artificio ornandum curavit, quod illi summam laudem, ac Fratrum suorum gratitudinem singularem promeruit.

P. M. Giunta Florentiæ prædicat.

Sicuti non est ullo modo silentio prætereundus amor singularis, quem erga Ordinem nostrum, ac P. M. Franciscum Mariam Giunta Divini Verbi Præconem Insignem testatus est Serenissimus Etruriæ Magnus Princeps Ferdinandus Medices, qui postquam præfatum P. Magistrum anno præsenti Prædicatorem Quadragesimalem obtinuit à Superioribus Ordinis pro nobili suggestu S. Fœlicitatis, in quo miram dicendi Vim, ac eloquentiæ suæ, & eruditionis venustatem cum doctrinæ profunditate conjunctam, toti Florentiæ patefecit, & in sui amorem, & admirationem non tantùm Cives omnes, sed & ipsum Magnum Principem adeò attraxit, ut incredibilia ferè sint argumenta dilectionis, & munificentiæ erga ipsum præstita à Magnificentissimo Principe, qui pretiosis muneribus eundem P.M. non solùm honoravit, sed & oneravit summopere, lectica etiam propria, ipsum, & magni ponderis dona à se ipso collata, Bononiam usque liberaliter traduxit; insuper & ipsius effigiem in tela per eximium Pictorem depingi voluit. De eximia Patris hujus eloquentia pauca dicam, quoniam adhuc vivit, memor illius moniti Ecclesiaste *Ante mortẽ ne laudes hominem*, quasi dicat, *lauda post mortem*. Cæterum Fama, quæ per totam fermè Italiam ejusdem mirificam eloquentiam patefecit. Alpes quoque transiliens, pervenit in Germaniam, Imperatoremque Romanum Leopoldum primum impulit, ut eundem Viennam accerseret, ejusque Conciones sacras per integrum annum magna mentis, & aurium aviditate, pijssimus ille Imperator exciperet, ac specialibus demum prosecutum donis, eumdem summo honore in Italiam remittit, ad Generalem in ejus laudem, & commendationem efficacissimis literis expeditis, quæ usque modò in Archivo Florentino reservantur, ac tantæ Majestatis benevolentissimum erga Religionem nostram animum ostẽdunt.

His lætis rebus succedit lugubris memoria; inopinata scil., ac nimium præpropera mors

P.M.

P. M. Rossi Florent. moritur. P.M. Innocentij Rossi Florentini, qui dum in quadragesima hujus Anni Placentiæ in nostrâ Ecclesiâ S. Mariæ de Plateâ Sacras haberet conciones, summis omnium laudibus exceptus, orpotè qui gratia singulari in dicendo præditus erat, sanguinis fluxu in Dominica Palmarum statim oppressus, cursum non prædicandi, sed vivendi triginta trium annorum ætate confecit, mœroremque nobis reliquit, & sui desiderium.

Patres verò ejusdem Conventus Sanctissimæ Annunciatæ prudenter animadvertentes in illo amplissimo Ordinis Monasterio non adesse locum proprium, in quo, vel pro promovendis ad Ordines, vel pro fovenda aliquorum devotione, spiritualia Exercitia per octo, vel decem dies ad mentem Sanctiss. olim Pontificis Innocentij XI. ac successorum perfici possent, optimo consilio statuerunt, ut ædes, quas plures Sanctitate vitæ solitariæ cõspicui illustrarēt: primò P.M. Angelus Maria Montorsi, ac postea P.M. Julius Arrighetti ambo nostri Ordin. olim Generales, & qui cũ speciali sanctitatis famâ obierant, nullus ad usum privatæ habitationis in posterum reducere posset, sed unicè ad spiritualia exercitia communiter reservarentur; quod decretum hoc anno firmatum, summoperè commẽdarunt Serenissimus Princeps Franciscus Maria Card. Medices Ordinis nostri Protector, & Cosmus III. Magnus Æturiæ Dux, necnon omnes, & singuli melioris notæ Viri. Ut verò prædicto pijssimo usui ædes prædictæ meliùs & commodiùs inservire valeant, onus easdem instaurandi, & sacris utensilibus, ac imaginibus eas ornandi liberali expensa in se suscepit, [præmium utique à Domino consecuturus] P.M. Ex Generalis Petrus Antonius Rossi, de quo sæpius dicendum erit, Deo dante. *Ædes pro spiritualibus Exercitijs deputantur.*

ANNOTATIONES IN CAP. III.

Omnia retensita habentur ex Reg. Relig. in Urbe, & ex Archivijs præfatorum Conventuum.

Designatur Ordini Novus Protector. Adventus Florentiæ Cardin. Petri Ottoboni, ejusque donaria Ecclesiæ nostræ de Florentiâ. Quam visitat Rex Daniæ, & commendat. Alia memorabilia pro Senario, & Germania.

C A P. IV.

Annus occurrit 1709, & prosecutionis præsentium Annalium post Gianium Centesimus, qui præ ingenti frigore, quo universa Europa præter ordinem naturæ consuetum constricta miserabiliter ingemuit, toti Orbi memorabilis fuit; ex quo plurima omnibus Civitatibus, maximè vitium, & arborum Olivarum exsiccatione incommoda obvenere, pluriminque, tam ex hominibus, quàm ex animantibus fato cædere coacti periere, ac maximè rerum omnium usui humano accommodatarum inopiâ omnes indiscriminatim afflixit, ex quibus misericordiâ commotus summus Pontifex Clemens XI. omnibus Christi fidelibus ova simul, & Lacticinia quæcumque tempore quadragesimæ Mensæ adhibenda permisit; quod pariter alicubi, & aliquando præstitit ad avertendas corporum Infirmitates in consequentibus annis. At verò inter cætera, eaque graviora incommoda, quorum pondere pressus unà cum alijs Ordo Noster ex tali afflictione, acrisque intemperie angebatur, non mediocre illud habitum est, quòd Serenissimi, ac Reverendissimi Principis ab Etruriâ Francisci Mariæ Cardinalis Medices validum Patrocinium apud Sanctam Sedem Apostolicam amisit, non sine ingenti mœrore. Quippequi ad reparandam Serenissimæ Domus Medicææ cadentem successionem contra propriam voluntatem, & ex solo motivo publici boni nuptias initurus sacram Purpuram ferè coactus abdicavit hoc anno, ac Matrimonium cum Serenissimâ Eleonora Gonzagâ ex Guastallæ Principibus inijt maximâ cum solemnitate; tunc profectò noster Ordo tanto destitutus Protectore cæpit evidentiùs experiri tàm alti Patrocinij illius eximiam virtutem ex eo maximè, qoia desiderabatur; nam Princeps erat iste, qui potentiam non modicam, prudentiamque singularem cum dulci clementiâ conjungendo, omnes animos sibi benevolēriâ devinciret, omnibus Ordinis nostri necessitatibus occurreret, quod satis, superque notum omnibus faciunt beneficia quamplura, eaque præclarissima ex ejus præsidio Ordini nostro collata, quæ in hisce Annalibus suis locis opportunè recensentur. Ne verò diutiùs Protectore suo destituta jaceret Servorum Deiparæ Familia, qui eandem apud Sanctam Sedem Apostolicam, ejusque incrementum foveret, decori consuleret, securitati prospiceret, Summus Pontifex idem Clemens XI. Laurentium Cardinalem Corsini Florentinum Nerei Cardinalis Corsini Ordinis nostri olim Protectoris amantissimi, de quo ad annum 1678. ex Fratre Nepotem in Ordinis ejusdem Protectorem hujus anni Mense Decembri dignatus est eligere; quòd cum intellexissent Patres omnes Servitæ gratulati sibi maximè sunt, & eximias lætitiæ significationes, hymnum Te Deum laudamus solemniter decantantes, per singulas Provincias exhibuere. Memorabantur etenim expertam Ordini nostro Clementiam, ac benevolentiam Patrui, & eandem sibi propitiam fore augurabantur in Nepote, ne minimum quidem in prudentiâ, discretione, & magnificentiâ degenere. *Card. Medices Purpurâ se abdicat.* *Novus Protector Cardin. Corsini.*

Memorabilis est hoc anno adventûs in Italiam Regis Daniæ Friderici IV., qui per notabile temporis spatium in Civitate Florentiæ commoratus est. Quo tempore, quamvis Pro-

Adventus in Italiam Regis Daniæ.

Professione Fidei Lutheranus, summâ tamen comitate, & reverentiâ Ecclesias Civitatis invisere, Monialibus observantioribus alloqui, & cætera benè affecti animi erga Catholicismum argumenta demonstravit; tum verò nostram etiam Sanctissimæ Annunciatæ Ecclesiam invisit feriâ V. in Cœnâ Domini, in quâ cum de more solemniter divina Officia canerentur, multum commendavit Ordinem, devotionem, ac celebritatem illius solemnitatis, in cujus honorem nostri novitiatus humaniorum Litterarum Præceptor elogium infrascriptum publicavit.

Fridericus IV. Daniæ, Norvvegiæque Rex
Varias vident Urbes, & Mores
Ad hoc Etruriæ Caput Florentiam appulit
Die XV. Martij MDCCVIII.
A Regiâ Aulâ Mediceâ Celsitudine
Feliciter, & augustè exceptus
Augustus Felix.
Post festivissimam plurium dierum moram
In Principes, & Cives æquè munificus
Ab hac Florum Urbe ægrè divulsus abijt
Die XXIII. Aprilis MDCCIX.
Marcus de Rubeis sacræ Theologiæ Doctor, & Humaniorum Literarum Professor in Tyrocinio B. V. ab Angelo Salutatæ.

Et quidem ingentia fuere magnificentiæ argumenta, quibus hæc Regalis Celsitudo Cosmi III Regem Potentissimum excepit, inter quæ non modicum fuit affixio Marmorei lapidis supra Portam Civitatis, quæ Bononiam versus conducit, dictam S. Galli, in quâ sculpta leguntur hæc verba:

Florentia
Adventu Friderici IV. Daniæ, & Norvvegiæ Regis Augusti Felicis; Quod eam suâ præsentiâ magnus Hospes impleverit
Augusta, Felix
Anno salutis MDCCVIII. Mense Martio.

In quâ millesimi descriptione notandum est id esse secundùm consuetudinem Mercatorum, quæ viget Florentiæ, sumendi nempe anni principium die xxv. Martij, contra usum Ecclesiæ, quæ tale initium sumit à die 1. Januarij, unde fit, ut talis Adventus Regis Daniæ verè fuerit describendus anno 1709. Nos verò Florentiæ usum sequuti sumus.

Eminen. Othobon. Florentiam petit.

Interim Eminentissimus, ac Reverendissimus Petrus Cardinalis Othobonus de Ordine nostro, uti aliquando Vice-Protector, optimè meritus, prout constat è superiùs dictis, è Româ Florentiam se contulit à Serenissimis illis Principibus Regiâ Munificentiâ in Palatio Regali exceptus Hospitio, cui cæteroqui, id pariter præ suâ erga nos benevolentiâ expetenti, adornatæ fuerant in nostro Cœnobio Ædes decenti pompâ instructæ. Eo loci reperit Excellentissimum Genitorem suum D. Antonium Othobonum Alexandri VIII. gloriosæ memoriæ Pontificis Nepotem, cui

E quamplurimum debet Ordo Noster, utpotè qui inter alia beneficia S. Philippum nostrum in Breviarium publicum, cum suo Officio proprio, & Lectionibus redigi mandavit. Hic ergo Eminentissimus Princeps cum antiquâ Familiaritate nostri Reverendissimi Patris Ex-Generalis Petri Antonij Rossi assiduè, jucundèque uteretur, ut eidem munificentiæ, & amoris argumentum speciale præberet, sacra indumenta, nempe magni pretij Planetam auro, argentoque ornatam valoris, ut reputabatur, tercentum aureorum donavit. Quam ut statim Planetam ipse P. Magister Rossi pijssimè Sacristiæ nostræ Ecclesiæ usui consignavit.

F Hoc anno defunctus est P. Magister Lucas Niccoli de Prato Tusciæ Provincialis, qui plures annos ferè per totam Italiam Verbum Dei tanto eloquentiæ decore disseminavit, ut omnes auditores in sui admirationem attraheret.

Constitutiones Germanicæ approbantur à S. Sede.

Ex quo Reverendissimus Generalis P. Poggi unà cum P. Magistro Gerardo Capassi Florentino Ordinis Secretario usque de anno 1693. nostræ Religionis Cœnobia Germanica visitasset, ijdem PP. Germani, qui præfati Patris Magistri Capassi virtutem singularem, & in rebus agendis prudentiam noverant, ejusdem Personalem assistentiam petierant in accomodandis usui Provinciæ Germanicæ nostris Constitutionibus. Quare consentientibus nedum P. Generali, sed etiam Eminentissimo, ac Serenissimo Cardinali Medices Ordinis Protectore, necnon Eminentissimo Grimani sacri Imperij pariter Protectore, instantibus maximè ijsdem Patribus Germanis, dictus P. Magister Capassi usque de anno 1707. Viennam se contulerat, ibique re primum feliciter gesta, rursus iter aggrediens unà cum illius Provinciæ Definitore Generali P. Gulielmo Mariâ Lokner Romam petierat ad hoc, ut prædictas Constitutiones vitæ, ac moribus Germanorum accommodatas à Sanctâ Sede insimul confirmari curarent; quâ demum confirmatione obtentâ, hoc eodem anno præfatus P. Magister Capassi Florentiam; P. verò Gulielmus Maria Germaniam læti repetierunt.

Eremitarum quorumdam preciosa mors.

P. Spinelli Eremita moritur.

H In Eremo quoque Montis Senarij mortem obiit P. Philippus Maria ex nobili Senatoriâ Familiâ Florentinâ de Spinellis. Hujus Eremitæ laudes per extensum texere non est animus, sed tantùm delibare ejus animi constantiam, cum delicatè nutritus in Paterna Domo Eremo austeritatibus se omninò dedicare statuit, in quâ cum ejusdem stomachus viles Eremitarum cibos nausearet, adeò constanter se ipsum devicit, ut eosdem cibos, quos prius fastidierat, in posterum haberet in delicijs, cujus rei testis oculatus ipse ego, qui plures annos familiariter cùm illo conversatus sum. Artem hanc à Directoribus suis, de quibus infra, didicerat, quam ad aliorum utilitatem spiritûs non erit incongruum hic recensere.

Ani-

Animadverterant Patres Directores supradicti nauseam, utique compatiendam in Juvene nuper Converso à seculi delicijs ad Eremiticum rigorem, quare paulatim ab eodem obtinuerunt, ut cibos sibimet contrarios non quidem manducaret, sed eorum in modicâ quantitate cum alijs cibis admitteret appositionem in eadem Mensâ. Post aliquos verò dies eidem suaserunt, ut modicum quid ex ijsdem cibis sumeret, quod cum non sine repugnantiæ propriæ victoriâ pluries fecisset, demum Dei gratiâ opitulante id à semetipso consecutus fuit, ut in reliquo suæ vitæ tempore nulli gratiores cibi proprio gustui forent, quàm ijdem, à quibus jampridem abhorrebat. Hinc adeò profecit in sui ipsius victoriâ, ut calorem, & frigus nedum patienter, sed lætanter quoque toleraret, &, quod jucundum erat spectaculum, animalculorum tædiosas molestias, quas æstatis tempore naturaliter unusquisque à se avertere satagit, ipse à se ipso, nedum minimè repellebat, sed ijsdem quoque gaudere videbatur. Humilitatem cordis, suique propriam demissionem semper coluit, & factis, & verbis, nec ullus unquam ea ijsdem suspicari potuit natalium suorum præclaram nobilitatem, quinimmò libens volens viliora quæque Monasterij munia obibat, & quamvis flavo esset colore, ac sanguine, & bili naturaliter abundaret, præcipua profectò ars in eo apparebat, qua interiores iræ motus coercendo, sui ipsius victoriam reportabat. Vigiliarum, ac jejuniorum amantissimus, nonnisi præcepto, & obedientiâ coactus ab ijs abstinebat, tantummodo horas quatuor circiter qualibet nocte somno, & quieti tribuebat. Demum postquam in ultimâ infirmitate patientiæ singularis exempla reliquisset, obdormivit in Domino ætatis suæ anno 56. circ. salutis verò 1708. die 5. Augusti pro commoditate Historiei ad hunc annum relatus.

Cùm verò has animi dotes, ut supra innuimus, ex rectâ suorum Magistrorum institutione didicisset, tàm tempore novitiatûs, quam extra, qui fuerunt P. Franciscus Maria Ghinetti, & P. Bonajuncta Guidi, neque de ijs, ex lapsu forsan memoriæ, aliquid suis locis dictum fuerit, eorum virtutes nactâ occasione brevi methodo scribere non erit incongruum, nedum ex animi mei gratitudine, quippe qui & ipse eorundem Monita salutaria, sanctamque Conversationem expertus sim in Eremo, sed etiam ut exempla virtutum Posteris transmittantur.

P. Ghinetti Eremita moritur.

Primus igitur P. Franciscus Maria, cùm laudabiliter inter novitios, ac Juvenes Professos in Conventu nostro Sanctissimæ Annuntiatæ plures annos transegisset, strictioris observantiæ desiderio ductus, ad Eremiticam Vitam in Senarium pertransiit, ibique quantum in virtute profecerit exacta postmodum austeritatis, silentij, ac Sacræ Lectionis studij observantia demonstravit, in tantum ut pluries Rectoris officium tantâ prudentiâ, gravitate, ac suavitate exercuerit, ut exempla rectè, ritéque gubernandi quamplurima reliquerit; parcus in verbis, mitis in conversatione, observantiam à subditis solis nutibus obtinebat. In agendis verò rebus prudentiam maximam, solertiamque singularem ostendit, cum prædictam Eremum à potentissimo Adversario defendit in re familiari, quâ occasione mansuetudinis, ac dexteritatis simul exempla secularibus ipsis admiranda præstabat. Demum ejusdem rei gratiâ Romam versus iter ex obedientiâ aggrediens, infirmitate oppressus in nostrâ Eremo montis Urbani, in quâ (quamvis id à Constitutionibus Eremiticis infirmis permittatur) nunquam adduci potuit, ut carnibus vesceretur. Quare se brevi moriturum agnoscens extremis Sacramentis magnâ cum devotione receptis, adeò erat fervore accensus erga Deum, Beatam Virginem, Sanctosque Tutelares, ut à Superiore interrogatus, an aliquid optaret: *Ah Pater*, respondit, *Dei amorem, nec aliud requiro*. His dictis conticuit, & intra se devotionem restringens, oculos clausit, nec multò post in osculo Domini expiravit anno salutis 1688. ætatis verò suæ 56.

P. Guidi Eremita moritur.

Alter Bonajuncta ex satis conspicuâ de Guidis Familiâ ortus, in seculo unus fuit ex dilectis Discipulis eximij, ac piissimi Viri Domini Francisci Rondinelli Bibliothecæ Principum Etruriæ Præfecti nobilis Florentini, sed longè animi virtutibus, & pietate morum clarissimi. A Beatissimâ Virgine vocatus ad ejusdem servitutem in nostrâ Eremo montis Senarij vitæ perfectioris iter est aggressus, ac zelo observantiæ fuit jugiter singularis, at in erudiendis Novitijs mira erat in eo gratia, & benignitas, Alumnosque suos ad exercitium Virtutum tali suavitate impellebat, ut mæstos exhilararet, pusillanimes confortaret, omnibus denique prodesset, verè ad exemplum Christi mitis, & humilis. Nunquam otiosus omne temporis spatium, quòd ei ab exercitijs monasticis superat, totum in labore manuum insumebat; postquam verò pluries Eremitarum Familiam summâ prudentiâ, & mansuetudine Rector gubernasset, toleratâ ad patientiæ miraculum longâ infirmitate, ultimis Sacramentis refectus, suaviter obdormivit in Domino anno ætatis suæ 65. nostræ verò salutis 1704. die 2. Septembris.

P. Burlamacchi Eremita moritur.

In eadem Eremo præteritis annis è vitâ excessit quoque P. Arsenius Maria, qui cum plurium virtutum exempla Posteris imitanda dereliquerit, non est æquum, ut ejus memoria hoc loco prætereatur. Is itaque in seculo nomine Pompejus Domini Caroli Filius ex nobilissimâ Familiâ Lucensi de Burlamacchis, cum Romæ diversaretur, Eminentissimo Cardinali Spadæ Seniori, tanquam cubiculi Præfectus inserviens ex quodam sinistro casu vanitatem humanæ felicitatis abhorrere cœpit, & Beatissimæ Virgini Cœli, terræque Imperatrici Augustæ meliori omine de-

fer.

servire cupiens, Eremiticum Habitum suscepit, & quamvis ætate grandevus, & delicatè nutritus, austeritates tamen Regulares, quæ in dictâ Eremo non modicæ sunt, amplexatus fuit, prompto, hilarique animo. In eâ supra 33. annos vixit, & adeò Paupertati, & silentio addictus erat, ut cæteris Eremitis ad exemplum, ac stimulum perfectionis inservire posset. Nec minimum quidem vel telæ, vel fili, vel si quid aliud invenite, deperire patiebatur, suasque vestes proprijs ipse manibus reficiebat. Etiam dispensato silentio consortia hominum fugiebat, nisi ad illa charitas proximi illum urgeret; memor illius moniti Cœlestis ad Arsenium Abbatem: *Fuge, & salvaberis*. In jejuniis, quæ frequenter per quatuor dies in qualibet hebdomada servantur indispensabiliter, etiam extra tres quadragesimas, dictus P. Arsenius Maria, utporè validioris, calidiorisque complexionis, non parum laborabat inædiâ, cum nec eidem sufficeret ordinarius cibus, qui semper in Mensâ Eremitarum parcissimus est, sed omnia superabat amor observantiæ, cujus erat tenacissimus custos, non ex tristitiâ, aut necessitate, sed adeò vultu semper hilari, ut omnes admirarentur hominem apprimè nobilem, & delicatum insuper & robustum tantam ciborum inædiam tolerare, quin etiam subridens aliquando dicebat, quòd in Eremo nunquam cœnæ haberentur, sed tantùm refectiunculæ maturinæ, & pomeridianæ ad instar Puerorũ. Ad effugiendum verò hostem domesticum, otium, varijs operibus manualibus in propriâ cellâ sese exercebat eo tempore, quo à publicis officijs divinis, ac sacrâ Lectione cessabat. Multa contulit Eremo beneficia, nam ad sublevandas Eremi necessitates, ac illius Sacristiam sacris utensilibus exornandam, plura scutorum millia diversis temporibus à proprijs parentibus prædivitibus obtinuit. Demum post laboriosam exerciram vitam usque ad annum ætatis suæ 74. apoplexiâ pluriès correptus, & Ecclesiasticis munitus sacramentis piè obijt die primâ Novembris anno salutis 1706.

Vita Sor. Catharinæ Bonfrizieri Typis data.

Hoc anno pariter P. Magister Gregorius Aloysius Tonelli Florentinus, de quo fusius ad annum 1713. cùm plures annos directioni spiritus Sororis Catharinæ Bonfrizieri inservisset, ejusdem virtutes, vitamque posteris imitandam descripsit, ac publici juris fecit Typis Leonardi Venturini Lucensis, quam Domino Thomæ Bonaventuræ ex Comitibus Gherardeschæ Archiepiscopo Florentino de nostrâ Religione satis benemerito dedicavit.

Initium fundationis VVessel. in Moravia.

Ad hunc quoque annum referre libet initium fundationis nostri Conventus VVesselensis in Moraviâ sub titulo Sanctorum Angelorum Custodum, de quâ tamen per extensum magis ad annum 1714. Etenim verè B. Virgo hoc anno pium hoc opus ad sui Ordinis dilatationem inspiravit duobus nobilibus Conjugibus Maximiliano Francisci Zieletky liberi Baronis de Polxtzenix Domini in Pirschitz, & ex Maximilianę Rosaliæ natę liberæ Baronissæ de Louventhurnz, qui ambo proprijs pecunijs oppidum VVesseli, cum Pagis omnibus, & Terris pertinentibus coemerant anno præcedenti 1707. statimque B. Virgo in utriusque mente fundationem hanc pro Servis suis inspiravit, quippequi Fratrum nostrorum pietatem, & in Divinis peragendis indefessam solicitudinem admiraverant jampridem in nostris Cœnobijs, præcipuè Lanteti in Hungaria in Diæcesi Jaurinensi, & in alterâ Lauretanâ nostrâ Domo in Jaromerithz de Moraviâ, quas Religiosas Domos devotionis gratia persæpè visitaverant; quare collaris inter se consilijs, & manifestata in alterutrum interiori vocatione talis Fundationis, à Beatissimâ Virgine proculdubio inspirata, quid sibi postmodum deliberandum foret, ut ad opus tàm magnum aggrediendum via pateret, precibus à Domino expetendum decreverunt unanimiter. Et quod ad magis magisque declarandam Virginis Dolorosæ specialissimam ad tantum opus vocationem illud est, quòd cum præfata Domina Baronissa Maximiliana Rosalia consilium à proprio Confessario Sacerdote quodam Societatis Jesu, indeterminatè tamen expostulasset, & absque ullâ mentione Ordinis nostri: Sacerdos ille tamen non sine afflatu superno opus illud approbavit, & in eâ fundatione Beatæ Mariæ Virginis Ordinem cæteria præponendum esse absolutè consuluit. At verò cum in exequutione tanti operis multa occurrerint superanda, ut sæpè sæpius in fundationibus Monasteriorum evenire solet, ideò ad annum 1714., in quo plura notanda erunt, Lectorem remittimus.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

OMnia eruuntur ex monumentis prædict. Conventuum.

Moritur Episcopus Politianensis olim Generalis Callistus Lodigersus. Pro disciplina Regulari tuenda provisio. Miracula B. Julianæ intercessione obtenta. Mutinæ nova Ecclesia perficitur. Nova fundatio in Germania. Propagatur cultus D. Philippi, & crescit devotio erga B. Julianam. Liber Officiorum Ordinis iterum typis datur.

CAP. V.

Mors Lodigenij Episcopi.

SUccedit hoc anno deploranda mors Episcopi Politianensis, Eximij Viri, qui cùm esset Patritius, & Comes Urbevetanus primo flore juventæ, cumque à duobus Ordinibus Sacris invitaretur ad inserviendum Deo, nempe Societatis Jesu, & Servorum Mariæ, prevaluit in eodem Amor

Vir-

Virginis, cujus Religioni devovit magno nostri Ordinis incremento; nam fuit acri simul, A & mitissimo ingenio ad omnes scientias apertissimo, comis alioqui, & humillimus in moribus, & conversatione. Magister factus in S. Theologiâ plures Cathedras honorificè substinuit in præcipuis italiæ studiis, sed in Urbe præcipuè, ubi per viginti quatuor circiter annos in Collegio Henrici Regentis Officium tantâ laude, & profectu Religiosorû exercuit, ut alumnos quamplurimos, eosque singularis doctrinæ, ubique procreaverit, & ipsam Romam in publicis concertationibus ad sui admirationem præ dicendi copia, & sua elegantia, præ argumentorum subtilitate, & solutione difficultatum eruditissima, facile adduxerit. Bis in Provincia Romana Provincialatus Officio functus, demum ex Pontificio. B Diplomate, obsecundantibus votis omnium, & Universali plausu totius Religionis Prior Generalis creatus fuit, quem Magistratum quinque annos tanta cum mansuetudine, & legum observantia jugiter administravit, ut subditorum in se amorem singulariter conciliaverit. Post quæ cùm Ecclesia Civitatis Politianensis in Tusciâ suo viduata esset Pastore, Clemens XI. qui ejus doctrinæ, ac morum pietatis singularem jampridem existimationem habuerat, Idipsum assentiente Cosmo III. Magno Etruriæ Duce (uti suo loco dictum est) ad illam Ecclesiam regendam motu proprio, quamvis reluctantem, elegerit. Quam cum paucis annis sanctissimè gubernasset, C apoplexiâ correptus, ac longa non minus, quàm laboriosa infirmitate ad patientiæ miraculum tolerata, die 4. Mensis Martij præsentis anni 1710. è vivis excessit apud Montem Politianum in sede sua Episcopali, quam hæredem eorum omnium, quæ apud se ex frugalissima mensa remanserant ex Indulto S. Sedis, reliquit. Huic universus Ordo mœrens parentavit, sed & in Ecclesia Cathedrali Urbevetani Proceres tanto Concivi suo, ac de Patria tantopere merito, majori pompa parentarunt, eruditissima maximè recitata lugubri Oratione à P. M. Philippo Alexandro Santagata Rhegiensi nostri Ordinis, qui eodem anno in Ecclesia Cathedrali illius Civitatis sacras conciones summa laude ab omnibus exceptas, habuerat: ea oratione Egregius D Orator Dolorem, ac lætitiam ad exequias advocavit, & in laudes Lodigerij talia peroravit, ut usque in præsens ad aures omnium resonent ejusdem Encomia, quæ sanè eruditissima Oratio publici juris facta fuit Parmæ subsequenti anno 1711. Typis Pauli Monti. At verò tanti Prælati merita paulò latiùs expendenda sunt. Ejus namque doctrina maximè in scientijs Theologicis ac Misticis mirabili conjuncta pietati, longè latèque per totam Religionem, ultra montes quoque diffusa est. In cathedra maximè Collegij Romani Henrici nostri, ejusdem libros doctissimos, ac sententias ab eodem disputatas, & defensas mira

Ejus virtutes.

eruditione explicabat; ac dum mysteria à nobis fide credenda juxta sensum Doctoris Solemnis discipulis exponebat, eisdem quæ secundum fidem agenda forent, maximè uti Servis B. M. V., non modica utilitate insinuabat, nec solùm verbo, sed magis exemplo sanctioris vitæ monita præbebat: quare tam apud suos, quam apud exteros, ac Principes Viros etiam Purpuratos, magno in pretio habitus, & non solùm profundus Theologus, sed etiam Religiosissimus Vir jure meritò creditus fuerit. Singulis diebus ad Altare, sed nonnisi sacramentali expiatione præmissa, devotus accedebat, quamvis ea morum innocentia potiretur, ut à Confessarijs vix absolutioni materia sufficiens in ejusdem conscientia reperiretur; cujus rei practicus testis ipsemet sui, quippe qui plures annos sui Generalatus tempore, Secretarij, & Confessarij munere functus apud eum fuerim. Gravitatem verò morum cum tanta vultus hilari comitate coniungebat, ut omnes exhilararet, adeo ut si quandò (ut sæpè accidit in Visitationibus Provinciarum, & Conventuum) Regnantes Principes de more inviseret, etiam si nullam ante cum ipso familiaritatem inivissent, ejus tamen illecti sermonis dulcedine, longa cum eo colloquia studiosè protrahebant. Nullis Iræ, ambitionis, & avaritiæ stimulis animus ejus angebatur, adeò ab augenda pecunia alienus, ut neque pecuniarum valorem umquam agnosceret; imo post quinquennium supremæ suæ Præfecturæ, in qua nec minima quidem admittebat munuscula, ita pauper remansit, ut factus Episcopus omnes expensas necessarias ad utensilia sacra, & prophana comparanda, à D. Nigrono nobili Urbevetano ejus Nepote suppliciter expetere, & obtinere coactus fuerit. Mitissimo animo contumelias, & iniurias, si quas fortè sustulisset, quantociùs obliviscebatur, nec umquam de iisdem vindictam meditatus fuit. Otio perpetuum bellùm indicens, quidquid à publicis functionibus, & Præfecturæ curis eidem supererat temporis, totum vel in lectione, vel in scriptione librorum impendebat. Plura composuit, inter quæ, publici juris fecit Romæ typis impressa Opera Theologica in primum Sententiarum in tres partes divisa, alia quoque inedita derelinquens, quæ postea diligenti studio P. M. Benedicti Canali Comensis (de quo suis in locis) edita sunt, additis quibusdam, itaut cursus integer Theologiæ pro nostris studijs ad mentem Henrici Gandavensis, cognomento Doctoris Solemnis habeatur, & ubique ejus Doctrina per Lodigerium illustrata, propugnata, & penè à sepulchro rediviva circumferatur, asseratur, explicetur à singulis nostrarum scholarum Regentibus ac Præfectis, cum ipsemet Lodigerius plurimorum in Ordine Magistrorum Magister extiterit, eosque adeò Henrici doctrinis instruxerit, ut uni Henrico omnes assentiant, illumque omnibus præferunt; in tantum ut ex ijs P. M. Angelus

gelus Maria Ventura Mantuanus Vir magni nominis,à cujus laudibus modò abstinendum censeo, ne modestæ ipsius humilitati ruborem suffundam, supplente silentium meum fama, quæ utique vel è suggestis Prædicatorem verè Apostolicum, vel à Cathedris Doctorem eximium eundem personat; Idem ergo P. M. Ventura, ut eidem Lodigerij zelo obsecundaret in disseminanda Henrici nostri doctrina, Philosophicum cursum tres in partes divisum composuit accomodatissimum Henrici principiis, illumque ad juventutem nostram erudiendam impressum Typis Bononiæ, publici juris fecerit; Quòd planè in Lodigerij præcipuam laudem cedere nullus ibit inficias, cùm gloria Patris sit filius sapiens. Hinc pariter Lodigerium tamquam veræ sapientiæ Oraculum consulebant complures, iique Viri maximè cordati, tum quoad ea, quæ ad Fidei dogmata pertinere noscuntur, tum quoad ea, quæ maximè ad hominum mores dirigendos conducunt, quibus omnibus, uti vir in utroque peritissimus abundè satisfaciebat. Exinde nil mirum si ut omnibus præluceret, Summus Pontifex Clemens XI. uti mox dictum est, motu proprio, & non absque Divini Numinis afflatu, eumdem nil tale cogitantem primò ad supremam Ordinis Præfecturam, posteà ad Episcopale munus, etiam reluctantem, promovit, ad subl miores etiam dignitates (uti publica vox erat) illum exaltaturos, nisi mors invida tanti Viri gloriam perturbasset maximo cum nostri Ordinis præjudicio, necnon propriæ Ecclesiæ detrimento.

P. M. Ventura Lodigerij Discipulus Philosophiæ cursum componit.

Cùm hæc apud Montem Politianum Ordini nostro fatis injucunda contingerent, placuit B. Julianæ de Falconerijs sua intercessione à Deo nobis jucundiora Pisis obtinere. Ubi, cùm ejusdem Beatæ corporis Reliquiæ venerarentur, accidit, ut in Monasterio Monialium S. Benedicti, quæ sub protectione Sacræ Religionis Equitum D. Stephani Papæ, & Martyris degunt, ægrotarent ex iisdem Monialibus duæ; cumque eo temporis in præfato Monasterio Confessarij munus obiret P. M. Aloysius Maria Garbi in Universitate Pisanâ tunc publicus Theologiæ Lector, & postea Annalista noster, de quo suo loco multa dicenda erunt; is hortatus fuit infirmas, ut ad præsidium intercessionis B. Julianæ confidenter confugerent. Una ex his jampridem à quatuor mensibus motibus convulsivis, aliisque gravioribus infirmitatibus vexabatur: altera iisdem convulsionibus aliisque symptomatibus per assiduos viginti menses malè torquebatur; nec utrique defuit omnis Medicæ Artis peritia, semper tamen absque fructu; quare unum supererat solamen, auxilium nempè Sanctorum. Fervebat iisdem diebus in Sacrâ Rituum Congregatione causa formalis sanctificationis ejusdem B. Julianæ, & idipsum adaugebatur infirmis motivum spei, & confidentiæ erga B. Julianam, cùm eo maximè tempore Divinæ pietati solemne sit ad pro-

Miracula B. Julianæ Pisis.

E movendam Sanctorum gloriam nova miracula ad eorum intercessionem suscitare. In pervigilio itaque solemnitatis Epiphaniæ Domini Sorores ambæ B. Julianæ præsidium invocare cœperunt, de cujus meritis, virtutibus, & heroica sanctitate certiores à prædicto suo Confessario jam factæ erant; preces quasdam singulis quibusque diebus persolvendo, interim exposcentes, ut sacrâ ejusdem Reliquiâ benedicerentur (Erat hæc una ex ejus costulis nostræ Ecclesiæ D. Antonij ab Episcopo Miniatensi P. Jo. Francisco Maria Poggi nostri Ordinis, de quo alibi dictum est, cum sua Authentica liberaliter donata, ut publicæ adorationi, prout servatis servandis factum fuerat, exponeretur). Die ergo 18. mensis Januarij hujus anni cum Felix Fortunata, una

F erat ex duabus Infirmis Sororibus, ultra solitum exacerbatis convulsionibus quassari cœpisset adeo, ut ipsummet cubile, in quo jacebat, & cubiculi parietes concuterentur, ipsa verò infirma vomitu incessanter ageretur, & expers loquelæ, imo et totius ferè respirationis remansisset, ex corde tantùm Julianæ præsidium invocare cœpit, in quo plurimum confidens, artis medicæ levamenta nulla admittebat, à B. Julianâ solùm [ut ipsamet postea retulit] expetitam sanitatem expectans. In eo rerum discrimine admonitus P. Confessarius desideratam attulit Reliquiam Sacram, quam, cum dato signo campanulæ ad Sorores omnes convocandas, accensis luminibus ad infirmæ cubiculum transtulisset, illi-

G cò sibi visa est interiùs quiescere, quod verum esse mox comprobavit eventus; in primo enim ingressu Cellulæ cessavit vomitus, deinde variis precibus præmissis, adstantibus pluribus Sororibus Sacra Reliquia apposita fuit capiti, pectori, & gutturi Sororis infirmæ signo crucis adhibito, statimque totius corporis tum exterior, tum interior cessavit convulsio, ac perturbatio, ipsaque Soror veluti à somno corripi visa est. Quod advertentibus omnibus adstantibus, parvulâ interjectâ morâ fuit interrogata quomodo se haberet, quæ prius lacrymis, quàm voce respondens, optimè se habere dixit, ac subinde sese erigens alacris, & læta narravit, quòd cum

H sacrâ Reliquiâ benediceretur, appositam capiti manum sibi sentire visa est, quæ motum omnem, molestiamque compesceret, unde & totum corpus in pace componi persensit; quin etiam exploratis arteriæ motibus in pulsu dextro à pluribus ex Sororibus in hac re benè versatis, absque ullo febris signo deprehensa fuit, cum indesinenter antea per annos quindecim ratione prædictarum convulsionum febris eam afflixerit, gratulantibus interim omnibus, ac benedicentibus Deum, qui semper est mirabilis in Sanctis suis. Quod quidem nonnisi divinitùs, ac Beatæ Julianæ intercessione supra cursum naturæ, & artis evenire potuisse unanimi consensu, ac medio interposito juramento, juridicè confessi

fuere

fuere D. Alexander Fabretti, et D. Bartholomæus Leonardi Medici Physici, qui dictæ Sorori Felici Fortunatæ medicam suam operam impenderant, ac frequenter eandem prædictæ infirmitatis, & convulsionum tempore, vel conjunctim, vel separatim invisebant; quibus in eandem accesserunt sententiam D. Michael Angelus Tilli & D. Valerius Galleni Medicinæ professores insignes in Universitate Pisana, qui rem ipsam attentè, ac diuturnè consideraruut in omnibus facti circumstantijs. Ipsa verò Soror Felix Fortunata, nedum se sanam persensit, sed etiam nullo incommodo protinus è lecto prosilijsset, quæ plures annos adeò virium languore detinebatur, ut sæpiùs neque erigere se, nisi adjuvantibus sororibus, poterat; At verò prudenter ex obedientia per totam illam diem in lecto retenta fuit, quòd utique non accidit absque divina dispositione, ut primæ jam obtentæ gratiæ secunda quoque adijceretur. Illucescente namque posteriori die, vigilanti utique eidem (ut ipsamet Soror postea constanter asseru t) se videndam obtulit quædam splendidissi na Virgo nigro quidem habitu, ac velaminibus induta, uti assolent vestiri Ordin s nostri Tertii Sorores, tantàque luce, ac splendore circumdata, ut lucerna, quæ in cubiculo servabatur accensa, suum omne lumen amiserit. Rei novitate Soror obstupefacta, timen-que Dæmonis astus ligno crucis sese protinus munivit. At illa Virgo tùm blando vultu, tùm dulci sermone timorem Soror s compressit, nutantem confirmavit: *ne expavescas* (inquit illa) *ipsa ego sum, quæ tibi sanitatem obtinui*; ac varijs deinde colloquijs habitis ad continuandam Sacramentorum frequentiam, ad omnimodam præstandam Superioribus, & Confessario obedientiam, & demum ad Christi Domini, ejusque Sanctissimæ Matris acerbissimos dolores qualibet saltem feria sexta piè contemplandos, Sororem eandem præ gaudio exultantem hortata est, ut sibi grat.tudinem accepti à Deo beneficij præstaret. Nec solùm hac vice, sed aliàs quoque frequenter eidem se videndam obtulit B. Juliana, præsertim in angustijs, & in anxietatibus animi, quibus aliquoties premebatur, invocata, quæ illam interius confortabat, & ad gravia quæque pro Jesu Christo toleranda incitabat, adeò ut Felix Fortunata deliciùm B. Julianæ effecta videretur. Unde cæteras quoque inter Moniales illius Monasterij, quæ singulari cordis puritate, morumque sanctimonia præstant, ad ejusdem Beatæ devotionem addoxit in tantam, ut quasi communem protectricem omnes colerent, ad eam in omnibus necessitatibus animæ, & corporis recurrerent, ejusque Imaginem in singulis Cellulis, in Choro, alijsque publicis locis adorandam retinerent; Insuper, & quolibet anno die 19. Junij, quo ejusdem pretiosæ mortis recolitur memoria, Festum ejus solemniter Sacrâ Eucharistia per-

A cæpta, alijsque pijs adhibitis prec.bus in ejusdem honorem celebrant. Præ cæteris autem, quæ singillatim recensere non vacat, ratum hoc, & insigne beneficium eidem Sorori Felici Fortunatæ à Beata collatum existimo non prætereundum. Eodem etenim anno, cum post obtentam miraculosam sanitatem, præfata Soror nimio fervore adducta, ut Julianam imitaretur, lumbos cilicio præcinxisset, Deo sic disponente ad majorem ejus, & Sanctorum suorum gloriam, plagis quibusdam circa latera molestissimis affecta fuit, cumque dolor ex ijs nimium excresceret, verita Soror ne inhabilis ad officia publica redderetur, leniendo dolori, prout ei licebat, operam omnem adhibebat, sed frustra. Quadam igitur nocte sibi meliùs consulens B. Julianam ex animo cæpit invocare, deinde parti

B læsæ bombacium quoddam Sacræ Reliquiæ superpositum, & quod odorem inde traxerat, applicuit, & suavissimum subinde somnum concepit usque ad auroram. Sub crepusculum verò diei sequent s ev gil ans, evanu sse dolorem advertit, amovit bombacium, & maximâ cord s lætitiâ, non minus quàm admiratione, obductas aspicit plagas in tantum, ut neque cicatrix ulla, vel plagarum vestigium aliquod appareret. Neque in corpore tantum, sed et i mente præsid um insigne à Beata impetravit. Cum etenim c rca recitationem Divini Officij scrupul s eadem Soror vehementiùs ange etur, accidi, ut in cellula degens Officium Epiphaniæ Domini sola

C persolvere, ac mox de psalmo; *Inclina Domine, &c.* an aliquid omisisset in dubium, uti solebat, incidit, ac Beatam Julianam in tali, & tanta per.p exitate invocavit. O mira dignatio! En Beata eidem se videndam exhibet, ac quæ tanto dolore, & anxietate prematur interrogat, cui Soror humillimè causam mox dictam exponit, ac remedium expostulat, ut à tali difficultate liberetur. Tùm Juliana „ *Eia age*, inquit, *unà mecum inceptum psalmum persolve*; & alternis vicibus expeditè ac promptè persoluto psalmo *Inclina Domine &c.* evanuit B. Juliana; Soror verò Felix officium reliquum absque ulla perturbatione nedum persolvit, quin etiam tales scrupulos in recitandis Orationibus quibuscumque Vo-

D cal bus numquam passa est.

Hisce commota prodigijs altera Soror in eodem Monasterio S. Benedicti, nomine Angela Teresa Fabroni ætatis annorum circiter decem, & septem, quæ jam viginti menses assiduis adeò convulsionibus exagitabatur, ut nonnisi supernaturaliter aliqui non abs te id ei evenire dubitaverint, in spem itaque erecta magnopere, se quoque B. Julianæ meritis, & intercessione ab hujusmodi perturbationibus, & infirmitatibus fore liberandam, opem illius implorare ferventiùs cæpit. Quocirca die 22. ejusdem mensis Januarij hora circiter vigesima secunda cum ab hisce convulsionibus vehementiùs agitaretur, B. Ju- *Altera sanatio prodigiosa.*

liaræ imploraro præsidio unâ cum adstantibus Sororibus Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam septies recitandas suscepit, atque interim apposita pectori S. Reliquia, cum ultimâ vice Oratio Dominica recitaretur, in ipso morbi majori augmento cessavit omninò convulsio, & alia quæcumque membrorum perturbatio, adeò ut ipsamet in summa lætitiâ circumfusa prosilire statim è lecto liberè valuerit. Quam planè recuperatæ sanitatis rationem naturæ viribus superiorem fuisse asseruere è Medicis superiùs memoratis Michael Angelus Tilli, & Bartholomæus Leonardi, qui rem ipsam diligentiùs explorarunt. Postmodum insequenti mense Februario sacra prædicta Reliquia, quam ad Sororum omnium consolationem in præfato Monasterio colendam dictus P. Confessarius reliquerat, suavissimum fragrare cæpit odorem, at non unius omnibus generis fragrantiæ, cum uni unius odoris, alteri alterius fragrantiæ speciem exhiberet, omnibus tamen in hoc sensu concordantibus odorem talem nonnisi supernaturalem esse, maximè cum feriâ sextâ Dominicæ Passioni dicata, & B. Julianæ acceptissima, majorem emitteret fragrantiam. Quoniam verò Reliquia præfata, utpote in ornatiore theca reponenda, per modum provisionis in capsula quadam, non quidem obsignata, sed ad identitatem benè cautelata, intus involuta bombacio reposita erat, animadversum à pluribus fuit bombacium illud simili odore affectum esse, quod proinde pluribus id enixè petentibus distribuendum fuit. Ut autem prodigiosa fragrantiæ hujus conditio magis magisque ad Dei, & B. Julianæ Gloriam innotesceret, coram omnibus ejusdem Monasterij Sororibus, ad id in Ecclesiæ janua convocatis, adstantibus aliis quoque personis, sacra eadem Reliquia nuda omninò à bombacio fragrãte expedita, cum educta fuisset, in aliam capsulam, & in aliud bombacium involuta reposita fuit, facto prius experimento coram prædictis testibus alteram capsulam, alterumque bombacium nullo prorsus odore prædita esse. His diligenti cura peractis eadem Reliquia cum debito cultu in locum sibi designatum reposita fuit condecenter. Sed, ò longè majus prodigium! Reliquia eadem unâ cum recenti bombacio vividiorem exhalare cæpit fragrantiam, eandemque vestibus, locis, & aliis rebus, quibus proxime accesserat Reliquia, communicare non destitit; insuper & bombacium vetus pro Reliquia, & petebatur, & infirmis adhibebatur, sibique propitium non pauci præferserunt tùm Pisis, tum alibi. Cum verò singulorum precibus, ac devotioni cum eo tantùm satisfieri non posset, quamvis persæpe bombacium illud renovaretur, optimum insinuatum à pijs Viris cõsilium fuit, ut occasione transferendi Sacram Reliquiam intra thecam argenteam eleganter tunc fabrefactam, ac postea sigillis, ac præce-

Prodigiosa fragrãtia Reliquiæ B. Julianæ.

E F G H

dentibus recognitionibus ritè munitam, aquæ non modicæ in amplissimo vase repositæ infusa, immersaque sit eadem Reliquia invocato prius auxilio ejusdem B. Julianæ certis quibusdam Orationibus proprijs, ut eadem aqua fidelius postulantibus distribueretur, quorum tanta copia fuit, ut singulis hebdomadis non minus quàm viginti mensuræ ipsiusmet aquæ, quas ænophoros vocant, usque ad consummationem, diversarum Urbium, & Oppidorum incolis porrectæ sint, tanta erga B. Julianam etiam apud regiones longinquas invaluerat devotio; quæ etiam magis excrevit, cum non sine adstantium ingenti admiratione, ex aquis educta ejusdem præfata Reliquia, & diligentissimè abstersa, nedum non amisit, sed fragrantiorem emittere cœpit odorem, adeòut in eâdem omnes opinione confirmati fuerint, nonnisi divinitùs hoc evenire, si namque ascititia foret hujusmodi fragrantia, proculdubio ex immersione cum aliqua mora in aquis ut supra, vel omninò evanescere, vel saltem remitti maximè debuerat odor ille; quin immò postquam eadem Reliquia intra thecam argenteam recondita, translataque fuit ad Ecclesiam nostram S. Antonij cum decenti custodia lignea, quam præfatæ Moniales suis expensis bellè per artificem fabrefactam, suis manibus deinde eleganter ornaverant; adhuc bombacium, & capsula, quæ per notabile temporis spatium ipsammet Reliquiam continuerant, adhuc ea absente fragrantiam nedum conservabant, sed alteri bombacio ibidem adjuncto communicaverant.

Prodigiorum hujusmodi famâ percrebescente Soror Angela Gorrai Pisis in Monasterio S. Joannis Hierosolymitani Conversa, à quatuor mensibus Asthmate Uterino malè affecta, nullum è consuetis artis medicæ remedijs adhibitis experta levamentum, quin etiam aliquid sibi deteriùs eventurum non abs re pertimescens, ipsomet Medico Physico D. Alexandro Fabretti mox memorato consulente, & hortante, B. Julianæ præsidium invocare decrevit, proinde humiliter expetita, & postea per dictum P. Theologum Annalistam nostrum Garbi impositâ ipsius capiti Sacrâ Reliquiâ, consuetis præcedentibus precibus, paulo post (mirandum!) incolumis prorsus in instanti reperta est, & quæ proximè antea pedibus stare vix poterat præ maximo virium languore, cœlesti virtute illicò roborata munijs omnibus Monasterij obeundis omninò par fuit, ac si nihil umquam mali passa fuisset. Hisce prodigijs intercessione B. Julianæ obtentis accedunt, & alia infra, & proximè sequenti anno recensenda.

Monialis de repente sanatur.

Dum hæc agerentur Pisis, operâ, & industriâ PP. nostrorum Mutinensium, qui non modicis expensis usque ab anno 1696. Ecclesiam illius Cœnobij à fundamentis reaptandam, ornandamque susceperant, hoc anno ad umbilicum perducta, & in augustiorem for-

Ecclesia Mutin. consecr.

formam ornata, S. Salvatori dedicata fuit.

In Provincia verò Germanica, succrescente in dies erga B. Virginem Dolorosam devotione populorum, Inspiravit eadem Virgo fundationem novi Conventus pro Ordine nostro in mente pijssimi Viri Francisci VValthez de Herbsterburg, & Franckhenengg. qui animadvertens in Valle Gilliæ in Carinthia plebem illic degentem in rebus Fidei minus instructam, minusque eruditam quàm esse oporteret, zelo catholicæ pietatis ductus apud se statuit, hoc anno vertente, curam omnem, sollicitudinemque suam impendere pro erigenda eò loci Familia Religiosorum, quibus instruendi popnios rudes, eosque ad pietatem, & devotionem erga B. Virginem hortandi cura præcipua demandaretur. Accidit ergo ut hoc suum consilium prædictus D. Franciscus P. Joanni Angelo Mariæ Cornelli, eò temporis Priori Conventus Luccaviensis, nonnisi 6. horis à præfata Valle distantis côruletit. Hic verò, ut erat devotionis Dol. B. M. V. dilatationi addictissimus, laudavit consilium, onusque illud, quantum in se erat, coadiuvandi libens suscepit. Quare nul à interpositâ morâ se contulit ad Celsissimum Principem de Porzia eiusdem Vallis Gilliensis Temporalem Dominum, eidemque piam hanc fundationem à D. VValtherz præconceptam familiariùs detexit, qui proinde non sine Virginis afflatu fundationem hanc ad gloriam ejusdem Virginis, ac Ordinis Servorum suorum decorem clementissimè amplexus est, omnemque ad eam suæ potestatis authoritatem spopondit; Nec sola verba fuerunt, nam cum idemmet Fundator D. VValthez sommam Florenorum duodecim millium pro hac fundatione destinasset, Clementissimus Princeps ad Uberiorem Fratrum substentationem, ac hujus piæ causæ progressum validiorem, Vallis prædictæ Parochiam satis pinguem, in Pago Ketschah, cum omnibus suis proventibus juribus, & emolumentis in perpetuum nostræ Religioni attribuit. Negocium hoc adspirante Deipara, quamvis non sine difficultatibus, [ut afsolent omnia pia opera] adeò tamen felici omine, superatis omnibus, progressum accepit, ut incæptum hoc anno 1710. insequenti tamen anno 1711. die 6. Februarij, Ordo Servorum B. M. loci hujus legitimam possessionem sit consecutus, & in Cathesia, vulgo Ketschah primum fixerit pedem, accedente benignissima facultate Illustrissimi, ac Reverendissimi Patriarchæ non tam pro Cura Animarum exercenda, quam pro construendo Cœnobio, cujus fabrica in dies augetur, inhabitantibus ibi quatuor Sacerdotibus cum duobus fratribus laicis, non sine landabili animarum fructu.

Fūdatio novi Cōventus in Germania.

Ad propagandam verò devotionem erga S. Philippum D. Episcopus Miniatensis Fr. Jo: Franciscus Maria Poggi cum in sua Cathedrali perpulchram erexisset Capnellam in honorem eiusdem Sancti, petijt & obtinuit hoc anno partem Reliquiæ authenticam a Patribus nostri Conventus Sanctiis. Annunciatæ de Florentia, solemni ritu Fidelium venerationi in præfata Cathedrali exponendam.

Reliquiæ S. Phil. pro Civit. Miniatensi.

A Ne verò majorem gloriam nostræ B. Julianæ videar occultare, prætereundnm minimè censui, quòd cum prodigiosam elapsis annis obtinuisset sanitatem quidam magni nominis Religiosus Sacerdos nomine Fr. Thomas ex Ordine Reformatorum S. Francisci, alibi Romæ degens, ex intercessione B. Julianæ, quæ etiam eidem apparens inaudito miraculo unà cum sanitate corporis partem propriæ Reliquiæ, particulam nempe ossis, consignavit, Quare grati animi ergo cum Florentiam adventasset, à Serenissimo Cosmo III. Ætruriæ Magno Duce, cui fat's erat familiariter co-
B gnitus, petijt, ut authoritate sua mediante, Corpus ejusdem Beatæ sibi videre, ac venerati datum esset, quod & obtinuit cum alijs ex dicto suo Ordine comitantibus Religiosis.

B. Julianæ cultus.

Eodem gratitudinis motivo erga Beatam Julianam hoc anno mihi relata fuerunt mirabilia, quæ Omnipotens Dominus in Civitate Cesenæ fuit operatus elapsis ann.s, ejusdem Intercessione Beatæ Julianæ.

Anna Tacchi honestissima fœmina, & Uxor D. Francisci Bonini Civis Cesenatensis die 23. Julij anno 1702. à vehementi ventris fluxu ac molestissimo vomitu sub rò oppressa, cum id generis morbum accidentalem esse crederet ex sola bilis superfluitate, aeriśque calore provenientem, idcircò de remedio sol-
C licita nullatenus extitit. At verò cum ea assiduo fluxu, continuatoque vomitu viribus extenuata adeò fuerit, ut neque se ped bus regeret, ac lecto decumbere cogeretur, à D. Paulo Recepnti Medico Physico magni nominis visitata fuit, qui statim ac Infirmæ pulsum tentavit, exclamare cæpit ad circumstantes *Quidnam hoc? quare tam serò me advocastis, quando jam morbus est desperatus?* Deinde ut erat Vir valdè ingenuus, ad infirmam conversus, *ne tardes* [inquit] *Domina mea Sacramentorum susceptione salutem propriam Divis Tutelaribus commendare; morbus enim gravissimus est, & cum proximo mortis periculo.* His cum terrore auditis à Patre, ac Coniuge Annæ, prntinus accersitus fuit è nostris
D Sacerdos P. M. Petrus Andreas Ratta, qui habitualis erat infirmæ Confessarius, ut ejus sacramentalem exciperet Confessionem, quod & fecit die 2. Augusti, eidem postea suadens, ut ad intercessionem B. Julianæ confidenter, & ex toto corde confugeret. Jam à multo tempore sibi Advocatam elegerat Anna dictam Beatam, & mense proximè elapso non modicam stipem ad ejusdem Festum honorificentiùs celebrandum piè contulerat; quare libentissimè consilium amplexata, Beatæ Julianæ humiliter se, suamque salutem commendavit; nec incassum: placidissimo namque somno correpta fuit; admirantibus Ijs, qui in eodem cubiculo circumstabant, ac paulò

Anna Tacchi intercessione B. Julianæ à morbo sanatur.

paulo post al'quantulum tremens à sopore excitata, Marito, & cæteris ajebat „ *Beata Juliana Regulari habitu induta se mihi conspiciendam præbuit, suamque manum supra meum caput imposuit, meque aliquantulum terrefecit, statimque evanuit*. At verò Maritus id merum somnium existimans: *Quiesce* [inquit] *Uxor mea, nec somnijs credas, quæ tibi molestiam ingerunt, & somnum auferunt*. Tacuit ipsa præ reverentia, sed iterum dormire non valuit; quin imò stomachi dolorem ampliùs non sensit, & ventris fluxus evanuit, adeò ut die sequenti 3. Augusti, cum ad eam invisendam præfatus Medicus advenisset, & ab utroque morbo liberam inveniens, audita visione stupens ait „ *Profectò nil minus requirebatur quàm prodigium ad tam subitam sanationem*. Eidem verò P. M. Ratta idipsum quod contigerat ingenuè referens idem Medicus, utpotè valdè familiaris, ajebat. *Verè D. Anna multum debet vestræ B. Julianæ, quæ magnū prodigium erga eam operata est*: Pater verò, & Maritus, nec non cæteri propinqui ejusdem Annæ, qui eidem Infirmæ assistebant, in Sanctis suis Deum mirabilem prædicantes, ad quodlibet juramentum juridicum se pro facti veritate promptos exhibuerunt.

Nec solum pro sanitate recuperanda, sed etiam pro morte viriliter, & expeditè subeunda, plurimùm valet Intercessio B. Julianæ, quod ex sequentibus constabit.

Aliud B. Julianæ Patrocinij monumētum.

Pingebatur Cæsenæ Imago B. Julianæ manu egregij Pictoris Andreæ Mainardi, postea in ejus Altari locanda, ubi ad præsens eam Fideles piè venerantur: Cum verò ad eam picturam invisendam, utpotè jam absolutam vocatus esset præmemoratus P. M. Ratta, & in eadem domo à multo tempore jaceret infirmus quidam Juvenis annorum circiter viginti, nomine Petrus Franciscus prænominati Pictoris nepos, & ipsum invisit dictus P.M. Ratta, cumque secum haberet pictam Imaginem B. Julianæ seriò monuit ægrotum, ut ad ejus intercessionem se commendaret, & ad ejus consolationem è conspectu contra lectum infirmi appendi mandavit effigiem Beatæ. Erat hic piissimus Juvenis à morbo eruditus in magna mentis ad Dei voluntatem conformitate, paratus non minùs mori, quàm vivere. Unde clara voce, audientibus omnibus exoravit enixè à B. Juliana vel sanitatem, si expediret, vel celerem mortem, si ad æternam salutem conduceret. Nullum proximum futuræ mortis signum aderat in infirmo, quin potiùs Ipsius Medicus cronicum futurum morbum prædixerat. Prosequebatur igitur Petrus Franciscus ferventiùs orans petitionem suam, quando (mirabile dictu!) circa quartam horam ejusdem noctis placidissimè animam præter omnium expectationem expiravit in osculo Domini, adeò stupentibus omnibus, ut etiam ipse Medicus certior factus via id evenisse crederet.

In eadem Civitate degebat quædam devotissima B. Julianæ fœmina, nomine Elisabeth
E Uxor præmemorati Medici D. Pauli Receputi, quæ pro viribus imitari studebat virtutes ejusdem Beatæ, sed maximè in exacta cordis ad Sacram Eucharistiam recipiendam præparationem. Accidit autem ut prægnans pareret filium die 15. Julij anni 1703. Sed tanta partus infelicitate, doloribusque extremis affecta fuit, ut ad lachrymas adstantes quique cogerentur; ipsa verò à Beata Juliana edocta, majores dolores, sed majorem quoque patientiam à Deo expostulabat. Unum erat ei summopere molestum, quòd cum se ad mortem rapi videret, impediretur tamen ab extrema stomachi nausea, perpetuisque convulsionibus à sumendo ad iter æternitatis optatissimo Viatico Corporis Jesu Christi.

Intercessione B. Julianæ Elizabeth recepuit S. Viatico reficitur

F Accersito itaque suo Confessario, qui et P. M. Ratta prænominatus, ab eo persuasa fuit, ut Patronæ suæ B. Julianæ, quæ ipsummet impedimentum in morte grandi miraculo superaverat, enixas preces porrigeret, ne tali cœlesti præsidio et ipsa moriendo privaretur. Oravit infirma, & intus audivit, ut speraret. Confisa igitur, speque repleta petijt Corpus Jesu, & quòd non sine divino consilio factum esse credendum est, tam P. Confessarius, quàm Ipsemet Parochus, omnem ante conceptum irreverentiæ timorem amiserunt. Quare allatâ solemni pompa [ut mos est] Sacrâ Eucharistiâ, cubiculumque ingressa, ubi laborabat ægrota, incredibile est quot affectibus, quot suspirijs, quot pijs exclamationi-
G bus illam advenientem exceperit Elisabeth, quæ à circumstantibus adjuta, cancellatis brachijs, inclinatoque capite Dominum suum Jesum secum, consolatoremque suum ad æterna gaudia illam invitantem suscepit; & ne quid deesset prodigio amoris, eo sumpto statim omnis angustia corporis, & animæ cessavit, pauloque post suavissima pace, lachrymantibus omnibus adstantibus præ dulcedine, spiritum exhalavit Elisabeth in manu Dilecti sui eadem die partus 15. Julij supra recensita.

Hoc anno pariter jussu Reverendiss. Bertazzoli Generalis nostri Officiorum Ordinis liber iterum Romæ typis mandatus fuit: in unum adiectis Officijs obtentis post antece-
H dentem æditionem, optimo sanè consilio, nedum quia prima exemplaria defecerant, ut ipsemet in exhortatorijs literis ibidem impressis affirmat; sed etiam quia nova Officia separatim retenta faciliùs deperdi poterant. Ex antiquiori tamē Codice tollendos censuit aliquos ritus cæremoniarum, qui cum aliquid proprij pro Ordine nostro continerent, an ritè factum sit, alij videant.

Liber Officior. Ordinis iterum imprimitur.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

OMnia confirmantur ex Archivis præfatorum Conventuum, existentibus probationibus in Archivo Cœnobij Florent.

Fa-

Fabricatur Processus super Gratijs, & Miraculis B. Julianæ Falconeriæ. Obitus Principis Francisci Mariæ Medices olim Ordinis Protectoris. Mors, & virtutes Fr. Jo. Baptistæ Ravelli. Nuncius Apostolicus Cœnobium, & Ecclesiam de Florentia illustrat. Gratiæ obtentæ intercessione B. Virginis de Montorio. Obitus Imperatoris Joseph Primi. Divina indignatio contra inobservantiam Festi S. Philippi.

CAP. VI.

Processus super miraculis B. Julianæ.

CUm elapsis annis [ut suo loco dictum est] expensis Avitæ Falconeriæ Gentis fabricatus fuerit Processus pro formali Canonizatione B. Julianæ, nil magis expetebatur, quàm ut eidem processus; jam Romam transmisso me procurante, Divinæ Bonitati placeret, quòd ad intercessionem ejusdem Beatæ nova patrata miracula subderentur, ad hoc ut faciliùs eadem B. Juliana Sanctorum Albo per sanctam Sedem ritè describi valeret; quare statim ac innotuit rumor super prodigiis, quæ capite proximè præcedenti Pisis patrata esse narravimus; D. Alexander de Falconerijs S. Rotæ Romanæ Auditor, & Urbis Gubernator, cui promotio Sanctitatis ejusdem B. Julianæ sibi sanguine coniunctæ summæ curæ erat, instantibus quoque Ordinis nostri Superioribus, petitæ primùm, dein obtentæ fuerunt à S. Rituum Congr. literæ remissoriales, & compulsoriales hoc anno expeditæ, quibus demandatum fuit Archiepiscopo Pisano D. Francisco Frosini. D. Michaeli Carolo Cortigiani Visdomini Episcopo Pistoriensi, & D. Joanni Francisco Mariæ Poggi Episcopo Miniatensi, quatenus una simul, vel ad minus duo ex ipsis, servatis de jure servandis, ad formam Constitutionum Apostolicarum, præcipuè Urbani VIII. & Innocentij XI. ritè procederent ad investigandam omnimodam Veritatem eorumdem prodigiorum, quæ Pisis dicebantur ex intercessione B. Julianæ patrata fuisse. Cumque Pistoriensis Episcopus varijs distentus curis, ab interessentia in tali processus fabricatione se per epistolas excusasset, cumque ipse ego, qui Procuratoris officio fungebar in hac Causa tàm pro domo Falconeria, quàm pro nostra Religione, non minoribus eisdem impedimentis detentus, quin Pisis personaliter me conferrem, vigore facultatis alios quoscumque substituendi, deputavi P. Theologum Aloysium Maria Garbi, ibidem Lectorem publicum. Quare Episcopus Miniatensis, ut erat animo promptissimo ad dilatandam Ordinis nostri, ejusque BB. Gloriam, quantocitiùs valuit, Pisas petijt, ibique summa animorum concordia, & alacritate unà cum Archiepiscopo Pisano reverenter acceptatis Commissorialibus literis ad recognitionem miraculorum ibidem patratorum, ad instantiam d. P. Postulatoris, de jure servatis A servandis processerunt, ac die 13. Januarij currentis operi ferventer admoventes manum illud usque ad finem feliciter adduxerunt subsequenti mense Julio, non minus quàm sexaginta testibus examinatis, nulli parcentes vel incommodo rigentis hyemis, & incalescentis æstatis, vel labori tam continuatæ assistentiæ personalis per plures horas, quinque nimirum, sex, vel septem cujusque diei paucis exceptis; ita ut hoc quoque B. Julianæ meritis adscribi necesse sit, quòd duo Prælati Insignes, mille curis occupati, tam laborioso operi per tot menses patientiam suam incolumes prebuerint; quòd & Ordini nostro æternam pariet animi gratitudinem. Absoluto itaque processu, adhibitisque formulis, & B cautionibus consuetis in ejus clausura, & consignatione, Romam transmissus fuit, eodem mense Julio, & S. Rituum Congregationi exhibitus, à qua de mense Septembri proximè insequente reseratus, ac super validitate ritè recognitus fuit.

Interim verò cum præclari illi Præsules Operi tanto summo studio vacarent, uti mox est dictum, ad implorandum optatissimum actionis hujus eventum preces ubique tum publicè, tum privatim in toto nostro Ordine fundebantur ad Deum. Nec votis nostris defuit Omnipotens, quo enim tempore ad examen judiciale deducebantur supranarrata prodigia, nova rursùs accessere, quibus commota Civitas Pisarum, commotaque cætera lo- C ca Pisis finitima, B. Julianam impensiùs venerari cœperunt, eandemque in Patronam toto corde asciscere, ut ex mox dicendis patebit.

D. Lucretia Borghini à morbo sanatur præsidio B. Julianæ.

Igitur inter nova miracula propter B. Julianæ invocationem obtenta, fuit illud in persona Lucretiæ Borghini nobilis Matronæ Pisanæ D. Equiti Nicolao Mariæ Pesciolini coniunctæ in matrimonium: Hæc enim affectionibus istericis, & convulsionibus, quibus persæpè solebat exagitari, vehementiùs præ solito male affecta, violenti insuper vomitu oppressa, diutiùs vivere in tali misero statu ex medicorum sententia nullatenus poterat. Ad cæteras ejusmodi miserias accedebat in Infirma quidam insolitus stupor in altero ex D ejus brachijs, & insuper plaga quædam in uno ex cruribus, quæ ferè omninò immobilem eandem reddebant; & quamvis tot malis Medicorum, & Chirurgorum opera per plures menses adhibita fuisset, adhuc malè torquebatur. Et plaga quidem curata, reserabatur quandoque, sed non multò post iterum aperiebatur, ita ut lamina plumbea strictissimè in parte læsa colligata fuerit, talemque in ea debilitatem inferebat, ut famulæ pedisseque, aut servi dexterâ uti necessè fuerit quoties vel minimùm incedere vellet. In his posita miserijs, cùm audisset Infirma, quanta Deus operaretur prodigia ex intercessione B. Julianæ, vehementi commota devotione in-

terna,

terna, præsidium Beatæ toto cordis fervore invocare cœpit, quamvis [ita Deo permit- E tente ad clariorem Julianæ sanctitatis ostensionem] hactenus id præstare, etiam sæpiùs invitata, renuisset. Contigit autem, ut die quadam, quæ fuit feria secunda majoris hebdomadæ præsentis anni 1711. postquam præfata D. Lucretia S. Reliquiam ejusdem Beatæ ad se deferri petijsset, ab ijsdem convulsionibus, & istericis affectionibus oppressa, de repente mentis impos evasit, quo tempore Sacerdos quidam è nostris afferens S. Reliquiam cubiculum subijt, id verò infirma advertere non potuit, cum esset quasi delirans, & tamen pluribus adstantibus exclamare cœpit: *En Sancta mea, quæ me à meis infirmitatibus vindicabit*; & hæc eadem verba pluries iterare non destitit: Post hæc [ut eadem postea con- F fessa est] sibi videre visa est in Ecclesia Pisarum Metropolitana D. Raynerium Urbis Patronum celeberrimum ex Urna sua marmorea ibidem posita exeuntem, & ad ejus latera hinc Raynerium, hinc speciosam valdè mulierem pullo habitu indutam, cumque à Raynerio postulasset, quænam esset illa mulier, cujus majestatem, & decorem admirabatur summoperè, B. Julianam, à qua [id innuente Raynerio] sananda erat, agnovit. Dum hæc in visione videret, ejus pectori per Sacerdotem admota fuit Sacra Reliquia, quam arctissimè compleaa, stupore soluto brachio, ac penitus libero, quiescere aliquantulum cœpit, ac paulò post, quasi è somno evigilans, G & cessante delirio, sui juris integrè facta, se prorsus incolumem coram omnibus, & quidem pluribus, ijsque eaceptione quacumque majoribus Testibus, qui etiam in processu subinde illud asseruére, liberè, ac publicè prædicabat; brachium verò mox stupidum, & immobile huc illuc versare, cibum suis manibus sumere, acceptumque protinus retinere cœpit, quinimò & è lecto prusilijt, sola sine fulcro incessit, ac nisi per adstantes prohibita foret, Ecclesiam nostram D. Antonij confestim adijsset B. Julianam veneratura, eique gratitudinis ergo summas gratias relatura; quòd tamen proximè sequentibus diebus devotè præstitit, & adhuc in dies frequentissimè præstat B. Julianæ merita, præsi- H diumque passim magnificè prædicans, non in eo duntaaat, quòd perfectam corporis incolumitatem sibi gratiosè restituerit, & à tribus memoratis infirmitatibus omninò liberaverit, sed eò magis quòd [ut ipsamet grato animo fatebatur] in ejus anima majoris semina pietatis, ac hujus seculi vanitatum contemptum insuderit; ac re ipsa terrenis pompis abdicatis, pullum habitum exinde modestissimè semper induit, orationi, sacræ lectioni, alijsque virtutum operibus jugiter vacare, & in Ecclesia nostra ante Aram B. Julianæ dicatam plures horas ducere fermè quotidiè consuevit; cujus quidem laudabili exemplo plurimùm spiritualis emolumenti cæteris Matronis accedere non est dubitandum.

E Piæterea Virgo quædam ætate grandæva, nomine Maria Magdalena filia Dominici cognominis *dell Uomo d' Arme* Pisis operibus religiosis, & virtutibus excolendis summoperè addicta, sed aliquibus Ulceribus hinc & inde per crura malè affecta gravissimos dolores pluribus mensibus toleraverat, quin ullum ex medicinæ remedijs, quæ identidem adhibuerat, experiretur levamen. Feria quinta tandem in Cœna Domini hujus anni, P. Sigismundo Bernotti Barnabita suo Confessario eahortante, ut B. Julianæ opem exposceret, ad ejusdem præsidium recurrere obediens incepit, maaimè cum ex mora recensitâ prodigiosa D. Pesciolinæ sanatione quæ per totam Civitatem divulgata fuerat, F longè latéque devotio B. Julianæ diffusa fuerit. Cum verò dicta Maria Magdalena in Ecclesia S. Frediani, Sacra Communione refecta, vehementiùs B. Julianæ Intercessionem precibus solicitaret, intus moneri se persensit, quòd utique sanitatem obtinere non dubitaret, sed nonnisi mediantibus eacessivis doloribus. Veritatem prænotionis eventus demonstravit, nam illicò adeò intensa vexatione in cruribus exacerbari cœpit, ut nec incedere, nec sedere, neque stare, nec jacere absque insigni molestia sibi liceret. In eo dolorosissimo statu noctes, diesque jugiter, afflicta ducebat, donec feria tertia Paschæ derepentè doloribus quibusque prorsus absoluta fuit, & quòd magis est, crura inspiciens, G etiam plagas nonnullas absque alio medicamine spontè obductas esse animadvertit, paulò post alias, ac brevi temporis spatio, penitùs omnes evanuisse, séque omninò incolumem agnovit, prædicavit: B. Julianæ meritis, & intercessioni eximium hoc beneficium acceptum referendum attestans.

Maria Magdalena à B. Juliana sanatur.

Insuper puer quidam rusticus ætatis annorum 14. nomine Joannes Gheiardini de Pugniano in Valle fluminis Serchij haud procul à civitate Pisarum, inusitatis scrophulis decem fermè annos laboraverat circa mandibulas & guttur, quin ejus saluti valde prospicerent parentes, utpotè forsan egestate prohibiti, cum verò præsenti anno vis morbi succresceret, febrisque accessisset vehementior, ex H qua puer anxietate majori vexabatur, Antonio Prilli Chirurgo Pisano curandus traditur. Is quantum potuit, scrophulis, quæ circa mandibulas versabãtur, artis suæ remedia per quatuor menses adhibere non destitit, at verò eas quæ circa æsophagum, & circa arteriam asperam impressæ erant, non est ausus curare, prudenter timens, ne adhibitis corrosivis necessarijs læderentur eæ partes delicatiores, ac per hoc mors puero accelerareiur quantociùs. Potiùs igitur infirmum seriò monuit, ut intercessionem B. Julianæ pro sua salute deprecaretur, cum se duabus illis scrophulis imparem se esse ad curationem profiteri non erubesceret. Itaque puer, cum associante quadam

Puer Rusticus scrophulis à B. Juliana liberatur.

cum muliere domestica, Ecclesiam nostram S. Antonij petens, coram Imagine B. Julianæ provolutus, etiam atque etiam illam exorabat, ut sibi à Deo sanitatem impetraret; qua in oratione perseverans, se melius habere persensit, indeque Chirurgi domum in Civitate reperens, ab omni prorsus febre absolutus puer à Chirurgo deprehensus fuit, qui pariter valde admirabundus præter consuetum morem Scrophulas reperit ad instar ceræ adeò molles, ut huc illucque facillimè versari possent, cũ antea semper ad instar silicis perduras, & motui concipiendo impares omninò repererit. Sequenti verò die fascijs amotis a partibus læsis, non sine stupore scrophulas ess, quæ guttur opprimebant, ex se decidere vidit, remanentibus alijs scrophulis in statu pristino, sed & brevi toti gutturi sanitas restituta est adeò, ac si nihil incommodi partes illæ passæ fuissent, cum è contra cæteræ scrophulæ ordinarium curationis cursum nullatenus præterierint, tamque prodigiosum discrimen à præfatis Præsulibus Conjudicibus non sine jucundissima admiratione proprijs oculis judicialiter comprobatum reapse fuit, & præfato processui super miraculis à Beata Juliana in Domino Pisano patratis eximiam coronidem imposuit.

Hactenus recensitis prodigiis, & per Testes omni exceptione majores, ut diximus, juridicè comprobatis, plura adhuc accessêre, & in dies jugiter accedunt Divinæ Potentiæ non minus quàm beneficentiæ argumenta, quibus heroicam B. Julianæ sanctitatem testari se velle ostendit Altissimus, ut apparet ex pluribus votivis monumentis, ac pictis tabellis ad ejus Altare appensis in Ecclesia nostra; ita ut invaluerit exinde commune proloquium inter Cives Pisanos, Deum optimum maximum illi Civitati primo tutelari præsidio, nempè S. Raynerij, secundum adjunxisse, Beatæ nimirum Julianæ Falconeriæ, duas scilicet munitissimas Arces, quæ ab Aquilone, & meridie Civitatem optimè defenderent. Ex quibus factum est, ut celebrior hoc anno præ cæteris, majorique pompa solemnizatus fuerit Pisis in Eccles. nostra dies Festus Anniversarius B. Julianæ 19. Junij cum Octava, concessâ visitantibus per S. Sedem Plenariâ Indulgentia, fuitque penè innumerus Populorum concursus, quibus dispensatæ fuerunt sacræ Imagines, nec non summarium vitæ ejusdem Beatæ.

Miracula B. Julianæ alibi patrata.

Nec Pisas tantum, sed & alias mundi Catholici plagas intercessione sua sublevabat B. Juliana: Nam Oenipontii in Germania, ubi insignis extat ejusdem Reliquia in Domo Regulari Sororum nostri Ordinis, Soror quædam nomine Anna Felix cum in altero ex brachiis, quod ei valde intumuerat, excessivos dolores, diuturnosque sustinuisset passa, nec ordinaria remedia medicæ artis quidquam morbo levamen afferrent, refugium suum apud Julianam requisivit, eidem promittendo monumentum se in beneficij signum ad ejus A Imaginem appensuram; petijt, vovit, obtinuit, ac mox à tantis doloribus, & brachij tumefactione penitùs absoluta, votum exsolvit, & argenteum brachium in obtentæ liberationis signum, & animi gratitudinem, eidem Beatæ appendit, quod adhuc visitur. Et quamvis id elapsis annis acciderit, authenticam attamen ejus rei notitiam nonnisi præsenti anno accepimus.

Bononiæ quoque mulier quædam Virgo annorum circiter 30. nomine Angela Maria Bernardi, cùm jam febre malignâ diutiùs laborasset, adeò viribus destituta remansit, ut ferulis uti necesse eidem fuerit, imò nec ijsdem adiuta nimium progredi poterat, tanta erat in nervis concepta lassitudo, itaut qui- B dam apoplexiæ morbo correptam fuisse judicarent; nam aliquoties de repente in terram cadebat. Ad balnea itum est ex Medicorum consilio, sed cum nihil proficerent, ab ijs etiam abstinuit. Accidit interea, ut recurrente die Anniversaria solemnis Festi B. Julianæ, cum Angela Maria graviùs præ solito laboraret, sæpiùs in terram caderet, ita ut magis, magisque afflicta in querelas, & lamentationes prorumperet præ angustia spiritus, ac lassitudine corporis, Ejusdem Domina, quæ famulam hanc summoperè diligebat, eamque curare non destiterat, impos humani consilii, & recurrente eâdem die 19. Junii generali procesione Corporis Christi juxta ritum solemnem illius Civitatis, è do- C mo non sine magna difficultate eam eduxit, & nacta occasione, ab aliquibus piis mulieribus de festo B. Julianæ monita, ad Ecclesiam nostram Servorum, ubi sacra ejusdem Reliquia publicæ venerationi exposita erat, se contulerunt, & quamvis nec Infirma, neque Domina ejus ante id temporis ullam habuissent B. Julianæ notitiam, attamen quia de ejus miraculis ab ijsdem piis mulieribus certiores mox factæ fuerant, idcircò supplices ambo, magnâque fiducia, Beatam exorare cœperunt pro salute obtinenda, votum vovens eadem Domina, si postulata reciperet, se curaturam, ut ad ejus Altare Sacrificium Missæ in honorem Beatæ celebraretur, & in accepti beneficii memoriam votivum signum D appenderetur. Post hæc domum ambo redeuntes, infirma, nemine adiuvante, iter alacris confecit, cœnamque præter morem consuetum hilaris admisit, somnumque cœpit adeò suavem, ut mane facto nullam amplius molestiam senserit, vires receperit, & ad pristinam salutem revocata protinus fuerit, & quæ prius macie confecta incedebat, exinde robusta, & pinguis, atque ad omnes labores, & domestica servitia fortis appareret, prout medio juramento testes de visu affirmarunt.

Post hæc jucunda, Ordinique nostro honorificentissima, succedit Etruriæ toti, nobis etiam deploranda nimis acerba mors Serenissimi Principis Francisci Mariæ Medices, olim

olim Protectoris nostri beneficentissimi, qui post depositam Purpuram, & ad præservandam Dominantis Familiæ Regiæ successionem labentem contractas nuptias, anno quinquagesimo primo ætatis suæ, die 3. Februarij præsentis Anni 1711. circa Solis occasum absque liberis defunctus est. Huic magni cordis, & magnarum virtutum, ac de universa Religione nostra Principi optimè merito, Patres nostri Cœnobij Florentini ultrò die 14. ejusdem mensis honorificentissimè parentarunt, nostrisque Annalibus pro collatis beneficijs ejusdem memoriam perpetuam inseri; curarunt una, cum Elogio, quod ad Ecclesiæ fores appositum erat talis tenoris.

Obitus Serenissimi Princip. Francisci Mariæ Medices

Franciscus Maria Medices,
Quem Ferdinandus II. Magnus Dux Etruriæ
Principem genuit
Excelsæ Dotes declararunt:
Apostolica Sedes comprobavit:
Europa admirata est.
Qui cum Purpuram abdicasset,
Ut Italiæ spem in se repositam foveret,
Æternam Famam, maximum desiderium sui
Filiorum loco substituit.
Hujus Cœnobij Patres
Totius olim Ordinis Servorum B.M.V.
per IV. lustra
Protectori Vigilantissimo
Benefactori suo Munificentissimo
Parentant.

Obijt pariter hoc anno in Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia Fr. laicus Jo: Baptista Ravelli Genuensis Provinciæ nostræ alumnus, qui decem continuos annos, post felicem mortem Fr. Petri Pauli Duprè, Janitoris Officium in memorato Cœnobio Florentino pari sedulitate ac vigilantia exercuerat. Hic præfati Petri Pauli (de quo scripsimus ad annum 1701.) virtutes egregiè æmulatus, solitudinis, & silentij amantissimus fuit, ac nonnisi ab obedientia coactus è domo exibat, quod nonnisi perrarò illi accidebat Januæ custodiendæ perpetuò addictus; ibique sacræ lectioni, ac rerum Cœlestium meditationi indesinenter vacabat. Quòd si aliquando Secularem aliquem (nam plures ex industria illum adibant) Officij causâ exciperet, nonnisi colloquia spiritualia intermiscebat, inutilia prorsus declinans; pueris verò inopibus ad januam pro eleæmosyna advenientibus, fidei rudimenta facili methodo subministrabat, quamvis extra hos casus esset verbis parcissimus, sive exteri forent, sive domestici, cum quibus tractabat. Obedientiæ, charitatis, humilitatis, & insignis mansuetudinis plura quotidie, nec sanè vulgaria passim præseferebat exempla, quem omnes proindè veluti Sanctum venerabantur, diligebant, prædicabant, longèque magis circumferebatur celebrior hujusmodi Sanctitatis opinio, cum pretiosæ mortis ejus eventum animadvertere licuit. Nam ætatis suæ anno septuagesimo tertio Pleuritide correptus, quæ paucissimis diebus vitam ei abstulit, abiecta statim quacumque spe ab invisentibus quandoque obiecta vitæ ulteriùs producendæ, Sacrosanctæ Eucharistiæ, ac extremæ unctionis Sacramentis muniri se postulavit, quæ mente, ac sensibus maximè integer, pietatis insimul, & interni gaudij significationibus jucundissimis excepit, subinde, quasi Domino ad se venienti, uti dicebat, occursurus, Regulares vestes integras petiit, sed à P. Zenobio Redini nostri Ordinis Sacerdote tunc assistente, eidem suavibus verbis negatas, ampliùs noninstetit, sed demisso capite versus oram cubilis, attentisque auribus, preces, quas secundum S. R. E. approbatum ritum in morte Sacerdos devotè recitabat, excipiebat, ut potè qui latinum Idioma aliqualiter intelligebat, quibus absolutis, caput aliquantulum Sacerdotem versus inclinans, interruptis vocibus eidem gratias egit. Dein modicè turbatus, qualecumque horrificum quasi aspiciens à se avertere manibus indicabat; interrogatus quidnam hoc esset, responsum non dedit, sed protinus elatis in Cœlum oculis, vultuque festivus, & hilaris, quasi aliquem ad læta invitantem excipiens, hæc dixit „ *Gratias vobis rependat Deus*; pauloque post risum adhuc vultu exhibens, emisit spiritum, ut piè creditur, in osculo Domini. O sancta mors nobis omnibus procul dubio expetenda! Qui plura de hoc Religioso scire desiderat individua virtutum argumenta, legat libellum à me compositum super Gestis Fr. Petri Pauli præmemorati, typis editum primùm Lucæ, dein Florentiæ per Jo. Cajetanum Tartini, & Sanctum Franchum, anno 1718. in fine cujus Fr. Jo. Baptistæ, uti hæredis non minus Officij, quàm pietatis, acta describuntur.

Obitus Fr. Joan. Bapt. Ravelli Laici.

Prætereundum hoc loco nullatenus videtur, quòd Illustrissimus, ac Reverendissimus D. Hieronymus Archinto pro Sancta Sede Nuncius apud Serenissimum Ætruriæ M. D. cum valdè familiariter præ insigni erga Ordinem nostrum animi sui benevolentia, apud nostros Cœnobij Florentini Patres diversaretur, in solemnitatibus anni majoribus omni propriæ Aulæ dimissa pompa, solus die, noctuque ad Divina celebranda in Choro cum cæteris Fratribus interveniebat, & in publico Refectorio cum iisdem cibum hilariter, deposita majestate, sumebat, Fratrum solummodo servitio contentus, quòd speciatim hoc anno præstitit in solemni Festo Omnium Sanctorum, & in die Natali Domini nostri Jesu Christi, in quo nedum in primis, & secundis Vesperis, sed etiam nocte ad Matutinum, in quo non minus quàm sex circiter horæ expenduntur, adesse voluit; Post hæc ad Altare majus tres consuetas Missas celebravit solemni, quamvis privata, pompâ adhibitâ suorum Aulicorum; in una quarum propria

Nuncij Apostol. devotio erga B. Virg. ab Angelo salutatam.

manu

manu Fratribus omnibus tam Novitijs, quàm Professis non Sacerdotibus Sacram Sinaxim porrexit. Et quod solemnitati illi gloriosam coronidem apposuit, illud fuit, quòd in secundis Vesperis, cum advenisset etiam in Chorum nostrum Illustrissimus ac Reverendissimus Archiepiscopus Thomas Bonaventura Gherardesca (de quo alibi) intonata per Cantores longiori, ut assolet, morâ, Antiphona *Salve Regina*, ac dispositâ solemni processione ad Altare Sanctiss. Annunciatæ, post omnes Fratres processerunt quoque bini Prælati Nuncius quidem à dextris, Archiepiscopus à sinistris, tanta ædificatione fidelium, ut ad tam pium, tamque insuetum spectaculum accurreret multitudò populorum quammaxima, quibus tota Ecclesia repleta erat.

Atque ut magis magisque cunctis appareat quanta semper fuerit, seculis etiam futuris duratura, populorum maxima devotio erga Sanctiss. Virginem ab Angelo Annunciatam in dictâ nostrâ Ecclesiâ toto Orbe celeberrimam, referre libet, quod præsenti hoc Anno Florentiæ factum est. Cùm Serenissimus Magnus Etruriæ Dux Cosmus III. publicis bellorum calamitatibus, quæ totam fermè Europam divexabant, occurrere decrevisset pijs lustrationibus, cumque advertisset, quòd satis celebris Imago Sanctiss. Virginis dicta *dell' Impruneta* posita per septem circiter milliaria extra Portam Romanam, ab Anno 1633. in præsens nunquam [ut sæpiùs antiquitùs à Republicâ fieri solebat ad implorandum Dei auxilium in publicis necessitatibus] translata fuerit Florentiæ, id hoc anno præstare majori quacumque interposita pompa jussit. Quare solemnissimo Conventu utriusque Cleri tam secularis omnium Ecclesiarum, quàm Regularis omnium Ordinum Mendicantium, et non Mendicantium, instituta fuit processio à Porta Civitatis ad Ecclesiam Metropolitanam tanto concursu populorum tam exterorum, quam Civium, ut rectâ providentiâ prohibitum fuerit, ne per loca processionis currus omninò, vel equites transirent, & in vijs eisdem procederent separatim feminæ ab uno latere, masculi ab altero, quod ex utraque parte passim appositis armatis militibus optimè observatum fuit die 21. Maij; & in præfatâ Ecclesiâ Metropolitanâ mansit eadem Venerabilissima Imago usque ad diem 3. Junij subsequentis, in quâ eâdem solemnissimâ pompâ in locum suum reducta fuit. Quod verò notandum erat tantùm abfuit, ut ex hac extraordinariâ solemnitate minueretur aliquatenus cultus erga Sacram Imaginem Sanctissimæ Annunciatæ, quæ in nostrâ colitur Ecclesiâ, quin potius eo devotionis stimulo in Fidelibus augeretur devotio, ita ut in via, quæ à Cathedrali ducit ad nostram Ecclesiam, & dicitur, *Via de' Servi*, continuò premerentur populi adventantes, nostraque ipsa Ecclesia sæpe non caperet adorantes

Devotio maxima erga SS. Annun. de Flor.

cum tanta oblationum numerositate, quantam nusquam experti fuerint Patres illius Cœnobij.

Veronæ pariter magna Dei Mater, semper Patrona nostri Ordinis beneficentissima, maximè proficuam gratiam populis illius Regionis conferre hoc anno dignata est; quod ita accidit. Patres nostri Conventus, qui *Paradisi* nomenclaturam sortitur, Ecclesiam possident in loco campestri dicto *Montorio* B. Virgini dicatam, ac memorato Conventui subiectam. Cùm verò hac ipsa tempestate vigeret quædam pestifera lues, quæ Animalia bovina afficiens, miserè etiam perdebat: Hæc autem pestis adeo per totam fermè Italiam longe lateque grassabatur, ut, sola remanente Tusciâ illæsa ex præsidio (ut piè creditum est) B. Virginis, cui eadem Tuscia plurimùm semper cõfisa est, maxima ubique damna protulerat. Quare Prior illius Cœnobij P. M. Joseph Maria Gonzaga sævæ adeò calamitati consulere cupiens, profectò non sine cœlesti impulsu, prædictam Ecclesiam unà cum alijs è suis Fratribus adiens, ibi certas preces in honorem Beatissimæ Virginis, & ad avertendam iram supremi Numinis accomodatas, instituit. Cognito consilio à loci illius Incolis, qui tantam Animalium stragem patiebantur, & deplorabant, statim in magno numero accurrentes per octiduum devotionem illam celebrantes, Virgini Matri, cujus Statua Puerum Jesum in manibus gestanti colitur, ingens hoc negotium commendabant. Precibus addidit exhortationes efficacissimas idem P. Prior, quibus ad veram peccatorum pœnitentiam impellens singulos, ad meliora convertit. Octiduo completo notabilem aquæ quantitatem in quodam Vase satis amplo jam ad pedes Virginis apposito solemni ritu benedixit, & ex ipsâ labe infecta animalia bibere jussit; quod cum factum fuisset (o mirabile Virginis præsidium!) statim infirma animalia se meliùs habere cœperunt, adeò ut hujus rei divulgatâ famâ passim è remotioribus quoque Galliæ Cisalpinæ partibus accurrere populi non destiterint, opem eamdem imploraturi.

Gratia obtenta per B.V. de Montorio.

Funesta interim toto Catholico Orbi succedit immatura mors Imperatoris Josephi Primi, qui natus die 26. Julij anno 1678. hoc anno die 17. Aprilis non fine maximo cunctorum mœrore defunctus est occidente Sole. Ad solemnes ejusdem exequias in Civitate Florentiæ per Serenissimum Cosmum III. institutas in Ecclesiâ Regali Laurentianâ, inter Episcopos ad hanc funebrem functionem vocatos, electus etiam fuit ex nostro Ordine Episcopus Miniatensis P. Jo. Franciscus M. Poggi, qui ad nostrum Sanctiss. Annunciatæ Cœnobium divertens, ibidem benedixit solemniter Oratorium earum Mansionum, quæ pro Exercitijs spiritualibus quot annis ex decretis Summorum Pontificum à Religiosis habendis, destinatæ jam fuerant, sicut & aliud Oratorium benedixit in Villâ ejusdem Conventus,

Mors Imperatoris Josep. I.

ventus, quæ nuncupatur *Montepiano*, Virgini Dolorosæ, & S. Philippo illud dedicans, & in utroque idem Episcopus Missam celebravit.

E

Ut verò cunctis Christifidelibus pateat, quàm Deo grata sit observantia diei festivitati P. nostri S. Philippi dicatæ, referre libet id, quod accidit cuidam terrarum laboratori, qui avaritiæ causa nimis temerè illius diei observantiam transgressus est. Mos piissimus à multo tempore invaluit, ut laboratores terrarum, qui nostræ Eremo Senarii Montis inserviunt, occurrente Festo S. Philippi ab operibus manualibus illo die abstineant: Cùm autem præsenti anno Festum ejusdem Sancti in feriam secundam incidisset, & insequenti die S. Bartholomæi Festum pariter celebrandum esset, quidam Rusticus nomine Joãnes Petrus de Margherinis è populo S. Donati *in Polcanto* loco per unum milliare circiter ab Eremo distante, cum ei damnosa ad rem familiarem videretur continuata trium dierum festorum observantia, statuit ipsâ die S. Philippi ad agriculturam attendere, quare junctis ad aratrum Bobus glebas scindere cœperat; quando ex improviso rupto clavo ferreo non modicæ crassitudinis, alterum è forti ligno efformatum substituere coactus fuit, sed illo quoque deffracto subrogavit tertium, qui nihilominus primo itinere confractus est. Tunc demum Joannes oculos mẽtis aperuit, & agnovit errorem suum, & illum esse quasi Cœli nuncium advertens, quo admonebatur, ut S. Philippo Benizzi majorem in posterum exhiberet reverentiam, quòd et fecit, non solum dolens de præteritâ culpâ interrumpens statim opus inceptum, sed etiam in futurum cum diligentia custodivit observantiam illius festivitatis, ut ipsemet Joannes testatus est nostro Fr. Dominico Maria Fremitæ, cui supranarratam facti speciem fideliter retulit, & ipsemet Eremita scriptis diligenter mandavit ad eruditionem aliorum, & Gloriam S. P. nostri Philippi.

Festum S. Phil. commendatur.

F

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

G

OMnia, quæ in hoc Cap. continentur, vel ex Cancellariâ Archiep. Pisanâ, vel ex Archivis indicatorum Conventuum extracta sunt.

H



E *Provinciæ Etruriæ aggregatur Conventus Massæ Carrariæ. Alij Conventus instaurantur. Nuncius Apostolicus Ecclesiam, & Cœnobium nostrum de Florentiâ illustrat. Pro Cultu immemorabili B. Alexij sententia prodit. Obitus, & Gesta Sor. Angelæ Mariæ Cavalletti. Prodigia B.V. Dolorosæ intercessione Neapoli patrata. In honorem D. Philippi Florentiæ decreto publico indicitur festus ejus dies, quo Tribunalia sileant. Recensentur Gratiæ Tiphernі obtentæ per invocationem B. Peregrini. Imperatoris Caroli VI. electio. Canonizatio S. Pij V. Miracula B.M.V. de Locate. Placentiæ liberatio Energumenæ intercessione B.M.V. de Plateâ nuncupatæ.*

F

CAP. VII.

JAmpridem multis ab hinc annis P. M. Jo. Petrus Bertazzoli meditabatur Ecclesiam, & Conventum D. Joseph de Massâ Carrariæ (cujus erat filius) à Januensi Provinciâ segregare, & illum aggregare Provinciæ Etruriæ, ex eo potissimum motivo, quòd ob interjectionem Maris Tirrheni difficillima prorsus evaderet Visitatio ejusdem Conventus per Superiores Provinciæ Januensis facienda, ex quo multa gignebantur incommoda. Et quamvis usque ab anno 1682. opportunum ab Etruriæ Provinciâ obtinuisset assensum, quamplurimis attamen

G

interjectis medio tempore difficultatibus, opus hoc infectum usque modò remanserat. Interea verò cum idem Conventus juxta mare, & ad littus positus reperiretur à Civitate Massæ aliquantulum distans, atque adeò spirituali Civium Massensium utilitati minus aptus videretur, ejusdem P. Bertazzoli singulari prorsus industria, & attentione factum est, ut ex diversis piorum Hominum largitionibus, maximè illius Serenissimi Principis Cybo, cui dictus P. Bertazzoli apprimè charus erat, & ejusdem P. operâ in quamplurimis arduis negocijs utebatur, à fundamentis nova fabrica propè Civitatem Massæ erigi cœperit, quam postea insequentibus annis In-

Conv. Massæ aggregatur Provinciæ Tusciæ:

H

credibili amore, & vigilantiâ idem P. Bertazzoli factus Ordinis in Romana Curia Procurator Generalis, ac supremam deinde nactus Præfecturam, tum quoad Ecclesiam, ejusque sacra utensilia de novo constructa, tum quoad Fratrum habitationem, quam omnibus prorsus Religiosis commoditatibus instructam perfici omninò curavit, prout in præsens cum admiratione visitur. Statim ac igitur prædictus P. M. Bertazzoli ad supremum Ordinis gradum evectus est, nihil magis eidem curæ fuit, quàm ut ad executionem demandaretur id, quòd semper in votis fuerat, ut novus Conventus cum novâ Ecclesiâ, quæ titulo S. Mariæ Dolorosæ decorata erat, remanente privato Oratorio S. Joseph ad mare,

re, unà cum satis ampla vinea muris undique circumdatâ, omnibusque suis pertinentijs in jurisdictione, & utilitate ejusdem novi Cœnobij; quod etiam opera ejusdem P. Bertazzoli novis est auctum redditibus. Ut autem tantum opus ad optatum finem perduceretur, & Conventus ille Tusciæ Provinciæ aggregaretur, P. Bertazzoli nullum non movit lapidem. Quare in Dietâ hoc anno habitâ Florentiæ die 19. Aprilis, Præsidente tamquam Generali ipsomet P. M. Bertazzoli, plaudentibus omnibus Patribus, decretum fuit, ut præfatus Conventus Virginis Dolorosæ, cum omnibus suis pertinentijs, in numerum Cœnobiorum Provinciæ Tusciæ describeretur, cujus Decreti tenor talis est.

Die 19. Aprilis 1712.

Petentibus, & instantibus Priore, & cateris PP. Conventus S. Mariæ Dolorosæ de Massâ Carrariæ supradictum suum Conventum uniri, & adjungi huic Provinciæ Tusciæ cum oneribus, & honoribus, & attento consensu segregationis à propriâ Provinciâ Januensi jam præstito usque de anno 1681. Patres Definitores unanimiter consenserunt plenis votis; magisque consolati sunt audita Clementia Regiæ Celsitudinis hujus Ser: Magni Ducis pro eodem intento, ejusque Regio, ac gratiosissimo Beneplacito.

Concordat cum Originali

Locus ✠ Sigilli

Fr. Joseph Maria Giusti Secret.

Accedit cõsensus M. Ducis Etruriæ. Tenor verò Beneplaciti Serenissimi Cosmi III. Magni Ætruriæ Ducis, quo, ut præfertur, talis aggregatio comprobata, & admissum fuit Cœnobium sub Regia protectione, est qui sequitur.

ALTEZZA REALE.

FR. Pier Antonio Rossi Provinciale de' Servi di Maria Verg. in questa Provincia di Toscana, tanto in nome proprio, quanto di tutto il Definitorio della medesima Provincia riverentemente le espone, come sono già molti anni, che il P. Generale del prefato Ordine nutrisce un vivo desiderio di unire a questa Provincia il Convento di Massa di Carrara, governato al presente da quella di Genova. Da questa Unione ne risulterebbe un notabile vantaggio all' istessa Provincia di Toscana, mentre acquisterebbe un Convento situato in ottima aria, di fabbrica decorosissima, e capace di poter col tempo servire di Collegio per educarvi nelle lettere la Gioventù. Sarebbe anco di gran commodo a' Provinciali di Toscana per visitare gli altri due Conventi, cioè di Corvaja, o Seravezza, e di Agnino, che li restano vicini, mentre adesso, per non esservi Convento di mezzo, riesce disastroso il trasferirvisi. Sarebbe altresì grande utile all' istesso Convento di Massa, rendendosi più sotto gli occhi de' Superiori, il che presentemente non prova stando sotto la Provincia di Genova, de' Provinciali della quale riesce molto difficile la visita del suddetto Convento di Massa sì per la lontananza, come per l' incostanza, e pericoli del Mare.

Supplica per tanto V. A. R. che col suo clementissimo beneplacito si degni di approvare questa Unione, compiacendosi di ricevere, e di accogliere sotto il suo benigno Patrocinio, come si fussero Sudditi suoi i Religiosi, che sono, e saranno figli del suddetto Convento di Massa, con abilitargli unitamente con i Sudditi di V. A. R. agl' Onori, e pesi respettivamente, come gl' altri Conventi, e Religiosi sudditi di V. A. R. Che della Grazia ec.

Fr. Pier Antonio Rossi Provinciale.
Fr. Martino Orsucci Socio Provinciale.
Fr. Giuseppe Borselli Primo Definitore.
Fr. Tommaso Maria Tellucci secondo Defin.
Fr. Domenico Antonio Paoli terzo Defin.
Fr. Giuseppe Maria Guidi quarto Defin.

Rescriptum Regiæ Celsitudinis Cosmi III. M. D.

Cos. *Approvasi*
Franc. Panciatichi 21. April. 1712.
Concordat cum Originali
Fr. Petrus Antonius de Rubeis Prior Prov.
Fr. Joseph Maria Giusti Secret.
Locus ✠ Sigilli

Ad firmiorem deinde hujus aggregationis stabilitatem accessit assensus, & approbatio Eminentissimi nostri Ordinis Protectoris; ac demum Apostolicæ Sedis in formâ Brevis cõfirmatio tenoris sequentis. *Breve aggregationis Clem. XI.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram Rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ord. Fratrum Servorum B.M.V. Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episc. & Regular. præpositæ expositio, quòd aliàs, nempe usque de anno 1682. à Definitorio Provinciæ Januensis dicti Ordinis Fratribus Conventus Massæ Carrariæ ejusdem Ord. Lunen. Sarzanen. Diœcesis ut segregari, & alteri Provinciæ Tusciæ Ordinis hujusmodi, uti viciniori, uniri possent, concessum fuerat, & successivè in carreati anno per Definitorium secundò dictæ Provinciæ præfatus Conventus ei uniri obtinuerat, reservatâ tamen eidem Congregationi Cardinalium suprascriptæ segregationis, & Unionis respectivè confirmatione, & approbatione, ac propterea pro parte ejusdem Procuratoris Generalis præfatæ Congregationis Cardinalium supplicato, ut segregationem, & unionem hujusmodi confirmaret, & approbaret. Ipsa Congregatio Cardinalium per suam Decretum die 1. Julij proximè

mè præteriti emanatum supplicem libellum sibi desuper porrectum remisit Dilecto filio nostro Laurentio ejusdem S.R.E. Card. Corsino nuncupato, Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, ut veris existentibus narratis circa supradictas preces id statueret, quòd pro suo arbitrio, & conscientia expedire censuisset. Dictus verò Laurentius Card. & Protector vigore facultatis sibi per Decr. hujusmodi attributæ, Decretum edidit tenoris, qui seq.

Nos Laurentius titul. S. Susannæ S. R. E. Presbyter Cardinalis Corsinus, & apud Sanctam Sedem Ordinis Servorum B. M. V. Protector „ Attentâ facultate à Sacr. Congregatione Episc. & Reg. Nobis concessâ, de veritate rerum in retroscripto supplici libello expositarum edocti, segregationem Conventus S. Mariæ Dolorosæ Massiæ Carrariæ ex Provincia Januensi, & ejusdem aggregationem Provinciæ Tusciæ à Patribus in Definitorijs earumdem Provinciarum respectivè statutas omni meliori modo juxta petita approbamus, laudamus, & confirmamus ad formam in omnibus, & per omnia retroscripti decreti præfatæ Congregationis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Ædibus nostris die 16. Julij 1712. L. Card. Corsinus Protector. Angelus Gregorius Bacci à Secretis: Loco ✠ Sigilli „ Cùm autem sicut dictus Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmiùs subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati præinsertum memorati Laurentij Cardinalis, & Protectoris decretum Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, Conventuum, & Ordinis Privilegiorum etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die 20. Augusti 1712. Pont. Nostri Anno duodecimo.

F. Oliverius

Locus ✠ Sigilli

Hoc pariter anno apud Spoletum Cœnobio vetere solo æquato, utpore nimium humili, & indecoro, recens aliud à fundamentis excitatum, & longè ampliori forma instructum in præsens visitur. Apud Astensem quoque Urbem Cœnobium recens construitur, idque augustius quam antea fuerit. Apud Summoripam verò a fundamentis excitatur Ecclesia satis speciosa; & in eâ em quoque Genuensi Provinciâ in loco, qui dicitur *Caselli* in Pedemontium nova fabrica jampridem incæpta Cœnobij totius absolvitur. Et in Valle Lucernæ magnificè instauratur Côventus, qui ab anno 1655. usque in præsens, occasione bellorum ingruentium, nec non Hæreticorum furore gravissima incommoda, ac deplorandas vices subierat. Parmæ quoque jam cæptum novi Cœnobii ædificium mirum in modum prosecuti sunt Patres illi, & ad complementum ferè perduxerunt exquisitâ magnificentiâ; sicut & Soraneæ, nec non Aretij Ecclesias elegantissime instauratas, Altaria è purissimo, & exquisito marmore ornatas admirantur omnes. Pariterque apud Montem Politianum Ecclesiam perbellè ædificatam, hoc anno plasticè, & auro venustè perfectam ex industria maximè P. M. Angeli Mariæ Chiaretti providi Viri commendant ipsimet Cives Politianenses.

Varij Conv. nostri, vel instaurantur, vel ornantur.

Interim Florentiæ nonnulla accidont illi Ecclesiæ, & toti Ordini nostro satis honorifica, quæ silentio prætereunda minimè videntur. Nam supra laudatus Apostolicus Nuncius Archinto nova pietatis, & amoris erga nos monumenta patefecit. Hoc anno in majori hebdomada, à feriâ quartâ namque usque ad insequentem Dominicam Resurrectionis assiduè die, noctuque in nostro Conventu Sanctissimæ Annunciatæ tantâ modestiâ, & comitate diversatus est, ut non apprimè Superior, sed unus ex nostris Fratribus appareret. Ibi omnibus, & singulis Ecclesiasticis ac Regularibus functionibus unà cum reliquis PP. tum in Choro, tum in Refectorio, & Capi-

Nuncius Apostol. Fratres nostros de Flor. speciali amore prosequitur.

tulo

tulo semper interfuit, & ad solemne Matutinum, nonam Lectionem cantavit, officiumque cum Oratione consueta *Respice &c.* ipsemet absolvit. Feria verò 5. in Cœna Domini post decantatam Missam, indutus Rochetto, Cappa Magna, & Stola cum velo, de manu Celebrantis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accepit, illudque ab Ara majori ad Altare SS. Annunciatæ processionaliter detulit, ac insequenti Feriâ 6. eodem ritu ab eodem Altari è sepulchro extractum ipsemet [peractâ prius Sanctissimæ Crucis adoratione] ad Principem Aram eodem cultu reportavit. Sabbatho autem Sancto ad solemnes Vesperas Antiphonam *Alleluja* ipsemet præcinere voluit, ac denique in die Dominicâ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi Divino Sacrificio Missæ ad Altare majus celebrato, sicuti fecerat in die Nativitatis Domini, singulis Fratribus nostris Sacerdotij munere non insignitis Sanctissimam Eucharistiam proprijs ipse manibus ministravit. Cùm verò per id temporis Conciones Quadragesimales habuisset in Ecclesiâ Sanctæ Felicitatis Orator celeberrimus Abbas secularis Cajetanus Giovannelli natione Venetus, idem D. Nuncius, ut ingressum in prædictam S. Felicitatis Ecclesiam, quæ Auditores excessivo numero affluentes capere non poterat, Fratres nostri obtinere valerent ad audiendum sermonem de Passione Domini habitum feriâ 6. ejusdem hebdomadæ majoris, quatuor proprijs curribus eosdem Fratres nostros adduxit, & reduxit. Cumque in antecedenti feriâ 6. quæ dicitur de Passione ijdem Fratres nostri in communi Exercitia spiritualia per octiduum peragerent, atque adeo Sermoni de Virginis Mariæ Doloribus ab eodem Abbate Giovannelli perquam eruditissimè et affectuosissimè recitato in præfata Ecclesia interesse minimè potuissent, id egit D. Nuncius, ut pomeridiano illius diei tempore idemmet Abbas Giovannelli sermonem eumdem in Capitulo septem BB. Fundatorum coram omnibus Patribus ad exercitia prædicta congregatis iterum eloquentissimè repeteret. Atque ut nihil prorsus ad ostendendum erga nos ejus singularem amorem deesset, cum eodem anno solemnitas Sanctissimæ Virginis ab Angelo Nũciatæ incidisset in feriam sextam majoris Hebdomadæ, ex quo tanti Mysterij laudes idem Orator exornare minimè potuisset; voluit idem Nuncius, ut Oratio Panegyrica subsequenti Dominicâ in Albis non in Templo Sanctæ Felicitatis, sed in Ecclesia nostra Sanctissimæ Annunciatæ post meridiem ab eodem Oratore, præcedente publica notificatione, recitaretur, quod et fecit incredibili plausu, ad quam audiendam ultra Serenissimum Cosmum III. cum Serenissimo Filio Principe Joanne Gastonio, Nuncium eumdem, unà cum Archiepiscopo Florentino, tanta fuit populorum multitudo confluens ab horâ 17. ejusdem Dominicæ ad horam 22. ut cum om-

nes Ecclesia nostra non caperet, super Altare
A majus, & inter candelabra ejusdem, necnon super Organis, & Coronide Templi maximo incommodo Auditores assisterent. Denique pietatem suam, & singularem in nos affectum coronavit idem Nuncius Apostolicus insequenti die, quâ solemnitas, & Officium Sanctissimæ Annunciatæ celebrata fuere trãslatione mediante per Decretum anno 1690. editum ab Alexandro VIII. fel. rec. His enim duobus diebus non solùm Ecclesiam, sed et Cœnobium, & Mensam suâ præsentiâ, unà cum prædicto Oratore decoravit. Ipsâ verò solemnitatis die nedum Fratres omnes ad consuetam processionem, in qua cantatur *Salve Regina*, insecutus est, sed insuper ea finita Sanctissimæ Annunciatæ Altare conscendit,
B ibique conversus ad Populum in veste propria præcedentibus versiculis *Sit nomen Domini benedictum, & Adjutorium nostrum in nomine Domini* Benedictionem Episcopalem ritu solemni largitus est innumero populo, qui frequentissimus ad Ecclesiam confluxerat ad insuetam hanc pijssimam cæremoniam admirandam.

Post quæ iterum Patres comitatus ad Chorum, inde ad propria rediit, quin tamen è cordibus nostris umquam recessurus sit in eum gratitudinis affectus, maximè cum eâdem die post mensam peracta gratiarum actione cum *Ave Maria*, & ℣. *Deus det nobis suam pacem* ab ipsomet D. Nuncio recitatis, elegantem latino idiomate Oratiunculam gratulatoriam
C adiunxerit, quâ grati animi sui officium erga Patres demonstravit, seque ad omnium nostrum Vota exequenda in posterum paratissimum exhibuit, adeo singulari comitate, ac benevolentia, ut ex omnium oculis amoris lacrymas abundanter expresserit; quare in genua provoluti Fratres mox ad osculũ manus, sacrarumque vestium singuli accurrerunt. Faxit Deus, ut tam optimo Prælato pietatis suæ tamque singularis erga Servos suos amoris præmia largiter compenset hic, & in æternum.

His etiam lætiora succedunt. Cùm etenim expensis proprijs, & in vim pij legati q. D. Francisci Falconetii, quo anno 1630. viginti millia aureorum multiplicanda reliquerat ad
D obtinendam & majori pompa celebrandam Canonizationem BB. ex propriâ familiâ Alexij, & Julianæ; gens Falconeria mediante Illustrissimo ac Reverendissimo D. Alexandro S. Rotæ Romanæ Auditore, Urbis Gubernatore, ac demum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali [ut suo loco dicemus] voluminosum processum super Cultu immemorabili præfati B. Alexij, me procurante, coram Illustrissimo, ac Reverendissimo D. Thomâ Bonaventurâ ex Comitibus Gherardeschæ Archiepiscopo Florentino, & in hac parte Judice Delegato Apostolico, perfici curasset, hoc anno idem D. Archiepiscopus Florentinus, uti Sanctæ Sedis Delegatus, in vim Brevis Apo-

Sententia pro Cultu immemorabili B. Alexij de Falconerijs.

Apostolici Clementis IX. Summi Pontificis aogratulantibus omnibus nedum Ordinis nostri PP., sed etiam cunctis Nobilibus Florentinis Civibus, utpotè majori ex parte cum dictâ Falconeriâ Familiâ sanguine conjunctis, pro tanto Urbis decore sententiam protulit diffinitivam die 12. Novembris, quâ viso toto processu, ac servatis omnibus de jure servandis, constare declaravit de cultu immemorabili præstito B. Alexio, & casu excepto à decretis fel. rec. Urbani VIII. quæ sententia postea cum toto processu Romam transmisso, confirmata fuit à S. Sede Apostolicâ; ut infra ad annum 1717. videndum erit specialiùs.

Hoc Anno pariter ab eadem Sanctâ Sede per Breve speciale Clementis PP. XI. Romæ expeditum die 5. Julij 1712. incipit. Omniū saluti confirmatum fuit Privilegium rarò indultum, ut in Ecclesia nostra D. Annunciatæ de Florentia duplex adesset Altare Privilegiatum pro Defunctis quotidianum; unum scilicet abantiquo tempore in Cappella Sanctissimi Crocifixi, alterum de novo concessum in Cappella S. Joseph Ingenti expensa (ut suo loco dictum est) ab Illustrissimo Senatore, & Marchione Francisco Feronio ad miraculum usque adornata.

Duplex Altare privileg. in Eccl. nostra de Florent.

Hisce diebus dignis prosequenda laudibus omnino videtur Soror Angela Maria Cavalletti de Ferrariâ Tertij Ordinis nostri Professa, quæ brevi tempore consummata, multa explevisse tempora optimo jure dicenda est. Anno igitur nostræ salutis 1689. die 6. Decembris in lucem exorta est in Civitate Ferrariæ ex honestis parentibus Hiacyntho Cavalletti, & Margharitâ Tartagliâ Civibus itidem Ferrariensibus, & ad sacrum lavacrum Faustinæ Rosæ nomen sortita fuit; at verò quænam futura deinceps esset ejusdem vita, ad patientiam scilicet, formata demonstravit; statim namque ab infantia continuis incæpit laborare febribus. Nec tamen defuit Ipsi Genitorum amor, ac diligentia in adhibendis opportunis remedijs, sed incassum: etenim à febribus nedum absoluta minimè fuit unquam puerula, quinimò faucibus ejusdem apostemata, ulceraque accesserunt, insuper & variolæ, aliæque dolorosissimæ affectiones. Post hæc specie quadam colicorum correpta fuit, adeò ut singula illius corpusculi membra vehementer contorquerentur. Infantiam, & pueritiam hujusmodi pressa doloribus vix exegerat, quando insignis quædam pectoris molestia cœpit ipsam opprimere, tremoribus etiam, & respirandi conjunctâ difficultate, adeo ut quoties eâdem afficiebatur, toties mori crederetur; quamobrem ad eam ex tali pressura, & suffocatione sublevandam bis quandoque in eadem die sanguinem ex consilio Medicorum ei minuere opus fuerit. Postquam verò plurimùm & præ affectionum hujusmodi, morborumque vehementia, & præ medicamentorum molestia diuque laboraverat; studio tandem aliquando P. Ambrosij

Ortus Sororis Angelæ Mariæ, & parentes.

Varia infirmitatum genera.

E Ambrosini è Clericis Regularibus eximiæ pietatis Viri compertum fuit affectiones illas pessimas, malaque omnia, quæ Faustina Rosa patiebatur, non juxta naturæ leges ordinarias, sed extraordinario, ac supernaturali medio immissas esse ad probandam ejus constantiam, atque ut patientiæ ejus [sicut de S. Job dictum fuit] daretur posteris exemplum; hinc ad spiritualia remedia [tantisper segregatâ medicorum operâ] deventum fuit, quorum vim Puella quidem persensit, & evidens, notabileque levamen experta est; verùm paulò post affectionibus pristinis iterum laborare cœpit.

Quare Genitores ad Infirmorum salutem Virginem Mariam recurrentes adduxerunt

F Filiam ad Ecclesiam nostram Servorum de Ferrariâ, implorantes operam P. M. Angeli Mariæ Ventura, ibi tunc temporis studiorum Regentis, Viri satis insignis [de quo alibi dictum, & dicendum erit]. Suscepit ergo P. M. Ventura hoc pietatis, & charitatis opus, nullique medio defuit quod ad sublevandam infirmam crederet necessarium. At verò ita disponente Domino ad majorem [ut piè credendum est] Virginis Matris Gloriam, longè graviùs post adhibita spiritualia remedia Faustina Rosa laborare cœpit, ardentissimas febres, & irregulares, iterata, subitaque deliquia, & adeò insuetas affectiones patiebatur, ut unicuique eam visenti non mediocrem incuterent horrorem, & compassionem.

G Hæc autem omnia invictâ constantiâ Puella superabat, quæ adeò gravia erant, tamque inexplicabilis dolor, quem in singulis corporis membris tolerabat, ut illius Confessarius prælaudatus P. M. Ventura non dubitaverit asserere, nonnisi speciali Divinæ Misericordiæ prodigio factum fuisse, quod tot inter angustias, Dæmonis quoque infestationibus adjectis, vel vitam conservare, vel tot malis æquanimiter perferendis par esse posset.

Optimum sanè dedit intellectum vexatio tam sæva Faustinæ nostræ; nam accedente consilio prædicti sui Confessarij in domo Sororum Tertij nostri Ordinis recepta protectionem Virginis Dolorosæ solam attendere cœpit. Exinde Virginis habitum, quem Tertij

H Ordinis Sorores gestare solent, induere summopere desideravit; quem, factâ prius trium mensium probatione, postea obtinuit, quamvis postea novis accedentibus ærumnis domum paternam repetere coacta fit, ut in ea commodiùs morbis suis occurreret. Interim verò integro semper retento habitu Religioso, in domo propria tamquam in Monasterio consuetam Sororum Observantiam Regularem nunquam dimisit, vel imminuit; quin etiam austeriorem vivendi genus approbante Confessario delegit. Tres dies per hebdomadas singulas totius anni pane solùm, & vino jejunium tolerabat, quandoque pomum aliquod addens. Adventus Dominici jejunium

Induitur habitus Tertij Ordinis vitam austerâ ducit.

um, ultra magnam Quadragesimam, & plurium solemnitatum præcedentes Novenas solis oleribus contenta servabat; abstinentiæ proinde adeo assueta, ut carnes, cibosque sapidiores nauseabunda fastidiret. Ferreis flagellis in seipsam quotidie sæviebat, & breve somnum super asseres nudos capiebat, quos tamen ad effugiendam notam singularitatis, in speciem lecti culcitris, & stragulis instructi per diem exhibebat alienis oculis. Laneum tantùm adhibebat corpori suo indusium, sub quo brachia nuda, & coxendices ferreis stringebat catenulis, pectori verò adhærentem parvam Crucem undequaque ferreis aculeis instructam ad vivam carnem gerebat, quæ omnia nonnisi de Confessarij consilio adamussim servabat, tantoque proprij corporis castigandi desiderio æstuabat, ut ab eodem Confessario pluties coercenda fuerit. Orationi verò indefinenter vacabat, horasque plures immota prorsùs, & penè sensibus destituta in cœlestium meditationibus insumebat, maximè in Ecclesia nostra Servorum in altero ex angulis Cappellæ B. Virgini Dolorosæ nuncupatę.

Virtutum quoque præstantia illustris piura, eaque prorsus præclara, specimina earumdem præbuit Angela Maria: hoc enim nomine Faustinæ nomen commutaverat in assumptione habitus nostri Ordinis. Adeò illibata fuit in ea Virginitas, ut neque phantasmata, neque motus aliqui eidem virtuti oppositi animum ejus umquam subierint. Ab omni verò cujuscumque mortiferi delicti labe perpetuò immunem viaisse idem P. M. Ventura, qui generalem errorum suorum sacramentalem Confessionem exceperat, paucis ante obitum ejusdem mensibus, luculentissimè testatus est. Perfecta autem in ea vigebat Divinæ voluntati conformitas, adeò ut inter angustias, quæ jugiter ipsius animam, corpusque premebant, eandem semper animi constantiam, vultusque serenitatem asservabat, æquè ac si vices infensas adeò graves ullo modo minimè subiret. Ea fuit ipsius demissione, ac contemptu propriæ existimationis prædita erat, ut se maximam peccatricem confiteretur, & quoties aliqui ejus precibus se commendarent, præcipuo statim rubore suffundebatur, & mitissimo vultu dolebat, quòd alij eâ crederent, quòd verè non erat; indignam profectò se esse, cui Deus aliquid gratiosum concederet. In Oratione, ac meditatione fuit adeò constans, ut quamvis aliud suaderent morbi, vexationesque, quibus identidem affligtabatur, attamen ad plures horas in genua provoluta Orationem suam ad Deum protrahebat, quin potius ex ipsamet Oratione vires ad sufferendum majores acquirere sibi videbatur, quòd utique in fragili fœmina ætatis, ut erat annorum 22. nonnisi ex fragranti in Deum amore procedere potuisse nullus ibit inficias.

Ejus animi virtutes.

Sed et insuper illustrationibus cœlestibus non caruisse multa evincunt argumenta; inter quæ Fratris sui Germani mortem proximè A futuram, unà cum obitu suo, à Beatissima Virgine monita prævidit, quemadmodum parentes ejus testantur, quibus ipsa id significavit his verbis: *Monitam me voluit Sanctissima Virgo, quòd brevi alter è nostra familia decedet, sed & mihi quoque duobus ab ejus obitu mensibus subeunda mors est*. Veritatem dicti comprobavit eventus: Fratris enim prædicti obitum subsecuta fuit extra omnium opinionem Angelæ Mariæ mors elapsis mensibus duobus, nonnullisque interjectis diebus, quæ taliter evenit. Cum se prævideret brevi morituram humiliter petijt, & obtinuit profiteri nostri Ordinis tertij Regulam, cujus novitiatum egerat exactissimè. Annuente igitur P. M. Peregrino Sforza Servorum in Emi- B lia Provinciali professionem emisit in manu D. Joseph Trabunelli Ecclesiæ S. Stephani Parochi; deinde Sacrosanctis, extremisque munita Sacramentis extra se in Deum veluti rapta, Christi Domini è cruce pendentis imaginem amplectens in ejus osculo igne tribulationum depuratum spiritum emisit die 16. Mensis Februarij hujus anni 1712. ætatis suæ [ut innuimus] 22. cum duobus Mensibus, & decem diebus completis. Suprema pietatis Officia famulæ Dei proximè morituræ P. noster Dionysius Schiassini è Camulio exhibuit, absente P. M. Angelo Maria supradicto, qui tunc temporis in Urbe ad Conciones habendas Quadragesimales morabatur. Quàm verò accepta Deo fuerit hæc nostra Soror inde co- C gnoscere licet, quòd cùm vivens ob insignes, ut diximus, ægritudines, ac vexationes squallida semper facie compareret, postquam decesserat, adeo elegans, & venusta apparuit, ut alia prorsus à se ipsa videretur, ac non minus oculos omnium, quàm animos in sui admirationem, & amorem raperet. Rite persolutis exequiis, Angelæ Mariæ corpus in recenti quodam sepulchro, & ab aliis secreto juxta januam, in Choro Patrum reconditum fuit, lapidi sepulchrali brevi hac epigraphe superaddita vernacula lingua,,

Futura prædicit.

Felix obitus.

Hic jacet Soror Angela Maria Cavalletti hujus Ordinis Tertiaria. Obiit die 16. Februarij 1712.

Cum [uti diximus] usque ab anno 1703. D Regia Neapolitana Civitas ad se, totumque Regnum à terræmotibus, alijsque Divinæ Justitiæ flagellis vindicandum in specialem Patronam elegerit B. Virginem Dolorosam, ejusdem quoque præsidium experti mirificè sunt indiscriminatim omnes cujusque sexus, et generis, quotquot ejusdem opem implorarunt. In primis etenim ad hæc usque tempora per amplissimum illud Regnum memorata Divinæ Justitiæ flagella cessarunt; præterea pluribus ejusdem Regni Civibus præclara contulit Pientissima Virgo beneficia, se verè Patronam illius Gentis demonstrans; è quibus nonnulla saltem speciosiora hic attexere [pluribus alijs brevitatis gratiâ omissis] opportunè con-

consultum existimo ad augendum in corde Christi Fidelium erga tam potentissimam, tamque beneficam Matrem affectum, & devotionem.

1 Dux Magdaloni D. Carolus Carafa destitutus prole reperiebatur, cùm Domina Carlotta Columna ejus Uxor septem annis exactis suæ sterilitatis ad Virginem Dolorosam confugit, atque ut fœcunditatem reciperet eidem voto se obstrinxit; Concepit post hæc, & masculum filium, tota exultante domo, feliciter enixa est, quem ad salutare lavacrum à Priore tunc temporis nostri Conventus S. Mariæ omnium Bonorum P. Philippo Falabretti levatum voluit. In testimonium verò grati animi Sacellum B. Virgini in eadem Ecclesia dicatum pretiosis marmoribus, picturis, & elegantibus artis plasticæ operibus deauratis quatuor millium aureorum impendio magnificè exornavit; ad perpetuam beneficij memoriam impressa in marmore speciali inscriptione.

2 Primo Beneficio Gratiarum Mater adjunxit & alterum; Etenim cùm anno insequenti præfatus parvulus graviter decumberet, & à Medicis conclamatus esset, dicta D. Ducissa Columna ejus Genitrix mæstissima ad B. Virginis Dolorosæ præsidium iterum confugit in ejus supra memorato Sacello, genibus provoluta pro salute filioli preces effundens. Absolutis precibus, speque plena domum repetens, immenso sui cordis jubilo parvulum prorsus incolumem reperit. Quam ob rem in tanti beneficij gratam memoriam appendit eidem Altari duorum parvulorum figuras, ac duas lampades ex argento eidem Sacello donavit, assignata insuper competenti annua olei portione, quæ diu, noctuque accensas easdem lampadas manutenere posset, confecto desuper hanc donationem, oleique largitionem, publico instrumento.

3 In supremo mortis discrimine constitutum Principem Sonnini è Nobilissima Stirpe Columna [cui proinde suprema pietatis officia præstabant Venerandi Sacerdotes] Principissa ejus Uxor tristis ad Ecclesiam nostram S. Mariæ omnium Bonorum B. Virgini Dolorosæ commendabat vehementer; quando non adhuc absolutis precibus, quas in longum protraxerat, Nuncius advenit lætissimus infirmum Conjugem adeò in instanti convaluisse, ut sanus omninò appareret. Ea de causa grati animi signum eadem Principissa fabrefieri fecit Planetam, Tunicellas, Pluviale, & Antipendium magni valoris, omniaque Virgini Dolorosæ libens donavit.

4 Cùm anno 1710. S. Martyris Januarij Sanguis in solemni ejusdem festo die coram ejus Capite separato non ebulliret, prout facere consueverat, quin potiùs putridum induisset colorem, mærens universa Civitas infaustum quiddam sibi imminere timebat. Quare plurima pœnitentiæ publicæ specimina exhibere cœpit ad avertendam supremi Numinis iram. At verò cum adhuc Divinæ misericordiæ signa non apparerent, publico decreto Magistratûs illius Civitatis Virginis Dolorosæ præsidium implorandum censuit, adeoque per novem continuos dies in Ecclesia nostra S. Mariæ omnium Bonorum varia opera pietatis, conciones sacræ, aliaque spiritualia exercitia magno populorum concursu præstita sunt, ærario publico expensas omnes luminum, & apparatus amplissimos subministrante: Quibus magna non minus pompa, quàm devotione peractis, cum ingenti quoque populorum gaudio voti compos Civitas facta est, & Sanguis S. Martyris in conspectu capitis ebullire visus est.

5 Joseph Viglione Bibliopola in foro degens, quòd vulgò dicitur *Il largo del Castello*, plures Menses in carceribus ob inquisitionem variorum criminum, quibus accusabatur, detentus, ad redimendam vexationem, & libertatem assequendam obtulerat duos captivos ad usum triremium, vel duos milites suis expensis conducendos. Cùm autem omninò renueret Excellentiss. Dom. Prorex Comes Carolus Borromæus, ac proinde dictus Joseph Maria hoc eodem anno 1712. de mense Septembri per sententiam damnatus esset ad triremes perpetuò, destitutus omni quocumque humano auxilio, ipsâ nocte sententiæ executionem præcedente, Virginis Dolorosæ præsidium instanter invocare cœpit. Inter animi mœstitiam, & corporis lassitudinem, levi sómno præoccupatus, sibi dormiens videbatur, exoptatam gratiam liberationis se jam esse consecutum; nec sanè vel spes, vel somnium eum fefellit; etenim *D. Prorex*, qui nec precibus primorum Regni Procerum, neque tot promissis oblationibus ullo modo flecti potuerat, ex monitu B. Virginis Dolorosæ [ut ipsemet postea asseruit] sibi met pariter in somnis exhibitu, sponte, motuque proprio ipsummet Reum suppositum libertate donavit, à pœna quacumque seu pecuniaria, seu corporali absolutum dimittens, quod planè constat ex tabella votiva, quam ipse Joseph Sacello ejusdem B. Virginis appendit.

Festum D. Phil. publico decreto honoratur, & colitur.

Recurrente hoc anno solemni Festo nostri S. Philippi Serenissimus Cosmus III. M. Etruriæ Dux præ speciali in nos, et Ordinem nostrum devotione jussit ea die in honorem Sancti Tribunalia omnia, litesque feriari publico decreto supremi Consiliariorum Magistratus per Urbis præconem patefacto, & magnâ Civium lætitia sancto Concivi suo plaudentium excepto. Quòd quamvis ab antiquissimo tempore in usu fuisset, attamen mutato Reipublicæ Florentinæ statu in desuetudinem abierat. Quia verò prædictum decretum in grande nostri Ordinis ornamentum cedit, & decus, ideò subnectendum hic existimavi, prout jacet.

Adì 19. Agosto 1712.

Il Serenissimo Gran Duca di Toscana, e per S. A. R. gl' Illustriss. Signori Luogotenente, e Consiglieri nella Republica Fiorentina.

Proclama vacationis Tribunalium in Festo S. Philip. Benitij.

Dovendosi Martedì prossimo, che caderà nel dì 23. del presente Mese di Agosto, celebrare la festività del Glorioso S. Filippo dell' antica, e nobile Famiglia de' Benizzj, nel numero de' Santi annoverato dalla S. M. di Papa Clemente X.

Volendo lor Signorie Illustrissime con particolar dimostrazione di pietà, e d' affetto verso questo Santo loro Concittadino onorare la memoria di così Gran Servo d' Iddio, benemerito di tutta la Cattolica Chiesa, et in specie di questa Città, Propagatore Insigne dell Ordine de' Servi di Maria, che lo dilatò ne' principali Regni dell' Europa: Onde è reputato come Fondatore di detta Religione nata in Firenze, e dal quale si son ricevute, e giornalmente si ricevono molte grazie così spirituali, come temporali; Perciò lor Signorie Illustrissime per la propensione, che hanno a promuovere la maggior Gloria d' Iddio, e de' suoi Santi, hanno deliberato, e risolato, siccome vogliono, ordinano, e comandano, che in detto giorno non si suoni la Campana solita degli Uffizij, nè che si radunino i Magistrati, ma che sia, et esser deva feriato, e fermino le Cause, e Giudizj per detto giorno in tutti i Tribunali della Città di Firenze, acciocchè ciascuno libero da ogni pensiero de' secolareschi, e mondani negozij, visitando la Chiesa della Santissima Nunziata de' RR. Padri de' Servi di Maria con il dovuto preparamento della Confessione, e Communione, possa acquistare l' Indulgenza plenaria conceduta dalla S. M. di Papa Clemente X. a chi visiterà la detta Chiesa della Santissima Nunziata nel giorno della Festa di detto Santo Filippo Benizzj, da cominciare a' primi Vespri del giorno precedente, e finire al tramontar del Sole di detto giorno 23. Agosto, e rendere intanto grazie a S. D. M. de' benefizj per intercessione di questo suo gran Servo ricevuti, e porgere preghi al medesimo, perchè continui nella protezzione, e tutela di questa Città, e suo Serenissimo Dominio a laude, e gloria dell Onnipotente Iddio, e della sua Chiesa Cattolica, & Apostolica Romana, e di questo Popolo Fiorentino; e tutto a chiara notizia di ciascheduno, mandantes &c.

Francesco Galganetti Coadiutore.

Bandito per me Niccolò Palmieri primo Banditore questo dì 21. Agosto ne' luoghi soliti, ed insoliti, ec.

1 Hoc anno pariter Altissimo placuit B. Peregrini memoriam illustrare novis Gratiis, & prodigijs in Civitate Tipherni; ibi namque reperiebatur acutâ febre, cum gravi pectoris anxietate laborans in Monasterio Cappuccinarum Soror Florida filia D. Curtij de Ceulis nobilis Pisani, & eò usque morbus processerat, ut in vitæ discrimine ex medicorum sententiâ constituta reperiretur; maximè verò quòd ad cæteras infirmitates accesserat plaga quædam in dextero genu molestissima; quare diu, noctuque præsto erat Sacerdos, qui extrema officia eidem ministraret. Ex consilio ejusdem Sacerdotis, qui è nostris erat, & Monialium assensu, B. Peregrini præsidium invocari pro infirma cœpit, adeoque in Ecclesia nostra S. Mariæ Gratiarum expositum fuit ad ejus Aram publicæ venerationi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, nullâ morâ interjectâ Soror infirma convalescere cœpit, ac brevi postea intervallo præter omnium spem incolumis prorsus evasit. Juvat hic occasione accepta, & alia referre, quæ præcedentibus annis in eàdem Civitate operari dignatus est prodigia Deus ad intercessionem B. Peregrini.

Prodigia intercessione B. Peregr. Tipherni à Deo patrata.

2 D. Lucia Mutij Tiberti ejusdem Civitatis Tiphernatensis plures menses graviter in mammis laboraverat, absque eo quod Medicorum, & medicamentorum præsidia levamen ullum adeo molestæ infirmitati præbere valuissent, donec invocato B. Peregrini auxilio, & oleo lampadis ante ipsius imaginem ardentis inuncto pectore, prorsus à morbo liberata fuit, unde ad ejus Altare votum appendit in signum gratitudinis.

3 D. Nicolaus Tiberti pariter de Tipherno gravissimis, acerbisque doloribus in altero ex cruribus laborabat, adeo ut nullam inveniret requiem. At verò ad auxilium B. Peregrini magna spe recurrens, eodem lampadis oleo ad infectum crus adhibito liber evasit.

4 D. Quintilia Marsili Ranucci stomachi doloribus malè affecta, jugi quoque, molestissimoque vomitu laborabat; at implorato Beatorum Peregrini, & Julianæ præsidio, quam ars medicinæ largiri non potuerat, integram sanitatem obtinuit.

5 Graviori mortis periculo tenebatur quędam Puerpera in eadem Civitate Tipherni, quæ fœtum in utero quadraginta fermè horas extinctum portans, præ vehementia dolorum quibus affecta erat, proximè moritura credebatur; verùm implorato B. Peregrini præsidio, ac postea magna fide sese lampadis ejusdem oleo inungens, ingenti Assistentium admiratione, ac lætitia, fœtum subinde faciliter emisit, & pristinæ sanitati restituta fuit.

6 Eodem tempore, eàdemque unctione libera prorsus evasit Soror Justina Columba Monialis in Monasterio S. Benedicti de Tipherno, quæ à vehementissimis laterum doloribus male affecta fuerat.

7 Joannes Baptista Silvestrini ejusdem Civitatis incola per integrum annum Arthritide laboraverat, & quidem graviter, sed B. Peregrini meritis, quem invocaverat, incolumis, sanusque evasit.

8 Item quædam mulier de loco quodam Ter-

Territorij Tiphernatensis, qui dicitur *Ponte d' Avorio*, nomine Bartholomæa ischiade graviter oppressa, voto apud B. Peregrinum interposito, omninò convaluit;

9 Religiosus quidam Ordinis S. Augustini Congregationis Lombardiæ nomine P. Nicolaus Fasoli de Ferraria, cum esset ea tempestate Prior in Civitate Castelli morbi vitio molestissima plaga in altero è cruribus affectus fuerat, adhibitisque pluribus artis mediceæ remedijs nihil profecerat. At ipse meliori consilio ad B. Peregrinum confugiens, incolumis brevi tempore factus est, qui subinde Forolivium profectus, ut tanti beneficij gratitudinem exhiberer, ad Aram ejusdem Beati in Ecclesia nostra Missam celebravit, & argenteum crus in anathema oblivionis posuit.

10 Parem beneficentiam in se B. Petegini à se invocati lætanter expertus fuit D. Marchio Bartholomæus de *Monte* S. Mariæ, qui pari morbo affectus, pari pietate ad eum recurrendo, liberatus est.

11 Maria Angela Horatij de Tipherno cum ab infirmitate quadam gravi, longo tempore, laborasset, nullumque remedium à Medicis experta fuisset, eodem modo B. Peregrini patrocinium implorando, perfectè convaluit.

12 Incolumis etiam ejusdem Beati præsidio prorsus evasit quædam satis honesta mulier D. Andræas Felix Josephi Triangoli de Tipherno, quæ pariter in altero è cruribus plaga turpiter affecta fuerat, ac insigni Liberatori suo gratias agens, argenteum Crus ad ejus Aram appendit.

13 A' consimili molesto, gravique morbo non sine ingenti omnium, qui noverant illam, admiratione brevi sanata est Lucretia Vanni oriunda ex quodam loco, qui *Pecchie* appellatur in Comitatu DD. Ubaldinorum. Quamobrem Tiphernum ad Ecclesiam Servorum profecta unà cum tribus associata Virginibus ibidem in gratiarum actionem una cum eis Eucharistiæ Sacramento refecta, B. Peregrini laudes, & insigne beneficium ubique diffamare non cessabat.

14 Itidem Francisca filia Sanctis Palleri ex eodem loco Uxor Francisci Maria Mansucci postquam quadragima dies totis corporis membris attracta permanserat, alterum denique è cruribus enormiter eidem intumuerat, humanis quibusque remedijs incassum adhibitis, sed B. Peregrini ope implorata, illam adiuvantibus aliquibus puellis familiaribus, quæ Ecclesiam nostram identidem adibant, ibique ad Altare ejusdem Beati Sacram Eucharistiam percipiebant, incolumis insperatò prorsus evasit; indeque Ecclesiam et ipsa petijt, gratias plurimas Deo referens, & ad Altare eiusdem Beati argenteum votum appendens.

15 Votum pariter argenteum ibidem appendit Cæsar filius Cinthij Landi de Tipherno, quippe qui postquam molestissimâ, longaque contabuerat infirmitate parum à Medicis cognitâ, adeoque minus curatâ, sanitatem, quam deinde consecutus fuerat uni B. Peregrino à se invocato acceptam referebat.

16 Ex edito loco deorsum in præceps corruenti Carolo Antonio de Moreliis alterum è cruribus ex percussione gravi incommodo affectum remanserat, itaut vehementibus in parte læsa doloribus torqueretur, adhibitis frustra varijs à Medicina remediis; at verò B. Peregrini implorato humiliter subsidio omninò convaluit.

17 Postquam affecta pariter doloribus per singula corporis membra diu fuerat, ideoque immobilis in lecto permanserat D. Maria Lucreria de Tipherno, Uxor Sebastiani de Timotheis, nonnisi meritis implorantis ejusdem B. Peregrini sanitatem pristinam recuperavit, & gratitudinis ergo votum argenteum ad ejus Aram appendit.

18 Apoplexia correptus Augustinus Sperabeni de Tipherno usum membrorum ex una parte amiserat, adeout alterum tam ex manibus, quàm ex pedibus loco movere minimè posset, omni fiducia B. Peregrini opem implorans ipsius Sacram Imaginem læsis partibus admovit, & manifesto prodigio manum, pedemque continuò movere cœpit, ac brevi vires acquirendo penitus convaluit; argenteum proindè votum ad Altare Beati pro gratiarum actione appendendum, obtulit.

19 Consimile votum obtulit Antonius Filius Bernardini de Malagigis Tipherni degẽs, utporè ab infirmitate gravissima, & irremediabili dimissus ejudem Beati præsidio, cùm de vita periclitaretur.

20 Soror Hieronyma *Cœlestis* Bendini Monialis in Monasterio S. *Ceciliæ* de Paradiso Tipherni acuta febri laborans, & gravissima pectoris molestia, adeout putridam materiam, qua gravabatur, exinde non posset expellere, ac propterea in summo vitæ discrimine versaretur, sacram proindè B. Peregrini Reliquiam, quam ad se deferendam petierat, & obtinuerat, vix aspiciens incredibili gaudio perfusa fuit, spe maxima concepta per ejus intercessionem consequendæ sanitatis, ac reverà statim convalescere cœpit; at cum eadem Reliquia eidem apposita fuit, in instanti febris ab ea recessit, putrida materia exitum facilem adinvenit, ipsaque infirma brevi prorsus incolumis evasit.

21 Benedicta Sapelli de Urbino oriunda, sed Tipherni degens, cum præ fœrida quadam et habituali plaga in altero è cruribus non modicè vexaretur, B. Peregrini ope humiliter implorata non sine manifesto prodigio prorsus liberata est.

22 Molestissima pariter plaga in altero è cruribus affecta Soror Maria Gertrudis de Valentiois Romæ oriunda, sed in præfato S. Ceciliæ de Paradiso Tipherni degens, vehementibus doloribus angebatur per integrum mensem, itaut ijsdem tolerandis impar propè

esset

esset, quare ad B. Peregrini subsidium confugit, ejusque S. Reliquiam ad se allatam parti læsæ superponi curavit; quod cum factum esset, alleviato dolore somnum aliquantisper cepit, & in eo Fratrem videre sibi visa fuit habitu Servorum indutum, cui petenti quomodo ipsa se haberet, respondit „ *Pessimè utique Pater mi, crus enim meum fermè putredini obnoxium est, & ipsa dolori ferendo penè impar sum*. Tum verò Pater propiùs accedens crus sibi ostendendum petijt; illa verò quantumlibet præ verecundia aliquantum renueret, attamen spe solaminis ipsum detexit, quod Pater pollice obsignans, signoque Crucis muniens, inquit „ *Surge jam sana facta es*; & illicò evanuit. Mox expergefacta Soror, & rem ipsam exploratam habere cupiens (o stupendum prodigium) marcidum crus ineffabili gaudio sanum omninò, & integrum deprehendit, quod pariter eodem modo sanum deprehenderunt Sorores cæteræ, quas ipsa festinanter advocans, iisdem lætanter prodigiosum Beati beneficium manifestavit, nihilque aliud in parte læsa remansisse videbatur præter cicatricem: Quamobrem B. Peregrini intercessioni tam singulare sanitatis donum acceptum referens, quem sibi verè in somno apparuisse constanter confitebatur, argenteum Crus ad ejus Aram gratanter obtulit in tanti beneficij monumentum.

Electio Caroli VI. Imperator.

Cum verò propter immaturam mortem Josephi Primi electus esset in Imperatorem Carolus nomine VI. Archidux Austriæ, et frater Imperatoris demortui, in Ecclesia nostra Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia pro solemni gratiarum actione *Te Deum Laudamus* multiplici musicorum concentu decantatum est, ostensa prius innumero populo prodigiosa Imagine Virginis Annunciatæ, & interessentibus ad factam ejusmodi lætissimamque functionem Serenissimo Cosmo III. alijsque Regiæ Domus Principibus.

Solemnis Canonizatio D. Pij V.

Præsenti quoque anno, cum Summus Pontifex Clemens XI. usque sub die 22. Maij decretum formalis sanctificationis protulisset, quo in album Sanctorum retulerat cum B. Felice Cappuccino è Cantalice, B. Andrea Avellino ex Clericis Regularibus Theatinis, B. Catharina è Bononia Moniali S. Claræ, etiam B. Pium V. ex Ordine Prædicatorum, cui plurimùm debet Ordo noster propter privilegia cæterorum Ordinum Mendicantium nobis vel confirmata, vel denuò concessa, cãpanarum sonitu, alijsque lætitiæ signis acclamata ubique fuit ejusdem sanctificatio, maximè Florentiæ, ubi in Ecclesia quoque Ambrosiana D. Laurentij trium dierum amplissima festivitas cum exquisito apparatu, celebrata est, apposito in ingressu Templi Elogio infrascripto.

Divo Pio Quinto

Ecclesiæ Catholicæ, cujus acerrimus propugnator fuit, Antistiti verè Optimo, verè maximo à Clemente XI. in Sanctorum numerum totius Christiani Orbis plausu cooptato, Pietate, Justitiæ, Zelo, Prudentia, Integritate, Constantia, & quod rarum inter homines est, Grato animo in primis Claro. Quibus virtutibus coronandis multiplex divinitùs mirabilium rerum lumen affulsit. Hæresum profligatori: Turcarum Triumphatori. Quod Cosmum primum Magnum Etruriæ Ducem ob eximiam dilectionem, ac Catholicæ Religionis zelum, præcipuumque Justitiæ studium, Regia Corona donaverit Regia Cosmi III. Celsitudo Patrono Optimo.

In Ecclesia verò Cœnobij nostri de Locato Oppidi Mediolanensis Diœcesis, in qua, ut ad annum 1533. diffuso calamo relatum est, prodigiosa quædam B. M. V. asservatur Imago, & piè colitur sub titulo nuncupato *La Madonna delle Fontana*, ratione aquæ vivæ ibidem jugiter manantis in salutem populorum; hoc anno per intercessionem ejusdem B. M. V. diversa varijs temporibus secuta miracula hic apponere libet, ad servandum promissum exhibitum in anni præfati narratione, & ad augendam erga Beatissimam Virginem Patronam nostram fidelium devotionem: omissis tamen pluribus, quæ minoris ponderis videntur brevitatis gratia.

Miracula B.V. de Locate.

1 Christophorus à Valtellina puer sex annorum circiter cum in loco campestri à pluribus lupis insimul adorsus fuisset, quamvis à viris supervenientibus ad ejus clamores à morte liberatus esset, adeo tamen repentino timore perterritus est, ut vocem penitùs deinceps amiserit; neque per spatium annorum vigintiquinque (pluribus adhibitis artis Medicæ remedijs) umquam adipisci pristinam loquelam potuit. Accidit autem, ut ipsemet mutus in domo cujusdam Jo: Pauli Bragaloni servitium præstans, etiam malo humore in oculis afficeretur; quare præfati Jo: Pauli Uxor eidem Christophoro suasit, ut ad aquam B. M. V. *delle Fontane* læsos oculos ablueret, & insimul ab eàdem Virgine sanitatem oculorum, & deperditam loquendi facultatem cum magna fiducia deprecaretur; consilium infirmus accepit. Templum nostrum adijt, humiliter oravit, fiducialiter oculos lavit, & [ò prodigium!] confestim in eodem loco de mense Julio in die festivitatis S. Jacobi, & ab oculorum lue sanatus est, & loquelam recepit, ibique in memoriam beneficij tabellam appendit.

2 Puer annorum circiter trium, filius D. Georgij Trivultij, cum ex insanabili corporis fluxu jam ad mortem redactus esset ex Medicorum assertione, absque ulla spe vitæ; adhibitâ eidem in potum aquâ prædicta cum invocatione B.M.V. statim redivivus apparuit, & sa-

& ſanus omninò factus eſt.

3 Aloyſius Peregrinus Landriani duas filias eodem tempore peſtifera febre correptas jam penè demortuas flebat, quando extremum infirmorum auxilium B. V. de Locate implorans, eiſdem bibendam aquam attulit, quâ ſumptâ, ſtatim ab utriſque ſæva peſtis abſceſſit.

4 Bartholomæus de Peſentera quindecim integros Menſes exceſſivo corporis fluxu laboraverat, adeoque fractis omninò viribus erat, ita ut nec ampliùs terras colere (quod erat ejus exercitium) nec aliquid agere poſſet, niſi brevi mortem expectare. Verùm ad confugium B. V. de Locate advolans, ibidem Gratiarum Matrem ingeminatis precibus interpellans, ejuſdem Fontis aquam ebibit, & quaſi valentiſſimum ſalutis pharmacum propinaſſet, extemplo vires rediere, ſanusque, & incolumis domum repetiit, & conſuetos labores abſque ulla difficultate exercere cœpit.

5 Majus profectò miraculum in perſonam Joſeph Tanini Adoleſcentis annorum 15. Beatiſſima Virgo operata eſt anno 1710. qui cum à nativitate mutus eſſet, utpotè natus adhærente linguâ ejus palato, itaut nonniſi liquida deglutire poſſet, nec ulla Peritorum arte à tam moleſta infirmitate liberari potuiſſet, donec ſpe plenus ad Eccleſiam prædictam ſe conferens, ibi Beatiſſimam Virginem precibus, lachrymiſque exorans, de repente ſolutum eſt vinculum adeo tenax linguæ ejus, ita ut rectè loqui, & voce gratias publicè agere potuerit: admirantibus iis, qui à tanto tempore ejus infirmitatem optimè noverant.

6 D. Clara Candiana cùm in parvo curru unà cum filiola trium annorum iter ageret; everſo curru in altam ſoveam aquis plenam cecidit filia capite inverſo, nec tam ſubitò impedita mater, quæ nec ſe ſola poterat, accurrere ad extrahendam ex aquis filiam valuit, undè tantum interceſſit temporis ſpatium, ut filia ab omnibus mortua penitus haberetur: Sola mater B. Virginem de Locate inclamabat, ut adeſſet, & filiam à tanto periculo liberaret; at verò quid negare potuiſſet Clementiſſima Dei mater! Extracta filiola, viva, & ſana præter omnium expectationem reperta eſt, & in ſignum prodigii plutibus ab hinc diebus arenulam, quam ex fundo foveæ attraxerat, expuere non deſtitit.

7 Similem ex aquis liberationem obtinuit prodigioſam Anaſtaſia Gemelia, quæ in fundum putei everſo capite corruens, implorato præſidio B. V. de Locate, incolumis prorſus evaſit. Similiter & tres aliæ feminæ flumen Lambro naviculâ transfretantes, impetu aquarum, & tempeſtatis everſâ naviculâ, ad ima fluminis impactæ, manu ejuſdem B. Virginis, quam invocabant, ad ripam inſperatò deductæ fuerunt incolumes.

8 Anno denique currenti 1712. quidam Vir, nomine Joſeph Ciocca annorum fermè 60. cum per annos 22. in altero è Cruribus undecim fœtidiſſimas plagas cum dolore vehementi portaſſet, ab omnibus Medicis, & Chirurgis deſperatione ſalutis relictus, ita ut neque in magno Mediolanenſi Hoſpitali utpotè inſanabilis, recepi potuerit. Denique ad unicum tribulatorum refugium converſus, Eccleſiam de Locate adit, orat, ingemiſcit ante ejus imaginem, & inſenſibiliter ſanatus apparuit, omnibus tam ſolemne prodigium admirantibus. Idem aſſeruit ſe jampridem oculorum fluxu diù laborantem, & atteſtantibus medicis abſque ulla ſanitatis recuperandæ fiducia, lotis oculis aquâ ejuſdem B.M.V. ſtatim convaluiſſe.

Plurima alia prodigia brevitati conſulentes omittimus, quæ ex tabellis ibidem appenſis innoteſcere poſſunt. Et inter alia parturientes fœminæ ſingularia dona ab ea, quæ Virgo peperit, referunt.

Unum illud reticere non licet, quod anno elapſo 1711. ablato ab Altari Virginis antiquiſſimo ligneo ornamento, ad hoc ut aliud inſignius ex marmoribus, induſtriâ Jo: Angeli Filetti, perpulchrè elaboratum apponeretur, adinventus eſt murus ipſe, in quo Veneranda B.V. Imago apparet, undique ſeparatus, & forti ligno circumdatus in cujus ſummitate uncus ferreus aderat; ex quo arguitur vera traditio antiquiſſima inter loci incolas, quod ad evitandas compatronorum diſſenſiones, præfata Imago à reliquo muro ſecta fuerit, & in Eccleſia Parochiali S. Victoris aſportata; at verò die translationem inſequenti reperta fuit Imago in loco ſuo in quo ad præſens colitur ſuper Fontem, totque mirabilia operatur.

Placentiæ paritèr hoc anno ad implorandum præſidium *B.M.V.* per ejuſdem prodigioſam imaginem exiſtentem in Eccleſia noſtra Conceptioni ejuſdem dicata, Conventus nuncupati S. Mariæ de Platea; ut à Civitate, ejuſque finibus arceret Animalium luem per totam ferè Italiam graſſantem, præfatam Sanctiſſimam Imaginem exponere publico decreto ſancitum eſt; annuente Sereniſſimo Duce Franciſco Farneſio; eo maximè, quia eandem Sacram Imaginem ſibi valdè propitiam anteactis temporibus experti fuere Placentini, cùm ſæva peſtis hominum Italiam vexaret. Quare ſolemni ſupplicatione indicta maximo Populorum concurſu, comitantibus Urbis Illius Magiſtratibus, ac innumeris accenſis cereis proceſsionem illuſtrantibus, Sacra Imago B.M.V. per inſigniora Civitatis loca, inſpectantibus Sereniſsimis Principibus, et ab eâdem Benedictionem efflagitantibus, deducta eſt, & ad Eccleſiam reducta; qua occaſione Virgo quædam de Tinellis, Martha nomine, ætatis annorum viginti, à Dœmone per ſeptennium integrum impiè vexata, ingenti totius admiratione Populi, & ſummo cum gaudio, ejuſdem B. M. V. interceſsione liberata eſt. De quibus omnibus ad Dei, ejuſque Sanctiſsimæ Matris honorem, & laudem æternam

Liberatur Energumena intercessione B.M.V. de Platea occaſione publicæ ſupplicationis.

nam, publicum instrumentum rogatum fuit manu Petri Antonij Lupini Imperiali authoritate Notarij, die 17. Decembris anni 1712.

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

QUæ hic enarrantur, omnia ex monumentis præfatorum Conventuum, & ex publicis Cancellarijs locorum, existentibus pluribus attestationibus in Archivo Cœnobij Florentini.

Obitus, & gesta Sororis Mariæ Archangelæ Reformatarum nostri Ordinis Fundatricis in Monasterio Arcensi. Ejusdem Monasterij Fundationis diligentior enarratio.

CAP. VIII.

Obitus Sor. Mariæ Archangelæ Biondini.

VIam universæ carnis hoc anno ingressa est Soror Maria Archangela magni nominis, & miræ expectationis Mulier, quæ pijssimi non minus, quàm Augustissimi Imperatoris Leopoldi I. authoritate, & munificentia, Monasterium Arcense nostri Ordinis in Tridentina Diœcesi, superatis innumeris difficultatibus, à fundamentis erexit, complevitque, ut infra videbimus; ejus vitæ decursum ex varijs, & insuetis accidentibus contextum, ipsiusmet Sororis manu conscriptum ex Obedientiæ præcepto, diligentissimè collegit, atque in lucem edere meditatur P. M. Angelus Maria Zanetti nostri Ordinis Mantoanus, vir multa pietate, doctrina, rerumque mysticarum peritia valde præditus, qui ejusdem Confessiones per multos annos excepit. Interim verò pauca delibabimus ex ejus gestis ad lectorum eruditionem.

Ortus ejusdem.

Itaque ex Patre Andrea Biondini, Matre verò Angela Cicogna, civibus utrisque Venetis, orta est Maria Archangela, quæ ad Sacrum Fontem Joannæ Antoniæ nomen sortita est, utpotè quæ in die Natalitio S. Jo: Baptistę primam lucem vidit in Insula Corcyri Sereniss. Venetæ Reipub. subiecta, in qua uti Præses illius Arcis veteris, eo anno 1641. D. Andreas degebat.

Ejus mater gravida sibi visa est audire sonum sensibilem ab eàdem filia adhuc in proprio utero emissum, & in ipso sui ortu capillis usque ad collum oblongis apparuit instructa, tali omnium admiratione, ut ejusdem Genitor pluries diceret, se tantum vitæ spatium optare, quousque videre posset exitum in filia, & quid sibi tam insueta conceptionis, & nativitatis accidentia portenderent. In pueritia virilem animum semper demonstravit, nedum arma militaria, cum posset, libenter tractando, sed etiam cùm, mortuo in eadem Insula ejus Genitore, Patriam repetere cum tota familia Mater ejusdem coacta est. Cùm etenim in ea navigatione sæva tempestas oborta esset, trepidantibus omnibus, sola filiola texennis imperterrita litanias Virginis alta voce canebat, quinimò ipsamet solari Matrem afflictam quandoque allolebat, et in omnibus adultam virtutem quamvis in teneris annis monstrabat. Exinde clariorem, quàm ætati illi evenire soleat, Dei cognitionem intus accepit, & misericordiam in pauperes quibus omnibus poterat modis exercebat, à Deo invicem tum delicias, tùm animi afflictiones permultas reportans, semper tamen eadem, servire Deo, & B. Virgini numquam destitit. Grandior facta, cum audisset virtutes bonas, quibus in Dei, Virginisque obsequium proficiebant quotidie nostri Ordinis Moniales de Burano, vehementi desiderio incensa est Institutum illud amplectandi, simulque, reiteratis precibus, apud Matrem institit, ut sibi in præfato Monasterio cum cæteris illis Sororibus convivere liceret. Buranum Insula quædam est per sola quinque milliaria à Serenissima Venetiarum Urbe, cui subdita est in dominio temporali, distat, in spiritualibus verò Episcopatui Torcellensi subiacet. In hac Insula Ven. Soror Benedicta Rossi nostri Ordinis Tertiaria, [de qua fusè ad annum 1648.] Monasterium præfatum ope benefactorum fundavit, sanctisque legibus instruxit. In hoc itaque Monasterium Joanna Antonia, sui denique voti compos facta, intravit anno salutis 1655. suæ verò ætatis 13. recurrente solemnitate Purificationis B.M.V., cumque Religiosum induisset habitum in omni prorsus virtutum genere toto primo anno suæ probationis (duplici enim anno ex instituto Sorores Novitiæ ibidem probantur) exercita fuit. Quo tempore quiddam accidit eò loci satis portentosum. Vix namque Monasterium ingressa fuerat Joanna Antonia, cum vetustissima quædam imago devotissima Salvatorem mortuum in ligno repræsentans, quæ ex antiquissima traditione refertur illuc prodigiosè appulisse, super Atrium exterius Monasterij locata erat, superque illud Atrium Chorus Monialium ædificatus fuerat. Ibi quadam nocte congregatis Monialibus ad psallendum horis matutinis de more, subito rumor quidam non modicus in Atrio eodem obortus, omnes Sorores terrore non minus quàm admiratione replevit, cum in eodem Atrio, quòd ferreo cancello nocte occludebatur nemini pateret aditus. Mane facto non minori stupore Imago illa suo loco mota inventa est, inversa facie non populum transeuntem, uti prius, sed ex opposito Monasterium, & Moniales inspiciens. Rei novitas diversas admisit interpretationes, inter quas illa erat, id in gratiam Novitiæ Joannæ Antoniæ (nondum enim mutaverat nomen) accidisse, quasi vocationem ipsius illo signo Dominus approbasset. At verò Magistra Novitiarum ex hoc ipso motivum arripuit ipsammet Sororem exquisitis mortificationibus magis magisque probandi; sed & narratio quorumdam

Ejus animi dotes.

Religionē Servorum B. M. V. ingreditur.

som-

somniorum, ut accidit in Joseph, strictioris in eandem Novitiam occasionem præbuit probationis. Quin etiam [Deo permittente] quæcumque vel ageret, vel diceret eadem Soror Joanna Antonia in deteriorem partem accipiebantur, adeò ut parum absuerit quin penitus excluderetur à Capitolaribus suffragijs in ejus admissione ad secundum Novitiatum.

Ejus probationes tum externæ, tum internæ.

Tunc verò temporis immutato nomine Maria Archangela nuncupata est, varijsque deinceps à Deo illustrationibus, ac deinde tentationibus, & difficultatibus probata fuit, etiam post emissam solemnem professioné, obtrectationes adhuc, contumelias, irrisionesque per multum temporis spatium, annosque quamplures magna cordis constantia, vultu semper imperterrita, pertulit ex eo, quod à pluribus eas, quas à Domino locutiones internas audiebat, illusiones, ac Dæmonis, vel superbiæ propriæ, adinventiones haberentur, una tantummodo ei relicta externa consolatione, quâ fruebatur ex intima familiaritate Sororis Angelicæ non mediocris virtutis fœminæ, quam illi Dominus ad fundationem, ut infra dicemus, Sociam designaverat. Ad hæc adijciebantur internæ desolationes, & timores, quibus persæpe tentabatur dubitans, ne revera lumen, quod in se apparebat, tenebræ essent, & maligni spiritus illusiones. Quare tota cordis humilitate non cessabat ad Dominum clamare, ne se deceptam perire permitteret. Qui verò consolatur humiles ad se clamantes, Famulæ suæ preces audivit; nam Ipsemet Confessarius, Vir alioquin doctus, & pius, qui eam forsitan probandi causa, multum exagitaverat, & dejecerat, tandem per epistolam eamdem sic est consolatus, & ad prosequendum iter inceptum in Dei servitio confortatam ita animavit, ut exinde majorem cordis ad quæque graviora perferenda constantiam acquisierit. Ex tot, tantisque purgationibus non modicos [Deo largiente] fructus retulit, nempe ferventiorem spiritus cum Deo unionem, sublimiorem in adversis cum Dei voluntate conformitatem, & quod eam præcipuo affecit gaudio, perfectiorem corporis, & animæ puritatem, quâ turpibus motibus, ac phantasmatibus insensibilis ferè dominabatur. Eo tempore intus edocta est, ad promovendam majorem Dei gloriam, salutemque animarum electam fore, maximè in Ordine Servitano reformando.

Monasterij Arcensis Fundatrix.

An verò Divina fuerit hæc illustratio, vel solum conatus humani intellectus magna meditantis alij viderint, meum enim referre est, non judicare, quæ gesta sunt. Illud certum est, quòd ab Imperatore Leopoldo I. qui eam plurimi faciebat, Monasterij Arcensis in partibus Tyrolensis Comitatus Tridentinæ Diœcesis obtinuit fundationem magnis ejusdem Cæsareæ Majestatis impensis, inceptam, perfectamque, sub titulo Mariæ Virginis Dolorosæ, eique Monasterio quamplures annos præfuit, & Monialibus Reformatis Ordinis nostri sanctissimas leges à se ipsa conditas exhibuit, ad ejusdem Imperatoris preces ab Innocentio XII. anno 1699. confirmatas, quæ typis quoque Romæ anno eodem impressæ leguntur. Quia verò Fundatio hæc pluribus, ijsque singularibus accidentibus admodum repleta est, quibus animi constantiam imperterritam ejusdem Sororis Mariæ Archangelæ magis magisque dignoscere possimus, ipsiusmet historiam manu propria ex præcepto P. Generalis Poggi jam tunc descriptam, hic apponere legentibus ingratum fortè non erit, cum ex ea maximè, cuius spiritus hæc Virgo fuerit, agnoscere cuicumque datum sit.

Nos Fr. Joannes Franciscus Maria Poggi olim Sacri Ordinis Servorum B.M.V. Prior Generalis, nunc verò Dei, & S. Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Sancti Miniatis.

PRæsentium tenore fidem facimus, atque medio Juramento nostro testamur, qualiter ad Dei, ejusque Sanctissimæ Matris Virginis gloriam, nostrique Sacri Ordinis decorem præcepimus olim pro merito sanctæ obedientiæ Sorori Archangelæ de Biondinis claræ mem. primæ Matris, ac Fundatricis Servorum B.M.V. Reformatarum, degentium in Ven. Cæsareo Conventu de Arcu Tridentinæ Diœcesis, narrationem in hoc libro contentam. Itemque pari, similique juramento testamur, dictam narrationem fuisse, & esse exaratam proprio charactere dictæ Sororis Archangelæ nobis optimè noto. Cujus rei gratia præsentes nostra manu subscriptas, nostro Sigillo muniri mandavimus; in Palatio nostro Episcopali Sancti Miniatis die 29 Junij 1713.

Fr. Joannes Franciscus Maria Episcopus S. Miniatis.

Loco ✠ Sigilli.

D.G.

D. G. A. M.

Benedicta sit Sancta Trinitas.

Reverendissimo Padre.

TEngo essere stata disposizione Divina, che la Paternità Vostra Reverendissima si volesse degnare di portarsi a questo Cesareo Convento per consolare Paternamente noi sue indegne figlie, poichè da tale visita ne è risoltato, che la P. V. R. mi abbia obligata col merito della Santa ubidienza scrivere tutta la serie di questa Cesarea fondazione; e fu anche disposizione, ò inspirazione di Dio, che la di lei bontà mi obligasse l'esser diffusa, nè astenermi per modestia dal rappresentare tutte le cose, & ogni particolarità, il che mi hà servito di regola, per non lasciare molte cose da me tenute superflue; avendo anche voluto il Signore, che questo Reverendissimo Monsignore Arciprete nostro Confessore mi obligasse specificare molte minuzierie poco da me considerate, e che mi assicurasse non mancare alla carità nel rappresentare gli accidenti occorsimi nel mio primo Convento di Burano; poichè questa è stata la causa di non aver io mai applicato allo Scrivere questa fondazione, quale è così unita agli accidenti della mia vita, che non averei saputo scrivere una, senza toccare l'altra, e però pensavo lasciarla a Dio, nè scriver cos'alcuna di questa santa opera, quale è tutta dello stesso Dio, ne sò di avere in essa parte alcuna, se non tanto quanto la Maestà sua Divina si è compiaciuto di darmi lena, e spirito; per altro sarei restata nella mia propria impossibilità, e miseria. Certo è, che se da principio di questa fondazione avessi principiato a far versi, molte cose particolari di più delle notate si saprebbero, e con assai maggior ordine, e puntualità, ma adesso confesso la debolezza della mia memoria, quale ha posto in oblio moltissimi particolari, come pure li tempi, e l'ordine. Tutta volta la di lei Paterna bontà supplirà col compatire ad ogni mia mancanza, e creda, che per solo obbedirla, ho scritte molte cose, che pensavo lasciarle sotterrate nel silenzio, ma il Signore l'ha voluto per li suoi altissimi fini; che sia in eterno benedetto.

Ora, Padre mio Riveritissimo, comincierò con tutta verità, e sincerità a rappresentare quanto mi ha obligata.

Credo, che la particolar divozione de' miei Genitori a Maria Santissima addolorata abbia meritato che due loro Figliuole vestissero questo Sacro Abito de' Servi; Io fui la prima, che prevenuta da Dio nelle sue misericordiosissime Benedizioni, fino da' miei teneri anni mi mostrò il Signore l'infinito suo Amore, per il quale voleva oprare in me cose mirabili alle menti umane, così più volte si espresse meco la sua immensa bontà. Fui chiamata con modo particolare a questo Sacro Ordine de' Servi, poichè con due visioni mi mostrò il Signore quello voleva operare in me: una, che fà a proposito per questa narrazione, io la rappresento.

Ero in età di tredici anni, quando una mattina nel far del giorno, stando fra la vigilia, ed il sonno, parvemi di trovarmi in una gran Sala tutta luce, e splendore inenarrabile. Stavano in essa sala due maestosissimi Troni pure tutti di luce, e splendore contesti; sopra uno di essi sedeva nostro Signore, e sopra l'altro la Vergine Santissima. Io mi trovai non sò come prostrata à piedi del Signore, & udii, che esso Signore parlava alla Vergine Santissima, dicendo: *Madre mia carissima, vi raccomando questa mia cara Anima:* al che la Vergine Santissima quasi tutta liquefatta in dolcezza verso il Divino suo Figlio, rispose con voce amorosa: *Sì, Figlio mio carissimo mi sarà raccomandata, anzi voglio riceverla sotto il mio Manto, e voglio, che sia una mia cara Serva.* Allora il Signore soggiunse: *Dunque Madre mia datele la vostra benedizione;* Al che la Vergine rispose: *Sì Figlio mio, ma prima beneditela voi;* allora il Signore alzò la sua destra divina, e mi benedisse, e poi la Beatissima Vergine mi benedisse ancor ella, e così terminò la visione. Restai per le dette due visioni, e per la narrata in particolare molto desiderosa di servire il Signore, e la Vergine Santissima, ma non avevo cognizione alcuna di questo Sacro Ordine; onde pregavo sempre la Beatissima Vergine, che ella mi ritrovasse il stato, e il luogo dove la dovevo servire; così fece la Vergine Santissima, e con modo particolare. Entrai dunque nel Monastero delle Monache Servite in Burano in età di tredici anni, e sette mesi: questo Monastero fu fabricato di elemosine, che una Serva di Dio Pinzochera, ò Terziaria de' Servi ritrovò da i Fedeli suoi divoti della medesima per la fama della sua santa vita; ma dopo fatto il Convento, ò per divina permissione, ò perchè stava quasi sempre inferma nel letto, non applicò allo stabilire le costituzioni, come intendeva, che si vivesse; onde ne lasciò il pensiero alle prime Monache, quali presero diversi punti da più Ordini, e ne formarono un corpo di Costituzioni, qual'era, come un misto confuso, poichè non si distingueva, se fossero Servite, ò Cappuccine, ò Benedettine, ò de i Minimi, essendovi in esso di tutti un poco; e così anche era l'Abito, poiche sopra le carne vestivano tutto l'Abito de' Cappuccini, e di sopra quello de' Servi, come li Padri di Venezia, cioè di scotto largo, e lungo, di modo che la Gente le cominciò à nominare Cappuccine, ne hanno più potuto levare tal nome dalle bocche di tutti.

La povera Fondatrice per questa causa di essere l'Abito, e le Costituzioni così imbrogliate, venne a perder molto della stima di

sua

sua bontà; poichè li Vescovi, e Confessori più volte gli mutarono l' Abito, e fecero diversi Ordini, ò decreti, per li quali ogni volta nascevano confusioni, disunioni, e mormorazioni ne' Secolari; e pure la Serva di Dio non ne doveva aver colpa alcuna, perchè la sua intenzione era santa, ma non seppe fare più di così. Io non la conobbi, perchè entrai in Convento quattro anni dopo la sua morte; il suo Corpo stà in una Cassa di marmo nel mezzo del Capitolo con la sua Inscrizione sopra.

Ora, dunque, entrata, come sopra in detto Convento, pochi giorni dopo il mio ingresso, mentre una notte doppo il Marutino stavo mezza svegliata, parvemi ritrovare in un certo luogo del Convento vicino ad un Orto; & ero sopra la Porta di esso, quale era così pieno di altiss.me spine, balzi, e precipizij, che rendeva sommo terrore: in mezzo di esso eravi una bellissima Monaca vestita giusto, come la Madre Abbadessa del Monastero, quale mirandomi con allegra faccia, m' invitava ad entrare in quell' Orto, ma io gli dissi, *ò cara Madre, e come vi piace, che io entri in mezzo à tante spine, e balzi?* allora la Monaca mi prese per la mano, e mi tirò nel mezzo di quelle spine, poi levando gli occhi al Cielo, con un celeste sorriso dissemi: *a rivederci colassù*, & ella sollevossi al Cielo, mi sparve. Intesi, che quella era la fondatrice del Monastero, quale mi fece un' altra grazia; poichè essendosi ammalata una Novizia mia compagna, nè giovandole rimedij, la Madre Maestra le portò una Crocetta della Madre fondatrice, acciò si segnasse con fede, ma nulla giovando, il Confessore disse alla Maestra, che mi facesse segnarla con detta Croce, & lo feci l' ubidienza, e poi andai al ritratto di essa Madre, e la pregai molto, che mi volesse fare questa grazia, come mi aveva ordinato la Maestra, e quel ritratto mi si mostrò tutto allegro, e diede una viva speranza di consolarmi, e così lo stesso giorno la Novizia guarì della febbre, e in due, o tre giorni restò sana del tutto.

Piacque però al Signore, che dal primo giorno, che io entrai in Monastero vi fussero alcune, che molto mi aborrivano, e questo tengo per una altissima disposizione divina, poichè essendo io di naturale vivace, e spiritoso, di tratto sociabile, & affettuoso, & avendo molta superbia, e vana stima di me stessa, che così devo credere, stante alle continue, & aspre umiliazioni, che mi ha fatto il Signore, che se non fussi stata inclinata a tali vizij, e passioni, il Signore non averebbe trovato mezzi per tanto humiliarmi; sicchè stante alla mia superba natura Iddio per mio bene, e per mia salute ha permesso, che molte Monache mi prendessero ad umiliare, e sprezzare, il che forse sarà stato senza loro colpa, ma così eccitate da Dio per il mio bene; che però io mi conosco specialmente o-

E bligata a Dio per questa gran custodia avuta di me, col farmi tenere sempre depressa, & avvilita, nel tempo istesso, che la Maestà Sua mi accarezzava, e favoriva, e che da' Grandi mi faceva stimare, & onorare.

Fui, dunque, sino da principio tanto aborrita da alcune delle mie Monache, che è incredibile quello fecero, dissero, e fecero contro di me per lo spazio di 33. anni, che stetti con esse in quel Convento, ne qui è luogo da trattare sopra di questo; solo dirò, che credo bene abbi voluto il Signore verificare le sue promesse tante volte fattemi, cioè di volermi fare simile alla sua avvilita, e sprezzata, e perseguitata umanità, quanto però può la Creatura esser fatta capace di un tanto bene; onde quando la mia parte inferiore si

F doleva col mio Signore, la sua pietà mi rispondeva, *non sai, che io voglio fare simile a me nelle pene?* sempre però, come dissi, quanto può esser capace la Creatura; di modo che prima di effettuare il Signore l' opera sua in me circa questa santa Riforma, ha voluto farmi annichilare in me medesima col mezzo delle Creature; ma le più ottime annichilazioni ha voluto il Signore farle lui stesso in me con modi mirabili.

Ora sino da Fanciulla cominciò il Signore a farmi intendere di avermi eletta per guida del suo Popolo, e che voleva, che lo dessi norma di vivere alle sue amate Anime, che però infondeva in me la sua vera dottrina, ac-

G ciò secondo questa stabilissi il modo di vivere spirituale per quelle Anime, che mi averebbe date da reggere; mentre ero al Secolo non potevo intendere il senso del Signore, ne esso me lo manifestava, e però me la passavo fra le ansiose brame di poter essere tale quale il Signore mi voleva: Fatta poi Monaca, che appunto feci la solenne Professione il giorno della Beatissima Vergine della Neve li 5. Agosto festa principale di questa Chiesa del Monistero, principiò il Signore più chiaramente a farmi intendere il suo eterno volere, & avermi eletta per una Riforma del mio Ordine, communicandomi tanti e tali lumi, e facendo all' Anima mia tante grazie, e misericordie, che egli solo le potrebbe narrare,

H essendo impossibile, che io possa del tutto spiegarle; andavano però del pari le tribulazioni con le consolazioni, poichè come notai, erano sei, o sette Monache, elette, credo da Dio, per mia erudizione, quali operavano così bene in mio sprezzo, travaglio, e depressione, che non mai si potrà intendere a pieno la stravaganza delle pene, & angoscie, che soffersi, benchè senza virtù, anzi con grandissimo, e sensitivissimo risentimento del mio amor proprio, quale mi faceva provare agonie di morte per la vivacità del mio naturale, e per l' acutezza, e chiarezza d' intendere, che Iddio per sua pietà mi ha data. L' altre Monache non mi erano tanto contrarie, anzi alcune mi portavano affet-

affetto, ma era debole, perchè ad ogni mi nima ciancia delle prime, che erano delle maggiori, anch' esse mi erano contrarie; una sola mi fu data dal Signore con modo particolare per qualche mio conforto, essendo Anima di molta bontà, prudenza, e segretezza, con la quale potevo confidare il mio cuore, et ella il suo a me, nè si moveva punto a mia difesa per non contrafare alla mia volontà, e perchè intendeva esser tali le Divine disposizioni, a riguardo, che il Signore sempre mi faceva intendere li molti, e gravi travagli, che voleva io soffrissi per farmi simile a lui, come hò scritto di sopra; aggiungendomi, che siccome esso, per ridurre a fine l'opera della Redenzione, aveva sofferto tante innumerabili pene, e tormenti, che così voleva, che per ridurre a fine la Riforma da me voluta, io soffrissi grandissimi travagli, e pene, mostrandomi però il gran bene, che averebbe fatto resulta e, e massime per mezzo de' Padri, mentre il Signore voleva, che non solo la Riforma fosse nelle Monache, ma anche ne i Frati, cioè, che facessero de i Conventi di Frati, che vivessero con queste medeme Constituzioni, secondo la suavità, e discretezza del suo santo spirito à me vilissima comunicato in tanta abbondanza, e reso il mio intelletto così chiaro per penetrare il fondo della purità della virtù, e tanto addottrinato di profonde cognizioni, che è ben dovere rendere alla Divina Pietà una continua lode, e benedizione; vivevo però afflittissima, perchè non avevo Confessori, che mi volessero dirigere, nè sentire le cose mie, mentre le Monache li riducevano al loro partito, e ne' loro sentimenti, che fussi illusa dal Demonio, superba, ambiziosa, e pretendente voler riformare il Monastero; questo motivo gli fu dato da un gran Servo del Signore fino ne' i primi giorni, che io entrai in Monastero; mentre essendo venuto per Confessore estraordinario, e sentita parte del mio interno così alla breve, prima di partire parlò alla Madre Abbadessa di me, e li disse molte cose in mio favore, fra le quali, che Iddio averebbe operato cose grandi per mio mezzo, e che sarei stata Riformatrice di quel Convento; quali cose avendo l' Abbadessa riferite alle Monache, furono motivo dell'avversione, e contradizione, che mi presero.

Ora trovandomi bisognosissima di un'Confessore a mio parere, ne porgevo continue preghiere al Signore, e con lacrime lo chiedevo per sicurezza del mio spirito; ma Iddio conosceva, che era meglio per me non lo avere, perchè mi fece toccar con mano quello non mi sarei mai persuasa de'Confessori, quali è stato molto meglio mi odiassero, e sprezzassero, che amarmi, ovvero credermi; mentre quelli, che mi hanno amato, non seppero farlo, come dovevano, ma fermandosi solo nelle qualità, e talenti, declinavano dal vole-

A re di Dio, e loro debito; sopra di che oh quanto averei da scrivere per li grandi lumi, che sopra la direzione de' Confessori mi ha comunicato il Signore, e sopra il loro modo di esercitare tale offizio. Così dunque intendendo essere volere di Dio, che non avessi Confessore, che mi ascoltasse, nè meno volendo il Signore, che leggessi libro alcuno fuori, che il Sacro Evangelo, & il Breviario, il che mi comandò il Signore espressamente, però lui solo mi era pietosissimo, & amorosissimo Maestro, & egli mi aprì l' Intelletto per intendere il latino, non quello, che voglio io, ma solo quello, che piace a lui, come pure mi diede capacità di apprendere il scrivere da mia posta, essendo entrata in Convento, che non sapevo tener la penna

B in mano, nè le mie Monache si curavano insegnarmi per timore, che un giorno potessi esser quella, che il Servo di Dio gli aveva detto; ma il Signore seppe fare in me quello, che la Maestà Divina sua aggradiva; e sempre mi diceva voler esser egli solo il mio Maestro, & il mio tutto.

Passandomela dunque in questo modo essendo in età di 20. o 21. anni poco più, o meno, che ben non mi ricordo: Stando un Venerdì Santo alla Santa Messa, quando il Sacerdote intuonò quelle parole: *Oremus, & pro Christianissimo Imperatore nostro Leopoldo* nello stesso punto il Signore mi rapì a se stesso, e fecemi intendere, come la sua eterna Sapienza aveva eternamente disposto, &

C eletto esso Imperatore per me, cioè per mezzo unico per effettuare in me il suo eterno volere circa l'Opera della nuova Riforma manifestatami, & intesi molte verità, e segreti altissimi di Dio, de' quali non ne sò, nè posso parlare, o scrivere, essendo abissi profondi, che Dio non vuole se ne parli; non vi essendo vocaboli aggiustati per manifestarli, ma solo in Cielo s' intenderanno, ove il linguaggio è purissimo per esser solo intelligenza, ovvero Intelletto purgato, e beatificato.

Inteso dunque, che ebbi, come l' Imperatore era eletto da Dio per mezzo proprio all' adempimento de' suoi voleri, desideravo sapere chi fosse esso Imperatore, & ove abi-

D tasse, mentre allora ero del tutto insipiente delle cose del Mondo, e credevo non vi fosse altri, che governasse il Mondo, che il Principe di Venezia, nè sapevo vi fossero altri Paesi, e Stati, se non quelli, che sentivo nominare del Dominio Veneto; però volsi communicare quanto avevo inteso col Confessore per paura di non essere ingannata in questo punto dell'Imperatore, e queste furono le parole positive dettemi dal Signore, cioè, *Vedi, figlia mia, questo è quello, che hò eletto per te, per manifestare col suo mezzo i miei voleri sopra di te*. Quando il Confessore udì questo, sprezzommi, e mi derise, con dire; *Doverete dunque diventare Imperatrice*;

questo è un grande inganno del Diavolo per farvi cadere in superbia, e farvi perdere in simili pazzie; onde restai afflittissima, ma il Signore mi consolava, & assicurava, che a suo tempo ne averei veduto l'effetto; e tanto zelo mi posi nel cuore verso esso Imperatore, che parevami fosse, come cosa mia donatami dal Signore, però oravo assiduamente per esso, e sentivo li suoi travagli, o allegrezze, come mie proprie, il che è sempre durato, e tuttavia dura, e persevera in me verso quel Monarca.

Dopo un anno, o due piacque al Signore mandare per estraordinario un suo gran Servo molto stimato in Venezia, e per bontà, e per dottrina, e per l'autorità, che aveva sopra i Demonj ne' corpi ossessi; questo venne per espressa volontà del Signore, il che fu in questo modo: Pregai la Madre Abbadessa, che scrivesse ad un altro Servo di Dio, acciò il Signore le manifestasse chi dovevo ricercare per estraordinario da poterli comunicare il mio interno; & il Servo di Dio rispose, che il Signore voleva venisse il Sig. Pievano di S. Giovanni di Rialto. La Madre Abbadessa scrisse ad esso Signore Pievano, e lui rispose, che lo compatisse a causa, che naturalmente era così timoroso dell'acqua, che non poteva senza suo gran male porsi in essa, che però non poteva venire; lochè udito da me, mi portaj innanzi il Santissimo Sagramento, e dirottamente piangendo dissi: *O Signore mio, come posso io intendere, nè eseguire la vostra Santissima volontà? se questo vostro Servo non vuol venire?* Il Signore mi rispose; *voglio, che tu gli scriva, e verrà subito*; così pregai la Madre Abbadessa, che mi lasciasse scrivergli due righe, & ella si contentò; Quando il Servo di Dio ebbe la mia lettera mi rispose subito, che se avesse dovuto anche annegarsi, non averebbe lasciato di venire, e così fece. A' questo dunque apersi il mio cuore, e le conferij quanto avevo inteso più e più volte nell'orazione circa la Riforma di Monache, e di Frati. Esso dava molte lodi al Signore, e con dottrina mi mostrò essere lo spirito del Signore quello, che mi guidava, e che voleva oprare in me, e per me cose mirabili à sua eterna Gloria: Dissemi però, che la Riforma mi doveva costare grandissimi travagli, che però voleva con alcune prove renderla ad altri sicura, e voluta da Dio; e perchè diceva, che la Riforma degli Uomini sarebbe stata assai più impugnata di quella delle Donne, che però ordinommi, che per otto giorni dovessi fare continue Orazioni al Signore, e certe penitenze, pregando la Maestà sua Divina si volesse degnare di farmi esente dalla Riforma degli Uomini, e che gli scrivessi tutto quello mi occorreva in detti otto giorni. Cominciai l'Orazione, nella quale patii pene di spirito inesplicabili, perchè mi sentivo ributtare l'Orazioni, e sempre più assicurarmi essera tale il Divino volere; Io però non cessavo di orare, e piangere, con fine,

E che il Signore mi facesse esente da tale Riforma d'Uomini. Un giorno mentre dicevo il Vespro in Coro, a quelle parole *in splendoribus Sanctorum*: mi diede il Signore molte intelligenze; fra le quali, che la Maestà sua faceva queste Opere grandi per illustrare, e far risplendere il merito de' suoi Servi. Non ostante questo proseguivo la mia Orazione; anzi un giorno tutta afflitta dissi al Signore, *ò Signore mio, mò perchè non vi piace esaudirmi? Vi prego pure per obbedienza; E voi Signore mio potete pure tutte le cose; mò perchè non mi fate la grazia, che vi domando?* Il Signore mi rispose: *O cara Figlia non posso esser contrario a me stesso;* dalle quali parole io intesi, che essendo stato esso, che mi

F aveva manifestata la Riforma, e volerla per mio mezzo, non poteva poi esentarmi da essa, come io pregavo. Scrissi il tutto al Sign. Pievano, quale mi replicò, che per altri tre giorni seguitassi la stessa Orazione; e mentre un giorno così oravo al Signore, mi disse alcune parole sopra lo stesso Sig. Pievano, quali pure scrissi allo stesso a capo di tre giorni, & egli mi rispose, che così bastava, e però non facessi altra Orazione sopra di questo, ma solo attendessi con umiltà il tempo prefisso dal Signore, il qual tempo però non mi era manifestato da Dio, nè meno, che dovessi principiare la Riforma in un nuovo Convento, anzi sempre credei doverla principiare in quello, ove mi trovavo, e però mi affaticavo con

G le Orazioni, Penitenze, e Discorsi che facevo con le Monache per disporle alla Riforma; ma come non sapevo, che vi fossero Padri Riformati nell'Ordine, così credevo dover far io le *Costituzioni*, il che mi si rendeva penoso, perchè desideravo ben si vedere la Riforma, ma averei voluto non esser considerata per niente in essa; e però supplicavo il Signore mi facesse venire in luce del primo modo di vivere de' nostri Santi Padri Fondatori, per poter fondare ancor io le Costituzioni, e modo di vivere sopra loro.

Un'altro gran Servo di Dio Padre Domenicano, Uomo Apostolico, e tenuto per Santo, e per la Predicazione, e per miracoli, che Dio operava per suo mezzo, questo

H pure venuto per estraordinario a mia petizione, le confidai, come al primo; quale essendo Uomo di pochissime parole, pure si trattenne meco con grandissima Carità più ore, e finalmente dissemi, che lui non poteva dubitare inganno alcuno, anzi credeva, che Dio volesse dilatare, e decorare l'Ordine Servitano per il mio mezzo, che però amassi Dio pure di tutto cuore, e con umiltà mi lasciassi guidare dalla sua Divina mano, aggiungendomi, che sebbene non aveva mai voluto comunicazione con Monache, ad ogni modo mi dava licenza, che gli scrivessi li miei bisogni di spirito, sentendosi così stimolato di fare; onde per due anni mi lasciò

il

il Signore questo poco respiro di scrivere al Servo di Dio; perchè al primo, cioè al Sign. Pievano, non voleva la Madre Abbadessa, che scrivessi, parendole mi avesse troppo lodata, onde diceva, mi sarei levata in superbia; e così sarebbe stato, se Iddio non si fosse impossessato di tutta la facoltà del mio interiore. Scrivevo dunque alcune volte al Padre Domenicano, e lui essendo così umilissimo mi rispondeva; ma doppo due anni un giorno, che mi trovavo in orazione innanzi il Santissimo Sagramento, intesi dal Signore, come mi voleva levare quel conforto, et esser egli solo tutta la mia consolazione, onde mi abbandonai al suo smisurato Amore; Dopo alcuni giorni mi venne avviso, che il Servo di Dio era morto, e poco dopo morì anche il primo, tutti due con fama di Santità. Conferii anche con tre Padri Somaschi, due de' quali furono Generali del loro Ordine; l' altro era un gran Teologo, e famoso Predicatore, questi tutti mi assicurarono, che non ero ingannata, ma che Iddio mi guidava per vie mirabili, e che fussi certa essere eletta per introdurre la Riforma nel mio Ordine: uno di questi mi diceva, che se Dio lo avesse lasciato vivo fino al tempo, che potesse vedere la Riforma degli Uomini, che lui certo averebbe voluto essere de' primi passando dalla sua Congregazione a questa santa Riforma. Parimente conferii con un altro Padre Domenicano, quale aveva non sò che carica nel Santo Offizio; questi, a tutto quello, che gli dicevo, lui mi rispondeva, che era il Demonio, e tutte le operazioni del mio interiore, e quanto provavo nell' Orazione, tutto diceva, che era il Diavolo, che mi aveva così presa, e legata, e che mi faceva provare quelle veemenze amorose. Io non mi attristai niente per questo, poichè mi conoscevo ben meritevole di esser lasciata da Dio alla potestà d' ogni diabolico inganno; ma stando un giorno in Orazione, e provando le solite violenze amorose dissi al Signore: *E come posso io credere, o Signor mio, che siate voi quello, che opera in me, se il Padre mi ha detto, che è il Demonio*; allora il Signore mi pose in mente quel versetto del Salmo *Captio, quā abscondit, apprehendat eum*, facendomi intendere, che il Padre avea voluto occultarmi quella forza del suo divino Amore, nella quale ero stata presa, e che però da la stessa fusse pur preso anch' esso. Con un altro Santo Pievano conferii il mio cuore, del quale poi si servì il Signore per accrescere le mie pene; poichè egli aveva una Santa Vergine sua Penitente nobile Veneta, ma ossessa fino da tre anni di sua età, e conducendola una volta al Monastero, quando fu in Chiesa, e noi tutte in Coro, non sapendo alcuna di noi, che ella fosse ossessa, cominciò lo Spirito a gridare, e strepitare, parlando di me, e dicendo, che lo abbruciavo, e tormentavo; onde il Popolo presi di me concetto, ma le Monache si persuasero, che io avessi pattuito col Demo-
A nio, e che per farmi creder Santa lo facessi così gridare, onde mi tenevano persa, e dannata, e credevano fare a Dio un gratissimo Sacrificio col levarmi la vita, quale posso dire con verità, che Dio me l'ha donata più volte col liberarmi dalla morte, procuratami in diversi modi; ma il Signore mi dava un grand'animo per non temere; e se pure alle volte, come Donna ero soprafatta dal timore, non volevo però mostrarlo, anzi passavo pel mezzo di quelle, che stavano radunate per offendermi, e con sorriso gli dicevo: *Vedete, care Madri, che non avete alcuna potestà sopra di me, nè potete fare quello volete, perchè dunque vi rodete tanto nelle passioni contro di me, e perdete il tempo, e gli pensieri, che dovreste*
B *indrizzare a Dio?* Elle restavano stupefatte del mio ardire, & io ammirata della pietà di Dio verso di me.

Con tutti gli estraordinarii, che venivano al Monastero quattro volte l' anno, se erano dotti, sempre conferivo loro quello mi permetteva il tempo; giacchè con gli Ordinarij avevo esperimentato esser meglio per me, che mi aborrissero, e non mi credessero. Fra questi fu un Padre Teatino molto stimato in Venezia, dico fra gli estraordinarij, col quale avendo pure trattato della Riforma, voleva egli indurmi a mutar abito, e farmi Teatina per fondare un Convento di Monache Teatine, avendo egli Dame sue penitenti, che gli averebbero dati li mezzi, e si obbligava egli
C farmi venire la dispensa di mutar l' abito; ma io non volsi consentire, perchè il Signore mi voleva per l' Ordine Servitano, & a quello solo mi chiamava, ad operare, & affaticare, che però non tralasciavo occasione alcuna, nè ommettevo tempo per disporre le Monache più docili ad abbracciare la Riforma, esortando con quelle dottrine, e maniere discrete, che il Signore mi aveva comunicate; ma ne ricavavo solo sprezzi, vilipendij, derisioni, odij, e malevoglienze, con un' cumulo d' altri travagli in diversi modi, e per diverse vie, poichè li Confessori riducevano il Prelato del Monastero a credere, come loro, e le Monache gli scrivevano con frequenza contro di me, spacciandomi illusa, super-
D ba, vanagloriosa, sovversora del Monastero, e de' Secolari, legata col Demonio, ingannatrice, faz oniera, Eretica, & in una parola un Diavolo in carne; essendosi in aggiunta sparsa fama, che avevo partorito tre volte in Monastero, poichè ogni volta, che mi veniva male senza febbre, dicevano, che era parto, e che la mia Madre Compagna mi faceva l'ostetrice; sopra di che un Confessore con le Monache mie emule, anzi mie vere amiche per il mio bene, formarono Processo con deposizioni mischiate, che fecero stomacare il Prelato, quale voleva gastigare il Confessore, e le Monache; ma s'acquietò poi al sentirmi asserire, che tutto era permissione di Dio

per mio maggior bene, e di fatto il mio gran spiritaccio era bisognoso di tali contrapesi, per caminar giusto, e dritto nella via del Signore.

Cominciò poi un Concorso di gente a venire al Monastero per parlarmi, massime Nobili, e Religiosi di diversi Ordini, e Sacerdoti Secolari; & essendo io in età di 25. anni di colore vivace, allegra, e gioviale, & essendo in quel tempo una Abbadessa di naturale libero, e non posato, però ella mi espose a dare udienza alle finestre de' Parlatorj, e a tutti chi mi ricercava; nè bastando loro il parlarmi frequentemente, cominciarono a scrivermi, e l'Abbadessa voleva dessi risposta a tutti. Quando cominciarono a sentire le mie lettere, si posero in tanta avidità di averne, che a taluno ero obbligata scrivere ogni giorno. Fra' quelli, che mi visitavano eravi un' Arcivescovo, & un' Vescovo; questi due volevano ognuno di essi condurmi alla loro residenza per fabricarmi un' Monastero, acciò ivi potessi principiare la Riforma, della quale se n'era già sparsa voce per via de' estraordinarij, ma non tutti la credevano, e molti attribuivano, che io fossi d' un' animo grande, inclinato a far pompa de' proprij talenti, de' quali dicevano ero molto favorita dalla natura, nè sapevano attribuire ciò, che in me rassembrava loro di stupore, alla Grazia; perchè il Signore per sua pietà mi aveva di tal sorta fortificata, & assuefatta alla sua presenza, & a' suoi favori, che niuna dimostrazione, o segno esterno appariva in me, ma potevo portare il peso del suo Amore, e soffrire lo splendore della sua luce nel mezzo alle Creature, parlando, et operando tutto quello, che occorreva.

Per il Concorso dunque delle visite, e per esser io si giovane, e gioviale si levarono nuovi tumulti, asserendo le Monache a i Confessori, e con lettere al Prelato, che ero lo scandolo, e disonore del Convento, e che avevo non sò, se dicessero carta, o pietra per farmi amare, cioè una malia, cred' io, perchè non sò cosa voglia dir questo; a segno tale, che il Prelato cominciò a mandare diversi soggetti dottissimi per provarmi, quali sentendomi toccar la Riforma, subito mi condannavano per ambiziosa, & illusa, e dicevano essere un caso lacrimevole, che una Creatura dotata di si bel spirito, & altre qualità naturali, si fosse poi perduta solo per ambizione, e vanagloria di voler esser creduta Santa, e Riformatrice dell' Ordine, e tutti credevano, ch' io avessi molto studiato, e letti molti libri, et in particolare l'Opere di S. Teresa, e che da quella ne avessi ricavato inclinazione a voler essere simile ad essa, e pure di sedici anni mi aveva vietato il Signore ogni libro: e perchè componevo quantità di versi, ovvero ottave, o mezza ottava, quali molto piacevano a chi li sentiva, dandone la Madre Abbadessa a Religiosi, e secolari, però tenevano certo, che

E avessi studiato, e che spendessi molto tempo in studiare, nè potevano darsi a credere, che scrivessi, come scrivevo senza il fondamento dello studio; onde s'affaticavano per levarmi di Capo, dicevano loro, l'ambizione di voler essere Riformatrice: alcuni poi mi proponevano fondazioni, che però sei, o sette me ne furono proposte, ma il Signore solo mi confirmava voler da me la Riforma, ma non mi dava cognizione alcuna di nuovo Convento, perchè la sua divina Sapienza attendeva solo a fabbricare in me l'opera sua, scavando dalle radici le mie naturali passioni, & inclinazioni con li travagli, e calunnie, e fabbricando con i suoi doni, & ammaestramenti quello, che dilettava alla Maestà Sua di ve-

F dere in me, disponendomi sempre a nuove angustie, & a nuove sofferenze, mostrandomi quantità di travagli, prima di ridurre l'opera della Riforma da esso per mezzo mio voluta; onde per questo rifiutavo le proposte fondazioni, e dicevo, che il Signore voleva, ch' io operassi prima in quel Monastero, perchè così credevo.

Arrivarono dunque le mie angustie a segno tale, che la mia vita non era mai sicura, & il Prelato voleva darmi in mano del Santo Offizio, anzi si diceva, che sarei stata abbruciata viva, perchè credevano fossi legata col Demonio, e che fussi Eretica, e Maga; mi voleva il Prelato levar di quel Convento, ovvero in esso serrarmi fra due mura, e ivi

G lasciarmi morire, ma un' Religioso di molta bontà l'acquietò. Mandommi di nuovo altri Soggetti per fare aspre prove di me, quali non sapevano dir altro, se non che avevo dato in una frenesia ambiziosa di voler fare una Riforma, e che era gran compassione, che il Demonio mi avesse così allacciata, e dicevano, che le mie lettere mi facevano creder Santa, ma le mie vane pretensioni, e chimere mi mostravano ingannata, e perduta; Io non pongo qui le mie afflizioni di spirito, nè gli travagli interiori, che mi dava il Signore, nè quelli, che permetteva mi desse l' Inferno tutto, come fino da fanciulla mi mostrò in una visione, cioè che tutto l' Inferno era intento per divorarmi, e sbranarmi, se Dio

H glie l' avesse permesso.

Fece il Vescovo una Congregazione di Teologi per trattare sopra di me, e dopo lunghi discorsi non seppero, che concludere, se non che bisognava fare ogn' opra per levarmi di capo la Riforma, essendo che per questa mi perdevo in vane aspettazioni, & apportavo al Monastero tanto disturbo con danno mio, e dell' altre, così dicevano quelli Soggetti, perchè gia le Monache aveano fatto penetrare a' Secolari le loro passioni. Fece dunque il Prelato, che da diversi mi fosse parlato, e che con ragioni, e cō dottrine, chi con applausi, e lodi si affaticarono per levarmi di mente la Riforma, chi con minacce, e ri-

gori,

goti, chi con sprezzi, e derisioni, chi in un
modo, e chi in un altro fecero quanto puote-
to; ma io non dicevo altro, se non, che mi
lasciavo guidare da Dio, e che ero mandata
da esso al Mondo per eseguire la sua Divina
Volontà: che in quella solo mi fermavo, la-
sciando oprare alla Maestà sua quello, che
gli era a grado, e che non potevo dire, nè
confessare con verità, che la mia fosse ambi-
zione, nè vanagloria, nè pazza apprensione,
ma disposizione di Dio, che così aveva eter-
namente disposto di me.

Il Prelato si risolse di nuovo darmi nelle
mani dell' Inquisizione, e però ne trattò col
Reverendissimo Padre Inquisitore, e scrisse
a Roma per potermi levare di Convento, e
darmi in sue mani; ma il Padre Inquisitore,
che era soggetto di gran bontà, disse al Prela-
to, che lui era Giudice, e non Parte, e però
pensasse bene prima di mandare la lettera a
Roma, perchè se poi mi avessero trovata
Innocente, esso, & il mio Monastero ne
averebbero ricevuto smacco, e disgusto; co-
sì si astenne, e seguitò a farmi provare, e pro-
curare di ridurmi a credere, che ero inganna-
ta circa la Riforma. Furono tali, e tante le
mie angustie, & angoscie per causa di questa
Riforma, che è del tutto impossibile narrar-
le; furono però molto lievi, rispetto a quello
meritavano le mie colpe, & era il bisogno
del mio naturale per distruggerlo affatto, e
mutare in me li suoi sentimenti; come pure
riguardo a i favori, e misericordie, che di
continuo il Signore mi faceva; sicchè per me
non ho meritato nulla in tali travagli, anzi
demeritato per li miei risentimenti, e repu-
gnanze, che sentivo, quali erano sì intense,
che mi riducevano all' angonie, e fracassa-
mento degli ossi, che però spesso ero amma-
lata, tutto che al detto de' Medici sij benissi-
mo compléssionata, e di temperamento sano.

Fra queste vere consolazioni, che tali sono
le pene, e travagli sofferti per Cristo Signor
nostro, arrivai alli 26. anni della mia età, e
non sò come fosse, che mi fecero Maestra
delle Novizie, il che tutto prima mi aveva
scoperto il Signore, come anche tanti anni
prima mi manifestò, che sarei stata eletta Ab-
badessa, e mi mostrò i travagli, che dovevo
patire in quella Carica; quando le Monache
mi videro Maestra, più che mai adirare,
temendo tirassi le Novizie nel mio pensiero
di Riforma, fecero tutto quello, che Dio
gli permesse contro di me; poichè tutto il
motivo loro era questo, che non si potevano
dar pace, che io dovessi riformare il Mona-
stero, & esser loro Abbadessa; ma si vedeva
in effetto esser una permissione di Dio, poi-
che per altro mi amavano, & averebbero
voluto vedermi umile, e mortificata; onde
per questo procuravano abbassarmi, e sprez-
zarmi, onde io mi conoscevo obbligata alla
loro buona intenzione.

Occorse poi, che un Conte della Germa-
nia si portò a Venezia per suoi interessi, & a
A caso, o pure per Divina ordinazione s'abbat-
tè parlare con quel Padre Teatino, che mi
voleva far mutar l'abito Servitano nel suo, e
nel discorso, non sò come, venne il Padre a
parlare di me, onde al Conte gli venne desi-
derio di parlarmi, e andò per ottener licenza
dal Prelato, quale aveva proibito, che nessu-
no mi potesse più parlare, e che non andassi
più alle Grate a riguardo dello strepito, che
facevano le Monache, e delle invenzioni
trovate contro la mia onestà; il Prelato dun-
que non volse dargli licenza per parlarmi,
quale se n'ebbe molto a male, e procurò far-
mi pervenire una lettera per mezzo di una
mia Sorella Monaca, nella quale mi rappre-
sentava il suo desiderio, il disgusto ricevuto,
B e mi pregava d'Orazioni per la Maestà dell'
Imperatore. Io gli risposi, che erano più an-
ni, che assiduamente pregavo per sua Maestà,
nè averei mai lasciato di farlo, perchè così
voleva il Signore. Passarono poi altre lette-
re, & in una di esse scrissi alla schietta, che
Dio era per flagellare la Germania, e lo po-
tevo scrivere, perchè il Signore me l'aveva
fatto intendere, e comandato, che io orassi
assiduamente, come pure la Vergine Santis-
sima mi aveva detto il medesimo, e commes-
so, che molto pregassi per il Mondo; il Con-
te sentita la lettera si portò alla Corte in Vi-
enna, & avuta dall' Imperatrice Madre dell'
Imperatore udienza, le rappresentò questo
particolare; La Dama maggiore al sentir
C questo si mise a ridere dicendo, che non vi
era segno alcuno di tal flagello, e però non
ne fece caso; ma non mi ricordo, se uno, o
due anni dopo venne la peste in Vienna, &
allora la Dama si mutò di pensiero, e la stessa
Imperatrice mi scrisse più volte, come pure
la Dama; anzi cominciarono a scrivermi mol-
ti Cavalieri dell' Imperio, Baroni, Conti, e
Principi, Dame, e Principesse, e potevo
ben ricevere, e rispondere alle lettere, se
avessi voluto, perchè in quel tempo fui elet-
ta Abbadessa, essendo in età di trenta sei an-
ni in circa; e fù la mia elezione voluta da Dio,
prima, perchè già me lo fece intedere fino
nel Secolo, e poi nel Monastero più e più
volte mi mostrò, e fece intendere questo suo
D volere, e mi ammaestrò del modo, col quale
voleva, che reggessi l'Anime a me commes-
se; onde non ostante all' essere aborrita dalle
maggior parte delle Monache, ad ogni modo
volse il Signore, che fussi eletta a tal carica,
tuttoche il Prelato aveva contro di me mol-
te, e gravi querele. Il giorno, che fui eletta,
mi trovai in stato di perdere la vita, pure
Dio mi custodì con la sua miracolosa mano.
Potevo dunque rispondere alle lettere, ma
non lo facevo, se non rare volte, & ad alcu-
no particolare per riverenza, e convenienza,
il che facevo per non essere molestata, e per
il timore, che avevo di me medesima, cono-
scendomi vile, & indegna di titoli, e stima,
che

che mostravano fare di me; loro però non cedevano, e mi furono proposte diverse fondazioni, non solo dalla Germania, ma nell' Italia da Nobili Veneziani; alcuni de' quali mi desideravano fuori di quel Convento per li molti travagli, che sapevano avevo sofferto, e tuttavia soffrivo; poichè l'avermi il Signore voluta Abbadessa era per maggiormente deprimermi, stante alla cognizione, che mi aveva data, il che qui non fa a proposito di scrivere; onde volevano quei Nobili levarmi da quello stato, nel quale sapevo, che mi aveva il Signore eternamente destinata nella sua divina mente, e però rifiutai tali fondazioni, dicendo sempre, che mi lasciavo portare dal Signore, quale, se avesse voluto levarmi da quel Convento per una nuova fondazione, l'averebbe fatto in modo, che io non ne avessi parte alcuna, essendo una tale opra per Anime sode nella virtù, non per me, che ero debole, fiacca, leggiera, e imprudente.

Eletta, che fui Abbadessa applicai subito al ritrovare le prime Costituzioni di questo Santo Ordine, e per mezzo di un Nobile Veneziano mio amorevole ne ebbi alcuna cognizione, cioè mi diede ad intendere, che vi erano li Padri Romiti di Monte Senario. Risolsi mandar da loro, ma non avevo alcuno, nè fidaro, nè disposto ad un viaggio longo, e disastroso per le Alpi; onde parlai con un Giovanetto secolare di buono spirito, quale mi era pochi anni prima venuto alla cognizione per mezzo di una Monaca parente di una mia Novizia quando ero Maestra; & il detto Giovane veniva a portare delle lettere a questa Novizia di quella Monaca sua parente; con tale occasione avevo presa comunicazione con il Giovane, quale era spiritosissimo, & inclinatissimo alla vita spirituale, da lui ebbi molti stromenti penali lavorati con gran giudizio, & erasi egli fatto da se medesimo mio Figliuolo spirituale, e voleva in tutto dipendere da me; & io con lettera, & in voce gli somministravo quello, che il mio Signore insegnava a me; or questo Giovane in età di 20. anni poco più o meno, fu quello, che volse il Signore mi fusse mezzo per molte cose appartenenti a questa Santa Riforma, e chiamasi al presente, per essersi fatto Sacerdote, Don Antonio Vador: Questo Giovane dunque mandai a Fiorenza da Padri nostri di Monte Senario, quali lo riceverno con gran carità, e si fermò con essi otto giorni, osservando il loro modo di vivere, come gli avevo ordinato; ritornò poi colle Costituzioni loro, & una copia del libro dell' osservanza, avendo li detti Padri sentito molto contento, che volessi abbracciare il loro santo modo di vivere.

Quando vidi quelle sante Costituzioni, presi a quelle una somma riverenza, e devozione, risolsi volerle abbracciare tali quali erano, ma sempre intendevo in spirito, volere

il Signore, che io le scrivessi secondo la soa-
E vità del suo spirito comunicatomi. Io però più tosto temevo, che questa non fosse voce del Signore, che lasciar di abbracciare esse Costituzioni, come erano, perche le stimavo altamente. Cominciai dunque così dolcemente a toccar le Monache più docili, massime quelle, che erano state mie Novizie per vedere d' indurle ad affezionarsi alle dette Costituzioni, poichè io sempre credei di dovere introdurre la Riforma voluta dal Signore prima in quel Monastero, e poi, che si fosse dilatata in altri; Onde ponevo tutto lo spirito, & applicazione, nè temevo fatiche, patimenti, travagli, e contradizioni, anzi li reputavo misericordie del Signore per il bene dell' Anima mia. Le mie povere Ora-
F zioni, e penitenze tutte battevano a quello fine, e cessavo di piangere innanzi al Signore per vedere una volta abbracciata quella Riforma per la quale sempre mi mostrava il Signore avermi eletta; Erano però sì grandi, e comuni le contradizioni, e resistenze, che non potevo sperare, se non travagli; poichè il Prelato, al quale avevo rappresentato il mio desiderio, era contrarissimo, e mi giudicava ambiziosa, vana, e bramosa di lode, e stima, e di esser chiamata Riformatrice dell' Ordine: parevagli di più esser da me offeso, come che volessi dar un colpo al suo zelo, e diceva essere solo suo ufficio il riformare, e poner regole, non a me, nè ad altra Monaca. Io portavo questa ragione, co-
G me ad esso, come alle Monache, che avendosi la Fondatrice fatto nomare a Roma nel Breve della Clausura, e nè Brevi dell' Indulgenze Monache della seconda Riforma de' PP. di Monte Senario, erano obbligate in coscienza, o vivere secondo quell' istituto, o cancellare quel nome, non potendo lo soffrire, che si tenessero così ingannati li Fedeli; ma non riportavo altro, che rimproveri, e sprezzi, come se io avessi proposto un Eresia. Non però desistevo di esortare in mille modi le Monache ad una volta risolversi di volere abbracciare quel modo di vivere, che la Fondatrice ebbe intenzione d'introdurre, benchè Iddio avessi permesso per suoi occulti giudizi, che non sapesse, o potesse abbrac-
H ciarlo, come bramava, e intendeva.

Le Monache risposero alla fine, che se dovevano abbracciare quell' Instituto volevano loro stesse farlo, non che io ne vantassi la gloria, e che nelle Costituzioni de' PP. volevano loro levare, e porre quello, che gli fusse parso meglio, alche io volentieri acconsentii, e dissi, che radunassero Capitolo, che io averei lasciato ad esse proporre, e risolvere sopra questo particolare; ma prima di radunare il Capitolo, fecero tanti Capitoli fra di loro, che sconcertarono lo stesso Capitolo; perchè ognuna voleva vincere il suo parere, & essere dall' altre seguitata, di modo che tutto andò in fumo. Io risolsi consigliare il mio

mio sentimento con alcuni Religiosi gravi, e di dottrina, e bontà particolare, ma ne riportai sprezzi, e mortificazioni, giudicandomi ambiziosa, e vana; vero è, che nel conferire il mio sentimento, non conferivo quello, che inteso aveva dal Signore, nè il mio esteriore poteva dar loro segno, o indizio, che io potessi aver lumi, o sentimenti sopranaturali, poiche fui sempre aversa all'esteriorità, o divozione apparente; di modo che tutti mi credevano inclinata per vivacità di spirito, e per buoni talenti naturali ad oprare cose di mia lode. Il mio Signore però non cessava confortarmi, inanimirmi, e confermarmi nelle promesse fattemi, dicendomi sempre avermi eletta per la Riforma, e per volere oprare in me cose mirabili agli occhi umani, e volermi far simile a lui ne' travagli, quanto però può esser capace la Creatura, onde rimanevo sempre più forte, e costante al soffrire, & operare a tal fine.

Non mi è possibile potere rappresentare gli travagli, le angoscie, li sprezzi, le contradizioni, beffeggiamenti, derisioni, e pericoli di mia vita tanto in Monastero, che fuori, poichè avevo contrarij tutti, il Prelato, il suo Vicario, i suoi Ministri, il Confessore, le mie Monache, il Cappellani di Chiesa, li Procuratori del Monastero, li parenti delle Monache, e lo stesso mio Fratello, al quale una volta il Confessore andò a dirle, che non perdesse tempo di porre in sicuro la mia vita, al che mio Fratello rispose, che voleva venire una notte ad attaccare il fuoco al Monastero, & acceso, che fosse, venire alla porta per levarmi di esso, e salvare la mia vita, lasciando il tutto perdere quella di tutte le Monache, per la qual risposta tutte le Monache si messero in tanto terrore, che si fece un grandissimo susurrio per il Monastero; e perchè sapevano, che mio Fratello era Uomo risoluto, temevano facesse da senno; onde oprorno in modo, che il Prelato parlò ad esso mio Fratello, nè sò quello gli dicesse, ma sò bene, che lui mi mortificava aspramente, e parevagli, che io fussi il disonore della casa, giudicandomi anche esso superba, ambiziosa, e ingannata dal Demonio, di modo che averebbe più tosto voluto vedermi morta, che sentirmi tanto menar per lingua da ognuno; facendosi continui discorsi sopra di me, e tutti si facevano facili di maltrattarmi in assenza, & in presenza, e li pochi, che mi amavano, e credevano, mi condennavano ostinata, perchè non aderivo ad abbracciare una fondazione, e partire da quel Convento, tanto più, che le Monache mi avevano proferto tre, & anco quattro mila ducati, pure che partissi da loro, e andassi lontana, al che io sorridevo, e dicevo volermi lasciar portare dal Signore ove a lui piacesse; per la qual cosa il Confessore era meco adirato, e diceva, che meritavo assai peggio di quello avevo, giacchè non volevo accettare tante buone occasioni di partire.

Nel mio primo triennio ebbi una grandis-
A sima infermità, nella quale però non lasciai
di oprare quello potevo; onde con l'occasio-
ne, che le Monache venivano a visitarmi per
ricevere la benedizione; io le trattenevo a
bella posta, e ponevo discorso sopra l'ab-
bracciare almeno la forma del vestire de' PP.
di Monte Senario, a segno tale, che stante
la divina Grazia, le ridussi tutte a contentar-
si di riceverlo; così mi ajutò il Signore, man-
dandomi per Confessore estraordinario un
Padre Somasco, e molto stimato dal Vescovo,
per il cui mezzo si ridusse a contentarsi, che
prendessimo tutte lo stesso abito de' Padri,
cioè di panno grosso, e della forma del loro.

Si stabilì il giorno, che fu il 5. Febbraro
1681. giorno di S. Agata Vergine, e Martire;
B volse venire il Prelato la mattina a dire la
Santa Messa, e comunicarci, ma prima lo
diedi a tutte il nuovo abito nel Capitolo.
Quando il Prelato, e il Padre Somasco ci
videro vestite in quella forma così divota,
non poterono contener le lacrime per l'alle-
grezza, e disse il Prelato, che voleva non si
trattasse mai più di ripigliare il primo, ma si
perseverasse sempre in questo, come proprio
de' Padri della seconda Riforma di monte
Senario, come eramo chiamate ne Brevi Apo-
stolici, e così tutte restorono contente; & io
presa l'occasione della loro allegrezza, pro-
posi loro l'abbracciare anche alcune poche
osservanze de' PP. delle più facili, ma conve-
niva per ogni una fu fare, & andar molto de-
C stra, e con soavità: in questo tempo volse il
Signore, che mi confermassero un altro trie-
ennio; subito però confirmata, si suscitaro-
no nuove tempeste. Il Prelato pentito d'aver-
ci lasciato mutar l'Abito per le dicerie di
molti, che giudicavano mi vantassi il nome
di Riformatrice, però si mutò tutto di pen-
siero, e le spiaceva molto l'avermi confirma-
ta nella carica, il che penetrato dalle Mona-
che, con l'occasione di un nuovo Confesso-
re Ordinario, che venne al Monastero, si ri-
dussero in tanto scompiglio, e passione, che
mancò poco non si spogliassero l'abito, ma
le buone osservanze le lasciarono, e più che
mai appassionate contro di me, non manca-
vano di oprare, e servirsi de' mezzi per ren-
D dermi al tutto sprezzata, castigata, e confu-
sa. Non però mostravo timore, e tristezza,
perchè fortificata dal mio Signore mi oppo-
nevo a tutto, e sorridendo degli ostacoli, di-
cevo il mio sentimento senza timore: Era pe-
rò da molti soggetti dotti, e prudenti osser-
varo, e considerato, come potesse stare as-
sieme, che per una parte ero tanto aborrita,
e sprezzata, e per l'altra altretanto temuta,
e le mie Monache confessavano, che nel ve-
dermi comparire, se erano in alcuno difetto,
si riempivano di timore, ma se erano quiete,
si sentivano tutte rallegrare, e sollevare il
cuore, onde non sapevano, come giudicar
di me. Lo stesso Prelato molto mi amava,

ma

ma ſedotto da altri, mi era poi contrario; anzi perchè ſentiva da Religioſi, e Secolari lodare le mie lettere, e compoſizioni, temeva, che per queſte molti mi averebbero difeſa, e protetta, onde mi vietò il ſcrivere, ma fu aſtretto rimetterſi, mentre era moleſtato da nobili, & altri, e giudicato il ſuo ordine ingiuſto, eſſendo io Superiora; però mi ritornò l'aſſedio dello ſcrivere, che per me era tale per la continua, e gran frequenza di lettere, che mi capitavano; ſucceſſero caſi diverſi di gran mio danno; da quali però, *liberavit me Dominus*.

Seguitavano in tanto li Soggetti della Germania a ſcrivermi, anzi l'Imperatrice Madre dell'Imperatore mi ſcriſſe più volte, e mi fece deſtramente ricercare, ſe foſsi andata nella Germania a fondare un Convento; & un Generale di S. M. C. mi fece la ſteſsa richieſta, come pure il Sereniſsimo di Baviera Padre del vivente Duca Elettore; a tutti riſpondevo, che non mi ſentivo ancor chiamata dal Signore a tal'opra, e che vivevo abbandonata nelle braccia del mio Signore, che eſſo averebbe fatto di me quello gli foſse piaciuto; parimente nell'Italia erami propoſto fondazioni in Verona, in Vicenza, in Padova, in Torcello, ma riſpondevo ſempre, come ſopra. Finalmente poco prima del mio ſecondo triennio, mandò il Signore al Monaſtero per Confeſſore Ordinario un' Sacerdote giovine di 34. anni, ſpiritoſo, vivace, ma ineſperto, non avendo per innanzi più confeſſato Monache; io non potevo per queſte cauſe aggiuſtarmi a riceverlo; onde ricorſi dal mio Signore, dal quale ne riportai riſpoſta miſericordioſiſsima, che appunto di queſto voleva valerſi per l'opera della Riforma, acciò ſi vedeſſe eſſer lui ſolo quello, che oprava, ſervendoſi de' mezzi così deboli, e ſprezzabili. A queſto io reſtai tutta quieta, & accettai il Confeſſore, quale ſubito cominciò ricercarmi del mio interno, e trovando le Monache così a me contrarie, ſe gli oppoſe con tal zelo, che ſuſcitoſsi contro lui la ſteſsa avverſione, che avevano a me, onde erano duplicati li miei travagli; Un giorno mi ricercò eſſo per qual cauſa, e per qual motivo tanti Cavalieri, e Principi della Germania mi ſcrivevano; io diſsi ſinceramente il vero, che io ero ricercata di andare per una fondazione in quelle parti, replicò egli, ſe l'Imperatore aveva cognizione di me; le riſpoſi di sì, e che più volte il ſuo gran Cancelliere mi aveva ſcritto, e raccomandato eſſa Ceſarea Maeſtà, ma che io rare volte riſpondevo a tali lettere, perchè mi volevo laſciar portare da Dio, e non porre niente del mio ſentimento, ò deſiderio, conoſcendomi atta ſolo a far male; il Confeſſore cominciò farmi grandiſsimo ſcrupolo, e con forti ragioni moſtrommi, che queſte erono chiamate di Dio, alle quali dovevo riſpondere, e non aſpettare, che il Signore mi prendeſsi per i capelli, come ſucceſse a Daniele; onde mi E obligò riſpondere ogni volta alle lettere, e dare buone riſpoſte circa la domanda della fondazione.

Quando il Conte nomato di ſopra vidde, che riſpondevo alle lettere, ſi portò ſubito a Venezia, e vennemi a trovare, col quale ebbi diverſi diſcorſi: un giorno in particolare mi diſſe: *O cara Madre, ſe Sua Maeſtà Ceſarea ſapeſſe coſa, che Dio vuole da eſſo, quanta conſolazione averebbe, e come ſubito eſeguirebbe la ſua divina volontà?* Mi diſſe queſto, perchè avendomi più volte ricercata di molte coſe, ſempre mi ero contenuta ne generali, ne mai diſceſa ad alcun particolare: alle parole del Conte dunque fui ſoprafatta da un impeto di ſpirito, quale mi levò tutte le ri- F fleſsioni, e fecemi dire queſte parole: *Iddio vuole, che l'Imperatore facci fabbricare un Monaſtero ad onore della ſua Santiſsima Madre, nel quale ſi principierà quella vita, che ha manifeſtata all'Anima, e per queſto Monaſtero riceverà molte grazie, e sarà liberato da grandiſſimi travagli:* a queſte parole reſtò il Conte, come fuori di ſe, come mi riferì dopo, e per il modo del parlare, e per gli effetti, che provò in ſe ſteſſo, diſſemi, che conobbe eſſere ſtato lo Spirito del Signore, che aveva parlato in me; onde pieno di contento ſpirituale, mi diſſe voler ſubito portarſi alla Corte, e riferire a Sua Maeſtà quanto aveva inteſo.

Partito il Conte, & io riflettendo alle G parole, che eſſo mi aveva detto aver da me udite, vennemi timore, ſe veramente foſſe ſtato lo Spirito del Signore, ò pure il *Demonio*, che mi aveſſe fatto così *parlare*; onde andai all'Orazione, e tutta afflitta pregai il mio Signore, che voleſſe degnarſi manifeſtarmi, ſe era ſtato il Demonio; al che il mio Signore dolcemente mi diſſe, che era ſtato eſſo, che aveva parlato in me, e che di più voleva, che io ſcriveſſi all'Imperatore, e le faceſſi intendere il ſuo Divino volere. Così partita dall'Orazione, e communicato il tutto al Confeſſore, volſe eſſo farmi una formula di lettera per ſcrivere a S. M. Ceſarea, ma quando mi poſi per ſcriverla, non vi fu mai mezzo, che poteſſi formare una parola; onde H afflitta mi voltai al Signore chiedendole, che coſa queſta foſſe, & il Signore mi diſſe, che non voleva ſcienza umana, ma che ſcriveſſi quello, che mi aveva inſegnato in ſimplicità, e verità; il che riferito al Confeſſore, ſi cõpunſe, e diſſemi, che io ſcriveſſi pure con quella dottrina, che mi aveva infuſa il Signore, che non era da por mano ove Iddio operava lui; così ſcriſſi la lettera in un ſubito con ogni facilità, e la mandai al Conte, acciò la preſentaſſe a Sua Maeſtà; il Conte molto ſi rallegrò d'averla, e preſentolla a Sua Maeſtà con l'aggiunta di quello, che aveva da me inteſo; mi fece riſpondere eſſa Maeſtà dal ſuo Cancelliero, che eſſendo tale la volontà

lontà di Dio, che facesse erigere un nuovo Convento ne' suoi stati, molto volentieri l' averebbe fatto, a si sottoscrisse di suo pugno. Passorono poi sempre lettere del suo Gran Cancelliere a me, & io a lui, nelle quali mi assicurava dalla promessa di sua Maestà, e della clementissima propensione, che aveva di randermi consolata.

Arrivato in tanto il fine del secondo triennio, mi confermorono di nuovo nell' Offizio, e questo si rendeva incapibile a tutti, sapendo quanto il Prelato era mal sodisfatto, le Monache contrarissime, gli altri Ministri non mi potevano sentire, e pure mi confirmavano; per la qual cosa era creduto, e vociferato che, ò con danaro, ò con arte, ò per via diabolica facessi fare tali conferme. Dio però, che le voleva per li suoi altissimi fini di farmi ridurre allo stato di una soda abiezione di me stessa per via di sprezzi, e contradizioni, egli pure operava, coma gli piaceva. Successero poi nuove, e più fiere confusioni, a tumulti per causa del Confessore, quale mi voleva difandere appresso chi mi contradiceva, e veniva a causare maggiore avversione a ma, & a lui medesimo. Finalmente due anni in circa dopo la promessa fattami da Sua Maestà Cesarea, diade ordine al suo Gran Cancelliere, che mi scrivessi avermi fatta una clementissima assegnazione di quindici mila fiorini, acciò aon questi si principiasse la fabrica, promettendo volerla poi perfezionare con altri mezzi; siccome pure ordinò, che mi fossa fatta la rimessa, e che eleggessi nè suoi Stati il luogo, cha più mi piaceva per fare la erezione dal Convanto, commettendo a' suoi Ministri d' Insprech, che mi assistessero in tutto con ogni zelo, il che specialmente commesse al suo Gran Cancelliere nel Tirolo, l' Illustrissimo Signore Barone Ciriaco Troier Cavaliere di quella bontà, che è già nota, e mio particolar Signore, con il quale erano tre, o quattr' anni, che passavano lettere. Questo subito applicò con tutto lo spirito, e fecemi prima intendere la mente di Sua Maestà, acciò eleggessi la Città, ove volevo si facesse l' erezione; La Maestà della Regina di Polonia Sorella dell' Imperatore, e moglie del fu Serenissimo di Lorena, intesa la mente dell' Augustissimo Fratello, pose anch' essa tutta la clamentissima sua protezione, perchè presto si desse principio all' opra. Ora per causa di eleggere la Città, a per ricevere il denaro rimesso da Sua Maestà, risolsi mandare in Insprach il mio Confessore, al quale solo confidavo tutte le cose; onde con mie lettere alla Maestà del. la Regina, & al gran Cancelliere, come ad altri Conti di Corte, e con una mia procura, spedii il Confessore in Inspruch; non posso però ne ricordarmi, ne rappresentare quali, e quanti finiti incontri, e travagli si infrapponessero prima di arrivare il Confessore in Inspruch.

A Alla fine quando fu giunto, la Regina l' accolse con somma clemenza, così il Gran Cancelliere Troier, & ogn' altro, avevo già esposto al Confessore, che desideravo oon allontanarmi del tutto dall' Italia, e che la Città fosse di buon' aria, buone genti, e buon vivere, e cha fosse eretto da fondamenti; sopra questi miei sentimenti parlò il Confessore con la Regina, Cancelliere, & altri Ministri; onde fecero fare molte ricerche in Tranto, in Riva, & altri luoghi, e molti siti trovandosi, niuno però era a proposito per mancarle alcuna cosa essenziale, onde stavano sospesi; un giorno alla fine mentre il Confessore era all' udienza della Regina, & eravi insieme il Signor Cancelliere, trattando sopra questo punto, sopravenne il Conte

B Vincigverra d' Arco, quale sentendo, come si trovavano tante difficoltà ne' siti, disse a Sua Maestà, che nel Contado d' Arco eravi una bellissima Prateria con una Chiesa mediocre, e che gli pareva sito molto a proposito; Piacque a Sua Maestà la proposta, & agli altri, così il Signore Cancelliere raccomandò il mio Confessore all' Illustrissimo Monsignore Abbate Luca Ferrari di Trento, che era pure in Inspruch, acciò assistesse in tutto, e al Confessore, e alla Fabrica, caso che il sito fosse a proposito, e sendo esso Sig. Abbate soggetto di gran talenti, & era stato Consigliere dal Rè di Spagna, a Maestro di un Gran Principe, il quale per una mia lettera, che gli avevo scritto, si era molto appli-

C cato a volermi assistere in ogni cosa, che fosse stata di mia satisfazione.

Or mentre il mio Confessore pensava a portarsi in Arco con l' Illustrissimo Signore Abbate a vedere il luogo, a sito, ecco cha in Inspruch capitano gli tormentosi avvisi, che il Turco veniva all' assedio di Vienna, la qual nuova pose in eccessivo timore tutta la Corta, e Città d' Inspruch: il mio Confessore tutto affannato scrissemi una lettera, che faceva compassione, poichè oltre il travaglio del Turco, aveva timore, che la fondaziona andasse a monta per li travagli dell' Imperio, scrivendomi essere impossibile, che Sua Maestà Cesarea potesse in tali angustie applicare a fondazione di Conventi, che pe-

D rò egli teneva ti riducesse tutto al nulla, e le passava l' anima l' essersi posto a tale impresa, quasi sicuro doverne portar derisione, e sprezzo; quando S. Maestà Cesarea mi avvisò col mezzo del suo Gran Cancelliero della rimessa di 15000. fiorini, non volsi fare passo alcuno, se prima non avevo la licenza del mio Prelato, al quale rappresentai il tutto, senza però trattare cos' alcuna di quello intendevo dal Signore, e le chiesi la benedizione per applicare alla nuova fondaziona, se così ad esso fosse piaciuto, e se no, per dare del tutto licenza, benchè ero certa nel mio interno, che il Prelato averebbe acconsentito, perchè così voleva il Signore. Par-

ve al Prelato una favola, che l' Imperatore
mi volesse fabbricare un Convento, pure mi
diede licenza di applicare, ma se ne rideva,
e mi giudicava ingannata.

Ricevuta dunque la lettera del Confessore
restai in certo modo fuori di me, perchè stante
a quello avevo tante volte inteso dal mio
Signore, & all' avere oprato il tutto con l'
obbedienza del Prelato senza pregarlo, nè
addurne ragione, ma solo disposta tanto al
sì, che al nò, però non potevo penetrare,
come il Signore volesse poi ridurre al niente
tale opera, come disperatamente mi scriveva
il Confessore; andai dunque all' unico refugio
mio dell' orazione, et essendo stata
buon pezzo della notte in essa, fui soprafatta
da un debil sonno, nel quale veddi nel Cielo
una gran trave, come la coda di quella gran
Cometa, che era apparsa in Cielo uno, o due
anni prima, che ben non mi ricordo: era
questa trave così smisurata, che parevami
occupasse tutto il Mondo; il colore era come
di cannella, e a capo di essa eravi la Vergine
Santissima tutta ammantata di nero, quale
posossi sopra un Altare, che solo era in una
Chiesa situata in una spaziosa pianura, ò prateria;
sopra detto Altare eravi come un maraviglioso
Deposito così risplendente, come
se fosse fatto di un pezzo di diamante, ma
però il suo splendore superava ogni luce, o
splendore creato; quivi dunque posossi la
Vergine tutta circondata da Angelici Spiriti,
e a questa Chiesa concorrevano Popoli in
moltitudine con grandissima maraviglia, e
divozione. Io tutta atterrita per quella gran
trave, parendomi fosse un segno di qualche
grave gastigo per me, stavo tutta tremante
piangendo con la faccia a terra; ma la Vergine
Santissima guardandomi dolcemente mi
chiamò a se, e dissemi: *Non temere, figlia
mia, ch' io sono mistica Trave, che sostento la
Chiesa, acciò non cada*; allora io presi cuore,
e dissi: *O Vergine Santissima abbiate pietà di
me, e del mondo tutto, che si trova in tanti
travagli; ma il povero Imperatore, che è così
angustiato dal Turco, ve lo raccomando: pregovi
Madre Santissima custodirlo*; et ella mi
rispose: *Sappi, Figlia mia, che la tribulazione
sarà molto grande, ma io lo difenderò,
perchè mi fa un opra molto cara, et accetta, e
per questa sarà liberato da molti pericoli, e lo
farò vittorioso; ma tu prega sempre per lui,
perchè molti travagli doverà soffrire per non
sviarsi dalla via de' Giusti*. Poi sparve la visione,
& io tornata in me stessa.

Intesi prima, che l' Armata Turchesca sarebbe
arrivata a ridurre gl' Imperiali negl' ultimi
precipizi, ma alla fine per opera della
Vergine Santissima, sua Maestà Cesarea sarebbe
restato vittorioso. Poi intesi, che quell'
operata tanto cara alla Vergine era la nuova
erezione di questo Convento; restai, e consolata,
e con molta compassione all' Imperatore,
& a tutta la Cristianità. Dovendo dunque
la mattina rispondere alla lettera del P.
E Confessore, pensai di scrivergli, che alla sua
venuta sarebbesi consolato per certe cose, che
avevo da dirgli, ma postami a scrivere fui
portata con lo spirito in un eccesso di mente,
che levommi tutte le reflessioni, onde scrissi
queste parole, riferitemi poi dal Confessore:
*Non si pigli alcun travaglio V.S. Molto Rev.
perchè la tribulazione sarà ben grande, ma alla
fine la Vergine Santiss. farà vittorioso l' Imperatore*.
Il Confessore ricevuta la lettera, la
lesse subito al Sig. Barone Troier, e lui riferì
il tutto alla Maestà della Regina, quale intesa
la liberazione di Vienna, chiamò il Troier,
e dissegli, che era già verificata la rivelazione.

Portossi poi il mio Confessore con Monsi-
F gnore Abbate Ferrari in Arco per vedere il
luogo, e dissemi poi al suo ritorno al Convento,
che subito entrati in quella Prateria;
parve a tutti due di attraere un aria di Paradiso,
poiche si sentirono riempire di tanto
giubilo, che non sapevano ove fossero, e benedicevano
Dio, e la sua Santissima Madre
di avergli fatto trovare un luogo tale, onde
mi scrissero ambedue, & il Confessoro mi
scrisse queste precise parole: *O Madre, che
luogo, che sito vi ha preparato Dio, e la Santissima
Vergine! luogo santo, luogo benedetto
da Dio istesso, e dalla Vergine Santissima*; così
fecero la compra del fondo, nè mancarono
contrarietà grandi, perchè molti non volevano
vendere i prati: anzi uno de' più tenaci
G a capo di tre giorni morì, e li suoi figli, ò parenti,
che fossero, subito venderno quello si
ricercava; e perchè alcuni prati erano Patrimonio
di Sacerdoti (*se io non erro*) basta,
che sò, bisognava la licenza del Vescovo, e
Principe di Trento; onde S.M.C. scrisse allo
stesso Vescovo, e gli participò la sua mente,
quale ne sentì una gran consolazione, e diede
subito tutte le licenze, accogliendo il mio
Confessore con dimostrazioni parzialissime,
& a me scrisse con sensi troppo divoti; & era
suo pensiero, che fatto il recinto della Clausura,
si fabbricassero alcune Cellette d'asse,
acciò subito io potessi portarmi in Arco alla
fondazione, per poter poi quivi essere presente
alla fabbrica, e farla fare conforme il
H mio piacere, e promisse voler venire lui stesso
fino alli cofini per ricevermi.

Stabilita dunque la compra del fondo, e
consegnati dal mio Confessore a Monsignore
Abbate Ferrari dodici mila, e seicento, e
non sò, che altri fiorini; fatto fare un disegno
da un perito, che serviva il detto Signore
Abbate stimato Uomo di gran talento,
portossi il mio Confessore a Venezia con il
disegno per farmelo bene intendere, e vedere,
se mi piaceva, come pure per darmi parte
di tutto l' operato; & in tanto la guerra si
andava avanzando con gli terrori, e travagli
già noti. Io credo, che se fossi stata composta
di sasso, a modo di dire, ancor non sarei

tei potuta star forte senza spezzarmi dalla forza dell'aoguitie, che mi cruciavano ii euore, per le continue Orazioni, lacrime, a parimenti, che feci in tutto qual tempo, cha durò l'assedio di Vienna, nai fine del qoala vanne a trovarmi uo Coote io nome di S.M.C., e portommi una lettara looga tutta di pugno deli'Imperatore, quale movava le iacrime a leggarla, ma fui però avvisata dalla Vargine Santissima della vicina Vittoria, eha successe uno, o due giorni dopo, noo avendo raale mamoria di queste cosa, per noo averna tanuto appunto memoria alcuna, lasciandole tutta a quel Dio taoto pietoso, a misericordioso, cbe volse per sua sola bontà coocedermela.

Vaduto dunque, che abbi il disegno, nè piacendomi punto, nè mano piacev a i Pariti, si risolse farne fara uo altro da un Parito in Venezia, e questo mandato lo Arco, risposero, cha non si averebbe qoivi poruro trovare certi mareriali per la lunghezza, che mostrava daila stanze dal medesimo disegno, e però non si potava valare di esso. Io sentando quasto noo sapevo, cha risolvare: era il mesa di Gennaro, o Fabbraro, che non mi ricordo bena, & io mi trovavo afflirta da una gagliarda flussione nella faccia con fabbri, e taoto male di capo, cha nè meno potevo aprire gli occhi per dire l' Offizio divino: or una notta mantra dicevo al mio Signore, che si volessa degnare farmi ritrovare un disegoo a proposito, facondo il suo divino piacere; Intesi in spirito, voglio che ru facci il disagno, ai cha risposi: o Signora mio, come potrà asser questo, se non ho cognizioca alcuna di disegni, e di misure, e poi non posso applicara ne meoo a dire l' Uffizio? alloia in un subiro mi fu posto in menta la cognizione di tutto quello dovevo fare, di modo che la mattioa prasi il lapis, e faci il disagno di tutto il Monastero, quaie mostrato al Confessore, volse maodarlo in Arco ai Signora Abbate, & esso lo fece vedere a i Periti, che molto gli piacque, e stabilirono di principiare la fabbrica sopra esso disegno, come fecaro. Prima però di dat principio, si portò di nuovo in Arco ii Confassore mio; & il giorno, che si doveva gettare le prime pietre de' fondamenti, li Capi maestri, e gli Operarli tutti si confassarono, e communicarono, poi diedero principio nal noma dal Signore, e deiia sua Santissima Madra. Nel luogo dove fu gattata la prima pietra nacque un figaro, o oei cavare i foodamaori per il recinto dalla elausura trovarono tanto sabbione, che fece moito tempo, il che fu di vaotaggio per la fabbrica; fu anche osservato, cha per tutto il tempo, che lavorarono, tuttocha fossaro tanti Operarj, niuno però si fece mala aicuno; anzi nei scavare on pozzo, mentre era nel fondo queilo, che iavorava, due altri, che stavano di sopra si lasciarono cadera inavvedutamente on grao sasso nel porzo, quale

umanameote dovava ammazzare queilo, che
A ara giù nei pozzo, ma per grazia di Dio il sasso noo gli feca altro male, che gettargli di capo il cappalio, oode tutti gridarono: miracolo, miracolo. Così poi principiata la fabbrica seguitarono con assiduità a lavorare, di modo che il primo anno si vida alzata buon pezzo di muragiia dalla Clausura.

Ora devo fare una lunga digressione per incootrare il comando di S. P. Revataodissima. Dodici, o tredici anni prima, che fosse da S.M.C. stabilito, a dato il clamentissimo ordine per i' erezione di quasto Cooveoto, un Signore di Trento mi propose, se volevo accettare di fare ona fondazione in questo istasso iuogo, che iui averebbe fatta ia fabbrica, e i' entrata, con questo però, cha io
B avessi pigliato meco ona sua Figliuola Monaca in un Convento di Francascane; il che iotesο da ma, volsi prendar consiglio appunto con on Padra Francescano moito stimato per la bootà, a dottrina, quaie mi dissuase, dicandomi, che non abbracciassi fondazione, sa non in Città grandi, e popolate; così rioonziai l' offarta di quei Signore, ma Dio aveva stabilito gia, chè S.M.C. fosse ii fondatore, & onico mezzo per così santa opera, appunto io questo stasso luogo da me rifiutato. In oltre era nal nostru Monastero di Burano una Monaca Corista di buonissima nascita di casa Cocalina, napote di uo Vascovo: era quasta dopo la sua professione restata priva di voce per inoanzi bella, e soave; anzi si era
C posta a fara certe azioni, cha erano giudicate dall' altre pazzie, di modo che si misero totta io tanra paura, e appransiona, cha la ferrarono in una Cella, segragandoia daiia Communità, e così vissa molti aoni taouta daiia maggior parte dalle Monache per pazza; altre sospettavano, cha avesta qoaiche spirito diabolico, mai però si potè sapere ii vero; La sua vita era da Santa, a le sua pazzia non erano di danoo a nessuna, ma consistevaoo in parlara da sua posta, dicendo alle volte certe paroia contro la tentare, o appassionate, condennando ie ioro passioni, e massima sopra ceita particolarità, che erano faite da alcune: faceva aile volte certi sgrigni, o sorrisi, quando alcuna di queste parlava di virtù, e ie
D chiamava superbe, oziose, e leggiere, il che tutto diceva da se stassa, stando io sua Cella, quale il giorno si lasciava aperta, massima negli ultimi anni di sua vita: alla si confessava, a communicava ogni otto, o al più quindici gioroi; li Confessori dicavaoo, che ella era un Charubino, e cha non sapevano di che cosa assolvaria: Andava vestita in ogni stagione con ona Tonaca formata di molri pezzi uniti con filo naro, bianco, a coma gli vaniva alle mani, a rale ara ia pazianza, e li veli di capo; andava sempre scaiza, a con piedi nudi si poò dire, perchè aveva un straccio di suola sotto il piede, che più tosto la offendeva, che disenderia: La sua Cella era abita-

zione continua di Sorci, & altri animali da essa accarezzati, e tenuti in seno, come si E fanno de' Cagnuoli, e mangiavano lo stesso boccone di sua bocca: il suo letto era due asse, e due straccie di Coperte; Teneva di notte, benchè rigida, e nevicosa, la finestra aperta, e stava tutta la maggior parte della notte impiegata, o in dire l'offizio divino, o cantare canzonette spirituali, ovvero rompere ossi di cerese, susine, & altri, quali se gli faceva portare alla sua Cella, e diceva esser contro la povertà santa lasciarli andare a male, e però di essi si cibava: Il suo cibo poi era di tozzi di pane nero, e avanzato a i Gatti, o Sorci, nè mai ne voleva del buono. Il vino voleva fusse di lavature di botti, o pure di quello, che goccia dalle botti; il companatico teste di pesci, e cose simili, e F l'estate mangiava le mandorle degl' ossi, come sopra: La notte se eravi luna, lavorava degli Agnus per qualche ora, ed il giorno faceva merli con l'ago, e tutto con pezzettini di filo, o sete, che ritrovava nelle spazzature di Convento, quali pregava le fossero portati alla sua Cella per rivederle, e tirar fuori li detti pezzetti di filo, seta, & altro per servirsene in lavorare: La povertà era tale, e tanta, che pare incredibile, e pure l'ho veduta co' miei occhi, nè posso rappresentare certi particolari, perchè sarebbero nausea, e parmi impossibile, che una Creatura così ben nata, come era essa, potesse senza una gran violenza di se medesima menare una tal vita. Andavano alle volte le Monache pian G piano ad ascoltarla quando parlava da se, e sentivano o cose spirituali, e del Cielo, ovvero esagerare contro le loro operazioni, & alle volte alcuna restava sospesa, perchè toccava il punto della verità, ma poi finiva con sorrisi, che mi persuado gli potessi fare a bella posta per esser tenuta pazza, nè si facesse di essa alcuna stima, secondo il detto dell' Apostolo: *Nos stulti propter Christum*. Quando io entrai in Monastero era ella in età di 40. anni in circa, e doppo alcuni anni cominciarono a lasciarla andare il giorno qualche poco fuori di Cella, ma la notte la volevano serrata: Ogni anno la Madre Abbadessa dava l'obbedienza ad una Monaca da Coro di H serrarla la sera, & aprirla la mattina, e portarle il suo poco di mangiare; or quando io uscii del noviziato, e cominciai a praticare le Monache, sentendo, che la tenevano pazza, io stesso credevo ancor io; ma essendomi poi accaduto di veder più d'una volta, mentre erano tutte le Monache, o in Coro, o in Refettorio, questa benedetta Religiosa alla finestra della sua Cella, chiamava gli uccelli dell'aria, quali a schiere calavano alla sua finestra, & ella gli dava da mangiare delle miche di pane, poi li licenziava, e ne chiamava degli altri, quali subito calavano, e stavano quieti alla sua presenza, come se avessero avuto senno: Lo stesso faceva con le Lucertole, la qual cosa fu veduta anche E da altre Monache, onde stavano così dubbiose, se fosse pazza, o ossessa, o santa, fingendosi pazza, ma non però volevano cercarne il vero, ma stavano così nelle loro apprensioni. Quando viddi questa meraviglia degli Uccelli, cominciai formare più tosto concetto buono di essa, ma non era cosa solita, che alcuna le parlasse, massime le giovani, come io ero allora. Volse però il Signore, che mi toccasse un anno doverla servire, portandole il cibo, e serrarla, e aprirla; con tale occasione voleva entrare in discorso con me, ma era tanto il timore, & aborrimento, che avevo di entrare in sua Cella per li tanti Sorci, che vi erano, che mi sbrigavo subito da essa; mi risolsi però di andargli vicina di F Cella, che niuna mai vi era andata per tanti anni; ne ebbe ella gran piacere, ma tutta la notte mi sturbava, o col canto, benchè in voce bassa, per averla perduta, o col battere gli ossi per spezzarli, o per il vento, che dalla sua finestra si portava in mia Cella; onde non potei durare più di sei mesi per li freddori, che mi levavano la voce, e non potevo ajutare il Coro. Avvenne un giorno, che una Monaca volse impacciarsi nel mio officio per certo fine appassionato, se ne accorse la Monaca, e stando al solito in sua Cella, cominciò a dire da per se, ma però fu sentita da altre, *Quel tocco di Suor Maria Stella, vuole impacciarsi nell' Offizio di Suor Maria Arcangela per farla parere negligente, e farla mor-* G *tificare dall' Abbadessa, ma non sa ella chi sia Suor Maria Arcangela; vada un poco a leggere le ultime parole della terza lezione del primo notturno della prima Domenica dell' Avvento, e poi saprà chi sia Suor Maria Arcangiola:* quelle, che sentirono queste parole, divennero molto curiose di sapere il senso delle citate parole della Monaca, e procurarono intenderle da me per mezzo della Madre mia confidente, dalla quale, quando intesi tal cosa, io restai ammiratissima stante a quello, che io stessa avevo inteso sopra le stesse parole, non volsi però spiegare il senso a nessuna, se non alla mia Compagna, che era segretissima, e prudente.

Un' altra volta sentendo, che una Con- H versa giovane parlava contro di me, uscì dalla porta di sua Cella, e disseli, *o superba, voi aborrite tanto Suor Maria Arcangiola, e pure la vedrete Abbadessa;* La Conversa rispose, *questo non vedrò mai certo;* e la Monaca soggiunse; *se nol vorrete vedere, partirete dè Monastero, e lascierete l'abito, perchè al vostro dispetto la vedrete;* Onde quando fui eletta Abbadessa, quella Conversa ebbe a morire dal terrore, & ella stessa raccontò quanto hò scritto. Un giorno mentre stavamo tutte per communicarci, io ero ritirata in un cantone per più libertà, e fui soprafatta da un impeto di desiderio di morire per unirmi intieramente con Dio, che parevami appunto non

poter

potet più respirare per l'agonia di cuore, tanto più che rinchiudevo tutto in me stessa, essendo contraria alle dimostrazioni estrinseche; stando dunque in tale stato mi si accostò all'orecchie questa Madre, e dissemi: *E tanta contemplazione! bisogna patire, e non morire*; e poi soggiunse alcune altre parole per straviarmi la mente, il che mi fu un poco di respiro per non mancare, dal che conobbi, che ella aveva penetrato il mio interno; L'udij più volte, quando gli stavo vicina parlare da se cose alte, e sublimi, che solo Dio poteva infonderle quel lume per mio credere; ora essendosi ammalata una Monaca di età, e che era stata compagna nel noviziato di questa benedetta Religiosa per nome Suor Maria Francesca; l'ammalata pregò la Superiora, che lasciasse andare a visitare alcuna volta essa Suor Maria Francesca, così vi andava: Un giorno l'ammalata gli disse: *Ditemi, cara Suor Maria Francesca, credete voi, che Suor Maria Arcangiola debba essere nostra Abbadessa?* Et ella rispose: *Sarà certo, ma voi non la goderete*; perchè causa? ripigliò l'ammalata, e la Monaca con un sorriso disse: *basta, basta*. L'inferma fatta curiosa seguitò pregarla, che gli dicesse qualche cosa di me; et ella rispose, *che cosa volete ch'io dica? Iddio gli tiene preparato un Convento in una gran prateria, e vi è già fatta la Chiesa*. L'inferma disse: *Io credo, che burliate*. La Monaca rispose: *Io dico da vero, e chi sarà, vedrà quanto dico, ma io non vi sarò, perchè presto morerò, e la mia morte sarà tale, che tutti mi sfuggiranno*. L'inferma soggiunse: O *Dio, mò che cosa credete voi dello spirito di Suor Maria Arcangela?* et ella rispose: *Il Padre Eterno l'ha eletta per operare in essa gran cose; ma ella gli resiste*; disse l'Inferma: *e pure le Monache l'odiano tanto*; ella rispose: *Suor Maria Regina patisce in Purgatorio la pena del moltiplico per le oppressioni fatte a Suor Maria Arcangiola; e se la Madre Eletta non si emenderà, doppia pena averà a patire per li travagli, che dà a Suor Maria Arcangiola*. L'esito poi delle sue parole fu questo: Prima, ella doppo pochi mesi s'infermò con un canchero in bocca, onde tutte la fuggivano; stette dieci giorni ammalata, nè mai aprì la bocca per dolersi, il male gli rose la faccia, la lingua, e le fauci, fu confessata, e commonicata, ebbe l'Olio santo, e vicina a morte si calò a terra, mostrando desiderio di morire sopra la nuda Terra; l'Abbadessa però volse, che stesse nel letto, che era un saccone di paglia: Prima di morire andai a vederla, ella mi guardò con bell'occhio, ma non potè parlarmi. Subito morta fu serrata in una cassettina bene impegolata per il pericoloso suo male; la notte, che era vegliata, tutte le Monache stavano in una grande aprensione, e tante cose dicevano, che mi posero un poco di terrore anche a me; un'ora innanzi al Mattutino mi posi sul letto per dormire un poco, & appena avevo preso un debil sonno, che mi veddi sopra, come un Spirito, quale con gioja celeste, mostrandomi un tenero affetto, si abbassò sopra la mia faccia, come con braccia aperte, e con gran svisceratezza dissemi: *O figlia mia sij tu benedetta*, e sparì. Mi svegliai subito, ma colma di una gran divozione, e gioja interna libera affatto da ogni timore, e mi restò nella mente, che quello fosse lo spirito di essa Monaca defonta, con stima grande della sua bontà, e che fosse in Cielo; questo fu l'esito delle sue parole sopra se stessa; sopra poi di quella Monaca inferma, che la interrogava, ella mi vidde Abbadessa, ma non potè godermi, perchè il primo anno morì idropica, sopra di me già si è veduto tutto verificato circa il nuovo Monastero, nel quale ora per la Dio grazia mi ritrovo. Della Madre, che disse pativa in Purgatorio, bisognerebbe, che qui scrivessi una apparizione fattami di essa povera Madre pur troppo penante, ma questo non serve quivi per il racconto della fondazione; aggiungo solo, che un giorno festa di S. Agostino nostro Legislatore, stando nel corridore dell'infermeria la detta Madre Suor Maria Francesca ad udire la santa Messa, sopravenni io, e mi fermai per udire il S. Evangelo, finito il quale, mi ricercò la Monaca quello, che volessero significare quelle parole: *Vos estis sal Terræ*, Io risposi, che lo dicessi pur essa, & ella disse: *Sappiate, che questo sale significa la sapienza, che Dio infonde nell'intelletto di quell'anime, che ha elette per cose grandi di suo servizio, acciò siccome il sale rende saporito, e gustoso il Cibo, così esse anime si rendino saporite, e gustose a' prossimi per profittare in loro per la salute dell'Anime*.

Da quanto ho scritto di questa Madre si può ben congetturare, se era pazza, o savia, però lascio a Dio la verità: Ora ritorno alla narrazione della fondazione. Subito, che si cominciò a intendere per Venezia, che Sua Maestà faceva fabricare il Convento, niuno lo voleva credere, parendole impossibile, che in tempo di così formidabili, e tanti travagli, volesse attendere a erezione di un Convento per una Monaca estera, che non aveva grido di rivelazioni, o miracoli, anzi era sprezzata da tutti, e condennata illusa, superba, ambiziosa, eretica, & altro. Si fece un bisbiglio, e confusione di discorsi grandissimi; le mie Monache tenevano per certissimo, che col denaro del Convento, mi facessi fabbricare un Monastero, e poi che spargessi le voci, che l'Imperatore ne fosse l'Autore, solo per farmi creder Santa, e stimata da' Principi: questo loro sentimento lo fecero penetrare al Prelato per via degli estraordinari, che venivano quattro volte l'anno, il che poi passò anco in bocca de' Secolari, e parenti delle Monache, tutti gridavano la crociata contro di me; volevano, che

il

il Prelato mi deponesfi dall' Offizio, e lui l'averebbe fatto volentieri, ma era trattenuto, come diceva, da un certo occulto timore, che aveva di me, per il quale non ardiva fare quello, che averebbe voluto, e che tutti lo esfortavano; erano però tanti li disprezzi, li rimproveri, li strapazzi, le calunnie, e querele contro di me, che l'esser deposta dall' Offizio, sarebbe stato un spasso rispetto a quello ricevevo, stando nella carica; quale mi rendeva assai maggiore lo sprezzo, e derisione; sendo che l' essere sprezzati in stato di bassezza non è gran cosa, ma in grado d' altezza, e superiorità si rende molto sensibile al naturale, e massime al mio spiritaccio, e cervellone altiero, al quale Dio per sua pietà seppe ben trovare il proprio rimedio per risanarlo dalla sua pazza stima, o apprensione naturale, o inclinazione. Si parlava dunque alla gagliarda; e quelli, che mi avevano proposte altre fondazioni, restando offesi, che non le avessi volute accettare, voltarono la divozione in sprezzo; li Nobili se ne ridevano, e quelli, che mi amavano, ponevano ogni loro sapere per disingannarmi (dicevano loro) ponendomi sotto l'occhio il pericolo di perdere l' Anima per l' ambizione, e di esser poi strapazzata da tutto il Mondo, quando si scoprisse, che io levasfi dal Monastero li capitali per farmi fare un Convento in stato estero, e che la Republica non mi lascierebbe mai partire dalla Patria: che già mi vedevo pure Abbadessa, e confermata sempre nella carica, che vedevo pure quanto erano stimate le mie lettere, e composizioni, e quante persone concorrevano a me, che però dovevo alla fine contentarmi di questi onori, e stima, e non voler con modi ingiusti andar cercando di più, con danno dell' Anima, e del mio Monastero, e con tanto scandolo de' Secolari: A queste cose io sorridevo, e dicevo: *Non sum de hoc sæculo*, e volevo inferire, che non avevo tali sentimenti, come loro credevano; molti Religiosi mi facevano gagliarde esortazioni fondati sopra la credenza, che non l' Imperatore, ma io mi facessi fabbricare il Convento per vie, e con mezzi illeciti, solo per vanagloria di farmi chiamare fondatrice; volevano essi Religiosi soggetti di gran stima, che io credessi essere stata dotata da Dio di un nobilissimo intelletto, e di un gran spirito universale per riuscire in tutto, di un animo grande, e virile, e di altre parti, e qualità singolari, e che per queste buone qualità nascesse in me una grande inclinazione al farmi stimare, & all' oprare cose di mia gloria, di modo che in me furon per il più, solo considerati li doni di natura, non quelli della grazia, e sopra quelli facevo le conseguenze, che quanto Iddio operava in me fosse effetto d' inclinazione naturale, alla quale io acconsentissi con vizio, e pieno consenso; ma Dio sapientissimo, anzi per questo mezzo mi purgava dalle viziose inclinazioni, e mi disponeva alla sua grazia, e purissime

E infusioni; Mio Fratello erami una spada tagliente al cuore con i suoi rimproveri, & espressioni asprissime; Il mio Signore però non mancava di confortarmi, e fortificarmi. Fu scritto a Roma da un Religioso soggetto grande contro di me all'Eminentissimo Cibo, come che fussi Donna si ambiziosa, che dissipassi le sostanze del Monastero per farmi fabbricare un Convento nuovo; che mi facevo confermare Abbadessa a forza di danaro, che governavo dispoticamente il Convento, che non ero mai al Coro; ma che essendo vivace, e di bel sangue, spendevo tutto il giorno alle finestre, pascendomi a pancia piena; che vantavo nondimeno Santità, e con le mie lettere acquistate a forza di gran studiare, e

F leggere, facevo stimarmi gran Donna di spirito, che ninna delle mie Monache potevano aprirmi la bocca, nè il Prelato poteva gastigarmi, perchè col mio ardire mi rendevo a tutti formidabile, e terribile, che tenevo le Monache in una grandissima disunione sotto colore di voler riformare il Convento, che avevo procurato avere la protezione de' Soggetti Grandi, e de' Principi, e che ero eretica, perchè mi valevo delle parole di Cristo, e le appropriavo a me stessa, tenendomi, come un nuovo Messia. La lettera fu formata dal Soggetto nel Confessionario, essendo venuto per estraordinario, onde le Monache furono le inventrici, e poi si sottoscrissero.

Ricevuta la lettera l'Eminentissimo Cibo,

G tutto zelo di Dio la mattina si portava da Sua Santità, con animo di farmi chiamare a Roma, & ivi gastigarmi; venne però per Divino volere ad incontrarsi con Monsignor Petrucci Vescovo di Jesi, al quale Sua Eminenza confidata la lettera, e dettogli, che si portava dal Papa per questa causa, fu dissuaso dal Petrucci, & entrati in discorso sopra di me, fui dal Perrucci grandemente difesa, e parmi, che lacerassero la lettera; detto Monsignore Petrucci aveva già vedute alcune mie lettere per via di un Cavaliere, & aveva formato concetto, e fede, onde per il suo mezzo la lettera non ebbe effetto alcuno. Non sò poi come fussi, che si venne a sapere di questa lettera, & il Prelato se n' ebbe molto a male,

H perchè pareva, che lui fosse venale, e non avesse zelo de' suoi Conventi, onde fece gran risentimento con le Monache, il che tutto si converti in mio sprezzo, spargendo, che avevo arti, & astuzie tali, che mi sapevo sottrarre da ogni giudizio, e censura.

La fabbrica in tanto si andava alzando, onde cominciorono diversi Ordini a invogliarsi di essa, ne sapendo chi dovesse venire ad abitarla, nè con quale motivo Sua Maestà Cesarea la facesse fare, cominciarono a proporre di voler pagarla anche più di quello valeva, pure, che avessero potuto averla; ma li Ministri di Sua Maestà rifiutarono ogni partito; vi fu anche un Cavaliere, che fece la stessa doman-

domanda, con animo di fare un Palazzo, e ne fece parlare a Sua Maestà, quale lo ributtò, dicendo, che quello era luogo dedicato a Dio, & alla Beatissima Vergine; molti altri incontri vi furono sinistri, ma il più pericoloso fu quello, che segue: stava in somma grazia di S.M.Cesarea un certo Padre, quale aveva fama di santità, stimato anche molto dal Prencipe di Trento; questo buon Religioso, così permettendo Iddio per mia maggior depressione, divenne così contrario a me, & alla fondazione, che non lasciò strade per atterrarla, spargendo voce che io ero una Monaca supposta, ma per altro falsa, & ingannata; e che avevo ingannato anche l'Imperatore, e che in niun modo voleva, che S.M. proseguisse tal fondazione; fece tale impressione il buon Padre nella mente di sua Eccell. Reverendiss., che si mutò tutto, e mi divenne così avverso, e contrario, che non poteva sentirmi nominare, e giurò, che fino lui vivesse, mai sarei venuta in Arco; e perchè il mio Confessore volse portarsi da esso per levarle tale avversione, lo scacciò da se con rimproveri, dicendo, che ero una Donna trista, e ingannata, che avevo con la mia astuzia ingannato il povero Imperatore, e che lui era informato a bastanza da Soggetto di gran stima; di modo che il Confessore ritornò tutto appassionato, e dava nelle smanie, & una delle più sensitive mie mortificazioni, era il dover soffrire li continui lamenti, e rimproveri del Confessore, quale ad ogni piccola contrarietà si sconvolgeva, s'appassionava, e si pentiva d'essersi impacciato in tale affare, e più volte fu per levarsi, & abbandonarmi; onde ero sempre in atto di consolarlo, inanimirlo, e pregarlo non abbandonare l'opera; massime nel vedersi ributtato dal Vescovo, non poteva tollerare l'affronto, fece con mille preghiere, che il nostro Vescovo di Torcello gli facesse un attestato, che non era vero quello gli era stato suggerito; non ostante però sua Eccell. non si rimosse niente, anzi sempre più saldo si opponeva a tutto.

Quando il nostro Prelato intese, che il Prencipe di Trento era così contrario, si persuase, che questo sarebbe stato fortissimo mezzo per ridurre al nulla tutta la fabbrica del nuovo Convento, e facendo penetrare il tutto al suo Vicario, & altri ministri, come pure alle Monache, erano tutti sicuri, che il negozio fosse andato in fumo, e dicevano, che Dio finalmente non mi poteva più tollerare, nè soffrire la mia grande ambizione di volere essere stimata fondatrice, e però di nuovo s'unirono il Confessore estraordinario, le Monache, un altro Religioso, & alcuni nobili Procuratori del Monastero, e scrissero una lettera a Roma contro di me del tenore della prima, e peggiore, e la mandarono ad un Soggetto qualificato, acciò la presentasse alla Sacra Congregazione; ma il Soggetto fece all'opposto, perchè mandò la A lettera al nostro Prelato, supplicandolo voler vedere, che li suoi Monasterij non dessero tali scandoli, che se poi fosse vero, ch'io fussi così scelerata, era obligato a gastigarmi, altrimenti lui ne averebbe dato parte a nostro Signore. Il Prelato di nuovo chiamossi molto offeso, e però venne al Monastero, e dopo aver molto esagerato meco, perchè li causassi tanti disturbi, e affronti per le mie pazzie, & ambizioni di volere essere stimata Fondatrice, e Riformatrice, alla fine volse esaminare le Monache, e fece, che deponessero contro se stesse, cioè, che non era vero quello avevano scritto a Roma; così il Vescovo mandò la deposizione al Soggetto, che riscrisse al Vescovo essere obligato gastigar B le Monache; ma niente fece, perchè sapeva, che in niun modo l'averei permesso, mi sarebbe ben bastato, che le avesse obligate a ricevere il modo del vivere de' nostri Padri, che tanto sospiravo introdurlo, che averei tenuto ampiamente ristorati i miei travagli, ma non meritai tanta grazia. Il buon Padre seguitava in Vienna a detrarre, o pure dire quello Dio gli permetteva contro di me, e tutti credevano, che S. M. C. fosse di già stomacato della mia persona, e che il Convento non sarebbe andato innanzi, anzi mancata ogni cosa. Il mio Confessore risolse portarsi a Vienna a piedi di S. M., eravi stato un altra volta nel principio dell'erezione del Monastero per rendere le dovute grazie C a S. M., quale l'aveva accolto con somma Clemenza, e donatagli una collana d'oro; onde voleva tornare di nuovo per supplicare S. M. della clementissima assegnazione, o entrata per il nuovo Convento, e vedere insieme, se il Padre l'aveva mutato, come il Principe di Trento; s'andava però differendo il viaggio per vedere la fabbrica prima più avanzata, quale due volte fu lasciata in abbandono senza lavorarvi per le stravaganze de' tempi, e per altri disordini, che insorsero, e perchè poi il Sig. Abbate Ferrari scrisse non vi esser più denaro, la qual cosa mi si rendeva incredibile, pure dovevo tacere, per non fare adirare il Confessore; mi esortarono, che io ricorressi a S. M. per nuovo soc- D corso, e benchè li Ministri, & il Padre dicevano, che non averei ricevuto da S.M. cosa alcuna; egli però tutto pio, mi fece una rimessa di mille talleri, con i quali, e con altri, che mi donò il Sig: Baron Trojer il Vecchio, si ridusse la fabbrica a buon stato di potere abitare nella parte già fabbricata, che fu l'abitazione delle Figlie, che si doveva tenere in educazione; ma perchè il Direttore della fabbrica non fece detto luogo, come era disegnato, per questo non può servire a quello, che io destinai nel disegno. La causa perchè era mancato il denaro fu, che chi lo teneva in consegna, se n'era servito, con animo di rimetterlo al mio arrivo in Arco;

ma

ma la morte lo colse prima, e così ora ci troviamo in lite con l' eredità, quale però ha quasi fornito di sodisfare il Monastero di tremila Fiorini. Mio Fratello alla fine risolse di portarsi in Arco per intendere la verità, mentre credeva vano quanto gli dicevo, e si persuadeva, che qualche Conte della Germania mi trappolasse, e teoesse così lo speranze vane per li suoi fini di portarsi innanzi appresso l' Imperatore con il mio mezzo; e benchè avesse veduto in scritto la rimessa, o assegnazione di S. M. delli qnindici mila Fiorini, nondimeno egli dubitava, che fosse una falsa apparenza di alcun Ministro per tenermi in viva speranza, ma che S. M. Cesarea non applicasse punto a tal fondazione, che però portossi in Arco, e veduto il luogo, il sito, la gente, e l' aria, gli piacque tutto, e cominciò a credere, che fosse opera di Dio per mezzo di S. M. Cesarea, ma teneva insieme, che prima di esser terminata, e che io mi fussi portata quivi, sarebbero passati quantità di anni, e dubitava vederne il fine, credendo, che non mi averebbero lasciata portarmi a tal fondazione, se prima non fosse stato terminato il Convento, per il che fare, vi volevano molti anni, e che prima fosse terminata la Guerra, sicuri, che S. M. noo poteva in tempo di spese così immense fare terminare la fabbrica, nè farvi l' entrata, di modo che mio Fratello più tosto gli spiaceva vederne il principio, mentre ne disperava il fine, pure divenne meco più mite, ma spiacevagli sommamente, che mi facessi tanto strapazzare per queste mie chimere (diceva lui,) & averebbe voluto, che attendessi a vivere in modo, che potessi essere lodata, e non biasimata; poichè diceva, che per queste mie novità di Riforma, e fondazione, perdevo il concetto, che per altro mi avevano tutti per li doni da Dio donatimi, de' quali ne dovevo fare stima, e non soffocarli sotto un tanto sprezzo: Sorridevo io a tali sentimenti, e dicevo il mio solito detto *non sum de hoc mundo*.

S' intese in Venezia, che la fabbrica d' Arco era in buonissimo stato; onde le mie Monache più che mai tenevano le levassi di casa li capitali, e li impiegassi in essa; che però dopo aver veduto, che li ricorsi fatti al Prelato, & a Roma non gli erono rinsciti, cominciarono a scrivere all' Illustrissimo Magistrato de sopra Monasterj, quale fece le sue parti col Prelato, esortandolo a gastigarmi, e depormi dalla Carica, e lui ne aveva sommo desiderio per liberarsi da tanti disturbi, ma non poteva farlo, parendole sempre, che se lo faceva, Iddio l'averebbe gastigato, così mi diceva lui stesso; onde si mostrò disgustato con le Monache, perchè erano ricorse al Foro secolare. Il mio Confessore alla fine si portò in Vienna a' piedi di Sua Maestà, quale stimava ritrovare molto mutata per le parole del Padre nomato di sopra; ma letta, che ebbe la mia lettera, nella quale umilmente lo supplicava della Cesarea dotazione al nuovo Convento, rispose clementissimamente, che volentieri l' averebbe fatta, e ne diede subito gli ordini, benchè li suoi ministri differirono tre mesi, ne i quali il Confessore stette in Vienna; & in Arco, e Venezia successero molti travagli per me, poichè quelli d' Arco si erano opposti, non sò per qual motivo; A Trento il Vescovo era tutto contrario, in Venezia, & in Monastero tutto giorno succedeva alcuno imbarazzo; successe poi in detto tempo quella perfida Eresia del Molino, onde era creduto da molti, che ancor io fossi di quella scuola; e vi fu chi venne a posta per provarmi, ma con accortezza: una volta in particolare capitò per Confessore estraordinario un Dottore, e Teologo, quale fattami chiamare alla Grata, e dopo avermi salutata, così all'improvviso dissemi: *Madre Abbedessa, siete voi Petrucciane, e Segnarina?* Io le risposi, *Sig. Dottore, io sono Cristiane per sola grezia di Dio, e merite del nostro Signore Gesù Cristo, si sententi pure andere nel Confessionaric, che tante besta;* non rispose egli altro, e si portò nel Confessionario: A capo di tre mesi il Confessore ebbe tutte le commissioni di Sua Maestà per portarle alla Camera d' Inspruch sopra la già fatta clementissima dotazione; prima di partire di Vienna gli venne voglia di farmi una burla, così permettendo il Signore, scrissemi dunque una lettera disperata, mostrandomi esser del tutto impossibile, che Sua Maestà potesse fare l' entrata al Monastero, e che senza questa non mi potevo portare in esso, che però conosceva non esser questa opera di Dio, ma un mio inganno, e che il tutto si convertirebbe in mio sprezzo, e derisione, non meno, che in sua confusione, e detrimento alla sua riputazione per avermi troppo creduto, che però se ne chiamava molto pentito, e che io ponessi il cuore in pace, nè mai più pensassi a fondazione, perchè ero bene stata ingannata a bastanza dal Demonio.

Letta una tal lettera con tante altre espressioni più acerbe, fui in un subito soprafatta da una oscurità di mente così fissa, e densa, che un solo spiraglio di luce noo vedevo, e mi prese un oppressione di cuore tanto grande, che gettata a terra come morta senza poter parlare, nè piangere, nè respirare, parevami, che mi venissero infrante l' ossa, & ero come agonizante, nel quale stato stetti una grossa ora nella mia Cella; alla fine quando piacque a Dio alzai gli occhi all' Immagine della Vergine Santissima, che teneva il divino suo Figlio morto in braccio, dissi con estrema pena: *O Vergine Segretissima per quell' immenso dolore, che provaste nel vedere sperare il vostro divinissimo Figlie in Croce, e perdesti la speranza di sua vite, pregovi, che vi degnate soccorrermi in questo state, giacchè devo perdere le speranza di essere stete dal mio Signore eletta per l'opera della Santa Riferma,*

e che

e che devo credermi ingannata: Allora fui dal
mio Signore ingombrata di luce, e scacciare
tutte le tenebre, parvemi risuscitare da mor-
te a vita, e dissemi il Signore, *Non temere,
mia figlia, che questa è stata una burla del Con-
fessore permessa da me per farti patire*; così il
giorno detto capitommi altra lettera del Cō-
fessore, nella quale mi dava parte della già
ottenuta dotazione. Tornato a Venezia il
Confessore, si cominciò a pensare, come si
potesse fare per aver da Roma licenza di par-
tire; questo è stato un gran secreto di Dio di
aver voluto, che in si opra di tāto rilievo fos-
simo noi due soli, cioè il Confessore, e me
del tutto inesperti delle strade, che si dovevan
tenere per caminare con buon ordine, & esso
Confessore era subitoso, nè voleva ben con-
siderare le cose, ma operava così a sbalzo, et
io del tutto ignorante di simili affari; il Con-
fessore non le piaceva consigliare con alcuno,
& io non potevo farlo per non disgustar lui,
onde è stata tutta opera di Dio, non vi essendo
entrata nel guidarla al fine niente di pruden-
za umana; pensassimo dunque, come si po-
teva fare per aver la licenza da Roma per po-
termi partire, e portarmi al nuovo Conven-
to, si risolvè far ricorso all'unico mezzo da
Dio eletto, cioè l'Imperatore, al quale scris-
si, che si volesse compiacere di far cavare il
Breve per il mio trasporto; Sua Maestà die-
de gli opportuni ordini, ma volse prima,
che gli esponessi quante Monache volevo me-
co, il loro nomi, e casati, l'età, & altri
particolari. Per far questo ricercai prima di
due mie Sorelle Monache, se volevano venir
meco, essendo Donne di spirito, e di gover-
no; ma esse ebbero così grande avversione
al partirsi dalla Patria, che non vollero se-
guitarmi: Dal mio Convento non potevo le-
vare altre, che la Madre mia Compagna,
perchè tutte aborrivano il portarsi in altra
nazione; onde fui astretta inclinare a pren-
der meco due Monache di diversi Ordini,
una Francescana, l'altra Benedettina, con le
quali tenevo communicazione per via di let-
tere, erano nobili Venete, e Donne di gran
spirito, e talento, quali molto sospiravano
esser meco in Regola più stretta della loro;
queste dunque unii alla mia Compagna per
chiederle a Sua Maestà, acciò ne ricercasse a
Roma la licenza. Quando il mio Confessore
intese il mio pensiero, li spiacque molto, e
non voleva in modo alcuno, che pigliassi me-
co le due Monache, per il solo dubbio, che
lui aveva, che esse potessero ricevere tutta la
gloria, come nobili, e stimate molto per li
loro buoni talenti, sicchè diceva lui, che
sarebbe attribuita a loro la gloria, quando
noi avessimo sofferti gli affanni. Questo sen-
timento postomi in capo dal Confessore, mi
fece una grande avversione al volerlo segui-
tare, poichè lo conoscevo tutto umano, e
diverso dalla Dottrina di Cristo, e soda umil-
tà, lontano dalla purità dello spirito, e di-

verso dal fine vero di cercar solo la gloria di
A Dio; onde mi opposi a tal sentimento, &
appunto, perchè supponevo, che tutti ave-
rebbero dara la gloria, e'l nome alle due Mo-
nache, appunto per questo stabilii di volerle,
e rivolta al mio Signore dicevo, *Voi solo, mio
Dio, voglio, non gloria mondana*; che però
esposi a Sua Maestà il mio desiderio di aver
meco le due Monache, acciò le chiedesse a
Roma, non ostante la contradizione del Cō-
fessore; perchè se lui mi avesse proposto al-
tro motivo, l'averei accettato; ma senti-
mento così basso non potei ammettere in mo-
do alcuno.

Scrisse dunque S. M. C. a Roma per il Bre-
ve Apostolico di levarmi da Burano con l'al-
tre, e portarmi in Arco, & in spazio di tre, o
B quattro settimane capitò il Breve a S. M. C.,
quale me ne mandò avviso; perchè il Breve
parmi non capitasse proprio all'Imperatore,
ma al Prencipe di Trento, & a Sua Maestà
parmi gli mandassero copia, però non mi ri-
cordo bene, come fosse questo, basta, che
da Sua Maestà ne ebbi avviso dell'ottenuta
licenza. Quando il Prencipe di Trento vid-
de il Breve, fece subito una rigorosa com-
missione al suo Vicario foraneo, che dovesse
visitare tutta la fabbrica del nuovo Conven-
to, e vedere se era fornita, se vi era fatta l'
entrata, se la Chiesa, e Convento erano pro-
veduti di mobili, & utensili, se vi era pre-
parato il Confessore, il Cappellano, li Ser-
venti, se per loro vi era casa, & entrata, &
C ogni minutezza più rigorosa voleva, che fos-
se in pronto: il povero Vicario foraneo, che
era Uomo giusto, e sincero, fatta la visita,
diede la relazione sincera, non avendo egli
cognizione della fatta dotazione, nè sapen-
do, che il Confessore sarebbe stato lo stesso
che agitava l'opera, e che li mobili stavano
già preparati appresso di me, che la fabbri-
ca non la volevo terminata, perchè ci vole-
vo esser presente per ordinarla secondo il bi-
sogno, di modo che diede una relazione tut-
ta a favore del Vescovo, che solo bramava
motivi per potere impedire la mia venuta in
Arco, già così male impressionato da quel
Religioso per disposizione di Dio, e per mio
maggior bene spirituale: Quando il Prencipe
D di Trento vidde la Relazione, la mandò a
Roma, scrivendo, che io avevo ingannato
l'Imperatore, e che esso per coscienza non
mi poteva ricevere.

Mi scordai di sopra di esprimere, come la
licenza, che venne da Roma consisteva solo
per me, e per la mia Compagna, negando
per allora le due Monache, e vi posero que-
sto motivo, che non era dovere andassero le
Istritutrici, con l'Instruende, che quando fus-
si stata io in Arco, allora si potrebbe suppli-
care la Sacra Congregazione per le due Mo-
nache, che l'averebbe date, il che inteso da
me, ammirai quanto Dio sii fedele a chi
cerca la sola sua gloria, e non la propria. Or

quando Roma intese la relazione dei Prencipe di Treoto, ne fecero consapevole Sua Maestà; l' Imperatore fece, che il suo Cancelliero si dolesse col Vescovo, quale mandò a Sua Maestà copia della Relazione data dal Vicario foraneo; la Maestà della Regina Sorella dell'Imperatore si lamentò anch'essa col Vescovo, & egli pure gli mandò copia della Relazione, scrivendo ad ambi le Maestà, che per coscienza noo poteva ricevermi, e che avevo rappresentato il falso, e ingannate le Maestà loro; il mio Confessore non poteva darsi pace di questo, onde si portò in Arco, e fece li suoi lamenti col Vicario foraneo, quale però non aveva colpa alcuna. Il Confessore gli fece vedere la dotazione fatta da Sua Maestà, e lo rese capace di quelle cose, che non sapeva, e poi scrisse a me, che mandassi subito in Arco due Cassoncini di mobilia per la Chiesa, e Convento, quale avevo preparata col danaro di Sua Maestà Cesarea, poichè dalli quindici mila fiorini feci levare 300. ungheri, e me li feci portare dal Confessore, a fine di provedere quel poco poteva per il nuovo Convento.

Volendo dunque mandare in Arco li due cassoncini, non sapevo come fare, perchè le mie Monache averebbero creduto, che fosse tutta robba del Monastero, però mi servii del Sacerdote di sopra nomato Signore Don Antonio Vador, e di notte li feci portare a Venezia, e di là li spedii per Arco. Arrivati in Arco, il Confessore li fece vedere al Vicario foraneo, & altri Religiosi, e Signori principali del Comune, da i quali poi si fece fare un publico attestato, come tutte le cose stavano in buona disposizione, e che il comune desiderava la nostra celere venuta in Arco alla fondazione: Con questo attestato si portò il Confessore di nuovo da Sua Eccellenza per vedere di rimuoverla dal suo pensiero, ma non ebbe udienza, anzi il suo Cancelliere parlò risentitamente contro di me, e disse, che Sua Ecc. Reverendiss. aveva giurato, che io non sarei mai venuta in Arco sotto il suo governo; ritornò il mio Confessore molto turbato, & afflitto, poichè senza il consenso di Sua Eccell. Reverendiss. non potevo portarmi alla fondazione, tanto più, che doveva egli darne parte al Vescovo nostro, acciò mi rilasciasse, come ordinava il Breve Apostolico, il qual Breve lasciò Sua Eccell. smarrire; si seppe in Venezia l' opposizione del Principe di Trento, e le relazioni cattive date da lui a Roma; onde ognuno credeva, che non solo mi fusse vietato il partire, ma di più, che per ordine di Roma fussi gastigata. Mio Fratello diede nelle smanie, e mi rimproverava, ch' io fussi causa di tanti disgusti, & in certo modo denigrassi la sua buona stima, nella quale stava appresso tutti.

Saputisi questi contrasti dal Vicario del nostro Vescovo, quale mi aborriva sommamente, accordatosi con un altro Padre tenuto E in stima a Roma, scrisse una lettera contro di me, mostrandomi Donna ambiziosa, sagace, e testarda, illusa dal Demonio, susurratrice, e dissipatrice delle sostanze del Monastero, affermando, che era contro la coscienza il lasciarmi andare ad una fondazione, perchè guai a quell' anime, che fossero state sotto il mio diabolico governo. Fu ricevuta la lettera, e per Divino volere fu mandata, o l' originale, o la copia al nostro Illustrissimo Prelato, quale trovatosi offeso dal suo istesso Vicario, scrisse a Roma, che le cose scritte non erano vere, ma che ero bensì Donna di grand' animo, e coraggio, ma non testarda, e che il mio governo era buonissimo, e divoto; onde svanì anche F questo attentato; or mentre, che passavano lettere del Vescovo di Trento a Roma, e di Roma al Vescovo, & all' Imperatore, fui avvisata da un Signore mio divoto, e di gran prudenza, e pratica della Republica, fui dico avvisata, che si doveva prendere licenza dalla Republica per partire, altrimenti mi averebbero arrestata, e sarebbero nati degli inconvenienti, onde stabilii pregare Sua Maestà, che desse ordine al suo Ambasciatore, che era in Venezia, acciò mi chiedesse alla Republica. Il divoto, e pio Imperatore subito scrisse al suo Ambasciatore, e gli commise, che con ogni celerità ne facesse la dimanda in Collegio. Era Ambasciatore l' Illustrissimo Sign. Conte Francesco della Torre, G che anche al presente sostiene la carica, Cavaliere di quel valore, e stima, che è noto ad ognuno; questo, ricevuto l'ordine di Sua Maestà Cesarea, volse subito venire al Monastero per conoscermi, e darmi parte del Clementissimo ordine di Sua Maestà Cesarea. Parlassimo a lungo, & alla fine partì con stabilire di fare la dimanda in Collegio il Sabbato della Beatissima Vergine: Così fece: Udita dal Collegio la dimanda, e con tanta premura, si posero in tanta apprensione, e scompiglio, che tutta la Piazza era piena di un tal discorso. Mandarono subito i Savii a chiamare il Confessore del Monastero, e poi il Padre Teologo della Serenissima Republica, quale era il Reverendiss. Padre Emo, H se non erro: Fecero varj discorsi, ma il Padre Emo parlò a mio favore, e disse, che non si dovevano impedire opere tali di gloria di Dio, e dilatazione di questo Sacro Ordine; non ostante li Savj erano tanto adirati, che fulminavano, sospettando, che io tenessi cognizioni, e communicazioni appartenenti allo Stato con Principi esteri; e pensando quello non era, stavano infuriati contro di me, fecero al Confessore una grave ripassata, perchè non avessi dato parte alla Republica di tale communicazione con altri Principi, e di quello trattavo con loro; ma il Confessore si scusò non esser egli quello, che agitava, e sapeva il tutto, e di stare al Monastero solo

per

per modum provisionis, con tutto ciò gli commisero, che si portasse al Monastero, e mi facesse sapere il loro disgusto, e poi, che dovessi presentare quasi fosse lettera di Prencipi, o altri Ministri, e di più, che dovessi dare un intiera relazione di tutto il principio della fondazione, e communicazione, e che il Lunedì dovesse esso Confessore presentare il tutto in Collegio, e gli commisero, che se resistevo di dargli le lettere, entrasse egli in Convento, & a viva forza mi levasse quãto tenevo: il Confessore tutto tremante si portò da me, e mi espose con terrore le commissioni: Sorrisi io, e dissi, che stesse pure sollevato, che il Signore averebbe aggiustato il tutto. Presi poi alcune lettere del Sig. Baron Trojer, e del Gran Cancelliere, e scritta la succinta Relazione senza toccare niente di spirituale, diedi il tutto al Confessore, quale presentò in Collegio, ove letta la mia relazione fu risposto, che la Republica non dovea privarsi di così buoni Spiriti. Fecero poi chiamare il Vicario del Vescovo per intender meglio la verità, ma lui parlò poco a mio favore; onde stavano li Savj così sospesi, & agitati, uno de' quali, che era contrarissimo a lasciarmi partire, mosso, credo da Dio fra tre, o quattro giorni si mutò, e disse in Collegio: Se Dio vuole esser servito da questa Monaca anche fuori dello stato, perchè vogliamo noi impedirlo? onde risolsero rimettere questo affare all' Illustrissimo Magistrato de' sopra i Monasterj.

Ricevuto il Magistrato le Commissioni, fecero subito chiamare il Vicario del Vescovo, volse il Signore, che fusse una Banca di Cavalieri molto aspri, fra i quali vi era un Grimani, che mi teneva in concetto di Donna perfida, stante le lettere ricevute più volte dalle mie Monache contro di me molti anni prima, e questo era molto intrinseco del Vicario; onde discorse a parte con esso Vicario, quale gli diede relazione così pessima, che il Cavaliere molto più si stabilì nel suo primo sentimento, e fra le altre cose esagerò il Vicario, che avevo levato al Convento tutto il meglio per farne provisione a quello d'Arco, e che col denaro di quello ove ero, facevo comparire l'altro nuovo fabricato più con le sostanze del Monastero, che con prezzi dell' Imperatore, nella grazia del quale avevo procurato di entrare con la forza del mio scrivere, e comporre, e che vantavo santità, ma ero un Diavolo in carne, e che per coscienza bisognava impedirmi il partire dal Monastero, anzi depormi dalla carica, e farmi render conto della mia amministrazione, e poi gastigarmi severissimamente, così meritando la mia ambizione; il Magistrato s'impressionò così bene di tutte queste massime, che stabilì volermi in tutti i modi gastigare, e impedire la mia partenza; tutto che il Collegio avesse risposto al Signore Ambasciatore, che la Serenissima Republica era contenta di concedermi a Sua Maestà Cesarea, perchè A il Sig. Ambasciatore in soli quindici giorni fece tre volte l'instanza in Collegio; onde vedendo così gran premura, & essendo in buona pace la Republica con Sua Maestà, furono come sorpresi, e mi concessero entro lo spazio di quindici giorni; onde il Magistrato di sopra i Monasterj, non era ancora stato informato come sopra dal Vicario del Vescovo, perchè tutto che il Collegio mi aveva concessa, il Magistrato però desiderava trovare alcun forte motivo per potere impedire la mia partenza; onde il farmi apparire rea, e dissipatrice delle sostanze del Monastero, giudicavano mezzo più forte, poiche in virtù delle leggi, dovevo per questo essere gastigata.

B Inteso dunque dalle Monache per via del Vicario, come stavano le cose, cominciarono con lettere al Magistrato esporre li loro sentimenti contro di me, tutto però ordinato, e permesso da Dio, di modo che le povere Monache non sapevano ciò che si facessero; onde erano degne di scusa. Dopo, che il Sig. Ambasciatore ebbe dal Collegio la licenza di levarmi, averebbe voluto subito portarmi in Arco, poichè sentiva li susurri del Magistrato, e di molti particolari, ma era impossibile a riguardo dell'orrida stagione, essendo nel Gennaro, e freddi, e nevi grandissime, onde bisognò pazientare: Tornò Sua Eccell. a visitarmi, e voleva esortarmi al partire per non soggiacere a disgusti; ma C lo sorrisi dicendo, che ero avvezza a cibarmi di croste, & ossi duri, e che questi hanno dentro la midolla molto delicata, e buona. Spiacque però molto a Sua Eccell., che essendo fatta, in virtù della licenza data dal Collegio, Creatura di Sua Maestà, mi trattassero poi nel modo, che mi trattarono, e vedeva bene il Sig. Ambasciatore, che quanto a loro averebbero fatto assai peggio, se avessero incontrato in debolezza di cuore; ma la verità è, che fecero quello, che Dio gli permesse, e non più, perchè così voleva il Sig., ch'io fussi ben bene esaminata nel fuoco della tribulazione, e tutto a fine di consumare in me il proprio concetto mentale, e pormi nella real cognizione del mio D nulla.

Mandarono dunque li sopra Monasterj dal nostro Prelato il Segretario del Magistrato, e fecero fare in nome di Sue Eccellenze una gran lamentanza, mostrandosi molto disgustati con esso per non averli dato parte della communicazione, che teneva con altri Principi, e perchè mi avesse tante volte confermata nell'Offizio, e lasciatse, che Donna sì rea, superba, e diabolica reggesse quel Convento, e tenesse così oppresse quelle povere Monache, dissipando le loro sostanze per le mie ambizioni, e quasi lo minacciorono di fargli passare qualche mortificazione, e gli commisero, che subito dovesse depormi

dal'a carica, e che volevano rendelsi a loro i conti della mia amministrazione. Il povero Prelato, che era di naturale timido, e dubitava, che per esso il Signore suo Fratello potesse ricevere in Consiglio qualche mortificazione, ti mise subito in terrore, e mi mandò un Canonico suo confidente, acciò mi rappresentasse in quale stato egli si trovava per mia causa, e come veniva offesa la sua dignità, mentre il braccio secolare voleva comandarli, & obbligarlo a far quello non poteva; lo compatii grandemente il Prelato, e li mandai a dire per il Canonico, che non si prendesse pena alcuna, perchè speravo, che il Signore mi averebbe ajutata, come negli altri due casi accadutimi col Magistrato; e che fusse sicuro, che non averei mai permesso, che il braccio secolare lo stringesse a depormi dalla Carica prima del tempo proprio, che mi lasciasse pure travagliare col Magistrato, e gettasse sopra di me tutte le resistenze, & opposizioni, che ne ero ben contenta.

Replicò il Magistrato al Vescovo la commissione di depormi subito dall' Offizio, onde il Prelato m' intimò l' ordine ricevuto, & io risposi al Prelato, che volendo ogni Giustizia prima di condennare, e gastigare alcuno, far costare la sua reità, però si compiacesse Sua Signoria Illustrissima di formar prima Processo, e poi meritando gastigo, sarei stata pronta a riceverlo, altrimenti sarei ricorsa a Roma, & averei fatto sentire a quella Santa Sede le mie ragioni; lo scrivevo così a bella posta per difesa del Prelato, acciò esso con le mie risposte potesse sottrarsi dall' ubbedire al braccio secolare, come pretendevano, credo però con buon fine, dubbiosi, che il Prelato non avesse petto per gastigarmi. Il Prelato fece intendere al Magistrato le mie risposte, che vi fecero sopra reflessione, e procurarono, che mio Fratello m' inducesse a renunziare da me stessa; ma niente fecero, perchè mio Fratello rispose, che sapeva bene, che sua Sorella aveva governato con amore, e giustizia, e che aveva accresciuti li Beni del Convento, e non diil p. ti, sicchè non ebbero l' intento; mi fecero intendere, che dovessi presentare in Magistrato li libri del Monastero, con rendere loro conto della mia amministrazione; lo risposi, che riconoscevo per mio legittimo Superiore il Prelato, e però a lui l' averei reso li conti, e non al braccio Secolare. Il Segretario del Magistrato gettava fuoco per tali risposte, condennandomi, Donna testarda, disubbidiente, arrogante, & indiavolata: mi fece dire, che se non presentavo i Libri, sarebbe egli entrato in Monastero a pigliarli, e pormi fra due mura per tutta la mia vita: Risposi, che le chiavi della clausura stavano nelle mie mani, e che già mi trovavo posta da Dio fra due mura, che il mio cuore non era così pauroso, come si persuadeva. Il Segretario non pote-

E va soffrire le mie risposte, e diceva: Lasciamo andare alla malora questa pessima femina, che è un Diavolo in carne.

Le Monache non cessavano di molestare il Magistrato, perchè mi deponesse, e mi facesse suddita a loro, trovando un mezzo termine, che essendo tante anni, che governavo, era di necessità, che prima di partire dal Monastero, fussero elle Superiore per potere da me imparare il modo di governare, ma il fine loro era diverso, e perchè Dio lo conosceva, per questo non le consolava; il Magistrato voleva pure, che il Prelato mi deponesse, e mi facesse render conto del mio governo, e che presentassi i Libri; ma il Prelato si scusava sempre con le mie risposte; onde si anoò così portandola innanzi circa due mesi,

F ma con continui travagli, e minaccie, anzi vietorono, che niun nobile capitasse più al Monastero, & era tanto strepito per Venezia per questa causa, che ognuno temeva capitare, o scrivermi, e mio Fratello stesso si ritirò, e ci scrivevamo per via di numeri: mi sequestrarono tutti i crediti, e Livelli del Monastero; onde tutti chi aveva da avere, mi molestavano tutto il giorno, e credevano, che io avessi commesso qualche grave male, perchè ero così mortificata dal Publico; mi trovavo angustiata per non sapere come provedere il vitto quotidiano alle Monache, non potendo riscuotere soldo alcuno, ma il Signore mi ajutò, facendo, che una Signora mia Amica mi donasse dugento ducati, acciò

G mi servissi nel viaggio, che ero per fare, con i quali providdi al bisogno del Convento, febbene dicevano le Monache, & altri, che la necessità mi faceva trovar fuori il denaro rubato al Monastero, nell' istesso tempo, che travagliavo con la Republica, ero parimente afflitta dal Principe di Trento, quale stava saldo in non mi voler ricevere; Il Sig. Ambasciatore gli scrisse, esortandolo a ricevere per il servizio di Dio, e per la sodisfazione di S. M. Cesarea, che molto lo desiderava; ma il Principe rispose come prima, che non poteva farlo per coscienza, e gli mandò la copia della relazione del Vicario foraneo; il Sig. Ambasciatore se l' ebbe a male, e scrisse caldamente a Roma, acciò gli

H mandassero nuovo ordine, perchè mi dovesse ricevere. Il Cardinale dell' Imperio operò in modo, che fù spedito al Principe un nuovo Decreto, acciò non differisse più a ricevermi, ma Sua Eccell. Ri. erit is. & il suo Cancelliere trovavano mille oppo siz oni; L' Illustrissimo Signore Ambasciatore, che è Cavaliere tutto zelante del buon servizio di Sua Maestà, volse in tutti li modi, che fusse fatta nuova visita del Convento nuovo, il che fù commesso all' istesso Monsignor Vicario foraneo, quale fece la Visita, e diede la relazione buonissima, come era la verità dello stato del nuovo Convento, e Sua Eccel. volse vederla; onde trovando non ostante il

Prin-

Principe saldo in non volermi, gli scrisse, che se non risolveva obbedire al Decreto di Roma, che lui stesso mi sarebbe venuto a introdurre nel Monastero, e scrisse molto risentitamente al Cancelliere, quale cominciò mostrarsi più favorevole, e mi scrisse una lettera tutta mite; ma il Sig. Ambasciatore con la sua grande risolutezza, scrisse di nuovo a Roma, acciò facessero in modo, che il Prelato non si opponesse più, onde mandarono un Decreto all' Illustrissimo Monsign. Vicario di Trento, commettendogli con gran rigore, che senza alcuna proroga, o scusazione dovesse subito eseguire il decreto della mia licenza per il trasporto in Arco con la mia compagna; così esso Monsign. Vicario diede subito parte al Vescovo di Torcello, acciò mi rilasciasse, & in questo modo s' acquietarono i contrarii; ma il povero Principe, e Vescovo di Trento si gettò in letto, & in otto giorni morì; onde verificossi il suo detto, che mai sarei venuta in Arco sino che fosse vivo.

Si seppe in Venezia, & in Monastero, che era venuto il Decreto al nostro Vescovo per poter partirmi, ma credevano, o che la Republica mi vietasse la partenza, o almeno, che me la dilungasse molto tempo; onde sempre più facevano instanze, perch' io fussi deposta, & il Magistrato facesse esso l' elezione d' Abbadessa, cioè commettesse al Prelato di eleggere quella, che esse Monache bramavano, avendola già fatta apparire Donna sufficientissima appresso il Magistrato, e però di continuo il povero Prelato era mortificato, perchè non mi deponeva. Altro travaglio grave vi era, poichè il Magistrato voleva nelle mani il Confessore, che aveva agitato l' opera, per gastigarlo, e si parlava molto male di lui, dubitando ognuno, che lo gastigassero nella vita; stava egli in Arco per far ridurre alla perfezione certe cose, che mancavano nella nuova fabbrica, & intendendo, che il Magistrato l' avea citato, acciò comparisse, fidato sopra la sua coscienza di non aver fatto male, voleva in ogni modo venire a Venezia, e presentarsi; questo mi dava fastidio, perchè dubitavo, che gli accadesse qualche grave danno: volse però egli venire, e capitò al Convento di notte, ove lo feci stare occulto fino che scrissi ad un Cavaliere mio gran Padrone, pregandolo operare in modo, che il Confessore non avesse a ricever travaglio; così il Cavaliere parlò agl' Eccellentissimi Signori, poi condusse seco al Magistrato il Confessore, al quale fecero una gagliarda riprensione, e lo interrogarono minutamente di tutto quello aveva operato, poi gli dissero, che a contemplazione di quel Cavaliere non lo gastigavano, che per altro l' averebbero fatto morire in un Camerotto, ma che non ardisse più capitare al nostro Convento, nè aver meco communicazione, e che mai più averebbe confessato Monache, e fino a quest' ora non ne confessa.

A Finalmente il Magistrato mandò a dire al Prelato, che non prolungasse più il depormi, altrimenti sarebbe successo a lui qualche gran mortificazione, il che fattomi per il Cancelliere sapere, risposi, che essendo gli ultimi giorni di Carnovale, ne i quali le Monache fanno le loro ricreazioni, non era dovere sturbarle con nuove elezioni, che però fusse certo, che ne i primi giorni di Quaresima si sarebbe nuova elezione, e che così facesse sapere al Magistrato, quale con questa promessa stette quieto per quindici giorni, non mancando però di travagliarmi, mandandomi ordini rigorosissimi, che non dovessi mandare fuori di Convento qualsisia cosa, per paura, che non mandassi in Arco la robba B del Monastero, come le Monache sospettavano, & avevano scritto, che gli avessi levato il buono, et il meglio, tanto della mobilia del Convento, come della Sagrestia, e però stavano li Sbirri al Convento vicini per osservare, se mandavo via cosa alcuna; nè mancavano però di molestarmi, acciò io presentassi i Libri di Monastero, e li Procuratori, & altri mi scrivevano, che lo facessi, altrimenti mi sarebbe successo qualche grave travaglio. Io però non volsi mai farlo, perchè non l' avevano fatto mai per l' innanzi le altre Abbadesse, e così non volevo farlo nemeno io, tanto più, che non era per proffito il farlo, non avendo il Monastero entrate, perchè viveva di elemosine, e solo teneva nella C Cassa, e al Sale il denaro per le mansionarie, e per pagare li Serventi, e poi volevo render conto al Superiore spirituale, e non al Secolare; avevo però ridotti tutti li conti in un Sommario sopra un foglio, e fatto apparire la mia amministrazione del corso di undici anni, che avevo governato, come pure un giorno mi portai nella Sagrestia con tutte le Monache, e feci espormi tutta la mobilia con l' Inventario, che trovai il primo anno, che entrai al governo, come pure quello dell' anno corrente, perchè ogn' anno si costuma inventariare la mobilia di Sagrestia, così feci numerare ogni cosa, e si trovò, e accresciuta in numero, e migliorata; feci fare un nuovo inventario, e lo presi meco insie- D me con quello, che trovai, quando fui eletta Abbadessa, poi volsi, che le *Monache* alla presenza del Confessore si sottoscrivessero di loro mano, il che non volevano fare, ma le feci obbedire, perchè sapevano, che ero risoluta, e sapevo trovar mezzi per renderle obbedienti; il Confessore, che era favorevole alle Monache voleva persuadermi non astringerle a farlo, ma dissi, che essendo questo atto di giustizia, volevo, che lo facessero, e che se esso fosse stato contrario, l' averei licenziato dal Monastero, onde le povere Monache furono astrette rendersi al mio volere, e si sottoscrissero con loro gran pena, poichè si facevano conoscere false in

tutto

tutto quello, che avevano deposito al Magistrato; fatto questo scrissi a Sua Eccell., che si compiacesse mandarmi uno de Procuratori del Monastero, al quale potessi esporre i miei sentimenti; mandarono un Cavaliere stimatissimo, che era Avogadore, e molto severo, forse per atterrirmi; questo venuto cominciò a esagerare la mia renitenza nell' obbedire Sue Eccellenze, e presentargli li libri del Monastero, e render conto del mio governo, e che Sue Eccell. andavano miti, ma avevano modi di farmi obbedire. Risposi, che mi conoscevo obligata obbedire il mio Superiore Ecclesiastico, e che a lui dovevo render conto della mia amministrazione, e che Sue Eccell. non credessero atterirmi, perchè ero di cuore costante per sola misericordia di Dio; che i Libri non li averei mai presentati, onde potevano Sue Eccellenze quietarsi; poi dissi, che molto stupivo nel vedere la mia Serenissima Republica tanto pia, & inclinata al culto di Dio, e dilatazione delle Religioni, ad ogni modo mostrarsi meco tanto severa per aver procurato di vivere conforme il mio stato, e rendermi capace di poter portare col nome, anche la pietà di essa Republica in altri Stati; ma che se fossi stata una Monaca bizzarra, che tutto il giorno mi fussi spassata ne' Parlatorij con Cavalieri, & altri, sarei bene stata da ogn' uno applaudita, e stimata un bel spirito, come si stimavano altre; ma per esser vissuta quanto avevo potuto attaccata alla Croce di Cristo, per questo ero condennata rea, e scelerata: il Cavaliere rispose, che le mie Monache erano cagione di tutti li strepiti, lamentandosi, che le avevo spogliate del buono, e meglio per fabricarmi un Convento; a questo esposi al Cavaliere il ristretto de' Conti, e li due Inventarj sottoscritti da elle, quali veduti, e trovato, che io andavo creditrice di 600. ducati, e la Sagrestia era cresciuta in ogni mobilia; restò ammirato, e disse, che lasciassi vedere a lui i Libri: Lo feci, tenendoli però io in mano; onde veduto esser giuste le partite col Sommario, disse, che averebbe bisognato gastigare le Monache, e voleva consolarmi; mi esortò consegnare a lui li Libri per far vedere a Sue Eccell. la mia obbedienza, ma risposi bastarmi non esser rea in quella parte innanzi a Dio, che degli Uomini, nè temevo, nè bramavo la loro grazia.

Così partì il Cavaliere, e portò le relazioni al Magistrato, quale però restò poco contento, perchè voleva rendermi a presentare i Libri de' Conti del Monastero, e rendere ad esso conto del mio governo, il che sarebbe stato affronto grande al mio Prelato, & un strapazzo della sua autorità. In tanto posi all' ordine le cose mie per la partenza, & accordai con mio Fratello per via di nomeri, che preparasse tutto ciò, che occorreva per il viaggio. Temeva lui molto il levarmi di Monastero in stagione ancor rigida, pure sen-
E tendomi risoluta, e bramoso liberarmi da tanti travagli, preparò segretamente ogni cosa oppoituna. Avevo in Monastero due Figlie nobili Veneziane, quali avevo educate da fanciulline di sette anni, queste Sorelle di sangue, e di bontà, si erano espresse col Padre, e parenti volere venire meco per monacarsi quivi: vi furono molte differenze, e resistenze de' loro Fratelli, e parenti; alla fine trovarono un mezzo termine ad utilità loro, che o le lasciassi nella Patria, o le conducessi senza dote: Io sapevo, che elle erano Angeli di purità, e bontà; onde rivolta al mio Sig. dissi: *Non sia mai vero, Signor mio, che per l'oro terreno lassi bruttare questi innocenti Agnelli nelle vanità del Secolo, e le-*
F *vi al vostro cuore il deliziare in questi preziosi Giardini*; e così elessi condurle meco senza dote; suo Padre però gli assegnò un Livello. Il Prelato poi mi aveva posto in Monastero una figlia benissimo nata, e molto mi aveva pregato, perchè la pigliassi meco in Arco, essendoli morti i suoi Genitori, e li parenti tutto che ricchissimi non ne volevano saper niente; questa era stata allevata con molta delicatezza, e fasto, onde aveva tratti vezzosi, e delicati, & a me spiacevano molto, perchè desideravo fosse più virile, onde stavo dubbiosa, se dovevo condurla meco, o nò. Ne facevo orazione al Signore, & alla fine il giorno innanzi la mia partenza dopo essermi communicata dissi al mio Signore. *O*
G *Signore mio pregovi per il vostro dolcissimo Cuore, che vi degnate dirmi quello, che devo fare di questa figlia*, Il Signore mi rispose: *guidala teco, che ne averai bisogno*; e così fù, come dirò a suo luogo. Tenevo anche preparata una giovane per Conversa, ed essendo sei in tutte, desideravo fussimo sette, onde pregai il Signore mi mandasse un altra Figlia da Coro, quale pure mi fu mandata dal Signore, e di nascita grande, ma per essere in mano de' Fratelli, & ella essere di pochissimo animo, non seppe domandare il suo, nè io potevo farlo, perchè sarebbero ricorsi al Magistrato, quale non voleva, che portassi meco dote di sorte alcuna, nè meno la mobilia delle Figlie, ma partissero col solo abito
H senza altra cosa. Io ebbi riguardo anche a questa figlia, a la sua bontà, e ardente desiderio che teneva di servire a Dio, e così mirando, e confidando nella Providenza del mio Signore, attesi solo a condur meco la bontà, e l' Innocenza, non le sostanze terrene, delle quali per grazia del mio Signore non fu mai il mio Cuore bramoso, nè seppe apprezzarle, e stimarle, essendo troppo vili, e pesanti ad uno spirito, che aspira al Cielo: *Pondus est, non subsidium*, dice S. Gregorio Papa.

Aggiustate dunque con tutta segretezza le cose per il viaggio, diedi parte alle Monache, come uguali, overo la prima Domeni-

ca di Quaresima si farebbe fatta nuova elezione di Abbadessa; subito elle fecero Capitolo fra di loro, destinando eleggere quella, che più le piaceva, ma perche non avevano voti a sufficienza, e temevano, che io con l'altre, e quelle del Prelato, potessero eleggerne una di mio genio, fecero, che il Confessore inducesse il Prelato farmi intendere, che essendo io, e la mia Vicaria, come membri recisi da quel Corpo, non dovessimo nè meno aver voce in Capitolo, essendo già destinate ad altro Convento: a questo risposi, che ancora non eramo recise da quel Corpo, e che potevo forse pentirmi di partire, e però sino a tanto, che eramo ivi, non si poteva dire, che fussimo recise; Onde per questo capo non potevamo essere escluse dal Capitolo. Il Prelato s'acquietò, e conobbe esser vere le mie ragioni; onde non sapendo le Monache, come assicurarsi della loro tanto sospirata elezione, mi fecero pregare per il Confessore, che volessi dare il mio voto a lor favore, e fare, che la mia Vicaria, & altre, che mi aderivano in questo, dessero anch'esse il voto loro a quella, che bramavano. Risposi al Confessore, che non avevo mai accettato brogli, e che l'elezione voleva esser fatta per via d'orazione, e non per via di ciancie, che però stessero pure di buon cuore, che presto sarebbero consolate; il che intendevo della mia partenza, ma esse credettero, che averei fatto quanto mi ricercavano, onde stavano consolatissime, e si avevano ormai divisi fra loro gli Offizi, e cariche. Tenevo in Monastero diversi colli di mobilia delle figliuole, che doveano venir meco, e di altre robbe per uso di noi due Monache, che se pure mi avessi pigliato qualche cosa del Monastero, potevo farlo con buona coscienza, avendo ricevuto esso Monastero più di tre mila Ducati, oltre la mia dote, da diversi divoti, che mi amavano, e mi davano, e danaro, e robba di valore; e poi delli quindici mila fiorini di Sua Maestà, ne feci venire 300. Ungbari, buona parte de' quali impiegai per li bisogni del Convento, oltre tanti altri, che mi venivano mandati da Cavalieri della Germania, & io gl' impiegavo ne' bisogni del Convento, avendole sempre mantenute con buonissimo vitto, e vestito, e poi in tutto il rimanente facevo tutto quello potevo a loro utilità, e li avevo accresciuti i Capitali in Cassa, & al Sale, solo in un Livello, che feci di mille ducati, ebbi la sfortuna, che fallì il mercante, e portò via 300. ducati, perchè Dio mi ajutò, che assicurai gli altri 700. sopra alcuni suoi stabili, che ancora il Monastero ne ricava gli effetti.

Or dunque dovendo spedire li colli già detti per mandarli a Venezia dal mio Fratello, e di là in Arco, & avendomi il Magistrato severamente proibito il mandere fuori di Convento cos'alcuna, feci chieder licenza a Sue Eccell. per poter mandar fuori li detti Colli delle Figliuole, negarono le licenza,

A dicendo, che volevano si partisse con la sola vita; udito, che ebbi questo, ricorsi al mio Signore, pregandolo difendermi in causa tale, poi feci capitare una Barca grande al Convento, e di mezzo giorno alla vista di tutti imbarcai i Colli, e li mandai a Venezia da mio Fratello, quale li spedì per Arco, senza, che succedesse male alcuno. Io credo, che la Republica per li suoi fini di politica facesse tante apparenze di rigore, per esempio forse d'altre, ma per altro, che sapesse bene in coscienza, che non era Giustizia l'impedire opera così pia, e poi il Magistrato mi conosceva, e credo dicessero, che se fossi stata chiemata da Dio, averei superato tutte le contrarietà, onde in un certo mo-

B do provavano, se ero chiamata da Dio alla fondazione, o pure se da me stessa mi ci ponevo, di modo che anche il Magistrato fu un forte strumento, e mezzo, del quale si servì il Signore per far conoscere la divina sua volontà in questa santa fondazione.

Giunta dunque la prima Domenica di Quaresima, il Prelato si portò al Monastero, col quale ebbi lunghissimo discorso, e li significai, come il giorno dietro ero per partire: Stupì grandemente il Prelato, che io avessi ridotte le cose a tal segno, che il Magistrato non l'aveva spuntata di farlo venire a nuova elezione prima di mia partenza, cioè per il solo motivo necessario di mia partenza, non per la commissione di esso Magistrato.

C Accordassimo poi di eleggere Abbadessa una Monaca matura, e di buoni sentimenti per l' osservanza, e governo del Monastero: già vi erano voti a sufficienza per essa con quelli del Prelato; così la Domenica stessa dopo Compieta si fece l'elezione, che al primo scrutinio restò eletta; all' udire le altre nominarle restarono esangui, e molta acque cordiale quella sera dovei dare all' una, & all' altra per sollievo del cuore.

Fatta l' Abbadessa si costumava condurle nel Capitolo, ove radunate anche le Novizie, e Converse, ella fa un breve discorso a tutte, ma la nuova Abbadessa volse, che lo facessi io; così posta a sedere a suoi piedi dissi quello, che il Signore mi pose in mente,

D esortandole all'amore, pace, e carità commune, come pure all'obbedienza, e reverenza dovuta alla Superiora, pregandole non voler mai più trattare la loro Superiora, come aveano trattato me, perchè Iddio le averebbe gastigate; che quanto a me così era stata ordinazione del Signore per ridurmi a quel segno, che mi voleva, che però era stata molto necessaria, e molto buona per me la loro operazione, per la quale me gli conoscevo eternamente obbligata, e di tutto cuore le ringraziavo di tanto bene, che mi avevano fatto, nel tener soggiogata la mia alterigia, per la quale mi sarei forse precipitata in maggiori peccati. Li chiesi poi perdono di quanto

to mai avessi operato a loro disgusto, o cattivo esempio, E a le pregavo scordarsi delle mie iniquità, e volermi raccomandare a Dio molto di cuore; poi soprafatta da una gran tenerezza d'affetto per esser così vicina a lasciarle, avendole così svisceratamente amate per lo spazio di trentatrè anni, diedi un sospiro, e dissi: Orsù mie Carissime Madri, e Sorelle, ecco ormai giunta l'ora, che Dio vi vuol consolare, liberandovi da questa pietra di scandolo, dimani mattina a Dio piacendo partirò per Arco; a queste parole alcune diedero un grido dicendo: *Ah Madre, Madre, così ci avete tradite, senza dirci una parola prima, volete lasciarci, sono cose da farci morire d'angoscia;* Queste erano quelle, che se non mi amavano di cuore, almeno non mi odiavano, F sebbene credo niuna mi odiasse, ma solo la passione, e tentazione le molestava contro di me, e poi era così destinato da Dio. Io sentendo tali parole non potei contenere il pianto, onde partii di Capitolo, ma mi seguitarono, e stettero meco quasi tutta la notte. La mattina il Prelato ci disse la Messa, e ci communicò; già era preparato il Burchiello alla ripa del Monastero, come pure vi erano le quattro Mattone condotte da mio Fratello, che così comandava il decreto di Roma, e preparati erano quelli, che ci avevano da accompagnare nel Viaggio, cioè il mio Confessore, il Sig. Don Antonio Vador, un altro Sacerdote, mio fratello con quattro suoi di Casa, e poi eravi G alla porta del Monastero oltre il Prelato con i suoi Ministri, alcuni altri Canonici Sacerdoti, e Signori del luogo, con moltitudine di Popolo: ci portassimo tutte alla porta del Monastero, & aperta, il Cancelliere lesse ad alta voce il decreto di Roma, & un altra Scrittura della nostra età, fisonomia, statura, e simili, quale poi consegnò alle Matrone, acciò la dessero a chi ne doveva ricevere in Arco in nome di questo Prelato, benchè allora governava il Vicario per la morte del Prencipe successa di fresco.

Fatte queste cerimonie l'Illustrissimo Prelato mi disse, che potevo uscire a mio piacere, ma io ero come fuori di me, e per le cose interne della mia mente, e per il sentimento H di dover lasciare le mie care Madri, e vedendomi in tanta gente, e strepiti di voci, non sapevo porre il piede fuori della Porta, onde il Prelato mi prese per mano, e dissemi: *Orsù Madre Abbadessa bisogna uscire*, così presa la sua benedizione, mi voltai alle Monache, e dissi: *Madri mie care a rivederci in Cielo*; Così uscita dalla Porta, il Prelato mi consegnò alla prima Matrona, la mia Compagna alla seconda, e le tre Figlie, che erano meco all'altre due Matrone, montassimo in Burchiello, con seguito di Barche, e gente, che piangevano, e gridavano a festa; Tutti li Monasterij vicini vedendoci passare, ci pregavano, che smontassimo, & andassimo da loro ne' Parlatorij, ma solo da uno io andai per esservi una Monaca bisognosa di correzione, alla quale dissi con libertà di cuore il mio sentimento, e pur troppo gli successe la morte, con dubbio di sua salute. Arrivassimo a Venezia, e smontai al Palazzo del Padre delle due Figlie nobili, che avevo meco; mandai poi il Signor Don Antonio Vador da Sua Eccell. il Sig. Ambasciatore ad avvisarlo del mio arrivo in Venezia; stupì Sua Eccell., & ordinò, che la mattina fussimo condotte al suo Palazzo; così giunte a quello alle 15. ore, scese Sua Eccell. le scale, e mi prese per mano, e condussemi di sopra, & il suo Segretario conduceva la mia Compagna, gli altri non smontarono per li riguardi della Republica, non potendosi praticare con Ambasciatori chi pratica la nobiltà, però tutti andarono col Burchiello al Monastero di S. Andrea, che è da un Capo di Venezia, dove quelle Gentildonne stavano attendendomi per la stretta amicizia, che passava fra noi: Sua Eccell. dunque guidommi di sopra, ove nella Sala stavano due ale de' suoi Gentilnomini, mi condusse in una gran stanza, e qui si discorse una grossa ora; poscia essendo sopraggiunto Monsignore Internunzio Apostolico, & altri Soggetti ci guidò per il Palazzo, e disse, che se avesse avuto alcuna donna in casa, voleva tenerci un giorno, ma non ne avendo, ci fece entrare nella sua Gondola, conducendomi sempre Sua Eccell. per mano giù per le scale, e lui entrò in altra Gondola inferiore, & andassimo a S. Andrea, e al smontare, e per tutto il Campo volse Sua Eccell. sempre tenermi per mano, il che mi era una mortificazione grandissima, essendo egli gottoso, che non poteva caminare, e pure voleva sostentar me; Giunti nel Parlatorio delle Monache, che erano tutte concorse per vederci, & eravi tanto popolo, e per la strada, e nel Parlatorio, che non s'intendeva il parlare, poichè tutti volevano la benedizione, e baciar l'abito; mi fermai un pezzo con quelle Monache, avendomi ognuna voluto parlare, e volevano, che restassimo ivi a pranzo, ma il mio Fratello pregò il Signore Ambasciatore lasciarci in libertà; così partire, tornassimo con l'istesso strepito del Popolo in Gondola, e volse entrare con noi anche Sua Eccell., ma io stracca dal tanto parlare, e complimentare nel Palazzo di Sua Eccell. con esso, & altri Soggetti, e poi con le Monache, perchè la mia Compagna era Donna timorosa, e rispettosa di modo, che non diceva mai una parola, onde ero astretta supplire anche per essa, sicchè vennemi un rivolgimento di stomaco così grande, che mi pareva morire; Sua Eccell. diedemi certi Balsami, ma avevo bisogno di libertà, pure convenni stare così fino che arrivassimo fuori di Venezia a Fusina, ove Sua Eccell. mi raccomandò molto a mio Fratello, & agl'altri, e mi fece mille esibizioni, poi si partì, e noi

tutti

tutti in Burchiello ci portammo a Soza luogo f.a Venezia, e Padova, ove stemmo la notte; sicchè la mia partenza dal Convento di Burano fu il primo Lunedì della prima Settimana di Quaresima, che era anco il primo di Marzo 1689., essendo vissuta in quel Monastero 33. anni, e un mese; ci diede il Signore una stagione preziosissima, perchè non era nè caldo, nè freddo, giornate ottime, e strade buonissime. Quando fummo a Padova ci vennero ad incontrare due delle prime Contesse con le loro Carrozze, mio Fratello, e tutti gli altri stavano con grandissimo timore di me, perchè non avevo mai veduto nè Cavalli, nè Carrozze, nè Sedie, di modo che temevano molto mi potessero far male; ma entrata in Carrozza vi stetti senza alcun disturbo, che lo riconobbi grazia del Signore, stante alla debolezza di capo, che pativo, per la quale non potevo soffrire, che mi fusse pure un tantino squassata la Sedia quando ero a sedere. Le Dame ci condussero alla visita di due Conventi di Monache, & alloggiammo nel Palazzo delle due Figlie nobili, che erano meco. La mattina ci condussero al Santo, ove poste vicine al suo Altare stavo poco distante dalla predella, o prospetto di esso Altare, ove subito sentii una fragranza di odore così soave, che non potevo soffrirla, non sapendo io, che in quell' Altare vi fosse il Santo, perchè ci conducevano a mano quelle Contesse senza parlare, essendo molta gente nella Chiesa, che ci guardava, benchè sempre eramo con le faccie coperte; or seguitando la soavità dell' odore, che mi riempiva tutta l' Anima, dissi alla mia Compagna: Sentite voi, che fragranza di odore? che cosa può esser mai? ella rispose, che quello era l' Altare del Santo, ma che l' odore si sentiva dietro l' Altare ove è il suo Corpo, se non erro, tacqui, ma per me dico, e credo, che quel Santo Corpo sia innanzi l' Altare, e non di dietro, perchè dopo, che noi ci fummo communicate, & udita la Messa, ci condussero dietro l' Altare, e tutti dicevano, o che soave odore, ma io non sentii odore alcuno in quel luogo. Ci fecero poi vedere quei buoni Padri il Tesoro del Santo, la sua santa Lingua, & altre sante Reliquie: partimmo poi, e la notte alloggiammo in un altro Palazzo, & il giorno dietro arrivammo a Vicenza, aspettati dagli Illustrissimi Signori Conti Ferramosca, e dalle sue Dame, quali ci tennero a viva forza due giorni, e ci fecero tanti onori, e favori, che non si può dire a bastanza della loro grande gentilezza, divozione, e liberalità. Quivi era una Signora Vergine, ma di età assai avanzata, quale era st. ta 24. anni nella Corte dell' Imperatrice Madre dell' Imperatore già defonta, questa fece tali, e tanti preghi, che fui astretta a riceverla meco, così da Venezia partimmo in sette, cioè noi due Monache, le due Figlie nobili Venete, le altre due già nomate, & una Conversa.

A Verso Padova poi mi volle venir dietro un altra Giovine conversa, & a Vicenza mi si accompagnò la detta Signora di età, quale aveva seco denaro per una dote competente, onde da Vicenza partimmo in nove, e tante entrammo nel nuovo Convento d' Arco, e di sette Figlie, che meco condussi, due sole portarono dote ordinaria, di modo che entrai nel Convento nuovo con poca provisione, e pure Iddio in sì poco tempo ha ridotto il Monastero a segno, che ora si trova.

Partite dunque da Vicenza si arrivò in Verona, ove alloggiammo la notte in casa di un Signore che mi attendeva, che erano più di cinque anni, e massime la sua moglie, persone molto pie. Di là ci portammo verso Ala,

B ma perchè la notte ci colse in un passo, che era molto pericoloso, e per li Banditi, e di potere sdrucciolare nell' Adice, però sentendo il lamenti de' Sediarii, e di mio Fratello, che non sapeva, come poterci ricoverare, non vi essendo Casa alcuna, e restavano ancor quattro miglia di viaggio, mi presi un poco di terrore, ma ricorsi a Dio per aiuto, & ecco nell' oscurità della notte comparire otto torcie con molti Uomini, che di lontano gridavano, e viva, e viva, e viva; questi erano gente d' Ala, che ci veniva ad incontrare, onde si fece quel poco viaggio con gran consolazione, e tutti resero grazie a Dio di tal sollievo. La venuta di detti Uomini fu per motivo d' una povera Verginella Contadina,

C quale inspirata da Dio andò a trovare li Capi di quella Communità d' Ala, e li pregò venirci incontro con le torce accese, come fecero; questa poi lo stesso anno entrò quivi per Conversa, & al presente è Monaca.

Nell' entrare io Ala fu tanta la folla delle genti, che volevano la benedizione, che mi ebbero a stroppiare un piede, e lo stesso ci avvenne la mattina nel partire, che mio Fratello fu astretto portarmi di peso: Alloggiammo in Ala da una Contessa molto pia, e divota: poi si andò a pranzo a Mori, & alla fine ci avviammo verso Arco. L' Illustrissimo Signore Capitano del Castello d' Arco ci mandò incontro alcuni Soldati, acciò ci assistessero nel passare la puntara di Nago molto pe-

D ricolosa, e cattiva, a piedi della quale fussimo incontrate, & accolte dagl' Illustrissimi Signori Conti, e Signore Contesse d' Arco, dal Reverendissimo Monsignore Arciprete pure d' Arco, & altri Signori; ci presero esse Dame nelle loro Carrozze con Caval i bizzarrissimi, che facevano giochi, e salti; era per la strada concorsa quantità di Popolo, e nell' entrare in Arco sparò a lungo il Castello, & il Popolo faceva festa con le voci; ci accolsero in un Palazzo, ove fino alle due della notte ricevei visite, e si concertò con esso Reverendiss. Monsig. Arciprete, & il mio Confessore il modo di fare la mattina la funzione, essendo egli stato delegato a questo dall'

dall' illustrissimo Monsign. Vicario di Trento. La mattina dunque ci vennero a ricevere
E le Dame, e Contesse nelle Carrozze; ma prima il Reverendiss. Monsign. Arciprete ci volse veder tutte per riscontrare la Scrittura fatta dal Cancelliere dell' Illustrissimo Vescovo di Torcello circa la nostra statura, fisonomia, & altro; Ci condussero con le Carrozze alla Chiesa maggiore, e quivi prostrate innanzi al Santissimo Sacramento, un Sacerdote ci diede una Croce a noi due Monache, poi si levò la Processione, precedendo il Clero, e li Signori Canonici, e l' ultimo Monsignore Arciprete Reverendissimo col Piviale, e noi due dopo di lui tenute a mano da una Dama, e così l' altre figlie parimente erano tenute a mano dalle Dame; cantavano i Sacerdoti le
F Litanie della Beatissima Vergine, e così arrivammo alla Chiesa del Monastero, quale era bene addobbata, ci posero a primi gradini dell' Altare sopra inginocchiatoi coperti di Tapperi, e subito cominciarono la Messa in Musica, alla quale il Reverendiss. Monsignore Arciprete ci communicò tutte. Finita la Messa si portò esso Reverendissimo con tutto il suo Clero, e con la Croce, incensi, & altro a benedire tutto il Monastero, poi ritornarono in Chiesa, e con l' istesso ordine di prima ci condussero alla Porta maggiore del Convento, e mentre passavamo per la strada, sbarravano, e suonavano le Campane.

Giunte alla porta, che stava serrata, e le
G chiavi le teneva in mano Monsign. Arciprete, noi tutte ci inginocchiammo a' suoi piedi, & egli fece un molto virtuoso, e divoto Sermone, terminandolo con queste parole: *Ingredimini filiæ Sion*, e porsemi la Chiave di clausura, dandoci la benedizione; entrammo in Monastero, sbarrando, e suonando a festa con un pianto commune che non si poteva intendere il parlare. Chiusa per di dentro la Porta, restammo in mezzo al prato, che è nella Clausura, nè sapevamo trovare la porta per entrare nel Chiostro; pure ricordandomi del disegno fatto, mi avviai a quella volta, e ci portammo tutte in Coro, ove nella Chiesa stava il Sig. Arciprete, et il Clero col Popolo cantando il *Te Deum laudamus* in musi-
H ca con sbarri, e suoni, poi fu terminata la funzione, e noi restammo per rendere a Dio, & alla Beatissima Vergine le grazie.

Qui devo porre, come quando entrai in questa Chiesa, e vidi l' Altare, e la prateria ove è situata essa Chiesa, conobbi subito questa esser quella, che vidi quella notte nel principio dell' assedio di Vienna, ove sopra l' Altare stava un tanto risplendente deposito, al quale concorreva moltitudine di gente, ma di questo non è tempo di saperne il significato. Cominciammo poi andare per il Monastero, e trovai, che il Confessore per permissione Divina si era scordato de' miei ordini con tanta premura raccomandati, di provedere il Convento di letti, sedie, utensili per
E la Cucina, e vitto per il sostentamento; onde trovai le sole mura nude, nè potevo aprire li due cassoncini, che avevo prima mandati al Monastero, per esser chiusi in una Cella, la cui chiave non si trovava, e poi in detti cassoni vi era solo mobilia per la Chiesa. Gli altri colli, ne' quali stava la mobilia delle figlie erano ancora in viaggio, poichè a Verona mio Fratello gl' imbarcò sul lago, e voleva, che andassimo tutti per esso lago, ma io non volsi mai acconsentire, e conobbi poi dopo, che Dio ci volle liberare da un gran pericolo della vita, perchè si fece così gran fortuna in esso lago, che perirono molte persone, e li nostri colli andarono tutti nell' acqua, e per la gran fortuna stettero in essa tutta la notte,
F onde si rovinò quanto era in essi colli, che ci fu un danno di più di dugento Ducati Veneziani, e questa gran fortuna successe la prima notte, che fummo in Monastero con vento orribile, tempesta, e tuoni, e di più dirroccò un pezzo di Montagna a Riva, che sentimmo il gran romore, e quella Montagna era giusto sopra il sito, ove era stato proposto di piantare il Convento, quando si andava cercando sito a proposito, onde tutte conobbero, che Dio ci aveva preservata la vita, e dall' onde del lago, e dalle rovine della montagna, e fu così il temporale, che tutto il Convento pareva diroccasse, e le povere figlie erano sommamente smarrite, e depresse per il terrore. Io però, che intendevo es-
G sere una gran furia d' inferno, niente stupivo.

Or essendo così sprovvedute d' ogni cosa bisognosa, che nè pure vi era una sedia, nè una piccola pignatta per cucinare, nè un boccone di pane, nè vino, nè olio, nè legna, fu di mestieri, che mio Fratello, quale si trattenne otto giorni in Arco, ci provedesse del cibo bello, e cotto; cominciai però subito fare un poca di provisione del più bisognoso, ma non conoscevo queste monete, nè intendevo certe parole, o vocaboli di questo paese; onde stentavo nel far compre; non vi era, nè Servo, nè Serva, che assistesse alla Chiesa per tenerla in ordine, e serrare, & aprire le porte; però cercai subito per una Donna, e Dio mi provedde una Contadina
H molto buona, et affettuosa al Convento, così anche d' un Vecchio molto atto a lavorare l' orto; quindici giorni si stette a dormire in terra, a sedere pure in terra fino, che feci venire le asse, e fare le lettiere, e alcuni Armari, e Banche per sedere nel Coro; subito il giorno dietro cominciai a cantare il Divino Offizio nel Coro, & ebbi a durare una gran fatica in questo per più di tre anni, poichè tutte le figlie erano del tutto inesperte del canto anche Monastico, e non vi era altra voce, che la mia, alla quale potessero aggiustare le loro, ma avendo due di esse un bellissimo Soprano, non potevano unirsi al mio Contralto; la mia Madre Vicaria non

aveva

aveva petto per sostenere un Coro da se; onde bisognava, che io dicessi da tutti li due Cori, il che mi era gran fatica, e le povere figlie non essendo anche ben pratiche nel leggere, non potevano mai apprendere il modo di aggiustare le loro voci alla mia, e l'una con l'altra di esse, come pure stentai grandemente nel fargli apprendere le cerimonie del Coro, come genuflessioni, riverenze, & altro, & io sola per più mesi dovevo intuonare Antifone, e Salmi, altrimenti le povere figlie andavano fuori di tuono, nè potei essere aiutata dalla Madre Vicaria, perchè ella si gettò a letto doppo un mese che fummo quivi.

Si cominciò dunque subito ad osservare le Costituzioni scritte da me più conformi a quelle de' P.P., e le povere Figlie si posero subito in una gran depressione, poichè vedendosi quivi lontane dalla Patria, e parenti, circondate solo da Montagne senza vista alcuna di Creature, non avendo a chi ricorrere, se non a me, con cibi, e vini diversi da quelli, a' quali erano assuefatte, e dovendo stare in tanto rigoroso silenzio con tanti digiuni di pane, & acqua, con levarsi la notte, credo, che il Demonio le combattesse la mente molto alla gagliarda. La Madre Vicaria era più tosto di spirito aspro, perchè era soda, e grave, nè ammetteva certe debolezze, e fanciullerie: le Figlie erano tutte giovinette di 16. 17. 20., e 23. anni, onde vi era solo quella Signora di Vicenza di età, quale rendeva soggezione ad esse, anche nei la ricreazione per esser matura, & inclinata solo ad orare. Io ero necessitata ricevere le visite, e trattare gl' interessi del governo, & attendere a i Muratori, e Falegnami, che erano in Convento per far luoghi per la Bugata, il Forno, & altro, oltre il continuo scrivere, che non mi lasciava respiro. Dopo alcuni giorni, che sommo quivi, capitarono li colli già caduti nel lago, e quando l'apersi, e trovai tutto guasto, e dissiparo, con perdita di tanta bella roba di nostro gran bisogno, alzai la mente al Signore ringraziandolo di questo danno, ed egli per la sua sola pietà, mi diede subito così gran pace di cuore, come se si fosse perduto un quattrino, e consolai le altre, assicurandole, che il Signore ci averebbe provedute in altro modo, e così fu, perchè in quell' anno un Mercante Tedesco, che molto ci amava, mandò sei pezze di tela di 60. braccia l'una di più sorte, cioè grossa, mezzana, e sottile, e l' anno dietro ci mandò tre Pianete, un Piviale, un Orologio, che batte, un bellissimo Crocifisso d'Avorio, quadri, e cento Fiorini.

Partito, che fu mio Fratello doppo gli otto giorni, che eramo quivi, restai sola col Confessore, che aveva agitata la fondazione, e del quale il Signor voleva servirsi per tormentarmi il cuore, e lo spirito, come aveva fatto anche in Burano, poichè non è credibile quanti, e quali travagli, e mortificazioni

A avevo sofferto da esso, e per esso in sei, o sette anni, che fu Confessore in Burano nel mio primo Convento. Così restato in Arco cominciò a travagliarmi col dissentire da' miei sentimenti, e fini, così nelle cose spirituali, e temporali; stava egli ad alloggiare da uno di quelli Conti, & averebbe voluto, che il Monastero si esercitasse nel fare galanterie, & altro, il che a me pareva strano, essendo le Figlie bisognose d'applicare allo spirito, alla semplicità, e ritiratezza, e non a sodisfare i Secolari; aveva anco fatto fabbricare prima, che io venissi quivi, una casa per sua abitazione dentro la porta della Clausura, non era però perfezionata, ma solo alzate le muraglie quattro bracca, e fatte le finestre: Io quando la vidi, pensai subito a non per-

B mettere un tal disordine, e communicarogli il mio pensiero, fu si grande il disgusto suo, che diede nelle smanie, e doppo molti strapazzi di parole, disse mi di voler partire, e lasciarmi qui sola. Io poco ci pensavo, perchè già vi era Dio; sfogò la sua passione con questo Monsig. Arciprete, e con altri Sacerdoti, & altri Cavalieri, e Signori principali del luogo, dicendo, che ero donna testarda, ostinata, ingrata, & ingannata, permettendo Dio per mio bene, che io perdessi in questi principi la buona fama per mezzo di questo buon Religioso: fu causa di un grandissimo bisbiglio, & essendo il luogo piccolo, fu causa, che si riempisse di questo buon concetto della mia persona, a segno che vennero

C molti a dolersi per parte del Confessore, da tutti compatito, e patrocinato, parendo ad ognuno, che lui avesse ragione, et io ogni torto, dal che conobbi essere un altissima disposizione di Dio, poichè ogni ragazzo, a modo di dire, intende non potere abitare il Confessore dentro le mura della Clausura di Monache, e pure quivi nè Sacerdoti, nè Secolari la intendevano; credo bene, che il non essere mai per innanzi stato Monastero alcuno di Monache quivi, li rendesse tutti incapaci, ma però almeno i Sacerdoti, & il Reverendiss. Monsignore Arciprete lo potevano sapere, pure il mio Dio volle, che io fussi sola in resistere ad una tanta contradizione: fecero quanto puotero tutti nel persuadermi

D a non disgustare il Confessore, e che se lui partiva, io sarei quivi restata alla censura d'ognuno, ponendomi innanzi l' obbedienza dovutagli, e tutti mi facevano da Maestri nel predicarmi l' umiltà, l' obbedienza, e la sommissione di giudizio, e volontà a quella del Padre Spirituale. Io ricevevo li buoni ammaestramenti, ma niente mi arrendevo, dicendo esser contro li Statuti, e Sacri Canoni lo stare i Secolari entro la Clausura delle Monache, ma neanche ardivo parlare sopra di questo, parendomi fare spacciare per pazzo il Confessore, quando alcuno si fosse avveduto del suo errore. Ogni volta, che mi parlava, ricevevo strapazzi, e villanie; ma per-

perche le finestre della già principiata Casa erano aperte, e per esse poteva entrare in clausura chi voleva, io le feci murare, per il che non mi volle nè confessare, nè communicare. La mia povera Madre Vicaria si prese così gran passione di questa cosa, che era, come accorata, poichè penetrava il gran danno, che faceva così ne' principj, quando appunto si deve istillare nelle menti de' Secolari la devozione, la stima, e la riverenza; ma il Signore fece meco tutte le cose diversamente dalla capacità umana: durò questo contrasto quasi un mese, nel qual tempo accordossi col Capitano del Castello, & era stabilito farmi venire un ordine dalla Camera d' Inspruch, che non facessi cosa particolare di fabbrica, o altro, se prima loro non ne fossero consapevoli per via del Confessore; ma Iddio fece, che esso Illustrissimo Capitano restò disgustato per certa azione del Confessore, onde cominciò a condennare il suo pensiero, e così gli altri pensando più sensatamente sopra la volontà del Confessore, conobbero l' errore, e cominciarono essergli contrarj; egli però non poteva placarsi verso di me, & io stavo così senza potermi confessare, perchè voleva, che io conoscessi aver torto nel contrastargli la Casa, ma io ciò non potevo dirlo, nè crederlo, alla fine quando piacque al Signore, mi pose egli in bocca alcune poche parole, che ebbero forza d' acquietare l' animo del Confessore, e così cessò del tutto quella tempesta; ma il Signore ne suscitò un altra più penosa per me, poichè la Madre Vicaria gettossi a letto con gravissimo male, io non sapevo qual fosse il valore del Medico, così del Cerusico, e speziale, e sapendo, come già aveano tutti sentito parlare male di me per la casa, dubitavo, che poco amore ci portassero; onde temevo, che la povera Madre mi fosse poco bene assistita, eramo di più sprovviste di molte cose necessarie per l' Inferme, e quelche era peggio non si poteva se non con fatica avere pollami, & altre cose bisognose all' usanza dell' Italia; era ne' primi giorni entrata nel Monastero una giovane Tedesca, che era statami proposta dalla Maestà della Regina di Polonia Duchessa di Lorena; questa faceva certi Cibi Tedeschi, che non si poteva avvezzare lo stomaco dell' Italiane, e molto meno la povera Inferma, alla quale io non sapevo, come assisterle, dovendo essere alle finestre, alle porte, alla Ruota, all' assistere alli Murari, & altri, allo scrivere, & all' insegnare a leggere, scrivere, e fare gli offizj del Monastero alle figlie, fui astretta lasciare d' uffiziare il Coro, e convenne porre al governo della Madre Inferma quella figlia, della quale il Signore mi disse in Burano *guidala teco*, che ne averai di bisogno: Io non sapevo, nè credevo, che ella avesse tanta carità, e cognizione di governare ammalati, quanta ne sperimentai in essa, e conobbi, come il Signore misericordiosamente
E mi aveva ispirata a condurla meco: settanta giorni stette Inferma la povera Madre, e di male così fiero, e travaglioso, che era tutta piaghe, e nel fine se le fece una Cancrena nelle fauci; era il mio travaglio tale, che non lo posso esprimere. Vedevo la Madre morta, io sola, le figlie insipienti in ogni cosa, giovane, che non potevo esporle a trattare con Secolari, nè valermi di esse in cosa alcuna per la loro età, e inesperienza, il Confessore contrario quasi in tutto; Io priva di certe cognizioni in agibilibus, perchè nel mio Convento di Burano non le avevo esercitate, come di lavare, cucinare, tagliare abiti, e paramenti per Chiesa, fioccare, incollare, e simili, de' quali niuna co-
F gnizione avevo, e perchè credei, che a Roma mi concedessero subito le due Monache già ricercate, non mi curai apprendere tali cognizioni, perchè sapevo, che la madre Vicaria, e quelle due Monache erano praticissime in tutte le tali faccende, ma il Signore non mi volle dare le due Monache, perchè pose ostacoli tali per parte de' loro parenti, che non le lasciarono partire da i loro Conventi, e la Madre Vicaria me la gettò a letto, e poi la levò di vita, di modo che io ero afflittissima, nè avevo persona alcuna da poter dire una parola, nè cercare un consiglio, o ajuto. Le mie povere Figlie, veduta la Madre Vicaria a letto, si posero in così grande spavento, che facevano pietà in
G mirarle; e quello, che più le affliggeva era il timore, che mi gettassi a letto ancor io, vedendomi tanto affaticare, e *poco riposare* la notte, e si accorgevano, *che il Confessore mi accresceva le angustie* in più modi, e per diverse cause; erano afflitte, e grandemente atterrite, poichè dal principio, che fummo quivi, si cominciò sentire ogni notte stridi, urli, gemiti, fracassi, e strepiti, che pareva precipitasse la Chiesa, e il Monastero insieme; onde si erano poste in tanta apprensione, e spavento, che asserivano, che se non mi avessero veduta così allegra, e coraggiosa, che niente temevo, elle certo si sarebbero risolute di ritornare alla loro Patria, e veramente facevano compassione, perchè
H erano divenute pallide, afflitte, e così spasimate, che non ardivano fare un passo sole: Stavano in silenzio per osservare l' Instituto de' Padri, ma il loro cuore parlava sempre meco, e si dolevano, che le avesse condotte in luogo tale. Le confortavo con parole, e le accarezzavo per renderle consolate; ad ogni modo, come si faceva notte erano inconsolabili per il terrore, tanto più, che il male della Madre Vicaria ricercava l' andare più volte di notte, o nella cucina, o in altro luogo. Tutte queste cose erano al mio cuore ferite, non sapevo a chi ricorrere per ajuto, poichè intendevo la gran disposizione del Signore di volermi affliggere; finalmente il

male

male della Madre si ridusse alla fine a capo di 70. giorni, ne i quali però non tralasciai di applicare al dar principio al Noviziato, vestendo tutte le figlie col primo abito di approbazione, che le rese un poco allegre, ma per soli momenti, poichè non potevano mai riposare per gli orribili gridi, che si sentivano nel Monastero, e per li gran strepiti, atti ad atterrire chi si fusse, di modo che una di esse Figlie si gettò a letto ammalata, e l'altre due erano in stato di gettarsi anche loro: Io per le continue fatiche, & afflizioni di cuore alle volte non potevo più, e benchè al mio solito mi mostrassi sempre allegra, contenta, e coraggiosa, non potei però nascondere una gran flussione, che mi calò nè ginocchi, per la quale non potevo più ascendere, e discendere le scale, se non con gran dolore, e lunga fatica, pure lo stato della mia povera Madre Vicaria mi obligava a tal patimento più volte il giorno, di modo che le povere Figlie si tormentavano doppiamente per il terrore di vedermi a letto, il che dicevano, le averebbe rese disperate. Due giorni innanzi la morte della Madre Vicaria, mi portai da essa, & essendo sola in sua stanza, e vedendo la già al fine, non potei per la moltitudine dell' angustie, che mi opprimevano contenere le lacrime, & ella pure piangente, & esangue, abbracciatami dissemi: O cara Madre per amor di Dio consolatevi, e non vi affliggete della mia morte; Sapete quanto il Signore vi ama, e come vi vuole con esso lui Crocifissa, però non dubitate, che vederete sicuro, come Iddio vi darà consolazioni tali, che non ve le potete mai persuadere; vi raccomando queste povere Figlie, non le lasciate vivere in tanta strettezza, ma guidatele per le vie soavi, che il Signore vi ha communicate, e liberatevi quanto prima da questo Confessore, perchè credetemi Madre, che non potrete introdurre la santa Riforma, se lui non parte di quivi, avendo preso troppo piede sopra di voi: al che io risposi, che la pregavo porgere a Dio preghiere per l'angustie del mio cuore, acciò fedelmente le tollerassi, e non mancassi alla grazia, come sempre temo; poi ci addimandammo perdono l'una all' altra, & abbracciate piangendo, ci ringraziammo parimente l'una con l'altra, poi mi partij col cuore tormentato, come si può credere, ma subito fuori di Cella non ero più quella nell' esterno, perchè ridevo, parlavo, e consolavo tutte, come se fussi ne' maggiori contenti, e questa è una delle particolari grazie fattemi dal Signore fino da i miei teneri anni di essere nell'interno tutta diversa dall'esterno, e non ne dare minimo segno. Spirò alla fine la mia cara Madre con segni di tanta divozione, e rassegna, che lasciò di essa grandissimo esempio, massime per la gran pazienza, con la quale aveva tollerato così gran male, e fu la sua morte la viglia della Santiss. Trinità all' ore 13. in circa in età di 60. anni, e 38. di A Religione, con esser vissuta sempre religiosamente, anche nel secolo faceva gran penitenze, & in Religione fu sempre osservantissima, e così crudele a se medesima, che cercava il peggio, e non si lamentava mai di cosa alcuna; era prudentissima, e di poche parole, segreta, che non era pericolo gli uscisse di bocca quello gli era confidato; aveva molte grazie da Dio nell' orazione, alla quale era assidua: Quando eramo in Burano, e si cominciò la fabbrica di questo Convento, ella spesso mi diceva, prego Dio mi dia tanta grazia di potervi vedere in Arco, e poi dirò al Signore: *Nunc dimittis Servam tuam Domine*: Ella mi fu data da Dio per compagna fino dalla mia gioventù, cioè nelli 18. B anni, e mi fu l'unico conforto ne' miei travagli, ella mi amava in Dio, e però non procurava sottrarmi dall'angustie, nè mi scusava, e difendeva, ma procurava consolarmi, e confortarmi al patire, nè esercitava verso di me compassione, o tenerezze feminili, ma mi poneva innanzi l'amore, che Iddio mi mostrava nell'avermi eletta a soffrir pene per l'opra dalla Maestà Sua Divina voluta della santa Riforma; così fra noi passava questo scambievole affetto, che ci avvisassimo l'una, e l'altra de' nostri difetti; ella però, come umile, e mansueta voleva starmi soggetta, e mi riveriva, come io fussi stata sua Superiora, e delle grazie, che il Signore si degnava farmi, ella molto se ne approfittava, & io C ad essa confidavo tutto il mio cuore, onde ha portato seco i più reconditi, e le maggiori misericordie fatte da Dio all' Anima mia: Or da tutto ciò si può persuadere, se la sua morte mi abbia trafitta l'anima, parendomi esser restata, come senza lena all' operare: Quando le povere Figlie la videro morta, non posso rappresentare li loro pianti, & io benchè grandissima violenza mi facessi, non potevo però sempre nascondermi; pure gettata a i piedi del mio Signore, lodai con tutto lo spirito le sue eterne disposizioni, mi abbandonai al suo eterno beneplacito, e mi suttoposi a i suoi giusti, e profondi Giudizj, pregandolo non abbandonarmi in tali, e tante angustie. Nacque per li suoi funerali un D grave disgusto tra il Confessore, e li Signori Canonici, per il quale volle il Confessore, che si sotterrasse senza farle il solito funerale, nè cantarle Messa, nè suonare campane, il che mi fu mortificazione grandissima, pure offersi anche questa al mio Signore. Nel darle la sepoltura convenne farle fare un poco di monumento di pietre, e calcina così alla grossa, e porla in una cassetta fino che si faranno le sepolture; Il giorno stesso, che fu sepolta il Confessore mi sgridò, che la piangessi, dicendomi, che Dio me l'aveva levata per gastigarmi; questo mi pose in una angustia di cuore così eccessiva, e mi sopravvenne così dense tenebre mentali, che non

saprei

saprei mai spiegarle, parendomi che di già fosse tutta la fondazione precipitata, perchè consideravo, che io sola non potevo durare, nè era possibile, ch' io potessi sussistere alle fatiche, & a' bisogni spirituali, e corporali delle Figlie, quali erano così giovinette, & inesperte, che non potevo sperare da loro altro, che errori, e trascuraggini, priva di un Confessore conforme conoscevo il bisogno, senza un Amico da poter ricevere un Consiglio, o ajuto nè spirituale, nè temporale, & astretta a dissimulare del tutto le mie pene per non atterrire le Figlie, e farle dare in disperazione, e risolversi di ritornare a Venezia alle loro case; onde parevami esser verissimo quello mi aveva detto il Confessore, che il Signore mi aveva levata la Madre Vicaria per gastigarmi, onde stavo attendendo di momento in momento, che tutto andasse a nulla, o per la partenza delle Figlie, o perchè il Prencipe di Trento disponesse in modo, che quivi entrassero altre Monache di Ordine diverso, mentre da Burano, nè da Venezia se ne poteva avere, essendo quasi tutte giovane, e tutte contrarie a lasciare la Patria, onde parevami di vedere la fondazione disfatta, & io resa lo scopo degli obbrobrj, risate, confusioni, rimproveri, villanie, strapazzi, e gastighi, nè potevo dire una parola con chi si fosse. Questa mia angustia mi veniva aumentata dalle parole, e lettere d' ognuno, e massime di mio Fratello, quale intesa la morte della Madre Vicaria, mi scriveva disperatamente, mostrandomi il grave errore, che avevo commesso nel portarmi quivi con quella sola Vecchia poco sana, che però lui vedeva chiaramente, che ero stata ingannata dalle mie bizzarrie, e che questo era un grave scandolo a tutta la Città di Venezia, un disonore dell' Ordine, e un grave disgusto all' Imperatore, stante che la fondazione era di già annullata, e Dio sà quello sarebbe stato risolnto fare di me, giudicandomi tutti rea, & ingannata. Lo stesso mi era scritto da tutti, e detto in voce quì per Arco. Io non sapevo che dire, nè che credere, & il Signore mi lasciava nelle mie tenebre, nelle quali stetti così circa 15. giorni; alla fine risolsi dire qualche cosa al Confessore, quale appena mi cominciò a udire, che subito mi disse, che era più che verissimo, che ero stata ingannata, e che lui molto si doleva di avermi creduto, e che era per partirsi di quà fra pochi giorni, e portarsi in Villa, o in altra Città, per non sentire li rimproveri in Venezia, e che già lui vedeva il Monastero disfatto; e le povere Figlie da me tradite, il loro parenti stomacati, e scandalizati, mio Fratello giudicato imprudente, e le mie Monache tutte festose, e giulive per esser credute innocenti, e veridiche, & io fatta preda della loro passione.

A questa disperata consolazione del Confessore risposi; dunque se sono stata ingannata nella fondazione, si potrà mai credere,
E che sia stato inganno quel lume essenziale del mio Dio, per il quale mi si è rivelato allo spirito mio; rispose il Confessore: Sicuro; allora io costantemente dissi: o questo nò, questo nò, che troppo gran verità del suo essere ha lasciata impressa nell' anima mia, e nell' istesso punto mi si mostrò al solito il mio Signore, dalla cui beata presenza rimasi tanto incoraggita, e confortata, che dissi al Confessore: o Padre, il mio Dio è pur troppo fedelissimo, e non può mancare a chi confida in lui. Il Confessore rispose, queste sono le vostre solite ciance, a buon conto si vede il Convento disfatto: Io dissi, chi ha creato i Cieli, e la Terra dal nulla, saprà fare sussistere le apparenti rovine per edificar sopra di
F esse la mirabili opere sue; così mi partii da lui.

Il giorno medesimo, che diedi sepoltura alla Madre Vicaria, subito sotterrata, essendo l' ora tarda, volli, che le mie povere Figlie entrassero in refettorio a desinare, benchè tutte piangenti, e per sollevarle gli feci un brieve discorso della fortezza, che deve avere l' Anima fedele nelle tribulazioni, e confortandole con dolci parole, le feci un poco sollevare, gli destinai il silenzio solo un ora il giorno, e la notte, e gli ordinai, che parlassero insieme di cose spirituali, e divote, e stessero allegre, e doppo pranzo le mandai all' orto, & io sola in una stanza diedi sfogo alle lacrime, & angustie del mio cuore.
G Cominciai poi di nuovo a fare il Coro con quella gran fatica, che narrai di sopra; anzi cominciai con le Figlie a studiare le note del Canto fermo, sopra il quale devo asserire, che è stato un dono di Dio l' averlo appreso, poichè essendo in Burano inteso dal Confessore, che S. M. C., e la Maestà della Regina inclinavano, che in questo Convento si usasse il Canto: Io stabilii nel mio cuore non voler musica per non dar pasto alla compiacenza propria, e levare a Dio la purità della intenzione; onde risolsi ammettere il solo Canto fermo, ma considerando, che se io non lo sapevo, nè meno averei potuto insegnarlo, nè intender gli errori, che facessero, nè essendo conveniente, che le giovane dirigessero il
H Coro, mi posi alla sorte per impararlo; così fatto venire al Monastero un buon Sacerdote, il che mi costò molte mortificazioni dell' Illustrissimo Prelato; cominciai con una di quelle due nobili, che tenevo in educazione a pormi sotto la correzione di esso Sacerdote, facendomi insegnare le chiavi, e le note, & a solfeggiare, il che apportava, per così dire, scandolo alle Monache, ridendomi dietro, e dicendo, che la mia era una gran leggerezza, che in stato di Superiora, e di età di 46. anni, mi ponevo al pari di una Fanciulla sotto la direzione, e correzione di un Sacerdote tanto più giovane di me, ma che per far sentire la mia buona voce,

ce, e compiacermi in esſa non curavo del grado; il Signore però ſapeva bene quanta violenza ſacevo a me ſteſſa, e come abbracciavo la mia beniſſimo inteſa depreſſione; venne dunque il buon Sacerdote ſei, o ſette meſi innanzi, che mi portaſſi quivi, ad inſegnarmi, nel qual tempo poche volte puotè venire per li molti diſturbi, che furono ſuſcitati appreſſo il Prelato per queſta cauſa, di modo che quando venimmo quivi, non ſi ſapeva nè meno ſolfeggiare aggiuſtatamente, nè ſare le mutazioni; ad ogni modo cominciai con coraggio a ſtudiare, e far ſtudiare quella, che aveva principiato meco a Burano, con altre due, che avevano buon corpo di voce, e così ajutandomi il Signore, in un anno ci riduſſimo in ſtato di cantare una Meſſa, e poi a poco a poco ſi cantarono i Veſpri, & altro, a ſegno che al preſente cantiamo tutte le feſtività, la Meſſa, i Veſpri, e tutto quello, che occorre. Parimente nè 15. giorni, che ſtetti così afflitta, mi diede il Signore tanta fortezza, e coraggio, che diſpenſai gli uffizj alle mie Figliuole, deſtinandole, ſecondo li loro talenti, & attività, chi Sagreſtana, chi Celleraria, chi Canovara, e così dell' altre, a una di eſſe diedi ordine, che riſpondeſſe alla Ruota, quando io fuſſe ſtata impedita, e queſta era una delle due nobili, che mi avevo allevata in Burano di 16. anni, e nondimeno Iddio gli diede tanta ſodezza, e capacità, che ſi portò così bene, e con tanta ſaviezza, e buona maniera, che dopo alcuni meſi la feci del tutto Portinara, e ſi portava da Donna matura; ben è vero, che l'ero ſempre alle ſpalle, e così anche a tutte l'altre, alle quali biſognava io inſegnaſſi tutto quello, che aveano da fare di giorno in giorno, e di eſercizio io eſercizio, acciò lo faceſſero all' uſo Religioſo, e con ſparagno, e buona economia; gl' inſegnavo a leggere, ſcrivere, & a lavorare i paramenti della Sagreſtia, e Abiti Monacali, nel tagliare de' quali non ne avevo cognizione alcuna; pure col ricorrere al Signore, e pormi a provare, valendomi del giudizio, che il Signore per ſua pietà mi ha dato, tagliai tutti gli abiti beniſſimo, e lo ſteſſo feci delli Camici per Chieſa, Pianete, Tonicelle, Piviali, & ogn' altra coſa per uſo del ſacro Altare; e perchè quivi coſtumano di portare le Cotte a ſtocco, nè alcuna di noi nè avevamo cognizione alcuna di ſtoccarle, volli pormi a provare di ſare anche queſto, & ajutata da Dio, mi riuſcì beniſſimo, e le mie figlie l' hanno appreſo, ma per il ſolo biſogno ſenza bizzarrie, o vanità, ma un ſtocco ſemplice, perchè non ho mai chieſto a Dio in me, ſe non per il puro, e ſemplice biſogno; ſtabilii poi nella mia mente voler fare, come mi aveva eſortata la mia Madre Vicaria prima di morire, cioè moderare le Coſtituzioni de' P.P., e traſcriverle con più ſoavità, e diſcretezza di vivere, e così cominciai a farle oſſervare,

come io l' avevo in mente, di modo che in
A poco tempo le povere Figlie reſpirarono, e
ſi reſero più ſollevate, tanto più, che il Signore per ſua pietà volle liberarle dal terrore delli gridi, e ſtrepiti della notte, come narrai, il che fu in queſto modo. Eramo un giorno tutte in Refettorio, & all' improvviſo s' udì dopo di me un urlo orribile, per il quale le povere Figlie tutte ſi ſmoſſero, mi volevano correre in ſeno per lo ſpavento; io in quello ſteſſo punto mi ſentii conſortata dal Signore a ſgridare il Demonio, onde alzando la voce diſsi: *E non ſei ancor ſazio o perfido di moleſtarci? partiti da queſto luogo nella virtù del mio Signore Gesù Criſto, e non ardire di darci più moleſtia*: così piacque al Signore, che mai più s' udirono nè ſtridi, nè ſtrepiti,
B come prima, di modo che le Figlie preſero
ſiato, e coraggio, e ſi miſero in pace d' animo; doppo, che feci il ſopradetto diſcorſo col Confeſſore, egli ſtabilì di partire, ſicuro, che il Convento ſi doveſſe ridurre a niente, parendoli del tutto impoſsibile, che io ſola poteſsi reggere un nuovo Convento ſenza ajuto immaginabile delle figliuole al tutto inſipienti, & ineſperte; trattai ſeco, qual Confeſſore potevo pigliare ſino al ſuo ritorno, perchè mi diſſe, che ſarebbe ſtato lontano ſino, che aveſſe veduto qual piega prendeſſe la fondazione, e ſe per ſorte aveſſe durato, voleva ritornare, onde biſognava provederti di Confeſſore per modum proviſionis; egli mi diſſe, che non ſapeva chi pro-
C pormi, ſe non il Reverendiſsimo Monſignor
Arciprete, eſſendo gli altri ineſperti a tal carica; io non potevo aggiuſtarmi l'animo a riceverlo, per dubbio, che poteſſe con buon modo tirare il Monaſtero in qualche pregiudizio alla libertà della noſtra Chieſa, e farla dipendente dalla ſua, o del ſuo Capitolo, il che non volevo permettere in modo alcuno; oltre di che ero reſtata mal ſodisfatta di eſſo nell' occaſione di quella Caſa, che il Confeſſore voleva nella Clauſura, perchè ſi era moſtrato ſavorevole al Confeſſore, come pure in un altra occaſione di una figlia Converſa, quale mi era ſtata raccomandata, acciò la riceveſsi da Sua Eccell. Reverendiſs. di Trento, così la ricevei quando ancor viveva la
D Vicaria, ma appena fu ella in Convento, che
mi accorſi, che era tutta inclinata a maritarſi, avendo anche promeſſo ad un giovane che li ſuoi Genitori non volevan darglielo; ella era per così dire impazzita dietro a lui, & oltre il continuo pianto, che faceva, cominciò anche a fare certe pazzie, che ſe fuſse ſtata meno accorta, l' averei creduta ſpiritata, ma ſapevo la qualità del ſuo ſpirito, e però volevo rimandarla a caſa: Era di buon parentado, e ricco, di modo che facevano ogni ſforzo per via del Veſcovo, perchè la teneſſi; mandò egli un ſuo Cameriere fidato ad oprare appreſſo il Confeſſore, acciò m' induceſsi a tenerla; Il Confeſſore ſi preſe per ajuto
il

il d. Reverendissimo Monsignore Arciprete, così tutti due col Cameriere stettero una groffa ora a tormentarmi, e perchè esso Monsignore Arciprete è foggetto di dottrina, e cognizione mi portava passi di scrittura, dottrine de' Santi, e simili, alle quali però Iddio mi diede coraggio, e spirito di risponderе, di modo che esso poi s' acquietò, e disse non voler più disputar meco, ma che facessi quello, che Dio m'inspirava; Io per queste cause dubitavo, che d. Monsignore Arciprete non sarebbe stato a proposito per il bisogno di queste Figlie per tenerle in umiltà, obbedienza, e riverenza, come pure in una santa pace fra loro, e però non potevo aggiustarmi a riceverlo per Confessore, la qual cosa mi tormentava l' animo grandemente. Il Confessore però volle partire un mese dopo la morte della Madre Vicaria, e perchè in quattro mesi, che era stato quivi, mi aveva fatto spendere circa mille ducati, o fiorini, e però erami restato poco danaro, quale dovea dargli per il suo onorario de detti quattro mesi, a segno che restai con quattro ducati, senza pane, senza vino, senza olio, e senza tante altre cose bisognevoli, e consideravo che bisognava avessi anche pagato il Confessore, che fosse venuto, e perchè già sapevo quale recognizione pretendono i Cõfessori, che non le pare mai essere abbastanza satisfatti, però ero in grandissima afflizione; prima però, che partisse il Confessore scrissi a Sua Eccel. Reverendiss., che si compiacesse darmi licenza di potere ammettere alla Confessione delle Figlie d. Monsignor Arciprete per modum provisionis, ma nel mio interno sentivo gran repugnanza; onde doppo la partenza del Confessore, essendo esso Signore Arciprete portatosi da Sua Eccell. Reverendiss. ricevette l' ordine di venire a confessare per qualche tempo. Si trattenne esso Monsignore Arciprete alcuni giorni a Trento, ne' quali anche il Confessore si partì di quivi, e ritornò a Venezia; lasciandomi, come narrai di sopra, senza Confessore, senza danaro, e senza provisione di vitto, con mille altri motivi d' angustia, e timore, pure il mio cuore sperava nel suo Signore, dal quale mi veniva, benchè occultamente, somministrato coraggio, e vigore per non abbandonarmi: Così subito scrissi ad un Signore qui vicino, quale doveva dare due cento ducati al mio Fratello, acciò li contasse a me, e Dio volle, che esso Signore fu prontissimo, e fra tre giorni me li mandò, co i quali providdi a i bisogni più importanti pel il Vitto. Il giorno dietro alla partenza del Confessore fui soprafatta dopo il pranzo da così gran male, che mi sentivo morire, nè avendo a chi ricorrere, perchè se lo dicevo alle Figlie, era un porle in grandissimo terrore, onde mi chiusi in una stanza, e gettata a terra, risolsi di star ivi alla disposizione del Signore, confidando il mio cuore nel solo suo amoroso soccorso; stetti così, come in agonia per due ore, dopo le quali mi sopravvenne un vomito, che per la violenza non potei nasconderlo, onde le mie povere Figlie accorsero subito tutte per ajutarmi, e vedendomi così a terra in tale stato, se piansero, se si afflissero, e se restarono spaventate, Iddio lo sà, poichè temettero vedermi a letto con gravissimo male, onde stavano tremanti, & agitate; ma nostro Signore presto le consolò, perchè col revocare, che feci gran quantità di materie, restai sollevata, & il giorno dietro fui sana, e di buona cera: Passarono poi dieci giorni prima che ritornasse da Trento il Signore Arciprete, ne' quali ricercai segretamente in più luoghi vicini, se vi fosse alcun soggetto a proposito per esser quivi Confessore, ma non ne trovai pur uno per il bisogno: Le povere Figlie stavano ansiose de' Santiss. Sacramenti, & lo niente meno di loro penavo per la stessa causa; sempre però mi sentivo dire nel cuore, non troverai nessuno, perchè voglio, che pigli l'Arciprete; ma perchè questa voce interna non era così chiara, come ero solita intendere, & io avevo a quello l' avversione, non curavo applicarvi, finalmente risolsi a mandare a chiamare esso Arciprete per supplicarlo volerci fare la carità di confessarci, ma Iddio volle, che esso mi prevenisse capitando al Monastero per parlarmi, col quale ebbi un poco di discorso, & Intesi le cause per le quali mi si mostrava contrario nell' occasione della casa, e di quella Figliuola Conversa, che restai appagata della sua sincerità, & edificata della sua umiltà; così ci confessò tutte, & essendo io l' ultima, conforme è l'uso del Monastero, confesso il vero, che sentii una resistenza grandissima di confessarmi da esso per timore di non incontrare quello, che incontrato avevo con altri Confessori circa il mio interno; pure a pena gli dissi i miei peccati, che esso subito intese il mio fine, e l'intenzione, e parmi che mi s' aprisse il cuore nell' intendermi così bene, seguitò poi a confessarci, e communicarci altre volte, ma io però non sapevo risolvermi a chiederlo per Confessore ordinario, parendomi col liberarmi dell' altro Confessore volermi privare di quella Croce, che egli in più modi mi cagionava, e di essergli ingrata per avermi assistito, & agitata l' opera della fondazione, onde pregai il Signore, che si degnasse illuminarmi quello dovevo fare.

Partito, che fu il Confessore, risolsi chiamar quivi il Signore Don Antonio Vador, acciò mi assistesse ne' bisogni estrinsechi per fare le provisioni, & altre spese, & affari del Monastero; capitò questo, ma non vi era Casa vicina al Convento, se non una male acconcia; pure si accommodò in essa; con esso confidai il mio timore circa il rimuovere il Confessore, ed egli, che ben sapeva chi era il Soggetto, mi esortava a non temere, pure io

Io stavo in questo dubbiosa: ordinai alle mie Figlie una devozione in Comune alla Beatissima Vergine, e la notte del secondo giorno di tal divozione verso l'Alba, mentre stavo frà la vigilia, e il sonno, parvemi di vedere in un gran luogo due monti, uno assai alto, e grande di diverse misure, cioè grano, segala, orzo, miglio, & altro. L'altro Monte era piccolo, ma tutto di purissimo grano, o formento, & una voce mi disse, eleggi di questi due Monti quello, che vuoi per il Monastero. Io diedi l'occhio al Monte grande, e parevami, che quello fosse buono per il Cōvento; ma la voce mi disse: perchè eleggi il Monte grande del Confessore, e lassi il Monte piccolo di puro grano dell' Arciprete? dalle quali parole intesi, che il Signore voleva, che io eleggessi esso Signore Arciprete apprezzato da Dio per la sua purità, & umiltà, come tale lo trovai, e lo trovo doppo il corso di sei anni, ne' quali non è punto diverso da quello, che era ne' primi giorni, che prese la custodia del Monastero. Assicurata dunque della volontà del Signore, feci, che il Signore Don Antonio ne parlasse con Sua Eccellenza, perchè lo concedesse per Confessore ordinario, come volentieri lo concesse, & insieme gli feci rappresentare le giuste cause, che avevo di rimandare a' suoi parenti la Figlia raccomandatami, che inteso tutto da Sua Eccellenza fece, che subito mi fusse levata dal Monastero, il che fu di sollievo per li disturbi, che apportava.

Stabilito dunque per Confessore ordinario il Sig. Arciprete, cominciai a trattare con esso le mie cose interne, e trovai veramente, che il Signore l'aveva eletto per il mio bisogno; anzi intesi dal Signore esser questo appunto quello, che venti anni prima mi aveva promesso di dare, poichè se io lo avessi voluto chiedere al Signore, non averei saputo certo chiederlo tale, quale me l' ha dato in ogni parte, e di più così disinteressato, che senza minima recognizione assiste al Monastero con grandissima carità, e diligenza, anzi esso manda ben spesso de' doni di cose mangiative. Il Modo poi, che tiene con queste Figlie è tale, che non posso desiderare di più per quello, che serve alla buona direzione spirituale, & alla pace, riverenza, e obbedienza dovuta alla Superiora.

Stando dunque le cose in questo stato, cominciai a ricevere in Monastero delle Figlie, e perchè vennero delle Tedesche, che non avevano niuna cognizione della Lingua Italiana, & aveano li costumi diversi dall' Italiane, convenne anche in questo molto affaticare, e per farli apprendere la lingua Italiana, e per uniformare ne' voleri, e pareri, sentimenti, e costumi due nazioni così diverse, che vi volle la sola grazia di Dio, che col dono di discrezione oprassi in pochi mesi con molta soavità una così grande uniformità di cuori, che pajono tutte di un medemo parto, a segno tale, che fino ne' cibi si sono A tutte avvezzate all' uso, l' une con l' altre, e questa riconosco per una particolare grazia di Dio, mentre ho provato quanto vi è da fare anche delle nazioni uguali ad entrare in una così vera pace, e comune carità, senza debolezze feminili, nè affezioni particolari, ma con sodezza, e verità.

Prima, che spirasse il primo anno, diedi il santo Abito Religioso alle quattro prime Figlie, poi applicai a scrivere con stabilità le Costituzioni, e communicato tutto il mio interno al Reverendissimo Monsignore Arciprete, fui da esso obligata scriverle secondo l' inspirazione dello spirito del Signore, che tutto soave, e discreto, voleva, che in questa Riforma si tenesse una vita fondata nelle B più sode massime di Cristo, e che questa Santa Riforma fosse tale, che non potesse esser tassata, nè di troppo severa, nè troppo mite, ma discreta, e però durabile, e permanente; onde premessa molto lunga, e comune orazione, scrissi alla fine le Costituzioni secondo l' istinto già ricevuto dal Signore con i suoi pietosissimi lumi, & ammaestramenti, quali Costituzioni sono circa sei anni, che puntualmente si osservano con molta consolazione di queste divote Vergini, quali ardentemente sospirano vederle confermate dalla Santa Sede, per poterle veramente credere date da Dio per la loro perfezione, alla quale assiduamente aspirano.

Il secondo anno poi fecero la loro Professione C le prime quattro Figlie, & altre due presero il Santo Abito, & altre entrarono in Monastero, & io facevo l' offizio di Abbadessa, di Vicaria, di Maestra, & ero assistente a tutti gli altri Offizj per non dar adito al Demonio d' instillare nelle menti ancor tenere delle Figlie sentimenti di propria stima; ma tenerle basse, e timorose, essendo tanto giovinette, e principianti.

Il secondo anno applicai a fabbricare una Casa, o Foresteria per ricevere le persone, e parenti, che alcuna volta vengono al Monastero, e per alloggio, & abitazione della servitù; così parimente feci fabbricare una stanza per Confessionale, & un Parlatorio, & altri luoghi bisognevoli in Monastero. In D dette fabbriche ebbi sempre il Sig. Don Antonio Vador per Agente, quale si affaticò con cuore, sollecitudine, e fedeltà, nè mancai però io di essere assistente, e voler vedere ogni cosa, benchè con mia fatica, e patimento. Le grazie grandi, e continue fatte dal Signore a questo Convento sono tali, e tante, che non saprei, nè potrei mai narrarle tutte; dirò solo, che si sono veduti, e tuttavia si vedono in ogni occasione quasi direi miracoli della Divina Providenza, poichè il Monastero non ha altra entrata, che sei cento fiorini assegnati da S.M. Cesarea. Le Figlie condotte meco, già ho narrato, che solo due portarono un poco di dote, quale in tre mesi

il Confessore mi fece spendere parte in vitto, benchè tenue, parte in fabbricare un luogo per far la bugata, che in questo feci una spesa troppo grossa, ma io non avevo cognizione del luogo, onde credevo tutto; & il rimanente, che erano cento, e tanti fiorini, lo volle per suo onorario di quattro mesi, che ci aveva quivi assistite. Le doti poi, che portorono le Figlie, che ricevei quivi, bisognò impiegarle parte in vitto, e vestito, & in provedere il Monastero di tutte le cose necessarie, e parte nel fare le fabbriche de luoghi bisognosissimi, come sopra, poichè quando venni quivi, trovai le sole muraglie nude, che neppure vi erano cadreghe di paglia da sedere, onde dovei provedere di tutte le cose, e per le celle, e per l'Officine, e per di fuori ad uso della servitù, e per un poco di commodo necessario per le persone, che capitano al Convento, di modo che tante volte mi son ritrovata in estrema necessità di danaro per provedere di vitto, e pure all'improviso da persone a me ignote mi provvidde il Signore del bisogno, nè sapiei dire, come abbi potuto in così poco spazio di sei anni ridurre il Monastero nello stato decoroso, nel quale ora si ritrova; proveduto d'ogni cosa, e la Chiesa, che trovei nuda di tutto, ora si trove molto addobbata, & ornata, che rende stupore a chi la mira; ma quello, che è più trovai tanti, e tanti debiti fatti nel tempo della fabbrica del Convento alla somma di passa ttemila fiorini; e pure di questi per la Dio grazia mi son quasi del tutto liberata; onde bisogna confessare un occulta, & insieme palese Providenza di Dio; occulta, perchè l'elemosine vengono da parti, e persone, che io non conosco; e palese, perchè vedo il soccorso, o con danari, o con robba, non già da questi del paese, che non dono ho ancor ricevuto da loro, ma da gente lontana, massime da Tedeschi, quali certo hanno prestato grande ajuto a questo Convento.

Tre mesi dopo, che fui quivi, principiai a ricevere delle Fanciulle in educazione, & il mio fine è questo, prima per fare un opra grata al Signore di educare queste Anime innocenti nel santo timore, & amore di Dio, perchè non ne ricevo, se non di sei, o sette anni, niente maggiori per poterle instillare in quelle teneri, e pure menti la soda virtù, e santi costumi; secondo perchè facendosi poi Monache alcune di loro, si sà a pieno quanto pesano, e sono già avvezzate, e all'aria, e all'uso nostro di vivere. Terzo, se anche alcune di loro si sposassero al secolo, possano essere di edificazione col loro buono esempio, e potranno allevare li Figliuoli con gli stessi Santi costumi, che sono state allevate esse. Quarto, servono di qualche innocente divertimento alle Monache. Quinto, sono di utilità al Monastero, poichè vi può essere alcuna, che possi disporre della sua dote a beneficio del Monastero, come al presente ne abbiamo il caso, perchè le prima E Fanciulla, che ricevei, fu una Figlia dell'Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor Conte Governatore d'Arco, quale in quest'anno sprezzando le ricchezze, e grandezze mondane, avendo una grossa dote, renunziò il tutto al Padre, e Fratello, e volse vestirsi Monaca, e il Sig. Conte suo Padre gli ha assegnato sedici mila fiorini di questo paese, con li quali al presente procuro di comprare una gran Prateria unita alla muraglia della Clausura, quale si potrà ridurre in campo, e renderà buona parte di pane, e vino, oltre l'altre cose minute; sicchè dette Fanciulle possono essere anco utili al Convento.

Il secondo anno poi l'Illustriss. Sign. Barone Trojer Figlio del già defunto Gran F Cancelliere del Tirolo, volse darmi in educazione una sua piccola puttina di cinque anni, e quest'anno mi ha data le seconda di anni sei; questo Cavalliere è di tanta generosità, che oltre il danaro per gli alimenti delle Figliuole, non cessa di quando in quando mandare, e danaro, & altro, avendo anche proveduta la Chiesa d'un bellissimo Ostensorio alto un braccio, & un Turibile, e navicella, con un bellissimo Calice, e Patena, oltre poi ergenteria data alle Figlie, quali sono da esso mantenute con grandissima nobiltà.

Vi è anco in educazione una Contessa di Thum, & un altra Contessina d'Arco s'attende ben presto; supplicai il secondo anno G S. M. C., perchè si compiacesse decorare questo suo Convento co' suoi Clementissimi Privilegi, quale si è degnata la Maestà Sua Clementissima di concedere, assegnandoci per Protettore, o Procuratore con un suo Clementissimo Ordine il medesimo Signore Illustrissimo Baron Trojer, come pure mi concesse dieci misure di sale all'anno così da me supplicato, & alla fine alle mie umilissime suppliche scrisse a Sua Santità per la Bolla della Clausura, e per la Conferma delle Costituzioni; di modo che la Maestà Sua non mi ha mai negata grazia alcuna, che le abbi chiesta per il bene di questo Convento, essendo questo l'unico mezzo da Dio eletto per questa santa Opera, e per manifestare l'opere H sue mirabili in questa sua vilissima Creatura tanto ingrata, e infedele.

Grazia anche particolare di Dio è stata quella di averci dato un Prelato tanto propenso, e inclinato a favorire questo Convento, poichè non gli ho mai chiesta grazia, che non l'abbia ricevuta, e fra l'altre fu grande quella di averci con suo decreto publico fatte assolute e vere Padrone di questa Chiesa, esentandoci dalle subordinazioni, ò dependenze, che vi erano al Capitolo della Canonica d'Arco, e facendoci padrone dell'entrate lasciate ad essa Chiesa, quali erano molti anni, che le godevano diversi, cioè, parte li Canonici, parte altri Sacerdoti, & in questo fu Sua Eccell. così forte, e costante, che

che per molti mesi ebbe a sostenere le molestie de' lamenti del Capitolo d'Arco, ma alla fine superò il tutto, e ci assicurò, come dissi, con suo positivo decreto, e questo Prelato è Sua Eccell. Reverendiss. Monsig. Giuseppe Vittorio Alberti Vescovo, e Principe di Trento, Prelato di quella stima, virtù, e valore, che è di già nota ad ognuno.

Un altra singolar grazia ha voluto farci la Vergine Santiss., quale è questa: Capitorno quivi tre anni sono due Monache Pollacche, quali scappatono dal loro Monastero invaso da i Turchi, e Francesi, della Barbarie, & Indegnità de' quali raccontarono cose orribili da udire, avendo fatte mille indegnità a quelle povere Vergini; queste due, che nascevano Contesse, scapparono per miracolo della Beatissima Vergine di Cracovia; la di cui Sacra Imagine in rame una di esse teneva in sua Cella, che erano più di trenta anni, per mezzo della quale avea ricevuto grazie grandi miracolose; or queste buone Madri, entrando li Turchi, e Francesi di notte nel loro Convento, diedero di mano alla Sacra Immagine, e scappando si gettarono giù in un luogo sotterraneo, rompendosi il capo, e squarciandosi le carni, che guarirono per intercessione della Verg ne Santissima, poi non sò come quando piacque a Dio, scapparono di quel luogo, e della Città, e si portarono da Principi per chieder soccorso, essendo già stato rubbato il Convento, che era ricchissimo, e condotte via le Monache, e queste per volontà di Dio si ridussero quivi tutte afflitte: Io le diedi alloggio per due giorni, e li feci la carità di alcuni abiti Religiosi, & altro; ora volendo elle partire, ei diedero certe divoz oni, che gli erano state donate per il Viaggio, e così vennero a parlare de' gran miracoli, e divozione della Beatissima Vergine di Cracovia, e ci dissero della Imagine, che avevano seco, anzi vedendo la nostra divozione alla Vergine Santissima, sempre però poca a quella doverestissimo, ci vollero mostrare quella Sacra Immagine della grandezza di un palmo poco più: Io vedendola dissi nel mio cuore; o Vergine Sacratissima, quanto volentieri vi averei quivi per potervi onorare, poichè Dio sà ove anderete dopo la morte di queste Monache, ma non diedi niuno indizio alle Monache di desiderarla, perchè nè meno sapevo parlare con esse, avendo il linguaggio mezzo Tedesco, e mezzo, come Schiavone, che appena queste Tedesche le intendevano; Or dopo partite le buone Madri, e fatta una giornata, o due di viaggio, quella, che era sua la Sacra Immagine, infermossi con febre ardentissima, di modo, che fermate in una Osteria, non potevano proseguire il viaggio a Roma, ove si avviavano per rappresentare a Sua Santità il loro stato, & ottenere mezzi per poter di nuovo rifabbricare il loro Convento in altra parte; mentre dunque la Compagna dell' Inferma stava in un altra stanza, A preparandogli un poco di cibo; ecco entrate all' Inferma una Matrona vestita di nero in abito monacale, come noi, quale accostatasi al Letto le disse: *Se brami guarire, e proseguire il viaggio, prometti di portare quell' Immagine, che tieni, alla Madre d' Arco*. La Monaca aggravata dal male, non riflettendo alla visione, credette, che la sua Compagna avesse introdotta alcuna Monaca; ma interrogata la Compagna, e raccontatogli il tutto, fecero promessa nel loro ritorno di Roma, portarmi la Santa Immagine; e subito l' Inferma restò sana, e il giorno doppo seguitarono il Viaggio; ma passati altri due giorni, pensando al doversi privare della Sacra Immagine, cominciarono a dire, che B sarà stato un sogno, e però risolsero voler tenere la Sacra Immagine, e non più portarla a me; ed ecco che di nuovo cadde inferma la Monaca più gravemente di prima, e mentre la notte stava nel letto con l' altra Compagna, ecco di nuovo la Matrona vestita di nero, con abito monacale, come la prima volta, e le disse: *Se non prometti di portare l' Immagine alla Madre d' Arco, non guarirai da questo male*. La Monaca, subito svegliata la Compagna, le raccontò il tutto, & unitamente promessero a Dio, & alla Beatissima Vergine di portarmi la Sacra Immagine; onde restò subito sana, e la mattina andarono a ritrovare un Sacerdote Pollacco, al quale conferendo il tutto, esso le esortò ad atten- C dere la promessa, dicendole, che la Vergine Santissima sarà stata la Monaca apparsa, acciò quella sua Sacra Immagine venghi in questo Monastero; così le buone Madri al lor ritorno, ci portarono la Sacra Immagine, et io con somma allegrezza la ricevei, e posata in una cornice dorata, La posi sopra la finestrella della Santiss. Comunione dentro da noi, & ogni Mercoledì sera tutte unitamente prostrate con lumi accesi gli chiediamo la santa bened zione, recitando la Coronetta delle sue lacrime, e questo a riverenza della pena inesplicabile, che provò il suo materno cuore, quando il benedetto suo figlio prese da essa licenza di andare a morte, e tutto il Mercoledì notte, le tenghiamo la lam- D pada accesa. Osservo anche, che il primo quadro, che fù donato a questa Chiesa, quando fù edificata con le elemosine de' Fedeli per la grande molt tudine de' miracoli, che faceva questa Beatissima Vergine di Rezzo, quale stava in un capitelletto di pietra nel mezzo a questi Prati, e nel tempo della peste fece tali, e tanti miracoli, come si vede dalla moltitudine delle tavolette, che qui abbiamo trovate, che li Popoli risolsero fabbricare questa Chiesa, nella quale trasportarono la Sacra Immagine dipinta sopra il muro con l' istesso capitello; or dico, il primo quadro, che fu donato a questa Chiesa fu una Beatissima Vergine col Figlio morto in seno tra-

trapassata il petto da una spada, e questo quadro, benchè molto vecchio, lo conserviamo nel coro per memoria; anzi quello, che dipinse la Sacra Imagine di Rezzo, che era un divoto Vecchio, ebbe a dire più volte a diversi, quando si fabbricava la Chiesa: Voi vedrete, che quivi si farà un Convento di Monache, e quando siamo state quivi, alcuni di questi buoni Vecchl ci dissero queste cose, e piangevano per l'allegrezza, vedendo adempito quanto disse quei divoto Vecchio pittore. Molte altre grazie, e spirituali, e corporali sono state fatte dalla Beatissima Vergine a queste sue Serve, liberandole da diversi pericoli, che per non essere più prolissa, le rimetto alla di lei alta cognizione, per la quale può persuadersi quello può fare la Beatissima Vergine alle divote sue Serve, con tutto che indegne delle sue materne grazie.

Mi resta solo porre nel fine li nomi, e casate di tutte quelle, che vennero a questa fondazione, e che al presente si trovano in Monastero. Dopo di me vilissima, e da non esser da me nomata;

Fu la molto Reverenda Madre Vicaria per nome Suor Maria Angelica Cormlati.

L'Illustrissima Sig. Arcangela Mocenigo;

L'Illustriss. Sig. Marina Mocenigo;

Sorelle nobili Venete, quali fatte Monache gli posi nome Suor Maria Eleonora la prima, e Suor Maria Adeodata la seconda.

La Signota Lucrezia Piccinini, che gli posi nome Suor Maria Giuliana.

La Sig. Verginia Locatelli, a cui posi nome Suor Maria Fortunata; questa per parte di Madre trae la nascita da Principi; queste sono le quattro prime Figlie di Coro, che condussi meco.

Dopo poi venne la Sig. Elisabetta Ingron Gentildonna Tedesca, alla quale posi nome Suor Maria Maddalena.

Poi la Signora Maria Anna Onorati di Giudiciaria persona Civile, e le posi nome Suor Maria Lucida.

Dopo la Sig. Claudia Ingron sorella della prima, e le posi nome Suor Maria Celeste.

La Sig. Maria Anna Longuebier Cittadina d'Ala d'Inspruch; gli posi l'istesso nome per consolazione de' suoi Genitori.

La Sig. Marcolina Biondini mia parente, benchè lontana, le posi nome Suor Maria Angela.

Ultimamente l'Illustrissima Signora Maria Anna Contessa d'Arco, alla quale posi nome Suor Maria Leopolda per il Sig. Conte suo Fratello nomato Leopoldo.

Le quattro poi di mezzo Coro sono persone ben nate, e civili, li cui nomi sono:

Suor Maria Ventura Gasparoni.
Suor Maria Elisabetta Sagherina.
Suor Maria Veneranda Garbi, e
Suor Maria Placida Selaura, due Italiane, e due Tedesche.

Le Sorelle Converse sono quattro;

E Suor Fede,
Suor Caterina,
Suor Gioseffa, e
Suor Rosa.

Vi sono poi in educazione una Contessa di Thum, le due Baronesse Trojere, & una Sudarina nobile Veneziana.

Restami ora di prostrarmi col cuore a i piedi di Sua Paternità Reverendissima, supplicandola con tutta sommissione, e riverenza per le viscere di nostro Signore Gesù Cristo volersi degnare di compatire tutti gli errori commessi in questa narrazione, e credere, che per sola obbedienza, mi sono posta a scrivere, mentre per altro averei avuto timore di mancare alla carità nel palesare le cose
F successe nel mio primo Convento, questo bene la supplico credere, che io non ho esercitato nell'occasioni nè umiltà, nè pazienza, nè sofferenza, anzi molta alterigia, e impazienza, e credo certo di aver più mortificato io le mie Monache di quello esse abbino mortificato me, che però esse non devono esser credute in conto alcuno Ree, perchè sono state puri strumenti di Dio, de' quali si è voluto servire la Sua Altissima Sapienza per sgrossare, pulire, e lavorare la povera Anima mia, tanto ingrata al suo Amore, e tanto infedele alla grazia, che però rendo sempre grazie alla Divina Pietà per tante misericordie usate meco per rendermi capace del mio vilissimo nulla, nel quale mi vuole fondata,
G stabilita, e ben profondata. Sia dunque eterna Laude, e Gloria al suo Santissimo Nome per tutti li secoli. Amen.

Laus DEO, & *MARIÆ*.

Irruentibus postea exercitibus Gallis Hispanis, ac omnia per circuitum devastantibus, eadem Soror Maria Arcnangela, quæ tunc temporis Abbatissæ munere fungebatur, ex consilio Præsulis Ordinarij præfati fugæ se dare coacta est unà cum omnibus Virginibus Monasterij illius per longa, & periculosa itinera Tridentum versus, prout ad annum 1703. fusiùs retulimus; addita ibi quoque talis fugæ descriptione ab ipsamet Italico metro cōposita. Qua occasione mirum est quot,
H quantasque difficultates superarit, quot labores incommoditatesque pertulit, sibi solum assistente P.M. Angelo Maria Zanetti Confessario superius nominato. Pluries quoque à S. Congregatione Romæ negociis Episcoporum, & Regularium præposita, licentiam obtinuit Imperatorem ipsum Viennæ Austriæ commorantem adeundi pro rebus gravissimis coram tractandis, quamvis ingruentibus bellorum calamitatibus impedita, nonnisi una vice Germaniam petierit, ibique à Josepho I. Imperatore benignam, repetitamque obtinuerit Audientiam, rebusq; compositis Arcense Monasterium suum læta repetiit.

Ejus laboriosissima Fuga ex Monasterio

Præterea, quæ hucusque retulimus, funda-

datio-

dationis nimirum, & fugæ descriptionem, plura composuit opuscula, quæ ad animarum profectum conducere existimantur, & sunt.

Opera composuit varia.

Compendio del Divino Amore, ovvero Vita, Passione, Morte, e Resurrezione di Cristo Signor nostro per il S. Esercizio dell' Orazione mentale, affine d' apprendere il vero stato della Perfezzione Cristiana, e vita Evangelica.

2 *Cento lettere spirituali in un sol Tomo diviso in due parti.*

3 *Convito al peccatore diviso in due libri.*

4 *Distribuzione dell' alimento spirituale de' Servi, e Serve della Gran V. Madre Maria Addolorata per tatti i giorni della settimana, estratto dal Mare amarissimo de' suoi sette acerbissimi Dolori.*

5 *Discorsi, o Sermoni Sacri in due libri.*

6 *Dottrina di Cristo communicata dal suo Divino Spirito, e scritta per espressa obedienza, a gloria di Dio, profitto, e salute dell' Anime.*

7 *Lumi spirituali in varj tempi ottenuti &c. Vita della stessa Madre da lei distesa, e scritta &c.*

8 *Libro, che contiene varie Operette 1. Della vera, e falsa quiete. 2. La Volpe d' Inferno travestita da Osservanza Evangelica. 3. Quid est veritas? 4. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 5. Voce di Cristo Signor nostro, che intima a' Grandi del Mondo il Santissimo suo volere per la salute eterna delle Anime loro, e per quelle de loro Sudditi, a benefizio, e conversione del Mondo. 6. Dottrina verace dell' Eterna Verità a Regi, e Principi del Mondo per governare secondo il volere di Dio. 7. Sopra li Confessori. 8. Memoriale al Beatissimo Padre. 9. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 10. Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorum?*

Esposizione, o sia sentimento sopra un testamento spirituale.

Tre libri in foglio de Poesie sacre.

Demum innumerabiles ferè sunt epistolæ ad diversos Ecclesiasticos, & Seculares etiam magnos Principes ingenio, & manu propria scriptæ ab eadem Sor. Maria Archangela pro solutione spiritualium difficultatum, quarum major pars in Serenissima Venetiarum ditione D reperitur, nonnullæque in Archivo Cœnobij Florentini.

Cùm verò supra diximus eamdem Constitutiones pro Monialibus Arcensibus condidisse, approbatas à Summo Pontifice, intercedentibus precibus Leopoldi I. Imperatoris Augustissimi, ne quid desit Historiæ Diploma Cæsareum, seu deprecatorias literas, hic per exten-sum annectimus, tenoris, ut infra.

Extra

Beatissimo in Christo P. D. Innocentio XII. Divina Providentia S. Romanæ ac Universalis Ecclesiæ Summo Pont. Domino Reverendiss.

Intus

Beatissime in Christo P. Domine A Reverendissime. Post officiosissimam commendationem filialis Observantiæ continuum incrementum.

Incipit.

Epistola Deprecatoria Leopold. I. Imp.

PEr Omnipotentis Dei gratiam inter cæteros Religiosarum Ordines, & Monialium Monasteria non minus florere Conventus Servarum Reformatarum B. V. M. in partibus nostris Tyrolensibus, & quidem in Agro Arcensi non ita pridem erectus, cui Instituto, atque Observantiæ in præfatarum Soror Maria Archangela Biondini prima Abbatissa omni sollicitudinis, atque virtutum genere vigilantissimè præest, quæ non immeritò unà cum suis Consororibus anne curam communem, & inter reliquas hanc vel maximam habet, ut sibi de Confirmatione Apostolica super Constitutioni-B bus, & Regulis hujus sanctæ Reformationis prospiciat; Tùm etiam Decretum de stabilienda Clausura ejusdem novi Monasterij ocyus impetret, pollicicado sibi hac devota Antistes gratiam hanc utramque certò obtentum iri, ubi apud Sanctitatem Vestram, & Nos, qui hujus Ordinis, & Monasticæ disciplinæ Protectorem, atque primum Fundatorem agimus, pro ea officia nostra Cæsarea efficaciter interponeremus. Quemadmodum igitur insignes supplicantis virtutes, continuos pro Religione labores, vitæ morumque probitatem maximam, & quod pia hujus Matris zelus, ferventesque preces non aliò quàm ad promovendam primariò Dei Gloriam, augmentumque Religionis Catholicæ unicè collimant, consideravimus; Sic quoque sa-C lutare hoc in piissimos usus vergens desiderium Imperialibus nostræ interpositionis officio promovere duximus, ac proinde Sanctitatem vestram pro debita nostra filiali observantia impenso studio obtestamur, ut velit, partim ob affectum, quo singulariter ferimur in nominatum pium Ordinem, partim verò ob merita, & præstantissimas in Oratrice Abbatissa fulgentes virtutes, precibus ejusdem Paternè annuere, talemque simul intercessionis nostræ rationem habere, ut eadem submississimè supplicans voti sui compos fieri, & ferventèr hoc efflagitans Apostolicum Breve, seu Decretum tam super stabilimento Clausuræ, quàm confirmatione Regularum hujus noviter Instituti Ordinis Servarum Reformatarum humillimè obtinere que-D at. Ob quod Sanctitati vestræ Nos partem beneficij debebimus gratâ semper memoriâ recognoscendam; qui eamdem Reipublicæ Christianæ bono in quamplurimos annos sospitem optamus. Datum Laxemburgi 12. Maij Anno 1695.

Ejusdem Beatitudinis vestræ

Obsequens Filius

Leopoldus.

Transmissis itaque Romam præfatis Constitutionibus tali, & tanta commendatione munitis, easdem examinandas Summus Pontifex Innoc. XII. commisit aliquibus Eminentissimis Purpuratis, quibus approbantibus, & instante Priore Generali Jo: Francisco Maria Poggi. tandem Constitutionum earúdem

dem in omnibus prodiit confirmatio per Breve Pontificium, cujus tenor per extensum allatus est anno 1699.

Tandem hoc anno 1713. eadem Soror Maria Archangela gravi morbo oppressa, & duorum mensium ad patientiæ singulare exemplum acerbissimis toleratis doloribus, prævi-

Ejus obitus.

so mortis die, & postquam summa devotione extrema receperat Sacramenta, intonato hymno *Te Deum laudamus &c.* quem assistentes Moniales prosequutæ fuerunt, quibus etiam monita salutis circa Dei Amorem, Observantiam Regulæ, & fraternam concordiam æquo animo distribuit, post brevem agonem Animam Deo placidissimè reddidit occidente Sole die 24. Novembris. Ejus corpus per octiduum insepultum remansit, ut devotioni populorum satisficeret, ac demum F plumbeo inclusum loculo, quem arca lignea circumdat, in Choro Monialium subtus terram depositum fuit separatim à communi sepulchro.

Defuncta Sorore Mariâ Archangelâ Fundatrice prædicta, & in toto nostro Ordine magni nominis muliere, diversæ de eadem opiniones formatæ sunt, quas ad me referre spectat, non judicare. Cùm etenim reformatio Cœnobiorum nostri Ordinis, quam sibi à Deo demandatam toties prædixerat, usque modò suum effectum plenarium sortita minimè fuerit, adeo ut nec Auctrix, nec Magistra Reformatorum PP. uti se electam dictitabat,

De ejus gestis diversæ opiniones.

amplius fieri non valeat; hinc desumebant non divinas, sed humanas illustrationes fuisse, quibus se affectam dicebat. Alii è contra G asserebant hoc intra Divinæ Providentiæ Arcana retineri cur ea vivente Reformationis opus ex integro perfectum nullatenus remanserit; quod profectò nobis è Cœlo potentiùs impetrabit ad instar Salvatoris nostri (servata tamen proportione) qui discipulis suis indixit; *Nisi ego abiero Paraclitus non veniet ad vos, cùm autem assumptus fuero mittam eum ad vos.* De cætero tot sunt ejusdem monita, & spirituales instructiones, quas apud nos in scriptis reliquit, ut etiam post mortem Magistra dici quodammodo mereatur Reformationis perficiendæ eo tempore, quod Pater Æternus in sua posuit potestate. In hoc uno omnes omninò consentiunt eam virtute constantiæ, H prudentiæ, ac discretionis in gubernando singulariter præditam fuisse; insuper & dono intellectus, ac subtilitatis ingenij ferè omnes sui temporis mulieres superasse; digna propterea ut apud Magnates, Principesque Viros in magna esset existimatione; quorum omnium exactam disquisitionem prudentioribus Viris omninò relinquimus examinandã.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

OMnia desumpta sunt ex suis Originalibus, existentibus in Archivo Cœnobij nostri Florentini.

E *Reliquia B. Julianæ ab Archiepiscopo Pisano petita, & obtenta. Princeps Electoralis Saxoniæ Imaginem Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ veneratur. Transferuntur cadavera Fr. Petri Pauli Duprè, cujus etiam gesta typis mandantur, necnon Sororis Catharinæ de Bonfrizzeris. Editur quoque Vita P. Julij Arrighetti. D. Nuncij Apostolici Archinto erga eamdem S. Imaginem devotis, & munera. Dolorosæ Virginis cultus propagatur. Obitus P. M. Tonelli Florentini. Officium Translationis S. P. N. Philippi. Præcedentia Laicorum supra Novitios. Capitulum Generale intimatur.*

F

CAP. IX.

COmpilato processu super probatione miraculorum Pisis à Deo obtentorum ad intercessionem B. Julianæ de Falconerijs, D. Archiepiscopus Pisanus Frosini, qui (ut suo loco innuimus) Unus fuerat ex tribus Judicibus per Sanctam Sedem ad id depotatis, adeò exarsit in animi devotione erga prædictam Beatam, ut aliquam Reliquiæ partem ejusdem vehementer exoptaverit, apud se retinendam. Quare porrectis precibus apud PP. Discretos nostri Cœnobij Florentini, ijdem tanto Præsuli, ac de Religione tam benemerito, renuere nullatenus voluerunt. At verò quia pendente causa Canonizationis ejusdem Beatæ corpus G attingere minimè opportunum existimarunt, ideò partem ossis ejusdem, qui ad infirmorum solamen, & præsidium deferri solet, præfato Archiepiscopo donare statuerunt, prout & factum est instrumento publico desuper confecto manu Ser Silvestri Antonij à Podio rogato 4. Februarij 1713.

Reliquia B. Julianæ dono data Archiep. Pisano.

Hoc anno cùm Florentiam advenisset Serenissimus Princeps Electoralis Saxoniæ Fridericus Friderici Augusti Regis Poloniæ & Saxoniæ Electoris Filius, ibique plures Menses moratus esset juvenis annorum circiter sexdecim, & heterodoxæ Religionis, attamen summâ modestiâ nedum imaginem Sanctissimam Divæ Annonciatæ in Ecclesia nostra consueta solemnitate publicè expositam, eam, comitantibus Serenissimis Etruriæ H Principibus Jo. Gastonio, Violante, & Eleonora, veneratus est, sed insuper adveniente majori hebdomada celebre Sacrificium solemnissimum Feriæ quintæ in Cœna Domini in loco separato, ac decenter ornato, totamque processionem magnificam Corporis Christi successivè inspectavit, commendavitq; in eadem Ecclesia nostra: in qua demum ad matutinas horas aliquod temporis spatium in Choro publicè adfuit: Monasterium invisit, & in Oratorio privato Ver. Angeli M. Montursij, & P. Julij Arrighetti per non modicum temporis spatium immoratus est, ad specum subterraneam, sacramque descendens, ibi-

Princeps Electorales Saxoniæ B.Virg. Imaginē invisit.

ibique descriptas in parietibus devotas SS. Patrum Sententias omnes perlegere summa jucunditate voluit, devotionem suggerente, ut piè credi potest, eadem B. Virgine, quam moa salutaverat.

Cadavera Sor. Catbar. Bonfrizzieri, & Fr. Petri Pauli transferuntur.

Delatum fuerat hisce diebus à Patribus Sacristis ejusdem nostri Templi Sanctissimæ Annunciatæ, sepulchrum, in quo recondita fuerunt à principio cadavera Sororis nostræ Terriariæ Catharinæ de Bonfrizieris, & Fr. Petri Pauli Dupre, nescitur ea quo accidenti, humiditati plurimum esse obnoxium, ea de re PP. utrumque in saniori loco transferendū esse statuerunt; quod hoc anno 1713. executioni demandatum est absque ulla solemnitatis pompa de nocte nimirùm, & januis Ecclesiæ clausis, ac solùm præsentibus Provinciali, & Priore cum quibusdam illius Cœnobij PP. Et quidem præfatæ Sororis Catharinæ corpus, & ossa ea veteri capsa non parum carie corrosa, in alteram de novo constructam translata, & in sepulchro communi nostrarū Tertij Ordinis Sororum signato nu. 55. deposita fuere. Cadaver verò Fr. Petri Pauli è dicto sepulchro extractum, et in capsa lignea reconditum, collocatum fuit ad pedes, & juxta Cadaver P. Julij Arrighetti positum [ut ad annum 1705. dictum est] in loco separato Cappellæ Sanctissimi Crucifixi ad latus Evangelij, quòd, cum tali occasione recognitum fuisset, optimè custoditum repertum fuit, integris adhuc vestibus, & decora barba, quarum translationum ad omnem identitatis probationem memoria conscripta est. Qua pariter occasione pleraque Sanctis Vestibus, & indumentis, quæ P. ejusdem Arrighetti dum viveret, usui inservierant, ad securiorem custodiam, non verò per modum alicujus cultus, & salvo præscripto Bullarum Summorum Pontificum, reposita fuerunt ex decreto ejusdem Provincialis P. M. Petri Antonij Rossi in quadam Arca lignea, & in una ex mansionibus Oratorij superiùs nominati Angeli Mariæ Montursij ad exercitia spiritualia destinati deposita sunt, privato super hoc confecto instrumento à præsentibus pluribus testibus subscripto, & in illo Archivo reposito.

Gesta Fr. Petri Pauli typis mandātur, & P. Julij.

Hoc eodem anno Fr. ejusdem Petri Pauli gesta præcipua typis mandantur, annexis quoque compendiosè virtutibus prælaudati Fr. Jo. Baptistæ Ravelli. Latiùs tamen admirandam vitam P. Julij Arrighetti calamo erudito descriptam ab Episcopo Miniatensi P. M. Jo. Francisco M. Poggi Exgenerali, publici juris idemmet eam fecit.

Dona D. Nuncij Archinto ad Arā B. V.

Munifica quoque recensenda denuò venit erga Sanctissimam B. Virginis ab Angelo Annunciatæ imaginem devotio Nuncij Apostolici toties laudati Archinto, qui tot obsequijs eidem antea Virgini præstitis minimè contentus, auream Crucem, gemmis undequaque ornatam, magni valoris ejusdem Aræ pius obtulit; cumque jam jam è Florentia Coloniam versus tamquam Sedis Apostolicæ, apud Serenissimum illum Electorem Legatus esset discessurus, Florentini Cœnobij Patres in signum gratitudinis ad Altare ejusdem B.M.V. pro salute ipsius solemne Sacrificium unà cum decantatis Litanijs obtulerunt. Ipsemet verò Apostolicus Nuncius eadem die 6. Martij, nonnisi prius visitata B. M. V. imagine, & indicibili comitate Patribus omnibus ad obsequium admissis, iter suum Bononiam versus arripuit.

Devotio Dolorū B.V. dilatatur.

Nostri muneris ex instituto semper fuit, ut longè latèque disseminetur inter fideles compassiva devotio erga Dolores B. M. V. Quâ de re, hoc anno typis mādatæ sunt Meditationes ejusdem Dolorum pro unoquoque die Anni sub titulo, *Maria compassiva ne' suoi Dolori*; motus forsan Auctor ex pio zelo a quorum ex nostris PP. inter quos P. Ferdinandus Panlucci zelantissimus Corrector nostrarum Tertij Ordinis Sororum Collegialiter Florentię viventium anno 1705. librum ediderat, cui Titulus, *Il Cuore appassionato per Gesù, e Maria;* Anno verò 1710. pro nostri Ordinis Religiosis quidam P. Magister magni nominis, quāvis Anonymus, quinquaginta Dolorum B. M. V. Meditationes eruditas ediderat. Nec defuerat idem zelus extra Italiam; nam in Hispania P.M. Laurentius Raymundinez inclytus, & pius, & doctus Corrector Congregationis Barchinonensis, erectæ in honorem, ac Venerationem Dolorum B. M. V. & inter Nobiles Viros, et Mulieres illius magnæ Civitatis incolas eius operâ dilatatæ, devotum jampridem edidit librum ad meditandos Deiparæ Dolores satis accōmodatum, anno videlicet 1695. cui titulus *Congregante y fiervo perfectò de la Santissima Virgen de los Dolores, devido en 4. libros, compuesto por el R. P. P. M. y Lector en S. Theologia Fray Lorenzo Raymundinez, Corrector de la Congregacion de la Adolorada Madre, fundada en el Convento de la Virgen del Buen Successo de los PP. Servitas de la Ciudad de Barcellona.*

P. M. Tonelli obit Floren.

Florentiæ verò vitâ functus est hoc anno die 24. Septembris P. M. Gregorius Aloysius Tonelli ejusdem Cœnobij filius, ætatis annorum 65. qui in eodem Monasterio Officijs primò Regentis studiorum, deinde Prioris, ac demum Provincialis Etruriæ optimè perfunctus fuerat, pluraque suo Conventui, & Ecclesiæ beneficia præstitit. Cùm etenim Principis Cardinalis Francisci M. de Medicis Ordinis nostri Protectoris Theologi munere fungeretur, ac motu proprio Magni Ducis Cosmi III. Nobilium Clericorū ad Canonicatum Metropolitanæ illius Ecclesiæ adspirantium Examinator creatus esset, etiam Monialium ferè omnium in Monasterijs ejusdem, quæ in Civitate, & Vicinijs Florentiæ non minus quàm 72. numerantur, Confessarius, quidquid emolumentorum [& quidem non modici valoris] ipsimet obvenerat, in ornamentis sacristiæ, & Aræ majoris Ecclesiæ,

ſiæ, inſuper & Cœnobij utilitatibus totum ſe ſumpſit. Vigiliarum, & Chori amantiſſimus (E) plures annos, & quoad ei per ſanitatem licuit, primam Miſſam, quæ de more duabus horis ante Auroram ad Aram Virginis quotidie celebratur, ipſemet offerebat. Plures itidem annos Sororis Catharinæ noſtræ Tertiariæ de Bonfrizieris ſpiritum direxit, ac virtutum perfectionem edocuit, ejuſdemque ſanctas operationes ad aliorum exemplum in ſcriptis redegit, ac typis edidit, uti ad annum 1709. mox dictum eſt. Ejus quoque intuitu, & hortatu Nobilis Fœmina Volaterrana ſcuta quingenta fructifera in perpetuum reliquit ad beneficium noſtræ Inſignis Bibliothecæ de Florentia. Benefactrici nomen fuit Laura Guarnacci Soror olim P. Mag. Angeli Maria Guarnacci filij ejuſdem Conventus. (F) Denique hoc anno pectoralis hydropis morbo plures menſes gravius laborans, & igne tribulationis purgatus, ipsâ di eſolemnitatis Dolorum B. M. V. cujus devotionem ſemper pro viribus promoverat, Dominica nimirùm tertia Septembris, receptis antea ſumma devotione extremis Eccleſiæ Sacramentis, cumque paulò ante ſuper lectum erectus plura pacatiſſimè loquutus fuiſſet, iterum jacens abſque ullo agonis incommodo placidiſſimè obdormivit in Domino pulſante de hora 18. meque non ſine lacrymis aſſiſtente, & familiariſſimi Amici mortem deplorante.

Princeps M. Ferdinandus Etruriæ moritur.

Toti Etruriæ lacrymabilis accidit etiam hoc anno prorſus immatura mors Sereniſſimi (G) M. Principis Ferdinandi, cui cùm Ordini noſtro ſingularem in multis oſtendiſset benevolentiam, Patres noſtri de Florentia uti Benefactori inſigni, magnâ pompa parentarunt.

Lues peſtifera animalium averti precamur.

Cùm verò per totam fermè Italiam, & ultra Montes infanda lues animalium graſsaretur, Summus Pontifex Clemens XI. tantorum malorum miſericordiâ motus per ſuum Breve ſpeciale præcepit, ut in Eccleſijs Italiæ maximè Regularium, ſupplicationes fierent, preceſque ad id maximè accomodatas deſtinavit recitandas à Chriſtifidelibus, collatis quoque ex theſauro Eccleſiæ pluribus Indulgentiis, quæ omnia noſtri Ordinis Patres in eorum Eccleſiis exequutioni devotè, ac fideliter demandarunt.

Officium Translationis S. Philippi pro toto Ordine.

Attentione potiſsimùm, ac diligentia P.M. (H) Ghislieri totius noſtri Ordinis in Romanâ Curiâ Procuratoris Generalis favorabile decretum à S. Rituum Congregatione obtentum eſt hoc anno, quo in poſterum ab omnibus Ordinis noſtri Religioſis facultas conceditur recitandi Officium Translationis Sancti P. noſtri Philippi die 22 Septembris, quod ante ſoli Eccleſiæ noſtræ Tudertinæ peculiare erat. Tenor verò præfati Decreti eſt, qui ſequitur.

Ordinis Servorum B. M. V.

REmiſſo Sac. Rit. Congregationi à Sanctiſſimo Domino Noſtro ſupplici libello ſibi porrecto à Procuratore Generali Ordinis Servorum B. M. V. nomine etiam totius ſuæ Religionis, (E) quo humillimè ſupplicabatur, ut in poſterum die 22. Menſis Septembris Officium Translationis S. Philippi Benitij, prout in Conventu ſub titulo ejuſdem Sancti in Civitate Tudertina recitatur, ab omnibus Religioſis totius ſupradicti Ordinis recitari benignè concedere dignaretur. Eadem S. Congregatio ad Relationem Em., & Rev. D. Cardinalis de Abdua gratiam petitam concedendam eſſe cenſuit. Die 9. Decembris 1713.

G. Card. Carpineus

Loco ✠ Sigilli

P. M. Tedeſch. Ep. Lipar. Sac. Congr. Profec.

Deciſa præcedentia inter Novitios, & Laicos confirmatur.

Mota iterum quæſtione ſuper præcedentia Novitios inter Clericos, & Laicos profeſſos, (F) præcipuè verò in actu accedendi ad Altare majus occaſione Communionis Conventualis militante pro Clericis Novitijs majoritate Gradus Clericalis, pro Laicis verò prælatione ſolemnis jam emiſſæ profeſsionis, P. Generalis Jo. Petrus Bertazzoli auditis, ac ritè penſatis utrarumque partium rationibus, decrevit ſtandum eſſe præſcripto noſtrarum Conſtitutionum, quibus innuitur præcedentia Novitiorum Clericorum ſolummodò poſt profeſsionem; atque ita confirmavit decretum olim editum per P. M. Ludovicum Giuſtiniani totius Ordinis Generalem, ut apertiùs innuitur in Actis Viſitationis Provinciæ Tuſciæ habite hoc anno.

Provincialis Etruriæ ex Breve Ap.

Accidit etiam hoc eodem anno quid inſuetum eidem Provinciæ Tuſciæ, (G) non ſine admiratione Patrum Vocalium illius Provinciæ. Cùm etenim debito tempore intimata fuiſſet celebratio Capituli Provincialis facienda in novo Conventu Virginis Doloroſæ Maſſæ de Carraria, cumque jam jam Vocales ipſi pergerent ad deſtinatum locum Capituli, præter omnium expectationem diebus iiſdem certiores facti ſunt à P. Generali ne progrederentur iter, cum illinc ex Apoſtolico Brevi Clementis XI. nonniſi per Sanctitatem ſuam electos Officiales Provinciæ adeſse deberent, iique fuerunt, nempe P. M. Petrus Paulus Ferrucci de Florentia Prior Provincialis, P. M. Jo. Baptiſta Capel de Senis Socius Provincialis P. M. Petrus Maria Pieri de Senis Definitor Generalis. (H) Definitores Provinciæ P.M. Sebaſtianus Tognini de Piſis, P. M. Hieronymus Maria Allegri à Florentia. P. Petrus Joannes de Prato. P. Julius M. Magnanini de Piſtorio; à quibus Procapitularis Congreſsus habitus eſt. Tenor verò prædicti Brevis Apoſtolici ponitur ad eruditionem ſucceſsorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Breve electionis Superiorum.

EX commiſſa Nobis cœlitus diſpenſationis munere Provinciæ Etruriæ Ord. Serv. B. M.V. de idoneis Superioribus, qui ad illam, adjuvante Domino, feliciter regere, Regularem-

que

que disciplinam in illa tueri, & sicubi exciderit, studiosè restituere satagant, providere cupientes, ac de suprascriptorum d. Ordinis Professorum fide, prudentia, doctrina, integritate, et vigilantia, charitate, & Religionis zelo plurimùm in Domino confisi, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis censuris, sententijs, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine dilectos filios Petrum Paulum Ferrucci in Priorem Provincialem, & Jo. Baptistam Capei in Socium, & Petrum Mariam Pieri in Definitorem Generalem, Hieronymum Mariam Allegri, & Sebastianum Tognini in Sac. Theologia Magistros, necnon Antonium Mariam Fornari, & Julium Magnanimi fratres expressè professos, Provinciæ, & Ordinis prædictorum in Definitores Provinciales ejusdem Provinciæ Etruriæ ad tempus, quo ejusmodi Officia juxta regularia dicti Ordinis Instituta per Sedem Apostolicam confirmata durare consueverunt, statim ac dilecti filij Moderni Prior Provincialis, & Socius, ac Definitores Generalis, & Provinciales Provinciæ hujusmodi tempus suum compleverint inchoandum, cum omnibus, & singulis præeminentijs, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegijs, gratijs, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, & sub indignationis nostræ, alijsque arbitrij nostri pœnis omnibus, & singulis Provinciæ prædictæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supranominatos Fratres ad Officia eis respectivè per præsentes demandata, illorumque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, eosque recognoscant, & illis in omnibus Officia hujusmodi concernentibus faveant, & assistant, pareantque, & obediant respectivè. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus supranominatis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciæ etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes: illis aliàs in suo robore permansuris: ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 31. Martij MDCCXIII.

Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

F. Oliverius.

Cum verò tempus celebrandi Capituli Generalis approximaret, in executionem præscripti nostrarum Constitutionum P. M. Bertazzoli supremus Ordinis Præses citatorias literas Massæ expeditas die 22. Octobris 1713. transmisit ad omnes Provincias, quibus ad celebrationem Capituli Generalis in præfato Conventu Virginis Dolorosæ de Massa die 3. Junij proximè insequentis anni 1714. P. omnes Vocales advocabantur. Quod utique indictum Capitulum nec eò loci neque ea die celebratũ postea fuit, morte nimirum interveniente ejusdem P. Generalis, uti suo loco dicendum erit.

Dies Capituli Gener. immutatur.

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

Ex Archivis Romano, & Florentino, & Regesto Provinciæ Tusciæ omnia suprascripta eruta sunt.

Gesta, & Obitus Sororis Thomasæ de Bertellis à Typherno. Multa mira de B. Peregrino Laziosi.

C A P. X.

Vitam cum morte feliciter commutavit hoc anno Soror Thomasa Bertelli nostri Ordinis à Civitate Castelli Tertiaria, insigni Virtute prædita; de ea testatur P. M. Carolus Antonius Maria Tassinari ætate, & virtute admodum provectus, qui per annos viginti septem Animæ suæ Director spiritualis fuit & Confessarius, eam fuisse omni virtutum genere ornatam, sed præcipuè commendabilem in ipsa fuisse virtutem Obedientiæ. Mores ejus fuere candidissimi, ac exemplares omnibus alijs Sororibus, quibus erat acceptissima. Frequens aderat in Ecclesia nostra S. Mariæ Gratiarum, ibique Orationi addictissima, usque adeò in affectibus cordis fervebat, ut extra se rapi videretur. Hominum consortium devitans, & solitudinis avida cum Deo suo libenter conversabatur, tum lectioni librorum spiritualium, tum ferventi meditationi incumbens. Humilitatis edocta virtute internos actus suos, & affectus nonnisi Confessario aperiebat. A Deo tamquam aurum in for-

Obitus Sororis Thomasæ nostri Ordinis.

Ejus virtutes

nace probata, sex mensium gravem infirmitatem summâ animi constantiâ, & patientiâ, imò & cum lætitia toleravit, gratias agens Deo suo, qui tali igne purgatorij ignem eidem compensabat, ut celeriùs ad Agni nuptias immaculata transiret. Qua de causa ne sibi occasio patientiæ, & purgationis eriperetur, humana remedia ad sui levamen adhiberi passa nô est. Accidit in ejus morte quoddam non consuetum, porrò dignum memoriâ; nam in actu spiritum emittendi ipsa proprijs manibus sibi oculos clausit, & statim ipsas manus ad pectus reduxit, ibique positum Crucifixum amplectens in osculo Domini expiravit. Pro quo sciendum, quòd ipsemet retulit P. Confessarius, ejus in votis semper fuisse dum viveret, ne quis illam, vel post mortem attingeret; unde ex tali affectu, Deo sic disponente, ad ejus consolationem, ipsamet sibi moriens oculos claudere permissa est. Ejus Corpus honorificis exequijs præmissis in sepulchro aliarum Sororum tumulatum requiescit. Obiit die 5. Februarij præsentis anni 1713. relicto post se honorifico quoddam legato in honorem B. P. nostri Peregrini, cui multum devota fuerat, impendendo, quod acceptatum a Patribus extitit eum antecedenti petita, et concessa facultate P. nostri Generalis tenoris infrascripti.

Legatum Peregrino dicatum.

Attentis narratis, & considerato, quòd supradictum legatum resultet in Dei gloriam, necnon Sanctorum suorum honorem, & præcipuè B. P. nostri Peregrini Laziosi, auctoritate Officij nostri præfatum legatum acceptandi facultatem concedimus, & quatenus opus sit executioni mandari præcipimus. In quorum fidem &c.

Dat. Massæ in Conventu nostro S. Mariæ Dolorosæ die 26. Martij 1713.

Fr. Jo. Petrus Bertazzoli Ord. Ser. B. M. V. Generalis.

Reg. lib. 2. fol. 181. L. ✠ S.

Fr. Aurelius Savini Secr.

Substantia verò Legati hæc est. Ducentorum ex moneta Romana scutorum summam, unà cum mobilibus suæ Domus non modici valoris destinavit hæc pia Soror, ut die 30. Aprilis, quâ festum B. Peregrini celebrari consuevit, augustiore pompa musicis choris, & Oratione Panegyri in laudem Beati celebraretur in perpetuum, solemne Missæ Sacrificium applicando pro Anima Testatricis. Insuper ut lampas medius ad ejusdem Beati Altare mane, & serò cujusque diei semper arderet, & in solemnioribus anni Festivitatibus etiam duæ lampades laterales ejusdem Aræ lucerent. Tanta erat erga B. Peregrinum hujus mulieris devotio.

Mira de B. Peregrino.

Cùm semper magis in dies augeatur apud Tiphernates præcipua devotio erga B. Peregrinum nostrum, cujus festum in die Anniversaria maximâ pompâ tùm apparatus, tùm Musicæ, tùm luminarium celebratur, & à Sacris Oratoribus Oratione Panegyri ejus Gesta gloriosa commemorantur, advenientibus etiam è finitimis locis innumeris Fidelibus ad venerandum Beatum, pœnitentiæ, & Eucharistiæ receptis Sacramentis: hinc mirum non est, quòd Altissimus ad invocationem populorum, & in honorem Beati prodigia multiplicet, adeò ut non solùm in præsenti, sed etiam in subsequentibus annis pia videatur æmulatio quædam intercessisse Cœlum inter, & terram in promovendo Peregrini honore, ut quantum creverit in terra Fidelium devotio erga Peregrinum, & ejusdem formalis sanctificationis desiderium vehemens, eò plura ad ejus intercessionem operetur Divina Majestas prodigia, gratias dispenset innumeras ad exaltandam ejusdem gloriam, & obtinendam à S. Sede Peregrini Canonizationem.

A doloribus articularibus sanatio.

1 Gaspar quidam Leonardi Tiphernas oppressus hoc anno de mense Augusti quamvehementibus articularibus doloribus in utroque pede, per mensem nullo vel remedio, vel diligentiâ adhibitâ levamentum experiri potuerat, adeò ut etiam omni quietis, & somni refrigerio careret. Destitutus itaque ab omni humano præsidio convolavit ad Celeste, B. Peregrini opem vehementius implorans, & adhibita olei ejus lampadis unctione statim alleviatus est, postea perfectè convaluit, ut ipsemet asseruit, & qui nec è sede, in qua jugiter morabatur, assurgere sine alieno potenti auxilio, nec absque ferulis gressum dirigere poterat, adeò viribus validatus est, ut à se ipso Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum adire potuerit, ibique venerabundus ad Altare Beati *Benefactoris* Eucharistiâ refectus, humilem, & affectuosam gratiarum actionem egit, & eidem perpetuam proprij cordis oblationem, & servitutem exhibuit.

A pedis dolore Virgo liberatur.

2 Similem in pedibus articulorum dolorem vehementem per idem fermè temporis spatium perpessa Virgo Florida Dominici Brizziarelli, & Annæ Mariæ de Civitate Castelli Filia, nec ullis artis medicinæ remedijs adiuta, Peregrinum humiliter invocavit, ejusque Reliquia signata, statim imminutos dolores persensit, ac brevi prorsus incolumis ab omni malo evasit, Deo, & B. Peregrino, cui semper postea singularem devotionem exhibuit, gratiarum actionem agens.

Puella à plaga gangrænosa sanatur.

3 Florida alia, puella biennis, filia Pauli, & Lucretiæ Tiphernatum in coxendice lævo tumorem quemdam passa, vel ex negligentia remedij, sive quacumque alia de causa id evenerit, ipse tumor in plagam gangrænosam evasit, quæ omnia respuens medicamenta, pars ossis ex peritorum consilio extrahenda erat, ut sanari posset ab infirmitate, quæ jam tres integros annos puellam vexaverat extremis doloribus. Afflicti Genitores ad opem B. Peregini confugerunt, & oleo ejusdem lampadis filiam in parte læsa inungentes,

tes, absque alia sectione notabile sensit levamentum, ac demum perfectè filia sanata est A ab omni plagâ, summâ consolatione Genitores ejusdem afficiens, qui B. Peregrino Benefactori Insigni plurimas egerunt gratias.

A tumore frigido curatio.

4 Florinus Dominici Matrucci de Civitate Castelli quibusdam pertinacibus humoribus frigidis in brachio dextero malè vexatus per multum temporis spatium, absque eo, quòd ai humana medicæ Artis remedia nihil profuissent, quin insuper ex vi morbi tria in eodem brachio aperta erant foramina; quare humanum omninò desperans auxilium ad Protectorem suum Peregrinum confugit, à quo nullatenus desertus est, sed oleo partem offensam inungens, paulatim convalescere cępit usque ad integram sanitatem, pro quâ Benefactori semper gratus à præstandis eidem B suæ devotionis Officijs numquam destitit.

A Rheumatismo Marcus Fulconi liberatur.

5 Eodem præsenti anno 1713. Marcus Fulconi ex Casentini Valle oriundus, & in Civitate Castelli degens, efficax B. Peregrini auxilium expertus est; cum etenim Rheumatismo, ac salaci humore malè per multos menses vexatus à doloribus in capite, ac per totam corporis dexteram partem, deinde etiam per sinistram dirè torquetur, & adhibita quamplurima medicamenta nullum eidem infirmo levamen præstarent, totus ad procurandam B. Peregrini benedictionem conversus est, & ejusdem Reliquiam devotè osculatus, ab ipso tandem perfectam obtinuit liberationem, & grato animo Missæ sacrificium ad ejus Aram celebrari curavit. C

6 Plurimæ quoque & aliæ prodigiosæ sanitates hoc anno Patribus nostris relatæ fuerūt, quæ cum transactis annis acciderant ob intercessioné B. Peregrini, has utique silentio præterire æquum non est; cum omnes pertineant ad annum 1713. inter eas ordo præcedentiæ servatus non est. Has inter enumeranda primo loco venit D. Comitissa Margarita Montauti Berioli, quæ cum à multo tempore in utroque crure molestissimas plagas non sine maximis cruciatibus pertulisset, ad Beati opem recurrens, emisit Votum appendendi Crus argenteum ad ejus Altare, si convaluisset; emisso voto, primò ex morbo tam diurino notabilem alleviationem, deinde perfectam sanitatem consecuta, Votum adimplevit, & erga D Beatum Peregrinum devota magis in futurum remansit.

Comitissa Montauti à crurum plagis sanatur.

Joseph Paladini à plaga cruris liberatur.

7 D. quoque Joseph Paladini à S. Angelo in Vado septem integros annos in crure dextero plagam tolerat nimis profundam, nullis proficientibus humanis remediis; statuit demum in uno B. Peregrini præsidio spem suam omnem reponere votum vovens, quòd si sanitatem optatam consequeretur, Forolivij ad venerandum ejusdem Beati Corpus peregrè se profecturum, & ad ejus Aram Missam celebrari se curaturum, & insuper argenteum Crus in anathema beneficij se ibidem appensurum. Vix Orationem suam, votumque emiserat, cùm notabile sensit à doloribus levamen, ac non multò post plagâ ipsa obductâ carne perfectè sanata est. Quare Voti memor anno 1702. Forolivium petijt; Beati Aram veneratus missam celebrari fecit, & Crus argenteum gratus appendit.

Usum amissum dexteræ restitutū.

8 Magdalena Joannis Rossi à Tipherno du anno 1703. manus dexteræ usum dies quindecim omninò amiserat, ita ut non sine maxima animi sui ægritudine ad operationes quascumque inutilis esset. Impos consilij ad intercessionem B. Peregrini supplex confugit, & per novem dies ipsius Imaginem in Ecclesiâ nostra venerari statuit, & unctionem olei ejusdem lampadis parti læsæ per totidem dies adhibere. Testatur ipsamet, quòd statim ac tam sanctæ devotioni cœpit incumbere, Virium instaurationem in manu deperditâ persensit, usquequò tandem in ultima ex novem præfatis diebus post adhibitam de more unctionem, tota debilitas abijt, & manum perfectè redintegratam sensit, ac si nihil antea mali in illa passa fuisset, unde humillimas agens gratias B. Peregrino æternam promisit serviturem.

In crure, & poplite plaga sanatur.

9 Alexander Felix Francisci Bizzi Tiphernatis filius anno 1703. cum tres annos assiduis doloribus in dextro genu vexatus fuisset, ex eo, quòd ibi natus tumor, paulatim in crure, & poplite pedis ejusdem descendens, nedum illi gressum impediebat (espiton vocabant Medici) sed et insuper in Tibiâ plagam usque ad os aperuerat adeò molestam, & pertinacem, ut nullis cederet humanis remedijs, quæ per triennium illi adhibita fuerant, donec ejus Mater Elisabeth Filio materno affectu compatiens illum B. Peregrino devotè commendavit, Oleo lampadis ejusdem Crus læsum inungens; Mirum; quam subito cessarit dolor inveteratus, ac postmodum sanitatem infirmo Peregrinus brevi impetraverit, nec amplius ab illo morbo (jam plusquam anni decem effluxerunt) molestiam ullam expertus est; quamobrem quamplurimas, & Mater, & Filius Deo, & B. Peregrino gratias egerunt, in ejus semper devotione ferventes.

Filiolæ vires in pedibus restituuntur.

10 Catharina filia Jo: Antonii di Lucca Tiphernatis puella ætatis annorum quatuor circiter à nativitate adeò debilitata viribus, illa fuit, ut nedum gressum facere, sed nec pedibus suis sustentare se ullo modo valeret. Afflictissimi Genitores ad protectionem B. Peregrini gementes confugerunt, eidem filiolam enixè commendantes, deindè in ulnis Virginiæ famulæ Monialium S. Egidij delatam ad Aram Beati obtulerunt, ejus opem implorantes. At verò quid innocenti ætati non præstaret Peregrinus in omnium beneficium largissimus? Vix oblata meliùs se habere cœpit puella, nec pluribus ab hinc diebus aliquantisper progredi à se ipsâ, deinde perfectè ambulare nullo adjuvante cępit, stupentibus omnibus, qui prius illam omni-

omninò ineptam ad ambulandum noverant, & post decem annos vivida, & sana permanet. Gaudentes Genitores cum lacrymis Beato gratias egerunt.

A fractione brachij Monialis sanatur.

11 In eodem præfato Monasterio S. Egidij Soror Justina Columba Cristiani die 5. Martij 1705. cùm esset ætatis annorum 73. ex repentino casu radius unius ex brachiis ita fractus est, ut ipsummet brachium nonnisi à pelle [ut ipsa testificata fuit] substentaretur; ex hinc dolores erant vehementes adeo, ut spasma fieret. In tali misero statu, omnis humani consilij expers, ad Peregrinum recurrit, & maximo cordis affectu, ac devotione altera die post casum ejus Reliquiam expostulata, & postquam ipsam advenientem ad ingressum Monasterij Moniales omnes accensis luminibus exceperant, [F] & ad lectum Infirmæ devotè associarant, ipsam tenerrimè exosculata est, & ad brachium confractum applicari postulavit. Hinc cæpit prima Gratia; nam ad ejus attactum sub tò cessavit dolor, qui priùs erat ferè intolerabilis. Advenit interim Chirurgus, qui, ut meliùs poterat, hesterna die, fracturam brachij ligaverat. At Soror Justina hilaris ad eum -- *Alter Chirurgus (Domine) me visitavit, & hìc adest* [innuendo Reliquiam Beati Peregrini adhuc penès brachium existentem] *ac me à doloribus liberavit*. Obstupefactus Chirurgus exclamavit -- *Verè mirabilis Deus in Sanctis suis*. Deinde procedens curatio ordinaria absque dolore, spatio dierum non plurimorum ad perfectam salutem pervenit, [G] & redditus est usus brachij, ac si nihil penitus mali passus esset radius, quòd ex sententia Peritorum difficile admodum erat in fœmina tam provectæ ætatis.

Gratia spiritualis Moniali cōfertur.

12 Non minoris utilitatis, utpotè pro anima, & profectu virtutis, est Gratia collata ex intercessione B. Peregrini Sorori Claræ Parzagli Moniali in Ven. Monasterio D. Ceciliæ Paradisi Civitatis Tipherni, quæ annos quinque plagâ gangrenosâ in pectore ad latus sinistrum malè vexata non solùm doloribus corpus, sed mens multò magis vehementi angebatur tristitiâ, adeò ut ad sufferendam tam gravis morbi molestiam impar sibi omninò videretur. In his atrocibus mentis, & [H] corporis angustijs ad B. Peregrinum cor suum devotè direxit, ejusdem implorans auxilium, ejusque Reliquiam ad se afferri eâque se, partemque læsam benedici curavit, quam etiam adveniente nocte in Cella apud se retinere voluit. Eadem nocte obdormiscens videre sibi visa est eumdem B. Peregrinum, qui dixit eidem -- *ostende mihi, o Clara, rosam, quam in sinu abscondis. Et quam rosam?* respondit illa. Et Peregrinus -- *utique Rosam, & quidem pulcherrimam apud te retines, quam ad te Sponsus tuus misit; porrò cum ipsa morieris, & ipsa te ad Paradisum perducet, custodi illam*: His dictis evanuit Peregrinus, & ipsa ex pergefacta somnium, seu visionem omnem distinctè narravit Sororibus suis, maximè ve- [E] rò Sorori Fidauræ Canauli familiari suæ. Quod autem non merum somnium, sed Visitatio hæc fuerit gratiosa B. Peregrini ex effectibus demonstratum est; nam exinde Soror Clara tranquillitatem animi, perfectamque in se cum Dei voluntate conformitatem experta cum magna etiam Sororum consolatione, quippe quæ ad ejus mœrorem non modicè affligebantur. Nec multò post omnibus munita Sacramentis, ac receptis benedictionibus tàm Sanctissimi Rosarij, quàm habitus Septem Dolorum B.M.V. quibus Congregationibus adscripta erat, animam Deo placidissimè reddidit die 12. Mensis Octobris anno 1703. De quibus omnibus indubitatam attestationem in scriptis dedit P. M. Carolus [F] Antonius Maria Tassinari nostri Ordinis adhuc vivens eximiæ pietatis, & doctrinæ Vir, de quo pluries erit mentio facienda, qui eidem Sorori Sacramenta extrema subministravit, eidemque morienti ad ultimum usque spiritum assistens fuit.

Tumor in sinistro pede evanescit.

13 D. Jacobus Migliorati Nobilis Tiphernas de anno 1703. ex improviso à quodam calidissimo tumore in sinistro pede aggressus adeò vehementi dolore opprimi cępit, ut ad espasma pervenit. In tam misero statu adfuit illi D. Petrus Migliorati germanus ejus Frater, & illius Collegiatæ Canonicus, qui unà cum infirmo Fratre B. Peregrini opem humiliter invocarunt. Et factum est, ut solo spatio 24. horarum omni penitus dolore ces- [G] sante, ignitus ille tumor evanuerit, nec usque in præsentem annum ampliùs comparuerit, quòd ex Peritorum consilio, nonnisi miraculo tam brevi temporis spatio evenire poterat. Quare Uterque potenti eorum Benefactori, qui [ut asseruerunt] & hanc, & multas alias Gratias domui eorum attulerat, gratitudinis signa dederunt.

Sectus brachij nervus sanatur.

14 Franciscus Monticelli a Tipherno diuturna febre vexatus ad emissionem sanguinis ex Medicorum consilio devenit. Sed [ita disponente Deo ad Beati Peregrini majorem ostendendam gloriam] Chirurgus incidendo venam, secavit & nervulum, Unde incredibili infirmo dolore accedente, de eo à Medicis conclamatum est. Ad Peregrinum ita- [H] que spe plenus confugit, & oleo lampadis, quæ ante ejus Aram ardet assiduè, vulnus inungens brevi dierum curriculo ad perfectam sanitatem pervenit, & in gratiarum actionem in Ecclesiâ nostrâ S. Mariæ Gratiarum Confessionis, & Communionis Sacramenta recepit, & ad ejus Aram Missam celebrari curavit.

15 Soror Diega Bisenzi, Monialis in Ven. Monasterio S. Ceciliæ in Paradiso Civitatis Castelli, sanguineam Nactam in dextro genu diù molestè tulerat, quæ procedente tempore in plagam gangrænosam versa est, ac fętidissimam. Remedia humana desperans ad Cœlestia recurrit, & B. Beregrino cor suum, ar-

ardentesque diligens preces, ejusdem Reliquiâ partem læsam signavit, & exinde solamen non modicum, ac spatio non plus quàm sex dierum integram sanitatem, non sine maximâ Peritorum admiratione consecuta est anno 1705. & gratias liberatori suo plurimas egit, nec ampliùs a tali morbo molestiam ullam sensit.

Spina infixa mirabiliter educitur.

16 Jo. Paulus Filius Joannis Monti à Tipherno anno 1712. dum saltu fossam superare vult, in dumetum incidit, ibique ex transverso tibiæ dexteræ spina profundè infixa remansit, nec ulla arte extraduci potuit. Quare atroci dolore oppressus à Chirurgo medelam petiit, à quo dum ferreum instrumentum paratur, ad B. Peregrinum infirmus totâ mentis fiduciâ confugit, & primo attactu spina ex inflicto vulnere, præter id, quod accidere solet, seipsam prodiit, & summâ lætitia Jo. Paulum affecit, qui statim ad Aram Beati venerabundus egit gratias, & Missam in ejus honorem celebrari curavit.

Articulartum dolorum liberatio.

17 Faustina Uxor Joannis, & filia Pauli Tiphernatis Menses octo relegata in lecto ab atrocissimis articularibus doloribus angebatur, adeò ut neque se loco movere ullo modo valeret. Et verò quia summopere liberationem à tali, ac tantâ molestiâ desiderabat, enixè Chirurgum solicitabat, ut efficacia remedia morbo tam pertinaci adhiberet; cui ille diuturnitatem infirmitatis illius, nec toto auro Peruano præpediri posse asserebat. Ex quo magis augebatur Infirmæ dolor, ac tædium. At Filia Matrem consolari cupiens, *Ne timeas, Mater, ait, nam Chirurgum ipsa habeo, qui promptiorem adhibere remedium poterit; B. Peregrinum invocemus, ipse procul dubio cùm sit morborum omnium Medicus, etiam infirmitati tuæ medebitur.* Interim verò dum Faustina preces ad Peregrinum ingeminat, filia omni mora postposita se ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum confert, & invocato Peregrini auxilio, ab ejus lampade parum olei sumpsit, & matri festina tulit, inde partem læsam devotè inungit. Mirabile dictu! Statim mitigatis doloribus se per lectũ [quod antea facere nullo modo poterat] loco movere cœpit, & insequenti manè surrexit è lecto, & nullo auxiliante per domum ambulans, etiam per vias Civitatis non multis ab hinc diebus ambulare liberè potuit, admirante eodem Chirurgo, cui talis sanatio prodigiosa omninò visa est, maximè quia ab anno 1700. quo hoc accidit, ad annum præsentem 1713. quo hæc nobis relata sunt, nullum amplius incommodum ex meritis B. Peregrini persensit.

P. M. Tassinari à nephriticis doloribus sanatur.

18 P. M. Carolus Antonius Maria Tassinari nostri Ordinis sæpè laudatus, & ulterius laudandus, oppressus in anno 1702. à doloribus nephriticis, qui sine aliqua requie die, noctuque illum atrociter torquebant, nec jam per tresdecim dies remedia cujuscumque generis adhibita spem dabant salutis, adeò ut de ejus vita plurimum dubitarent omnes.

A At P. Tassinari, qui non parum ad Beati Peregrini gloriam promovendam insudaverat, spem omnem in illius præsidio collocaverat, ratus Beatum, qui omnibus illum invocantibus aderat, sibi Operario suo certè non defuturum. Hac fiduciâ fretus tres ipsos dies ad ipsius Altare sub serò exponi fecit Venerabile Sacramentum, preces addendo sanitati obtinendæ, quam [si Deo placeret] expostulabat, opportunas. His peractis en auxiliũ Peregrini; nam subitò mitigatis acerbis doloribus parvo temporis intervallo non minimæ quantitatis calculum transmisit, & omninò liber a morbo evasit, & quod mirabiliùs est, jam transacti sunt anni plures, nec amplius à tali morbi specie vexatus est, eidem

B humillimas gratias agens.

Monialis tibia infecta sanitatẽ obtinet.

19 Soror Hiacintha Monialis in Ven. Monasterio Cappuccinarum Civitatis Tipherni à longo tempore tibiam dextram adeò gerebat plagis infectam, ut omnibus ferè publicis Officiis inepta redderetur, quòd eidem, ultra gravissimos dolores, molestissimum erat. Quare in solo B. Peregrini Patrocinio confidens, ipsum vehementer assiduis precibus orabat, ut ad inserviendum Sororibus sanitatem eì à Domino impetraret. Voti compos facta exinde potentes tanti Patrocinii effectus experta, in futurum omnia Monasterij munia liberè, & lætanter obit, & in signum gratitudinis candelas quasdam ad ejus Aram incendit; sed multò magis in amore, & Cultu B.

C Peregrini cor ejus deinceps exarsit.

Infirmus ab ischiade liberatur

20 Laurentius Francisci *dal Rio secco*, Territorij Tiphernatensis *Ischiade* in parte sui corporis dextera vehementer angebatur, adeò ut ab omni prorsus motu impediretur. Cum plura morbo adhibuisset remedia, à nullo sentiebat levamen. Quare ad B. Peregrinum conversus illum enixè precabatur, ut vel saltem acerbissimos dolores quos patiebatur, imminuere dignaretur. Adfuit præsidio, qui nulli deest, Peregrinus, & postquam infirmus Oleo suæ lampadis inunctus est, statim dolor cessavit, atque uti idem testatur, integram sanitatem recuperavit, multas gratias Benefactori suo rependens.

A morte puella liberatur.

21 Agebat Animam Maria Palma filia Jo-

D annis Pauli Bacchi ætatis mensium tredecim, jamque formam cadavericam induerat, ejusque Mater Maria Antonia flebat inconsolabilibus lacrymis filiolæ mortem, quando animum Genitricis subiit optima cogitatio implorandi pro infirma Beati Peregrini præsidium. Quare facta ferventi ad ejus Aram oratione, parùm olei ex ardenti ejus lampade sumpsit, & ad domum addnxit, ibique filiolam perunxit; simul ac verò cessavit unctio, ea apparentibus signis cœpit infirma quasi à mortuis excitari, ac paulatim refectis viribus, vitæ color rediit, ac demum sanitatem, & diuturnam vitam recuperavit, Matre attestante, quæ numquam destitit gratias agere

B. Pe-

B. Peregrino, qui eam à tali, tantoque mœrore gratiosè liberaverat.

22 Franciscus Prosperi de Tipherno cœmentarius, dum operi suo incumberet super scalam eminentis altitudinis, ea improviso ad terram cecidit; eo impetu Crus dexterum confractum est, & in toto corpore talis facta membrorum quassatio, ut ineptus omninò ad motum, de proximo moriturus crederetur. At ille in tali misero statu positus oculos ad Cœlum levavit, ac B. Peregrini opem in tanta necessitate imploravit. Non defuit votis Gratiarum largitor munificus Peregrinus, & brevi transacto dierum curriculo sanitatem adeò perfectè recuperavit, ut ne quidem umbra remanserit impedimenti ad ambulandum, unde non cessabat ipse manifestare hominibus ubique Gratiam Largitoris, eidemque cumulatissimas gratias assiduè rependebat.

Ex eminenti cadēs præservatur.

23 Carolus vocatus *del Montonese* octo continuos Menses in lecto jacebat talibus, tantisque varijs doloribus per totum corpus oppressus, ut ab omni quocumque motu præpeditus esset. Expers omninò consilij, cùm medicina in eo nullatenus proficeret, se convertit ad Beati Peregrini implorandum auxilium, ac Oleo ejus lampadis, quæ ad ejus Aram in nostra Ecclesia semper lucet, inungi humiliter expostulavit. Voti compos factus, continuò levamen sensit, ac demum integram à doloribus liberationem est consecutus; Benefactori autem suo usque modò gratias rependere numquam cessavit.

Oleo Beati dolores tollūtur.

24 Testatur Margarita Joannis de Tipherno, se vitam omninò debere B. Peregrini auxilio, nec ejus gloriam deprædicare desistit. Quæ res ita accidit. Languebat jugiter Margarita, ardentibusque febribus æstuabat adeò ut malignante morbo in delirium sæpè incideret, & in evidenti mortis periculo versaretur. Omnibus humanis destituta remedijs ad infirmorum asylum B. Peregrinum misera confugit, opem ejus in tanto discrimine humiliter expostulans. Simul ac exoravit, consolationem experta est, ita ut brevi dierum spatio evanescente febri, sanam se, liberamque sensit, nec de tanto beneficio erga suum præsidium Peregrinum gratam memoriam amisit, usque modò in ejus fervens obsequio.

A febre maligna et delirio sanatio.

25 Nec minorem Peregrini Beneficentiæ affectum experta est quædam puella filia Pauli Novelli à Tipherno nomine Joanna, quæ cùm esset ætatis circiter annorum quinque ex Ulnis suæ matris nomine Annæ in terram decidens, in crure dextero tantam retulit ex casu læsionem, ut, non obstantibus innumeris remedijs, illud semper per annos circiter 25. ineptum ad ambulandum retinuerit, adjectis vehementibus doloribus, quibus identidem vexabatur. Audijt illa Insignes Gratias, & prodigia, quæ Fidelibus illum invocantibus in dies largiebatur B. Peregrinus, & spe in illum erectâ, ejus auxilium ferventi oratione invocare cœpit, promittens in ejus honorem per novem hebdomadas singulis ferijs quartis ad ejus Aram receptis prius Exomologesis, & Sacræ Eucharistiæ Sacramentis, se diutiùs oraturam. Voto emisso, & ad praxim reducto, in quarta feria quartæ hebdomadis notabiliter alleviatam se persensit, adeò ut aliquantulum ad motus agendos pes aptus esset; quamobrem majori fervore inceptam devotionem prosecuta, non prius completæ fuerunt hebdomades novem, quàm ipsa Joanna perfectè à tam inveterato impedimento, & consequenter ab omni molestia, cum ingenti suæ mentis lætitia, omninò liberata est, affectuosissimas agens gratias eximio suo Liberatori, & usque in præsens appensam propè lectum ipsius Imaginem retinuit, ut vel sic memoria beneficij semper in corde ejus, ac devotio erga Beatum magis semper vigeret.

Crus læsum motui restituitur.

E F

26 Francisca conjux Jo. Baptistæ Serpellini à Tipherno diu vexata doloribus Ischiaticis, ab ejus marito suasa, ut ad B. Peregrini recurreret intercessionem, quod & fecit, ac oleum, quo ejus lampas arderet, præmittens; ex eodem postea ad unctionem usa est, ac non plus quàm biduo post ab omni penitùs dolore immunem se sensit, adeò ut in posterum numquam eodem morbi genere affecta esset, unde gratias agens quammaximas, candelam Altari suo dono dedit, & per novem dies memoriam ipsius devotè celebravit hoc anno 1713. de Mense Novembri.

Ab Ischiade sanatio.

G

27 Fabritius Carletti de Tipherno ex equo cadens fractionem Cruris dexteri passus est, accedentibus quoque doloribus vehementibus, qui (ut asseruit) ad mortem illum adigebant. Quare totâ cordis fiduciâ B. Peregrini opem enixè deprecabatur; nec sua spe frustratus est, nam dolor statim imminui cœpit, ac non multò post perfectè sanatus est, & ferulam, quâ per aliquod temporis spatium usus erat, ad ejus Aram appendens, ibidem Sacra Synaxi refectus humillimas egit gratias.

Cruris fractio sanatur.

28 Felix Petri Abbatini de Comitatu Tipherni, cùm per triginta dies, & amplius obstinato quodam humoris fluxu in Crure dextero malè tractaretur, & dolores ferret acerbissimos, adeò ut nec motum, seu flexionem ullam, aut vires ad se sustentandum in illo Crure haberet; ad Beatum Peregrinum toto cordis affectu confugit, illumque enixè deprecatus est, ut se à tanta molestia liberare dignaretur. Tunc ejus S. Reliquiam sibi afferri postulavit, ac ipsâ deinde receptâ, cùm eâdem Sacerdotali benedictione muniri petit: eodem temporis instanti movere pedem cœpit dolore mitigato, ac postmodum perfectam obtinuit sanationem. Itaque gaudio plenus ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum se contulit, debitas agens gratias, nec umquā in posterum talem fluxionem humoris passus est, ut ipsemet attestationem tulit.

Ab obstinato fluxu liberatio.

H

29 Ip-

29 Ipsemet quoque Petrus Abbatini, Falleis jam dicti Pater, auxilium B. Peregrini mirificè expertus fuit anno 1709 de Mense Augusti; dum etenim proceram arborem Prunum dictam ascendisset, ex ejus fummitate repentino casu ad terram juxtà communem viam prostratus est, spinâ dorsi vehementiùs contusâ, & laceris artubus omninò inceptus ad quemcumque motum novem ipsos dies transegit, absque eò quòd varia adhibita remedia quidquam ei profuissent. Demum in B. Peregrino jactavit infirmus cogitatum suum, à quo benignissimè confortatus est, et mitigatis doloribus ad pristinam rediit sanitatem, eidem Beato demississimas referens grates.

A quassatione casus liberatio.

30 Catharina Joannis de Rubeis à Tipherno quatuor annos apostemate in dextera inferiori mandibula cum initiata carie possessa, ir sanabilis omninò ex peritorum judicio effecta erat, inter quos erat D. Augustinus Filogeni expertissimus Chirurgus. In hoc misero statu de anno 1708. cum deficerent humana, ad auxilia Cœlestia confugit Catharina, Beatumque Peregrinum humiliter deprecando, in ejus honorem Novenam instituere promisit. Voto emisso in nocte subsequenti ad primam Novenæ diem, observavit in parte læsa fasciam, quâ cingebatur, nescio quo pacto, loco amotam esse, ac insuper lineamentum extra plagam, nullo amovente, manere. Mysterium advertens, ab omni tumore se liberam reperit ingenti cordis sui lætitiâ, & quantas Benefactori suo gratias egerit, ipsa novit, quæ non solùm Novenam inceptam perfecit; sed et insuper plures Missas ad ejus Altare celebrari curavit, & perpetuam B. Peregrino servitutem devovit.

Apostema mulieris sanatur.

31 Nescio quo casu vena capitis aperta erat Jo. Dominico Mattiucci à Tipherno, quæ per spatium horarum 24. in magna copia sanguinem emiserat, absque eo, quòd nullis artis medicæ remedijs fluxus impediri potuerit, unde ab ipsismet Medicis conclamatus erat ad mortem. At ille in auxilio B. Peregrini spem omnem suam reponens, sanctâ ejus Reliquiâ benedici humiliter postulavit. Voti compos factus, eodem temporis momento sanguinis fluxus manare cessavit, & vires postmodum adeò stabiliter recepit, ut incolumis egerit gratias, & numquam ab eadem molestia vexatus fuerit.

A fluxu sanguinis liberatio.

32 Hieronyma Uxor Bartholomæi Chialli à Territorio Tiphernate renum doloribus adeò fævis torquebatur, ut ad omnia inutilis effecta, nonnisi à duabus sociis adjuta movere gressum valeret. Quare B. Peregrini opem implorans, votum vovit se Missam votivam ad ejus Aram celebrandam curaturam; deinde Oleo ejusdem lampadis ungi se fecit, ex quâ unctione dolores mitigari persensit, ac demum perfectam undequaque sanitatem consecuta est, & læta votum exsolvit.

A Renū doloribus sanatio.

33 Soror Felix Cappuccina Monialis in
A Civitate Tipherni de anno 1707. quamplures dies obstinatam oculorum fluxionem cum inflammatione pertulerat, quando unicè ad patrocinium B. Peregrini confugiens, ab ipso brevi dierum intervallo, præter omnium expectationem, perfectam sanitatem consecuta est, ejusque devotionem numquam deseruit.

A fluxu Oculorū Monialis liberatur.

34 D. Lucia Tancredi à Civitate Castelli articularibus doloribus in genibus, ac tibijs pedum malè vexata per multum temporis spatium à remedijs Medicorum nihil proficerat. Adveniente autem solemni die Anniversariâ B. Peregrini anno 1709. postquam ad ejus honorem Confessionis, & Communionis Sacramentis refecta fuerat, ejus lampadis oleo inuncta humillimas preces B. Pere-
B grino porrigebat, quando ferè in instanti cessavit dolor, ac brevi salutem amissam recuperavit, in gratiarum actionem ad ejus honorem Novenam instituens.

Articularibus doloribus medetur.

35 Margarita ex Urbeveteri Uxor Nicolai Bagiacconi de Tipherno cùm à vehementibus Viscerum doloribus diù irremediabiliter vexaretur, B. Peregrini patrocinium efficaciter cum lachrimis exposcebat; nec mora, quin mitigatis doloribus perfectam sanitatem læta reciperet; unde gratias agens, ubique gloriam Beati deprædicabat.

Viscerū dolores curātur.

36 Laurentius Condeggi Tiphernas anno 1709. sex integros menses Nephritide pessimè laboraverat, absque ullo medicamentorum profectu, quin etiam dolor ad dexterum
C genu descenderat, ex quo reqnie omninò privabatur. Peregrinum invocans, Oleo ejus lampadis per tres vices læsam partem inunxit, & admirantibus Medicis trium dierum spatio dolor omnis evanuit, pristinamque omninò recuperavit sanitatem, B. Peregrino æternam profitens obligationem.

Ab obstinata nephritide liberatio.

37 A Febri tertiana per integros undecim menses affligebatur Dominicus Thomæ Tiphernas, cumque nihil in eo remedia humana proficerent, ejus Uxor Lucretia nostram S. Mariæ Gratiarum Ecclesiam adiit, ibique ad B. Peregrinum pro marito infirmo geminatas obtulit preces, atque ut efficaciores avaderent, addidit Confessionis, & Communionis Sacramenta, quibus munita est,
D Domum rediens ibi maritum reperit meliùs se habentem, ac postmodum brevi tempore plenariam à febre tam diuturna liberationem accepit; unde uterque ad agendas gratias Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum invisere, & B. Peregrino devotionem suam offerre non prætermiserunt anno 1711.

Febris tertiana fugatur.

38 D. Elisabeth Uxor q. Laurentij Coleschi à Tipherno cùm arteticis doloribus vehementissimè per septem integros Menses anno 1710. laborasset, & à remedijs artis medicæ nullum obtinere levamentum potuisset, ad efficacem Peregrini protectionem confugiens, in instanti mitigationem dolorum persensit, & iteratis precibus, quamprimùm ab omni

Artetici dolores curātur.

omni morbo penitus liberata est, Novenam ad ejus honorem instituens, eumque inter E Sanctos Tutelares perpetuò numeravit.

39 Franciscus Benedicti à Civitate Castelli paramentis sericis ornans Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum occasione solemnitatis, cùm ascendisset eminentem scalam, nescio qua ue causa subitò eversa est, existente Francisco in ejusdem summitate, qui inevitabile prospiciens præcipitium, inclamavit alta voce B. Peregrinum, ferè lumen oculorum ipso facto amittens præ nimio terrore. At in se reversus, ingenti non minos gaudio, quàm stupore vidit [Deus scit quo modo] scalam in suo pristino situ rediisse, seque ab evidenti Vitæ periculo liberatum, quòd nonnisi prodigioso Peregrini auxilio adscribendum fore firmiter tenuit, eidemque humillimas egit F gratias, quòd cum in Ecclesia nostra inspectantibus pluribus accidisset, crevit eò magis erga B. Peregrinum Populorum incessabilis devotio.

Præcipitium impeditur.

40 P. Laurentius Maria Fabri nostri Ordinis ex Tipherno à diuturno tempore plagam *apostema* dictam in dextero genu cum extraordinaria molestia tolerabat. Accedit, ut adveniente die 29. Aprilis, interrogaret eum Chirurgus, qui eum curabat, quænam festivitas die crastina celebraretur: *Utique festum B. Peregrini* reposuit P. Fabri, *cras celebrabitur.* At Chirurgus, *O quam sonora musicorum harmonia cras resonabit!* intelligebat autem ipse Chirurgus de strepitu lamentationum, quem edituruns erat P. Infirmus; statue- G rat enim ad incisionem crastina die devenire. Quod cum rescisset P. Fabri timore correptus ad B. suum Peregrinum toto cordis affectu confugit, eumque, ut ab incisionis operatione, quam summoperè horrebat, liberare dignaretur, humiliter deprecabatur: indo Imaginem ejus, quam apud se in charta retinebat, apposuit supra partem læsam, nec multò post aliquantulum obdormivit. Expergefactus [asserit idem P. Fabri] absque dolore se persensit, & insuper ex se ipsa apertam apostemа fuisse animadvertit, ita ut absq; ulla incisione, stupente quoque ipso Chirurgo, sanitatem perfectam obtinuerit, quare toto tempore vitæ suæ summa devotione Imaginem illam sui Benefactoris eximii ve- H neratus est.

Apostema evanuit.

41 Idem P. Laurentius M. Fabri, cum esset Sacristia nostræ Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum de Tipherno post celebratam cum pompa solemnitatem Dolorum ejusdem Virginis, scalam in eminenti ascenderat, ut apparatus sericos ex muris Ecclesiæ auferret; quando ex improviso labitur ipsamet scala, secumque P. Fabri in præceps attrahit. At ille ad Benefactorem suum fiducialiter recurrit, & [ipsomet Fabri asserente] sibi visus est Peregrinus, qui illum per capillos suspensum tenebat. Quare in terra quidem extensus repertus est, sed absque ulla notabili læsione, imò leves aliquas pellis decorticationes nullo alio remedio, quàm Olei lampadis, quæ ante Beati Imaginem ardet, perfectè sanavit, & tanti secundi Beneficij memor, ad Altare ipsius pro gratiarum actione missam devotè celebravit.

A casu liberatur Religiosus noster.

42 D. Catharina q. Uxor Christophori Leonardi Tiphernatis quemdam in genu dextero tumorem perpessa, post aliquod tempus ipsemet tumor apertus tantam putridi sanguinis copiam transmisit, ut Chirurgi diligentiâ opus fuerit, qui plagam undequaque observans, illam gangrænosam esse reputavit, & asseruit. Ad tam malum nuncium exterrita Catharina toto corde ad B. Peregrinum cōfugit, ut se à tam permolesto morbo liberaret. Invocanti beneficus accurrit Peregrinus, & non sine evidenti miraculo manè alterius diei sanatam esse plagam adinvenit, & quod mirabilius est, neque signum ullum læsionis in ipsomet genu apparebat. Quare gratitudinis ergo ad ipsius Aram argenteum Cius appendit anno 1705.

Plaga gangrænosa sanatur.

43 Inter speciales, & memoriâ dignas à B. Peregrino collatas Gratias ānumerari prorsus meretur illud, quod factum accidisse testatur adhuc vivens numquam satis laudatus P. M. Carolus Antonius Maria Tassinari nostri Ordinis, eo tempore, quo ipsemet Officio Confessarij fungebatur in Monasterio S. Cæciliæ in Paradiso Civitatis Tipherni. Ibi namque reperiebatur educanda nobilis puella D. Francisca Maria Cæcilia Principalli, quæ cum inter Moniales adscribi maximopere desideraret, quantumvis esset optimis imbuta moribus, attamen voti compos facta non erat ex eo, quòd obstructionibus, & oppilationibus malè affecta teterrimum in vultu colorem gerebat. Ægrum id erat ipsismet Monialibus, sed præcipuè Sorori Clementiæ, & Sorori Ancillæ Fares, quæ illam plurimùm amore prosequebantur. Unde concordes ad B. Peregrinum preces effuderunt, ut puellæ perfectam impetraret à Domino sanitatem, ad hoc ut sponsa Christi effici valeret, promittentes etiam, quòd si ejus intercessione gratiam consequerentur, Peregrinæ nomen eidem puellæ impositur æ essent. Audijt Peregrinus tam sanctam sponsionem, ac non multò post deposita vultus macie apparere cępit Francisca Maria Cæcilia rubicundi, optimique coloris, gestientibus, & admirantibus ipsismet Monialibus rei novitatem. Itaque cessante impedimento libenti omniū assensu Religionis habitu Puella induta est, imposito eidem nomine Sororis Peregrinæ. At verò cum idipsum nomen mox Sorori Camillæ Mariæ Stellæ ejus in eodem Monasterio Moniali, & Amitæ, nequaquam placeret, atque ut eidem in aliud nomen commutaretur, instaret; Mirabile dictu! paulatim Soror Peregrina colorem commutans in easdem incidit oppilationes; donec errorem suum Amita ipsa animadvertens, mutato consilio

Sanitas restituta bis.

nedum

nedum acquievit allarum Monialium sententia, sed & insuper ipsamet nomine Sororis Peregrinæ cæpit appellare Neptem suam, et tunc Peregrina B. Peregrini adjutorio ad pristinam rediit sanitatem, & Benefactorem suum nedum ipso nomine, sed et corde semper devota gestavit.

44 Sanctes Jo. Baptistæ Marsini de Tipherno deponit in Verbo veritatis, qualiter de anno 1706. cùm vehementi febre laboraret, juncto sanguinis fluxu, à Medicis jamjam declamatus erat. Deficientibus itaque humanis auxilijs ad Divina progressus est, & invocato B. Peregrini præsidio, totâ mentis fiduciâ ejusdem S. Reliquiâ signari se fecit, atque eodem temporis momento alleviationem à morbo persensit, adeò ut non plus quàm decem dierum termino perfectam recuperavérit corporis sanitatem, nec ampliùs ab eodem mali genere tentatus fuit, unde non immemor beneficij, totum se devotioni, ac servitio B. Peregrini perpetuò mancipavit.

A sanguinis fluxu, et febri liberatio.

45 A' pluribus plena fide dignis attestationes prodierunt, qualiter de anno 1711. Catharina Vidua q. Cæsaris Spadini à Tipherno mortali oppressa infirmitate extrema susceperat Mysteria; quin ejus Parochus Ecclesiæ S. Angeli D. Nicolaus Lazzari testatur, quòd in administratione unctionis extremæ, timens ne subitò expiraret, unicâ tantùm formâ usus est in unctione membrorum, & D. Franciscus Armingioni [de quo alibi dictum est] cùm esset Parochi Coadiutor attestatur eamdem infirmam die, ac nocte, in formali agone, se assistente, permansisse. Mane autem facto, nulla præcedente Crisi ab omni morbo libera reperta est, & stupentibus omnibus circumstantibus, è lecto surrexit pluresque supervixit annos. Ipsamet vero testata est, quòd in extremo illo discrimine ad B. Peregrinum, cujus Imaginem penès lectum suum retinebat, humiliter confugerat, atque ideò solo ejus præsidio superstitem vitam duceret cui semper devota fuit.

A morbo, & morte repentina liberatio.

46 Testatur etiam Magdalena Antonij Côste de Tipherno, quòd anno 1701. oppressa à molesti ssima febre, dolore capitis adeò vehementer urgebatur, ut ferè in delirium raperetur. Sacrâ Reliquiâ B. Peregrini per Sacerdotem nostrum obsignata, statim dolor capitis cessavit, ipsaque non multos post dies ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum B. Peregrino gratias actura sana liberaque perrexit.

Denique ne Dei, Beatique Peregrini major gloria fraudetur, quid mihi hoc anno, quo hæc scribo 1725. acciderit, silentio prætermittere non decet. Cùm forti apoplexiâ correptus è vivis de repente discesserit eruditus, optimusque Antecessor meus Annalista P.M. Garbi, itaut de compositione imperfecta Annalium nulli omninò nec verbum quidem facere permissum ei fuerit, omnia ejusdem scripta, & memoriæ susdeque revoluta sunt, omniaque in confuso à cellâ, in quâ tunc degebat, ad aliam Cellam transportata, nec ego ipse, cui adhuc onus (renuentibus alijs Religiosis doctioribus, & ad id aptioribus) à P. nostro Generali impositum non erat, ad talem asportationem interesse valui. Quare cùm opus prosequerer in tanta rerum, & scripturarum farragine, nullatenus reperire mulra potui, & qui mihi, uti jam Operis Revisori delignato, vidisse videbar opus profecutum ad annum 1718. nonnisi ad annum 1705. perfectam compositionem Annalium, cæteris informibus remanentibus, reperi. Jamque componendo, ad annum 1715. transfieram, quando præsenti anno, quo hæc scribo, 1725. cum reflorescente Causâ Canonizationis B. Julianæ sub Pontificatu Clementissimo Sancti Patris Benedicti XIII. quæsijssem ipse, uti Procurator Florentiæ, ejusdem Beatæ, à P. M. Carolo Antonio Maria Tassinari nostro Amantissimo Tiphernate, an illic aliquid novum adesset prodigium vel Beatæ Julianæ, vel Beati Peregrini Invocatione à Deo patratum; repofuit Tassinari sub dat. Tipherni die 30. Januarij 1725. multum dolens, quòd nonnisi numero circiter sexaginta [ita illi scripseram] in tertio Annalium Tomo registrata forent prodigia, & Gratiæ B. Peregrini, cùm ipse non minus quam circiter numero 300. Antecessori meo, cum alijs memoriâ utique dignis, transmisisset. Anxius itaque pro tali notitia, cùm tales memoriæ nusquam ad manus meas pervenissent, ad accuratiorem scripturarum inquisitionem me contuli, sed incassum per plures dies, donec Sanctorum opem implorans, inter alias alterius generis scripturas, indicatas memorias adinveni, quibus ad majorem B. Peregrini Gloriam, quæ, ut apparet, à Deo, qui glorificatur in splendoribus Sanctorum, exigitur, nedum transactos, sed & futuros quoque annos illustrare possimus. Quare ne annus 1713. suâ gloriâ privatus remaneret, calamum retrotraxi ad annum 1713. ne memoria supradictorum, vel loco excideret, vel omninò deperderetur.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

Omnia excerpta sunt ex Archivis tam Florentini, quàm Tiphernatis Conventus.



P. Generalis Bertazzoli moritur. Innovantur literæ citatoriæ pro Capitulo Generali. In illo P.M. Antonius Maria Castelli novus Generalis, & P.M. Martinus Orsucci Procurator Ordinis eliguntur. Acta & decreta illius Capituli. Obitus P.Jo.Dominici Garbi.

CAP. XI.

Expeditis (ut supra diximus Cap. IX.) literis citatoriis, & approximante tempore indicto celebrationi Capituli Generalis faciendę in Conventu nostro Virginis Dolorosę de Massâ Carrariæ, ibidem potius celebrata sunt funera. Nam P. Generalis Bertazzoli, qui destituta jampridem sanitate utebatur à morbo Ethisiæ oppressus, & Ecclesiasticis munitus Sacramentis in eodem Conventu præsente P. M. Petro Paulo Ferrucci de Florentiâ Provinciali Tusciæ, qui auditâ gravi P. Generalis infirmitate, illuc tota celeritate se contulerat, animã Deo reddidit anno 67. suæ ætatis, die verò 27. mensis Martij. Plura vivens exercuerat ministeria, & dignitates ipsemet obtinuerat, primò studiorum Regens, postea Provincialis Genuensis; deinde Procurator Ordinis totius in Romana Curia, postea Vicarius Generalis, ac demum in Capitulo Generali [ut diximus ad annum 1708.] supremam in Religione Præfecturam adeptus fuit. Vir gravis, & prudens singulari dexteritate negocia oblibat, & ideò Massę Principibus apprimè charus, ejusdem consilia magni faciebant. Eorumdem Principum eorumdem subsidio, ac propriâ industriâ comparatis aliundè pecuniis elegans Cœnobium, & Ecclesiam in d. Civitate extra mœnia a fundamentis erexit, & ad umbilicum perduxit, utensilia sacra, & domestica comparavit, redditus annuos auxit, ac demum approbantibus Summo Pontifice Clem.XI. et Serenissimo Cosmo Magno Duce, Etrurię Provinciæ illud adjunxit, & à Genuensi Provincia segregavit, summamque ob id laudem sibi promeruit tamquam alter Fundator ejusdem Cœnobij.

Obitus Gener. Bertazzoli, & laudes.

Defuncto igitur P. Generali in Provincia Etrurię, plenariam, & omnimodam authoritatem assumpsit in tota Religione, juxta præscriptum Constitutionum Ordinis, P. M. Petrus Maria Pieri in Collegio Henrici Romę studiorum Regens, qui virtute Brevis Clementis XI. anno preterito Definitoris Generalis officio potitus fuerat. Quare mutato rerum statu, quamvis expeditę fuissent [ut diximus] literę citatorię pro Capitulo Generali Massę celebrando; placuit tamen Vicario Generali prędicto tempus, & locum ejusdem celebrationi destinatum commutare, novasque citatorias epistolas ad Provincias transmittere, quibus ejusdem Capituli Generalis celebratio indicebatur Romę facienda in Conventu S. Marcelli die 7. Junij præsentis anni 1714. Expedita interim Indulgentię plenariæ concessione à Summo Pont. Clem. XI. pro omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui nostri Ordinis Ecclesias die 7. Junij visitassent, unà cum tribus immediatè sequentibus, ac pro re tam gravi necnon pro totius Ecclesiæ, ac Fidei Catholicæ incremento pias preces ibidem fudissent, ut ex Brevi, quod incipit. *Sicut accepimus*. Romę expeditum die 26. Aprilis 1714.

Adveniente autem celebrationis die, quæ fuit 7. Mensis Junij hujus anni 1714. In ipso Conventu S. Marcelli de Urbe convocatis omnibus PP. Vocalibus infrascriptis, & præsidente Eminentiss. & Reverendiss. S.R.E. Cardinali Laurentio Corsini Ordinis nostri Protectore vigilantissimo, primò mane Sacrosanctum Missæ Sacrificium de Spiritu Sancto celebratum fuit, indeque completo ad locum pro Generalibus Comitijs convocandis destinatum PP. omnes unà cum Cardinali Protectore unanimiter se contulere; ubi lectis Citatorijs, necnon Apostolicis Constitutionibus unà cum duabus Epistolis à S. Congregatione super disciplina Regulariũ ad Adm. RR. PP. Vocales Capituli Generalis nostri Ordinis directas, servatisque omnibus aliis de jure, ac de laudabili consuetudine servãdis, actum est PP. Vocalium diligens scrutinium, omnesque ad formam legis idonei adinventi sunt numero triginta tres infrascripti.

Celebratio Cap. Gener.

Definitores Generales.

- P. M. Petrus M. Pieri Definitor Generalis Tusciæ, & Vicarius Generalis totius Ordinis.
- P. M. Valentinus Ghislieri Procurator Generalis.
- P. M. Philippus Maria Dolci Definitor Generalis Provinciæ Romanæ.
- P. M. Peregrinus Maria Sforza Def. Gen. Romandiolæ.
- P. M. Hieronymus Pezzani Def. Gen. Lombardiæ.
- P. M. Jo. Baptista Rizza Def. Gen. Marchię Tarvis.
- P. M. Julius Cæsar Regozza Defin. Gen. Venetus.
- P. M. Franciscus Maria Fogliati Def. Gen. Mantuan.
- P. M. Dionysius Bazzani Def. Gen. Januen.
- P. M. Nicolaus Ottone Def. Gen. Neapolit.
- P. M. Bonfilius Guigne Def. Gen. Narbonen.
- P. M. Jo. Franciscus Guidicelli Def. Gener. Corsicæ.

Priores Provinciales.

- P. M. Petrus Paulus Ferruzzi Provinc. Tuscię.
- P. M. Jo. Vincentius Biccheri Provinc. Roman.
- P. M. Joseph Maria à Valle Provinc. Romandiol.
- P. M. Lucas Antonius Bernardelli Provinc. Lombard.
- P. M. Pius Purta Provincialis March. Tarvis.
- P. M. Gabriel Maria Falta Provinc. Venet.

P.

P. M. Angelus Maria Ventura Provincialis Mantuan.
P. M. Jo. Baptista Valenti Provincialis Januen.
P. M. Gaspar Perez Provincialis Neapolit.
P. M. Laurentius Reymondinez Provincialis Hispan.
P. M. Franciscus Fräcesch Provincialis Corsicæ.

Ex Generales.

P. M. Petrus Antonius de Rubeis.

Socij Provinciales.

P. M. Jo. Baptista Capei Socius Tusc.
P. Carolus Maria Gasperi Socius Roman.
P. Leovigildus Ciaccaroni Socius Romaod.
P. M. Albertus Sanchez Socius Lombard.
P. Alexander Zannetri Socius March. Tarvis.
P. Marcus Antonius Florius Socius Venet.
P. M. Solteneus Maria Cavalli Socius Mantuan.
P. Bacc. Jo. Baptista de Leo Socius Neapolit.
P. Jo. Antonius de Liperis Vicarius Generalis Sardiniæ.

Recensitis PP. Vocalibus, factâque de more in manibus Definitoris Generalis Provinciæ Romanæ renunciatione Officij per Vicarium Generalem Pieri, qui nihilominus tamquam Provinciæ Tusciæ Definitor Generalis propofuit eligendos ad Generalatum, quos inter majora præ alijs suffragia retulit P. M. Antonius Maria Castelli Mantuanus Vir omni doctrina, & pietate conspicuus, & maxima se omnium vocalium gratulatione fuit exceptus, solemnique processione, postquam fidei professionem emiserat, & insignia potestatis receperat intonato hymno *Te Deum laudamus* ad Ecclesiam deductus est, eidemque per manus osculum omnes libenti animo singularem obedientiam præstiterunt.

Electio novi Generalis Castelli.

Insequentibus verò diebus, nempè 8. 9. & 10. ejusdem mensis Junij diversa Provinciarū, & Ordinis negocia peracta fuere, inter quæ illud præcipuum electionis nempè in Romana Curia Procuratoris Generalis, quæ canonica electio votis omnibus omninò favorabilibus in personam P. M. Martini Orsucci Lucensis obvenit.

Electio Procuratoris Generalis Orsucci.

Præcipua verò decreta, quæ in his Comitijs emanarunt, ea fuere.

Quoad studentes, & Baccalaureos: Promoveri non posse ad ulteriores gradus, nisi prævio rigoroso examine, & subsequenti recitatione punctorum; ad hujusmodi verò examen nullatenus admittendos esse Patres Studentes, nisi totam in doctrina Henrici Philosophiam audierint, ac insuper duos saltem Theologicos Tractatus fructuosè percurrerint, servatis aliàs servandis in vim Constitutionum Ordinis: Baccalaureos verò, ultrà prædicta, sex Tractatus Theologicos integrè audisse, & annorum triginta trium ætatem attigisse necesse sit.

Decreta edita.

Cùm verò per Definitorem Generalem Provinciæ Venetæ propositum fuisset abolendam esse consuetudinem suæ Provinciæ, qua

A in electionibus, & negocijs stabiliendis exiguntur duæ ex tribus partibus suffragiorum in Capitulis tum Provincialibus, tum Conventualibus contra præscriptum cap. 40. & 41. nostrarum Constitutionum tantummodo suprà medietatem vota requirentium; decretum fuit abrogandum ejusmodi morem, & Constitutiones Ordinis adamussim observandas.

Exhibitis autem Provinciarum Narbonensis, & Corsicæ postulationibus sibi manutenenti deposcentium liberam, expeditamque facultatem transmittendi ad quodlibet Generale Capitulum tres Patres Vocales, qui liberè suffragium ferant in eodem Capitulo; diversimodè responsum fuit. Et quidem: *Provinciam Narbonensem gaudere plena libertate mittendi*

Provinciæ Narbonēsis petitio exaudita.

B *supradictos tres Patres Vocales, qui possint liberè suffragium ferre in Capitulo Generali.*

Quoad Provinciam verò Corsicæ rescriptum fuit: *Pro hoc triennio tantum perdurare in ipsamet Provincialem jam electum und cum Socio, & Definitoribus. In posterum autem servari antiquum ordinem, nulla habita ratione ad Decreta Capituli Generalis Anni* 1708. A' quo tamen Decreto per P. M. Jo. Franciscum Giudicelli Definitorem Generalem Corsicæ reclamatum est coram toto Capitulo, & de nullitate dictum, ac pro manutentione ad S. Sedem appellatum est.

Petitio Corsicæ non admissa.

Significatum quoque fuit Provinciam Germanicam in duas dividi Provincias tentasse prævio absque consensu Prioris Generalis to-

C tius Ordinis uni tantùm innixam Decreto Capituli Generalis de anno 1633. celebrati. Decretum est itaque: *Patres Germaniæ ad quos spectat, debitam ante licentiam à Patre Generali petere debere, quàm ad præfatam divisionem deveniant; interim verò concordentur aliqua difficultates, quæ ex hac divisione Provinciarum suboriri videntur; quibus compositis, & obtenta P. Generalis licentia ex una duas efformare Provincias liberè liceat.*

Divisio Provinciarum Germaniæ quomodo facièda.

Concessum est etiam Patribus nostri Conventus Summæripæ Provinciæ Januensis, ut illorum Ecclesia ferè de novo constructa non amplius titulo Conceptionis B. M. V. quo prius decorabatur, sed Ecclesia Virginis septem Dolorum deinceps nuncuperur.

Titulus Ecclesiæ Summæripæ mutatur.

D Ad instantiam multorum Patrum ex diversis Provincijs Votis omnibus favorabilibus decretum fuit, *tolli Dietas justis de causis, & Priores unà cum ejs Officialibus, qui in singulis Capitulis Provincialibus eligi solent, per integrum durare triennium. Quod idem pariter intelligatur sancitum de Prioribus, qui in Capitulo Provinciali eliguntur pro secundo anno, itaut usque ad futurum Capitulum perseverent, nisi necessitas à Patre Generali examinanda, & approbanda aliter postulaverit. Quòd si verò Prior aliquis intra triennium obierit, renunciaverit, vel inhabilis reddatur ob aliquam naturalem impotentiam, vel ob delictum, per Patrem Provincialem de more provideatur.*

Dietæ tolluntur.

Poſſit tamen idem P. Provincialis pro gravioribus Provinciæ negocijs Definitores conſulere, & advocare, ſi opus fuerit, quolibet anno, juxta cauſarum gravitatem, & indigentiam. Priores verò intra Menſem Maij eligant quolibet anno Officiales Conventus.

Annaliſtæ profectio.

Reicriptum quoque fuit P. Annaliſtæ P.M. Aloyſio Mariæ Garbi, *ut alacri, & imperterrito corde cæptum opus ad Dei, & Deiparæ, ac totius Ordinis ſingularem gloriam proſequatur, eique pro inſigni, ac præclaro ſtudio, & labore multum gratiarum, & laudis deberi, ipſumque pro libito locum, & Impreſſorem eligere, ut commodius poſſit typis edere, quæ paruoit, ſingulosque PP. Provinciales, quò citius poterunt, debitas, & neceſſarias ad eum tranſmiſſuros eſſe notitias, & pro expenſis ob ejus P.M. Bertini ſtudij Coadiutorem æquum eſſe eas à toto Ordine exſolvi, adeoque pro compenſatione reportanda det notulas expenſarum.*

F

Seſſiones Capituli quando incipiendæ.

In his Comitijs P. Generalis Caſtelli propoſuit valdè opportunum fore, quòd in poſterum poſt aperitionem Capituli Generalis ſtatim ac adfuerit numerus præcipuus Vocalium, ſpecialiter verò Definitorum Generalium, incipiantur Seſsiones, & congreſsus Capitulares ad ventilanda, & diſcutienda totius Ordinis negocia, ac demum conſultanda, & examinanda, quæ ad commune bonū pertinere videantur, tam circa regimen Conventuum, quàm circa mores Fratrum, ad hoc ut præmaturè diſcuſsis prædictis negocijs, & cauſis, poſſit commodiùs, ac celeriùs poſt electionem novi Generalis definiri totum id, quòd magis in Domino videbitur expedire.

G

Requiſita pro movendorum eximinentur.

Inculcatum pariter fuit, ut in recipiendis ad Ordinem obſervent omninò Provinciales omnia præſcripta noſtræ legis, & nullum ad habitum admittant, niſi conſulto priùs P. Generali. Inſuper ſancitum fuit, quòd futuris temporibus ij tantùm proponantur à ſingulis Provincijs, & præſententur ad Gradus Generalatus, & Procuratoris in Romana Curia, qui verè, & realiter polleant requiſitis, quæ à noſtris Conſtitutionibus præſcribuntur ad dictos Gradus, quæ etiam requiſita maturè à Definitoribus examinentur.

Exercitia ſpiritualia per. 8. dies agantur.

Propoſita quoque fuit ſtabilis obſervantia mox introducta de exequendis in toto Ordine ſaltem ſemel in anno, & per octo dies Exercitijs ſpiritualibus à quibuslibet noſtris Religioſis, ſuper quibus idem P. Generalis in ſua Paſtorali Epiſtola efficaciter omnes admoneat.

H

Quæ omnia votis favorabilibus, & omnium vel Definitorum, vel Vocalium reſpectivè conſenſu firmata fuerunt, & ad Gloriam Omnipotentis Dei, Sanctiſsimæ Virginis Doloroſæ, S. Patris noſtri Philippi, totiusque Curiæ Cœleſtis abſolutum remanſit Capitulum Generale.

Statim ac P.M. Caſtelli Generalis habenas aſſumpſit regiminis totius noſtri Ordinis, nihil æquè curæ habuit zelus illius, quàm ut ad

E

perfectiorem ſtatum Religioſos omnes ſuæ juriſdictionis adduceret, quòd & encyclicis epiſtolis ad Provinciales, & Decretis a Sac. Congregatione ſuper diſciplina Regulari emanatis præſtare non deſtitit. In primis namque omnem omninò ambitioni aditum occludere volens ipſis fermè diebus ſuæ electionis ad Patres ſuperiores epiſtolam tranſmiſit infraſcripti tenoris.

ab Extra

M. R. P. Provinciale nel Sig. Oſſervand.

Epiſtola P. Gen. ad impediendum ambitum.

F

QUando già non le ſiano noti, può molto bene idearſi la P.V.M.R. gli pernicioſi ſconcerti, che naſcono ne' Sacri Ordini per le raccomandazioni, che da Perſone eſtere ſi procurano i Religioſi, affine di conſeguire ciò, a cui bene ſpeſſo non può giugnere il loro merito. I poveri Superiori ſi trovano, e quante le volte ſi trovano in neceſſità o di tirarſi contro la indignazione d' alti Perſonaggi, o di promovere gl' immeritevoli con una abominevole eſcluſione de' Benemeriti. Onde poi ne ſuccede, che premiandoſi in vece della virtù, la iniquità e l' ardire, vada ſoſſopra tutto il buon' ordine con graviſſimo danno delle coſcienze, e con notabiliſſimo diſcapito della Religione. Volendo noi per tanto ovviare ad un sì intolerabile abuſo, abbiamo reſoluto di ſpedire a tutti li Molto RR. PP. Provinciali queſta noſtra acciocchè indrizzandola a tutti li Superiori locali, da leggerſi in publico Refettorio, ſia noto a chiunque del

G

Noſtro Ordine la mente noſtra, che è d' interdire in virtù di ſalutare obedienza a qualunque Religioſo di qualſiſia grado, o condizione, eziandio di Chierico, di Converſo, di procurare, e di far pervenire alle noſtre mani o direttamente, o indirettamente ſimili raccomandazioni, o lettere ufficioſe, luſingandoſi, che ſiano poi per ottenere da Noi o gradi di ſuperiorità di qualunque ſpecie, o Magiſterj, o Reggenze, o Letture, o Prediche, o Patenti di ſtudio, di Collegio, o di ſtanze, o altro. Poichè oltre la ſcomunica, e le Cenſure fulminate da' Sommi Ponteſici, e le pene impoſte dalle noſtre Coſtituzioni, che averanno incorſe, e delle quali ne dovranno render conto, non ſarà loro da Noi conceſſo ciò, che chiederanno, anzi ſaranno da noi

H

gaſtigati, e riconoſciuti per queſto appunto inabili a conſeguire il loro intento. Queſta noſtra Ordinazione ad altro non mira, che allo ſtabile mantenimento della Regolare Oſſervanza, & a promovere le Virtù, e Religioſi coſtumi, che debbono eſſere tutto il capitale per guadagnarſi gl' arbitrj del Superiore, e le convenienze dell' Ordine. Et eſſendoci queſta inculcata da Sommi Ponteſici, e dalle noſtre Leggi ſarà da Noi inviolabilmente mantenuta. Confidiamo, che debba eſſere ricevuta con frutto da' Religioſi di noſtra giuriſdizione, e riſerbandoci di ſpedire altri Ordini nella noſtra lettera Paſtorale, che quanto prima le ſarà diretta, la preghiamo del ſuffragio delle ſue Orazioni

zioni, e di cuore ci rassegnamo.

Di V. P. M. R.

Roma 16. Giugno 1714.

Devotissimo come Fratello nel Sig. Fr. Anton Maria Generale.

Non hic tantummodo constitit paternus zelus novi Pastoris, mox enim plura meditatus, quæ ad perfectionem vitæ Religiosæ profectum conducere videbantur, ea in pluribus capitibus observanda omnibus, approbante prædicta S. Congregatione, mandavit, ac ne oblivio ejusmodi Decretorum [sicut humana solet fragilitas] sensim obrepere posset, singulis quibusque feriis sextis in publica mensa relegenda præcepit, & sunt infrascripta.

LA S. Congregazione della disciplina Regolare stimò necessario per il buon regolamento dell Ordine nostro inviare al Capitolo Generale, mentre era congregato, due lettere, ordinando, che si leggessero nel Definitorio, ed ivi si prendessero le risoluzioni, che fossero parse più proprie per dargli esecuzione, delle quali risoluzione la medesima S. Congregazione voleva essere a pieno informata prima di publicarle. Ora perchè nel suddetto Capitolo Generale, ove furono considerate le dd. lettere, & anco sopra d alcuni articoli prese le determinazioni, non si potè però sbrigare tutta la materia, è convenuto a noi riferire più volte alla medesima S. Congregazione li sentimenti nostri coerenti a quelli del Capitolo Generale, e regolargli secondo la mente della medesima S. Congregazione, che gl ha in fine approvati, e ordinati a noi, che gli publicassimo.

In esecuzione dunque de' comandi suddetti gli portiamo alla notizia di tutti li nostri Religiosi, acciò in avvenire onninamente s' osservino, e con pienezza di sommissione vi si arrendino, considerandoli come Ordini venuti da una legittima Potestà: costituita da Cristo nella sua Chiesa per il buon regolamento dell' Osservanza ne i Chiostri, e per far risiorire l' antica Religiosità negli Ordini Regolari, che pur troppo ogni giorno, e massime tra di noi, va soffrendo gravissimi pregiudizi; Ordiniamo per tanto a tutti quelli, a i quali s' aspetta, che sotto le pene qui espresse, ed altre, che ha dato facoltà la stessa S. Congregazione a Noi di adoprare, e quelle, che prescrivono le nostre S. Costituzioni diano tutta pronta, ed esatta l' esecuzione a ciò, che sentiranno ordinarsi, qual tutto alla fine non risguarda, che il bene dell' Ordine, e la salute delle Anime nostre colla distruzione di molti abusi, che insensibilmente si erono tra di noi introdotti. Ma comechè tutti i regolementi esterni nulla vagliono, se non sono originati dalli interni, o almeno non gli promuovono; anzi col solo esteriore staccamento noi diventiamo più rei, e colpevoli agli occhi d' Iddio; Esortiamo pertanto, preghiamo, e scongiuriamo tutti i nostri dilettissimi A *Padri, e Fratelli per il sangue, che Gesù Cristo sparse per loro sulla Croce, e per gli amarissimi dolori, che a piè di essa la nostra Madre benignissima Maria soffrì, gli scongiuriamo [dissi] ad accomodare lo spirito, e il cuore all' Osservanza di questi Decreti, sicchè non il timore del gastigo, nè altro fine umano gl induca ad esattamente pratticargli, ma il desiderio sincero di compire a loro doveri con Dio, e l efficace volontà di piacere al Signore, il quale* vocavit nos vocatione sua sancta. *Ricordiamoci, in grazia tutti dell' obbligo, che ci corre d' essere veri Religiosi, non di Abito nè di sola dimora nel chiostro, ma di cuore, e di volontà, e se rinunziammo al Mondo, e nel Battesimo, e molto più nella Religiosa professione, incominciamo* B *una volta a metterlo in pratica davvero emendando nel resto della vita nostra le mancanze, & infedeltà della passata.*

Paterna exhortatio.

Decreti del Capitolo Generale celebrato in Roma nell' Anno 1714. li 7. Giugno, promossi, esaminati, & approvati dalla S. Congregazione sopra la disciplina regolare.

IN primo luogo si ordina d' incorporare realmente, ed effettivamente tutti i beni immobili per qualunque ragione spettanti a' Religiosi, e che siano amministrate, e maneggiate interamente le loro rendite dal Ministro publico, C *e tutto ciò che se ne ritrarrà, o in denaro, o in qualunque altra materia, sia posto nel deposito comune, o ne' luoghi publici, ove sono conservate le rendite de' fondi de' Conventi; possino però li Superiori di queste rendite provedere alle necessità, e ragionevoli convenienze de' particolari Religiosi, in riguardo de' quali si posseggono i capitali, come dispone la nostra Costituzione al Cap. 2. e pag. 58. ingiungendo a i Priori, e a i particolari l' Osservanza di questo Decreto sotto pena della privazione de' loro Officii, e della voce attiva, e passiva ad biennium, ordinando in oltre a i Provinciali, che nelle visite ne cerchino esattissimo conto.*

Decreta S.Cogr. super disciplina.

II. Si proibiscono rigorosamente tutti i regali, e donativi de' particolari, a qualsivoglia D *Superiore, per qualunque motivo, e s' ordina a tutti i Superiori, di qualunque condizione si siano, a non ricevere alcuna cosa offertali da particolari Religiosi sotto le pene prescritte dalle Costituzioni al cap. 20. cioè della privazione della dignità, & officii, e della inabilità a medesimi. Di più comanda espressamente la S.Congregazione che nell' accettazione, introduzione, e professione de' Novizj, o Chierici, o Laici non si possa ricevere nè da' Priori, nè da' Maestri de' Novizi, nè da Provinciali, nè da qualunque altro Superiore anco Generale, regalo, o ricognizione di cosa alcuna sotto le pene comminate di sopra, ed oltre ad arbitrio della S. Congregazione, quale per strade*

de secrete cercherà l'esecuzione esatta di questo decreto.

III. Si proibisce, come più ampiamente si è detto nella lettera circolare, il procurar voti, favori, o raccomandazioni per ottener dignità, impieghi, o offizj, letture, o qualunque altra cosa, che possa dispensarsi nell'Ordine, e questo a tenore della nostra Costituzione al Cap. 40. confermata in questo punto con un decreto di Clem. VIII. sotto le pene ivi prescritte, che sono la privazione degli Officj, & inabilità ad ottenerli in avvenire, dalla qual pena non si può dispensare, se non dal Romano Pontefice. In oltre per salvare la libertà, e segretezza de' Voti, in qualunque elezione s'ordina a chiunque presiederà all'Elezioni, o ne' Capitoli Generali, o Provinciali, o Conventuali, debba sempre intimare, e comandare in Virtù di F *salutare Obedienza, che ognuno dia il Voto coperto in guisa, che non possa penetrarsi chi sia favorevole, e chi contrario; cosa anco ordinata dalle nostre Costituzioni, che sempre ingiungano segretezza al suffragio.*

IV. Inerendo alla perfetta Osservanza delle nostre S. Constituzioni, dalle quali al cap. 4°. vien prescritto non doversi esigere cosa veruna a causa di scrittura, o sigillo, si inibisce a tutti i Superiori, eziamdio Generali, di prendersi per l'avvenire denaro, o donativo di qualunque sorta a titolo di patenti solite da loro spedirsi per dichiarare, o confermare Priori, Offiziali di studio, Maestri, Baccellieri, Studenti, Predicatori, Confessori, o per qualsivoglia altra carica, superiorità, & impiego; G *comandando in oltre ad ogni Religioso l'aver ogni oculatezza, e vigilanza, affinchè nell'elezione de' Superiori, ed Offiziali non intervenga scambievolmente patto veruno, o promessa, e ciò sotto le pene, e censure da' Sacri Canoni prescritte, e fulminate contro de' Simoniaci.*

V. Il P. Generale, Procurator Generale, e Provinciali terranno per l'avvenire un libro dell'entrata, e uscita di tutte le spese da loro fatte, sì per li bisogni del publico, che per il loro proprio personale mantenimento, ed in caso, che venghino riconosciute come insufficienti le Tasse ordinariamente loro assegnate, possa, e debba la Religione somministrargli tutto il bisognevole per il loro necessario mantenimento, H *quindi nel fine delle loro Cariche rendino di tutto ciò esatto conto a' Capitoli radunati per la nuova Elezione; come pure ne' Capitoli Generali, Provinciali, e Diete dovrà per l'avvenire farsi da i Deputati per ciò la distribuzione delle quote tangenti per quell'anno a ciaschedun Convento, affinchè non possa in veruna maniera alterarsi la somma del riparto delle spese, e detto riparto dopo l'essersi approvato sia per maggior cautela sottoscritto da i Padri Definitori pro tempore delle loro Provincie.*

*VI. Si ordina, che la Mensa comune si faccia nella migliore, e più esatta maniera, che sia possibile a ciascun Convento, e quando il Reli-*E *gioso particolare avesse qualche vivanda ricevuta per regalo, debba presentarla al Superiore, e riceverne dal medesimo la benedizione, e la permissione di prevalersene nelle forme più proprie da prescriversi dal Superiore locale, per l'Osservanza della Mensa commune.*

VII. Si ordina a i PP. Officiali di studio, che non esigano da i Studenti regalo alcuno per la difesa di conclusioni, o per altro, e di più si ordina, che nella difesa delle Tesi per l'avvenire si faccia una spesa moderata, e discreta di otto o nove scudi, e non più, e quando si dovesse dedicare per degni rispetti a qualche riguardevole Personaggio, si consulti prima col P. Generale, che darà la dovuta moderazione circa le spese da farsi: E per togliere a PP. Lettori, e Reggenti ogni occasione, che po- F *tesse distraerli dalle lezzioni, si ordina che non possino predicare salvo che nel tempo Quaresimale fuori della loro residenza.*

VIII. Provando noi pur troppo illanguidita lo spirto de' Religiosi, e questo per mancanza delle riflessioni, e Considerazioni dovute alla verità della nostra S. Fede, le quali non muovono, se non bene considerate, e ponderate attentamente, ordiniamo, che tutti i nostri Religiosi, inerendo a i comandi molte volte inculcati dalla S. Sede, facciano ogn'anno gli Esercizj spirituali sotto la direzione d'un Religioso da deputarsi o dal P. Provinciale, o dal P. Priore, quale in tempo di Visita debba dare al P. Provinciale fede sottoscritta dell'adempimento di questo nostro ordine, qual fede dal P. Provin- G *ciale dovrà trasmettersi al P. Generale.*

IX. Si ordina, che in ogni Provincia si deputino altri Seminarj, o Collegj, quando ve ne sia il bisogno, ove stiano li Giovani chiusi fina al Suddiaconato almeno, sotto la direzzione di un Maestro che sia d'età provetta, o almeno di 40. anni; e s'ordina parimente a PP. Provinciali, che nelle Visite di ciascun anno facciano ben rigorosa ricerca sull'Osservanza di tutti questi Decreti, e diano ragguaglio al P. Generale circa l'Osservanza, o trasgressione de' medesimi, acciò si possino punire li Superiori, che saranno stati mancanti; come pure, che si procuri di conservare l'esatta vita comune, dove già è introdotta, e dove non fusse introdotta, si faccino le diligenze opportune per introdurla, H *& intanto omninamente si faccia il deposito reale nella Cassa comune di qualsivoglia denaro, che abbia qualsivoglia Religioso, confondendolo coll'altro denaro, ma descrivendone la partita nel libro commune, e che non si possa estrarre, e molto meno spendere senza espressa licenza de' Superiori per le Religiose indigenze di chi l'ha depositato, per mano però sempre del Religioso deputato a quest'effetto, e non mai per mano de' medesimi particolari Religiosi in conformità delli decreti provisionali della S. Congregazione sopra la disciplina regolare: ed acciò niuno possa addurre ignoranza, o oblivione di questi decreti, s'ordina, e si comanda a' PP. Provinciali di mandarne una copia a ciascun*

Con-

Convento della loro Giurisdizione, dove ogni Priore dovrà farli leggere [subito ricevuti] in publico Capitolo, e poscia farà l'istesso ogni primo Venerdì di ciascun mese in tempo della publica Mensa.

Questi sono, Padri, e Fratelli in Cristo amatissimi, gli ordini della S. Congregazione, quali perchè siano osservati collo spirito, e col cuore, come dicevamo poco fà, e non solo dall' Uomo esteriore, ordiniamo a tutti i nostri Religiosi di praticare inviolabilmente l'Orazione mentale nel Coro, senza di cui devon' essere persuasi i Religiosi tutti, che saranno sempre come corpo senz' anima, e non avranno mai mai di Religioso che il puro nome.

In oltre ordiniamo, che si rendino le colpe ogni Venerdì, giovando assaissimo alla Regolare Osservanza questa Santa consuetudine, e servendo B *molto ad animare i tiepidi, ed a correggere gl' inosservanti l'esortazione, che suol farsi in quest' incaso dal Superiore.*

Di più si ricorda a' Religiosi ciò, che scrive il P. S. Agostino nella sua Regolare osservanza, quale noi professiamo, di attendere con seria applicazione alla lezzione, che si fa alla Mensa, non potendo esser di meno, che dal sentire la parola d' Iddio, e gli esempi de' Santi, non ne cavino qualche profitto, se vorranno applicarvi lo spirito, non mancando mai per sua infinita bontà lo Spirito Santo di picchiare al cuore dell' Uomo per guadagnarlo; qual lettura alla Mensa ordiniamo, che si faccia in ogni Convento, anche ove non è Gioventù che legga.

C *Si ricorda in ultimo la ritiratezza al Chiostro; essendo cosa deplorabile il veder alcuni Religiosi, che hanno continuo tratto co' Secolari; altri così nemici della lor Cella, e Convento, che l'aborriscono, come se fosse la Carcere, segno evidente, che hanno l' Anima sbandata nel Mondo, e nel Secolo, e non gustano niente, ma niente d' Iddio.*

Queste sono le cose, che ordiniamo a tutti li nostri Religiosi, dall' osservanza delle quali speriamo di veder rifiorire nel nostro S. Ordine la Pietà, e la Santità de' costumi, che in oggi è sì rara; perciò affinchè non cadano dalla lor memoria nè gl' Ordini della Sac. Congregazione, nè i nostri, vogliamo, che questo sia letta in Refettorio, e registratane i libri soliti d' D *ogni Convento, & ogni primo Venerdì del mese sia di nuovo intimata, e letta a' Religiosi, & il Signore riempia loro la mente del suo Divino spirito.*

Fr. Antonio Maria Generale.

Roma 11. Agosto 1714.

Ex his dicere datum est in animo Patris istius Generalis quantus inardesceret zelus promovendæ pietatis, ac Regularis Observantiæ, majora quidem facturus, nisi mors in- A vida via in medio sui Magistratus curriculo illum subitò eripuisset, uti suo loco dicendum erit. Interim verò ordinationes prædictæ libenti animo ab omnibus Religiosis exceptæ sunt, & in singulis Ordinis Cœnobijs juxta præscriptum promulgatæ fuerunt.

Nec prætereunda videtur mors, quæ Senis accidit P. Jo: Dominico Garbi nostri Annalistæ germani Fratris, qui ad servitium nostrarum Ecclesiarum multum laboravit, multumque contulit. Cum etenim in omni genere artis musicæ perfectè versatus esset, ita ut opera plurima, eaque egregia in hac facultate composuerit, Ecclesias nostras S. Laurentij de Butrio, ac Servorum de Faventia, B aliasque plures tamquam Musicæ præfectus decoraverit, Organa quoque dulciter pulsando. Moriens verò hoc anno Sacristiam ornavit Ecclesiæ nostræ Florentiæ prægrandi ac honorifico Horologio, insuper & Reliquijs sacris cum ornamentis argenteis egregiè fabrefactis, Chorum verò ejusdem exquisito Organo ad usum Cappellæ adauxit, & quamplurimas musicales compositiones nostro usui accommodatissimas reliquit, adeò ut etiam post mortem ad nostrum beneficium vivere dicendus sit.

Obitus P. Joan. Dominici Garbi.

C

ANNOTATIONES IN CAP. XL

SUprascripta omnia partim ex Regesto Gener. partim verò habentur ex Archivo Florent.



D

Senio

Senis Translatio Corporis B. Francisci. Officiũ Dolorum B.M V. in tota Religione. Florentiæ nova Societas erigitur D. Philippo Sacra. Progressus Ordinis in Germania. Novũ Collegium erigitur pro studiis in Monte Politiano, & alia memoriâ digna.

CAP. XII.

Memoranda sanè, nec ullâ ratione prætereunda succedit hoc anno Translatio noviter facta Senis in Tuscia (ubi requiescit) Corporis B. Francisci Patrizzi, quam infrascripta methodo referunt executam fuisse primarij illius nostri Cœnobij PP.

Quanquam inclyta non minus quàm semper pijssima Patrizziorum Senensis Familia decori B. Francisci nostri ex eorum Avito sanguine ascendentis consulere numquam destiterit, ut suis in locis sæpè dictum est: Attamen hoc anno marmoream ac eleganti artificio fabrefactam diversicolorem Urnam expensis proprijs perfici curarunt, intra quam altera Arca lignea rubro colore venustè depicta, intus autem serico velo cum pulvillo ejusdem coloris cum fimbris aureis ornata collocata erat. Quæ lignea Arca duobus cryftallis in conspectu occlusa fuit, eamque condecorabant duo lilia partim aurea, partim argentea, mediâ existente effigie B. Francisci, ita concinne disposita, ut ijs amotis ostendi faciliter possit ejusdem Corpus visitantibus Peregrinis, quod sæpe sæpius accidit maximè Gallis Romam pereuntibus, qui cùm prodigiosi lilij, quod ex ore Beati prodivit, & Patrijs referunt asportarum, sint memores (uti suo loco dictum est) enixè statim expostulant ad venerandum ejus Corpus adduci. His omnibus speciali diligentia præparatis ad solemnem ejusdem Corporis translationem deventum est die 4. Junij hujus anni, præsentibus pro D. Decano Horatio Piccolomineo Vicario Capitulari legitimè impedito, D. Francisco Bandino illius Metropolitanæ Ecclesiæ Canonico, D. Marchione Philippo Patrizzi ex Descendentibus Beati, & D. Augusto Grassi Nobilibus Senensibus, unà cum P. Frãcisco Mariâ Vaselli tunc temporis Priore, alijsque Patribus ejusdem Cœnobij, à quibus recitatis prius aliquibus pijs precibus, eductum fuit cum summa reverentia Corpus integrum, & incorruptum ejusdem Beati ex Urna jam vetusta, collaudantibus omnibus Divinã bonitatem, quæ mirabilis est in Sanctis suis, dum post cursum ferè quatuor sæculorum præservat ad consolationem Fidelium, & maximè Senensium hoc adeò nobis charum pignus, juxtà promissum Propheticum, *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 15. 10.* & absque ulla mora in Arcam, ut suprà dictum est, bellè dispositam translatum fuit, ac reconditum. De quibus omnibus

Corpus B. Francisci trãsfertur.

E Instrumentum publicum ex rogitu D. Hannibalis Palagi Notarij Imperiali auctoritate confectum fuit supradicta die. Festum verò solemne Beati ejusdem celebratum fuit hoc anno die 10. Junij maximo populorum numero, & devotione concurrente, quamvis antea de more Dominica infra Octavam Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi celebrari consueverit.

Pro re autem nata forsan incongruum non erit hic addere Translationem hanc Corporis Beati Francisci fuisse numero quartam, & hinc occasio desumi posset faciendi fatia culdam quæsito, quo mirantur Actuum Sanctorum celeberrimi descriptores, quibus cæteroqui plurimum debet nedum Ordo noster, sed & Orbis Christianus, quare nimirum Annalium nostrorum aliàs accuratus Scriptor
F Gianius in prima sui Operis editione, quam traduxit ad annum 1609. neque de prima translatione, quæ facta est anno circiter 1516. neque de secunda, quæ anno 1609. peracta fuit, mentionem non fecerit? sed reverà nulla in hoc negligentiæ nota inuri potest Auctosi, si animadvertatur (uti rogamus PP. Bollandistas) Gianium nostrum nec opus Annalium complevisse, nec anni ejusdem 1609. in quo editionem interrupit, gesta omnia terminasse, supervenienté nimirum eidem in immensum totius nostri præjudicium Ordinis oculorum caligine, patet id evidenter ex protestatione, quam ipsemet Gianius ad solertissimum lectorem in calce operis addit, his
G verbis, *Centuriam hanc posteriorem, veluti telam ante tempus à texente præcisam*, itaut neque errores typographi emendare se potuisse, *caligantibus oculis*, ipsemet mox attestetur. Et quidem ignorantiæ hujus facti neutiquam Gianius redargui valet, quippe qui tamquam eo tempore Tusciæ Provincialis eamdem Translationem B. Francisci peragendam ipse præceperat; ut ex ipsamet Epigraphe, quæ Arcæ superposita fuit, apparet, & legitur his verbis.

Gianius defenditur.

Venerabile Corpus B. P. Francisci Patrizzi Senensis Ordinis Servorum, quod jamdiu in Arca obsoleta jacuisset, in hanc recentiorem, & magis exornatam, ob majorem tùm S. Pa-
H *tris Venerationem, tùm Populi devotionem ex decreto Rev. P. M. Archangeli Floreatini Tusciæ Præfecti Patres hujus Cœnobij solemni ritu transtulerunt in festo Ascensionis Dom. N. J. Christi Die XXVIII. Maij MDCIX.*

Ex quibus cum procul à Gianio (uti mox dicebam) omnis avertatur ignorantiæ suspicio, sola in causa remanet impotentia ab oculorum defectu promanans, quæ proculdubio ab omni discreto Viro excusatione digna probabitur. Sed quare neque de alia Translatione, quæ de anno circiter 1516. peracta dicitur, ullam fecit idem Gianius mentionem?

Vera

Vera eſt inſtantia, ſed non minus vera patebit reſponſio. Sciendum, imo melius memoria renovanda eſt infandæ illius ferè totius Italiç calamitatis, quæ ſub Imperatore Carolo V. poſt annum 1516. uſque ad annum 1530., & ſequentibus accidit, præcipuè Romæ, Florentiæ, & Senis, in quibus omnia ſacra, & prophana ſusdeque revoluta ſunt, mutatis etiam ijs cladibus Rerumpublicarum ſtatibus, primò Florentiæ, deinde Senis; ex quibus omnia ferè ſeu quamplurima documenta publica perierunt. Quare factum eſt, ut de Translatione Corporis B. Franciſci facta circa annum 1516. nulla major probatio remanſerit, quàm traditio hominum ab antiquo tempore, quæ traditio nonniſi per Proceſſum fabricatum ſuper ipſius immemorabili cultu detegi, et in ſcripturam redigi potuit, qui utique proceſſus [ut etiam aſſerunt ijdem PP. Bollandiſtæ] non priùs quàm anno 1622. Receptis examinibus Teſtium à die 22. Octobris ad diem 7. Februarij ejuſdem Anni 1622. compilatus fuit [Sumendo nempè principium Anni more mercatorum, à die 25. Martij.] Et hinc cùm hujusmodi Translationis probatio nec ad Pocciantium, qui multò ante hiſtoriam texuit, nec ad Gianium, qui Anno 1609. Annales non finivit, ſed importunè interrupit ex impedimento oculorum, pervenerit, nulli mirum videri debet, quare de ea mentionem ijdem Authores minimè fecerant, ſicuti poſtea optimè, & accuratè peregit Analiſta Garbius Anteceſſor meus digniſſimus.

Eadem occaſione captâ, ne rerum veritas offuſcetur dubitationum caligine, tenendum pro certo eſt, B. Franciſcum obijſſe die 30. Aprilis anni 1326. vergente Sole ad occaſum, quo die currebat pervigilium Aſcenſionis, pertinens ad ipſum diem feſtum, quod more Eccleſiaſtico incipit à primis Veſperis; adeò ut abſque nota mendacij verum utrumque ſit, & obijſſe in pervigilio, nempè die 30. Aprilis, & mortuum eſſe in die Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ illo anno die primâ Maij occurriſſe non controvertitur. Nullâ prorſus ratione ſubſiſtente ſuppoſito allato per Bollandiſtas (ex aliorum relatione) nimirum diem obitus B. Franciſci, more Senenſi, pertinuiſſe ad annum 1325. ex eo quòd annus Senenſis antevertat annum Eccleſiaſti cum per novem menſes, quod dictum nullo inniti veritatis fundamento comperimus, uti inter cæteras inveſtigationes aſſeruit mihi omni fide dignus D. Comes Petrus Beringucci Vir inter primores Senenſes valdè illuſtris, & Ser. M. E. D. Jo. Gaſtonis Aulæ Præfectus, qui magnam utriuſque Germaniæ partem peragravit ejuſdem Magni Principis Conſiliarius fidiſſimus, quique eâdem methodo ac Florentię Senēſes quoque ānos ſupputari ingenuè mihi teſtatus eſt; nimirum Eccleſiaſtico ritu deſumi à Nativitate Chriſti, ſeu melius ab ejus octava, prima nempe Januarij die, principium anni; ſtylo verò Notariorum, ac Mercatorum nonniſi poſt tres menſes, nempè die 25. Martij quòd dicitur *ab Incarnatione*, qui ritus annos enumerandi toti ferè Tuſciæ, communis eſt, ſi Piſas demas, in qua ex immemorabili conſuetudine annus præcedit per novem menſes; deſumunt enim anni initium non à nativitate præſenti, ſed ab incarnatione præcedenti ipſammet Nativitatem; quæ omnia cum pateant omnibus Etruſcis, innoteſcere non tam facilè potuerunt ex Belgio per Italiam tranſeuntibus; & ex quibus evaneſcunt oppoſitæ difficultates contra Ferrarium noſtrum, accuratiſſimum Scriptorem, qui referendo B. Franciſcum ad Cœleſte Regnum tranſiſſe die 30. Aprilis in pervigilio Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, prout ipſemet prædixerat, anno 1326. verum omninò ſcripſit; etenim illo anno [ut ſupra diximus] Feſtum Aſcenſionis die primâ Maij occurriſſe in comperto eſt.

Nec minus ab omni deceptione immunis eſt aſſertio tam Ferrarij, quàm Gianij circa Feſtum ejuſdem Beati, de quo ſcribit Gianius, *Eo præſertim die Aſcenſionis Domini, quo illuc Senatus, & Populus ingenti frequentia quotannis ad ejus feſtum celebrandum confluit*. Notandum enim eſt quòd in ſuis M.S de anno 1636. affert P. Philippus Buondelmonti noſtri Ordinis, feſtum nempè B. Franciſci non ſemper eodem die celebratum fuiſſe, ſed diverſimodè primò in antiquis, poſtea in modernis temporibus inſtitutum fuiſſe; primo nimirum tempore ipſa die Aſcenſionis, quâ in Cœlum elatus eſt, celebrabatur; Cùm verò PP. adverterent diem Feſtum ejuſdem Beati non ritè concurrere cum Solemnitate Aſcenſionis, eumdem feſtum diem tranſtulerunt poſtea ad Dominicam infra octavam ejuſdem Aſcenſionis; benè reputantes totam octavam pertinere ad eamdem ſolemnitatem primæ diei, ut per ſe patet ex oratione Eccleſiæ, quæ per rntam octavam repetit, *Redemptorē noſtrum hodierna die ad Cœlos aſcendiſſe credimus*. Hinc nil mirum cur Gianius, & Ferrarius, qui ferè contemporanei ſcriptores fuerunt, cùm primus de anno 1609. alter de anno 1613. ſcripſerint, diem feſtum Beati ad ſolemnitatem Aſcenſionis detulerint, Garbius verò modernus ſcriptor ad Dominicam infra octavam Aſcenſionis ipſummet Feſtum [prout his temporibus agitur] optimè referat, adeo ut diſtinguendo tempora concordentur faciliter ſcripturæ, nullusque ex prædictis Authoribus mendacij reus ſit. Et ne quid ad veritatem hiſtoriæ intactum relinquatur in editione Mediolanenſi Cathalogi SS. Italiæ anno 1613. apud Hieronymum Montium in Annotatione leguntur hæc verba de B. Franciſco „ *Nondum Officio Eccleſiaſtico colitur, corpus tamen jampridem in Ara elevatum, quod integrum ad hæc uſque tempora conſpicitur, multam habet apud Senenſes venerationem tota Civitate in die illius feſto confluente*. Ex quibus arguitur quòd Ferrarius, poſtquam B. Fran-

Gianius, & Ferrarius concordantur.

Francisci mortem die initiante Ascensionem Domini secutam narrasset, ad uullam tamen determinatam diem ipsius festum assignavit, sed quo die ejus tempora celebraretur magnum fieri concursum populorum attestatur. Verum quidem est, quòd idem Ferrarius in Martyrologio, seu Catalogo Generali SS. qui in Martyrologio Romano non sunt, post enunciatum die 30. Aprilis nomen, & memoriam B. Francisci Senensis, addit in notis, quòd *ejus corpus integrum asservatur, & à Senensibus hac die quotannis invisitur*, se referendo usque ad diem ejus mortis, quæ procuidubio fuit 30. Aprilis, in quo & antiquitus aliquem cultum ejus corpori fuisse adhibitum innuit prælaudatus Author noster P. Philippus Buondelmonti in suis M. S. anni 1636. quidquid [uti dicebamus] posterioribus annis, forsan meliori consilio, inductū sit. Cùm cæteroqui Sanctorum Cultus non ad Festum mobile, quod illa die occurrat, sed ad ipsam statam diem, quâ ex hac vita migrarunt, [nisi fortè dies illa ritè fuerit impedita] reservetur. Non ergo tam facilè à numero Scriptorum, qui fide sunt digni, Ferrarius expungendus erat. Et quæso, ne mihi succenseant eruditissimi PP. quin potiùs, si sunt grandi Charitate, compatiantur filio dignissimis Antecessoribus suis legitimam defensam impartienti.

Quos etiam oro, ne quid minimum moveantur ex Achademica propositione Intronatorum, ad exercendum potiùs ingenium, quam ad veritatem labefactandam Senis excitata, An scilicet revera B. Franciscus eorum Concivis ex antiquissima Patrizziorum Familia descenderit, ex eo quia *Tarlati* pronomen obtinuerit. Certo certius etenim est illud Tarlati prononien, epithethon quoddam in Francisco fuisse derivatum, ex quo corpus ejusdem usquequaque tineis aliquibus perforatum appareat, non quod aliqua Tarlatorum familia Senis extiterit. Cæterum quòd reipsa B. Franciscus à Patrizziorum sanguine derivarit ex Nicolai Senioris de Pistorio [cujus antiquissima manuscripta in Archivo Cœnobij nostri Florentini diligentissimè observantur] assertione, indubitanter asserimus: eodem namque sæculo, quo B. Frāciscus est defunctus, de eo scribit anno salutis 1384. in hæc verba „ *Stratto della Vita del B. Francesco da Sienn, cioè di quel che fece. Ei nacque dal corpo de' Signori del Gonfalone, e fue figliuolo di Arrigo Patrizio*. Quo, quid clariùs.

B. Franciscus verè ex Patrizziorum sanguine descendens.

Sed magis admirandum est, quòd de Sacro ejus pignore narrant accidisse PP. fide digni in hac novissima præsentis anni Translatione, quòd cùm Beati Corpus ex veteri in novam Arcam esset transportandum, ac de transportationis honorificentiori methodo consuleretur inter Adstantes, quidam è nostris, nescio quo spiritu ductus, de repente Corpus ipsum Beati ambabus ulnis amplexatus, illud in aera sustollens ad alteram transtulit Urnam, ibique illud extendit super pulvinare sericum, jampridem præparatum, nulla ratione adverteus in illo repentino motu posse totum Corpus discompaginari, cùm ageretur de Cadavere quatuor fermè seculorum. Et tamen nec minimam quidem læsionem ex tam incongrua trāsportatione sacrum illud pignus accepit, collaudantibus omnibus Deum, qui semper est mirabilis in Sanctis suis; & ad primum àddere voluit secundum quasi miraculum; nimirùm quomodo tineæ [à quibus Tarlati nomen accepit] quæ ab antiquissimo tempore possidere cœperunt Corpus Beati post plura secula totam carnem in pulverem non redegerint, & quomodo ad tam violentum attactum, & totius Corporis incongruam elevationem, ita validè inter se adhæserint illius membra, ossiumque juncturæ, ut confestim in minutissimas partes non dispergerentur, ut in pluribus Cadaveribus antiquis pluriès accidisse novimus, & ultimo loco in Corpore B. Ubaldi Adimarij in Sacrâ Eremo Senarij Montis, quòd cùm per plura secula subtus terram jacuisset incorruptum, uti ad annum 1707. jam diximus, ad primum contactum, & aeris immutationem in cineres ipsamet caro protinus resoluta est.

Casus mirabilis de B. Francisci Corpore.

Nec sanè hoc loco prætereunda narratio rei pleniùs explicandæ, quàm factum fuerit ad annum 1686. super quadam Reliquia ejusdem Beati, quam modò mihimet oculatus testis, & omni major exceptione contulit P. M. Joseph Borselli Senensis alibi laudatus, & quæ magis magisque semper B. Francisci merita patefacit. Res hoc modo accidit. *A tempore antiquo donaverant PP. nostri Senarum* Ecclesiæ cuidam, seu Oratorio S. Salvatoris in eadem Civitate posito, ut dicitur vulgò, *nella Contrada dell' onda*, particulam viscerū ejusdem Beati, quam Rector illius Ecclesiæ reposuerat in quodam Busto repræsentante Beati effigiem ex ligno fabrefactam, & in Cappella Visitationi B. M. V. dicata eamdem locaverat. Lapsu temporis, cùm nullum appareret talis donationis monumentum, nisi sola traditio, cumque Visitationem ejusdem Ecclesiæ instituisset D. D. Horatius Piccolomineus Metropolitanæ Decanus Ecclesiæ pro D.D. Archiepiscopo Senensi Ascanio Piccolomineo, præfatæ Reliquiæ cultum suspendit, & interdixit. Sub hæc, adveniente supradicto anno 1686. in quo decreta fuerat Translatio B. Francisci, opportunè admoniti Rector, & Administratores Ecclesiæ præfatæ inito consilio, Bustum idem cum Reliquia, prout reperiebatur, asportandum curarunt ad Ecclesiam nostram, in qua Translatio cōplenda erat. Adveniente verò tempore, & hora translationis institerunt Administratores coram D.D. Germanico Tolomei Archiepiscopi D.D. Leonardi Marsili Vicario Generali, ac Simone Suarelli Curiæ Archiepiscopalis Cancellario, præsentibus infrascriptis Testi-

Reliquia B. nipè ejus Corpori recognoscitur.

Testibus, ut speciali ratione recognitio fieret ejusdem Reliquiæ, & ad investigandam identitatem eam comparare dignaretur cum reliquis partibus Corporis ejusdem Beati. His instantibus annuit D. Vicarius Generalis juxtæ periti ni, ac præsentibus omnibus extracta theca argentea, reserata, atque inde elevata Reliquia, quæ erat pars Cordis B. Francisci, in fundo ejusdem argenteæ thecæ adinventa fuit legitima in scriptis attestatio donarionis, quæ facta dicebatur de anno 1635. manu, & sigillo Prioris illius temporis obsignata, sic disponente Domino ad majorem Servi sui gloriam propagandam, ut tot annos ejusmodi memoria delitesceret. Insuper facta confrontatione viscerum cum reliquo corpore identitas ejusdem Reliquiæ penitus apparuit. At verò rectè egerint PP. privando se corde B. Francisci, alij viderint. Profectò mirantur plurimi, quare de tam insigni Beato post efformatum de anno 1622. processum super fama Sanctitatis, & relato eodem processu in S. Rituum Congregatione de anno 1627. uti attestatur D.D. Bernardinus Casalius ejusdem Congreg. Secretarius in epistola diei 5. Augusti 1679. apud Bollandistas, ij ad quos spectat tanto tempore siluerint, nec Remissoriales, & Comm ssoriales literas per S. Sedem expediri curaverint ad approbandum cultum immemorabilem, & obtinendum Officium Ecclesiasticum ejusdem Beati. At verò sperandum est, quòd postquam Causas Canonizationis B. Peregrini de Forolivio, & B. Julianæ de Falconerijs, necnon immemorabilis cultus BB. Fundatorum absolverint, ad causas quoque B. Francisci, aliorumque Beatorum Ordinis, animum, viresque omnes collaturi sint; quòd faxit Deus ad majorem Sanctissimæ nostræ Matris Gloriam, & obsequium in servos suos. Sed ut ad item nostram revertamur; facta legitima prædictæ Reliquiæ recognitione identitatis, in antiqua theca argentea, & in eodem Busto reposita, & consuetis sigillis munita ad præfatum Oratorium, seu Ecclesiam S. Salvatoris reportata fuit; atque, ut omnibus Christi fidelibus veneranda exponi liberè valeat, ablata priori suspensione D.D. Tolomei prætatus Vicarius eidem Cultum riitè restituit, præsentibus actui P. Cenini Carmelita Correctore præfatæ Ecclesiæ, D. Petro Cappelletti illius Priore, D. Nicolao Borghesi, & Petro Luci Camerario ejusdem Contratæ *dell' Onda*. Quæ omnia mihi retulit in scriptis dictus P. M. Joseph Borfelli, nostri Ordinis postea Exprovincialis, oculatus testis, & omni exceptione major.

Causa Cultus B. Fra. cisci cõmendatur.

Cùm verò P. Generalis noster Castelli, attentissimus ad omnia, advertisset non æqualitèr in omnibus Provinciis, sed tantùm in aliquibus adesse vel consuetudinem, vel privilegium recitandi quotannis in feria sexta hebdomadæ, quæ dicitur Passionis, Officium Septem Dolorum B.M.V. ut magis magisque

Officiũ 7. Dol. ad õnes Ecclef. nostri Ordinis.

A cultus augeretur Dolorosæ Virginis, quod à nobis Instituti nostri ratio peculiariter expofcit, ad omnes omninò nostri Ordinis Provincias, & Ecclesias extendi curavit, obtento super hoc infrascripto Decreto.

Ordinis Servorum B.M.V.

SAc Rituum Congregatio ad humillimas preces R.P. Antonij Mariæ Castelli Ord. Servor. B.M.V. Generalis benignè indulsit, atque concessit, ut Officium septem Dolorum ejusdem B. Virginis, aliàs in aliquibus Provincijs prædictæ Religionis ex speciali Indulto celebrari solitum; in posterum à tota eadem Religione feria sexta post Dominicam Passionis sub ritu duplici majori recitari, & Missam respectivè celebrari possit, & valeat. Die 18. Augusti 1714.

B *F. Card. de Aoduà Præfectus*

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Ep. Lipar. S. R. C. Projecr.

Florentiæ hoc anno cùm non modicum in pietate profecisset Societas sub titulo Sanctissimi Crucifixi S. Philippi Benitij nuncupata super platea Sanctissimæ Annunciatæ posita, & B. M. V. Dolorosæ in publicis processionibus inserviens, quasi viris abundans in domo Dei, novum palmitem procreavit in lateribus Florentiæ. Quidem enim ex dd. Fratribus, inter quos Dominicus Nannini mercator Florentinus in Artificio Sacrarum Vestium fatis peritus, & nostræ Religioni

Nova Societas S. Phil. Benitij.

C maximè addictus, Congregationem, seu Societatem alteram fuscitarunt sub titulo pariter S. Philippi Benitij, de licentia D. Archiepiscopi Florentini Thomæ Bonaventuræ ex Comitibus Gherardeschæ, & permissione Cosmi III. M. D. E. qui eidem Societati pro facris functionibus locum assignavit in Claustris Monasterij S. Crucis, propè eas ędes, quas olim BB. PP. Ordinis nostri Fundatores brevi inhabitarunt in Campo Martio. At verò nè cum prima Societate confunderetur, quæ vestes nigri coloris in processionibus adhibere solet; albas vestes novis Confratribus assignarunt; forsan æmulati Insignem Archiconfraternitatem Florentinam sub titulo S. Benedicti, quæ in duas pariter Societates divisa reperitur per distinctionem in vestibus albi, & nigri coloris.

D

In Germania quoque præsenti anno non modicos progressus Ordo noster accepit. Postquam etenim Conventus noster, & Ecclesia S. Crucis propè Bonnam ex alternantibus hostilium exercituum modò Gallicorum, modò Cæsareorum incursionibus plurima, eaque gravissima detrimenta subierat annis præteritis in fatali illa ferè totius Bavariæ devastatione, in qua singulari patrocinio B. M. V. adscribendum omninò sit, ne totus à fundamentis Conventus perierit, factus excubiarum locus, ac modo unius, modò alterius factionis militum indispensabile diverforium,

Progressus Ord. in Germania.

et hospitium, de quibus apparebit latior descriptio in historijs Germanorum. Demum hoc anno, quo metiebantur PP. Germani divisionem Provinciarum, de qua fusiùs ad annum sequentem, Ecclesia, & Conventus præfati, nedum restaurati mirabiliter quoad fabricam, sed insuper ad ornatum majorem redacti, maximè in Ecclesia Organo adjuncto ad Divina psallendum, expensis in ijs operibus non minus quàm florenis mille; adeò ut summa populi ædificatione, ac lætitia, cuncta, quæ ibi ad Divinum cultum destinata sunt, nedum elegantiam majorem, sed novam quoque formam induisse videantur. Quin etiam concurrentibus undique piorum eleemosynis de necessariis omnibus ad Religiosorum sustentationem, infra tamen paupertatis limites, abundantiùs Monasteriò provisum fuit, adauctis redditibus domus.

Nec est prætereundum in Conventu nostro S. Michaelis Archangeli Vetero-Pragæ beneficium præcipuum ope B. V. Dolorosæ obtentum à PP. nostri Ordinis. Cùm etenim anno elapso 1713. horrenda pestis hominum undequaque Pragæ territorium invasisset, nec tamen in Ecclesia prædicta concursus populorum ad implorandam Virginis opem in tantis necessitatibus impediri posset, attamen præter naturæ Ordinem nullus è nostris Patribus à pestifera contagione læsus fuit, admirantibus omnibus quomodò, non obstante tam promiscua conversatione, & adventu assiduo personarum etiam morbo epidemico infectarum, solus iste Conventus ab infectione incolumis evadere potuisset, quod reverà nonnisi à Sospitatrice benignissima Virgine Dolorosa, quæ ibi devotissimè colitur, hoc quasi miraculum patratum est. Interim accrescente Fidelium, & maximè nobilium Personarum erga Magnam Matrem veneratione, necnon erga Ordinem nostrum affectione singulari, quam non modicis elargitionibus in dies contestantur populi. Quas inter Personas benevolas annumerasse liceat D. Benedictam Teresam Comitissam de Bredau, natam Comitissam de Aitefeldt, quæ cum elapsis annis summâ decem millium florenorum munifica largitate nostro huic Cœnobio, & Ecclesiæ donasset, junctis aliorum quoque Benefactorum largitionibus anno 1711. Pagus coemptus est in Bohemia nomine Kluker contermimus alteri prædio Skalsko nuncupato ad eamdem Ecclesiam nostram S. Michaelis spectanti. Neque his contenta devotionis, ac benevolentiæ signis, quæ viva monstravit, etiam sibi, & familiæ suæ sepulchrum in eadem Ecclesia delegit, ut vel sic mortua numquam à B. Virgine valeat elongari. Quibus amoris, & pietatis erga nos, et Ecclesiam nostram operibus promeruit, ut Confundatricis honore apud omnes decoraretur.

Benefactorum largitiones piæ.

Insigne quoque hisce annis incrementum accepit Cōventus noster D. Annunciatæ Neopragæ maximè accedentibus pijs, profusisque largitionibus præstitis à D. Jacobina Schadnerin Vidua satis Illustri, quæ diversis vicibus plusquam sex millia florenorum Rhenensium Ecclesiæ nostræ libens donavit, necnon ab altera nobili Vidua, Magdalena Premetin, quæ pietatis causâ ultra mille florenos similes elargita est eidem Ecclesiæ, ac demùm à piissimo Sacerdote D. Jo. Jacobo Francisco Kommornik, qui dum adhuc inter vivos ageret, huic Conventui florenos ter mille resignavit.

Neque hic omittenda est memoria sedulitatis, & indefessi studij Fratrum nostrorum, præsertim à primo tempore divisionis Provinciarum nostrarum, quorum solertia, & vigilanti cura Conventus iste notabilia suscepit incrementa; nam Ecclesia novo organo, & Sacristia pretiosis indumentis sacris instructa fuere, plurimis etiam additis ornamentis, quibus tùm ad Divinæ Majestatis splendorem, tùm ad teneram erga B. Virginem devotionem fovendam maximè opportunis in dies utuntur Patres, pro quorum abundantiori sustentatione redditus etiam temporales non parùm adaucti sunt.

Conv. D. Ann. Neopragæ augetur.

Juvat etiam ad effugiendam ingratitudinis notam erga benefactores, saltem brevi methodo retexere beneficia collata proximis præteritis annis in augmentum, & ampliorem cultum nostri Conventus, & Ecclesiæ Virginis Dolorosæ de Rabenstein in Bohemia, cujus fundatores fuerunt anno 1666. D. Jo. Sebastianus Comes de Potting Dominus in Rabenstein S. C. M. actualis Camerarius &c. cum ejus Uxore D. Esther Candida nata Comitissa de Oppersdorff, ut *suo loco dictum* est. At verò D. Antonius *ejusdem D. Jo.* Sebastiani Filius Paternæ pietatis non minus quàm substantiæ *hæres*, imperatoriæ Majestatis Camerarius, ac Emin. Principis Episcopi Passaviensis utriusque militiæ, seu, ut dicunt, stabuli Præfectus erga B. V. Dolorum Matrem devotione magis, magisque affectus addidit anno 1703. dotem seu assignationem annuam perpetuam sufficientem ad sustentandos adhuc ultra numerum consuetum quatuor alios Religiosos. At neque hic stitit hujus beneficentissimæ domus erga nostram Ecclesiam affectio; nam D. Franciscus Carolus memorati D. Comitis Antonij Frater, & hæres ex testamento, eidem integrum Corpus S. Claudij cum sua Authentica recognitum à Celsissimo Principe, & Archiepiscopo Pragensi dono dedit; quod utique sacrum pignus solemni præmissa processione fuit illatum in eâdem Ecclesiam, & publicæ devotioni expositum, ubi magno Fidelium concursu hucusque colitur miris gratijs illustre. Creditur esse Sanctus iste Claudius ille, qui fuit olim S. R. E. Subdiaconus; & martyriũ passus est cum S. Xysto II. Pont. & Mart. sepultusque in Cœmeterio Cyriacæ, ex quo cum Vasculo proprii sanguinis extractus dicitur. Translationis hujus annua memoria solem-

Corpus S. Claudis M. Ecclesiæ nostræ dono datum.

lemniter celebratur ibidem Dominica tertia post Pentecosten cum indulgentijs plenarijs.

Plures Gratias, & miracula non cessat impartiri Fidelibus B. Virgo Dolorosa ejus opē in hoc nostro Templo devotè implorantibus, quorum aliqua nacta occasione delibamus, abundantiorem narrationem, & numerum sperantes in historijs peculiaribus Ordinis nostri, quas à P. olim Augustino Maria Romer inceptas, & editas Successores scribendo in publicam lucem præparant, hoc anno, quo scribimus 1724. operam, & studium indefessum exercente P. Simphoriano Maria Hocfer Definitore, & Historico Provinciæ.

Nam anno 1680. die 21. Decembris D. Anna Smerin ex familia satis Illustri cum vehementi, ac diuturno oculorum dolore teneretur, in proximo periculo visum omninò amittendi ex medicorum sensu versabatur; quando, nonnisi Divini Numinis afflatu venit illi in mentem benignitas erga Fideles Dolorosæ Virginis de Raboltein, Quare fide plena se totam ad opem infirmorum Protectricis convertit, & voto facto ad Matrem Dolorosam, mox admirantibus ijsdem Medicis perfectè convaluit.

B. Virg. Doloros. Gratiæ recensentur.

Die verò 15. Junij anni 1687. Nobilis Fœmina de Lumberg redux è thermis Carolinis Luditei propè Rabesteinium febri ethica adeò fuit oppressa, ut Medicorum judicio de ea conclamatum fuerit. At verò Pij cujusdam Comitis consilio persuasa, ut habitum Dolorosæ Matris assumeret, illum à nostris PP. Rabensteinensibus & petijt, & obtinuit eo tempore, quo ad mortem, ut putabatur ab omnibus, jam jam instantem se disponebat, sed habitu devotissimè recepto stupentibus ijsdem Medicis ad sanitatem mox restituta fuit.

Anno 1699. die 25. Octobris in Nebosedl propè Rabenstein, dum in incendio formidabili suborto Judex illius loci habitum B. Virginis Dolorosæ reverenter injecisset in ignem, mirando prorsus portento, flamma statim subsistens vicinum horreum intactum penitus reliquit, sopitoque incendio ea pars habitus, cui Dolorosæ Virginis Matris imago assuta fuerat, illæsa, & integra ex igne, & cineribus extracta fuit.

Hoc anno pariter 1714. [quòd innuimus anno 1708.] exactius describendum venit Ordinis nostri gloriosum augmentum in Fundatione Cœnobij Wessellensis in Moravia sub titulo SS. Angelorum Custodum, cujus initium ad præfatum annum 1708. retulimus, cum ea tempestate pijssimis Fundatoribus D. D. Maximiliano Barone, & Baronissa Maximiliana Rosalia Coniugibus, & Oppidi Wesseli Dominis inspiraverit Beatissima Virgo Maria Conventus ejusdem fundationem, quę tali modo succrevit. Est in Moravia, qua parte Hungariæ contermina est, sub districtu Radistiensi, Oppidum Werseli dictum, super ipsum ejusdem Marchionatus fluvium Moravam nomine situm, tribus, imo quatuor A ejusdem brachijs interfectum, autiquissimâ, & ut ex ruderibus adhuc apparet, olim non ignobili arce munitum, ab Oriente Hungariam, à Meridie Austriam, à Septentrione, & Occidente reliquam Moraviam spectans, æquali fermè spatio duarum circiter leucarū Sakolzā versus Orientem, Gedingā versus meridiem, Radistio, & Welehradio versus Septemtrionem; versus Occidentem verò Brunā septem leucis distans. Oppidum hoc in potestatem prædictorum DD. Coniugum jure emptionis obvenerat, cumque, Deo sic disponente, ad majus eorum bonum Prole naturali carerent, de sanctiori, ac numerosiore successione non peritura cogitare cœperunt, qui & Beatissimæ Virginis Matris Filij nun-B cupaientur. Quare unanimi consensu Servorum Ordini novum Monasterium, & Ecclesiam a fundamentis ædificare constituunt; nec mora, quin ad Jaromeriz ium ablegatum D. Georgium Ignatium Merstizky Procuratorem juratum Marchionatus Moraviæ cum expressis literis mittant hoc anno ad P. Cajetanum Mariam Peteol Ordinis Servorum, qui tunc temporis ibidem in Conventu nostro Lauretano opportunè Prioris munere fungebatur, quibus significabatur electio nostri Ordinis ab ipsismet non sine prævia maturitate consilij facta ædificandi nimirum cum dote competenti Monasterium novum, & Ecclesiam Wesseli, assignatis pro tunc viginti quatuor millibus florenorum Rhenensium ijs operibus C applicandis, postulantes insuper, ut aliquis ea nostris ad eos mittatur, cum quo rem hanc maturè disponere valeant. Aderat fortè in illo Conventu P. Raphael Maria Weinart per totam Germaniam Vicarius Generalis, qui intellecto per eumdem P. Priorem literarum illi submissarum tenore, acceptis etiam voce tenus pluribus informationibus per præfatum Nuncium D. Georgium Ignatium, in hoc consilium deventum fuit, ut ipsemet P. Prior una cum prælaudato Nūcio pergeret ad DD. tam pios Oblatores, & preliminaria hujus fundationis coram ipsis tractaret, à quibus perhumaniter exceptus Prior, non sine lachrymis utriusque, gratias egit quammaximas totius Ordinis nomine, seque, suosque omnes D confocios, & confratres offerens ad tam grande, piumque opus exequendum; statimque de re agenda principaliora puncta sunt proposita, subscribenda quidem, & authenticè subsignanda, ut ea ad Capitulum Provinciale propè diem celebrandum Neo-Castri in Bohemia deduci possent, & confirmari omni meliori forma. Hæc acta sunt reciproca omnium consolatione die 14. Martij 1714.

Fundatio amplior Convēt. tus Vessel.

Prudenter verò existimarunt DD. Fundatores, ut antequam ulterius progrederetur in hoc negocio, fieret à Patribus ocularis inspectio loci; quare ipsummet P. Provincialem, si possibile foret, quantocyùs Wessellum, quò ipsimet se conferre mox intendebant, accden-

dentissimis desiderijs invitabant, vel saltem [dato aliquo urgentissimo impedimento, quod nollent] aliquem ex PP. sibi magis fidum mitteret, cui loci situs, natura, & omnia fundationi magis convenientia perspecta esse possent, quo accepto prudentissimo consilio P. Cajetanus, citato itinere Jarometizium reversus, P. Generali Vicario quæ viderat, & audierat omnia, non sine singulorum audientium stupore non minus, quàm lætitia enarravit, Divinæ Providentiæ bonitatem, largitatemque deprædicantibus omnibus, & nostræ Matris Sanctissimæ erga Ordinem suum dilatandum Amorem collaudantibus. Provincialis Officio fungebatur eo tempore P. Pius Maria Weischaiden Vir in negocijs tractandis versatissimus, & ad propagandum Ordinem, ac Virginis Dolorosæ Gloriam dilatandam zelantissimus, & præsertim in novam mox futuram Bohemiæ Provinciam affectu singulari præditus, qui de omnibus cum gaudio certior factus Wesselium contendere, imò advolare cupiebat ad amplexandam occasionem Ordini nostro, & suæ intentioni adeò proficuam, sed Dæmonis astu impeditus fuit, quippe qui omni postposita mora Viennam petere compulsus est ad sedandos aliquos motus, quos spiritus malus contra jam jam executioni demandandam tot annis ventilatam Germanicæ Observantiæ in duas Provincias divisionem. Quare datis omnibus opportunis, ac necessarijs facultatibus, eumdem P. Caietanum ad eosdem DD. Coniugatos Fundatores Wesseli jam morantes expedivit, cum quibus postmodum die 21. Aprilis insequentis infrascripta puncta authenticè subsignata, & propria eorum manu subscripta reportavit ipsi Capitulo Provinciali proponenda, & omni meliori modo approbanda.

Quarum prima ea erat, quòd præfati DD. Coniuges pro ædificatione, fundatione, ac dotatione prædictæ novæ Ecclesiæ, & Monasterij parati se offerunt ad tradendum, etiam dum viverent, summam florenorum viginti quatuor millium, vel de eis fundandū censum, de quibus ipsimet persoluturos offerebant quinque pro quolibet centenario, & anno, eorumque fructuum ratham singulis mensibus. Insuper & post mortem se gravaturos hæredes suos promittebant ad persolvendos alios sex mille florenos similes; quæ præstationes incipere debeant à die confirmationis tum à Cæsarea Majestate, tum ab Ordinario loci mox impetrandæ.

Conditiones Fundationis.

Secunda propositio fuit, quòd duo, vel tres Religiosi, qui pro cura faciendi ædificij ibidem adesse deberent ex eodem censu recipere deberent omnimodam sustentationem, ita ut quod ex integro censu superesset, id totum ædificio construendo applicari deberet.

Tertia, quòd ædificio ad integram perfectionem perducto duodecim Religiosi tum

E Sacerdotes, tum Conversi ibidem ex præfatis censibus alimentari, & manuteneri debeant.

Quarta, quòd pro ædificij acceleratione ipsimet DD. Fundatores adiutrices manus, quoad poterunt, sponte dabunt, dummodò à Patribus una Missa privatim dicatur ad intentionem suam, quandiù in vivis fuerint; post mortem verò idem Sacrificium offeratur pro refrigerio Animarum suarum; quin insuper pro unaquaque earum fiat solemne Anniversarium cum duplici Missa cantata, una de requiem, altera votiva.

Appropinquabat intereà tempus Capituli Provincialis, quòd pro prima vice à Provincia Bohemica, ut divisa, & separata à Provincia Tyrolensi, in Conventu SS. Apostolorum Petri & Pauli Neo-Castri celebrandum

F ex prima Indictione ad diem 29. Aprilis currentis Anni 1714, Dæmonis astu subortis impedimentis, protractum fuit ad diem 10. Maij proximè sequentis. Inito verò prædicta die et in supra designato Neo-Castri Monasterio Capitulariom Convento adfuit & P. Cajetanus unà cum P. Priore Conventus Jaromeritzensis, & exhibuit coram conscriptis PP. instrumentum scripturæ præfata puncta continentis, addita quoque pro rei dignitate certissima non minus quàm fideli rerum cunctatum informatione, quas auribus audierat, & oculis ipsis viderat existens personaliter in loco, & coram DD. Fundatoribus, adeò ut

G in uberes lacrymas multorum oculi præ cordis letitia solverentur, adorantibus omnibus, & ambabus ulnis excipientibus occasionem dilatandæ novæ Provinciæ *Bohemicæ sibi* à Deo tam gratiosè preparatam, amplissimaque data fuit P. *Provinciali* noviter electo P. Guilielmo Mariæ Luknen facultas, vel per se ipsum, vel per alios à se deputandos acceptandæ, ac perficiendæ Fundationis præfatæ. Qui P. Provincialis cum suo Socio P. Honorio Maria Maur eundem P. Caietanum Mariam electum Provinciæ Definitorem adjunctè, eidem P. Riccovero Maria Feiirz in demandata sibi Provincia Commissarium confirmavit, & ad opus prosequendum iterum Wesselium remisit, quos, expeditis pollea

H Comitiorum arduis negocijs, insecutus est ipsemet Provincialis cum suo P. Socio, ibique, Deo adjuvante negocium suum, suæque Gloriosissimæ Matris, Octo Capitula Fundationis firmata solemni stipulatione remanserunt.

Primum, quod Pientissimi DD. Fundatores titulo puræ donationis irrevocabilis in perpetuum concedunt Ordini nostro, & Provinciæ Bohemicæ certum quoddam è regione Arcis suæ Wesseliensis ad Moravam situm Pomarium longitudinis octoginta circiter, & latitudinis quinquaginta Orgiarum plus, minusve, ea destinatione, ut à Patribus in eodem situ ædificetur, ac perficiatur Ecclesia sub titulo SS. Angelorum Custodum cum adiuncto Monasterio omnibus necessarijs Officinis

cinis instructo, quod pro commoda inhabitatione duodecim Religiosorum inservire valeat, obtenta quamprimùm à S. Cæsarea Majestate, tanquam Terræ Principe supremo, facultate opportuna, pro qua obtinenda pars utraque, Patres nimirùm, & DD. Fundatores sollicitudinem omnem impendere debebent.

Secundùm. Quòd pro expensis ædificii, necnon pro dote tam Ecclesiæ, quàm Monasterij ædificandi, ac manutentionis duodecim Religiosorum assignant DD. Fundatores Capitale perpetuum triginta millium florenorum, quod capitale semper integrum remaneat, nec ullo umquam vel tempore, vel prætextu diminui valeat, ita ut de solis tantummodò fructibus, ac censibus, expensis omnibus semper, & quandocumque sit providendum. De quo tamen Capitali pars major, de summa nempe vigintiquatuor millium florenorum, fructus, ac census à prima die Julij præsentis anni 1714. decurrere incipiant ad commodum prædictæ fundationis ad rationem quinque florenorum annuorum pro quolibet anno, & centenario, singulis mensibus pro ratha persolvendo si fructus verò reliquorum sex millium florenorum, nonnisi à die mortis utriusque Confundatoris decurrere debeant, ad rationem tamen sex pro quolibet centenario, & anno ab Hæredibus in perpetuum, quolibet trimestri ratham cum receptione debite apochæ persolvantur.

Tertium. Quòd pro speciali florenorum triginta millium hypotheca, necnon fructuum, ut sup à, decurrendorum constituunt ipsammet Tenutam, Bona, & jura Werfeli, ita tamen, ut ipsismet DD. Fundatoribus liberum quandocumque sit prædictam viginti quatuor millium florenorum summam, aut in totum, aut pro parte, quando eis placuerit ea solvere, & Ordo noster omninò teneatur ad talem solutionem recipiendam cum cessatione fructuum proportionabilium, dummodo diffidatio præcedat per tres menses, & dd. Patres cum præscientia, & consilio DD. Fundatorum teneantur eamdem summam alibi in Moravia securo Censu reinvestire.

Quartum. Quòd secura Fundatorum morte liberum sit Ordini nostro totam summam florenorum triginta millium ab hæredibus exigere, præcedente tamen trium mensium disdicta, atque eamdem summam cum præscientia, & consilio hæredum in Moraviam transferre, censui securo, & perpetuo supponendam.

Quintum. Quòd pro celeriori Ecclesiæ & Monasterij ædificatione concurrent DD. Fundatores cum materialibus necessarijs, atque duobus ea nostris Religiosis, quoad opus cōplerum sit, habitationem congruam in Arce Werfeliensi assignabunt.

Sextum. Quòd sibi (ut juris est) reservant DD. Fundatores præeminentias omnes, quibus Monasteriorum, & Ecclesiarum Fundatores, uti permittuntur à Sacris Canonibus, A & in specie non derogando &c. jus sepulchri in ipsamet Ecclesia fundanda in loco separato; item jus particularis Oratorij, necnon ingressum privatum ex Arce ad Ecclesiam, omnia tamen proprijs expensis DD. Fundatorum.

Septimum. Quòd si quandoque, maximè in itineribus, pro suarum consolatione, ac subsidio Animarum DD. Fundatores à Superioribus Socium Sacerdotem peterent, sibi fore concedendum non diffidunt.

Octavum. Vicissim verò noster Ordo in Provincia Bohemica teneatur quamprimùm Ecclesia fuerit ædificata, & Monasterium habitabile, & in competenti perfectione utrumque reperiatur, ibidem in perpetuum duode- B cim Religiosos de familia assignare, manutenere, & substentare, qui non tantùm secundùm Regulas, & laudabiles consuetudines Ordinis sui Choro inserviant Deum laudantes, & populum bonis exemplis ædificantes, sed etiam singulis diebus sub gravi conscientiæ reatu teneantur unum Sacrificium Missæ, quoad ipsi DD. Fundatores in Vivis fuerint pro eorumdem intentione applicare; post mortem verò pro suis, ac suorum Parentum Animabus illud inviolabiliter offerre Deo sint obligati; & insuper in Anniversaria die obitus uniuscujusque eorum, aut si ea dies impedita fuerit, die proxima pariter non impedita, pro unoquoque separatim duplicē Missam cantu, unam de Requiem, votivam C alteram de more celebrent.

His itaque utrimque conclusis, & firmatis eidem P. Commissario quamimpensissimè recommendatum fuit a DD. Fundatoribus, primò quidem, ut omni seposita mora super prædictis conditionibus Instrumentum publicum in authentica forma juris, & in dupliei exemplari manu, & sigillo DD. Fundatorum munitis, confici curet, & quantocyùs Pragam transmittat, ut à P. Provinciali, cæterisque PP. Definitoribus pariter subscribi, & subsignari, ac postmodum utrique parti unum exemplar consignari valeat. Subindè procuret, ut non solùm apud Rev. Consistorium Olomucense, & apud Regium Tribunal Brunense favorabile votum, seu ut appellant *Pa-* D *rere* expediatur, sed etiam apud Aulam Cæsaream Viennæ residentem opportunum Majestatis suæ pro piissima hac Fundatione perficienda consensum benignissimum, authoritatemque Imperialem omni meliori modo satagat obtinere. Et quidem nullo, vel labori, vel solertiæ pepercit accuratissimus P. Commissarius, ut ad votum omnia expedita celeriter haberi possent; quamvis ad exercendam tùm Patrum, tùm Fundatorum eximiam patientiam, & exinde meritorum augmentum, permiserit Deus varia interponi obstacula, ut ijs postea ejus auxilio superatis, major utrinque consolatio foret.

Primam igitur exercendæ patientiæ submini-

ministravit occasionem D. Advocatus Brenensis Jo: Josephus Noss, qui cùm ex mente DD. Fundatorum requisitus fuisset ad suprapolita puncta in formam Instrumenti legitimi reducenda, tantam desuper hoc negocio moram traxit, ut jam jam omnis laboris, & industriæ tædere omnes inciperet. Sed parū hoc erat, nam ubi tandem sub finem insequētis Decembris, ideſt, post elapsos integros menses sex, desideratum instrumentum prodijt, animadversum fuit, quòd extra id, quòd inter partes conventum fuerat, ipsemet Advocatus de suo proprio circa punctum sextum relatū, ad hæredes DD. Fundarorum, extēderat concessam facultatem, quæ solis Fundatoribus tributa erat, & hinc aliqua simultas inter P. Commissarium, (qui talem extensionem abrasam cupiebat) & DD. Fundatores orta est, qui, suasu prædicti Advocati, ad instrumenti efficaciam, eamdem esse necessariam autumabant. Quæ difficultatis remora tandem sublata ex declaratione tam verbo, quàm scripto factam per DD. Fundatores, quod nomine hæredum solos intelligerent ex propria linea recta descendentes, si quos illis aliquando Deus concedere dignaretur.

Novæ difficultates.

Verùm ex hac ipsa D. Advocati mora contigit, idem negocium apud Ven. Officium, seu Cancellariam Episcopalem Olomucensem in longum protrahi, utpotè quòd antequam in isto negocio statuere aliquid vellet, Authenticum ipsiusmet contractus instrumentum realiter exhiberi postulabat. At ne patientiæ occasio, & meritum penitus exhauriretur, etiam exhibito demum Instrumento mora non cessavit; nam Olomucenses illud Romæ ante Em. D. Card. de Scrattenbach Episcopum, & illius loci Ordinarium præsentandum fore dixerunt, cum sine speciali ejusdem, & expresso mandato se in ejusmodi negocijs arduis decernere quidquam posse faterentur; & hinc semper induciæ novæ; Vix etenim in hoc negocio Romam pervenerat supplex libellus nomine Provinciæ nostræ, ab ipsomet Ordinis totius Generali P. M. Antonio Maria Castelli ad pedes Eminentissimi præsentatus, cum d. D. Cardinalis eumdem libellum iterum Viennam remeare debere declaravit, & in Aula Cæsarea suæ Majestatis prius obtinendum esse Clementissimum Assensum, quàm ad suum Officium pro licentia accederet, quam tamen, obtento Cæsareo annutu, se promprissimè etiam elargiturum adpremittebat.

Viennæ igitur Causam hanc producere necesse fuit; & hic jam verò morarum intercurrentium nullus propè finis. Ab initio non parum hæsitatum fuit, quâ faciliori via Cæsaris annutus implorandus esset: An per viam ordinariam Cancellariæ Bohemicæ supplex idem libellus cum alligatis scriptoris esset porrigendus: An verò per viam extraordinariam, per literas commendatitias, & Potentium interpositionem negocium hoc esset tra-

Cæsaris approbatio procuratur.

ctandum: Vel denique an per Audientiam E privatam Cæsareæ Majestati res proponenda foret. Et revera à plurimis hæc via posterior suadebatur, & ad hanc ipsam viam amplectendam urgebat etiam innocenter, quamvis efficaciter, idemmet D. Maximilianus Fundator, asserens hac viâ procedendum omninò, etiam si per viam ordinariam inceptum jam esset negocium. Sed quàm vel ignotanter, vel forsan etiam malitiosè id consilij genus suggereretur ab æmulis, rel demonstravit eventus.

Nam interea, dum vix adhuc resolutio facta esset, utra ex duabus Viis apud Aulam Cæsaream pro suæ Majestatis obtinendo assensu capessenda foret, ecce rumor in Aula Viennensi spargitur, Patres Servitas jamjam actu F Wesselij Monasterium audacter ædificare cœpisse; & ex hac calumniosa vociferatione en Ordini non minus, quàm DD. Fundatoribus novæ patientiæ occasio suborta: Ad elidendam namque calumniam, omnisque fraudis in obreptione precum gravissimam præsumptionem, Cæsarea Commissione opus fuit ad indagandam etiam oculariter ipsammet rei veritatem.

Necdum apud omnes tùm Aulicos tùm exteros sinistra hæc de ipsis DD. Fundatoribus, necnon de Ordine nostro Servitano concepta fraudis suspicio penitus extincta fuerat, quando nova patientiæ nostræ motiva, & probationes suscitarunt in Moravia Patres Dominicani Hunno Brendenses, & G Franciscani Radistienses, ipseque D. Decanus Wessellensis, qui apud Ven. Officium Episcopale Olomutij se contra hujus novi Monasterij erectionem, & fundationem vehementer opponebant, fortè metuentes, ne successu temporis fidelium eleemosynæ, etiam in Patres Servitas Wesselij dividerentur maximo, ut putabant, eorum præjudicio; quæ quidem oppositio, quantum ad præfatos utriusque Ordinis Regulares, per extraditas a nobis ultroneè coram d. Ven. Officio Episcopali cautiones reversales de non mendicando, facilè elisa fuit; sed non adeò facilis cum Decano Wesseliensi compositio fuit; quamvis etenim P. Cajetanus frivolis, ac parùm subsistentibus ipsius oppositionibus ex- H hibitâ scripturâ coram præf. to Ven. Officio respondisset, easque clarissimè evacuasset, ac demum coram D. Decano Cremsiriensi, cui per d. Ven. Officium Causa hæc commissa fuerat, super his, alijsque motis difficultatibus, cum eodem Wesseliensi Decano convenisset pacificè, nullatenus tamen obtinere valuit, ut à prædicto Ven. Officio votum, seu *Parere*, ut ajunt, quod per Tribunal Regium Brunense requirebatur, expediretur, unde præter dictas de non mendicando cautiones reversales, ne plum istud opus diutiùs cum gravissimo DD. Fundatorum fastidio protraheretur, etiam sequentia puncta concordanda necessariò fuere, maximè quia longè, late-

que

que tùm Olomurio, tum Viennæ sparsus rumor fuerat, actum esse de hac fundatione, & ad aures quoque DD. Fundatorum pervenerat, qui ex hoc ipso paulatim refrigescendo in aliquam inciderant diffidentiam, suspicantes de minus apta in hoc peragendo negocio P. Cajetani dexteritate, ac sufficientiâ; quin etiam de totius Ordinis nostri non debita rei æstimatione, & curâ non parum dubitare inceperant. Porrò puncta, quæ concordata fuere, sunt infrascripta.

Ultima conclusio Fundationis. Primò. Cùm Ecclesia Parocchialis Wesseliensis appareat valdè ruinosa, & potiùs alicui Fano, quàm Templo Dei viventis comparanda veniat, nullosque prorsus habeat proventus, præter sacculi eleemosynam piis Fidelium suffragiis recollectam; insuper obventiones Incertæ Parochiales, ea quibus demortuo Parocho legitima, seu tertia bonorum sperari posset, in dies valde minuantur; hinc Reverendi PP. promittunt, & se obligant, quòd si fortè Confraternitatem aliquam instituerint, per quam sacculus, seu collectæ eleemosynæ diminuerentur, se refusionem, & compensationem ad computum priorum annorum computandam subministrare paratos esse.

Secundò. Cùm Domus etiam Parochialis sit miserrimè constituta, ita ut potius ruinam minetur, & à Parochianis, ut par esset, non restauretur, promittunt PP. à Parochianis iisdem se gratuitas vecturas nullatenus ad opus suum petituros, ne vel sic onerati Parochiani obligationi suæ satisfacere negligant, omittant, vel impediantur.

Tertiò. Promittunt iidem PP. quòd quàm primùm pro Sacro Missæ Officio, & Concione habenda diebus Dominicis, & Festivis in Ecclesia Parochiali fuerit compulsatum, durante tempore celebrandorum Divinorum, se à suis functionibus, & à pulsu Campanæ abstinere, ne homines à Verbo Divino, & à Parochiali Ecclesia retrahantur.

Quartò. Promittunt se circa sepulturas, in Ecclesia sua forsan construendas, Ecclesiæ Parochiali nullatenus derogare velle, sed præscripto Canonico, salvis Juribus Parochialibus, velle se omnimodè conformare.

Quintò. Quandocumque Patres à Parocho requisiti fuerint ad aliquod spirituale ministerium exhibendum, ipsum prompto animo, & quantum tempus, & possibilitas admittet, præstabunt. Sic in Festo Sanctiss. Corporis Christi præter Diaconum, & Subdiaconum pro majori tanti Sacramenti veneratione PP. Sacerdotes etiam in Casulis Processionem comitabuntur. Eodem modo in præcipuis Festis solemnioribus, uti Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, Patrocinij, & Dedicationis Parochialis Ecclesiæ, Diaconum, & Subdiaconum pro Ministerio Altaris exhibere spondent.

Ultimò. Promittunt prætereà PP. Urbani VIII. Bullæ, ejusque Constitutioni 43. *Cùm sæpè &c.* subici velle, quâ Jurisdictioni Episcopi subditi sint, donec formatum habeant Monasterium, & in eo regulariter vixerint.

Quis jam non crederet post tantas per octodecim ferè menses protractas moras, advenisse tandem impedimentorum omnium finem? præcipuè postquam Officium Episcopale Olomucense acceptis in scripto, ut supra, reversalibus, mox consensum suum pro nova hac fundatione ad Regium Brunense Tribunal transmisisset, & ab eodem non multò post omnia favorabiliter ad Aulam Cæsaream expedita fuissent; multò tamen secius eventus apparuit; enim verò sex alij menses præterieruot, in quibus nec verbum quidem audire libuit, quousque apud Cancellariam Viennensem in ea causa deventum fuisset; quare iterum apertum est in cordibus DD. Fundatorum via aliqualiter sanatum diffidentiæ vulnus, quod jam amplius premere silentio nullatenus valerent, sed sæpius desuper hoc expressè lamentarentur, & insuper apertè declararunt se spem omnem futuri boni successus prorsus deposuisse, nisi P. Provincialis ipsemet hoc negocium assumeret Viennæ personaliter tractandum, ac summariè expediendum; quamvis reverà non ea defectu sollicitæ attentionis (ut ipsi malè opinabantur) erratum fuisse manifestè postea deprehensum fuerit, sed solùm nova hæc mora contigerit, eò quod Ministri Cancellariæ malè audierint DD. Fundatores, ea consilio quorumdam parum benè in tractãdis negociis versatorum, elegisse viam extraordinariam commendationum in non levem jacturam ipsius Cancellariæ [uti Ministri, & membra ejusdem autumabant] quare assumpta larvâ ipsosmet Fundatores astu hortabantur, ut inceptam extraordinariam viam alacriter prosequerentur, addentes, vix, imò ne vix quidem per viam Cancellariæ felicem exitum sperari posse, eò quod Cæsarea Majestas jamdiù Cancellariæ inhibuerat, ne sibi ab eàdem similia Fundationum negocia in futurum proponerentur; quamquam ea omnia quo animo dicta, gestave forent post longas tandem moras apparuerunt, quandò ipsemet P. Provincialis, ut DD. Fundatores consolaretur, personaliter Viennam accessit, ibique singulos per ordinem Cancellariæ Ministros convenit, rogavit, animavit; via etenim assecuravit eosdem se omninò in hoc negocio prosequendo viæ ordinariæ velle insistere, cum jam jam compererit omnem aliam viam extraordinariam forè inutilem ad experitum effectum consequendum; Via, inquam, taliter protestatus est P. Provincialis, cum subitò rei facie immutata, D. Referendarius de Freyenfels, cui ea Cancellaria negocij hujus discussio cõmissa fuerat, relationem debitam cum voto suo favorabili in Cancellariæ Consilio proposuit, ac mox Cæsareum Rescriptum obtinuit, quo ea parte suæ Majestatis, antequam optatus consensus expediretur, requirebantur

tur authenticæ reversales tùm à DD. Fundatoribus de hypothecando E Capitali florenorum triginta millium irreluibiliter in Dominio suo Wesseliensi, tùm ab Ordine nostro de non excedendo numero familiæ duodecim Personarum intentionatæ Fundationi correspondente, & de abstinendo illic loci ab omni quæstuatione, ac demum de talibus Religiosis ibi semper collocandis de familia, qui linguæ nationalis non ignari fructum animarum copiosiorem reddere possent; quas Reversales pro parte Ordinis nostri ipsemet Provincialis mox extradidit; nec pro parte sua defuerunt DD. Fundatores, quamvis id, quòd exquirebatur, allegato fundationis instrumento in tertio, & quarto articulo contrairet, benè agnoscentes quòd hoc ipsum unicè ad majorem Fundationis suæ securitatem F futuris temporibus, ut in votis ipsorum erat, conducere. Tot verò, tantarumque sollicitudinum optatus utique quisnam finis fuerit, ad annum 1719. pleniùs referemus.

Dum hæc Viennæ agerentur, interim Pragæ nostri S. P. Philippi consultum est honori ab insigni pietate Excellentissimi Principis Joannis Adami d. Liechtensteinx, qui ex devotione, quam Ordini nostro profitebatur, ejusdem Statuam marmoream optimo artificio propriis expensis fabrefactam in eminenti conspectu hujusmodi magnifici Pontis parte erigi fecit ad æternam rei memoriam, apposita ad pedes hâc epigraphe: *In humilitate sua placuit Deo.*

Statua S. P. Philippi erigitur Pragæ.

G Hoc anno pariter in Comitijs Provincialibus Provinciæ Bohemicæ [factâ extensione unius in duas Provincias Germanicas] acceptatum fuit Monasteriū in Archi Diœcesi Coloniensi propè Oppidum Rheinbatth sub titulo SS. Nominis Jesu pro nostro Ordine Servorum B. M. V. Quæ res ad posterorum intelligentiam fusiùs in sui originem explicanda est.

Novum Monast. in Rheinbach sub tit. SS. Nominis Jesu.

Quidam Civis Rheinbacensis Hermannus nomine Kuchenchein vir integritate morum inter suos commendatus, sibi, & domui suæ contra hyemales rigores providens, quinque juniores arbores, fagos dictos, ex sylva Rheinbacensi coemerat; quæ Sylva spatio dimidiæ horulæ distat ab Oppido, juxta Regiam Trevirorum viam. H Ad usum verò domus unã ex dd. Arboribus discindendam in partes tradidit adolescenti Joanni Thinen ex Sorore nepti, qui dicto obediens accepit in manibus securim, illamque reiteratis ictibus in lignū impingit, quod cum in quatuor partes jam jam dissectum à terra elevare vult, in ejusdem ligni medulla nebulam quamdam, aut nebulæ similem telam quasi araneæ adhærentem ligno sibi videre ratus, paululò curiosiùs quidnam hoc esset intueri cæpit, & interim rei novitate obstupefactus, avunculum alteri tunc operi intentum, vocat, qui Nepotis excitus voce cucurrit, & ambo non expectatum observant mysterium; subtus illam nebulam, vel telam apparere conspiciunt admirabundi E Sanctissimum Jesu nomen binis literis majusculis I. & S. optimè expressum colore quodam fusco in nigredinem vergente in utraque parte divisæ Fagi, quamvis eædem literæ securis ictu aliquantisper mutilatæ conspicerentur, quamvis in ipso arboris medio clarissimè delineatæ viderentur.

Admiratione pottenti plenissimus Hermannus lignum jam in frusta quaterna divisum eo modo, quo melius poterat colligatum in pristinam componit formam, & Religione motus illud domum suam reportat, & in cubili juxta lectum collocat. Accidit eo tempore, currente salutis anno 1681. ut gravi, diuturnoque morbo affligaretur uxor Hermanni, quæ pietate ducta lignum illud, F Sanctissimum Jesu Nomen continens, occulta veneratione honorabat, indeque virium suarum restaurationem quotidie sensibiliter accepisse postea testata est. Prodigium tamen hoc in occultis permansit spatio non minus quàm sexdecim mensium, donec quidam Sartor, & Civis Bonnensis nomine Henricus Wilhelmi negotiorum suorum causa Rheinbacum veniens, in ædibus Hermanni lignum hoc ante lecticam pendens invisit, & quidnam illud portenderet interrogans, audivit Mysterium; quare veritus ne in tam humili loco nimis incongruè moraretur, ac illud majori cultu dignum existimans, ut sibi donaretur expostulavit, asserens velle se illud idem P. Guardiano Conventus Coloniensis Ordinis G Minorum strictioris Observantiæ P. Henrico Salm affini suo consignare, ad hoc, ut SS. Nomini Jesu veneratio, & cultus augeretur. Hoc audiens Hermannus eo titulo volens, libensque postulatis annuit. Tanto munere lætus Henricus secunda die mensis Junii gratias agens quampluriмas; illud Rheinbacò Bonnam asportari per famulum suum curavit; accidit autem per idem tempus, non sine Divina profectò Providentia, ut Serenissimus Elector, & Princeps Imperij Maximilianus Henricus, quem communis bellorum calamitas ab anno 1673. in D. Pantaleonis Monasterio Ordinis S. Benedicti Coloniæ, quasi in custodia detinebat, Bonnæ revisendæ desiderio die prima Junij rhedam ingressus, *In* H *Nomine Jesu* [erant hæc verba Principi familiaria] *progrediamur*, ait. Iter itaque aggressus cum hac auspicatione Bonnam pervenit: ibique ab Urbis illius Gubernatore Generoso Viro Wilhelmo Hermanno Barone de Enschering pro danda ex more tessera militari submississimè rogatus, hoc sibi familiarissimum Jesu Nomen altius in corde exprimeret; postridie verò diei, quæ erat 2. Junij prædicti, in qua Serenissimus idem Coloniam iterum redire statuerat, contigit, ut Joannes Bernardus Schotn, ejusdem Principis quondam Artographus, occasione quadam supradicti Sartoris domum ingressus, lignum illud, à se cum veneratione recognitum, &

Prodigii SS. Nominis Jesu.

Electoris Arch. Maximiliani Coloniensis Pietas.

quod ante duas horas Rheinbacco delatum fuerat, in donum sibi dari instantissimè ab Henrico postulavit, ea intentione, ut illud Principi elargiretur, confidens hoc dono, quòd ipsi gratissimum fore sperabat, se amissam ejusdem gratiam recuperaturum. Quod audiens Henricus, & secum perpendens digniorem se hujus novi prodigij custodem fore tam pium Principem, illud animo libenti contulit Joanni Bernardo, qui lignum pallio suo involutum ad Serenissimum jamjam in itinere positum defert, & Aulæ Præfecto D. Jo. Wilhelmo Baroni de Roest ostendit, qui portentum admiratus, Principi suo, qui Divinis, quibus astiterat, absolutis, in procinctu itineris erat, invocato de more Nomine Jesu his verbis, *In Nomine Jesu Coloniam regrediamur*, Lignum præsentavit, ex cujus inopinata oblatione Serenissimus hæsitans, parumque curans visus est. At postquam latens intus Nominis Jesu mysterium advertit, gaudij, ac sanctæ devotionis plenus, illud venerabundis manu, vultuque amplexatus est, idemque secum asportari Coloniam jussit; quò loci post accuratissimam novitatis hujus in tabulis publicis exrensam narrationem, factum hoc lignum ornamento argenteo decorari mandavit, ac postmodum publicæ omnium devotioni exponi voluit, subinde verò ad excitandam Viatorum Fidelium erga SS. Nomen Jesu venerationem in eodem loco, in quo nutrita, & mox excisa fuerat Arbor, ad æternam rei memoriam à fundamentis erigi facellum curavit, quod deinde strictioris observantiæ Ordinis S. Francisci Patribus donavit, ædificata postmodum pro quinque Religiosis commoda habitatione, qui devotionis causa eò advenientibus, tùm sacrificiorum oblatione, tùm Sacramentorum administratione, tum etiam Verbi Dei prædicatione inservire possent, quibus etiam dum vixit, de necessaria substentatione solicitissimè providit, & ne post ejus mortem quidpiam eis deesset, annuum eisdem Patribus perpetuum censum ex sex millibus Imperialibus per testamentum reliquit, quos eum in finem de Mensę suæ redditibus destinaverat.

Verùm, ut omnia prorsus humana, præ infęlici sua conditione instabilitati subiacent, non diu tam sanctæ heic intentioni pientissimi Principis satisfieri potuit; postquam etenim ab ejus morte supetveniens toti Patriæ bellorum calamitas universo Orbi notissima, sacra prophanis miscuit, etiam fundus hujus piæ Fundationis miserè periit, aut saltem periisse judicatus est; ac proinde deficientibus quotidianæ substentationis medijs, refrigescente quoque [uti Bellona tumultuante assolet] charitate vicinorum Fidelium erga pauperes ejusmodi Fratres, & insimul tepescente erga pium locum devotione, coacti fuere Patres ad servitij desertionem; ni forsan aliqua secretior causa discedendi intervenerit incognita nobis. Quomodocumque fit, illud certum est, quòd annos post aliquos ijsdem A Patribus ad eumdem locum quasi postliminio redire cupientibus, à Serenissimo in Electoratu Successore Josepho Clemente denegatus fuit assensus.

Derelictus itaque hoc modo locus iste à Patribus Franciscanis accepit exinde Provisorem Ecclesiasticum Sacerdotem, qui residuas in populo Fideli devotionis scintillas, etiamsi in primævum fervorem accendere non posset, extingui saltem penitus non sineret, mansitque sub tali custodia usque ad annum 1705. cùm idem Serenissimus Princeps, quamvis à nobis numquam super hoc rogatus, neque ad ullius instantiam, aut recommendationem, sed solo propriæ pietatis motu, eumdem locum Ordini nostro benignus obtulit; eo namque anno sub initium Veris contigit, ut cum B inter alios Religiosos Ordines, qui ad obtinendum hunc locum supplices Principi preces obtulerant, adessent etiam Patres Carmelitæ Calceati: Princeps autem ipse, [procul dubio à Matre nostra Sanctissima inspiratus] in eodem supplici libello per Carmelitas exporrecto, manu propria nomine Carmelitarum expuncto, addidit in margine Idiomate Germanico. *Patribus Servitis in Monte S. Crucis*; & Vicario suo in spiritualibus Generali D. Joanni Arnoldo de Reux scripturam hanc in Originali Coloniam transmisit executioni ab eo demandandam. Ipse verò D. Joannes Arnoldus rei seriem, & ipsius copiam scripturæ Bonnam Affini suo D. Jo. C Henrico Zapp Cameræ Serenissimi Directori transcribit, rogatque suo nomine, ut Patres Servitas Montis S. Crucis de hac ipsa re certiores faciat, ad hoc ut ipsi commode super hac oblatione Clementissima Principis consilium capere, ac mentem suam apertè declarare possint. Hilari animo Commissionem præfatam accepit D. Jo. Henricus Zapp, utpotè qui Patribus Montis S. Crucis erat jam addictissimus: Quare omni postposita mora literas amantissimas P. Fulgentio Mariæ Pach, tunc in monte S. Crucis Priori, per expressum nuntium misit, quibus hanc sui Clementissimi Principis ultroneam Gratiam eidem significabat, postulans, ut quantocyùs ad se in Endernicensi pago transferret, ibidem negoci-D um hoc in præliminaribus suis tractaturus.

Electoris Colon. Principis erga Ordinē nostrum benevolentia.

Accepta hac tam inopinata informatione P. Prior, Deo gratias agens non parùm lætatus est, nec mora, quin ad locum destinatum, quò vocabatur, coram præfato Cameræ Directore Jo. Henrico Zapp se sisteret, ab eo perhumaniter exceptus, & collaudata ad invicem Sanctissima tam Pij Principis electione, quâ inter cæteros expostulantes, Ordinem Beatissimæ Virginis Dolorosæ nihil tale vel exposcentem, vel expectantem tanto favore spontè afficiebat, præsertim talibus circumstantiis, quibus Clementissimi ejusdem Principis in Ordinem nostrum etiam in his terris dilatandum affectus præcipuus ab omnibus

agnosceretur. Addebat & præ sua in nos benevolentia optimus Director, arrham hanc esse piissimi sui Principis, quâ Ordo noster, si hanc debita gratitudine respiceret, plurium Gratiarum, ab eodem Clementiæ Fonte futuris temporibus expectandas non diffideret: nec ullo modo fore timendum necessariæ substentationis defectum, aut earum rerum, quæ ad vitæ commoditatem, Ecclesiæ decorem, & Fratrum congruam habitationem in dies requiri possent, maximè si secundùm vota sua ibidem strenuè in Vinea Domini per nos laboraretur, ita ut de stabili fundationis dote pluribus etiam annumerandis Operariis propediem provideri non esset desperandum. His magnificè per D. Directorem expositis, & postquam P. Prior Fulgentius, nomine sui Ordinis demississimam eidem D. Cameræ Directori, & in eo Serenissimo Principi reposuisset gratiarum actionem, decretum utrimque, ut antequam ad ulteriora progrederetur negocium, loci ipsius aspectus per ocularem inspectionem haberetur, & statuta demùm die dictus P. Prior una cum P. Bonfilio Maria Frolich, tunc temporis in monte S. Crucis actuali Concionatore, pedestre aggressus est iter ad locum non longè distantem, eóque trium horularum spatio feliciter ambo pervenerunt, ubi flexis genibus sanctissimum Jesu Nomen devotè salutarunt, celebratoque ibidem Sanctissimo Sacrificio Missæ, à præfato D. Jo: Henrico benignissimè excepti, una simul loci faciem, situm, fabricam, cæteraque ad Ecclesiam, & Domum pertinentia diligenter perlustrarunt, ab eodem postea exquisito prandio perhumaniter recreati fuere. Non latuit iste tam inexpectatus hospitum talium adventus Rheinbarensium Prætorem, qui, quod erat suspicatus, accidisse conspiciens, unâ cum filio suo sub Prætore, tribusque alijs Senatoribus sub finem prandij adveniens, suo, & Communitatis totius, populique circumjacentis desideria contestabatur, quibus videndi aliquando novos Religiosos in isto loco concupierant ardentissimè, & per quos penè extincta devotio suscitaretur ad majorem Gloriam Sanctissimi Nominis Jesu: hoe unum se dolere, quòd per belli calamitates, & gravissima damna ex fatali mox incendio tolerata eò redacti essent, ut in præsens ad commodiorem loci habitationem, & Fratrum substentationem subsidium nullum conferre valerent.

Populorum affectus erga Nos.

Verùm quidem est, quòd primo aspectu Patres exterrefecit rum Oratorij, tum habitationis misera tenuitas, ac paupertas, & omnis certi fundi defectus; sed ex alia parte confortavit eosdem non modicum amænus loci situs, antiquæ devotionis apparentia vestigia, & quòd caput est, ardens erga nos populorum desiderium, ut jamjam eximium Animarum fructum sperarent, quibus interiori spiritus consolatione recreati, & à singulis lætum commeatum recipientes, ad propria, nimirum ad montem S. Crucis, reversi sunt laudantes Dominum in omnibus, quæ audierant, & viderant; de cunctis etiam P. Provincialem P. Rupertum Gapp, qui Definitorio Provinciæ omnia referret, certiorem per epistolas reddiderunt. Nec diù præfati Definitorij expectanda fuit resolutio; mandarunt enim Priori PP. Definitores, ut nomine totius Ordinis, & Observantiæ Germanicæ humillimas reponeret Serenissimo gratiarum actiones, deinde submississimè postularet ab eodem, ut brevem dilationem cathegoricæ resolutioni mox dandæ tribuere dignaretur, donec priùs coram ipsomet Principe Superiores conferre super hoc negocio valerent, ac ulteriores ejus pijssimas intentiones ritè percipiendi facultas, & occasio ijsdem concederetur.

Cùm verò præsenti anno 1714. Observantia nostra Germanica justis de causis, & ad commodiorem [ut innuimus] Conventuum Visitationem in duas dividi cepisset Provincias, ex quo Sanctæ Crucis Cœnobium Provinciæ Bohemicæ adscriberetur, hinc præfatus P. Bonfilius Prior in primo Provinciæ hujus Capitulari congressu Neo-Castri [ut infrà] in Bohemia celebratum, inter cæteros Conscriptos Patres comparens negotium istud urgere cepit, exponens quàm instanter à D. de Reux Vicario Generali, à D. Jo: Henrico Zapp Cameræ Serenissimæ Directore, alijsque plurimis Viris Ordini nostro bene affectis, & ab omnibus universaliter annutus noster, ac oblatæ Clementissimæ hujuscemodi Gratiæ acceptatio desideraretur; quantis votis vicinia tota, status hominum omnis nostram illic habere præsentiam suspiret; quantis spebus, quantis *suasionibus*, alijsque totius generis incitamentis animi Nobis addantur ad non cedendum terriculamentis, quæ forsan ex aliquo capite absterrere vel retrahere nos valerent, ad acceptandam Ordini nostro tam favorabilem occasionem.

Quibus omnibus à Ven. Definitorio maturè perpensis, tandem emanavit resolutio. In Nomine Jesu locum istum ejus Sanctissimo Nomini tam bellè dicatum acceptandum fore, cum spe competentis in futurum assignandæ congruæ dotis pro ejusdem manutentione, ita ut in casu alicujus emergentis præjudicij nostri [quòd Deus avertat] maneat libertas Ordini nostro [salvâ tamen Serenissimi Gratiâ, & non aliter] ipsum eidem omninò resignare. Qua facta resolutione idem P. Bonfilius Maria deputatus fuit Commissarius Provincialis ad negocium hoc cum eodem Serenissimo [si occasio detur opportuna] præsentialiter tractandum, consulendum, consummandum.

Novi Conv. in Colonia acceptatio

Redux itaque tali charactere insignitus P. Bonfilius, hac desuper re Principem conveniendi gratiâ Valencenas usque perrexit, quò loci Serenissimus tempestate illa morabatur; Verùm cùm ea temporum infelicitas optimum

mum Principem in continuo motu de loco ad locum miſerè detineret, jamjam Inſulas, & inda Pariſios proficiſcenrem invenit, ut proinde re infecta redire compulſus fuerit, quiu imo de eo amplius iu perſonam conveniendo, ac negocio coram eo tractando ſpem omnem deponere coactus fuerit. Quare neceſſario conſilio ad D. ejus Vicarium Generalem De Reux ſub initium Decembris ſe contulit, eique nuper emanatum à Provinciali Definitorio decretum aperuit, nou ſiue magna ejuſdem, ac plurimorum, quibus res ſucceſſivè innotuit, gaudio, & aggratulatione.

Porrò memoratus D. Vicarius Generalis habita jam reſolutione Ordinis, hoc vehementer nrgebat, ut omni poſtpoſita mora congruè diſponerentur requiſita ad loci poſſeſſionem ante proxima Feſta Natalitia Principis ſui authoritate effectivè capeſſendam: quibus aſſentiens P. Commiſſarius per literas aſſenſum Principis requiſivit, quo obtento benigniſſimè Archiepiſcopalem quoque benedictionem alargitus eſt, deinde tùm Reverendiſſimo Metropolitano Capitulo Colonienſi, tùm alijs Electoratus Statibus, ut ſolidiùs omnia fierent, informationem ſummariam hujus rei per literas dedit, ad hoc ne, ſi præterirentur, aliquando ſe opponerent, quin etiam captâ benevolentiâ tantò faciliores redderentur ad omnem in emergentibus aſſiſtentiam Ordini noſtro præſtandam. Ipſe verò Vicarius Generalis D. De Reua moa datis ad Parochum Rheinbacenſem literis, aidem mandavir, ut ſuo nomina D. Joanni Meliſſen tunc temporis illius loci Adminiſtratori intimaret, quarenus ſibi de alio quolibet beneficio provideret, quod idem & per propriam epiſtolam ipſimet inſinuavit; quin etiam ad D. Decanum ruralem Kirchleimenſem ſcripſit, & eidem vices ſuas commiſir cum mandato, quo nomine Sereniſſimi Principis Electoralis Colonienſis Ordinem uoſtrum, & pro eo P. Bonfillum Commiſſarium prædictnm in actualem, pleniſſimamque mitteret poſſeſſionem Oratorij, ſeu Cappellæ ſub titulo Sanctiſſimi Nominis Jeſu propè Rheimbacum, necnon omninm etiam jurium, & pertinentiarum ad ipſum, ſeu ipſam ſpectantium. Hanc tertiam Epiſtolam ipſemet P. Commiſſarius à D. Vicario Generali ſibi concreditam præfato D. Decano proprijs manibus extradidit, conſignavitqua, à quo cùm pro die 22. tunc currentis Menſis Decembris ad accipiendam poſſeſſionem fuiſſet monitus, Rheimbacum confeſtim petijt, ut DD. Parochum, Vicarium, Prætorem, & alios quoſdam ex Oppido digniores ad ſolennizandum hujuſmodi publicum actum tamquam Teſtes advocaret. Vix enarrari poteſt quantam quiſque conſolationem, quantamque lætitiam ſinguli conceperint ad tam ardenter exoptatam, tamqua diu expectatam Ordinis noſtri illo in loco manſionem craſtina die firmandam.

Novi Conv. Colonienſis poſſeſſio capta.

A Illuceſcente itaqua deſtinata dia 22. Decembris P. Commiſſarius diluculò diſcedens Rheimbaci, ſe, ad Oratorium contulit, comitantibus omnibus, qui ad hunc actum ſolemnem heſterna die fuerant invitati, ſolo abſente Parocho ea cauſa lethalis infirmitatis, quâ miſerè detinebatur ne adeſſe valeret; ſubſeqnente interim nou modica promiſcuæ plebis multitndine, ad Cappellam deventum eſt, nbi jam aderat præſens D. Decanus Kirchheimenſis cum D. Parocho Schrueinheimenſi. qui mox ambo, uti et Adminiſtrator Capellæ Joannes Meiliſſen, ac P. Commiſſarius ſucceſſivè Sacrificium Miſſæ Omnipotenti Deo [adſtantibus cæteris] obtulerunt, quibus abſolutis Sacrificijs, præfatus D. Decanus B alta, & intelligibili voce ex mandato, & authoritate Reverendiſſimi D. De Reut per Archidiæceſim Colonienſem in ſpiritualibus Vicarij Generalis, & nomine Sereniſſimi Principis Joſephi Clementis Archiepiſcopi, & Electoris Colonienſis, Declaravit amotum eſſe præfatum D. Ioannem Meliſſen ab adminiſtratione Capellæ Sanctiſſimi Nominis Jeſu, ejuſqua legitimum poſſeſſorem, ac omnium ædificiorum, ac pertinentiarum, Obſervantiæ Germanicæ Servorum B. M. V. nomine, conſtituit, & eſſe denuntiavit P. Cõmiſſarium Provincialem Bonfilium Mariam Frolich, eidemqne ſtatim in omninm aſpectu, & præſentia claves omnes eatradidit: bisque peractis, poſtquam idem P. Commiſ- C ſarius brevem gratiarum nomine Religionis agiſſet actionem eidem D. Decano, nomine Sereniſſimi Principis eamdem eacipientis, mox indutus ſuperpelliceo ac ſtola, apertoque Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Tabernaculo, in quo calice ſtanneo repoſitæ ſervabantur conſecratæ aliquæ particulæ, omnibus Adſtantibus Benedictionem de more impertivit; quâ acceptâ D. Vicarius Rheinbacenſis Hymnum *Te Deum laudamus* intonavit, quem cæteri omnes cum jubilo cordis alta voce proſequuti ſunt, ipſomet D. Meliſſen hilariter campanam pulſante. Hymno abſoluto idem P. Commiſſarius adjunxit pro ſolemni gratiarum actione Verſiculos *Benedicamus Patrem &c.* et Orationes, *Deus cujus miſericordiæ &c.* De- D inde iterum data Benedictione Sanctiſſimi, eóque recluſo in Tabernaculo, productum fuit ſacrorum mobilium inventarium, in quo præter unum Calicem argenteum cum patena, Ciborinm itidem argenteum, ac quadratam theculam argenteam pariter, & Sanctiſſimi Nominis Jeſu Imaginem cum parva aliqua Reliquia continentem, aliud ferè nihil in eo deſcriptum erat, niſi modica quædam ornamenta, & paramenta uſu attritiſſima, & lacera, nam da ſupellectili Domus, ſeu Reſidentiæ propria vix aliquod ſtabile apparuit.

Paraverat interea D. Prætor Rheinbacenſis ipſo in loco [quantum circumſtantiæ loci, & tem-

temporis permiserant] honestum prandium, in quo omnes post reciprocas congratulationes perbenignè refecti fuere, utque tanto citiùs, ac securiùs Patres nostri locum inhabitare possent, obtulit ipsemet D. Decanus præfato olim Administratori Melissen in domo propria habitationem, donec de alio beneficio congruè provideretur. Quibus omnibus summa pace, & concordia peractis, ad propria singuli cum gaudio rediere; nec ad authenticandum magis, magisque solemniter hunc Actum spontanei defuere testes non vocari, lacrymæ nimirum omnium Adstantium, quæ ultrò ex oculis omnium emanantes dulce testimonium de communi consolatione omni majus exceptione deferebant.

Redivit eadem die ad Montem S. Crucis P. Commissarius, ac sine mora mutuatis ijs, quæ ad quotidianum usum sibi, socijsque novæ Coloniæ futuris incolis necessaria forent, alijsque opportunis factis præparationibus, adveniente die 24. Decembris cum P. Alberto Maria Hurtman, & Fr. Meinrado Maria Becker Converso inde Rheinbacum movit; ad Oratorium ubi pervenissent, invenerunt à D. Melissen, affectuosè quidem, ad Patrum servitium solicitò evacuata pleraque cubicula, in quibus proinde paucula, quæ detulerant ad usum simpliciter depositis, ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum adorandum accesserunt, & pulsato priùs ære campano, Salve Regina, & Litanias Lauretanas juxta consuetudinem Ordinis devotè decantaverunt.

Primò Vesperè illius diei primam quoque benedictionem submisit illis Deus per Theodorum Halfman Civem Rheinbacensem, qui secundùm vires suas diversis Victualibus repletum canistrum obtulit novis Incolis, quem sequentibus diebus imitati sunt quamplures alij Cives. In pervigilio itaque Nativitatis Domini ante mediam noctem recitatum fuit in dicto Oratorio matutinum, datoque signo per campanam, missam primam celebravit P. Albertus; sub hæc decantatæ fuerunt Litaniæ de Sanctiss. Nomine Jesu: Sequenti verò manè Missæ singulæ, tùm à P. Commissario, tum à P. Alberto divisim lectæ fuerunt, ut advenientium successivè peregrinorum quorumdam devotioni, & commoditati satisfieret.

Nec dum ubique rerum harum fama percrebuerat, quando emortua quasi erga hoc Oratorium fidelium devotio jamjam reviviscere visa est copioso undique populo mox iterum eò confluente, itaut sequenti die S. Stephano Protomartyri dicata, Sacræ Conciones ad populum jam dudum intermissæ denuo haberi cœperint, & ipsis iisdem Festis Natalitiis plures quàm 400. Fideles Sacrâ Synaxi refecti fuerint; & exinde publicæ, solemnesque Processiones varijs ex locis [ut olim consuetum fuerat] iterum advenere pluribus Ecclesiæ donis, & oblationibus allatis, itaut non tantùm necessaria pro victu quotidiano, sed etiam pro reaptanda, & in E meliorem formam reducenda supellectili sacrâ suppeditarentur, & Oratorium ipsum novam induisse faciem, ac decorem videretur, & ampliora beneficia tùm spiritualia, tùm temporalia in dies expectari à Fidelibus valeant, ad laudem, & honorem Sanctissimi Nominis Jesu, ut aliàs suis in locis videndum erit.

De spiritualibus verò, ac temporalibus incrementis aliorum Conventuum Observantiæ nostræ Germanicæ, præcipuè Krulichij in monte Matris Dei, [eodem Divino Numine assistente] agetur anno 1720. occasione Confraternitatis septem Dolorum B. M. V. de novo ibidem erectę.

Divisio Provinciarum effectum felicem sortitur

Interim hoc anno [ut supra innuimus] non F sine ingentibus ante superatis difficultatibus, ad executionem deducta est divisio Provinciarum in Germania, quæ cum unicam tantùm Provinciam haberet, cumque per novas in dies accedentes Fundationes, longè, lateque diffusa esset, reddebatur proinde non minus laboriosa, quàm difficilis visitatio Cōventuum, tam valdè regionibus dissitorum ab unico Præside Provinciali. Moralis necessitas hujusce divisionis in duas Provincias Tyrolensem, & Bohemicam usque de anno 1633. innotescere cœperat, in quo per Capitulum Generale Romæ celebratum die 14. Maij statutum fuerat, ut Fratres nostri per Tyrolim, & Bohemiam latiùs dispersi, atque ut omnia, quæ in Constitutionibus Ordinis de Capitulo G Provinciali ritè servari posent, tam Tyrolis seorsim, quàm Bohemiæ pariter seorsim suum Capitulum Provinciale celebrare posent sibique præcipuum moderatorem Provinciæ separatim unaquæque Provincia seligeret. Hoc idem decretum firmatum fuerat in Capitulo Generali Romæ similiter celebrato die 30. Aprilis 1690. in quo idem motivum separationis necessariò faciendæ deductum fuit; sed non tam facilis ejusmodi decretorum executio extitit, in tantùm quòd re infecta 24. anni defluxerint; quando hoc anno cùm nostræ Observantiæ Germanicæ Vicarij Generalis Officio fungeretur P. Raphael Maria Weinhart, Provincialis verò adesset P. Pius Maria Welschaider, Socius P. Romualdus H Maria Hueber, omnes natione Tyrolenses; Definitores autem Provinciæ P. Bonaventura Maria Spiess, P. Rhemigius Maria Bridmag ambo pariter Tyrolenses, P. Rupertus Maria Gapp Carinthus, qui & Definitor erat perpetuus, & P. Innocentius Maria Peverada Tridentinus, Hi omnes [uno absente P. Innocentio propter infirmitatem] in unum congregati die 9. Februarii, tam favorabili occasione accepta, divisioni prædictæ tandiù ventilatæ, tandiù impeditæ, dandam aliquando plenam executionem unanimi voto decreverunt, quod à P. Vicario Generali ritè approbari curarunt, à quo etiam sub dat. Jarameritz. 24. Februarij expeditæ fuerunt literæ

cita-

citatoriæ ad primum Capitulum Provinciale Bohemiæ, separatim a Provincia Tyrolense celebrandum in Conventu SS. Apostolorum Petri, & Pauli Neo-Castri hoc eodem Anno 1714. Aderat favorabilis, quamvis misera occasio pestis, quæ viarum, ac itinerum intercludendo commercium, solos Bohemicorum Conventuum Patres in unum locum adunari posse permittebat: attamen, ut assolet in arduis negocijs Divino servitio destinatis, affuit & Satanas ad impediendum Opus Dei, diversaque seminavit impedimenta, ita ut ad ea cum parte altera complananda, tempus adunandi Capituli Provincialis protogare necesse fuerit ad diem decimam insequentis Maij. Sed astus Dæmonis, favente Dei Gratiâ, habito PP. Conventu Viennæ, superati sunt. Et ad veniente indictâ die, quę fuit Ascendenti le Cęlum Salvatori consecrata, congregatis PP. Vocalibus, & servato in omnibus præscripto Constitutionum, integra pace, ac suffragiorum unanimi consensu, in primo isthoc Provinciali Capitulo Bohemiæ primus hujus Provinciæ Præfectus creatus fuit P. Guilielmus Maria Lokner, ejusque Socius P. Honorius Maria Mag? cum cæteris Officialibus, Definitoribus, ac Prioribus Conventuum, qui illi Bohemicæ Provinciæ numero novem assignati fuere, nempe S. Michaelis Vetero-Pragæ, S. Crucis prope Bonnam; D. Annunciatæ Neo-Pragæ, S. Matris Dolorosæ in Rabenstein; D. Virginis Lauretanæ in Jaromeritz; SS. Apostolorum Petri, & Pauli Neo-Castri; in Monte Matris Dei propè Hrulichium; Residentia SS. Nominis Jesu Rheinbaci; residentia SS. Angelorum Custodum Wesselij.

Inter cætera verò, quæ in primo hoc Capitulo novæ Provinciæ, pro pace, & unione inter utramque Provinciam conservanda, juxtà SS. Constitutiones hæ quatuor præcipuæ propositiones firmatæ fuerunt, ad instantiam maximè alterius Provinciæ Patrum. Primò literas reversales de non repetenda sua nativa Provincia ab ijs dandas, qui se nostræ Provinciæ aggregassent, quod tamen reverà libertatem impedire nemini potest ea vi nostrarum legum. Secundò, unumquemque ex Religiosis ad illam spectare Provinciam, cujus est filius. Tertiò, non obstante divisione Provinciarum, unicuique, etiam ijs, qui literas reversales dedissent, ut supra, salvum manere jus à Constitutionibus concessum postulandi ab una Provincia, seu Conventu dimissionem, & adoptionem in altera Provincia, aut Conventu, adeoque nulli suam legitimam libertatem per hanc Provinciarū divisionem tolli, aut minui debere. Quartò, circa eos filios, qui de facto extra suam Provinciam in Provinciam alteram commorantur, charitate comite, Provinciales inter utrosque conveniendum esse, ut una Provincia alteri, quantum in Domino poterit, opituletur, nec alter Superior è suæ Provinciæ A filijs quemquam revocet, nisi prius communicatione, seu intimatione præmissa Superiori alterius Provinciæ, ad hoc, ut in locum avocandorum, alij ab eo, si opus fuerit, substitui possint.

Hæc & similia quamvis ab initio non modicum ediderint strepitum inter partes; attamen Cęlum, quo desuper omnia favente, necnon adjuvante P. M. Antonio Maria Castelli noviter electo Generali totius Ordinis in hujus anni Capitulo Romæ celebrato, approbata fuere, eademque postea authoritate ejusdem P. Generalis, & Eminentiss. Protectoris firmata per literas patentes, ut anno insequente videbimus.

In Provincia quoque Tusciæ hoc anno novum Collegium pro erudiendis in studio sciέ B tiarum juvenibus erectum fuit in Conventu S. Mariæ de Monte Politiano P. Generali, P. Provinciali, Socio, & Definitoribus assentientibus, ut patet ex infrascripta Epistola seu Decreto. *Erigitur novum Collegium in Monte Politiano.*

Essendo che in molte nostre Provincie siano stati eretti varj Collegij per commodo della Gioventù, acciò potesse in essi sperimentare li suoi talenti sotto la disciplina di Virtuoso Maestro, dal che ne è avvenuto, che molti de' Giovani siansi notabilmente avanzati, e nell' Osservanza, e negli studi. Quindi è, che mancando in questa nostra Provincia di Toscana mezzo sì bello per divertire la Gioventù dall' ozio, anzi per erudire il loro spirito nella virtù, non mancando in essa intelletti perspicaci, e C *spiritosi per fare qual si voglia passata, ho supplicato il P. Reverendiss. Generale a volersi compiacere di permettere, che nel Convento detto S. Maria di Montepulciano, possa aprirsi un Collegio di sei Giovani, & egli benignamente avendomelo concesso, lo significo alle PP. VV. M. RR. come parti constituenti il Ven. Definitorio di questa Provincia; e questo per due fini; il primo si è, perchè sappiano, che quello, di cui si trattò nella Dieta passata, si sia finalmente risoluto; il secondo perchè colla loro approvazione, e determinazione venga stabilito che per sollievo di d. Convento di Montepulciano, e non altrimenti, venga a ciascheduno de' Giovani di d. Convento dato annualmente il vestiario dal proprio Convento, di cui son figli, e non mai* D *da quello di Montepulciano sotto qualsisia pretesto, o colore, e perchè un tal decreto venga osservato, & abbia vigore, e forma di obligare chi si sia, ho stimato bene di porlo sotto gli occhi delle PP. VV. MM. RR. acciochè ben considerato, quando lo riconoschino ut le, e ragionevole colla loro soscrizzione, & approvazione gli diano tutta quella forza, che merita per un' inviolabile Osservanza.*

Io Fr. Giulio Magnanimi Definitore approvo quanto sopra ec.

Io Fr. Pier Gio. Fornari Definitore approvo, ec.

Io Fr. Placido Maria Bonfrizieri Definitore surrogato approvo, ec.

Io

Io Fr. Sebastiano Tognini primo Definitore approvo, ec.
Io Fr. Gio. Battista Capei Socio Provinciale approvo, ec.
Io Fr. Pietro Paolo Ferrucci Provinciale approvo, ec.
Fr. Antonius Maria Generalis.

Pestis Animalium à finibus Etruriæ arcetur. Florentiæ verò cùm Serenissimus Cosmus III. Magnus Etruriæ Dux ad avertendam animalium luem, quæ fermè per totam Italiam grassabatur, solemne Jubilæum à Summo Pontifice Clem. XI. pro Dominij sui Statibus publicandum, & extendendum à die 4. Novembris ad diem 18. ejusdem Mensis obtinuisset, inter Ecclesias a Fidelibus pro obtinenda manutentione Divinæ protectionis visitandas, nostrum D. Annunciatæ Templum Augustum electum fuit, in quo maximo populorum concursu processionaliter publicæ supplicationes ab universo Clero, D. Archiepiscopo, & Civitatis Magistratibus omnibus peractæ fuerunt, non fine sperato fructu, nam inoffenso pede infanda lues animalium, quæ fermè totas Italiæ Urbes, camposque finitimos infecerat, à nostris finibus Divina nos protegente Gratia pertransijt.


Hujus Sanctissimæ Imaginis fidelissimum exemplar à Serenissima Violante Beatrice M. Principis Etruriæ Ferdinandi olim Uxore, ad Serenissimam Bavariæ Ducissam id expetentem transmissum fuit; Huic autem operi ab Egregio Pictore in magna tela exarato, manus ultima adiecta fuit in eodem Templo nocturno tempore diei 11. Decembris, januis clausis, præsentibus eâdem Serenifs. Violante Beatrice unà cum Serenissimis Principibus Eleonora Guastallensi Principis olim Francisci Mariæ uxori, & M. Principe ab Etruria pariter Jo. Gastone, qui Principes omnes per non modicum temporis spatium operi perficiendo astiterunt, tanta est illorum devotio erga Sanctissimam Annunciatæ Imaginem toto Orbe celeberrimam. *Exemplar Imaginis SS. Annun. de Flor. Bavariam mittitur.*

Eadem Serenissima Bavariæ, Magna Princeps Etruriæ, cùm ad Domum Sacram Lauretanam invisendam profecta esset, uti summæ pietatis, ac devotionis est in Beatissimam Virginem, paululum à recto declinans itinere Tiphernum petijt, ibique nostram Ecclesiam invisens, Imaginem sacram ejusdem B.M.V. Gratiarum, ut ei morem gererent, à Patribus privato ritu discoopertam venerata est, exhibitis, innumero ibidem præsenti Populo, per spatium unius circiter horæ modestiæ, humilitatis, ac devotionis Insignibus exemplis, in infimo gradu Altaris eo tempore genuflexa manens.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

QUæ hic enarrantur partim ex Regesto Generali, partim ex Archivis prænominatorum Conventuum, maximè ex Florentino excepta sunt.

F I N I S.



CEN.

CENTURIÆ QUINTÆ
SACRORUM ANNALIUM
ORDINIS SERVORUM
B. MARIÆ VIRGINIS,
AUCTORE
F. ALOYSIO MARIA GARBIO FLORENTINO,
EJUSDEM INSTITUTI MAGISTRO THEOLOGO

OPUS POSTHUMUM

Liber Octavus,

CONTINENS AB ANNO MDCCXV. USQUE AD MDCCXXV.



PP. Corsicæ exaudiuntur à S. Congregatione Ep. & Reg. Statua B. M. V. in illo Regno præcipuis affecta honoribus, ingentes illis Fidelibus gratias, et prodigia rependit. Rex Galliæ moritur.

CAPUT PRIMUM.



NON acquieverant PP. Corsicæ decreto nuper emanato in Capitulo Generali transacti anni 1714. quo statutum fuerat: *Non amplius in illo Regno Provincialem eligendum fore, non obstante præscripto Capituli Generalis anni* 1708. ut supra innuimus; sed habito recursu ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium Negocijs præpositam, manuteneri petierant in possessione eligendi Provincialem, & per consequens abrogari prædictum decretum Capitulare anni 1714. dato etiam infrascripto memoriali.

PP. Corsicæ supplicant manuteneri sibi titulum Provinciæ.

Eminentiss., e Reverendiss. Signori

LA Provincia di Corsica dell' Ordine de' Servi di M. V. riverentemente espone all' EE. VV. come nel Capitolo Generale del 1708. fu a pieni voti decretato da' PP. Vocali di detto Capitolo, che delli Conventi di quell' Isola si erigesse una nuova Provincia con il suo Pro- A *vinciale, Definitor Generale, Compagno del Provinciale, Definitori Provinciali, con tutte le altre Prerogative, che godono le altre Provincie dell' Ordine, come è noto dagl' Atti di detto Capitolo nel Registro a carte 7. tergo.* Ad petitionem PP. Provinciæ Corsicæ petentium erigi in veram Provinciam cum quatuor Definitoribus, Provinciali, Socio, & Defini- B tore Generali, decretum fuit pro gratia; nempe quòd eligantur in futurum prædicti Superiores in dicta Provincia, et ad omnem bonum finem, & effectum pro hac vice tantùm eligantur in Capitulo Generali.

In esecuzione di questo Decreto nell' istesso Capitolo furono eletti li suddetti Superiori della Provincia, come consta dagl' istessi Atti C *ec. Quali terminato il loro triennio nell' Anno 1711. fù colle solite formalità intimato il Capitolo Provinciale, che si celebrò nella Capitale di quell' Isola colla Presidenza di un Vicario Generale, speditovi con patente dal P. Generale. Nell' anno 1714. parimente fu celebrato un altro Capitolo Provinciale simile in quel Regno.*

Ma perchè nell' istesso Anno 1714. fu dipoi cele-

celebrato in Roma il Capitolo Generale, nel quale fu fatto un Decreto, con cui s' abolisce il Decreto del 1708. Reclamarono contro di esso il P. Definitor Generale, & il P. Provinciale di Corsica, quali si ritrovavano, come Vocali, nello stesso Capitolo Generale, protestando de nullitate &c. et interponendo nell'istesso tempo immediatè l'appello a questa S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari, da cui fu deputato per Ponente l' Eminentissimo Sig. Cardinale Fabbroni, quale stando per riferire la Causa nella prossima Congregazione.

Supplicano perciò l' EE.VV. i PP. di Corsica Oratori per esser mantenuti al possesso del suddetto Decreto del 1708. che eresse i loro Conventi in Provincia, e confermato susseguentemente dalla celebrazione di due Capitoli Provinciali, e sei Diete intermedie; dall' Osservanza del quale non resulta pregiudizio ad alcuno. Che della Grazia ec. Quas Deus &c.

Auditis verò partibus, & ponderatis ex utraque parte allatis rationibus, Eminentissimi PP. fuerunt in votis esse manutenendos in suâ, quâ reperiuntur, possessione Corsicæ Patres, edito infrascripto Decreto.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negocijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita; audito P. Procuratore Generali Ordinis, & Referente Eminentissimo Fabrono, censuit, ac decrevit servandum esse Decretum Capituli Generalis celebrati de anno 1708. prout præsentis Decreti tenore observari mandat. Romæ 20. Septembris 1715.

Loco ✠ Sigilli

C. A. Card. de Fabrone

Ferdinandus Nuzzi Arch. Nicen. Secr.

Additamētū ad memoriā Sororis Angelæ Tertiariæ de Corsica.

Nactâ occasione rerum Provinciæ Corsicæ, recensere lubet, & alia memorabilia pertinentia ad eamdem Provinciam. Retulimus ad annum 1708. memoriam Venerandæ Sororis Angelæ Marcantoni de Centurio mulieris ornatæ multis virtutibus, & magni nominis: at cum posteriores ad nos pervenerint notitiæ de ejus perfectione vitæ, necnon de peculiaribus ejusdem mortificationis actibus, ne Sororem nostram, de tertio Ordine, quin etiam de tota Religione satis benemeritam, debita laude fraudemus, addimus modò, quòd hæc Soror matrimonio primùm conjuncta fuit in primaria domo de Franceschis ejusdem loci, quæ multos habuit Capitaneos, & Equites S. Stephani; & Viro mortuo Dolorosæ Virgini Mariæ in nostro Tertio Ordine, & Ecclesia de Centurio, eo spiritus fervore inservire cępit, ut brevi in omnium admiratione esset, singulis quibusve diebus, nullis eam remorantibus temporum vel varietate, vel incommodis, ad Ecclesiam nostram D. Annunciatæ nudis pedibus accedebat itinere duorum circiter milliarium distantem à domo; quamvis aliquoties ex præcepto Confes-
E sarij, à cujus nutu, & ore pendebat, ab hujusmodi rigore abstinuerit, eò quod multoties accedentem eam aspexit cruentato itinere, præ asperitate viarum; quod ipsum ei sæpe etiam accidebat in assidua quæstuatione, quam pro Ara Dolorosæ Virginis exercebat. Bis in qualibet hebdomada jejunabat solo pane, & aqua contenta, cæteris verò diebus unâ tantum vice sub vespere cibo tenuissimo parcè reficiebatur; at in majori hebdomada à feria quinta usque ad Vesperas Sabbathi Sancti absque ullo prorsus cibo degebat. Adeò mitis erat, & humilis corde, ut neque injuriosis verbis, & factis lacessita commoveretur, nec alia verba responderet, quàm hæc injuriantibus, *Deus vos adjuvet, & illumi-*
F *net*, quin etiam non semel percussa, tantùm abfuit, ut irasceretur, & vindictam exposceret, quin potius & orationibus, & beneficijs, quibus poterat, persecutores adjuvabat, fovebat, quamvis ex nobili sanguine nata, & familiæ inclytæ de Franceschis conjuncta, cujus stirpis est D. Antonius Paulus Franceschi Liburni commorans, & ex qua, ut supra, plures D. Stephani Equites exorti sunt, ex quibus mortificationis suæ, invictæque patientiæ, ac humilitatis virtutes, clariores, ac mirabiliores evadunt. Orationi tam mentali, quàm vocali adeò constanter addicta erat, ut à primo mane usque ad Solis occasum jejuna in Ecclesia nostra permanens (exceptis diebus quæstuationi addictis) astus
G Dęmonis, variasque tentationes elusit; atque ut Orationi attentiùs vacaret, apud Altare Dolorosæ Virginis, industrijs proprijs magnificè (ut alibi diximus) exornatum, mansiunculam pro Sacristia extruxerat, ibique cęlestis contemplationis delicijs secretò fruebatur. Beneficia, & ornamenta, quæ in honorem B.M.V. in ejus Ara adauxit, existimantur valoris supra duorum millium aureorum, inter quæ lampas argentea ponderis quindecim librarum numeratur, ultra calicem, coronam, septemque gladios, septem Dolores Virginis innuentes, omnia ex solido argento concinnè ejusdem operâ elaborata; quare ex tot, tantisque beneficijs, & virtutibus clara vivit adhuc, vivetque in æternum ejus memo-
H ria apud Deum, & homines.

Ex invocatione autem Virginis Mariæ nostra illa in Ecclesia Centurij, nonnullas ex plurimis gratias, seu potius miracula Fidelium utilitati tùm spirituali, tùm corporali patrata referre lubet ad ejusdem Matris Virginis gloriam.

Primùm fit, quòd ex relatione P.M. Francisci de Franceschis ita accidisse fertur. Dominicus de Ortinola à Centurio navem suam ex Portu Genuensi solverat Corsicam versus, quando in medio itineris en sibi Barbarorum inimicorū occursus Capraiam inter, & Corsicam, quare terribili metu inopinatò nautæ omnes compulsi desertam navim reliquerant,

et

et ad littus appulsi celeriter se fugæ dederũt. Inter alias merces aderat in eadem deserta Navi quædam ferrea custodia, quæ Altari prædicto D. Annunciatæ inservire debuerat. Huic Sanctissimæ miserorum Advocatæ totum se, suaque cæpit commendare præfatus Domiolcus, quando invisibili virtute, & contra voluntatem Turcarum numero octo, qui navim occuparant, & ad eorum Patılam semigando prædam perducere tentabant, ad Corsicæ littus in portu Bastiæ perducta, imò potius impulsa navis fuit; onde Turcæ obstupefacti navem deserentes cum omnibus mercibus in ea existentibus turpissimæ fugæ se dederunt, ipso Dominico cæterisque, qui rem optimè noverunt, Magnæ Virgini Liberatrici humillimas egerunt gratias, appensamque tabellam pro accepto beneficio eidem Virgini dicarunt.

Navis à Turcarũ manibus Virginis ope liberata.

A B

Quantas verò gratias obtinuerit ab hac Sanctissima Operatrice miraculorum D. Andreas Franciscus Caraccioli Morsillensis in Indijs Occidentalibus eximius negotiator, nemo meliùs, quàm ipse noverit, qui in signum gratitudinis è Portu Velo, quò degebat, miræ artis, & magnitudinis argenteam lampadem valoris petiarum bis millium, & pro S. Eucharistia Ostensorium valoris petiarum mille, & quingentarum cum alijs valdè pretiosis donis voti exsolvendi gratiâ transmisit ejus Aræ offerenda in anathema beneficiorum quamplurium à B. Virgine de Centurio obtentorum.

Pretiosa dona pro diversis gratijs Virgini oblata.

Ea habitu qoque parvo Dolorosæ Reginæ gestantibus illum nova semper promanarunt beneficia, & præsidia singularia, inter quæ fuit illud, quod in se ipsum expertum fuisse fassus est Capitaneus quidam Petrus Antonius Cesarini ea Palasca Balagnę in eâdem Insula Corsicæ, adversus quem, cum plures inimici conspirassent, & eumdem in Dominica quæ dicitur Passionis, occidere statuissent, accidit ut idem Cesarini in præfata die Dominica habito parvo indutus accederet ad Ecclesiam, obi coniutatores hac occasione convenerant, & hoc pacto inito, ut alter ipsorum datâ operâ dictum Cesarini incitaret ad riaam, prout factum est, & dato signo, circuierunt eum inimici sclopibus armati, quos inter audacior quidam Bernardinus Clericus ex d. loco sclopom in eum direxit tribus plumbeis globulis armatum, illumque explodiens, globulos quidem emisit, sed neque ab illis, neque ab ignito pulvere aliqoid damni passus est Cesarinus, qui prodigiosum illud beneficium plenis buccis, & gratissimo corde publicavit ubiqoe, nec erga PP. nostros in tota Balagnæ Provincia fuit quisquam deinceps vel amantior, vel beneficentior.

Habitũ V. gestãs ab ictu sclopi fit immunis

C D

Testatus similiter est anno 1696. coram Parocho D. Petro Baptista Deodati Antonius Georgius q. Antonij Giovanni de Novella, addito quoque juramento, & tribus testibus, qualiter Victor Joannis de d. loco de Novella, cum ea morbo perdidisset omninò facultatem videndi, itaut cęcus penitus fieret, ad Beatissimam Gratiarum Virginem, quæ in Ecclesia nostra Servorum *di Belgodere* à Fidelibus adoratur, spei plenus accurrit, eidemque suum Juvencum voto obrulit, si ad pristinam lucem reverteretur: Dictu mirabile! vix emisso voto, statim, & in instanti lumen oculorum amissum recuperavit. Cùm verò votum exsolvere cuperet, quosdam è suis Cognatis rogavit, ut ad ligandum Juvencum, qui liberè in sylva pascebatur, auxiliũ ferrent. Rescivit hoc sui desiderium ejusdem loci Parochus, atque nimium suæ devotionis avarus eidem Victori multis verbis suasit, ut promissum votum non ad Ecclesiam Servorum, uti destinarat, sed ad Altare Beatissimę Virgini in sua Parochiali Ecclesia dicatum offerret, addens quòd ita exequendo, adhuc in conscientia securus foret; Assensit auctoritati Parochi simplex Victorius, novamque hanc deliberationem suæ Uxori, domum repetens, aperuit; cui datum, & acceptum consilium nequaquam placuit, utpotè quæ diceret, Ecclesiam PP. Servorum nullo modo fraudandam fore; at verò maritum in votum suum, nec sic dicendo, trahere potuit. Obdormivit itaque Victor illa nocte, sed ecce novum miraculum: mane facto, & antequam è lecto surgeret, iterum se cęcum esse persensit, doluitque vehementer; quare alta voce se mirum in modum dolebat à Parocho deceptum fuisse: Accurrit Uxor, & dolenti marito suasit, ut denuò ad Virginem Gratiarum, primum votum confirmans, recurreret; oravit, vovit, ingemuit, nec medium horulæ pertransijt, cum iterato prodigio lucem oculorum sublatam recuperavit, unde exsiliens, & laudans Deum, ac Liberatricem suam SS. Matrem, nullâ interpositâ morâ votum exsolvit.

Cęcus iteratò lumen oculorũ recipit.

Acciderat anno 1687. in tota Balagnæ Provincia deplorabilis adeò terræ siccitas, ut æneum Celum factum esse videretur. Ad Refugium afflictorum supplicabundus recurrit Populus Terræ S. Reparatæ, qoi segetes suas ante adustas, quàm maturas dolens aspiciebat, ac indicta solemni supplicatione, nudis pedibus tam masculi, quàm omnis ætatis fęminæ ad Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum *di Belgodere* processionaliter, & summa devotione itinere sex circiter milliarium accesserunt, opem Virginis in tanta necessitate imploraturi. Nec defuit supplicantibus Misericordiæ Mater: nam eâdem die hora 22. refrigerium aquæ fata regionis illius abundanter exaperta sunt, absque eo quod in alijs regionibus Insulæ vel gutta quidem una deplueret, admirantibus, & collaudantibus omnibus ineffabilem Gratiarum Matris benignitatem, quam gratitudinis causâ iterum venerabundi processionaliter adierunt.

Pluvia necessaria impetratur

Ut autem majori cum distinctione cæteta bene-

beneficia Beneficentissimæ Reginæ nostræ recolamus, ea maximè quæ nobis relata fuerunt per nostrũ P. Hilationem Mariam de Corsica Eremitam nostri Ordinis, & inter Conventuales appellatum Josephum Matiam Marchesi eximiæ pietatis, & industriæ virum ad augendam Religionis amplitudinem, ut alio in loco dicemus, sciendum est, quòd usque de anno 1694. dictus P. Joseph Matia Marchesi Prior ejuidem nostri Conventus Sanctissimæ Annunciatæ de Centurio devotioni, ac majori cultui B. M. V. Dolorosæ semper intentus, à quodam primi nominis sculptore Augustino Negri de Camulio Genuæ degente, fabrefieti curaverat, & ad perfectionem conduci Statuam ligneam ejusdem B. Virginis pro suæ Fillationis Ecclesia *di Belgodere*, eamque sic absolutam Artifici alteri consignaverat, ut inauraretur; quò tempore quoddam mirùm accidit in personam Jo: Antonij Vincitelli, de quo infrà.

Deautationis prædictæ opus inceptum die 29 Martij ad diem 14. Aprilis subsequentis absque ullo interstitio consummatum est, quod ad intelligentiam eorum, quæ sequuntur, inserviet; nam auditâ P. Marchesi Prior præfatus operis consummatione è Corsica solvit, & ad Genuæ portum appulit die prima Maij, ibique diversis nautis ex devotione ad recipiendam, & transportandam Statuam se offerentibus, utpotè qui tam sacro onere, propriæ navi à tempestatibus, & periculis incolumitatem afferre sperabant, Andreæ tandem Santoni ab Orchis de Centurio consignata fuit, & in ejusdem Navi deposita die 15. Maij 1695. ex Genuæ portu solvens die Dominica nonnisi die 19. ejusdem Mensis appulit ad littus Centurij non sine maximo beneficio ab eadem Virgine Sanctissima quasi pro mercede nauli obtento; nam die 16. ejusdem Mensis Maij, quæ fuit feria 2. in eisdem aquis Caprajam inter, & Gorgonam Insulas à Barbaris oppressa, & in captivitatem perducta fuerat una Christianorum navis, & insequenti feria quarta, quæ fuit 18 ejusdem Mensis Maij pariter à Turcis captiva ducta fuit altera navis, quæ Corsicæ oram petebar, cum interim nostra, quæ Dei Dolorosam Matrem in Statua sculptam vehebat, navis, quæque intermedia die, nempe 17. Maij feria tertia velitans per easdem Oras, in quibus tot prædas Turcæ reportarant, non solùm periculum, sed etiam metum omnem evitavit, nullum etenim omninò inimicum navigium aspexerunt, quare nonnisi specialissimo B. Virginis præsidio id esse tribuendum omnes existimarunt. Educta itaque è navi sacra Imago deposita fuit in rustico quodam ædificio secus littus Maris, cujus dominus erat Dominicus quidam Neapolioni, & inibi decenter custodita devotè a quadam nostri Ordinis Sorore Tertiaria ejusdem Dominici Germana, lampade quoque ante ipsam accensa toto eo tempore, quo translationi mox faciendæ necessaria pararentur.

Ab incursu piratarum liberatio

Adveniente verò die 4. Junij ejusdem anni præfata Sacrosancta Imago e custodia educta in cymba quadam locata fuit ad ascensum *Losari* in littore *di Belgodere* per spatium 50. circiter millliarium distans à Centurio, & in sero ejusdem diei 4. Junij monitus idem P. Marchesi se contulit ad dictum locum *di Belgodere*, ut ea disponeret, quæ ad opportunam solemnem processionem spectare poterant, utique ad littus prædictum spatio circiter sex milliarium faciendam.

Die autem 5. ejusdem Mensis Junij unà cũ populo, Patribus omnibus, & Parocho loci comitantibus, unà cum Confratribus Societatis S. Stephani; ex magna devotione commotis omnibus, P. idem Prior Marchesi illuc ad littus se contulit, ubi adhibitis Ecclesiasticis ceremoniis Imago benedicta ritè, ac publicè fuit, deinde in lætitiæ signum iteratis scloporum ictibus, acclamantibus populis, salutata, cunctisque singulatim est data facultas adorandi, osculandique Simulacrum illud benedictum, qua occasione pes illius dexter totus ex tenerrimis lachrymis Fidelium Madefactus apparuit, non sine contritione devotissima circumstantium.

Imago Virginis Dolorosæ translata cũ Pompa solemni.

Hisce peractis sacrum illud simulacrum impositum fuit super humeros sex ex fortioribus juvenibus, qui summa alacritate, quamvis essent ex primarijs loci familiis, onus illud sacrum sustollentes, duxerunt illud usque ad locum dictum *le Serene*, per tria circiter millia distantem *da Belgodere*; ibique iterum, iterumque scloporum explosione lætanter salutata, suscitavit populos illius Regionis, ut omnes obviam ad excipiendum Sacratissimum illud pignus exirent, pulsantibus ubique campanis, usquequo Sacra Imago in Ecclesia nostra, Divæ Mariæ Gratiarum titulo decorata, reposita foret, ut infra, concurrentibus etiam finitimis populis *d' Occhiatana*, & hanc solemnitatem quoque acclamantibus Patribus Reformatis Ordinis S. Francisci *Tuana*; inde populis *di Cattaro*, *di Rivellino*, *Capo allo pero*, *la Cannuccia*, alijsque exteris personis, quæ certarim se offerebant ad Sacrum illud onus portandum, ita ut undique confluerent fideles in honorem B. Virginis, quasi compensando sic ejus acerbissimos Dolores, quos in morte Filij passa fuit, cum universali populorum plausu, ac lætitia singulari.

Majus tamen, ac omninò tenerrimum devotionis pignus erga Magnam Dolorum Matrem protulerunt omnes cujusque sexus, & ætatis habitatores *di Belgodere*, cum pervenisset Imago Sacra ad quoddam Oratorium Divo Rocho dicatum per medietatem milliarij distans *da Belgodere*; ibi enim reliquus apparuit populus nudis pedibus, & lacrymantibus oculis Matrem Planctus venerando, eamque sacris precibus, hymnis, & laudibus comitando, spectaculum Cœlo dignum offerebant;

Laudes Mariæ dicatas.

rebant; ſed oh quot affectus ex corde promebant! A *O quàm pulchra eris in Cęlo Maria! quæ in Terra, ſola tua Imagine, peccatorum omnium corda ſic trahis, & conteris!* clamabant alij, *Gratias agamus Deo noſtro; laudemus, & glorificemus illum in ſæcula, qui dignatus eſt præ ſua pietate Regno huic Matrem ſuam ſeptem gladiis armatam ad æternam ſui cuſtodiam concedere, ac defenſam contra Tartareas poteſtates:* alij dicebant, *Ah Mater! Tu quæ refugium miſerorum es, unam ex tuis lacrymis nobis concede, quâ maculas animarum noſtrarum tergamus, & unum de tuis gladiis commoda nobis, quo in hora mortis inimicos noſtros, qui veniant perdere nos, fugare poſſimus.* Porrò res erat admiratione digna, quomodo B. Virgo Doloroſa cunctorum corda pietatis B ſuæ jaculo tam ſubito perfodiſset, ut omnes in dulciſſimas lacrymas effluerent. Innumerabiles deinde fueront ex utroque ſexu Fideles, qui parvo Virginis Doloroſæ Habitu indui voluerunt.

Quod autem in principio narrationis hujus innuimus, accidit die 7. Junij, quâ præfactus Jo. Antonius Vincintelli, *di Belgodere*, comparuit coram præfato P. Joſepho Maria Matchefi Priore, narravitque ei, qualiter eo tempore, quo idem P. Prior Genuam petebat ad Imaginem Sacram B.M.V. Corſicam aſportandam ipſe Jo. Antonius infirmitate oppreſſus, brevi ad extremum vitæ periculum redactus fuerat, unde à Medicis derelictus, omnibus humanis ſubſidijs erat deſtitutus, quando acceſsit ad eum Anna Filia q. C Lucij ejusdem cognata, flensque dixit ei, *Accipe, o Joannes Antoni, conſilium meum, & fac Votum Sanctiſſimæ Virgini, cujus Imaginem P. Joſeph Maria è Genua huc transferendam curat, & ſi te exaudierit, offer illi Juvencum ex pinguioribus, quos poſſides.* Verba hæc [referebat idem Joannes Antonius] non ex ore alicujus fęminæ, ſed ex ore Angeli mihi videbantur prolata, quare ſpe plenus erga SS. Dolorum Matrem, & conſolatione ſuperabundans, emiſi Votum, & ſtatim vires me recepiſſe cognovi, unde brevi recuperatâ corporis ſalute, ecce adſto hic ſanos, & vegetus pro ſatisfactione Voti. Videat P. V. utrum pro ſervitio Eccleſiæ animal oblatum D velit, an eius pretium. Agnoſco beneficiom, imò prodigium Amantiſſimæ Virginis Doloroſæ, cui me, totamque domum meam ad ejuſdem ſervitium in æternum offero.

Sanatio prodigioſa ad interceſſionem V. Dol.

Die octava, quæ fuit 12. Junii ſolemnitatis prædictæ, populus omnis *di Belgodere*, proceſſione facta, devotè progreſſus eſt ad noſtrā Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum, ut exercitijs conſuetis, quæ in honorem B. M. V. eius Dolores recolendo, ab Ordine noſtro fieri ſolent, aſſiſteret, qua occaſione idem P. Matchefi magis, magiſque ad ejuſdem Magnæ Matris devotionem eos inflammare conatus, verbis efficacibos oſtendens!, hanc Celorum Reginam ad eorum in rebus ſiniſtris defenſam

Solemnis proceſſio, & voti Virgini publicè factum.

armatam fore; ne ergo de eiuſdem validiſſima A Protectione quicquam dubitarent. Ad quæ reſponderunt Seniores Populi, ſe nequaquam à Majoribus ſuis, qui præſentem Eccleſiam in honorem Virginis erexerant, degeneres ulla ratione futuros; quare illum enixè precabantur, ut ad conſtruendam peculiarem Cappellam, in qua Glorioſa Imago perpetuò reſideret, ſe accingeret, expenſas omnes ad id neceſſarias ſe cum eleemoſynis recolligendis promptè collaturos, quod et factum eſt, uti ſuo loco dicendum erit.

Accidit eadem die 12. Julii, quòd juvenis quidam ætatis annorum 18. nomine Sixtus Laurenti præcipitantèr laxatis habenis equus curreret, cum verò ad locum, qui dicitur *Capo allo Pero* in medio curſus impetu perve- B niſſet, impegit equus in magnum quoddam ſaxum, ibique cadens, Sixtus miſerrimè caput in idem ſaxum percuſsit, adeo ut accurrentes quamplurimi mortuum penè exiſtimarunt; dein accedens Parochus unà cum Chirurgo D. Rogerio Orſini abſque uſu ſenſuum illum repereront, quare ſemimortuum in Feretro poſitum domum ſuam illum reportarunt, hac una voce concurrente peritorum, adeo fractum eſse caput, ut nonniſi per miraculum effugere mortem poſſet. Senſibus deſtitutus illa nocte totus permanſit; advenientè verò Solis ortu, pauliſper uſum exteriorum ſenſuum recuperaſſe animadvertens D. Simonia Ghilfucci, quâ meliori potuit ratione, ad aures infirmi inſinuavit, ut ad Matrem Dolo- C rum recurreret pro auxilio, eidemque Virgini, ſi ſanitatem recuperaret, juvencum ſe oblatum voveret; quod et fecit. Poſt quæ iterum ab eodem Chirurgo viſitatus et non abſque ſtupore repe tus fuit cum unica, & quidem parvula, carnis fractura in capite, ex quâ brevi nonniſi Virginis Doloroſæ præſidio, ac miraculo protinus convaluit, & votum exſolvit.

Caſus miraculosè innoxius.

Interim die 25. Julij ſubſequentis, inſtante meſſe triticea, P. Maichefi eleemoſynas pro nova conſtruenda Cappella in honorem Virginis unà cum alijs devotis aſsiduè quæritabat, jamque pro valore ſcutorum quinquaginta monetæ Romanæ triticum brevi manu congeſſerat, cum eodem die res accidit me- D moriâ non indigna. Pervenerat P. Marchefi cum Socijs ad domum cujuſdam publici Notarij D. Chriſtophori Bertanini viri non parum divitis, cujus Uxor ſatis addicta parſimoniæ, quamvis ſanguine conjuncta cum F. Joſeph Maria negavit ſe quidquam velle tribuere, eò quia [dicebat ipſa] Maria Virgo morabatur in Cœlis, & tritico ad comedendum non indigebat. Blandis verbis eleemoſynam eidem mulieri ſuadere ſtudebat P. Marchefi, ſed omninò abſque fructu, ita ut multum admirarentur Socij adeo tenacem mulieris obſtinationem, quæ non ſolùm eleemoſynam præbere renuebat, ſed etiam calumnioſa verba in eos impetere non ceſſabat. Sed ecce ad

Avara Mulier à Virgine convincitur.

prote-

protegendum in Servis suis Mariæ honorem, ultio Domini manifesta: Vix elapsâ horâ tres Juvenes non minus armis, quàm ardenti ita prædlti domum ejus ingressi, cognatum mulieris ad mortem quærentes, ingenti pavore cuncta replebant; Ex tunc intellexit Lucia quàm errasset in deneganda Eleemosina Servis Deiparæ, & mirum in modum contrita votum vovit eidem Virgini, se abundantiùs avaritiam suam cum duplicata largitione compensaturam. Voto facto juvenes illi temperatis odijs à domo, re infecta, recesserunt, ipsaque Lucia mox promissa adimplevit.

Et aliud prodigium accidit die 10. Aprilis anni subsequentis 1696. Dominicâ Passionis illo anno occurrente, in qua destinata fuerat solemnis in honorem B. M. V. Dolorosæ Processio pro prima vice post ejusdem in Insulam adventum. Maximus profectò fuit populorum concursus ex vicinis locis, omnesque summæ lætitiæ signa dabant, inter quæ tormentorum bellicorum incessanter explosio cunctas valles, & montes circumquaque resonabat; cùm verò quidam juvenis nomine Jo: Maria Mortini minorem sclopum exploderet, arundo ferrea vi pulveris tota disrupta plures ex circumstantibus procul dubio lædere debuisset, maximè cum ictus propè Statuam, ubi populi accursus major erat, accidisset, & tamen nec minimum cuipiam attulit damnum; quod ipsemet Joannes, qui prior offendi debuerat, peculiari Dolorosæ Virginis beneficio adscribens, eidem Virgini pro gratiarum actione præcipuam attulit eleemosynam ad constructionem Altaris.

Præservatio plurium ab evidenti periculo.

Quædam mulier nomine *Sacra* ex eodem loco *di Belgodere* ætatis annorum septuaginta circiter, Amita præfati P. Marchesi, auditis, occasione ejusdem Processionis, ictibus sclopoium, & à quadam vicina fœmina de adveniente Statua B. V. Dolorosæ admonita, quæ jamjam in ejusdem loci publica platea versabatur, cum in lecto ratione cujusdam infirmitatis pedum malè affecta moraretur, ex devotione commota, genibus, atque uti melius poterat, per terram reptans, eò se contulit, ubi aspectus Virginis illi pateret, illic non ordinaria in corde suo spe concepta, sanitatem ab illo morbo humiliter expostulavit; *O Mulier, magna est fides tua*? potuit de tali fœmina dici illud Salvatoris; nam vix facta petitione statim convaluit, & pedibus erecta, non amplius humi carpens, iter peregit; nec usquam in posterum ex illo impedimento in lecto decubuit.

Prodigiosa mulieris sanatio.

Eodem anno 1696. D. Christina Malaspina cùm ex gravi morbo in periculo Vitæ versaretur, adeò constanter in Virginis Dolorosæ præsidio spem reposuit, ut nullum in se naturale medicamentum adhiberi permiserit, sed tantùm oleo lampadis ejusdem Virginis inungi petierit, à quâ [uti sperabat] integram obtinuit sanitatem.

Oleo lampadis Virginis obtenta salus.

E Item alius quidam ejusdem loci *di Belgodere* nomine Nuntius Maria Malaspina ejusdem Christinæ, seu Chiartinæ ex Fratre Nepos, jacens in lecto, mortali oppressus infirmitate, ab eadem Amita sua admonitus, ut ipse quoque ad Infirmorum salutem, Mariam Virginem Dolorosam, fiducialiter recurreret, ut periculum mortis, in quo proximè versabatur, effugeret. Accepit infirmus Amitæ consilium, votoque facto, septem innocentes puellas ad exorandam pro se Dolorosæ Virginis Imaginem immisit; unde etiam brevî voti compos factus, in gratiarum actionem, eidem Virgini munera largiter obtulit.

Alter aliena oratione sanatur.

Die verò 10. Augusti ejusdem Anni cùm occasione solemnitatis nuptiarum plures ex primoribus *di Belgodere* Sponsam comitarentur nomine Joannam Bertanini, quæ Palascam ad domum Sponsi ducebatur, accidit, ut facta prius ab omnibus in Ecclesia nostra B. V. Dolorosæ peculiari adoratione, in egressu Ecclesiæ per plateam in signum lætitiæ plurimi sclopoium ictus exploderentur. Inter adstantes aderat etiam D. Clodoveus Malaspina Virginis Mariæ devotioni non parùm addictus, qui ejus Imaginis cultui, & Cappellæ ædificationi multum cooperatus fuerat; is, nescio quomodo, casu percussus in gutture ex plumbea glande statim ad Virginem in eâdem Ecclesia supplex confugit, & oleo lampadis inunctus, visibili porrò prodigio nihil omninò mali passus fuit, & gratitudinis ergo abundantiores exinde largitiones sospitatrici Virgini contulit.

In gutture percussus præservatur.

Mense autem Decembri subsequenti adeò frequentes imbres undequaque solum inundaverant, ut actum de segetibus illius anni timerent omnes loci illius incolæ; lacus omnia erant. Quamobrem ad afflictorum Matrem in tam gravi necessitate recurrendum esse decreto publico sancitum est, & in dicta solemnis supplicatio, in qua Imago sacrosancta vix per centum pedes extra portam nostræ Ecclesiæ deducta erat ad benedicendum agros, cum statim pluvia cessavit, denuòque decori Magnę Virginis Cęlum arrisit, facta serenitate, cum maximo populorum gaudio, & gratiarum actione.

Serenitas prodigiosè obtenta.

Anno verò 1697. de mense Januario gravi pleuritide oppressus, & à Medicis conclamatus jacebat in lecto Gregorius q. Francisci dictus *di Polidoro*; ab ipsomet Chirurgo, qui ejus curam gerebat, piè consultus, ut deficientibus humanis remedijs ad Matrem Dolorosam confugeret pro medicina. Libens accepit consilium, & facto voto offerendi equâ à se possessam Altaris ejusdem constructioni, statim convalescere cępit, ac brevî perfectam sanitatem consequutus, promissionem gratus adimplevit.

Pleuritide mortali ægrotus sanatur.

In loco satis prærupto, quo elapsis annis mulier quædam nomine Argenta Mancini cadens mortua fuerat, eumdem casum passus est Pancratius Marchesi germanus frater ejusdem

dem P. Joseph Mariæ, quique multum in constructione Cappellæ Virginis Dolorosæ fratrem suum adiuvabat. Ar verò in tanto periculo constitutus Mariam invocans ab omni damno immunis evasit; qua de re in beneficium ejusdem fabricæ, & ob memoriam obtentæ liberationis, equum trieunalem obtulit.

à Præcipitio devotus liberatur.

De mense Aprilis ejusdem Anni 1697. in quadam rixa sclopo igneo vulneratus remansit Petrus Malaspina *di Belgodere*, cumque plumbea glans unum ea ejus brachijs transverberasset, à Chirurgo eredita fuit plaga mortalis, unde ad impediendam putrefactionem Emplastis causticis usus est, quæ tantum efficaciæ corrosivæ habuerunt, ut unam è venis principalioribus corrosam disruperint, ea qua corrosione sanguis ita largiter effluere cœpit à media nocte usque ad auroram, ut omni spe vitæ remota, extremis Sacramentis celeriter munitus fuerit, cumque nullo remedio sanguinis fluxus cohiberi potuerit, de funere solùm cogitabatur. Eo potissimum tempore confortatus Infirmus ad sperandum auxilium à Beatissima Dolorum Matre Maria, fiducia plenus, equam suam fabricæ supradictæ Cappellę voto offerre promisit, si gratiam sanitatis acciperet. Via votum voverat, cum sanguinis fluxus cessare cępit, & identidem vires recipiens, perfectam demum salutem obtinuit, & gratus obtulit votum. Profectò simile beneficium à Virgine Dolorosa consecutus fuit Antohius Franciscus q. Simeonis *di Belgodere*, qui pari modo à plumbea glande percussus ad extremum vitæ pervenerat, & à duabus Amitis ad Virginis confidentiam excitatus, salutem obtinuit, & sanus ad gratias reddendas in Ecclesia nostra comparuit.

Fluxus sanguinis exuberans astringitur.

Maiori adnotatione dignum est quod sequitur. Quidam Clericus ætatis annorum circiter 16. in illa die, qua è navi educta S. Imago Beatissimæ Mariæ Virginis ad Ecclesiam solemniter deducta fuerat, nempè 5. Junij 1695. observaverat primus in via, quà S. Simulacrum pergebat, è quodam saxo valde tenuem aquæ rivulum emanare cæpisse, qui spatio aliquorum dierum leviter terram madefecerat, cumque id alijs indicasset, risu exceptus est; quippe qui dicerent, illud esse stillicidium vetus non novum, at ille in suo dicto magis constans, magis etiam deridebatur; donec ipsemet Clericus tonsurâ tantùm initiatus, nomine Petrus Paulus filius Josephi Marchesi *di Belgodere* de mense Octobri anni 1697. gravi morbo laborans, ad mortem properaret a Medicis proclamatus; tunc etenim enixè rogare cœpit Patrem suum, sæpiusque deprecari, ut illi ea aqua potus daretur, quæ ad adventum Virginis Dolorosæ manare cœperat; at verò Pater filium delirantem existimans, illius voluntati obtemperare non curabat, sed superveniente clara Medici protestatione, remedia humana nil amplius in filio posse jovare, tunc demum filio morienti morem gerere studuit; attamen ut probaret, an pura siris, aut potius devotio ad petendam aquam illum impelleret, iussit afferri non modicum vas testaceum aquâ plenum; at filius illam bibere renuit, dicendo, se non vas plenum sed pauculas aquæ guttas optare ea illo stillicidio, quod prodigiosè apparuit in adventu S. Imaginis Virginis Dolorosæ; ab hac se sperare salutem, sine hac certè se moriturum: his auditis Pater illicò puerum misit, qui ea indicato stillicidio parùm aquæ in vitreo vase afferret; attulit, & Petro Paulo obrulit, qui allato poculo, summoperè gestiens, illud quoque summa devotione exhaurit. Erat tunc hora diei 21. cum sumptâ aquâ cœpit aliquantulum requiescere, ita ut hora 22. insequenti notabilis apparuerit in infirmo mutatio in melius, & insequenti mane, non sine medicorum stupore, adeò viribus refectus apparuit, ut brevi dierum curriculo lectum, dimissus à morbo, reliquerit.

Rivulus aquæ prodigiosus.

His, & alijs prodigijs clarior ubique fama Virginis Dolorosæ longè lateque per totam Insulam diffusa est; quamobrem Ecclesia illa asylum infirmorum omnium facta est, ad quã, ut imploraretur Afflictorum Matris auxilium, accurrebant Cœci, Claudi, Leprosi, & ex omni morbo laborantes, ita ut viam, in qua stillicidium apparuerat, Piscinam probaticã Evangelij appellarent omnes. Qui verò coram accedere, gravi morbo præpediti, minimè poterant, ad hauriendam aquam mittebant, & ex ea multi salutem, plurimique consolationem consequebantur; quorum aliqui subinde enumerantur; omnium verò notitia ad Patres nostros pervenire minimè potuit, utpotè qui ab aqua prodigiosè manante non parum distant, attamen de aliquibus in scripris attestatur præfatus Pater Hilarion Eremita de visu, dum intra nostros Conventuales adesset ibibi de familia, et sunt sequentia.

Anno 1698. de Mense Februarij quædam mulier nomine Matessa q. Francisci Marchesi, consobrina dicti P. Joseph, cum esset ætatis annorum sexaginta circiter, tum præ varijs infirmitatibus, tùm prę grandæva ætate de die in diem visu adeò debilitabatur, ut omnimodæ cæcitati juxta peritorum sensum proxima esset, ea quo justissimo metu multũ dolens, ad Dei matrem, quæ miserorum præsidium est, effusis lachrymis confugit, & adhibita aqua supradicta, proculdubio non absque speciali gratia stitit debilitatio, nec ultra, uti cursu naturali debuerat, excrevit, atque ita cum usu mediocris visus tota ejus vita pertransiit usque ad annum ætatis circiter 66.

Cæcitatem impedit.

Pasqualinus Mortini *di Belgodere* annorum 15. ferè eodem tempore unà cum quodam milite nomine Salvatore Palasca ætatis annorum 55. graviter ambo infirmi ad Virginem Dolo-

à morbo inveterato, & à pleu-

ritide a- qua po- tu infir- mi libe- rantur.

Dolorosam recurrunt, & ex aqua supradicta bibentes primus à morbo inveterato, secundus à pleuritide liberantur, & pro gratiarum actione vota exsolvunt.

Asseruit etiam cum suo juramento Antonius Martinus Antonelli *de Zilia*, degens in loco dicto *Speloncato*, Chirurgiæ professionem exercens, qualiter mensibus elapsis ejus Uxor spatio trium mensium pestifera plaga laboraverat in mamilla dextera, nec totius artis, & medicamentorum à se ipso adhibitorum, præsidio, levamen ullum senserat, quin imò sævior plaga facta fuerat, & ferè incurabilis. At quia dictus Antonius Martinus Uxorem suam non modicum diligebat, nullum non lapidem movit, ut illa sanitatem recuperaret, sed frustra. Quamobrem alios in medicina Professores consulturus ad locum, qui dicitur *Alzajola* perrexit, ut aliquod potentius remedium exquireret. Mulier verò cum se solam vidisset, spe inflammata erga Dolorosam afflictorum Matrem, suppliciter eam invocavit, petiitque, quòd si ad animæ salutem expediret, eidem perfectam salutem restituere dignaretur; deindè aquâ ipsius ad se allatâ plagam diligenter, & devotè lavit. Cum verò serò factum esset rediens Maritus Antonelli læsam mamillam visitat, ac ultra quã naturaliter ullo modo sperari posset, aspiciens imminutam tumefactionem & calorem, interrogavit Uxorem quodnam, illo absente, medicamentum ulceri adhibuisset, ex quo tàm subita intervenisset mutatio: Illa verò recursum ad Virginem factum, aquam adhibitam, totamque rem sincerè Marito aperuit, qui tanta rei novitate obstupefactus exclamavit, *O verè prodigiosa Virgo! non aliter, quã è Cœlo hujusmodi gratia sperari profectò poterat.* Inde se continere non valens exiit è domo, omnibus auxilium tam potens à Virgine Dolorosa impetratum manifestans; Ex quo crevit in immensum erga Matrem Dolorum per vicinia devotio, ac non mirò post tam ipse Antonelli, quàm ejus Uxor ab omni jam molestiâ libera, pedites Ecclesiam nostram, ac SS. Virginis Dolorosæ Imaginem in ea existentem pro gratiarum actione visitandam susceperunt; ibique parvum ejus habitum ambo suscipientes, ingenuè protestati sunt, se illum perpetuò retenturos adeò charum, quasi pupillam oculorum suorum.

Mulier ab ulcere mammillarum sanatur.

Initio mensis Augusti ejusdem Anni 1698. homines aliquot è Plebania Vici [distat hic locus à nostro Conventu *di Belgodere* per milliaria 65. circiter] Ecclesiam nostram, & Sanctiss. Virginem visitare statuerant. Cum verò pervenissent ad locum dictum *all' Alzajola di Balagna*, à quodam eorum Cognato nomine Francisco Ucelletti ducti fuere ad Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum, ibique per manum P. Joseph Maria Marchesi Sacramenta pœnitentiæ, & Sanctiss. Eucharistiæ devotè receperunt omnes, uno excepto adolescentulo ætatis annorum 11. circiter, nomine Andreas, quem omninò surdum eò us-
E que adduxerant, ut Beatissimæ Virginis Dolorosæ opem pro eo implorarent, & de ejus aqua adbiberent. Quare Sacra Communione refecti, & fiduciâ repleti unà cum puero ad rivulum supradictum venerunt, quò loci magnus erat populi concursus ex utroque sexu Virorum, & fœminarum saxa portantium ad erigendum parvum Oratorium, tùm pro conservando prodigioso aquarum rivulo, tùm pro augenda erga B.V. Dolorosam populorũ devotione, depicta ibi parva Imagine ejusdem B.V. cum septem gladijs in pectore defixis. Coram igitur innumeris testibus supradictis Viri illi, qui puerum ducebant ante S. Imaginem, facta priùs brevi oratione præfatus Franciscus Ucelletti parum aquæ in vi-
F treo vase diligenter hausit, ac ministerio cujusdam tubi stannei immisit guttas aliquas in auriculas pueri, prosequens orationes suas. Vix horæ pars octava pertransierat, quando dictus Franciscus compressa Voce vocavit Andream, qui præter morem respondit, se esse promptum. Quo audito responso per Franciscum, & Socios exclamaverunt omnes, *miracolo, miracolo*, cunctisque, qui aderant, narraverunt nativum impedimentum pueri, & gratiam prodigiosam à B. Virgine Dolorosa mox obtentam ab eo, qui neque tormenti bellici jactum ante sentiebat. Multi multa puerum interrogabant, & quamvis quamplurimas rerum proprias significationes propter surditatem non didicisset, attamen, uti me-
G liùs poterat, interrogata se percepisse demõstrabat, stupentibus omnibus, ac pro tam insueto prodigio gratias Deo ac Dolorosæ Virgini plurimas agentes. Sub hæc Franciscus cum Socis unà cum puero, Ecclesiam nostram remearunt, & antequam ad eam pervenissent, per quinquaginta circiter passus nudis omninò pedibus, & genuis flexis ambulantes, ad liberatricem Dolorum Reginam omnes cum lachrymis, & precibus accesserunt adorantes; et ipsemet puer Sacramento pœnitentiæ, audiens; refectus est per eumdem P. Marchesi.

Puer à nativa surditate liberatur.

Quo impulsu verò tam longum iter præfati Viri suscepissent, narrabant iidem, illud eosdem movisse, quod mulier quædam regionis
H illius ex ulcere gangrænoso, quod eidem totum corroserat nasum, per Invocationem B. Virginis Dolorosæ, & aspersionem aquæ supradictæ liberata fuerat; ex quo evenerat, ut non solùm per totam Plebaniam Vici, sed etiam per cunctas regiones circumstantes devotio Virginis Dolorosæ, quæ in Ecclesia PP. Servorum *di Belgodere* colebatur, undique disseminaretur, & de Gratijs, & prodigijs ejus intercessione obtentis fama ubique loquebatur; ita ut adveniente die 8. Septembris ejusdem anni 1698. quo titulus nostræ Ecclesiæ S. Mariæ Gratiarum quotannis celebratur, adeò numerosus adfuit populorum concursus ex omnibus Provinciæ Balagnæ natio-

nationibus, ut constans omnium sententia fuerit, nusquam aliàs in toto Corsicæ Regno tantam ex utroque sexu multitudinem Fidelium in quacumque etiam celebriori festivitate, quanta comparuit in Ecclesia nostra ad venerandam Virginis Dolorosæ Sanctissimam Imaginem advenisse, & quòd mirabiliùs est, asportantibus singulis aliquam aquæ prædictæ portionem, aqua ipsa numquam defecit. At verò nullus alius hoc præstare poterat, nisi Regina nostra, quæ in ipso sui nomine Maris, inexsiccabiles gratiarum aquas præfigurat.

Aliud mirabile accidit de mense Octobris ejusdem anni 1698, in quo homines quidam ex Villa *di Novella* Plebis dictæ *Ostriconi* numero octo, armis stipati advenerunt, ut ex aqua prædicta haurirent. At verò cum rivulus undique circumseptus esset ab Infirmis, qui per ordinem accedebant ad aquam, nonnisi magnâ interpositâ morâ, se voti compotes fieri posse agnoscebant, quamobrem inito inter se consilio statuerunt vim adhibere: Itaque violenter arreptis misetis infirmis, qui sibi ad fontem adytum intercludebant, & longiùs illis abductis, ad aquas ipsimet approximarunt. Eo temporis instanti, quo vim faciebant, aderant propè fontem duo vasa testea aquis plena; at dum vitreo scypho haurire ex eis tentant; en aqua omnis subitò defecit, adeo ut aliqua velut spongia exsiccata penitus appareret. Obstupuere Viri illi ad tam inopinatum spectaculum, & confusione repleti expectabant ab hora diei sexta usque ad horam vigesimam, ut aqua flueret, sed cùm nullus appareret profluentis aquæ reditus, ad propria vacui, & afflicti revertuntur. Illis verò jam absentibus, & circa horam ejusdem diei 23. ecce subitò rivus effluere denuò cœpit tàm largiter, ut omnes illi infirmi consolationem abundè recipere potuerint; intelligentibus cunctis, quantum pijssimæ Misericordiæ Matri displicuisset actus ille inhumanus, & immisericors erga pauperes infirmos.

Aqua deficit ex aliquorum irreverentiâ.

B. Virgo immisericordes rejicit.

Longum profectò esset singulos enumerare, qui Virginis Dolorosæ intercessione à mortalibus, gravibusve infirmitatibus liberati sunt; quos inter eodem anno fuerunt Sacerdos D. Andreas Aldrovandi, Carolus Hieronymus filius Antonij Lovico, ambo de *Palasca*: Philippus q. Cæsaris Malaspina *di Belgodere*; plures Matres, quæ filiolos à Virgine protectos habitu ejusdem Virginis induerunt. Jo: Baptista q. Jo. Petri, Ambrosius Leoni, Jo: Maria Mortini, Andreas q. Claudij, Lucia q. Augustini, Francisca q. Cæsaris Malaspina, Cinthia Malaspina; Cinarchese Jacobi Viuntelli; Claudia Ignatij Aliotti; Soror Maria Lucia Allegri nostri Ordinis Tertiaria; alijque quamplures etiam à Spiritibus immundis coram SS. Imagine liberati sunt.

A diversis morbis, & à spiritibus immundis ope Virginis Dolor. plurimi liberantur.

Tria tamen prodigia specialiora reticere æquum non est ad consolationem Fidelium, qui præcipuè devotioni erga Dolorosam Matrem addicti sunt.

Petrus Joseph Mortini *di Belgodere* spiritualis filius ejusdem P. Marchesi asserebat, se prodigiosè a B. Virgine ab evidenti naufragio ereptum fuisse. Quæ res accidit tali modo: Causâ negotiorum suorum reperiebatur ipse navigans Petrus in sinu dicto *di Losari*; cumque ad proprium locum *di Belgodere* redire vellet, necesse fuit, ut aquas cujusdam fluminis dicto *Regino* pedester pertransiret; at in medio positus altiores aquas, quam priùs crediderat, agnoscens, animo corruit, ac præ nimio timore visûs exercitium quoque amisit; seque statim mortuum inevitabiliter credidit. Ad Virginem itaque recurrit, cujus parvum Dolorum Habitum è collo pendentem gerebat, &, o mirabile dictu! Raptus ab aquis spatio circiter 100. passuum, & semivivus extra sensus, ejectus fuit in littore, sed non parum distans ab aquis, ubi super arenam per notabile temporis spatium exanimis jacuit: ad usum verò sensuum redactus, ac parumper viribus receptis ad propria, ullo absque humano præsidio stupefactus pervenit; cumque rem attentiùs examinasset, reperissetque nullum viatorem omninò tunc temporis transivisse per illam viam, qui in tanto vitæ discrimine humanitùs auxilium illi periclitanti suppeditare potuisset, vel ipsummet extra aquam per tantam loci distantiam extraheret, prodigiosam omninò Virginis intercessione obtentam liberationem fuisse demiratus est, & eò magis ad prosequendam erga Dolores suos devotionem consuetam recitandi septies quotidie Pater, &c. Ave, &c. inflammatus est.

Ab evidenti naufragio liberatio.

Quidam homo è regione, quæ dicitur *di Caccia* valdè dives, cujus nomen justis de causis reticetur, cum esset ætatis annorum 30. jam integros septem annos adeò gravibus, & ferè intolerabilibus Arthritidis doloribus cruciabatur, ut toto eo tempore noctem nec quidem unicam à doloribus immunem expertus fuerit, nec ipsius lecti commoditate uti potuerit; nam si quandò in eo collocaretur, vel ad ictum unius quadrantis horæ gemens, & clamans ab adstantibus hinc removendus erat, & in quadam sede positus, ibi noctis reliquum dolens transigebat insomnis. Non deerant Medici, applicabantur remedia, sed omnia frustrà; imò ex his augebantur potius dolores. Expers itaque humani consilij ad Divinum se contulit; ac de mense Octobri ejusdem anni 1698. quocumque postposito incommodo, cui necessariò succumbere debuerat in itinere, statuit ad Virginem Dolorosam in Ecclesia nostra repositam se conferre, ut ejusdem opem imploraret. Itaque non sine maximo dolore illuc ductus in domo Petri Antonij Ghilfucci *di Belgodere* sibi sanguine conjuncti pernoctavit insomnis. Mane facto postridie pedester ad Ecclesiam pergère tentavit, & quamvis in parva distantia esset ab

Ab Arthritide sanatio.

Ecclesia, septies tamen per Viam quiescere coactus fuit à morbo, ac tandem in plateam Ecclesiæ perveniens, oportuit, ut in lapideo sedili supinus aliquantisper jaceret ad respirandum. Ecclesiam denique intrans ad pedes Sanctissimæ Imaginis supplex se consternit, ibique effusis lachrymis orans auxilium Cœleste imploravit: tum sacramentali Confessione penès d. P. Marchesi, ac Sacra Communione munitus, ad aquam prodigiosam se contulit, ibique in lachrymas solutus, ex ea parumper bibit, ac in sanctis orationibus usque ad horam vigesimam tertiam cum dimidia perseveravit. Post hæc non modicum viribus consortatum se persensit, ac ideò absque præsidio baculi, quem gerebat in manibus, ad eamdem domum præfati Ghilfucci cum summa membrorum libertate se contulit, ubi præ gaudio baculum ipsum in altum jaciens, omnibus de recuperata perfecta sanitate, exiliens, & laudans Deum, apertum exhibebat testimonium. Postera verò die post gratiarum peractam actionem ad propria sanus, salvusque reversus est.

Oculorũ visus ad tempus restitutum.

Anno verò *1699.* Joannes Quercioli *di Belgodere*, vir ætatis annorum 50. circiter, & valdè timens Deum suo Confessario P. Marchesi prædicto retulit, qualiter sæpè infra annum ad hospitium recipiebat in domo sua mendicum quemdam à nativitate cæcum omninò, & erat ætatis annorum circiter 45. qui cum audisset innumera miracula, quæ Deus operabatur ad intercessionem Virginis Dolorosæ, rogavit, ut ad fontem duceretur, ibique reiteratis vicibus aquâ illâ benedictâ oculos abluens, à cæcitate sanatus est; *ac tres integros dies lumine Cœli gavisus est*; quibus transactis ad probandum miraculum iterum cęcus factus est, proculdubio non sine speciali Dei Providentia, quæ salutem æternam temporali cęcitate securiorem illi reddere volebat.

Pluviã, & serenitatem à B. V. impetrãt populi.

Quoties denique populi Balagnæ, & Palaschæ vel pluvia tempore siccitatis, vel aeris serenitate, tempore tempestatum indigerent, toties interpellando Virginis auxilium favorabile rescriptum semper obtinuerunt postulantes. Inter alia verò memorabile fuit beneficium, quòd pientissima Virgo toti Balagnæ Provinciæ contulit anno 1697. de mense Aprili, in quo cum plures menses Cœlum æneum quodammodò factum nec guttam quidem aridæ terræ promitteret, ex quo segetes omnes ad siccitatem mutato colore tendebãt. Dolentes propterea populi *di Belgodere* solemnem supplicationem indixerunt, in qua Statuam Dolorosæ Virginis à Clero, & omnium Ordinum hominibus loci habitatoribus associatam, ad benedicendos agros adduxerunt. Vix imago Sacrosancta redierat ad Ecclesiam Serenissimo adhuc Cœlo, cum statim nubes apparuerunt, ac mox plures dies congruentem pluviam arva susceperunt, ita ut abundantia rerum omnium revixerit.

Magis autem magisque crescebat in dies E erga prodigiosam aquam populorum devotio, ad quam hauriendam, & pro salute diversarum infirmitatum propinandam, non tantùm finitimi populi, sed etiam longè absentes mittebant, inter quos anno 1700. de mense Septembri DD. Carolus de Maris Januensis Episcopus Bastiæ, pluresque ex Nobilibus Januensibus in notabili quantitate prædictam aquam asportandam curarunt, & salutem à varijs infirmitatibus eâ adhibitâ obtinuerunt.

Aqua prodigiosa per varia loca asportatur, & sanat.

Eodem quoque Anno 1700. ad umbilicum deducta fuit fabrica Cappellæ prædictæ in honorem B. M. V. erectæ, & undequaque perfecta, quare cùm de translatione Sanctissimæ imaginis Dolorosæ consuleretur inter F Deputatos, contigit, ut P. Joseph Maria toties memoratus, & ad augendam Dolorum Matris Gloriam semper intentus, insinuaret tam Patribus nostris, quàm primarijs hominibus ejusdem Communitatis *di Belgodere* in majus Virginis decus cessurum, si imago Dolorosæ Virginis in Ara Majore collocaretur, & adeò valuit ejus persuasio, ut quamvis occasione solemnis Jubilæi Anni, Pater ipse ad lucrandas indulgentias Romam petierit ibique ad Eremiticam vitam nostri Ordinis transierit, attamen electis à Communitate Populi duobus Viris, nimirum Nuntio Francisco Amici, & Pancratio Marchesi, ijs Authoribus assensit totus Populus, ut Imago Virginis in Ara Principe collocaretur, eo G insigni adjuncto ornamento, ut ei simile in tota illa Regione non appareat cum sex elaboratis arte mira columnis ex Oliva, & buxo, unaquæque altitudinis decem palmorũ, & numero 36. Angelis perfectæ figuræ sculptis in buxo portantibus in manibus vel instrumenta Passionis Dominicæ, vel parvum habitum Dolorum, vel ipsum cor Virginis: notabili quidem expensâ, eâque ex liberalibus, & spontaneis oblationibus Populi munificè redactâ. Altera verò Imago B. M. V. quæ prius in Ara majori colebatur, ad novã Cappellam cum integro suo ornamento translata est.

Nec cessavit Dolorosa Virgo nova beneficia conferre sibi devotis etiam post transla- H tionem, inter quos insigni prodigio subvènit Jacobo Vincintelli *di Belgodere*, qui eodem Anno de Mense Martio cum esset in quadam sua possessione loco dicto *Pietragrossa* à suis inimicis adorsus, & plumbea glande in medio pectoris percussus, dum manum dexteram invocando Virginis Dolorosæ ad pectus admoverat, fugâ se eripuit ab hostibus, & ad nostram Ecclesiam se contulit, ibique à parentibus recognitus, adinventus est absque ulla læsione pectoris cum glande plombea existente indusium lineum inter, & carnem, solis in pelle tantùm læsis duobus digitis ejusdem dexteræ, quam ad pectus extenderat. Unde prodigium, & ipse, & omnes

qui

qui aderant prædicantes, summas gratias egerunt Virgini Dolorosæ, quam paulò ante in eadem die ipse Jacobus veneratus fuerat.

Sacerdos quidam Terræ Palaschæ nomine D. Eusebius ætatis annorum 28. circiter à mortali oppressus infirmitate, omnique spe humana destitutus, ad Cœlorum Reginam, quæ Dolores suos ad nostra vota Æterno Patri offert, humiliter se convertit, voroque nuncupato celebrandi missam ad ejus Altare citò convaluit, & votum ante sacram ejus imaginem, Sacrificium peragendo, gratanter exsolvit.

Idem sanitatis beneficium obtinuerunt D. Magdalena, ejusque D. Conthoralis N. *della Croce*, qui ambo maligna febre oppressi à Medico conclamati fuerant, & in manu Sacerdotis pro extremis Sacramentis consignati, se humiliter ad patrocinium Dolorosæ Virginis commendarunt emisso voto, si convaluissent, è propria regione, quamvis remota, videlicet ex Terra *di Regno*, se pedestres ituros ad visitandam Sanctissimam Imaginem Virginis Dolorosæ *di Belgodere*. Voti compotes effecti, promissa ambo perfecerunt in Ecclesia nostra.

Anno verò 1704. de Mense Augusto ad supremum deductum fuit ornamentum Dolorosæ Virgini destinatum, assistente, & omne studium impendente præfato Pancratio Marchesi, qui eadem die, quâ perfectum est opus, mercedem à Deipara pro impenso servitio reportavit; ipsa etenim die sub serò cùm rediret domum ex accidenti oborta tiaâ, à quodam Juvene sibi sanguine conjuncto breviore scoplo tribus munito glandibus plumbeis appetitus; mirum! tres illæ glandes, quæ pectori directæ erant, ad pedes ejusdem Pancratij absque ulla noxa, obstupescentibus pluribus, qui aderant, ceciderunt, & juvenis aggressor adusta propria vestimenta à pulvere tormentario reportavit, acclamantibus omnibus *Miracolo, miracolo di Maria Vergine addolorata*. At ipsemet Pancratius agnoscens Virginis eximium beneficium, hostem ulnis amplectens, ob amorem suæ Liberatricis perpetuam ei pacem donavit etiam in scriptis.

Ab ipso introitu demum Imaginis Sanctissimæ ad hæc usque tempora quibuslibet diebus festis innumeri sunt fideles, qui ex longinquis etiam regionibus ad eam venerandam in Ecclesia nostra positam accedunt; multique energumeni à Dæmonibus ejusdem intercessione, & ad ejus aspectum liberantur.

Unum advertere, & admonere hic libet esse maximè Zelotypam Virginem de supradictæ aquæ custodiâ non convertenda utique in usus prophanos, maximè verò indignos ejusdem cultui, & si quandò talis abusus intervenerit, nec intentum effectum obtinuisse illum qui taliter abusus est, & in pœnam ipsemet fons profluere destitisse; caveant ergo loci habitatores, ne per incuriam tale,

A tantumque donum amittant.

Elapso Anno 1714. decorata fuit hæc Ecclesia S. Mariæ Gratiarum duabus insignibus Reliquijs, nempe ex ligno Sanctissimę Crucis, & ex osse S. P. nostri Philippi, ex donatione P. Joseph Maria Marchesi, hoc tempore P. Hilarionis Eremitæ, de qua constat authenticum instrumentum rogatum manu D. Jacobi Victorij Balducci Not. publ. & Cancellarij Civitatis veteris; & in ipso die, quo ad Ecclesiam pervenerunt, applicatæ Reliquiæ ad D. Cinthiam Malaspina Uxorem infirmam D. Antonij Jo. Marchesi mediante P. M. Placido Leoni ex nostris, quæ non solùm extremis munita fuerat Sacramentis, sed pro commendatione Animæ in manu Sacerdotis erat, & tamen statim convalescere visa fuit,

B uti in scriptis Natalis Marchesi, & Jacobus Philippus Casini Notarius publicus attestati sunt ad Gloriam Jesu Christi, & S. Patris nostri Philippi Benitij.

Hoc anno vitam commutavit cum morte Magni Nominis Rex Christianissimus Ludovicus XIV. Rex Galliæ, qui natus die 5. Septembris anni 1638. postquam militaribus suis expeditionibus toti Orbi terrori fuerat, brevi demum infirmitate correptus, die prima Mensis Septembris anni 1715. defunctus est. Huic Potentatus omnes magnificè parentarunt. Cui successit in Regno ex Filio prædefuncto Nepos quinquennis, Carolus, qui nomen assumpsit Ludovici XV. Natus erat anno 1710. die 15. Februarij. Donet illi Deus

C latitudinem cordis ad dilatandum suis in Regnis Ordinis nostri decorem, & devotionem B. M. Virginis Dolorosæ &c.

ANNOTATIONES IN CAP. I.

Omnia quæ hic narrantur ex Regesto Generali Romæ existente, & ex fida attestatione cum alijs scripturis, quæ in nostro Archivo Conventus Florentini asservantur, extracta sunt.

Confirmatur divisio Provinciarum in Germania. Virginis Dolorosæ plures Gratiæ. Similes ex invocatione B. Hieronymi dicti à S.

D *Angelo in Vado, & S. Philippi Benitij. Libri eduntur in lucem à nostris Religiosis. Ordines Studiorum. Honorifica pro B. Juliana, & nostro Ordine. Dieta abrogata redeunt.*

CAP. II.

Ad roborandam, ac perpetuis futuris temporibus magis, magisque stabiliendam divisionem factam in Germania duarum Provinciarum Ordinis nostri Tyrolensem nempe, atque Bohemicam, nil aliud requirebatur, quàm ejusdem confirmatio in scriptis tam P. Generalis, quà Cæsareæ Majestatis. Quamvis etenim ea de-

creto emanato in Capitulo Generali proximè præterito Romæ celebrato, consentiente Emin. Card. Corsini Ordinis Protectore, decreta formiter fuerit ejusmodi Provinciarum divisio, ac insuper d. P. Generalis eidem faciendę, ac exequendam omnem opportunum assensum pro sua parte præbuerit, ut ad annum proximè præteritum 1714. suprà innuimus, attamen super hoc usque modo nullum ediderat publicum documentum. Quare hoc anno 1715. instantibus PP. Germanis infrascriptas literas in forma probante expedivit.

Confirmatio Divisionis Provinciarũ in Germania.

Fr. Antonius Maria Castelli Mantuanus Sac. Theol. humilis Professor, S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, ac totius Ord. Servor. B.M.V. Prior Generalis.

Universis A. RR. PP. & FF. per Germaniam, cæteris quoque Ordin. nostri præsentes inspecturis salutem.

Cum anno 1690. in Capitulo Generali Romæ habito præsentibus, & approbantibus, unà cum reliquis totius Ordinis tribus vocalibus Germaniæ, decretum editum fuerit, dividendos Conventus Germaniæ in duas Provincias ob magnam earumdem inter se distantiam, quòd per Constitutionem Alexandri Papæ VIII. incipien. Militantis Ecclesiæ &c. *in forma specifica confirmatum fuit. Novissimè verò in Definitorio Provinciali ejusdem Germaniæ, Viennæ in Austria convocato Anno 1714. eadem divisio ad actum redacta fuerit, veluti insinuata à Capitulo Generali Anni 1633. assignato unicuique Provinciæ suo certo, & determinato Cõventuum numero; consequenter verò ad hoc Decretum Capitula duo, alterum Neo Castri in Bohemia in Conventu SS. Apostolorum Petri, & Pauli pro Provincia recens instituta, celebratum fuerit; in quo Provincialis, Socius, Definitor Generalis, cæteraque omnia, quæ in Capitulis Provincialibus fieri solent, integrè peracta. Alterum verò Viennæ Austriæ, in quo similes Electiones pro alia Provincia factæ sunt. Nos autem auctoritate Officij nostri, necnon Capituli Generalis Anni 1714. Decreta innixi, divisionem Conventuum Germaniæ dictã in duas Provincias, sicut & Capitulum illud Provinciale Neo-Castri coactum, unà cum omnibus Electionibus, cæterisque in eo peractis approbamus, rata habemus, & confirmamus: Volentes, ut in posterum in Germania duæ Provinciæ juribus inter se distinctę verè sint, & reputentur, cum omnibus prærogativis, & privilegijs, quæ alijs Ordinis nostri Provincijs competunt. Mandamus igitur in virtute Spiritus Sancti, & sub præcepto Obedientiæ omnibus Patribus, & Fratribus existentibus in Conventibus illis assignatis, & vocatis ad Capitulum Neo-Castri convocatum, necnon futuris temporibus ad illas adventuris, ut Provinciali ibi electo pareant, & obediant in omnibus, tamquam vero, legitimoque Pastori, & Provinciali suo, qui pro ipsis Pastorum Principi Jesu Christo rationem redditurus est. Cæte-*

Patentes Confirmationis divisionis Provinciarũ in Germania.

E *ris verò omnibus tum per Germaniam, tum per alias Ordinis nostri Provincias constitutis, ut eum, qui nunc regit, aliosque, qui deinde eosdem Conventus regere, & gubernare contigerit, veluti veros, legitimosque Ordinis nostri Provinciales re, & potestate tales habeant, & recognoscant: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

Dat. Romæ in Conventu nostro S. Marcelli die prima Martij 1715.

Fr. Antonius Maria Generalis.

Loco ✠ Sigilli

Fr. Sebastianus Tagnini P. Secr.

Reg. lib. pr. fol. 501.

Clementissimum verò assensum Cæsareæ Majestatis ad majorem hujus Provinciarum
F divisionis firmitatem, quamvis ab initio legitimè ac plenariè obtinuerint Patres Germani, Diploma tamen Cæsareum ante annum 1718. expeditum in scriptis minimè fuit; quare ad illum annum [vita comite] lectorem remittimus.

Neque hic omittendum est ex hujusmodi Provinciarum divisione plurima singulis divisis Conventibus novæ Provinciæ Bohemicæ potissimum beneficia provenere: Inter quæ hoc anno 1715. cum consensu & approbatione Celsissimi, ac Reverendissimi Ordinarij in Ecclesia S. Michaelis Archangeli Vetero Pragæ, & ad instantiam, & expensis prænobilium Coniugum D. Francisci Xaverij Hecher, & D. Margharitæ Teresæ Civium Pragensiũ
G instituta fuit pro Animabus Purgatorij præcipua quædam devotio, in qua singulis cujusque hebdomadæ ferijs secundis, aut [si festo fori, vel altera legitima causa impedimentum occurrat] die proximiore cum solemni expositione Venerabilis Sacramenti musicis Choris [celebratâ speciali Missâ pro Defunctis] quidam decantantur pijssimi affectus, ad solamen Animarum pœnantium aptissimi; post quos ipsemet Sacerdos, qui Missam celebravit, alta, & intelligibili voce Litanias, adiuvante populo, ac Orationes quasdam eum in finem aptissimè concinnatas recitando, Benedictione Venerabilis sacram terminat functionem, accurrentibus ad eam non modico numero Fidelibus populis.

H Dum hæc Germaniæ agerentur, accidit Bononiæ stupendum inter alia miraculum in persona D. Comitissæ Dianiræ Filiæ D. Comitis, & Senatoris Hieronymi Guastavillani Dolorosæ Virginis auxilio. Quæ res taliter evenisse refertur: Cum esset præfata D. Dianira ætatis annorum 14; in Venerabili Monasterio S. Ursulæ, dicto *di S. Leonardo*, ejusdem Civitatis educanda morabatur in custodia Religiosissimarum Monialium illarum, subitò oppressit illam febris quædam vehementior, ex qua successit intimus, ac ferè intolerabilis in pectore dolor à latere dextro pleuritidis indicans affectionem, & respirationem non modicè impediens, cum quodam violento motu

Gratia specialis prodigiosa ex intercessione B. M. V. Dolor.

motu thoracis, à quo postea Tormina, & Universales convulsiones eamdem per singula membra torquentes atrociter augebant, quare crescente in dies tantorum malorum violentià proximè moritura credebatur. Tot inter angustias deficientibus humanis auxiliis, ad Matrem Dolorum humiliter confugit, atque ut ipsius assistentiam sibi meliùs conciliare valerat obsequiis, Sacrum Dolorum habitum induere decrevit. At verò ut amplioris meriti digna redderetur, hanc animi sui piam deliberationem aperiens Genitori, ejus assensum exquisivit. Ingemuit ad tale spectaculum Pater erga Filiam amantissimus, illam tam viribus destitutam, tantisque doloribus oppressam aspiciens, & audita filiæ pia deliberatione, plenissimam facultatem eamdem exequendi illi benignissimè indulsit. Ut autem commodior esset executio voti procuravit Pater, ut ad domum paternam in sella gestatoria Filia duceretur, uti factum est de mense Augusto præsentis Anni 1715. sed heu! vix è Monasterio domi paternæ repositam, vehementiores illam opprimere cœperunt dolores, & convulsiones, ita ut omni naturali corporis motui, viribus omnibus destituta, appareret inhabilis. Profectò Celotum Regina differebat infirmæ consolationem, ut mirabiliorem conferret sanationem. Interim Ipsius Noverca Comitilla de Bolognettis, ut Filiæ morem gereret, P. Cæsarem Masina Ordinis nostri Sacerdotem, & Congregationis Dolorum B. M. V. in Ecclesia nostra Servorum ejusdem Civitatis erectæ Correctorem attentissimum accersiri fecit, ab eoque Sacro habitu ejusdem Virginis indui filiam, & in eadem Societate describi curavit die 18. Augusti 1715. Dominica decima recurrente post Pentecosten. Antequam Sacro Habitu vestiretur, audiebat intra se Dianira repetitas quasdam voces, quæ ita loqui videbantur ad cor: *Dianira plurium Sanctorum opem variis exercitiis sacris expetiisti; sed hanc gratiam sanitatis, quam tantopere exoptas, à me sola scias tibi fore largiendam;* Et erant adeò efficaces hæ locutiones internæ, ut cor ejus vehementer accenderent, & ad implendum votum impellerent, omnemque moram gravem redderent, donec, ut dictum est, habitu sacro indueretur, quem fusti[?]n ac devota suscepit, eodem instanti solutam omninò se sensit ab iis ligaminibus, quæ ratione pestiferi humoris eidem motum non solùm, sed etiam in pedibus quamlibet subsistentiam impediebant. Quamobrem prodigium advertens è loco, in quo sedebat, astutum surrexit, & libero gressu cœpit incedere per domum obstupescente præ rei novitate ipsamet ancilla, quæ paulò ante, ut proprias vestes acciperet, eidem adjumento fuerat. Quin etiam ad majorem obtentæ Sanitatis miraculosæ probationem ex proprio cubiculo ad aliud distans, in quo prædicta Noverca Bolognetti febri laborans detinebatur jacens, festina perrexit, ibique Gratiam à Virgine Dolorosa obtentam enarrans, ambo glorificaverunt Deum, ejusque Sanctissimam Genitricem Infirmorum veram salutem; nec ampliùs ab illo morbo D. Dianira nec minimam quidem ampliùs infestationem, damnumve persensit.

Ut autem adeò manifesti prodigii memoria numquam periret, & B. M. V. Dolorosæ Cultus magis, magisque in dies augeretur, à Patribus nostris Servorum coram Emin. Bōcompagni Archiepiscopo Bononiensi, ejusque D. Vicario Generali postulatum fuit, ut servatis de jure servandis solemnitatibus, tota rei series legitimè deduceretur in Actis, & probatis probandis super existentia, & veritate prodigii processus, & sententia formarentur, prout debitis terminis intermediis ritè postea factum est; talisque demum emanavit sententia, quæ B. Virgini decorem addit.

Christi Nomine invocato.

NOs *Abbas Stephanus Cristiani Nobilis Fabrianensis J.U.D. Protbonotarius Apostolicus Emin. & Reverendiss. D. Jacobi Miseratione Divina Tituli S. Mariæ in Via S. Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Card. Boncompagni Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopi Bononiæ, & S. Rom. Imperij Principis, ejusque Curiæ Archiepiscopalis in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis.*

Sententia declarationis miraculi supradicti.

Auditis Gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cujus Martyrium tàm in Simeonis Prophetia, quàm in ipsa Dominicæ Passionis Historia commendatur clementissimæ pietatis effectibus erga illos, qui hujusmodi Mysterium venerantur, & colunt, atque ejus Cultum ampliare studentes, necnon sincera erga eamdem Augustissimam Angelorum Reginam Virginem Dolorosissimam, cujus sacratissimam Animam in hora Dominicæ Passionis Doloris gladius pertransivit, devotione incitati, exemplaetiā Emin. & Reverendiss. Dom. Cardinalis Archiepiscopi, ad cujus preces Officium proprium, & Missa respectivè Beatissimæ Virginis Mariæ septem Dolorum S. Rit. Congregatio celebrari, & recitari indulsit in hac Civitate, & Diœcesi usque à die 14. Decembris 1715. Necnon visis Instantiis, & replicatis supplicationibus RR. PP. Conventus B. M. V. Servorum super declaratione, & publicatione Miraculi ab eadem B. M. V. Septem Dolorum patrati, videlicet sanationis instantaneæ nobilissimæ Puellæ Dianiræ de Vastavillanis. Visis etiam Informationibus Juridicis de mandato Emin. & Reverendiss. D. Cardinalis Archiepiscopi sumptis per A. R. P. D. Franciscum Aloysium Barelli Clericum Regularem Congregationis S. Pauli, Sanctiss. Inquisitionis Consultorem, & hujus Metropolitanæ Ecclesiæ S. Petri Pœnitentiarium, specialiter ad prædicta deputatum, & in Processu servatis servandis legitimè efformata per Acta infrascripti Curiæ nostræ Notarii abundè sedactis. Visis insuper depositionibus Testium formiter examinatorum, necnon jurata depositione

tione

tione b. m. Francisci Simeoni Doctoris Physici, & Lectoris publici, ac Medici Curantis supradictam D. Dianiram, aliisque Visis videndis, & consideratis considerandis. De voto etiam Reverendissimorum Theologorum in scriptis, & in voce de quibus in Actis.

Christi nomine repetito. Dicimus, decernimus, & declaramus Nobis, & Curiæ nostræ constitisse, & constare, quod Illustrissima Com. D. Dianira filia Illustriss. D. Com. Senatoris Hieronymi de Vastavillanis Virgo Bononiensis graviter infirma, sanata fuerit instantanee, & miraculosè die 18. Mensis Augusti Anni 1715. quæ erat Dominica decima post Pentecosten à diuturna nervorum attractione, paralysi nuncupata, quâ in cruribus præsertim laborabat, eo nimirùm ipso temporis momento, quo Habitû nigrum, & Benedictum de B. V. M. 7. Dolorum induit per intercessionem ejusdem B. M. V. quam dicta D. Dianira enixè invocaverat in sui Liberatricem, Voto etiam perantea emisso, ut in Actis &c. proindè dicimus, decernimus, & declaramus præmissam instantaneam sanationem, ad quam Natura, vel Ars Medica, adhibitis etiam remedijs extrinsecis, nullatenus pervenire valuisset, Miraculo tertij generis, præter naturam scilicet, adscribendum fore, & esse, eumdemque publicari posse decernimus, & declaramus factum ex Gratia ejusdem B. V. septem Dolorum ratione invocationis, & voti per prius emissi erga Beatissimam Virginem prædictam in Ecclesia eorumdem RR. PP. S. Mariæ Servorum existentem, per præfatam D. Dianiram de Vastavillanis, & prout latiùs continetur in Processu, & Actis infrascripti nostri Notarij, ad quæ &c. & ita in honorem ejusdem Dolorosissimæ V. M. Septem Dolorum dicimus, decernimus, declaramus, & publicari posse mandamus, non solùm &c. sed & omni &c.

Ita est Stephanus Cristianus Vic. Gen. &c.

Ex Actis, & Rogitibus mei Hieronymi de Monarijs Civis, & Notarij Bonon. & in Curia Archiepiscopali Actuarij. In quorum fidem hic me subscripsi, & subsignavi requisitus, &c.

Post obtentam verò tam Insignem Gratiam D. Philippus Guastavillanus Frater ejusdem D. Dianiræ Vir pietate, ac eruditione clarus, ut Matri Dolorosæ gratiarum vicem rependens hoc in ejus laudem Epigramma composuit, publicavitque.

A. M. V. G.

Puellæ graviter ægrotanti Angelorum Regina sanitatem mirabiliter reddit.

EPIGRAMMA.

Torquebant febris macies, mala plura Puellam,
Spesque sibi prima nulla salutis erat.
Matrem [quæ colitur septeno afflicta Dolore]
Conspicit, & verbis sic animosa vovet.
Inclyta Virgo, Tuos celebrabo in Veste Dolores,
Si valeam, sacro vellere membra tegam.
Annuit alma Parens voto miserata Precantis,
Et vires, morbi quas rapuere, dedit.
E *Quisquis es, accedas Animæ, vel corporis æger;*
Confert apta tuis Pharmaca Virgo malis.
Aspice, septenos gaudens amplectitur Enses,
Ut sua fiant nobis vulnera certa salus.

Philippus Guastavillanus Frater pro gratiarum actione.

Non minus mirabilis est Gratia, quam à Beneficentissima Virgine in utilitatem Animæ, & corporis consecuta fuit; & hoc anno 1715. deposuit, addito juramento, in scriptis ad instantiam P. Hilarionis Mariæ Eremitæ nostri Ordinis in Eremo S. Mariæ Montis Urbani, quædam mulier nomine Francisca Filia q. Ludovici Gatti de Terra Tulphæ. Hæc diu à Juvene quodam vitæ dissolutę, & audaci nimis tentata modis omnibus ad turpia; utpotè quæ erat erga Dolores Virginis F multum devota, semper Intrepida restitit. Addidit procax Juvenis ad promissa etiam minas atrocissimas; quibus nihil exterrita mulier, parata potius mori, quàm fœdari. At verò cum sæpe ingeminatas impij Viri molestias diù se ferre non posse dubitaret, ut castitatē illæsam servaret, laqueo sibi vitam adimere meditabatur. Dum hæc afflictissima corde secum volutaret, ad Dolorosissimam Matrem confugere non desistebat, donec quodam festo [quod accidit die 22. Martij] prima noctis hora, cùm descendisset Francisca in Cellam vinariam, quæ à propria habitatione nō procul distabat, ibique ad ejusdem Cellæ portam aliquantulum fessa sedisset, aspiciens intrò, vidit in ea absconditum præfatum Ju- G venem, qui ut erat à misera passione obcæcatus, iteravit molestias, ingeminavit minas, & ferro nudo armatus vel vitam, vel consensum exquirebat. Quid ageret infelix fœmina omni prorsus humano auxilio destituta et solitaria? Nec fugæ, nec ullus defensioni aditus patebat, unde naufragium castitati jamjam imminebat, nisi è Cœlo præsidium advenisset: Nam Beatissima Virgo, quæ fidelem servam suis Doloribus quotidie compatientem, in tali angustia non deserebat, aspectu venerandæ Matronæ comparuit in illo loco, & cum dexteram Mulieris manum apprehendisset,,, *Siste hic Francisca, ait*; deinde majori imperio ad Juvenem conversa subjunxit,,, *et Tu, o audax, ne te loco movere* H *audeas*. Erat ibi intermedius puteus in Cella, ac dum Matrona illa verba supradicta proferret, auditus est strepitus in fundo putei, crediturque fuisse gladius ille, quo Juvenis prope puteum stans, mortem fœminæ ni consentiret, minabatur, & ex nimio pavore de manu impij ceciderit in aquas. Tunc Regina Cœlorum eamdem Franciscam ad propriam habitationem manu reduxit, ibique disparuit, humillimas gratias agente Francisca tam Amantissimæ Dominæ suæ, quæ tam prodigiosè à corporis, & animæ periculo imminenti liberaverat famulam suam omni humano destitutam auxilio. Quis crederet? nec aperto miraculo sanatus est furor Juvenis

Gratia altera ex invocatione Virginis Dolor.

aman-

amantis, imò melius amentis. Nam conquisita arte, transactis circiter quinque diebus, A aditum sibi de nocte in domum Franciscæ procuravit, eo tempore, quo eadem in lecto cum Filiolo suo quiescebat, & accedens audacter ad lectum, eidem ferrum nudum porrexit, & ait, *vel te ipsam jugula hoc gladio, vel cupiditati meæ consentias necesse est*. Undique angustiæ, & in illa perturbatione jamjam extenderat manum, ut à Teotatore [sive is esset Juvenis amans, sive Dæmon sub ejus specie] ferrum, quo se jugularet, acciperet. Eo repetitum miraculum. Iterum apparuit in loco Beatissima Virgo, eo habitu induta, quem gestare solent PP. nostri Eremitæ Montis Senarij, & Montis Urbani, ac minaci voce, *Siste demum Tentator, nec amplius ad inquietandam famulam meam accedere audeas*. Et B reverà cessarunt exinde molestiæ omnes. At eodem tempore B. Virgo novo favore Franciscam consolata est; nam antequam omninò disparer, *tene* [inquit] *constanter, nec unquam dimittas quod præ manibus habes*, multaque alia subdidit piissima documenta ad profectum animæ, nec amplius comparuit. Eodem temporis momento Francisca parvum habitum Dolorum in manibus adinvenit, quem semper gestare consueverat. Integram rei totius narrationem addito Crucis signo de Commissione Franciscæ ejusdem, quæ literas formare non noverat, in scriptis exaravit pius Sacerdos D. Petrus Lauditij Cathedralis ejusdem Terræ Tulphæ Canonicus adhibitis, C & præsentibus duobus testibus Presbytero D. Laurentio Bonini pariter Canonico, & honesto Viro Joseph Ararani Clerico Ecclesiæ Collegiatæ S. Egidij.

B. Hieronymi intercessione Mulier à fluxu sanguinis, & à morte liberatur.

Ex invocatione quoque B. Hieronymi ab Oppido S. Angeli in Vado nostri Ordinis hoc, & in proximè præterito anno plures obtentæ gratiæ enumerantur. Nam de Mense Decembri in d. Oppido, hodie Civitate nuncupata S. Angeli in Vado, reperiebatur mulier quædam, nomine Agnes Meriggiola, Uxor Joseph Sensi, quæ doloribus oppressa vehementioribus fluxu quoque sanguinis adeò immoderatè laborabat, ut viribus destituta, declamata fuerit à Medicis; qua de re sub quintam noctis horam sacrâ Synai, per modum extremi viatici, refecta fuit à Parocho, D ac paulò post eidem mox moriturae extrema quoque parabatur unctio sacra. In hoc miserrimo statu, cùm adesset ad eam invisendam Jo. Baptista Meriggiola ipsius Genitor, qui pietate motus morienti Filiæ suasit, ut ad B. Hieronymum supplex pro salute corporis obtinenda recurreret; quòd statim, & ipsa devotissimè, ac in ipso temporis momento morbi notabilem allevationem in seipsa experta est, ac non multos post dies ab omni languore liberata est, & antiquis refecta viribus ad Ecclesiam nostram pro gratiarum actione lætæ perrexit, ut ex fideli prædicti ejus Patris Jo. Baptistæ relatione Patribus nostris innotuit.

Altera gratia obtenta ex invocatione B. Hieronymi.

Qui Jo. Baptista Meriggiola narravit pariter in seipso elapsis annis expertum fuisse auxilium ejusdem B. Hieronymi. Quæ res ita contigit. Pluribus afflictus indispositionibus, & per longum tempus jacebat ut plurimum in lecto; & quamvis plures medicos consuluisset, à nullo tamen vel species, vel radix morborum agnoscebatur, adeò inquietus, ut nec die, nec noctu quiescere posset, quin etiam crescente pectoris ægritudine ferè omni respiratione destitui videbatur, spem omnem recuperandæ sanitatis amiserat. Adveniente verò solemni die Ascensionis Domini nostri Jesu Christi non sine magna difficultate ad visitandam Ecclesiam nostram in dicta Civitate positam accessit, eum comitante D. Joseph Tontini d. loci Sacerdote. Aderat illa die expositum in præfata nostra Ecclesia Corpus B. Hieronymi, ut moris est, ad excitandam erga Beatum devotionem Fidelium. At quia prædicta corporis expositio fit in angulo quodam Ecclesiæ remoto, hinc præfatus Jo. Baptista partim ex vi morbi distractus, partim ex loci distantia, nullatenus advertit ad Beati Corpus, ac per consequens ipsius Patrocinium minimè invocavit. Egressus autem è Templo, cum de eodem Beato mentionem fecisset Socius, tunc Io. Baptista inadvertentiam propriam culpavit, eumdemque Presbyterum enixè rogavit, ut illi regressum ad Ecclesiam permitteret; quòd et lubens assensit Socius, unàque simul ad Ecclesiam reversi, ad visitandum Beati Corpus propè accesserunt. Ibi verò Jo. Baptista preces ingeminavit, humiliter Beatum exorans, ut sibi à Deo sanitatem impetraret. Unico autem temporis momento sibi visum est auferri à toto corpore quoddam veluti velamẽ, & ictu oculi se undequaque à languoribus suis liberum persensit; quare lætitiâ gestiens obtentam salutem socio suo enarravit, & Beato gratias humiliter egit.

Anno quoque proximè elapso in duobus ejus filijs narrabat idem Jo: Baptista Meriggiola se Beati patrocinium expertum fuisse prorsus singulare.

A Pleuritide B. Hieronymus sanat.

Primus fuit D. Innocentius Meriggiola Sacerdos, cui cum incumberet cura providendi pro sua Ecclesia Oleum Sanctum, quod annis singulis renovari solet, feriâ quartâ majoris hebdomadæ se transtulit ad locum, qui dicitur *Cagli* diæcesis Urbinatensis, quo in itinere non parum laborans, pleuritidis morbum in se contraxit, à quo malè vexatus, eò devenit, ut desperata salute extremis Sacramentis jamjam moriturus refectus fuerit. Pater ejus Jo: Baptista pluries memoratus, de Filij salute solicitus, ad invocationem B. Hieronymi supplex pro eo recurrit; nec mora; præter omnium expectationem subitò Filius ex tam gravi morbo levamentum notabile expertus fuit, deinde brevi tempore ex omni penitùs infirmitate convaluit. Alter fuit ejusdem Jo. Baptistæ Filius nomine Angelus Seraphi-

raphinus Merigglola, qui fortuitò cadens ex arbore procera ex improviso mortuus erat. Magnus profectò Patris dolor intimus ex tā acerbo casu fuit, qui cum summoperè diligebat; atqui cum ejus amor ordinatus esset, major omninò Genitoris pectus angebat cura de salute Animæ ipsius filij, quippe qui nullo potuerat in morte vel sacramento, vel auxilio adjuvari. Ut verò dolorem tàm anxium leniret, intercessorem invocavit B. Hieronymum ad hoc ut dignaretur eidem Jo: Baptistę revelare, quo in statu Anima Filij post mortem degeret. In sequenti nocte apparuit in somnis ipsemet filius Patri suo, eique aperuit se ad pœnas Purgatorij pro integro anno addictum à Divina Justitia fuisse; tribus autem primis à puncto mortis diebus adeò atroces pœnas sustinuisse, ut nullis alijs pęnis, quæ in mentem hominum cadere possint æquandæ sint; & his dictis disparuit. Quamobrem expergefactus à somno Genitor inenarrabili lętitia replerus, Benefactori suo B. Hieronymo summas egit gratias, ac pro defuncto filio preces apud Deum ingeminavit.

Spiritualis gratia obtēta per B. Hieronymum.

Non prius hoc anno 1715., ac die 20. Aprilis in scriptis testatam dedit miraculosam qnaiudam sanationem, imò duplicem gratiam obtentam ex intercessione S. P. Philippi, Doctor utriusque legis D. Franciscus Ignatius publicus Consilij Regiminis Tiphernatis Auctoritate Apostolica Notarius, cujus attestationis latino in Idiomate redactæ tenor talis est.

Duplicata Gratia ex invocatione S. Philip.

In Dei nomine Amen. Fit fides pet me Infrascriptum, qualiter veritas est, quòd de Mense Februarij anni 1695. pulmonis exulceratione cum febre acuta ægroravit Victoria filia mea annorum 14. usque adeò ut quadam nocte à Medicis desperata nullatenus usque ad mane supervivere posse crederetur. Quare statuta fuit supplicatio ad Sanctos Domus nostræ Tutelares, & præcipuè ad S. Philippum Benizzi, cujus ex assiduitate gratiarum evidens experimur patrocinium. Ad ipsum itaque recurrendum esse decrevimus, accito A. R. P. Fr. Anselmo Sabbatini, qui dignaretur secum afferre ejusdem Sancti Reliquiam consistentem in quadam parte Collulæ, quo pretioso Thesauro ipsemet P. Conventum suum, & Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum ditaverat, quòd ipse rectè noveram, ex eo quia rogatus extendi in juridicam formam modum acquisitionis ejusdem Reliquiæ, & facultatem eamdem publicæ venerationi à DD. Episcopo Sebastiani jampridem obtentam. Accessit ergo P. Anselmus ad Infirmam cum præfata Reliquia, & præmissis precibus consuetis, illam infirmæ osculandam tradidit, & cum eadem illam benedixit signo Crucis adhibiio. Cumque d. P. Anselmum usque ad portam domus associassem, immediatè ad lectum Infirmę redij, quæ plena gaudio non interrogata statim mihi dixit „ *Eja Pater jam convalui per intercessionem eximij nostri Protectoris S. Philippi Benizzi*. Obstupui; sed meliùs hoc dictum comprobavit filia factis se perfectè sanam; cœnavit enim, & dormivit usque manè, in quo cùm advenisset Medicus D. Carolus Ranieri, cumque ei obviam issem, et *quid agitur?* ait ille; *accedat D. Doctor*, illi reposui; *& videbit in quo statu filia mea reperiatur*; At ille, memor in quo infelici rerum statu præterita die reliquerit infirmā, adiunxit, *forsitan mortua est?* ad quæ nihil reponens, ipse manu illum duxi ad cubiculum, in quo jacebat infirma; quam cum hilarem, vivacemque aspexisset; *et quid* [obstupefactus ait] *quid hoc est D. Victoria? quomodo se gerit! Optimè* [reposuit illa] *Gratiâ Dei, & S.P. Philippi Benizzi intercessione, ab omni malo sum libera*. At ille non adhuc perfectè credens, pulsum tentavit, illumque in suo temperatissimo motu reperiens, *Miraculum*, exclamavit, *Divi Philippi procul dubio Gratia hæc est*; vidensque tam prodigiosè terminatam Infirmæ curam, abijt D. Ranieri. Tempore autem debito domestici nos omnes unâ cum filia Victoria Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum adivimus, ibique secundum nostri spiritus imbecillitatem humiliter prostrati gratias egimus Divinæ Majestati pro sanitate ex potenti Intercessione S. Philippi recuperata, & in anathema gratitudinis Tabellam pictam obtulimus, in qua manu egregij Pictoris Mathiæ Battini depictum erat cubiculum, in quo jacebat infirma semimortua, adstantibus omnibus domesticis genuflexis, & orantibus ante S. Reliquiam à P. Anselmo præfato allatam in argentea theca [cujus ipse ego designationem jampridem feceram] & propè lectum in genuflexorio depositam ubi propè adstat mors cum falce ad resecandam infirmæ vitam præparata; residet in altu apparens S. Philippus lilium pro flagello intentans contra mortem ruinas, ne ad adolescentulam tenellam sub sua protectione positam audeat accedere. Totus hic rei eventus in adiuncto carmine expressus à me fuit sub allegoria floris, in qua Victoria Sancti patrocinium implorat.

Punto nel suo sbocciar Vergineo fiore
Da maligno vapor di già languìa,
Quando l' umide luci al Ciel'apria
Per implorar pietade a tanto ardore.
Gran Filippo, dicea, l' Alto Motore
Diè da una Costa *ad Eva Alba natìa,*
Deh fa, che la tua Costa *oggi a me sia*
Di mia vita, che annotta, un nuovo albore.
Disse il Benizio allor dalla sua Gloria
Alla Morte, che a stragi alza portiera:
Fuggi cruda, che fai? io vo Vi toria.
Al temuto imperar l' ardita Arciera
Cede, e ad illustrar l' alta memoria
L' asta della sua falce arde in lumiera.

Cum verò prænarratum Insigne Beneficiū ex alio beneficio processerit in personam D. Luciæ Cherubini uxoris meæ, et præfaræ filiæ

filiæ Victoriæ Matris ideò in comprobationem protectionis, quâ Sanctus adeò Insignis erga meam domum ostendit, paucis innuam consimilem gratiam obtentam à præfata D. Lucia propter mortalem infirmitatem à Medicis desperatâ, quæ ad contactum, & benedictionem dictæ Sanctæ Reliquiæ ab eodem P. Sabatini ad eam allatæ, impetravit perfectam sanitatem, ita ut ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum, & ad Altare majus, in quo Anniversaria solemnitas ejusdem Sancti celebrabatur, personaliter se transferre potuerit, ibique in æternum monimentum obtenti beneficij ad latus ejusdem Altaris appendit habitum nigrum laneum, quem ex voto ad honorem Sancti per integrum annum gestaverat. Ipse verò in recognitionem portentosæ Gratiæ prædictæ depinxi coloribus inauratis Antipendium ejus Altari donatum, quod adhuc servatur, & mendico Lazzaro comparatus Musæ meæ parvitatem in his verbis Benefactori Philippo offero.

Quadernarj, & Epicedio in ossequio del moribondo S. Filippo Benizzi espresso in persona del B. Ubaldo Adimari, che si trovò presente alla di lui morte.

1.

Padre tu muori, e nasce al tuo morire
Il nostro vivacissimo dolore,
Mentre alla cote d' un perduto Amore
Le sue tempre raffina un pio patire.

2.

Ma non prepari nò pompa ferale
De' Figli tuoi addolorato il zelo.
A chi muore nel Mondo, e nasce al Cielo
Si canta con applausi il dì natale.

3.

Tra li lumi terreni è un Sole il Giglio,
Tra li fiori celesti è un Giglio il Sole,
Nella Città de' fior tu fosti un Sole,
Nella Città de' lumi or sei un Giglio.

4.

Sei Giglio, e Sole, e di Verd'Alba *in seno*
Apri fra' labbri anticipati accenti;
E a' Servi di Maria cari alimenti
Chiedendo, impetri a' lor digiuni il freno

5.

Stampa in Cocchio dorato alba Reina
Di Celesti Fenomeni un Tesoro,
E con velli d' argento, e Giubbe d' oro
Al corso un Agno, & un Leon destina.

6.

A far de' Gigli tuoi bello il candore
Porge d' oscure lane un nero ammanto,
Onde fra l' ombre hai di spiegare il vanto
Di profonda umiltà vivo splendore.

7.

Corri al Senario, ov' è più alpestro il Monte
Svapora aliti ardenti il tuo gran zelo,
E vuol propizio a' tuoi voleri il Cielo,
Ch' emolo a' pianti tuoi zampilli un fonte.

8.

A *Dopo ripulse umili i sacri Accenti*
Ne' Sacri Altari a proferir ten' voli,
E sciolgono per te musici voli
A far Cappella i Serafini ardenti.

9.

D' Opre grandi esattore, e di consigli
Dai con legge vital spirito all' Alme,
Ed a salvar da fame orà le salme,
Pane impetri dagli Astri, e 'l doni a i figli.

10.

Poggi al Ciel col desìo, onde già sdegni
D' ogni fumo terren tumidi abusi,
E con fughe segrete ancor ricusi
Umilmente superbo Ostri, e Triregni.

11.

Segnan delle tue fughe i gran vestigj
B *Col lubrico lor piè l' onde sorgenti,*
E in Montagnata i liquefatti Argenti
Contro de' Morbi rei compran prodigj.

12.

Snodan lingue procaci orridi accenti,
Tu con lingua Fedel porgi l' emenda;
Ma Dio, perchè la lingua tua s' intenda,
Scioglie lingue del Ciel fulmini ardenti.

13.

Giri l' Europa a seminar stupori,
E messe di prodigi il Ciel ti aduna,
Fra gli boschi smarrito hai per fortuna
Ch' un Angiol del cammin scopra gli errori.

14

Dopo lunghi viaggi eccoti in Todi
Raccor le vele alle procelle, a i venti,
C *E premio alle fatiche, ed agli stenti*
Apprendi in morte di godere i modi.

15.

Chiedi il tuo Libro, e 'l Crocifisso Dio
Vera lingua del Cuor l' occhio n' addita,
Questi ambi noi a vagheggiarlo invita,
Ma tu i tuoi meriti, io leggo il fallo mio.

16.

Vieni Servo fedel! Oh Dio, che ascolto?
Sono voci del Ciel, lingua deh taci,
E al sacro Piè solo imprimendo baci,
Resti il mio dire entro 'l silenzio assorto.

In quorum omnium a me descriptorum veritatem propria manu scripsi, ac subscripsi, meoque consueto sigillo signavi hac die 20. Aprilis 1715. Ego Franciscus Ignatius Lazzari utri-
D *usque Juris Doctor, ac Consilij Regiminis hujus Civitatis Tiphernis publicus authoritate Apostolica Notarius.*

Locus ✠ Sigilli.

Hoc anno varia Opera per Religiosos nostri Ordinis composita in lucem eduntur. Primum fuit Lucæ editum cum titulo *Lucerna Prophetica, sive Oracula Prophetarum;* maximè in Isaiam, Auctore P.M. Julio Antonio Maria Roboredo in Universitate Florentina S. Scripturæ, & Controversiarum Professore. Alterum ab eodem P. M. Roboredo, cui titulus *Dissertationes ad Præcepta primæ Tabulæ, sed præcipuè ad magnum illud mandatum; & primum duorum Præceptorum, in quibus tota* — *Libri eduntur à nostris Religiosis.*

Lex pendet, & propheta: Regiæ Celsitudini Cosmi III. Magni Etruriæ Ducis dicata, &c. Florentiæ 1715. Typis Regiæ Celsitudinis, &c.

Edidit etiam Parmæ P. M. Benedictus Angelus Maria Canali studiorum Regens Vir apprimè doctus, & eruditus, de quo pluries alibi dicendum erit, Opus dicatum P. Præfecto Generali Societ. Jesu P. Michaeli Angelo Tamburini, cui titulus, *Cursus Philosophicus ad mentem Doctoris solemnis Henrici de Gandavo, &c.* in quo veterum, ac Recentiorum maximè Carthesij, aliorumque Athomistarum placita ad trutinam eruditè versantur; additis rerum tabulis figuratis in fine Operis.

Hoc anno pariter typis eduntur decreta pro incremento studiorum toti Religioni præscripta per P. M. Antonium Mariam Castelli nostri Ordinis Priorem Generalem vigilantissimum, quæ sunt tenoris infrascripti.

Fr. Antonio Maria Castelli Mantovano di S. Teologia Professore, della Sacra Romana, & universale Inquisizione Qualificatore, e di tutto l'Ordine Sacro de' Servi di M. V. Priore Generale.

Ordini, e Regole da osservarsi inviolabilmente negli Studj, e Collegj di nostra Religione.

Richiedendo l' Offizio nostro, che attentamente s' invigili alla buona educazione della nostra Gioventù nelle lettere, e scienze liberali, derivendone quindi un notabile vantaggio per l' Osservanza Regolare, che tanto ci sta a cuore; abbiamo risoluto di prescrivere alcune regole, che dovranno inviolabilmente osservarsi ne' nostri Studj, e Collegj, e dell' adempimento delle quali ne dovranno rendere a noi esattissimo conto li Moderatori de' Studj, o Collegj medesimi, come quì appresso si dirà.

I. Dovranno dunque li Reggenti, o Lettori di Teologia leggere ogn' anno due intieri Trattati; e in quei Studj, ne' quali per la moltitudine della Gioventù, e delle Classi vi sarà d' uopo di dichiarare il Maestro di Studio; Questi nel termine d' un anno dovrà leggere tutta la logica; & il Lettore, o Baccelliere di Convento in termine di due anni tutta la Filosofia, cioè nel primo gli otto della Fisica col libro de Cœlo, & Mundo; *e nel secondo tutto il rimanente.*

II. Perchè gl' Offiziali di studio non debbano addurre scusa di non aver fatte tutte le predette lezzioni per la scarsezza, o mancanza del tempo: Ordiniamo che il giorno dopo la Natività della B. V. celebrata la Messa dello Spirito Santo, debbano cominciarsi le lezzioni, e proseguirsi indispensabilmente fino all' antivigilia del Natale di Nostro Signore, e poi ripigliarsi nel secondo giorno dell' anno fino alla Domenica di Sessagesima, e dal secondo giorno di Quaresima fino al Martedì Santo inclusivè, e dal lunedì dopo la Domenica in Albis fino alla festa di S. Giacomo Apostolo 25. di Luglio: Avvertendo però, che se il Reggente, o Lettore, o Maestro di Studio avesse lasciate a causa della Predicazione le lezzioni nella Quaresima, dovrà in tal caso leggere fino alla vigilia dell' Assunzione della B. V. inclusivè. Avvertendo in oltre, che ne' tempi qui stabiliti per le lezzioni non ardisca veruno di tralasciarle alla riserva de' soli giorni festivi di precetto, de Giovedì [quando però nella settimana non vi sia altra Festa] e di quella sola settimana, in cui cadrà la Festa di S. Caterina: E chi ardirà di tralasciarle, sappia, che immediatamente da noi sarà privato dell' Uffizio.

III. Conoscendo quanto profitto si ricavi da' Circoli, o Conclusioni private; Ordiniamo, che omninamente si facciano tre volte per settimana, cioè nel lunedì, Mercordì, e Venerdì, e nel Sabbato dopo il Vespro si facciano le Conferenze delle lezzioni avute fra la settimana. E quando l' Uffiziale di studio fosse in alcuno de' prefati giorni impedito per Conclusioni estero, dovrà in tal caso il Circolo domestico trasferirsi nel Martedì, acciò gli Scolari non restino privi di questo sì necessario esercizio. Et in que' luoghi, ne' quali vi saranno il Reggête, Lettore, e Maestro di studio, dovranno in guisa tale dividersi queste Conclusioni private, che ciascuno assista infra la settimana alla sua. Ne' Circoli poi di Teologia dovrà il Lettore, o Baccelliero di Cõvento ripigliare gli argomenti degli Studenti Teologi: In quelli di Filosofia il Maest. di studio ripigli gli argomenti degli Studenti Filosofi. & in quelli di Logica gli Studenti di Teologia ripiglierãno gli argomenti degli Studenti logici. Ogni mese poi dovrà indispensabilmente ciascuno Classe fare una Conclusione semipublica, o sia Circolo Mensile colla distesa di tre punti almeno da disputarsi, a cui dovranno invitarsi per argomentare Lettori Esteri, e per assistervi tutti li Padri qualificati, e più provetti di casa.

IV. Per toglier poi omninamente quell' abuso sì intollerabile di vedere, e Uffiziali di studio, e Studenti andare vagabondi or quà, or là, anco ne' tempi delle lezzioni, s' ordina, e si comanda espressamente, che niuno degli Uffiziali di Studio, e molto meno degli Studenti, ardisca di partire dal Convento, dove sarà di famiglia, senza nostra espressa licenza in scriptis, se saranno Studenti formali, o del P. Provinciale, se sarenno non formali, quando però il viaggio resti nel circuito della Provincia: Di più si esorta, e in quanto faccia di bisogno, si comanda a i Priori il non dare agli Studẽti di qualunque condizione si siano, la licenza di uscire di casa la mattina, alla riserva del solo Giovedì, non potendo esprimersi quanto pregiudizio rechi la perdita d' un tempo così prezioso, e così proprio per attendere agli studij.

V. Non sia lecito nè agli Uffiziali di studio, nè agli Studenti il fare Panegirici, ò Prediche senza nostra espressa licenza, e gli Studenti, prima di chiedere questa a noi, dovranno sottoporre alla Censura de' loro Maestri, anzi del P. Reggente, se vi sarà, la composizione da recitarsi, nè da noi sarà loro concessa la predetta licenza, se prima non ci sarà presentata la

fede

fede di tal censura, e correzione.

VI. Riflettendo con nostro gran rammarico al pregiudizio notabilissimo, che cagiona all' Ordine il disuso delle lezzioni della Teologia morale, penuriando quindi le nostre Chiese di Confessori, e trovandosi in non pochi Conventi Religiosi affatto disapplicati, che per altro potriano essere di qualche servizio, ci siamo adoperati per erigere in alcuni Conventi di qualche Provincia lo studio della stessa Teologia Morale, ove saranno mandati que' Sacerdoti, e quei Giovani, quali non avranno tutta la sufficienza, che ricercasi per la Teologia scolastica; il che speriamo d' effettuare ancora nell' altre Provincie, esortando però li Molto RR. PP. Provinciali a suggerirci que' luoghi, e quei mezzi, che saranno giudicati più propri per un sì necessario provedimento.

VII. E perchè questo sì necessario provedimento riesca stabile, e fruttuoso, vogliamo in primo luogo, che li Lettori a ciò deputati godano quei medesimi privilegj, preeminenze, & esenzioni, che godono, o sogliono godere gli altri Lettori dell' Ordine, tanto di Filosofia, come di Teologia. Secondariamente Ordiniamo, che dalli medesimi si facciano indispensabilmente le lezzioni in tutti quei tempi da noi prescritti agli altri lettori scolastici, come nel §. 3. e che almeno due volte la settimana debbano fare il Circolo, e nel Sabbato la Conferenza delle lezzioni avutesi fra la settimana, a' quali Circoli dovranno indispensabilmente intervenire tutti li Confessori non Maestri, sotto pena della privazione della nostra facoltà di Confessare. Esortando anco li M. RR. PP. Priori, e Maestri a intervenirvi per incoraggire la Gioventù, e quando alcuno o degli Studenti, o de' Confessori predetti pretermesse di non intervenire o alle lezzioni, o a Circoli respettivamente, s' ordina al Priore l' invigilarvi, e costringergli col gastigo, e ne dia a noi pronto l' avviso.

VIII. Acciocchè poi queste nostre Ordinazioni siano prontamente eseguite, & a noi consti la di loro esatta Osservanza, sarà nostra incumbenza il venire ogn' anno in persona, o deputare, e mandare soggetti, che facciano rigoroso esame del profitto degli Studenti tanto Scolastici, che Morali; esattamente ricerchino, se tanto li Lettori, come gli Studenti abbiano pienamente adempiute le loro parti, e li loro doveri; e in caso di mancanza, saranno da noi prese quelle risoluzioni, che saranno giudicate più proprie, e più spedienti sì per mantenere nel suo vigore ciò che di presente ordiniamo, come per dare esempio agli altri di non farsi lecita trasgressione di sorta veruna.

IX. E perchè niuno possa adurre ignoranza, o oblivione di questi nostri Decreti, e di queste nostre premure, ordiniamo, e comandiamo, che una di loro copia stia sempre affisse a publica vista nel luogo consueto delle lezzioni, e che debbano leggersi in publica mensa nel giorno dopo la Natività della B. V. in cui si cominciano le scuole, e nel giorno in cui si ripigliano dopo
A *Pasqua. la fede &c.*

Dat. Bononia in Conventu nostro Servorum B. M. V. 10. Kal. Jan. 1715.

Fr. Antonius Maria Generalis.

Fr. Sosthenens Maria Cavalli Secr.

Reg. lib. 1. fol. 522.

Piissima devotio Realis Celsitudinis Cosmi III. Etruriæ Magni Ducis erga res nostras, & Ordinem Servorum, enituit etiam hoc anno particulam Reliquiæ nostræ B. Julianæ enixè expostulando; quare cum eodem Sancto desiderio conspirasset In idem D. D. Thomas Bonaventura ex Comitibus Gherardeschæ Archiepiscopus Florentinus, cui tantum debet Religio nostra, utpotè qui in ejusdem
B Beatæ, ac Beati Alexij Patrui sui processibus Beatificationis, & Canonizationis plurimùm laboraverit, & laboret etiam hisce diebus: Patres nostri, ut duobus his Principibus nostræ Religionis tam benemeritis morem gererent; advocato Curiæ Archiepiscopalis V. Cancellario D. Claudio Galoppini, & præcedente publica deliberatione per vota secreta PP. Discretorum Cœnobij Florentini, aperta fuit Capsa, in qua magnificè jacent Ossa ejusdem Beatæ, præsente P. M. Jo. Vincentio Maglietri Cenobij ejusdem Priore cum pluribus alijs PP., & ex ea parvum Os Beati Corporis extractum per manus P. Joseph Mariæ Salvetti Sacerdotem nostri Ordinis cum stola, & ab eodem, uti hisce in rebus peritissi-
C mo devote secutum, & in duas partes divisum, ut utrique Principi fieret satis. Pars autem Reliquiæ Cosmo III. designata per d. P. Priorem eidem præsentata fuit, qui ad ejus adventum statim in genua procidit, ac ter recitatis *Pater*, & *Ave*, &c. eam devotè osculatus est, innumeras agens gratias, non solùm eidem P. Priori, sed eâdem die ad Ecclesiam nostram personaliter accedens, etiam P. Provinciali, & PP. ibidem præsentibus.

Reliquia B. Julianæ Cosmo III. Etruriæ & Archiepisc. Flor. donata fuit.

Cùm verò Turcæ immani bello Catholicos vexarent, ad implorandum Divinæ dexteræ præsidium Summus Pontifex Clemens XI. per totam Italiam, & adjacentes Insulas Indulgentias dispensavit, preces, supplicationesque præcepit, & Indixit, inter quas, ut in
D omnibus Ecclesijs per mensem Litaniæ Sanctorum cum precibus pro bellis Ingruentibus contra Paganos in Rituali Romano præscriptis recitarentur, quod & in Ecclesijs nostri Ordinis adamussim observatum est.

Litaniæ indictæ contra Turcas.

Decretum quoque fuit à PP. Florentinis, ut ad majorem Sanctissimæ Eucharistiæ Cultum, Ecclesiæ nostræ Campanæ personarent, quotiès Sanctissimum Infirmis Viaticum deferendum ante, vel propè nostrum Monasterium pertransiret; exemplo verè laudando, & ab omnibus imitando.

Cāpanæ sonant in delatione SS.

Etiam hoc anno D. Nuncius Apostolicus D. Carafa in die solemni Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi Ecclesiam nostram

Florentinam decoravit, associando processionem Fratrum ad Aram Sanctissimæ Annunciatæ dum *Salve Regina &c.* de more solemniter caneretur, ibique, eâ terminatâ, Altare ascendens innumero populo Pontificalem Benedictionem elargitus est.

D. Nunciat Carafa D. Annunc. Ecclesiâ decorat.

Ut autem omnibus constare possit quot labores assumpserit, quantamque curam impenderit, & expensas itinerum fecerit P. M. Garbi Annalista noster numquam satis laudandus, à Conventu nostro Florentino profectus est unà cum P.M. Jo. Philippo Maria Bertini, istius Operis jam Coadjutor Benemeritus, filius Conventus S. Salvatoris Taurinensis die 4. Julij æstivis caloribus non retardantibus illorum amorem erga Religionem, ac peragratis Ordinis Conventibus Bononiæ, Ferrariæ, Sermidis, Mantuæ, Guastallæ, Parmæ, Sorsneæ, Cremonæ, S. Pedretti, Placentiæ, Cottonei, Cavacurtæ, Monasterij Arcis *di Pizzighettone*, Turani, Laudæ, Pandini, Monasterij de Vailate, Marignani, Mediolani, ubi etiam Moniales nostras invisit, Bergomi, Rohadi, Brixiæ, Veronæ, Vincentiæ, Castrifranchi, Tarvisij, Venetiarum, & Paduæ, è quibus erutas scripturas, & notitias rerum nostrarum asportavit ad Archivum Cænobij ejusdem Florentini ad Annales prosequẽdos, nec Florentiam prius quam die 16. Mensis Octobris incolumis per Dei Gratiam repetijt; sed et omnes Provinciæ Etruriæ Conventus, magnamque Romanæ Provinciæ partem Cõventuum impiger ad id operis peragravit.

Annalistæ Garbi itinera, & labores.

Nec prætereundus est insuetus honor, nulli antea ex Generalibus nostris impertitus, quem hoc anno Serenissima Realis Celsitudo Cosmi III. Etruriæ Ducis contulit P. nostro Generali P. M. Antonio Mariæ Castelli Mantuano, commestibilia munera exquisitissima per quinque numero Vectores allata ad nostrum Conventum Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia.

Munera Generali nostro à M. D. Etruriæ missa.

Memoria verò dignissimum est, quod accidit eidem Magno Duci in hujus anni termino nempe de Mense Decembri. Etenim cum ad majorem identitatis probationem idem Magnus Dux alteram B. Julianæ Reliquiam, quæ ei donata fuerat à quopiam absque authentica, P. suo Theologo Dilectissimo P. M. Petro Antonio Rossi pluries, pluriesque nominato, consignasset, ad hoc, ut accitis Physicis Peritis, utrum illud Os ad totum B. Julianæ corpus attineret recognosceretur, prout factum est die 6. præfati Mensis Decembris januis clausis Ecclesiæ post primam horam noctis, in quâ præsentibus DD. Nati Medicinæ Doctore eximio, ac D. Paoli Lucensi Anatomico Chirurgo expertissimo, & præmissis aliquibus precibus, observatum fuit utrique Calcaneo Beatæ *Os naviculare*, uti vocant, deficere, quòd ipsum erat Reali Celsitudini donatum, & quod ad evidentiam rei contulit, ipsummet Os odore suavissimo fragrare compertum est. Quare post factam recognitionem idem P. Theologus Rossi Ma- E gno Duci reportando Reliquiam interrogavit illum, An inter odores Os illud umquam retinuisset? quo negativè respondente, neque talem fragrantiam ipsum umquam percepisse, *forsan*, ajebat ille, *propter mea delicta dignus minimè fui*. Hinc præfatus P. Rossi, *faveas, quæso, Serenissime, iterum ad Reliquiam applicare odoratum*. Pijssimè obedivit, statimque cælestem fragrantiam sentiens, caput discooperiens, & flexis genibus adorans Reliquiam osculatus est, in Sanctis suis mirabilem Deum magnificans;

Odor supernaturalis ex Reliquia B. Julianæ.

Eidem quoque P. nostro Generali Castelli enixè petenti donata fuit ex decreto PP. Discretorum Florentiæ particula Reliquiæ præfatæ B. Julianæ de Falconerijs, & ab eodem F P. Generali, quamvis supremo nostro Præside humiliter, & cum gratiarum actione recepta.

Reliquia B. Julianæ donata P. Gener.

Quamvis in Capitulo Generali anno elapso Romæ celebrato per publicum decretum Capitulare abrogatæ fuerint Dietæ de more annuatim celebrandæ in unaquaque Provincia; attamen quia forsan in praxi observatum fuerit id bono publico non expedire, primævus usus jussu P. Generalis ad praxim iterum reductus est, ut patet ex infrascriptis literis patentibus.

Fr. Antonius Maria Castelli Mantuanus S. Theologiæ humilis Professor; S. Rom. & Universalis Inquisitionis qualificator, totius G *Ordinis Servorum B. M. V. Prior Generalis.*
Dilectis nobis in Christo A.R.P.P. Provinciali, Socio, Definitoribus Provinciæ Tusciæ Sal.

Etsi in Capitulo Generali anno elapso celebrato Decretum prodierit de abrogandis Dietis: nihilominus re maturiùs discussa manifestè apparuit nihil inde vel ferè nihil temporalis emolumenti Conventibus enasci, maxima verò præjudicia illis abrogatis, & quoad Economicum regimen, & quoad regularem observantiam Ordini universo eventura. Hinc vix absoluto Capitulo Generali querelæ à quibusdam Provincijs contra illud decretum ad nos delatæ sunt, quæ processu temporis ab alijs quoque ferè omnibus ad nos transmissæ mentem nostram ita commoverunt, ut ad dietas continuandas H *etiam reluctantes, & invitos impulerint; propterea præsentium tenore vobis omnibus, & singulis Dietam Provinciæ indicimus celebrandã die 19. Mensis Maij in Conventu Sanctissimæ Annuntiatæ de Flor. per A.R.P. Provincialem electo. Volentes, ut omnes præfixo tempore ad eumdem Conventum accedatis, pro omnibus ijs agendis, quæ in hujusmodi Dietis fieri consueverunt. Præcipientes omnibus Prioribus, cæterisque ad quos spectat, ut quæ in nostris Constitutionibus, & in Bulla de celebratione Missarum ad Dietam transmittenda præcipiuntur, inviolabiliter transmittant. Nullus autem Vocalium sub pœna privationis utriusque vocis ante pridie accedat: Cæterorum verò vocem*

Dietæ abrogatæ redeunt.

in

in ea non habentium nullas ad præfatum locum absque licentia in scriptis nostra, vel Patris A *Provincialis, sub pœna carceris venire præsumat. In quorum &c.*

Dat. Romæ in Conventu nostro S. Marcelli die 16. *Februarij anni* 1715.

Fr. Antonius Maria Generalis

Locus ✠ Sigilli

Fr. Sebastianus Tognini pro Secr. Reg. lib. pr. fol. 6.

His non obstantibus, & justis intervenientibus impedimentis præfata Dieta ad diem 28. Mensis Maij prorogata fuit; quod ad veritatem historiæ innuisse oportebat.

ANNOTATIONES IN CAP. II.

Omnia ex Regestis Conventuum indicatorum, & ex Regesta Generale, quod Romæ asservatur, quæ hic scribuntur, eruta sunt.

Plurima Honorifica pro S. Philippo, & B. Peregrino; Fit processus Auctoritate Apostolica super aliquibus ex ejus innumeris prodigijs in Civitate Castelli, & Romam transmittitur.

CAP. III.

Sicubi ex eo tempore, quo publicè Magistratus, & Cives Tiphernates plenis vocibus non minus, quàm affectibus cordium, uti diximus ad annum 1694. elegerunt in Patronum Civitatis S. Philippum nostrum, & eodem fermè anno in honorem B. Peregrini Laziosi, unius ex charis Philippi discipulis, erexerunt Altare satis magnificum, eodem modo non cessarunt uterque Divus ipsammet Civitatem novis cumulare beneficijs, & gratijs singularibus; sed præcipuè Peregrinus incessantibus prodigijs fulgere non destitit, devotioni Tiphernatum amplissimam reddens mercedem. Ex quibus magis magisque in obsequium Beati, Cives propensi, cum vigeret Romæ Causa sanctificationis ejusdem, curarunt unà cum Religione nostra, ut ejus prodigia ibidem patrata per Judices à S. Sede Delegatos in forma legitima recognoscerentur, ad effectum, ut facilius ea petita, & toto Orbi Christiano optabilis ejusdem Canonizatio posset obtineri. Fuerunt igitur ad hujusmodi miraculorum judicialem examinationem à S. Rituum Congregatione deputati. D. D. Lucas Antonius Eustachi Patritius Romanus, & Episcopus Tiphernì, DD. Jo. Laurentius Tilli Episcopus Biturgij, & D. D. Jo. Vincentius Castelli Ordin. Præd'cat. & Episcopus S. Angeli in Vado, & Urbaniæ prius Archiepiscopus Marcianopolitanus; qui acceptis à d. S. Congregatione literis Remissorialibus, & Compulsorialibus inicìū processui die 28. Maij hujus anni 1715. dederunt, servatis omnibus de jure servandis.

Devotio Tiphernatū erga D. Philippū, & B. Peregrinum.

Deputātur Judices ad recognoscenda miracula B. Peregrini.

Sciendum tamen est, quòd huic exequendæ commissioni non modicum robur contulerunt præcipua vota Civium Tiphernatum, à quibus postmodum statuta fuit Legatio ad Sanctissimum Pontificem Clementem XI. per decretum publicum facta in personam Nobilis Viri D. Florid Tartarini, precesque per eum humiliter Sanctæ Sedi porrectæ nomine totius Civitatis. Quæ cum ad honorem ejusdem Beati in dies augendum, populorumque devotionem magis magisque dilatandam cōducere valeant, hic per extensum ponuntur.

In Nomine Domini Amen. Infrascripta est Copia, Exemplum, seu Transumptum cujusdam Decreti Consilij Regiminis Quadraginta Nobilium Virorum Illustrissimæ Civitatis Castelli habiti die Lunæ 15. *Julij currentis anni* 1715. B *Servatis servandis per me infrascriptum Secretarium fideliter copiatū, & exemplatū ex suo proprio originali, licèt alieno charactere, sed per mihi fidum &c. nihil addens, vel minuens ejusque tenor est, qui sequitur. Referente Illustrissimo q. Gonfaloneriō se in loquelam discursuum habitorum pro satisfaciendo Civitati petenti, fieri aliquam gratitudinis demonstrationem erga B. Peregrinum Ord. Serv. B. M. V. qui tot miracula, & gratias in hac Civitate operatus est, prout in processu miraculorum hujusmodi, qui de præsenti fabricatur ab Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Episcopis, se [nuquam] necessariam sumpsisse informationem de modo tenendo pro facienda Instantia unà cum Civitate Foroliviensi pro ejusmodi Beati* C *Canonizatione, ac secundùm methodum, ut supra habitam demandasse mihi Epistolam deprecatoriam Sanctissimo Domino Nostro Clementi Papæ XI. mittendam extendere, quam legi Consilio demandavit, cujus tenor est, qui sequitur.*

Beatissime Pater.

Summa Dei Omnipotentis Misericordia, quæ ad Sanctorum suorum preces mira semper facta est operari in hominibus piè illos, ac devotè invocantibus, passura tandem esse non videtur, ut Civitas hac, quam B. Peregrini Ord. S. Mariæ Servorum meritis faventibus, tot in dies tantisque miraculis illustrat, & beneficijs cumulat, uti præcipuè per omnia felicissimi Pontificatus Sanctitatis Vestra tempora experta D *est, ista amplius silentio prætereat, majoremque hujus Sancti Viri Dei Gloriam non optet, omnique studio non quærat: Quapropter et ne quodāmodo acceptorum beneficiorum gratiam nullam habere, parumque memores nos esse videamur, atque etiam, ut in cordibus fidelium erga illum cultus, ac veneratio in dies magis, magisque augeatur, & Catholicæ Fidei, Sedisque Vestræ Apostolicæ decora multiplicentur, facere hinc non possumus, quin Civitas hac eadem unà cum Foroliviensi Civitate, Beati ipsius Patria, quæ non minorem quidem à Deo Vero, eodem Sancto intercedente, gratiarum cumulum meruit obtinere, ad Sanctitatem Vestram preces has humillimas dirigat, eamque enixè, ac vehementer*

Preces Civitatis Tipherni ad S. Sedem pro B. Peregrino.

cum-

cumque omni majori obsequio, atque animorum submissione roget, atque obsecret, ut Beatum hunc Peregrinum benignè respicere, eumque velit Pontificia, quâ pollet B. Petri Auctoritate in Sanctorum numerum referre, certè ac firmiter sperantes, parem quandoque Sanctitatis Vestræ gloriam, ac laudem esse illum in Cœlis impetraturum à Deo; atque operibus interea, Sanctissimisque cogitationibus Vestris, quæ nonnisi Dei sunt, auxiliatricem manum esse admoturum, omniumque bonorum largitorem Deum jugiter precaturum, ut Sanctitatem Vestram diu servet incolumem, quemadmodum & ipsi nos pro majori totius Ecclesiæ vobis à Deo commissæ tranquillitate facere semper non prætermittimus, & Sanctissimæ Beatitudinis Vestræ pedes humillimè deosculamur. Tipherni Idibus Julij 1715.

Quæ à DD. Consiliariis benè intellecta, & attentè considerata, omnium viva voce, & acclamatione resolutum fuit, humillimas preces Sanctissimo Domino Nostro porrigi nomine totius Civitatis, & Consilij Epistolam supplicem transmitti modo magis decora, proprio, & benè viso Illustriss. D. Gonfaloniero, qui dixit se velle transmittere literas præfatas D. Florido Tartarino Germano meo Romæ degenti, ad hoc ut ipse eas Sanctissimo Dom. Nostro porrigat. Insuper pro meliori negocij hujus introductione, et profectione alias Epistolas Eminentiss. Paulucci directas, & transmittendas dict. Domino Florido Tartarino, Nuncio electo, & ab ipso Eminentiæ suæ consignandas fore utilius consuluit, quod pariter viva voce à toto Consilio approbatum fuit. In quorum fidem ego Nicolaus Tartarinus Secretarius hic me subscripsi, & sigillo Illustrissimæ Civitatis munivi hac die 4. Octobris 1715.

Exemplar autem Epistolæ per D. Vexilliferum, & Consiliarios ad Emin. Paulucci Secretarium Aulicum Suæ Sanctitatis ad favorem B. Peregrini, fuit tenoris.

Epistola ad Emin. Paulucci pro B. Peregr.

Emin. Sig. Sig., e Padrone Colend.

Renderà all'Eminenza Vostra questo nostro ossequiosissimo foglio il Sig. Florido Tartarini nostro Gentiluomo, dal quale sentirà ancora la risoluzione, che ha fatta il nostro Consiglio di sodisfare tutta la Città beneficata con tante Grazie, e miracoli dal B. Pellegrino, in unire le sue umilissime suppliche a quelle della Città di Forlì per la di lui Canonizazione. Al medesimo Sig. Tartarini si è inviata la lettera supplicatoria, che dovrà presentare a Nostro Signore, allorchè a nome nostro le bacierà i SS. Piedi. Supplichiamo dunque l'Emin. Vostra di voler assistere colla sua autorevole Protezzione al d. Sign. Tartarini, al quale si compiacerà di prestar quella fede, che presterebbe per sua bontà a noi medesimi. Il zelo della Gloria del B. Pellegrino ci fà prendere quest'ardire coll'Emin. Vostra, alla quale profondamente inclinati con tutta l'umiltà ci diamo la gloria di sottoscriverci.

Dell'Eminenza Vostra

Città di Castello 18. Luglio 1715.

Umiliss. Devotiss., e Servit. Obligatiss.
Giuseppe Graziani Gonfaloniero.
Gio. Francesco Giglioni Priore.

Quas quidem epistolas, unà cum supra extenso Memoriali, transmissas Romam accepit præfatus D. Floridus Tartarini, atque ut erat fidelis suæ Civitatis Administer easdem præsentavit Emin. Pauluccio, à quo introductus ad pedes Antistitis Summi Clementis XI. eidem supplices Instantias Guberoij, & Civium Castellanorum humiliter exporrexit, quas easdem plurimùm commendans Summus Pontifex S. Rituum Congregationi benignè remisit. Eminentissimus autem Card. Fabritius Paulucci ad nostrum Consilium acceptissimas remisit epistolas tenoris.

Illustrissimi Signori.

Jeri mattina procurai fosse introdotto, come seguì, all'udienza di Nostro Signore il Sig. Florido Tartarini, che penso, che questa sera ragguaglierà le Signorie Vostre Illustriss. della Paterna compiacenza, con cui si è degnata la Santità Sua di sentirlo, toccante alle suppliche di tutto cotesto Publico Consiglio per la bramata Canonizazione del B. Pellegrino: Alle premure loro accompagnandosi le mie, e quelle del Publico di Forlì tutte assieme. Resterà solo, che il Signore Iddio, glorificato da un suo sì degno Servo arrida a nostri communi Voti, come spero, in atto di confermarmi loro frattanto ben sempre disposto a servirle, e senza più auguro alle Signorie Vostre Illustrissime dal Cielo felicità perfetta.

Delle SS. VV. Illustriss.
Roma 10. Agosto 1715.

Affezionatiss. per servirle
F. Cardinale Paolucci.

Impetratis igitur literis Commissorialibus, & Remissorialibus in prædictos DD. Judices, Causa miraculorum B. Peregrini intercessione à Deo Tipherni patratorum hoc eodem Anno 1715. incæpta est. At verò quia in immensum crevisset opus, ex quo ferè innumera sunt prodigia, & gratiæ quæ per B. Peregrinum populo Tiphernati largiuntur, hinc super aliquibus ex ipsis tantùm die 28. Maij 1715. processum, & examinationem instituerunt.

Primo, Super sanatione prodigiosa Alexandri filij Francisci Boccadori.

2 Super altera sanatione Sacerdotis D. Francisci Armingioni Rectoris Ecclesiæ Parochialis *di Ghironzo*.

3 Instantanea à plaga Cruris sanatio Sororis Mariæ Gertrudis Valentini Monialis in Monasterio S. Cœciliæ in Paradiso Civitatis Castelli.

4 Liberatio subita ab apostemate in mandibula Catherinæ Joannis de Rubeis.

5 A' doloribus articularibus perfecta sanatio in persona Faustinæ Joannis de Tipherno.

6 Pro-

6 Prodigiosa sanatio hisce diebus obtenta ab Antonio Giannini, de qua distinctè circumstantias infra hoc eodem anno narrabimus.

7 Demum ab apoplexia liberatio ipsomet hoc anno solemni prodigio B. Peregrini obtenta à Julia Vidua q. Francisci Alexandri Tiphernaris. de qua fusiùs infra.

Super quibus dum conficeretur processus, & à prædictis Delegatis Judicibus, Informationes sumerentur, ac examinarentur testes; Cives Tiphernates unà cum Postulatore Causæ comparuerunt coram prædictis DD. Judicibus ad favorem B. Peregrini, narrantes, & postulantes, ut infra.

Illustrissimis DD. Episcopis Tiphernaten. Biturgen. Vaden. Delegatis ad conficiendum in hac Civitate Castelli Processum super miraculis nonnullis B. Peregrini Latiosi Foroleviensis Ord. Servor. B. M. V. specialiter deputatis à S. Rit. Congreg.

Postulatio Civitatis Tipherni ad Judices delegatos.

B. *Peregrinus Latiosus, non ampliùs Peregrinus in hac Civitate Castelli, sed beneficentissimus Civis, & permanens Protector effectus, non latet Otiosus, sed Largitor Gratiarum, Panem nostrum quotidianum subministrando, exigit à nobis, non ut animo probandi, sed ut magis cognoscatur Patrocinium ejus, & Populorum concursus ad ejusdem Altare in hac Urbe, propositionis panes munificentissimè dispertitos Dominationibus Vestris Illustrissimis, & Reverendissimis non ut exigeret tantorum prodigiorum descriptio, sed solùm, ut eorumdem numerum de classe ad classem brevitatis gratia in album referamus.*

Et primò liceat morti increpare, & dicere: Ubi est Mors victoria tua? Ubi est Mors stimulus tuus? *Dum viginti & unum à faucibus tuis Peregrino jubente*, ne penitus depascas eos, *reperiuntur erepti*. Vulnus, & livor triginta. *Septem plagæ tumens derelinquit deprecantium corpora, & Latioso annuente, doloribus influere desiit.*

1. ad Cor. 15. 55.
Ps. 48.
Is. 1.

Undecim tenebantur magnis febribus, *& unumquemque illorum* reliquit febris.

Ossa confracta, & arida audierunt verbum *Peregrini mandantis duodecim à fracturis eorum consolidari*, & intromissus fuit in eis spiritus vitę.

Peregrinus ambulavit in lege Domini, & oculi ejus semper ad Dominum, propterea, eo intercedente, sex Cœci vident, *quamplures* Claudi ambulant.

De Peregrino Virtus exivit, *ut tres à fluxu sanguinis illicò sanarentur.*

Insuper à plaga tumenti tres alii, duo à carbunculis, imò à ca bonibus desolatoriis *immunes evadunt.*

Denique tu solus Peregrinus liberandi Quindecim Cives à Pleuritide, Epilepsia, Hidrope, & Angina, ac triginta, & octo ab aliis doloribus lethalibus, visus es sanans omnes languores.

Centum quadraginta & octo Illustriss. & Reverendiss. Domini [relictis in Processu Miraculis ad trutinam positis,] sunt Gratiæ, ex quibus quamplurimæ inter majora prodigia essent reponendæ nisi Testium defectus perhiberet objstaculum. Reliqua verò, licèt in numero excedentia, non tamen exposita, quia ignorantur, deducuntur ex argenteis votis, & tabellis quæ mutis coloribus, quasi linguis loquuntur variis *Magnalia Beati; ex candelis expositis, ut lu*ceant per noctem dolorum, *sicut Gratiarum Sol, qui positus per reflexum in columna nubis* refulget per diem; *ex lampadibus, quæ oleo gratuito exuberantibus ostentant, quod pro medendis languoribus invocatum est* sicut oleū effusum nomen ejus; *et denique ex Missis, quæ dietim ad ejus Altare celebrantur, gratiarum obtentarum, ac sperandarum, non apparentium, sed realium, præbent argumentum. Ex quibus sicut permoti fuerunt Senatus, Populusque hujus Civitatis Castelli ad humiliandum pro B. Peregrini Sanctificatione unà cum aliis supplicem libellum Sanctissimo D. N. D. Clementi Divinâ Providentiâ Papæ XI. feliciter Regnanti; ita nos excitant ut Dominationibus VV. Illustrissimis ac Reverendissimis ad opus tam grande perficiendum Delegatis, devotè, ac submissè quæ desuper exposita sunt, enarremus pro abundantiori tanti Processus complemento; Vota nostra cum Procuratore Causæ, & Sociis exponendo: Speramus, quòd ex Missis, mendica manu in hac urbe collectis, deduci possit, quanta sit copia pignorum in ejus fælici Patria tam eximii Filii Coronâ illustratâ, ac in aliis etiam extra Italiam Civitatibus impertita; ex quibus humillimo Viro inter Vocatos Electo cum Beatis adscripto attendi speratur S. Sedis Oraculum dicens „ Ad Cœnam Magnam Sanctitatis Æternæ* Peregrine ascende superius. *Amen.*

Profectò quamplurimùm debet nostra Religio præcipuo amori, quo Cives, & Magistratus Tiphernatenses Ordinem nostrum prosequuntur, inter quos summè laudandi adsunt præfatus Doctor Ignatius Lazzari, qui præter multa, quæ adinvenit, gessit, scripsit in honorem SS. Philippi, & Peregrini; Vitam quoque P. Jacobi Philippi Bertoni de Faventia alterius ex Beatis nostri Ordinis eleganter compositam publicis Typis mandavit anno 1712. sub titulo *Il Servo fedele*. Alter est D. Alexander Certini Sacerdos miræ eruditionis Vir, & præcipuæ pietatis, qui & calamo, & typis rebus nostris quamplurimas addidit notitias ad illustrationem Ordinis nostri accommodatissimas; quibus utique mercedem amplam in Cœlis Augustissima nostra Mater, Sanctique, ac Beati nostri cumulatè reservant.

D. Lazzari, & D. Certini cōmendantur.

Interim dum formaretur processus præfatus admirabili quadam æmulatione pro suo Peregrino Cœlum non cessat illustrare novis Gratiis, & Prodigiis illum, quem pro præteritis acceptis beneficiis honorare Terra con-

contendebat. Cùm etenim Illustrissima Civitas Forolivienſis D. Petrum Jacobum à Valle Sacerdotem ætatis ann. 72. Nuncium, & Procuratorem ſuum ablegaſſet, ut efformando processui ſuper miraculis B. Peregrini Tipherni aſſiſteret, accidit quòd in itinere, cæpto de Menſe Majo 1715. mulus, cui inſidebat, in loco dicto *la Conca*, à S. Marino per quatuor circiter milliaria diſtanti, præcipitanter caderet, quo caſu dextrum latus cum pede ſubter mulum remanſit, evidenti cum periculo fractionis, alteriuſve pejoris mali. At ipſe Sacerdos in tanto diſcrimine conſtitutus Patrono ſuo B. Peregrino toto corde ſe commendavit, & illicò, quâ ratione neſcitur, incolumis omninò cum latere, ac pede extra calcatia, & ventrem Muli adinventus eſt; quod ex invocatione B. Peregrini ſibi fœliciter eveniſſe grato animo teſtatus eſt ipſemet Sacerdos.

Sacerdos equitans ſervatur incolumis.

2 Antonius Bartholomæi Giannini à Citerna degens in Civitate Caſtelli ex ſævo ulcere, quod Medici *Spinam ventoſam* dicunt, in pede ac latere dextro per biennium adeò laboraverat, ut neque motum ducere, nec quietem abſque doloribus adinvenire poſſet, arcuatum quoque retro Crus gerens. Agebatur hoc anno, ut aſſolet, in honorem B. Peregrini Novendialis devotio pro præparatione ad ejus ſolemnitatem, quando ſpe elevatus Antonius ad patrocinium Beati convolavit affectu cordis, & in eodem inſtanti leniri dolores, acquiri vires in parte læſa perſenſit, adeoque non multis ab illinc diebus ad motum progreſſivum reſtitutus, & demum, integrè ſanatus in proximo Menſe Junio pedeſtris Viterbium petijt abſque ulla difficultate. Quare Benefactori ſuo votum exſolvens immenſas egit gratias.

Ab ulcere peſſimo liberatio.

3 Julia Vidua q. Franciſci Alexandri Tiphernatis die prima Maij præſentis Anni, cùm eſſet in Curia D. Gubernatoris illius Civitatis repentinâ correpta fuit apoplexiâ, quæ à capite ad pedes uſque totum dextrum latus invaſit, & per undecim horas circiter abſque motu, per horas verò viginti quatuor abſque loquela remanſit; & per dies 22. in lecto immobilis permanſit. In hoc miſero ſtatu à filio ſuo Joanne Antonio ſuaſa eſt, ut ad Peregrini opem confugeret, eidem narrans multitudinem prodigiorum Beati. Fecit illa, uti melius poterat, quod ſuadebatur, atque aliorum ope duci ſe fecit ad Eccleſiam noſtrã S. Mariæ Gratiarum die 5. Junij, quo tempore fervebat opus Inquiſitionis miraculorum ejuſdem B. Peregrini. Rogavit infirma, cùm pedibus ſtare non poſſet, ut ante ejus Aram proſterneretur precibus, ac gemitibus inclamans pietatem Beati, ut ſibi vel motum, vel mortem à Deo impetraret, tantoque affectu preces ingeminabat, ut adſtantibus pluribus lacrymas excitaret quamtenerrimas. Quam ob rem advocatus P. Antonius Anaſtaſius Maria Ghiſelli noſtri Ordinis, ab ipſomet ſuaſa, ut præmiſſo peccatorum ſuorum actu ferventioris E contritionis ter *Pater noſter &c.* totidemque *Ave Maria, &c.* recitaret, & cùm præ doloribus, & lacrymis, ſingultibuſque id Infirma vix exequi poſſet, ut ſupplerent Adſtantes rogavit, quod & piè fecerunt: hinc ex lampade, quæ coram Peregrino ſemper ardet, oleo ſumpto Infirmam in partibus læſis inunxit, & illicò dolores intermiſſi ſunt, ut eadem Infirma tunc atteſtata fuit coram omnibus, deinde liberiore, ac expeditiore facto uſu partium illarum, ad motum excitata, majori, quâ venerat, facilitate domum repetiit, ubique per viam B. Peregrini munificentiam magnificans. Tribus verò ab illinc diebus, & die 16. ejuſdem Menſis Junij ad Altare B. Peregrini læta rediit, ibique in perpetuum F obtentæ Gratiæ monimentum appẽdit ferulam, quâ in tali infirmitate ad motum uſa fuerat, & unà cum ipſa ferula cor devotum Beato obtulit ad gratitudinem æternam teſtandam. Reſtabat manus dextera aliquantulum impedita, ſed & ipſa ex reiterata Olei unctione perfectè ſanata eſt.

Apoplexia ſanatur.

4 Olimpia filia Laurentij Pagoni, & Uxor Franciſci Tomaſſini de Appecchio Comitatus, et Dominij præclariſſimæ familiæ de Ubaldinis hoc anno cùm à pluribus jam Menſibus infirma eſſet, ac atrociſſimis doloribus circumdata nil proficientibus humanis remedijs ad extrema devenerat; quare cum Sanctiſſimis Sacramentis Euchariſtiæ, & Sacræ Unctionis munita fuiſſet agonem ſuum Domino G commendabat. Hinc, Deo ſic diſponente, cum exinde tranſiret ex noſtris P. Laurentius Maria Fabri, rogatus ad viſitandam Infirmam acceſsit, eamque piiſsimis verbis ad patientiam, & cum Dei voluntate conformitatem hortatus eſt, atque uti erat ſalutis animarum cupidiſſimus, etiam aliquas eidem Infirmæ ſpirituales proteſtationes ad Deum ſuggeſſit, & inſinuavit: deinde ad Sanctos Tutelares recurſum, maximè verò Beati Peregrini præſidium efficaciter ſuaſit, narrans eidem quanta mirabilia ejuſdem Beati interceſſione patraret Altiſſimus; pro quibus à tribus Epiſcopis Delegatis à S. Sede proceſſus jamjam parabatur. Exarſit Infirma in Dei amore his auditis, & ſpe in Deum, H ac B. Peregrinum erecta petiit ejuſdem Beati Reliquiâ ſignari; at cùm eam P. Fabri ſecum non haberet, aliâ Reliquiâ Patris noſtri S. Philippi, quam geſtabat, eam benedixit, dicens illam eſſe ejus Sancti, qui B. Peregrinum ad Cœleſtia pepererat. Interim infirma tota erat in deprecanda B. Peregrini ope. Quæ dum ageret, nullo remedio adjuvante emiſit ab utero membranam marcidã, & ultra quàm exprimi poſſit, undequaque fætentem, id quod accidit die 18. Maii præſentis anni 1715. Ex qua non aliter ſperata emiſſione, citò convaluit, & grati animi erga ſe ad Civitatem Caſtelli contulit, ibique ad Altare B. Peregrini; ipſius efficax adjuto-

In agone conſtituta liberatur à morte.

rium

rium confessa est, ac S. Patri nostro quoque Philippo se ipsam cum humillima gratiarum actione obtulit in perpetuum servitium.

Tumor gutturis evanescit:

5 Francisca Uxor Dominici Ferrini à S. Ansano Territorij Civitatis Castelli tumorem quemdam in gutture molestissimum per multum temporis spatium gesserat. Sic à Deo inspirata se ad Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum contulit, ibique ad Aram B. Peregrini sistens se ab ejus Reliquia benedici in parte læsa humiliter expostulavit. Quâ obtentâ per manum P. Prosperi Manfredi nostri Sacerdotis benedictione [mirum!] statim à tumore immunis remansit, & ad propriam domum læta, et Beatum Peregrinum magnificans remeavit eadem die 8. Julij 1715.

Epilepsia sanatur.

6 Antonius autem ejusdem Franciscæ, & Dominici Filius alteram non dissimilem gratiam præcipuam à B. Peregrino reportavit. Cum etenim epileptico morbo à multis annis malè vexaretur, ab ijsdem Parentibus voto facto Sanctissimæ Virgini, quæ dicitur *di Camoscia* commendatus infirmus fuerat, à qua cum [Deo sic disponente] gratiam non obtinuisset, ab ipsamet Matre ad Civitatem Castelli, & ad Aram B. Peregrini ductus est, ejusdem opem enisè implorantes, voto emisso celebrationem unius Missæ in honorem Beati se curaturos. Oratione absoluta domû redierunt, et exinde Antonius jam per plures menses ab illo morbo tentatus amplius non fuit, qui ter saltem per singulos menses adoriri eum consueverat, Quin etiam ipsa ejus Mater attestata est, se, suamque domum, & familiam plusquam centum à Peregrino Gratias obtinuisse, unde non solùm votum celebrationis Missæ exsolvit, sed & insuper in æternum se fore gratam spopondit.

7 Hanc ipsam contestationem dedit Dominicus Ferrini prædictus, qui cum sæpè Colicis doloribus esset affectus, alium neminem expertus liberatorem fuit, quàm Peregrinû, nam ab eo toto corde invocatus omnem ab eo languorem procul fecit, absque eò quòd à similibus doloribus amplius impeteretur, & de quampiurimis alijs gratijs domui suæ à B. Peregrino concessis ipse quoque cum Uxore sua confitebatur.

Præcipitanter cadens à doloribus liberatur.

8 Barbara Petri Galli de Tipherno præcipitanter ab oblonga scala cadens, adeò graviter in latere sinistro læsa fuit, ut penitus in illo inepta remaneret, adjunctis etiam doloribus vehementibus. In tam misero posita statu nullum melius adfuit remedium, quàm B. Peregrini devota invocatio, cui etiam promisit se velle in ejus honorem novemdiales addere preces, & sui Altaris per totidem dies visitationem. Emisso voto illicò mitigatis doloribus, etiam motu, quòd per triennium amiserat, recuperavit, Novenam instituit, atque, ut ipsamet die 9. Julij 1715. deposuit, antequam perficiatur hujusmodi devotio, sperat perfectam sanitatem obtinere.

Amissus pedum usus restituitur

9 Antonius Clementis Giannini à Civitate Castelli cùm intestinis doloribus sæpius affictaretur, ad crura tandem dolores descenderunt, ex quo difficiliùs gressus facere poterat. Invocato itaque Peregrini nomine se lampadis ejus oleo inunxit, & quàm citò sanitatem, ac motus primævam obtinuit facilitatem. Ita ipsemet deposuit de Mense Julij 1715. summas agens Peregrino grates.

Religiosus ab arteticis doloribus sanatur.

10 P. Franciscus Antonius Salvatori Pontremulensis Augustinianæ Congregationis Longobardæ Religiosus, cum de familiâ degeret in Civitate Castelli hoc anno 1715. doloribus arteticis duorum spatio mensium obnoxius esse cœpit, usquequò auditâ famâ, quæ ubique percrebrescebat Gratiarum, & Prodigiorum, quæ Deus ad invocationem B. Peregrini Fidelibus largiebatur, spe in illum erectus voto se adstrinxit, se ad ejus Altare, si liberaretur, Missæ Sacrificium celebraturum. Adveniente igitur die festo ejusdem Beati, nempè 30. Aprilis hujus anni, se ad Ecclesiam nostram Sanctæ Mariæ Gratiarum contulit, ibique ad ejus Aram, accensis à se oblatis duabus candelis, devotè Sacrificium obtulit, & inde liber à tam acerbis doloribus, qui eum ut plurimùm in lecto retinebant, evasit.

A morbo Ischiadis liberatio.

11 Benedictus Fracchi de Tipherno pessimè laborabat Ischiade, tanto incommodo, & dolore, ut vix explicari possit. Julius Mensis Anni hujus decurrebat, quo Judices Delegati præfatum processum super miraculis B. Peregrini validè prosequebantur. Id resolvit Benedictus, & internâ fiduciâ motus erga præsidium Beati illum enixè pro sua salute rogare cœpit, ac sumptis pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentis ad ejus Aram humiliter ejusdem Reliquiâ signari poposcit. Obtentâ benedictione statim alleviari se persensit usque ad integram sanationem, uti deposuit ipsemet, appendens in holocaustum cor suum Benefactori suo, & votivam Missam ad ejus Altare celebrari curavit in gratiarum actionem.

A Nephriticis doloribus unus ex Judicibus lib.

12 D. D. Joannes Vincentius Castelli Ordinis Prædicatorum Archiepiscopus Marianopolitanus, & Episcopus S. Angeli in Vado, & Uraniæ, dum actu formationi processus super miraculis B. Peregrini cum alijs Conjudicibus assisteret, sub sero diei 26. Junij præsentis anni doloribus Nephriticis vehementer oppressus, ad Beatum, cujus agebat Causam, fiducialiter recurrit, atque ipsâmet nocte Reliquiam ejusdem sibi afferri postulavit, quâ allatâ citissimè per P. Antonium Anastasium Mariam Ghirelli nostri Ordinis, eâdem se signari mandavit expresè, P. etenim Antonius reverentiæ gratiâ hoc renuebat. Obtenta benedictione subitò cessarunt dolores, & obdormiscens, insequenti mane liberè potuit examini ejusdem Causæ personaliter assistere; asserens se esse promptissimum ad subeundum examen super hac specialissima à B. Peregrino obtenta Gratia.

13 Etiam DD. Jo. Laurentius Titii Episcopus Civitatis S. Sepulchri, alter ex judicibus Delegatis à S. Sede in Causa B. Peregrini, ejusdem subsidium in seipso expertus est hoc codem Anno, dum Tipherni ad dictum processum conficiendum degeret; nam Ophtalmiâ, seu vitio oculorum tentatus, ope B. Peregrini adeò convaluit, ut expeditè assistentiam assiduam eidem processui præstare potuerit.

Alter ex Judicib. ab Ophtalmia sanatur.

14 Tertius quoque Judex D.D. Lucas Antonius Eustachi Patritius Romanus Episcopus noster Tiphernates accepto fert B. Peregrini auxilio, quòd non obstantibus assiduis, variisque corporis indispositionibus, attamen absque ulla interpolatione potuerit toti fabricæ processus interesse ad finem usque inclusivè.

Tertius Judex à variis languoribus liberatur.

15 Dominicus Angeli à S. Justino Diœcesis Tiphernatensis, obortâ plagâ in sinistro latere latâ satis, & profundâ per ipsos 50. dies malè vexatus B. Peregrino promisit, quatenus à tam acri morbo liberaretur, ad ejus Aram votivam Missam celebrari se curaturû. Emisso voto brevi ab omni plaga sanatus est, & beneficij non minus quàm voti memor, illud fideliter adimplevit die 26. Julij 1715.

A plaga magna in latere dextro sanatio.

16 Dominicus Thomæ de Villa dicta S. Martini Diœcesis Tiphernatensis duodecim annos integros extraordinariæ magnitudinis tumorem quendam in genu dextro maximis adjunctis doloribus ægrè portaverat, adhibitis variis, potentibusque remedijs, sed incassum; donec longè lateque diffundente se fama super miraculis B. Peregrini in processu examinatis, spe motus Dominicus, ad illum toto cordis affectu confugit mense Julio. Nec vana spes fuit; illicò enim cœpit mitigari dolor ingens, quem patiebatur, & brevi tumorem omnem, cum admiratione Peritorum, evanuisse animadvertit; Unde gratitudinis ergo Missam ad ejus Altare celebrari continuò curavit, ingentes gratias eximio Benefactori suo rependes.

Magnus tumor sanatur.

17 Angela Durante Anconitana, sed Tipherni degens, de Mense Julio hujus anni 1715. cùm ex gravi accidente læsa fuisset in oculo sinistro, adeò ut per ipsum nihil omninò videret, ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarû accedens, orabat ante Altare B. Peregrini, quando interiùs audivit, *Unge te oleo meæ lampadis, & sanaberis*, quo facto maximâ cordis fiduciâ, subito claruit in oculo, sed non perfectè, visus deperditus; at verò termino trium dierum redijt postliminio tota lux, & lætissimis vocibus Angela decantabat ubique potentiam Peregrini Benefactoris sui, eo ipso tempore, quo efformabatur ejus miraculorum processus.

Visum amissum sinistro oculo restituit.

18 Barbara Thomæ Anconitana, famula D. Comitis Alexandri Titi in Civitate Castelli depofuit, qualiter de Mense Julio præsentis anni hydrope oppressa jacebat, enormiter tumida in capite, & per totum corpus,

Ab hydrope oppressa liberatur.

E sed maximè in cruribus per integrum Mensem, quare facta consultatione inter D. Horatium Fabri, & Hyacinthum Piombi, utrosque Medicos Physicos, & D. Augustinum Filogeni Chirurgum, uno ore desperaram Vitæ Barbaram crediderunt. Quo audito mœstissimo nuncio Infirma totam se ad implorandã B. Peregrini opem convertit, & suasu dicti Comitis Heri sui promisit Beato, si sanaretur, se ad illius honorem Novenam celebraturam; interim verò, ac secunda hora noctis oleo lampadis ejusdem Beati summa devotione se inunxit, & obdormivit. Mane facto stupentibus cunctis, qui aderant, tumor omnis evanuerat, ac ipsa totis membris integra, & sana reperta est; quare votum exsolvens, in devotione Beati Peregrini perpetuò perman-F sit.

19 Magdalena Antonij de Comitibus à Civitate Castelli, quæ de Anno 1702. liberationem à febri vehementissima receperat intercessione B. Peregrini [de qua diximus ad annum 1710.] rursùs hoc anno ejusdem Beati auxilio indiguit; Nam *Erisipilate* super oculo dextro affecta visum omninò amittendi periculum eidem de proximo imminebat, quare ad expertam Beati munificentiam confugiens, ejusdem Reliquiâ benedici curavit, & obtinuit per manum P. Prosperi Manfredi tunc temporis S. Mariæ Gratiarum Conventus Priorem: Quo facto statim à tanto malo notabilem sensit alleviationem, & duobus ab inde diebus omninò libera & sana, gratiarû G actionem ad ejus Altare ingeminavit hoc anno 1715. die 27. Julij.

Ab Erisipilate liberatio.

20 Elisabeth Vincentij à Gavinis de Sideravi Diœcesis Tiphernatensis tres annos hydrope malè affecta tumefactis corporis membris maximè in cruribus de die in diem crescebat tumefactio, cum aperto discrimine vitæ. Post incassum omnia adhibita remedia ad præsidium Infirmorum B. Peregrinum humiliter se convertit, & demandata Missæ celebratione ad ejus Aram, illicò confortata est, nec multò post à tam molesto morbo perfectè liberata est, egitque personaliter gratias Insigni suo benefactori de Mense Julio 1715. quo tempore miraculorum ejus fiebat diligens, & gloriosa inquisitio per Judices Delegatos.

Hydrope malè affecta sanatur.

H 21 Quo eodem Mense, & anno, Cherubina Oriandi Lucæ Pellegrini Tiphernatensis Uxor oppressa à vehementi dolore capitis, ac incessanti vomitu per totum corpus quassata, nec cibum sumere, nec somnum carpere illi datum erat; quin etiam quandoque respiratione impediebatur; quamobrem omnis in ea spes vitæ defecerat. Impos consilij Maritus ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum supplex pergit, ibique ad Altare B. Peregrini præsidium ejus in tanta necessitate deprecatur pro salute Uxoris. Adfuit Infirmorum Protector, unde domum reversus Uxorem non sine stupido gaudio reperit extra lectum omninò sanã, & ab omni languore liberam, & ambo Benefactori

A capitis dolore, & vomitu liberatio.

factori suo tenerrimas egerunt grates.

22 Maria Dominica Virgo filia Mariani Antonij à S. Joanne in Cassia Diœcesis S. Angeli in Vado molestissimis, & insuetis sæpius agitabatur symptomatibus, adeò ut per 24. horas quandoque sensus omnes amitteret; quod eidem in Ecclesia quoque contingebat. Dolentes Genitores eam Eugubium duxerunt ad Corpus B. Ubaldi, ut Sanctorum intercessione à tam diro morbo liberam filiam videre possent. At Deus hanc Gloriam B. Peregrino reservabat, ad cuius Altare Parentes filiam adduxerunt Tiphernum, audientes innumeras gratias, quas Beatus ille se invocantibus impartiebatur. Erat dies Dominica quando Civitatem intrarunt, unde ne tempus audiendi Sacrum præteriret, ad Illud auscultandum Ecclesiam S. Francisci, uti commodiorem, intrarunt; dum autem missam devotè audirent, en impetus consuetorum accidentium in filia, quæ cadens in terram facta est velut mortua. In tanto discrimine Reliquiam B. Peregrini humiliter expostularunt Genitores, & ipsâ allatâ per P. Prosperum Manfredi Priorem jam dictum, obsignata fuit Virgo infirma, quod cùm factum esset illico ad se rediit, quæ imposita fuerat, ac tali modo viribus confirmata, ut insequenti mane libera omninò ad nostram Ecclesiam redierit, ibique ad Aram Beati Sanctissimis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Mysterijs refecta, Missæ Sacrificio sine ullo incommodo assistere potuit, numquam allàs adeò sævis impetita symptomatibus ex hac die 4. Augusti 1715.

A symptomatibus habitualitèr vexata liberatur.

23 Franciscus Horatij ab Oppiano Territorio Civitatis Castelli ab atrocibus vexatus doloribus à latere sinistro ad dexterum, ex quibus horridas patiebatur convulsiones. Ad cum in tali misero statu pervenir fama prodigiorum, quæ absque numero diffundebantur inter Fideles ex invocatione B. Peregrini Ord. Serv. Quare spei plenus ad illum enixa supplicatione confugit, ac parumper ex ejus lampadis oleo obtinere curavit, quo latera devotè inunctus, ictu oculi [ut ipsemet fassus est] evanuerunt dolores, & ad pristinam lætus rediit sanitatem hoc anno, ipsoque tempore, quo in Causa miraculorum ejusdem Beati assiduè procedebatur, adeoque in gratiarum actionem ad ejus Altare Missam celebrari fecit.

Convulsionibus, et doloribus medetur repentè.

24 Soror Felix Cappuccina monialis in Civitate Castelli, quæ in multis experta fuerat in se prodigum Gratiarum largitorem Peregrinum, à gravi fluxione oppressa erat in oculo dextero, qui valdè inflammatus acerbos ei dolores inferebat. Itaque ad Advocatum suum confugiens, ejusdem Novenam instituit, in cuius termino oleo lampadis oculum inungens, evanuit omninò inflammatio, cessavit dolor, & ipsa ad antiqua exercitia libera, & læta reversa est.

A gravi fluxione oculi dextri liberat.

25 Blasius Valentini de Tipherno cum duos ipsos Menses dolorem vehementer in brachio dextero perpessus languebat absque ulla intermissione, Ejus Uxor Catharina Antonij Spadini se ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum contulit, & pro salute Mariti B. Peregrinum affectu cordis deprecata est. Inde aliquantulum olei ex ejus lampade secum sumens cum ipso læsum Mariti brachium unxit. Peracta unctione statim alleviari se sensit Blasius, ac brevi ab omni penitus dolore liberum se confessus est, unde in honorem Beati Missam celebrari curavit ad ejus Altare die 28. Septembris hujus Anni 1715.

Dolor vehemes in dextero brachio evanescit

26 Carolus Peretti Mediolanensis, & Tipherni commorans, graviter se in tibia sinistri pedis securi percussit, adeò ut nervum musculum, ac venam principem resecarit, vulnere quidem mortali. Ad refugium Infirmorum B. Peregrinum confugit miser, ipsius opem vehementiùs efflagitans, votum vovens, si convaluisset, ad eius honorem Novenam se celebraturum. Quod petierat obtinuit, non sine evidenti miraculo, uti testatus est D. Augustinus Filogeni peritus Chirurgus huius Civitatis. Ipse verò Carolus jam sanus ad Altare Beati Divina Mysteria recepit, ibique Missam celebrari curavit die 28. Octobris hujus anni 1715.

A vulnere sævo sinistri pedis sanat.

27 Angela filia Jo: Baptistæ à Dinarlo, & Catharinæ, Uxor verò Dominici Vincentij de Territorio Tiphernate, filiolum lactabat ætatis duorum Mensium, quando ex accidenti lacte privata per quinque dies, nec aliunde necessitati pueri succurrere valeret, in evidenti vitæ periculo versabatur infans. Ad Peregrinum Mater confugit, & oleo ejusdem, lampadis pectus sibi inunxit. O mirum! illicò lacte repletæ sunt in tanta copia mammæ, ut ipsamet nimium esse conquereretur. Filio igitur cùm subvenisset, ipsum in oblationem ad Aram Beati portavit, ibique in anathema gratitudinis fascias cum panno rubeo, vestimenta pueri appendit de Mense Novembris ejusdem anni 1715.

Ad vitã pueri lactem Matri restituit.

28 Paulus Petri à Villa Falerni in Territorio Civitatis Castelli die 21. Septembris anni currentis 1715. è procera arbore nucis præcipitantem corruens terrorum, totus contusus est, & inter alia mala os sacrum è loco suo motum est, ex quo dolores ingentes pluribus diebus patiebatur, donec ad Peregrinum cōfugiens, oleo ejusdem lampadis in parte læsa inunctus est; deponit ipse, quod illicò cessavit dolor, & sensibiliter os sacrum ad suum locum reversum est; quare læto animo ad suum benefactorem in Ecclesia nostra gratias immensas retulit, oleum pro lampade offerens, & Missam in eius honorem ad Aram ipsius celebrari mandavit.

Ex præcipitio collisã redintegrat.

29 Ad hunc annum quoque referimus, quæ non prius quàm hoc anno relata nobis sunt, quamvis anno præterito 1714. vel anterioribus annis evenerint. Anna Adamans filia Antonij Caraffi Tiphernatensis de mense Octobri paucos post dies febriles, tumor quidam circa

ea gulam ex capite descendit, adeò vehemens, ut nec cibum traijcere, nec loquelam formate ullatenus posset, ex quo quatuor post dies à Medicis conclamata fuit. In tali statu infœlicissimo posita Anna nullum alium tanto malo mederi posse, quàm Peregrinum agnovit. Ad illum itaque toto cordis affectu confugit, ejus Reliquiâ signata fuit, nec mora, quin illicò ex ore frustula carnis marcidæ cœpit emittere, ex qua emissione libera facta est ab omni malo, & impedimento, & ingenti repleta lætitia de morte ad vitam à Deo per intercessionem B. Peregrini redijsse grato testimonio confessa est.

Ex tumore oppressam à morte liberat.

30 Anna Benedicta Antonia Manescalchi Uxor olim Jo. Baptistæ Galli Tipbernatis ea crurum debilitate affecta fuerat, ut nonnisi difficillimè, & interiectis morulis iter facere eidem liceret. Integros quinque annos molestissimam hanc infirmitatem sustulit Anna, quamvis nullis expensis pepercisset in adhibendis humanis remediis. Qnin etiam ad gloriosum Antonium vocatum *il Santo de' Miracoli*, & de Padua cognominatum, humillimas effudit pro sanitate preces; at [Deo sic disponente ad gloriam Peregrini promovendam, ut piè credi potest] inefficaces quoad sanitatem Anna preces suas experta est; donec à Deo inspirata B. Peregrinum, ut ei succurreret, inclamavit, & insimul ejus Novenam celebrare devotissimè cœpit. Ultima dies Novenæ fuit Annę dies ultima laboris, & molestiæ; Evanuit namque Crurum diuturna debilitas, & ipsius bases, & plantæ consolidatæ adeò sunt, ut expers antiquæ infirmitatis nedum liberè ambulare, sed etiã B. Peregrino Insigni suo Benefactori tota inservire potuerit, ejus laudes, & gloriam semper decantans.

Debilitatem Crurum sirmat.

Præsenti pariter anno manu D. Joseph Buratti publici Notarij recognita fuit attestatio quædam D. Medici Benenati Bartoli à Sellano Spoletanæ Diœcesis, olim Medici Physici à publico Civitatis Castelli Magistratu stipendiarij Officio gerentis, in præsentia DD. Angeli Batelli, & Antonij Lurchi Tiphernatum, cujus attestationis exhibite occasione processus miraculorum B. Peregrini, tenor talis est idiomate latino.

Ego infrascriptus Medicus olim conductus in hac Civitate Castelli pro servitio Civitatis, attestor pro veritate, etiam interposito juramento, qualiter anni sunt præteriti jam sex infirmus quidam, vel infirma, non enim benè recordor an masculus, an verò fœmina fuerit; hoc quidem rectè reminiscor, infirmum parum distans habitasse à Conventu P.P. Servorum. Laborabat hic quâdam putrida, et maligna febri, quæ ad extremum vitæ pa- rientem deduxerat, jamque biduo agonizabat. Unde cùm eandem infirmam personam sub serò visitassem, absque ulla vitæ spe illam adinveni; hoc non obstante, ne muneri meo deficerem, etiam insequenti mane ad illam

Attestatio Medici super prodigiosa sanatione.

me contuli, quamvis supervacaneè, dubitans E jam tunc fuisse defunctam; At me stupor invasit; sanam etenim, & absque ulla febre illam reperi; unde & interrogavi, quam Crisim natura operata esset, ex qua tam instantanea evenisset liberatio. Respondit illa B. Peregrinum, cui se commendaverat, sibi attulisse salutem. Et quidem nullo deinceps indiguit Medicorum adjutorio; unde totalis hæc à morbo instantanea sanatio absque ulla Crisi nonnisi à causa supernaturali processisse poterat. Et hoc totum attestor pro veritate ad Dei majorem Gloriam, & B. Peregrini, multumque displicet, me præcisè non recordari quænam esset Persona illa, quæ dictam Gratiam recepit, ad hoc ut ritè posset, & conducenter probari. In quorum fidem hanc scripsi, F & subscripsi in hac Civitate Castelli hac die 29. Julij 1715.

Ego Benenatus Bartoli à Sellano Spoletanæ Diœcesis affirmo ut supra manu propria.

Sciendum pro veritate facti, quòd vocatus judicialiter fuit supradictus Doctor occasione processus efformati hoc anno per Judices à S.Sede Delegatos super prodigiosa sanatione Sororis Gertrudæ Valentini Monialis in Ven. Monasterio S.Cæciliæ in Paradiso, de qua diximus ad annum 1712.

31 Hoc anno pariter ad nostram notitiam pervenit qualiter Puella Florida filia Floridi Galli Tiphernatis, & Magdalenæ ejus Uxoris, quæ Florida de præsenti de sponsata est Cypriano Cosci à Perusio, sed in Civitate G Castelli degente. Hæc igitur Puella retroactis annis in dextera nate gangrænosam plagam tolerabat, & adeo semper excrescebat in dies, ut à Chirurgo D. Augustino Filogeni putridam carnem identidem resecari opus esset, absque ulla spe liberationis; quin etiam et alia similiter gangrænosa plaga discooperta fuit in osse sacro. Quamobrem omni humana spe destituta puella conversa est ad Imaginem B. Peregrini, quam impressam in charta papyracea retinebat apud se, magna fide sic dicens, *Dilecte Senex provide tu huic meo malo, non enim amplius sustinere valeo, pro me jacta res est*. Hoc dicto taliter alleviatam se persensit, ut de morte ad vitam sibi redijsse videretur, unde & à se ipsa surrexit H è lecto, quod ante facere minimè poterat. Et profectò Chirurgus adveniens, qui eam desperatæ salutis omninò crediderat, vidensque subitaneam istam in meliùs mutationem, quid novi accidisset, infirmam interrogavit, à qua de Invocatione B. Peregrini certior factus, stupens exclamavit. *O Filia quantum debes Peregrino!* De facto plagæ ambo brevi evanuerunt, & ipsa adeò sana facta est, ut ad nuptias transire potuerit, & nomquam eodem morbi genere vexata fuerit. Grata igitur Florida pro tanto beneficio quolibet anno in pervigilio festivitatis Beati jejunium servat, & in festo ejusdem ab omni opere manuali se abstinet, & ad ipsius Altare Missam celebrari

A plaga gangrænosa puella liberatur.

brati eodem die fatagit, oleumque lampadi ejus subministrat, de omnibus his eadem Elotilda fidem faciens.

Puella à maleficio liberatur.

32 Altera quoque filiola unius anni Margarita Josephi Augustini Giornelli ex Territorio Civitatis Castelli, maleficio, ut putabatur, malè affecta paulatim deficiebat, utroque cubitu inepta, & in renibus quosdam veluti dentium morsus gestabat. Solliciti parentes de infantis puellæ salute duxit eam Mater, nomine Francisca J. Baptistæ ad Ecclesiam Cerbaræ, cujus Parochus D. Joseph Ghibini infantulam unxit oleo, quo ardet lampas appensa ad Imaginem D. Blasij; sed hac S. unctione, quia sic Deo placuit, non proficiente, statuit Mater ad Ecclesiam S. Ansani filiolam ducere, ibique pariter à Parocho D. Felice Feliciotti ex oleo, quo ardet lampas accensa in honorem ejusdem Sancti, adhibita unctio fuit puellæ, sed absque effectu; sanationem etenim hanc (ut mox apparuit) gloriæ Peregrini Deus reservaverat; ad quem cum denique Mater, ex persuasione Dominicæ Lazzaroni obstetricis, supplex pro filia confugisset, eam ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum attulit, rogans P. Laurentium Mariam Fabbri tunc temporis Sacristam, ut eam oleo Beati inungere dignaretur. Quievit aliquantulum post unctionem puellula, et in termino quinque dierum integram sanitatem cōsecuta est anno 1708. vivitque in præsens ab omni languore perfectè libera, solis in testimonium facti remanentibus in renibus morsuum cicatricibus. Quas gratias egerint Parentes pro filia, & quantam ex insperata ejusdem salute conceperint animo lætitiam illi suadere sibi poterunt, qui Parentum amorem erga filiolos præcipuè infirmos noverunt.

Ab Herpete infirmus sanatur.

33 Parvulam in tibia dextera plagam gestabat Dominicus Brizzlarelli de Civitate Castelli anno 1709. quæ paulatim extensa totam demum occupavit tibiam, apertis ultra decem in eâ foraminibus, quod morbi genus appellabat Chirurgus *Herpete*; tresdecim ipsos menses ea hac plaga dolenter laboravit Dominicus, cum in mentem saniori consilio devenit, ut ad Peregrinum confugeret. Fecit, & quidem efficaciter; offerendo oleum pro lampade ipsius Beati, pluresque Missas votivas ad ejus Aram celebrandas committendo, remedium tam atroci morbo reperit non solùm, sed etiam integram, perfectamque salutem diù in præsens usque conservatam, quamvis una voce Professores omnes autumarent, nonnisi recisione tibiæ sanati infirmitatem posse. Gratus ergo Dominicus ad Aram Beati tabellam, & cum tabella cor suum mācipatum appendit. Quin etiam ipsemet ad majorem Beati gloriam, non hanc unam, sed permultas, & alias gratias B. Peregrino se debere testatus est.

34 Filius quoque Magistri Sebastiani Pesci Franciscus Antonius è Tipherno validam Peregrini manum in se ipsum expertus est. A Nam cum biennij spatio videndi facultatem in utroque oculo amisisset, adeout nec propè se positas agnosceret personas, umbras easdem judicando. Multa post adhibita incassum remedia, lumen oculorum suorum in Peregrino requisivit, ac demum obtinuit. Inunctus etenim ejus oleo per manum P. saepedicti Laurentij Mariæ Fabri illicò (quod ei prius minime licebat) ardentes lampades non solum B. Peregrini, sed & cæteras per Ecclesiam nostram dispositas optime discernebat, & nullo altero adhibito medicamento mox perfectam videndi facultatem amissam recuperavit, itaut ab anno 1709. usque ad præsentem 1715. integra omnino perseveret: quamvis (ut ipsemet attestatur) eò redactus fuisset, ut B ab uno oculo omnis discesserit virtus visiva, & ab altero quæ obscurata remanserat ex peritiori Chirurgi sententiâ, brevì perdenda foret, itaut ejus infirmitate durante per manum à propria Matre nomine Francisca per Civitatis semitas duceretur.

Facultatem videndi in utroque oculo restituit.

Tibiam confractam redintegrat.

35 Antonia Brizzarelli filia jam nominati Dominici, & Annæ Mariæ Uxoris à Tipherno, cùm esset ætatis annorum 14. ex summitate scalæ ad imum præcipitanter corruens anno 1713. præter alia vulnera, & contusiones in toto corpore, tibia quoque dexteri pedis confracta est, in duas partes osse discisso. At verò in tanto discrimine B. Peregrinum invocans, mitigato vehementi dolore, brevi sanata est, absque eo, quòd aliquid impedi- C menti in pede illo remanserit, quod nonnisi Gratiæ speciali B. Peregrini tribuendum venit.

Monialem ex precipitio collisam sanat.

36 Soror Felix Monialis jam dicta in Ven. Monasterio Cappuccinarum Tipherni, cadens in terram circa finem Mensis Augusti 1714. ossibus tibiæ pedis sinistri confractum ei dolores inferebat intolerabiles; quare fiduciâ plena confugit ad protectionem B. Peregrini, atque ejus Reliquia per manus P. M. Caroli Antonij Mariæ Tassinari toties nominati, tunc temporis in eo Monasterio Confessarij, benedici obtinuit; Qua benedictione accepta dolores illicò mitigati sunt, ac non multò post os consol datum est, perfectamque sanitatem recuperavit. Ne verò ingrata tam D eximio Benefactori videretur, ad ejus Altare duas transmisit candelas, ejusque Novenam devotè celebravit.

Percussuram cum plaga consolidat.

37 Eodem anno 1714. Jo. Franciscus Posterni Tipherni Fabri lignarij artem exercens, cùm esset in propria Officina, pede sinistro casu impegit in extremitatem asseris in solo jacentis, quæ impetu cum altera extremitate consurgens tibiam percussit adeò vehementer, ut plaga usque ad os tibiæ pertingeret, & dolores acerrimos excitaret usque ad spasma: Margarita ejus Uxor accurrens, ut marito subveniret, recordata est apud se retinere parum bombacij, quod oleum hauserat ex lampade ardente ante Imaginem B. Peregrini

ni. Hoc ipso bombacio spe in Beatum erecta unxit tibiam vulneratam, quæ statim ex doloribus alleviata est, & brevi sanata omninò fuit, agentibus ambobus conjugibus immensas gratias Deo, & B. Peregrino, ac olei mensuram offerentes Altari ejusdem.

A carbunculo oppressū sanat.

38 Post primam gratiam accepit Jo: Franciscus prædictus & alteram eodem Anno 1714. de Mense Augusti; cùm etenim in parte sinistra vultus ab ignito carbunculo ex improviso aggressus fuisset tota facies vehementer intumuerat, adeò ut præ immensitate doloris sui ferè compos non esset. Visitatus à peritis æstimatus est in evidenti mortis periculo. At ille Benefactorem suum Peregrinū, quem in se tam benignum expertus fuerat, inclamavit, Ejus Reliquia exinde signatus, sibi videre visus est eodem tempore quemdam Religiosum Ordinis Servorum B. M. V. barbâ oblongâ, & gravitate pollentem, qui pro se infirmo Jesum Crucifixum rogaret. In instanti cessarunt dolores, & brevi perfectam corporis salutem recuperavit. Ut verò jugis accepti beneficij memoria perseveraret, parva cicatrix in ejus vultu remansit. At ille peractis humilibus gratiis Jesu Christo, ac B. Peregrino, Tabellam factum exprimentem Aræ Beati appendit, & Habitum Nigrum Mariæ Virginis Dolorosæ per annum gestare promisit in honorem B. Peregrini Servi Mariæ fidelissimi.

Atræ bilis humores, & deliria sanat.

39 Ad hunc annum quoque relata nobis est Gratia obtenta per Teclam Nicolam Manelli Uxorem Antonii Caraffi è Civitate Castelli anno salutis 1705. Hæc ab internis atræ bilis humoribus oppressa, deliria mentis persæpè patiebatur, vocant Medici *Maniam*; plurium mensium accuratam medelam experta est, semper tamen incassum, donec ad Protomedicum Peregrinum recurrens, ipsius Reliquiâ signari humiliter voluit, & ad ejus contactum, quasi ex pondere liberari se sensit, & ad integram mox corporis, & mentis sanitatem devenit, gratias agens permultas Eximio Benefactori, & in ejus honorem per novem hebdomadas singulis quartis ferijs ad ipsius Altare sacram excepit Synaxim, totam se ad servitium ipsius offerens.

Pleuritidē Epidemicam fugat.

40 Hoc autem Anno 1715. Thomas Martinelli de Tipherno ab atroci pleuritide, quā D. Horatius Fabri Medicus epidemicam, atque adeò mortalem existimabat, ex invocatione B. Peregrini, liberatus fuit, & multas egit gratias.

41 Attestationem, & juridicam recognitionem à se factam obtentæ Gratiæ à D. Constantia de Pandolfis Romanam Viduam annorum 60. circiter, exhibuit hoc anno D. Franciscus Ignatius Lazzari I. U. D. & publicus Auctoritate Apostolica Notarius, quam registramus, ut jacet.

Omnibus &c. Fidem facio ego infrascriptus, qualiter sub die 9. Aprilis 1715. ad instantiam RR. PP. S. Mariæ Servorum hujus Civitatis Castelli per me &c. examinata fuit ad perpetuam rei memoriam perillustris D. Constantia de Pandolfis Romana, ætatis suæ annorum 60. circiter, Vidua relicta à q. D. Io. Ventura de Burghesis, existens in Domo Hæreditaria d. D. Jo. Venturæ in d. Civitate Castelli, cui delato juramento veritatis dicendæ, prout tactis &c juravit &c. ad opportunas mei interrogationes, & ad majorē Dei Omnipotentis Gloriam, ac Venerationem Peregrini de Latiosis dicti Ordinis S. Mariæ.

Recognitio judicialis alterius sanationis.

Respondit et deposuit prout infra, videlicet.

A quello, che V.S. mi ha interrogato, rispondo, che è la verità, qualmente nell' Anno 1706. essendo vivo il Sig. Gio. Ventura Borghesi mio Marito, mi venne una boglia nella garognola del piede destro, come una lenticchia, o sia capo d'una grossa spilla, che poi dilatandosi in piaga venicì grande quanto un testone d' argento, e mi continuò da 10. mesi in circa con dolori sì eccessivi, e febri così veementi, che mi levavano la fin di cervello, e per quanto si affaticasse il Sig. D. Agostino Filogeni Chirurgo di questa Città, non provai lenitivo alcuno alli dd. dolori, che perciò mi raccomandai di tutto cuore al B. Pellegrino Laziosi di S. Maria de' Servi, verso del quale professavo una gran devozione, sì per avere il suddetto Sig. Gio. Ventura mio Marito dipinto il Quadro, et effigie di d. Beato, che v' è posto nell' Altare fatto con tutta attenzione fabbricare nella Chiesa del Ven. Convento de' Servi di M. V. dal M. R. P. M. Carlo Antonio Maria Tassinari, come ancora per aver sentito raccontar le Grazie, che si ottenevano da S. D. M. mediante l' intercessione del sudetto Beato, che perciò feci pregare il M. R. P. Anselmo Sabatini della suddetta Religione, acciò si compiacesse favorirmi di portare per venerare la Reliquia di detto Beato, che si conserva nella detta Chiesa, e si espone all' occorrenze sopra l' Altare suddetto, come si compiacque di portarmela, e fare la carità d' applicarla al piede offeso, e segnare la piaga con detta S. Reliquia, facendovi sopra il segno della Santa Croce, con che mi sentii subito mitigare il dolore, & avendo prima fatto proponimento, guarita ch' io fussi, di portarmi in detta Chiesa a visitar detto Altare, e venerare per nove giorni, come feci, la d. Sacra Imagine; mi proseguì detto miglioramento per quaranta giorni in circa, e fin' a tanto, che restai affatto libera, e potei portarmi alla detta Chiesa per adempire gli obblighi, e promesse fatte, e rendere le dovute grazie al Beato per un tanto favore: che è quanto posso dire per verità a quello, che VS. mi ha interrogato, e di questa Grazia ricevuta per intercessione del suddetto B. Pellegrino ne ponno far fede li miei figli, e figlie ancor viventi, e la servitù, che di quel tempo tenevo, e gli amici, e parenti, che vennero a visitarmi, & il tutto da me deposto è publico, e notorio, ac fù, & è publica voce, e fama in questa Città palàm &c.

Et

Et quia ego Franciscus Ignatius de Lazzaris Patritius Civ. Castelli prædictæ, & Unus de Consilio Regiminis Quadraginta Virorum ejusdem J. U. Doctor Pub., & Apostolica auctoritate Notarius Judex Ordinarius in Archivo Almæ Urbis descriptus de supradicto Examine rogatus extiti, in fidem hic me subscripsi, publicavi, meoque signo, quo in similibus utor, munivi requisitus Anno D.N. Jesu Christi ab ejus Nativitate 1715. Indict. octava, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. Anno ejus decimo Quinto.

42 Cæsar Francisci à Rivo sicco Territorio Civitatis Castelli de mense Decembri anni elapsi 1714. cum diù tres plagas satis latas, & profundas in tibia pedis dexteri tolerasset, ad Beati Peregrini refugium confugiens, unxit se in parte læsa oleo ejus lampadis, atque, ut ipsemet confitetur, ex lecto consurgens à se ipso, nullo auxiliante, [quod prius non poterat] ambulare cœpit, ac brevi dierum periodo sanus omninò factus est, acceptam sanitatem soli Deo, ac B. Peregrino referens cum perpetua gratiarum actione.

Tres plagas in Tibia sanat.

Denique coronidem imponat Gratiis usque ad hunc annum ex intercessione B. Peregrini à Deo concessis insigne beneficium ab eodem collatum D.D. Jo. Vincentio Castelli Ordinis Prædicatorum jam dicto Archiepiscopo Marcianopolitano Episcopo S. Angeli in Vado, & Uraniæ eo potissimum tempore, quo terminandus erat processus enunciatus miraculorum ejusdem Beati. Nam cùm die 27. Novembris hujus anni 1715. è Civitate Castelli Rheda Vectus obviam exiisset D. D. Jo. Laurentio Tilli Episcopo Civitatis S. Sepulchri, qui ad id Tipherni se conferebat, ut Collationem ejusdem processus inchoatam novissimo termino compleret; accidit extra mœnia Civitatis prædictæ, ut Equi ducentes Rhedam Præsulis Castelli, nescio quâ umbrâ perterriti, ex incitato cursu Rhedam in altam foveam impingerent, absque eo quòd equorum ductor id impedire nullatenus valeret. Quare Prælatus ipse, qui intra Rhedam morabatur, in magno vitæ discrimine se positum animadvertens, ad Beatum, pro quo tam libenti animo suam impendebat operam, anxius confugit, ac non sine specialissima Beati Peregrini assistentia, neque ipsemet Prælatus, neque ductor equorum, nec animalia, neque ipsamet Rheda, quæ ratione impetus, quo ruit, confringi debuerat, aliquod vel minimum damnum passa fuerunt. Hilaris igitur ad absolvendum tam sanctum opus unà cum aliis Judicibus à S. Congregatione Rituum Deputatis, accinctus est, ut vel sic pro tanto beneficio gratias agere videretur.

D. D. Episcop. Delegatus à casu servatur incolumis.

Completo autem processu, ac ritè collationato, finem desideratum obtinuit die 29. Novembris ejusdem Anni; designatusque fuit ejusdem Processus Portitor supranominatus D. Petrus Jacobus à Valle, Procurator pro Civitate Forolivlensi, qui læto animo gratum onus in se suscipiens, illum Romam detulit, atque, ut erat in mandatis, S. Rituum Congregationi fideliter consignavit.

Processus completus.

ANNOTATIONES IN CAP. III.

Ex Archivo publico Civitatis Castelli, & Conventus S. Mariæ Gratiarum illius Conventus, quorum sunt transumpta in Archivo nostro Florentino, hæc omnia habentur, quæ scripta sunt.

Ex B. Peregrini Corpore odor exhalans. Ejusdem Prodigia, & Gratiæ tam intra, quàm extra Italiam iterum recensentur.

CAP. IV.

CHristi bonus odor Peregrinus fuit in omni tempore, & in omni loco dum viveret apud nos, hinc nil mirum est, si virtutum ejus odor longè latéque diffusus etiam corpori, ac membris ejus suavitatem odoris communicaverit, cujus rei testimonium quamvis ab initio quoque extiterit, majori tamen, ac diligentiori attentione repertum fuit, ac recognitum occasione novi Processûs Forolivii efformati ex commissione S. Congregationis Rit. in his Annis per attestationes hoc eodem anno 1715. in Actis exhibitas, ac ritè recognitas tam Medici Physici, quàm Chirurgi, & Aromatarii, quarum tenorem hìc apponere non erit incongruum.

Odor è Corpore B. Peregrini emanans.

Prima igitur est attestatio Doctoris Physici Joannis Aspini, qui addito juramento confiteretur sic.

Quamvis in odorifero Cadavere B. Peregrini adinvenerim ipse deficientiam partium fluidarum, aliarumque magis corruptibilium, & insuper partes, quæ incorruptæ remanserunt non ita molles, ac perfectè tractabiles, uti videtur exquirere S. Thomas secunda secundæ Quæstionis 178. Art. 1. ad 3. ad comprobandam evidenter prodigiosam incorruptionem corporum, sicuti etiam requirit Philosophus in lib. 4. Naturalium. Attamen cuicumque rem attentiùs consideranti patebit, Corpus jamjam à quatuor sæculis defunctum præditum quampluribus membris flexibilibus cum aliqua rugositate naturali membrorum, utque admirans testari cogetur, ut ipse facio, adesse in Corpore B. Peregrini sufficientem palpabilitatem. Quòd si postmodum ad fætorem animadvertat quem solent emittere corpora defunctorum, cum ad putrefactionem approximant, præcipuè si qualitates habeant calidas, atque humidas, uti habet corpus humanum, hinc rursum si attendatur ad fragrantiam odoris, quæ exhalat ex dicto Corpore B. Peregrini, non erit qui non attestari cogatur hujusmodi odoris principium esse non posse nisi supernaturale

turale, prætermissis modò alijs mirabilibus circumstãtijs enarratis in recognitione jam ritè facta ejusdem odoriferi Cadaveris me præsente consummata.

Odor itaque, quem ipsemet expertus fui efflare à prædicto S. Corpore B. Peregrini perceptus fuit simul ac aperta fuit ejusdem Arca in qua jacet; tunc etenim ipsemet, ut experimentum facerem, nares approximavi diversis partibus ejusdem Corporis, idest ori, pectori, & femoribus, ex qua approximatione odorem persensi quam suavissimum, qui me mirum in modum consolabatur, & ad denuo odorandum alliciebat absque ulla satietate. Diu verò mecum ipse considerabam ad quem speciem odoramenti fragrantia illa reduci posset, sed semper frustra, nam omnes odorum species videbatur excedere. Quamobrem enixè precor DD. vestras Illustrissimas ac Reverendissimas, & insuper adstantes omnes peritiores, ut attentè tam gratum odorem experiri velint ad hoc ut specificam ejusdem qualitatem, si fieri possit, distinguere valeant, nam ego ipse cogor ad credendum illum esse quandam cathegoriam cunctam cœlestium odorum, atque adeò nomen Anonymi eidemmet esse imponendum.

Ego Joannes Aspini deposui, ut supra.

D. verò Joseph Marchesini peritus Chirurgus, & vocatus ad recognitionem dicti Corporis B. Peregrini tali modo attestatur.

Ego ipse nihil habeo subjungendum ulteriùs ad id, quod non minus veridicè quàm doctè exposuit, & respondit ad interrogata per DD. vestras Illustrissimas, & Reverendissimas D. Joannes Aspini Medicus Physicus primi nominis in hac Urbe, tam circa palpabilitatem ab ipsomet observatam in Cadavere odorifero B. Peregrini post lapsum quatuor sæculorum circiter ab eius felici obitu, quàm circa fragrantiam suavissimam, quam ex omni sui parte mirabiliter exhalat, ut ego ipse quoque observavi, & expertus sum non modica meæ mentis admiratione, quamobrem nil aliud restat, quàm ut omninò ejus dicta confirmem, ac sapientissimas rationes approbem, uti facio.

Joseph Marchesini affirmo.

Id ipsum expressè confirmat D. Melchior Cæsarius Aromatarius his verbis.

Percepi odorem, quem Sacrum Corpus B. Peregrini ab omnibus sui partibus exhalat, & utique fragrantiam adeò suavem, & delectabilem expertus sum, ut quamvis Aromatarij, ac publici Professoris odoramentorum officio fungar in hac Civitate, confiteor tamen, quòd diebus vitæ meæ consimili odore nunquam adeò delectatus sum, atque ideo indubitanter existimo talem odorem naturalem neutiquam esse, at omninò supernaturalem; & ratio mei judicij ea est, quòd si verè odor naturalis esset, utique ex longa experientia, quam à quinquaginta annis omnium specierum odoris acquisivi, possem faciliter exprimere qualitatem odoris hujus, vel saltem eas magis accederet; additur ad probationem supernaturalitatis, odorē istum procedere ex corpore defuncto, quod potiùs fœtorem exhalare deberet.

Idipsum attestantem, & alij, qui recognitioni Cadaveris adfuerunt nu. 19. cum & ipsimet Judices à S. Rit. Congregatione delegati odorem ipsum experti fuissent hoc anno 1715.

Gratia concessæ Foroliviensibus à B. Peregr.

Hac occasione processus efformati in Civitate Forolivij repertum est non minorem fuisse B. Peregrini affectum, & beneficentiam erga propriam Patriam, quàm fuerit erga Civitatem Castelli, nam & Forolivij quamplurima prodigia, & ferè innumerabiles hisce temporibus gratiæ ab illis Concivibus à Deo per intercessionem ejusdem B. Peregrini concessæ fuerunt, quarum nonnullas tantùm ad majorem B. gloriam hoc anno concessas enarrabimus.

Prælatus à strangu. ria lib.

1 Hoc igitur eodem anno 1715. D. D. Peregrinus Maseri à Forolivio dignissimus Prælatus cùm à pertinaci stranguria, seu urinæ retentione malè vexaretur, recurrens ad intercessionem sui B. Concivis Peregrini, ejus Bireto benedictus, ac signatus, statim liberatus est, ut ipsemet confitetur.

Ab acuta febri puerum liberat.

2 Petrus Franciscus puer triennis Filius D. Comitis Merlini à Forolivio de mense Martio hujus anni oppressus est ab acuta febri, quæ indicia malignitatis præstabat, quare ejusdem Mater de filij salute solicita, ad B. Peregrinum confidenter confugit, eodemque Bireto benedictionem infirmo impertiri curavit, & illico levamen accipiens postera die recessit omninò febris, nec ampliùs puerum molestavit.

A duplici periculo puerũ præservat.

3 Puer alter, ætatis 14. mensium, nomine Hieronymus, filius Pauli Circi de Forolivio miserè cecidit in faciem super ignem, ante quem existebat vas plenum aquæ bullientis. Vidit hoc cum terrore ipsius Mater, & illicò voce magna exclamavit, *ob Beate Peregrine!* & Peregrinus accurrit Filium substentans, nam Genitrix illum ab omni læsione immunē cum gaudio reperit. Idem quoque Puer cùm esset ætatis mensium 15. cum sederet super quodam parvo sedili secùs quandam scalam altitudinis viginti pedum miserè cecidit super quodam solari, quod compactum erat ex debilibus, & corrosis asseribus, unde ex pōdere filij, qui ceciderat, disruptis asseribus, ipsemet ad planum terræ præcipitanter pervenit. Accurrit misera Mater B. Peregrinum inclamans, nec infructuosa Fides ejus remansit, nam Filiolum suum prorsus illæsum adinvenit.

Tumorē sanat.

4 Catharina Pasquali ex Diæcesi Foroliviensi cùm esset ætatis annorum 70. à quodam tumore per totum corpus oppressa, sed præcipuè in Tibijs, pedibusque, adeout à Medicis Hydropica conclamata fuerit; confugit ipsa magnâ Fide ad B. Peregrinum, & oleo Lampadis ejusdem se devotè inunxit; notabile inde sensit levamen, & brevi perfectam obtinuit sanitatem.

5 Vin-

5 Vincentius Biondi ex Territorio Foroliviensi, & ex familia optimè nota D. Flavio Blondio illius Civitatis Historico, cum à plaga notabilis latitudinis in tibia dextra magnis doloribus agitaretur, adeò ut caro circumjacens ex parte putrefieret. Plura adhibuit remedia, at semper frustra, quare destitutus humanis auxiliis B. Peregrinum ad sui solamen invocavit, ac Tibiam læsam oleo lampadis ejusdem inunxit, nec multo post à plaga liber omnino evasit.

Tibiam ab ulcere pessimo mundat.

6 Sex annos integros Petrus Spadoni Foroliviensis molestissimum morbi genus in uno ex fœmoribus, vocant Medici *Lichen*, sustinuit, ex quo assiduum pruritum, ac deinde vehementes dolores patiebatur, & quamvis innumera fermè adhibuisset remedia, à nullo tamen sentiebat levamen, donec hoc anno 1715. ad omnium majorum Medicum Peregrinum accurrit, à quo paucorum spatio dierum ex integro sanatus est, & Benefactori suo immensas egit gratias.

Prodigiis, & Gratiis singularibus per intercessionem B. Peregrini à fidelibus hoc eodem anno obtentis in Civitate Foroliviensi, & alia eodem in loco patrata subnectere non piget, quæ quamvis retroactis annis acciderint, eorum tamen notitiam non prius quàm præsenti anno, quo scribimus, accipere digni fuimus, & sunt sequentia ordine inverso procedendo.

7 Anno 1714. D. Cleopatra Bedollini ætatis annor. 70. cùm ex accidenti sola domi suæ reperiretur, ac cubitum ire vellet, de nocte lumen antequam ad lectum accederet incauta extinxit; at verò vertigine oppressa in terram miserè cecidit, & præ confusione ubinam esset, & quò pergeret, aliquantisper etiam in capite læsa, prorsus nesciebat; *Ob Peregrine* [exclamavit] *nunc tempus est, ut me adjuves*. Mirum! eodem momento vidit inexpectatam lucem, quæ ei lectum indicans à gravi mœstitia, & periculo liberavit, & quod ei gratiùs fuit, insequenti mane caput suum omninò sanum [ipsa testante] advenit, insigni Benefactori suo gratias agens permultas.

A periculo Mulierem oborta luce lib.

Anno eodem D. Valerianus Brunaccini, Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis Foroliviensis ætatis annorum 61. calculi, seu petræ morbo atrocissimè vexatus ex medicorum consilio periculosæ incisioni se subjicere coactus fuit. At præcedentet ad operationem validissimis orationibus B. Peregrini assistentiam interpellabat, plures dies ejus Sacrum Corpus in Ecclesia nostra venerando, precesque alias etiam dum domum reverteretur ad ejus Sacram Imaginem, quã apud se retinebat, iterum repetendo. Demum facta incisione felici ausu per manum Chirurgi Anatomici D. Alexandri Binocci, valdè tamen doloribus angebatur, quoties emittendi urinam urgeret necessitas, eò quia non aliter, quàm per apertum vulnus exire

Canonicum à morbo petræ sanat in ersionem ejus crebrò fanando.

A poterat. Hic miser ingeminabat ad Peregrinum preces suas, nec frustra, nam quinto die post incisionem, & de mense Octobri circa undecimam horam obdormiscens sibi videre videbatur Imaginem quamdam B. Peregrini eo situ, quo pingitur in actu descendentis è Cruce Christi, atque eodem momento sensit quasi manum applicantem vulneri lineam candidamque fasciam, ex qua se refrigerari sentiebat, ac dicebat sic dormiens, *O Beate Peregrine! demum complacuit tibi, ut me sanares*. Expergefactus è somno, cùm omnes ei assistentes famuli dormirent, & contra consuetum extincta essent lumina, non est ausus vulnus attingere, timens ne sibi ad fidei defectum id imputaretur; advertit tamen minimè humore aspersa fuisse [ut prius assolebat] linteamina. Mane facto, cùm Professor Medicus

B advenisset, non sine maxima admiratione animadvertit ab intus vulnus esse jam solidatum, urinamque primævum recessum naturalem acquisiisse. Cùm verò patiens interrogasset illum an id naturali cursu evenisse potuerit; asseveranter repusuit, neque Filo entiæ, ubi primùm hanc artem didicerat, nec alibi hoc accidisse umquam noverit, ut solo 5. dierum spatio vulnus incisionis cicatricem duceret, neque hoc fieri potuisse alio modo, quàm supernaturali, de quo etiam in scriptis exaratum fuit testimonium.

8 Paulus Cirri de Forolivio menses integros viginti ex insigni ulcere in Tibia acerbissimis doloribus vexatus fuerat, cui nihil

C proderant applicata remedia. Quamobrem ad Civem suum Peregrinum confugiens, ab ipso tantùm remedium efficax expertus est; nam applicatâ ad partem læsam ejus S. Imagine brevi perfectè sanatus est anno 1714.

Ab ulcere Tibiæ liberat.

9 D. Comitissa Francisca Merendi Sassi de Forolivio filiam habebat ætatis aliquorum mensium, quæ de repente gravibus oppressa simptomatibus in mortis periculo versabatur, cùm Mater amore Filiæ percita Peregrinum invocavit, ejusque Biretum afferri jussit, exinde per manus nostri Patris benedicta obdormivit filiola, quæ postmodum expergefacta numquam accidentia similia passa fuit.

A mortis inflatia puellulã liberat.

10 Jacobus Franciscus Filius D. Mariæ Franciscæ Spinelli Brunaccini tumore quo-

D dam in gutture malè affectus, adeò malus humor profecit, ut nonnisi incisione sanari posse Medici judicaverant. Reluctabatur vehementer præsaræ incisioni puer, atque adeò in mortis periculo constituebatur, cum Mater eodem B. Peregrini Bireto filium signari curans continuò decrescere cœpit ipse tumor, & paucorum dierum curriculo integrè sanatus est anno 1714.

Puer à gutturis tumore liber.

11 Maria Magdalene Sangiorgi de Perusia, cùm ex quadam infirmitate venæ incisionem in pede subiisset, tribus à Chirurgo inflictis vulneribus, infelici successu, pes vulneratus horrendè intumuit; inde in plagam adeò profundam evasit, ut os pedis apparet,

A vulnere pedis Mulier sanatur.

ret, ipfaque plaga nigredine affecta ad corruptionem properabat. Expers confilij Infirma fuafu cujufdam mulieris eidem affinitate conjunctæ fe B. Peregrino fuppliciter commendavit, atque oleo lampadis ejufdem B. inungi partem læfam curavit; inde morbo folamen, ac demum quinque dierum circulo integrè liberata eft anno 1714.

12 D. Conftantia Catharina Amici, Monialis in Monafterio S. Luciæ de Faventia n ó longè à Forolivio horrendam in utroque Crure fluxionem quatuor integros annos paffa, etiam aliquibus plagis affecta fuerat, doloribus adeò fævis, ut omnem medicamentotum vim eluderent. Anno igitur 1714. à quadam ejus Sorore feculari dono miffa eidẽ fuit facta imago B. Peregrini, erga quem vehementi conceptâ fiduciâ enixè pro fua jam jam defperatâ falute deprecata eft; nec mora; nam fubitò mitigatis acerbis doloribus integram obtinuit fanitatem.

13 D. Carolus Bacci à Forolivio retulit, quòd menfe Majo anni 1714. ejus filiolus ætatis menfium 9. opprimebatur à quibufdam extraordinarijs fymptomatibus, plufquam decem vices per fingulos dies, variè contorquebatur, & fpumam ex ore emittens, toties mori credebatur. Egregius Doctor Afpini advocatus pro remedio candentis ferri adustionem pucro parabat; fed eodem tempore iifdem fymptomatibus iterum affectus puer attem elufit; Quamobrem ab eodem Medico conclamatus eft. Affl ictiffimus Pater ad Peregrini opem recurrit, & ejus Bireto puerum obfignari curavit; quâ benedictione obtenta ftatim puer ad ufum fenfuum revixit, nec umquam ab iifdem accidentibus moleftiam ullam expertus fuit, ita teftantibus pro veritate d. Dom. Carolo Nobili Viro, cum D. Sufanna ejus Uxore, Medico præfato, alijsque benè informatis.

14 Dominicus Conti de Forolivio annos fexdecim plagam in crure pertulerat fatis moleftam, cùm anno 1714. die 14. Decembris ad Peregrinum recurrens magno doloris impetu plaga difrupta eft magna cum fanguinis emiffione, ex qua mors illius timebatur; fed adfuit invocatus Peregrinus, eique & periculum mortis, & omnem brevi plagam abftulit.

15 Fr. Rochus Tertiarius Ordinis S. Francifci, Forolivij degens, ex tumore fævo, quem in genu gerebat, atrociffimos dolores patiebatur anno 1712. adeò ut ab Obedientiæ Officijs exercendis omninò impediretur. Ex tumore ulcus creatum eft cum enormi carnis excrefcentia, atque tanto humorum acrium concurfu, ut fæpius ad incifionem devenire opus fuerit; at ex his, varijsque adhibitis infuper emplaftris nullum percipiebat levamen Infirmus, qui demùm ad Cœleftem Medicum Peregrinum convolans, ab ipfo tantùm opportunum obtinuit remedium; nam procurata Miffæ celebratione ad ejus Altare, folamen mirificum non folùm percepit, fed quod ei jucundius accidit trium, feu quatuor dierum fpatio integram retulit fanitatem.

Religiofus ab ulcere liber redditur.

E

16 Raphael Borelli à Foropompilij non longè à Forolivio diftante, octo integros annos plagam in tibia dextera patiebatur, ex qua per totam tibiam dilatata decem, & octo foramina aperta fuerant, adeò vehementer à doloribus impetitus, ut ad motum omninò ineptus redditus effet. Ad Beati Patrocinium itaque mifer confugiens, ut melius potuit, ac non fine maximo incommodo, reptans ad venerandum Peregrini Corpus Forolivium fe contulit, ibique cum canin folemni Miffam ad ejus Altare celebrari curavit, quâ abfolutâ unctionem olei ex ejus lampade ad læfam tibiam adhibuit. Subitò confortatus ad perfectam fanitatem citò pervenit anno 1712.

Plagis, & ulceribus affectâ tibiam redintegrat.

F

17 Benedicta Burgati Bocier ex Gallia, Faventiæ commorans, horrendâ plagâ in tibiâ finiftri pedis affecta totam ejufdem pedis furam invaferat, acerbiffimosque dolores inferebat. Plurima adhibuit remedia femper incaffum, donec fuafu piarum mulierum Forolivium fe contulit, & ad Peregrini Corpus venerandum procedens, humillimas ad eumdem B. pro fua falute preces effudit. Necdum Orationem compleverat, cùm ipfofmet dolores mitigari perfenfit, inde brevi penitùs fanata eft anno 1711.

Suram pedis infectã fanat.

18 Barbara Fucci è Forolivio afthmaticis doloribus vexata, diù noctuque fomnum perdiderat, ac integros tres annos lectum ad quiefcendum intrare non poterat. Expers confilij Barbara ad refugium Infirmorum Peregrinum confugit, & ad ejus Corpus vifitãdum in Ecclefia noftra fterit; ibi Miffam fuo nomine celebratam ad ejus Aram aufcultavit, refrigerium fenfit, ac domum reverfa brevi ab omni dolore, & afthmate liberata eft anno 1711. ita ut in pofterum numquam tale morbi genus experta fit.

G

Ab afthmaticis dolorib. Mulier fanatur.

19 Antonius Cirri de Forolivio per integros annos octo crura varijs plagis affecta patiebatur, multaque jam fruftrà medicamenta adhibuerat. Quare omni humano auxilio deftitutus ad Peregrinum confugit, ejufque lãpadis oleo Crura inungens, brevi ab omni plaga liber evafit.

H

Crura malè affecta fanat.

20 Antonius Torri Faventinus, fed Forolivij commorans, utraque crura plagis item affecta gerebat, varijs quoque apertis, profundisque foraminibus, ex quibus dolores maximos experiebatur annos quinque. Demum ad Peregrinum recurrens, ejufque lampadis oleo inunctus ad fanitatem brevi pervenit anno 1710.

Simili morbo affectã liberat.

21 Tres mirabiles à Peregrino Gratias accepit diverfis temporibus D. Maria Francifca fupranominata Spinelli Brunaccini anno 1705. & 1706. Prima fuit de menfe Aprili cùm è doloribus artheticis per totum corpus afflicta, nec à quocumque humano remedio

fub-

Ab arthriticis passionibus, & sanguinis fluxu sanatur fœmina.

sublevata fuerit, facto Voto ad Beatum Peregrinum Concivem suum visitandi per annum ejus S. Corpus, & ungens se oleo lampadis ejusdem, illicò fugati sunt dolores, ipsaque numquam aliàs à tali morbo tentata fuit. Altera, cum die 28. Aprilis 1706. prægnans esset, & propè partum, extraordinarium sanguinis flusum perpessa, sensus omnes, præter auditum, amisit, atque eo tempore partum fœmineum amisit vivum, quem ad sensum obstetricis emittere debuerat in sanguine submersum. Ipsa verò Genitrix à Medico visitata, in proximo mortis adinventa periculo est, atque ut se ad mortem præpararet, admonita fuit. Quæ audiens intra se, *Scio me non morituram, quia B. Peregrinus mihi præsto erit.* Veridicam spem eventus monstravit; nam illicò sanguinis flusus cessavit, ac recuperatis sensibus læta dies partus transegit, post quos ad Ecclesiam nostram gratias actura Beato se contulit, & per annum integrum habitum Servorum in ejus honorem gestavit. Tertia Gratia fuit, cùm per transversum infixâ in faucibus non modicâ piscis spinâ tres ipsos dies vehementer laboravit, nullo proficiente naturali remedio, donec ad notum sibi benefactorem cucurrit, & pileolo ipsius fauces benedici obtinuit; & illicò fugato dolore, spina omninò evanuit, ac sicut postea in Filio suo, ita & multis alijs in necessitatibus domus suæ semper à Peregrino præsidium advenisse magnifica voce testabatur.

22 Non minus verò prodigiosa fuit sanatio, quam à B. Peregrino se recepisse fassus est Joannes Buosi à Forolivio elapsis annis. Is motâ rixâ inter illum, & Christophorum Cucarelli grave vulnus accepit in renibus, quod usque ad lumbos penetrans pro urinâ sanguinem emittebat, unde ad estrema perductus est, sacramentis perceptis, animæ commendationem quoque receperat, ab omnibus ejusdem salute desperata. In hoc misero statu Joannes totum se ad Peregrini esorandum auxilium convertit, emisso voto, quòd si convaluisset, statim se sacrum ipsius Corpus in Ecclesia nostra veneraturum, Missam celebrandam curaturum, ac votum in beneficij memoriam appensurum. His dictis subdormivit, ac post somnum, se melius habere cœpit, talesque accepisse vires, ut à se ipso è lecto surgere potuerit; post biduum verò ad Ecclesiam nostram pro voto esfolvendo personaliter accedere valuit, attestantibus D. Joanne Amadori Chirurgo, alijsque Peritis talem sanationem omninò supernaturalem fuisse.

23 Stupendum quoque fuit à Peritis Fausto Zannelli, ac Hieronymo Canestri reputatum prodigium à Laurentio Vegiani de Forolivio. Is dum esset ætatis annorum 25. morbo Gallico adeo pessimè affectus fuit, ut etiam obortâ parotide dolores immensos in capite pateretur. Difficillimæ curationis esse morbum hunc judicaverant Medici; quare post dolores nonnisi mortem expectabat Laurentius, maximè cum ejusdem in malo Socius ex eodem morbo jam obijsset. In tali angustia prius ad Peregrinum supplex confugit, & assumptâ quadam herbâ, vulgò dicta *Ortica*, quam morbo parotidis proficuam scribit Dioscorides lib. 4., ad Sacrum Beati Corpus venerandum accessit, herbamque à se collectam apposuit subtus Urnam Beati, sic orans. *O beate Peregrine; da huic herbæ virtutem me sanandi*; qua prece emissa, fiduciâ plenus, applicavit herbam ad Parotidem, statimque melius habere sibi visus est. Lætus itaque domū redijt, & Beati invocationem prosequutus, brevi præter omnium espectationem nedum à parotide, sed à morbo Gallico prorsus liber evasit.

24 Puer quoque quinquennis filius D. Franciscæ Merlini Foroliviensis nomine Antonius, cùm ab utero tibias inflesas gestaret, ad iter pedibus agendum omninò fuerat ineptus, sed solis manibus pronus reptabat. Remedijs pluribus, & balneis adhibitis, nullus apparebat profectus, cum anxia Mater puerum ad sepulchrum B. Peregrini pertulit, ibique vehementiùs orans filij sanitatem Beato commendabat. En Divinum auxilium! Puer in pedes erectus ambulare aliquantulum cœpit cum quadam difficultate, sed brevi omnem ad motum facilitatem acquisivit non sine evidenti miraculo, ut Medici testabantur, cum ageretur de impedimento pedum à nativitate, quod est difficillimæ sanationis.

Nimis in immensum hoc tertium volumen Annalium escresceret, si gratias omnes, & singula prodigia, quæ intercedente B. Peregrino pro Concivibus suis operatus est Dominus, recensere vellemus, quæ alioquin ex innumeris fermè tabellis, & appensis Votis conijcere fas est; Ad demonstrandum verò specialem hujus Beati affectum, quem in Cœlis etiam Gloriosus conservat erga Patriam suam Forolivium enarrata sufficiant.

Cæterum sicuti adhuc vivens illimitatam ad omnes Peregrinus in terris esercuit charitatem, ita nunc apud Deum regnans non solùm in diversis partibus Italiæ, sed etiam ultra montes Germanicis, & Hispanicis Regnis suam profudit beneficentiam. In quorum comprobationem aliqua hic apponemus ad Dei semper majorem Gloriam, ac erga Beatum ferventiorem devotionem propagādam.

25 Florentiæ morabatur Jo. Franciscus Cicognini a Forolivio anno 1690, studijs suis practicis attēdens in Archihospitali S. Mariæ Novæ, quando æquitans quodam die cecidit ad terram, graviterque in latere dextro cum fractura Tibiæ, quam fracturam Medici appellant Pharinaceam, ex qua plaga facta ex osse disrupto acerbissimos dolores cum febri, ac motibus convulsivis invesit. Quare ad Sanctorum præsidium Jo: Franciscus anxius de sua salute recurrit, maximè verò ad Beatum suum Concivem Peregrinum, à quo præcipuè in cruribus infirmis tanta pa-

trantur prodigia, sic eum inclamans. *Ob Sancte Concives meas! modò tempus est me adjuvandi:* inde ad ejus Aram in Augustissimo Templo Sanctissimæ Annunciatæ existentem, ut Missa in ejus honorem celebraretur curavit. Mox obdormiscens àliquantulum quietis ab immensis doloribus accepit; ac postea evigilans ab omni prorsùs dolore se liberum sensit, & solo spatio dierum octo plaga sanata est, absque ulla putris emissione, quod ex attestatione non solùm ipsius patientis, sed etiam aliorum naturali via impossibile fuerat, ipse Jo. Franciscus in memoriam beneficij duas tibias argenteas fabrefieri curavit, unam ad Altare Florentiæ, altera ad ejusdem Beati Aram Foroliviji offerendo.

26 In Diœcesi Mutinensi, & Terra Saxoli aderat quędam mulier, nomine Magdalena Boschesi Uxor Joannis Bondi, cùm dictus ejus Maritus amisisset omninò usum oculorũ, ex quo etiam in lecto decumbebat, expers humani consilij mulier ad B. Peregrinum, cui parvum Altare ante nostrę Ecclesiæ fores erectum apparet, oratura confugit, enixas pro salute Mariti preces effundendo: Tertiò easdem repetijt supplicationes, & ultima vice sibi visa est intus audire, *Redi domum, nec dubites; Maritus tuus visum recuperat.* Exiliens itaque citò domum repetit devota fœmina, maritumque in lecto jacentem adiens, *Euge Marite mi*, [diait] *euge, surge, quia B. Peregrinus te lumen oculorum asseruit recepturum.* Credidit Joannes Uxoris verbo, surrexit, & lucem perfectè vidit, ut priùs, hinc ambo gaudentes gratias quamplurimas Deo, & B. Peregrino egerunt. Ne verò hujus egregij prodigij memoria periret, & majoris gratitudinis ergo voluit idem Joannes illud instrumento publico, & coram testibus pleniùs confirmare; cujus instrumeti præmissis opportunis interrogationibus Judicis, & responsionibus ejusdem Joannis, & aliorum hæc sunt præcisa verba.

His omnibus, ut suprà peractis, & publicatis immediatè, & unico contextu constitutas pariter coram me Notario, ad præsentiam Testium infrascriptorum Magnificus Joannes q. Geminiani de Bondijs, de Jurisdictione Saxoli, juramento suo spontè suscepto, affirmavit, & affirmat, fecitque fidem, & indubitanter facit in dictorum omnium comprobationem, quòd anno 1687. sic, ut dictum est, cæcus, & ab Uxore jussus assurgere, quasi ex profundo lethargo evigilavit, nihilque dubitans sustulerit caput de lecto, ac subito viderit amabilem illam lucem, quâ toto triduo privatus jacuerat; eamque gratiam acceptam refert B. Peregrino, persuasus, quòd absque illius intercessione numquam talem favorem à Deo impetrasset. Actũ, lectum, & publicatum fuit præsens testationis instrumentum in hac Terra Saxoli, in Ecclesia dictorum Patrum, seu circumstantijs illius, præsentibus continuè ad prædicta Illustribus DD. Michaële q. Alberti de Salviolis, & Ænea q. Joannis de Bassis, ambobus de Saxolo, testibus habitis, rogatis, & specialiter adhibitis.

Ego Joannes d. Octavij Cassis de Saxolo, publicus Dei gratiâ, & Apostolica authoritate Notarius, adscriptus in celebri Collegio Saxoli inter Notarios prædictis omnibus interfui, & illa de verbo ad verbum ex ore attestantium habita recepi, nec latam quidem unguem demutavi, saltem in sensu, ac ad perpetuam rei memoriam publicavi, & authenticavi meo signeto, & subscriptione.

26 In Terra Saxoli pariter aderat Joannes Christophori Musatti puer annorum trium, qui repentino apoplectico percussus accidenti loquela, & motu in parte dextrâ privatus remansit, adeò ut neque regere seipsum posset, ossibus etiam es suo loco commotis. Visitatus à Medicis omninò incurabilis habitus fuit, ij erant ex peritioribus D. Hyacinthus Baltinerius, D. Alexander Agnelli, & D. Antonius Ferranni. Christophorus ejus Pater mæstissimus ad Peregrinum confugit, votum vovens se per annum quotidie Filium ad Arã Beati in nostra Ecclesia existentem filium infirmum perducturum. Tres menses jam votum impleverat, oleo lampadis Beati linguam, & pedem dextrum inungens, cùm puer in voces mirabiliter erupit, sed impedimentum partis dextræ non cessavit. At ex primo beneficio spem quoque secundi concepit Ava ipsius pueri Dominica Marvetti: Quare denuò puerum ipsum ad Altare Beati perduxit, ibique partem læsam super Altaris bradellam locavit. Verè mirùm! extemplò Puer nedum se movere, sed exilire, & ambulare cœpit expeditissimè, ac sanus, & fortis multos annos vixit.

In Hispanias quoque varijs in locis longè latèque diffudit Peregrinus indeficiens beneficiorum suorum lumen. Barchinone in Ecclesia nostra de Bono successu magna in veneratione apud illos populos est S. Imago B. Peregrini varijs ornamentis, & lampadibus decorata; nec minus honoratur in alijs Ecclesijs nostri Ordinis Regnorum illorum, nempè S. Martiniani Emporiensis, S. Martialis, S. Sepulchri de Quarte, in Diœcesi, ac Regno Valentiæ, in Ecclesia S. Mariæ de Balloc S. Michaelis della Cueva, S. Laurentij de Villa Rotunda, Visitationis, & alibi Festum ipsius celebratur Barchinone die prima Maij, quâ ad Cœlum evolavit: In pervigilio publicatur summa lætitia festum ipsius Beati tubis resonantibus per loca publica Civitatis, & adveniente manè talis, tantusque est populorum concursus, ut quatuor illius nostræ Ecclesiæ satis amplæ fores ad multitudinem introeuntium recipiendam à Solis ortu ad Occasum via sufficiant, concurrentibus nedum civibus ad solemnitatem, verùm etiam remotioribus gentibus, à quibus appellatur Ipse Beatus *Hispaniarum Thaumaturgus*; & inter assidua prodigia, & gratias, quæ innumerabiles recensentur in his, qui febre oppressi

pressi tres hostias triticeas deglutiunt, in quarum una scripta sunt hæc verba, *Christus natus est*; in altera, *Christus mortuus est*; in tertia verò, *Christus resurrexit*; invocantes opē B. Peregrini vel subitò liberantur à febri, vel notabile solamen experiuntur.

27 Individualiter attamen scribit P. Serra Ordinis S. Francisci, quòd filius cujusdam nobilis mulieris ætatis annorum 20. cùm ipsos sex menses jaceret assiduè infirmus in lecto plurimis oppressus languoribus. Afflicta mater ad Peregrinum pro dilecti filij sui salute confugit, atque ad ejus Altare nostræ Ecclesiæ Barchinonensis argenteam Statuam ejusdē magnitudinis, ac puer erat, dono misit, nec pio desiderio suo fraudata est, etenim filius brevi sanitatem recuperavit, ac postmodum habitu nostro Servorum indutus, ubique gloriam Peregrini, obtentamque à se ipso Gratiam promulgabat.

28 Idem minus insignis fuit gratia ex intercessione Peregrini concessa alteri Mulieri Barchinonensi, nomine Maria Anna Carrata. Anno 1651. atrox pestis vagabatur nedum per Civitatem, verùm etiam per loca adjacentia, quæ Mariam Annam quoque infecerat, ita ut io dextera Tibia undecim carbunculos miserè pateretur, & in hospitali publico degebat pro curatione, sed à Medicis omninò desperata, Sacramentis extremis refecta, & à Ministris derelicta fuit. In hoc miserrimo statu ad solamen Infirmorum Peregrinum Mulier confugit gemebunda, togitans, ut vita sibi prorogaretur, ad hoc, ut tres filias nubiles, & orphanas in tuto collocate posset. Audivit eam Peregrinus, & illi somnum immittens sibi videre visa est Beatum ad lectum suum accedentem, qui manibus crus infectum attingens, eam benedixit, & omninò sanavit. Manè facto accedentes Ministri, ac sanam illam reperientes, interrogabant, cuinam ex suis sanctis Protectoribus se commendasset. At illa lætissima respondebat, *Beato Peregrino, & non alteri, sanitatem, & Vitam debeo*.

29 Presbyter D. Antonius Guarro Primicerius Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ ad Mare ejusdem Civitatis Barchinonensis acuta febri oppressus assiduum delirium patiebatur absque spe ulla recuperandæ sanitatis. In uno ex lucidis intervallis, quod rarò contingebat, ad Beatum Peregrinum infirmus totâ cordis fiducia confugit, nec spe sua fraudatus est; etenim insequenti mane Medicis de more advenientibus inventus est D. Antonius extra periculum mortis, & paucis interjectis diebus absque febri, & omni morbo liber evasit.

30 Puer annorum decem filius Augustini, Civis Barchinonensis in latere dextro horrendum apostema diu gestaret, in vanum omnibus artis Medicinæ remedijs adhibitis; ad Cœlestia medicamenta Genitores illius filium instruxerunt, qui B. Peregrinum invocando meruit ab ipso consolationem accipere; A nam innocenti puero apparuit Peregrinus eâ ipsâ formâ, quâ depicta ejus imago patet in Ecclesia nostra S. Mariæ de Bono successu, qui dixit ei, *Quid à me petis puer?* at ille, *sanitatem à tam gravi malo, si tibi placet, ò Beate Pater*. Reposuit Peregrinus; *Sanaberis, sed esto gratus, & time Deum*; & exparuit. Assistebat ad lectum infirmi puer alter, qui audito colloquio, cucurrit ad Matrem. At illa festino gradu ad filij lectum se contulit: *Et quid est, fili mi, quod loqueris?* ait, O *Mater* [respondit filius] *B. Peregrinus me sanavit*. Idque verissimum erat, etenim insequēti mane Mater cum filio ad Ecclesiam nostram se contulerunt, ibique gratijs Deo peractis, ad Aram Beati Votum suum appenderunt.

B 31 Non minùs sanitatis beneficium recepit P. Isidorus Costa Societatis Jesu Rector Seminarij Civitatis Barchinonensis, quod meliùs patebit ex infrascripta ejus attestatione.

Anno 1666. detinebar lecto propter gravem febrem, malignumque humorem, qui ad genu descenderat, ibique suppuratus cauterijs, incisionibusque educi nunquam satis poterat, unde totam tibiam pessimè affectam habebam. Contigit autem quodam die, novas in tibia cavitates deprehendi, ex quibus, ut pus maturum extraheretur, novas incisiones facere decreverant Chirurgi. Id cùm ego intellexissem, & ex vehementi futurorum cruciatuum apprehensione anxiarer animo, recurri cum viva fide ad intercessionem B. Pellegrini, petijque liberari C *ab hoc novo tormento. Postridie reversus ad decretam incisionem Chirugus mutavit consilium, fistulamque plumbeam per vulnera pridem facta immittens, infuso vino expurgavit cavitates, quas de novo deprehensas dixi; rediensque sub vesperam ad iterandam curationem, invenit exsiccatam plagam, restauratamque ipsarum cavitatum carnem, neque deinceps detij ad plenam sanitatem proficere, donec consolidata sunt omnia, quod spectat B. Peregrini beneficio acceptum refero.*

Ego P. Isidorus Costa Soc. Jesu.

32 Bonaventura Coma filius cujusdam Aromatarij nomine Francisci degentis in Terra Cubelles Diœcesis Urgellensis, cùm ex accidenti subter currum cecidisset unus ex pe- D dibus adeò luxatus et remansit, ut plagâ effectâ lapsu temporis formatus sit Cancer, ex quo usque ad os carne denudata est tibia. Consilio facto Medici tibiam secare decreverant, ut vitam puero fervarent. At verò cùm ejusdem accelerationem mortis, etiam secando, timerent propter ætatem pueri adhuc teneram, ad insequentem diem operationem distulerunt. Interim autem adolescentis Patrem mœstissimum suasit ipsemet pijssimus Chirurgus, ut ad suffragia Sanctorum recurreret, propofuitque illi B. Peregrinum, de quo multa enarrabantur mirabilia: Accepit consilium Pater, & insimul unà cum filio Peregrinum enixis precibus rogare cœperunt ad salutem

lutem obtinendam. Exaudivit Beatus vocem pueri, nam eum die crastina Chirurgus aliquid notabilis allieviamenti notasset in ulcere ab omni consilio secationis abstiouit, imò oò multorum spatio dierum puer omninò prodigiose convaluit.

Accidit autem in quadam Terra d. Valles Diæcesis Tarraconensis, ut quædam mulier, nomine Francisca, Uxor Cosmæ de Campos aurificis, videns quòd pluribus febricitantibus in illa tempestate distribuerentur in honorem B. Peregrini tres illæ hostiæ, de quibus supra factus est sermo, deridere cœpit hanc piam invocationem, & dicere simile privilegium Peregrino nullatenus competere, sed soli S. Dominico Ordinis Prædicatorum Institutori. Interim verò crescente numero febrium, & ipsa Francisca in febrim incidit; F & ad remedium trium hostiarum recurrit, sed frustrà, nihil etenim eidem profuerunt. Tunc ad se rediens mulier agnovit id esse in pœnam suæ temeritatis: quamobrem dolens de præterito, Deo, & Beato humiliter veniam petiit, ac postea ingeminando præfatum remedium cum invocatione Peregrini, statim à febri liberata est.

33 In Terra quoque dicta Gramille Diœcesis Barchinonensis accidit, ut quidam Juvenis causa studiorum Barchinonæ degeret, ibique ex quadam oborta rixa inter studentes ictum parvi sclopi reportaret, ex quo mortaliter vulneratus extremis refectus fuit Sacramentis, ac ferè agebat animam; quando in mentem venit Peregrinus, cujus audierat magnalia multa. Ipsum itaque devotissimè invocavit, ut sibi præstò adesset, vovens Altare se erigi curaturum ad ejus honorem in patria, si supervixisset. Emisso voto, statim alleviatus est, ac brevì, & à periculo mortis, & ab omni vulnere liberatus est.

34 Puer autem triennis, numine Gabriel, filius Jacobi Mazipes à curru s cujusdam rotis oppressus adeò pedem confractum retulit, ut ossis ipsius pars quædam eximeretur è loco suo. Desperatâ itaque à Medicis ejus salute, Genitores omnis humani consilij expertes ad Aram B. Peregrini filium infirmum detulerunt, ibique ferventi emissa etiam Innocentis pueri Oratione, uti poterat; ipsemet puer arrepta fugâ, et absque ullo impedimento ad Altare propiùs advolavit, alta voce dicens, *Mater mater, ecce sanus sum*: Lætantes ergo Genitores gratijs Deo, & B. Peregrino peractis fulcra, quibus puer regebatur, ad aram in beneficij perennem memoriam appenderunt.

35 In Germania quoque Peregrinus beneficentiam suam extendit. Cùm etenim Oeniponti degeret de familia P. Bernardinus Maria Behem in Conventu S. Joseph Ordinis nostri, accidit, ut curru vectus extra Urbem ad aliqua peragenda negocia exiret, at verò Civitatem repetens, nescio quo facto, equi in fugam acti currum subverterunt, atque ut erant indomiti, pedem P. Bernardini calcantes, E illum ex integro comminuerunt, adeo ut visitatus à Peritis nulla spes in eo sanationis adinventa est. In tanto discrimine constitutus ad opem B. Peregrini implorandam toto cordis affectu se convertit; à quo nullatenus derelictus fuit, etenim vix habitu recursu, præter omnem spem, & opinionem, illicò se meliùs liberè sensit, & brevî ex integro quoque convaluit, atque ut erat vir magnorum meritorum liberè per multos annos potuit in vinea Domini fructuosè verbum Dei prædicando laborare semper erga B. Peregrinum pro accepto beneficio gratus.

Pragæ quoque in Bohemiâ morabatur quidam Religiosus ex Ordine S. Pauli primi Eremitæ, cui cùm ex quodam repentino casu F pes unus omninò fractus esset taliter, ut ferè salutem desperaret. Audiit à quodam Ordinis nostri Religioso, qui eum charitatis, & amicitiæ gratia visitabat, quanta Deus ad intercessionem nostri B. Peregrini operaretur prodigia, & gratias ad beneficium Infirmorum.

Quare spe erectus ad Beatum se convertit vovens, quòd si sanaretur, ad ejus Aram se memoriam perennem appensurum. Post votum emissum se meliùs habere sensit, atque solo dierum octo spatio pristinam, integramque consecutus est sanitatem; & Altare Beati lætus visitans, ad illud duos pedes cereos appendit.

Plurima quoque prodigia operatur in dies Divina Pietas ad salutem Infirmorum, & ad G Intercessionem B. Peregrini in Ecclesia nostra Germanica B. Virginis de Waldrast, Brixinensis Diæcesis, in qua ad Aram huic Beato dedicatam ipsæmet Tabellæ ac Vota quamplurima appensa, mirabilia Peregrini loquuntur.

ANNOTATIONES IN CAP. IV.

EX monumentis Ecclesiarum prædictarum, & tabellis pictis, ac votis in iisdem appensis, necnon ex Archivis Conventuum prædicatorum Italiæ, Hispaniæ, ac Germaniæ, quorum relationes plures fideliter extractæ in Archivio Flor. repositæ omnia supradicta eruta sunt.

H

A' S. Imagine Dei Genitricis in Ecclesia nostra Montis Berici de Vincentia Gratiæ concessæ. *C A P. V.*

FErè iisdem temporibus ad decorandum Habitum Servorum B. M. V. apparet conspirasse B. Peregrinum ejusdem Servum fidelem, & eamdem B. M. Virginem nostri Ordinis præcipuam Institutricem, & Patronam pientissimam. Enimverò præter quotidiana, innumeraque prodigia, quæ ad subventionem miserorum, ipsam fideliter invocantium, operatur quotidie veneranda Ima-

Imago Sanctiss. Annunciatæ de Florentia toto Orbe celebris, & quorum speciosiora [si Deus vitam dederit] separatim enarrare in animo est, prosequendo incœptum opus à laudatissimo Viro P.M. Angelo Maria Lottini. Etiam in Ecclesia nostra Montis Berici extra muros Vicentinæ Civitatis eadem B. Virgo multa patravit miracula, innumerasque Gratias Christifidelibus in dies elargitur, quorum notitia hoc eodem anno ad nos pervenit, incipiendo à novissimis.

1 Anno 1711. die 9. Februarii. Quidam Vir nomine Jo. Baptista à Monte Lizasso de Valdagno populi S. Michaelis de Vicentia educaverat in domum suam ab anno 6. ad annum 25. suæ ætatis Nepotem, qui à Dæmone tentatus hora 4. noctis ejusdem diei contra Patruum suum armis insurrexit, & eidem impio ferro tredecim inflixit vulnera majori ex parte mortalia, nempe in pectore, in capite, in gutture, & in dextero brachio. Adeò enormiter sauciatus Jo. Baptista ab ingrato Nepote ad Misericordiæ Matrem confugit, invocando ejus Imaginem Montis Berici, & paucis ab inde diebus nedum mortis imminentis evasit periculum, sed integram quoque sanitatem recepit.

Ab impiis vulneribus præservat.

2 Anno verò 1710. mense Septembri. Vir quidam nomine Pius, natione Veronensis filium habebat adhuc teneræ ætatis, sed adeo malè affectum ab utero, & debilitatum usu partium, ut ad motum undequaque ineptus esset [& quod magis, magisque Genitores ejusdem cruciabat, & ipsius sanitatem desperatam reddiderat, illud erat, quòd puer omnia medicorum respuebat remedia.

Cùm ergo nulla alia adesset, nisi à Superis, salutis spes decreverunt Patentes illum ad Ecclesiam nostram de Monte Berico perducere, ubi ad fontem gratiarum Beatissimam Virginem ferventes preces emittentes, infirmum puerum oleo lampadum, quæ ante sacram illam Imaginem diù noctuque lucent, ungi fecerunt; qua unctione adhibitâ, puer se movere cœpit in tantum, quòd paucis transactis diebus debilitas omnis aufugit, & consolidatis membris faciliter ambulare posset quò vellet, præ gaudio mirantibus Genitoribus, & Cœlorum Reginæ gratias agentibus.

Puerum infanabilem sanitati reddit.

3 Eodem anno 1710. de mense Augusto oppressus à morbo ex sententia medicorum omninò incurabili Dominicus Vicentinus ad Infirmorum salutem, Virginem de Monte Berico confugit, ejusque opem enixè imploravit, & quem Medici prorsus insanabilem existimaverant, ipsa B. V. brevi sanum, vegetumque reddidit.

Desperatum à morbo liberat.

4 Eodem pariter Anno Bernardus Monecco de Vicentia iter faciens ex quodam inopinato accidenti præceps in flumen cecidit inverso capite, cumque nullatenus arte natandi calleret, se mortuum credidit; unde B. Virginem de Monte Berico, ut sibi accurreret, invocavit, & ab eadem inexcogitato modo ad ripam sanus, salvusque deductus est, laudans gratanter ipsius piissimam liberatricem Mariam.

Ex fluminis præcipitio liber.

A

5 Quidam verò lignorum incisor Territorii Vicentiæ cùm hoc anno exerceret artem suam, accidit, ut ferrum securis ex ligno, cui hærebat, exiret, ipsa verò ex impetu ictus retrorsum caderet; at verò ferrum ipsum in altum elatum super ipsius caput rediit. Quare ex percussione se mortuum omninò credidit, sed invocato nomine Beatiss. Virginis de Mõte Berico sanus, & integer repertus est.

A ferro percussus servatur illæsus.

6 Anno 1709. die verò 25. Augusti, quâ recolitur Apparitio prodigiosæ Imaginis de Monte Berico, cùm esset Cœlum serenissimum, horâ illius diei vigesimâ primâ circiter adeò nubilum horridumque subitò factum est, ut omnes exterruerit; inde tonitrua, et fulgura undequaque strepentia, forsan in vindictam eorum, qui diebus, & solemnitatibus, ac concursibus populorum festivis abutuntur ad iniquitates concinnandas, vel exequendas. Properantibus itaque cunctis, & confugientibus ad Ecclesiam nostram, ad invocandum in tanto periculo, & horrore B.V. præsidium, ipsius S. Imaginem Patres nostri discooperiendam censuerunt. Interim cum ingenti strepitu fulmen è Cœlo per Ecclesiam pervolans perterruit omnes, adeò ut arescentibus hominibus præ timore diem extremam Judicij adventasse crederent. Hinc voces flentium, & percutientium pectora sua præ contritione amatissima cordis, hinc clamores ad B. Virginem, ut sibi in tanto periculo præstò foret, audiebantur. Nec defuit in imminenti discrimine tot clamoribus exorata Mater Misericordiæ: Etenim cùm et ex igne volante, & ex fœtore opprimente multos fore peremptos non temerè dubitaretur, [mirum profectò prodigium!] nec unus quidem in capillo capitis læsus apparuit à fulmine, quod cùm Ecclesiam circuisset, & ex deposito D. Episcopi Pagelo propè Aram D. Philippi Benitii leviter fregisset angulum ex pastice confectum, ex Janua Ecclesiæ, quæ Civitatem respicit, exivit. Populi autem talia videntes, & præ cordis lætitia ingemiscentes denudatis pedibus in obsequium, & gratitudinem erga sospitatricem Virginem regressi sunt domos suas, ac simili modo cæteri non solùm Vicentini, sed etiam Territorii Incolæ processerunt excalceati ad Ecclesiam nostram Virgini Matri humillimas acturi gratias, quæ eos à tam sæva tempestate immunes omninò servasset.

A sæva tempestate populos immunes servat.

B

C

D

7 Anno verò 1708. die 7. Octobris Joannes Pigarus de Vicentia domum reversus circa secundam horam noctis, cùm lumine indigeret, e silice ignem excussit. At verò cùm in eodem loco adesset non modica pulveris tormentarij quantitas, ex accensa esca cecidit pars in pulverem, quæ subitò in flammas erupit, & in faciem Joannis exarsit, ita ut se crederet valdè læsum, in oculis præcipuè, undè

Ab incendio pulveris tormentarij præservat.

unde Beatissimam Virginem de Monte Berico ferventer invocavit. Nec defuit oranti præsidium Virginis, etenim accurrentibus domesticis omninò incolumis adinventus est, & Magnæ Matri gratias agens, Votum ad ejus Aram appendit.

Puer biennis à præcipitio immanis. 8 Ceciderat eodem Anno ex eminenti loco puer biennis Joannis Volfati filius, & accurrentibus Genitoribus omninò mortuum credebant; unde gementes ad Virginem de Monte Berico clamaverunt, ut tam evidenti periculo succurreret, & verò Piissima Mater accurrit, quasi per aera substinendo puerum, qui in plano terræ absque læsione repertus est.

A vulnere lethali sanat. 9 Eodem pariter anno 1708. Jo. Baptista Chiesura Venetijs in loco, qui dicitur *alli tre Ponti*, ferro vulneratus in gutture adeo fortiter fuit, ut vulnus in adversam partem penetraret. Eodem temporis momento invocavit Jo. Baptista auxilium Virginis de Monte Berico, & exauditus est, quamvis enim volnus à Medicis lethale existimaretur, attamen brevi Virginis præsidio sanus factus est, gratusque Votum appendi fecit ad ejus Altare die 3. Septembris.

Ab equo feroci immunè equitem servat. 10 Equitabat eodem anno de mense Octob. super indomitum equum Tranquillus Morini; at cùm ei manum vicisset, ad terram illum cum impetu prostravit, pedesque supra ipsius corpus impegit. Invocavit ipse præsidiū Virginis de Monte Berico, & subitò equus contra indomitam consuetudinem stetit, neque illi damnum quamvis minimum attulit.

Mercatorem ad extrema deductū sanat. 11 Anno 1707. Quidam Venetus Mercator à gravi morbo oppressus adeò fuit, ut Medici eum conclamantes absque ulla spe vitæ ad extrema pervenerit, & Sanctissimo Viatico, ac Oleo Sancto munitus, in manibus erat Religiosorum, qui Animam suam consuetis Ecclesiæ precibus Domino commendabant. In tali misero statu Infirmus, quamvis immodicis gravatus esset doloribus, attamen intimo cordis affectu ad Beatissimam Virginem de Monte Berico confugit, & ab ea remedium adinvenit; nam paulatim refectis viribus, brevi salutem pristinam consecutus est, & gaudens ad ejus Aram accepti beneficij memoriam transmisit.

A morbo lethali sanat. 12 Simili morbo lethali, ac eodem anno ægrotabat Catharina Morandi Vicentina, & invocato B. Virginis auxilio, emisso quoque voto visitandi Ecclesiam Montis Berici, sana facta est, & Votum exsolvit.

Monialē à tumore liberat, & à morte. 13 Soror Maria Catharina Nenti Monialis in Monasterio S. Catharinæ de Vicentia à Tumore quodam in gutture nato, quem vocant Medici *Nactam carnosam*, malè adeò affecta, ut ijdem Medici omninò insanabilem, imo proximam morti dicerent. Destituta igitur omni humano remedio ad implorandum Divinum prudenter confugit, Beatissimam Virginem de Monte Berico in sui præsidium invocans. Et profectò fuit illi Maria Mater Salutis; etenim non multò post expuit ex ore

materiam quamdam crassam, quasi nucem E parvam, & statim sana facta est; cujus beneficij testes sunt omnes præfati Monasterij Moniales; ipsa verò in testimonium gratitudinis perenne pictam Tabellam ad Aram ejusdem B. M. V. appendendam transmisit.

14 Anno verò 1706. erant insimul Pater, & Filius Joannes, & Hieronymus Trivisaix è Bassano itinerantes in quodam parvo curru *detto Calesso*, ab equo ferocis naturæ agebantur, cùm repentino viso objecto agitatus equus manum ductoris vicit, nec amplius obediens illos in præceps ad ripam fluminis trahebat, absque dubio in aquis perituros, nisi præstò adfuisset B. Virgo Maria de Monte ab illis in tam evidenti periculo ferventissimis precibus invocata. In ipso enim præcipitij F loco, quasi ab alta manu retentus equus, citta id, quod ab ipsius ferociâ sperari posset, subitò stetit, unde à periculo ambo liberati sunt, & gratitudinis ergo votum ad Aram Virginis appendendum cum facti narratione transmiserunt. *A præcipitio liberat.*

15 In Territorio S. Sylvestri de Vincentia Dominicus Zambato ex altissima rupe præcipitio ruens invocavit B. Mariam de Monte, & quando se timebat jam mortuum, ab omni malo se persensit immunem, & in gratiarum actionem depictam Tabellam ad ejus Aram appendit die 11. Junij 1706. *A rupe præcipitans servatur innoxius*

16 Die verò 13. Novembris ejusdem Anni legitur attestatio facta in scriptis, ut infrà.

Ego Antonius filius Petri Meneghini, cùm G *essem equitando propè Ecclesiam S. Mariæ de Monte circumducens equum, me ad terram subitò prosternit, & calcibus pluries impetivit, ac super ventrem meum pertransijt. Invocavi Virginem Mariam votum eidem promittens, & nil damni passus fui, unde & tabellam appendi in æternam memoriam.* *Ab equi casu, & calcibus immunis fit.*

17 In Villa dicta *Cresole* non longè posita à Civitate Vincentiæ degebat Angelus Ruberti molendinarius, cui dederat Deus duos partus, filiam nempè annorum 7. nomine Mariam, & filium annorum 2. nomine Hieronymum, qui (ut mos est puerorum) propè flumen stabant ad invicem ludentes, dum verò conantur assumere paleas, quæ ad ripam per aquas fluminis decurrebant, ambo in flumen H rapidum præcipitanter cadunt. Fortè fortunâ non procul aderant Genitores, aliique Viri, qui accurrentes filiam quidem ex aquis vivam extraxerunt, sed puer nullibi comparebat, utpotè raptatus ab undis in profundum; Tunc ejulantes, & gementes Genitores invocarunt auxilium B. M. V. de Monte, & ecce stupendum miraculum! præter omnium spem raptus puer subtus molendini Rotas, quæ illum proculdubio collisisse debuerant, sed ex præcepto Reginę Cœlorum ad salvationem conversæ sunt, nam ex impetu rotarum jactus est puer ad ripam integer, sanusque. Quod insigne prodigium Parentes in tabella depictum in perpetuę gratitudinis anathema ad Virginis *Puer à Molendini rotis servatur illæsus.*

nis

nis Aram in Monte Berico appendi curarunt.

18 Anno verò 1704. de Mense Augusti
A
quædam mulier Anna nomine Uxor Jo. Baptistæ Michieli Aurificis professione in Civitate Venetia una cum pessimâ quadam, & obstinatissimâ fluxione in uno ex genibus obortâ, impotens omninò ad motum, ineptaque per longum tempus remanserat, nil proficientibus innumeris adhibitis remedijs, quin & insuper vehementes illi dolores accesserant. Igitur desperantes Conjuges omne humanum remedium, ad Cœleste B.M.V. de Monte insimul confugerunt. Hinc facto communi consilio se transferendi ad Ecclesiam Montis Berici, iter unà capesserunt, sed quot doloribus, quantove mulieris incommodo vix enarrare possibile est; Pervenerunt tamen, et ingressi in Ecclesiam, ibi Sacrâ Communione
B
post obtentam Sacramentalem absolutionem refecti diutiùs ad B. Virginem orarunt. Demùm ab oratione surgentes Ecclesiâ exierunt ad propria remeaturi. Credidit fiducialiter Anna se esse à morbo liberam, unde interroganti marito, quomodo se haberet, læta respondit; *Gratias Mariæ, sana jam sum, & absque dolore*; in cujus veritatis testimonium totum montem pedestris absque difficultate descendit, nec amplius à tali fluxione vexata fuit, conantibus ambobus Conjugibus, ut ad Aram Virginis obtenti beneficij perpetuum extaret monumentum.

Ab obstinata fluxione Mulier sanatur.

19 Accidit anno 1704. in festis diebus Maij, quòd Venetijs in platea S. Marci subter porticum prope Armamentarium Cubiculum
C
adveniente serò quidam Juvenis forsan itinere fessus prosternens se in quodam sedili ligneo, quod adhæret muro somno sopitus obdormiret. Nocte intempestâ pertransivit illuc latro quidam, qui cùm Juvenem à somno immersum vidisset, illum interficere decrevit, ut spolia ejus auferret. Itaque Acinacem, quâ erat accinctus, è vagina educens in capite Juvenem atrociter percussit, dividens illud in duas partes. Excitatus Juvenis alta voce exclamavit. *Auxilium, auxilium, confessionem quia morior*. Quo audito latro aufugit, & accurrentes aliqui advocato Chirurgo illum curari fecerunt; insequenti die stoppas à vulnere separans Chirurgus, advertit vulnus omninò lethale, & absque ulla spe curationis, ex quo cerebrum diffluebat. Quamobrem
D
Juvenem vulneratum monuit, ut animæ suæ consuleret, & veniâ datâ percussori se ad extrema Sacramenta disponeret, cùm nonnisi spatium unius diei ad vitam superesset. Audiit gemens Infirmus durum nunciũ, nec tamen animo corruit, & Voto facto visitandi Ecclesiam de Monte Berico nudis pedibus, ad Matrem Gratiarum humiliter corde se prosternens, ipsius opem in tanto discrimine postulavit, non diù post reversus Chirurgus, ut meliùs adverteret, an esset alicui remedio locus, adinvenit Infirmum, non sine stupore positum in tali statu, ut extra periculum mortis esset. Inde non multorum dierum spatio à vulnere sanatus, et viribus refectus, non immemor voti pedibus nudis ad gratias agendas in Ecclesiam nostram Montis Berici se contulit, & ad ejus Aram B. Mariæ Virgini Tabellam pictam in obsequium lætus obtulit.

A sævo vulnere sanat.

20 D. Faustina Colloreda Vicentina de mẽse Julio Maritum habebat incurabili morbo ad extremà perductum, adeout à medicis derelictus ad mortem properaret. In hoc statu votum vovit Faustina, si maritus convalesceret, utrosque ad Ecclesiam Montis Berici ad visitandam insimul B. V. imaginem se collaturos. Voto facto statim incœpit Maritus convalescere, ac non multò post integram recuperavit sanitatem; undè & ad promissa servanda Ecclesiam ambo se contulerunt, ibique Sacramentis Pœnitentiæ, ac Communionis receptis ad Aram Virginis sospitatricis appenderunt Tabellam cum inscriptione recepti beneficij die 24. Julij anno 1703.

Ad extrema perductum sanat.

21 Solverat à porto Venetiarum Antonius Patronus Navis nomine *Schiavo*, quæ mercibus onusta Zaræ portum petebat, ibi merces depositura; Cùm autem in altitudinem Maris devenisset, ab impetuosissima procella Navis oppressa subinde periclitabatur conteri, incessantibus ventis, ac tres ipsos dies undique vela, remosque conquassantibus. Terrore pleni Nautæ omnes inevitabile naufragium, mortemque aspicientes, ad Maris Stellam Mariam Virginem de Monte Berico supplices gementesque confugerunt, illam magnis vocibus ter inclamantes, vovendo, quòd si à naufragio liberarẽtur omnes ad Ecclesiam Montis ad agendas gratias personaliter accessuros. O stupendum auxilium! Vix Orationem compleverant cum ventis cessantibus facta est tranquillitas magna, quâ mediante prosperè, ac lætanter inceptam navigationem perfecerunt, ac Venetijs reducti, Vincentiam se contulerunt, & ad Montis Berici Ecclesiam visitandam gratiam obtentam confitentes, perrexerunt, ubi monumentum accepti beneficij appenderunt.

A naufragio navim, nautasque liberat.

22 Vertente Anno Sancto Jubilæi 1700. Joannes Negrotti cum tribus alijs consocijs itineris Romam more Peregrinorum ad acquirendas Indulgentias petierunt. Postquam verò ibidem præscripta opera pietatis impleverant ad Patriam Vincentiam revertebantur, cumque pervenissent ad locum, qui dicitur *Ponteter*, & *Barbaran*, hora noctis quasi secunda à Viarum publicis grassatoribus aggressi, pluribusque Sciopl ictibus vulnerati, duo ex ipsis in terram mortui ceciderunt, duo verò in fugam se dederunt. At verò non multò post duo ab ijsdem Grassatoribus aggressi, ac percussionibus attriti Mariam Virginem de Monte Berico ejulantes alta voce insonuerunt. Ad tales voces, cœlitus profectò percussi Latrones quasi immobiles, & confusi tempus Viatoribus concesserunt, quò se à tam

A Grassatoribus Viatores liberantur.

tam evidenti mortis periculo liberarent. Quare Ecclesiam nostram Montis Berici advenientes, gratijs actis Misericordiæ Matri, Tabellam attulerunt appendendam, remque, ut acciderat, Patribus narraverunt.

23 Marinus Pieriboni Vicentinus Puer ex quadam vehementi infirmitate lumen oculorum omninò amiserat, adeò ut nihil penitùs videre posset; nec à quocumque medicamentorum genere levamen obtinuerat ullum, onde ab omni humano remedio destitutus ad Matrem lucis confugit invocando Sanctissimam ejusdem imaginem de Monte Berico, seu præcipue illum commendabat ejus Genitrix, de filij salute solicita. Duos annos hanc duram cœcitatem perpessus fuit, post quos eadem Genitrix illum duxit ante Altare ejusdem Virginis in Ecclesia Montis, ibique facta prolixâ Oratione, promisit, si filius oculorum lucem reciperet, se curaturam, ut ipsemet illi perpetuus fieret servus, assumendo in ejus Religione Habitum Servorum B.M.V. His dictis rogavit unum ex nostris Patribus, ut filium benediceret, & Oleo lampadis B. M. ipsum met inungeret, quod, & obtinuit. O mirum! Vix unctionem receperat, cum subitò puer videre cœpit, moxque perfectam lucem recepit, ac si numquam tale oculorum impedimentum passus esset; & in executionem promissionis Maternæ nostrum Habitum assumpsit Anno 1698. vocaturque Fr. Marinus Maria Pieriboni.

Lucem oculorũ amissam recipit.

24 Hoc eodem anno 1698. Mulier quædam lethali oppressa morbo, & à Medicis omninò desperata oleo B.V. de Monte semel inuncta brevi convaluit, & tabellam ad ejus Aram in memoriam beneficij appendit.

A morbo desperata sanatur.

25 Aderat Vincentiæ Anno 1697. quædam Puella miræ pulchritudinis membrorum, sed, quod laudabilius est, non minore Animæ, ac morum pulchritudine ornata, & à multis ideò in sponsam expetita. Accidit vel invidiâ, vel alio quopiam accidenti [Deo sic permittente] ut à spiritibus immundis invaderetur, & tunc dictu impossibile est quot mala, quot vexationes ab Infernalibus illis hospitibus miserè passa fuerit infœlix puella, nil proficientibus vel exorcismis, vel benedictionibus plurimorum Religiosorum, & Sacerdotum secularium, alijsque Sacris Reliquijs adhibitis; donec ipsa Reginam Virginum invocans, à parentibus petijt instanter, & obtinuit, ut ad Ecclesiam Virginis de Monte duceretur, ab ea liberationem fidentissimè expectans. Itaque voti compos facta, statim ac in conspectu Altaris Magnę Matris apparuit, adeò terribiles ululatus emittere cœpit malignus spiritus, ut omnes adstantes deterruerit, moxque à spiritibus immundis ad terram violento impetu dejecta, quasi mortua remansit cum maximo circumstantium terrore, ac non minori parentum dolore. At verò tristitia hæc statim in gaudium versa est; nam mox respirante puella deperditus ipsius vultus decor redijt, ipsaque è terra surgens se E liberam omninò sensit, & confessa est, nec umquam deinceps ullam molestiam sensit, omnibus Deo, & Beatissimæ Virgini devotissimas gratias agentibus. Appensa tabella factum indicat, & aspicientibus ad æternam memoriam admirationem parit.

Puella à malignis spiritibus liberatur.

26 Venetijs quoque anno 1697. die 4. Augusti portentosa accidit à naufragio B. Virginis de monte invocatione liberatio, cujus tale extat in scriptis testimonium.

A Naufragio liberat.

In lacunis maris è contra ad Ecclesiam S. Georgij in Alega Ego Franciscus Kossetti cum alijs novem Socijs cum essemus in mari navigãtes, subitò obortâ sævâ tempestate agitata navis à ventibus subversa est. Carina cœlum spectante, nosque omnes in aquis submersi remansimus; in F *tali infœlicissimo statu, utique periculosiore, quàm si in freta fuissemus, & tamen adjuvante Beatissima Virgine de Monte, quam invocavimus, Navem dirigere nos ipsi potuimus, & à periculo mortis evidentissimo prodigio liberati fuimus; Quare statim ad hanc Ecclesiam advenimus omnes, ut gratias ageremus pijssimæ nostra liberatrici, cui Tabellam appendimus.*

27 Anno 1689. die 25. Januarij quidam Sacerdos nomine D. Franciscus Fanton Rector Ecclesiæ *de Arcugnan*, Territorij Vicentini, cùm venationis gratiâ domo exisset unà cum sclopo igneo, cumque feram occidere vellet, sclopum emisit, qui vi pulveris diffractus; ejus manum incendit, tresque ex ea digitos amputavit. Ad domum ferè semi- G vivus reductus à Chirurgo visitatus fuit, ac fascijs munitus. At verò inadvertenter amotis eisdem fascijs dum obdormisceret Infirmus, ea sanguinis copia sensim effluxit, ut duos pulvillos, duo linteamina, culcitras omnes usque ad pavimentum aspergeret. Quod postea videns Infirmus, magno timore vitæ suæ perculsus est; neque hic stetit discrimen; etenim vulnus ad putrefactionem tendere cœpit, unde consilium peritorum initum est manum secandi, ne totum corpus periret. Id resciens Sacerdos, uti fuerat Virgini Mariæ de Monte non parùm devotus, toto spiritu ad Matrem Gratiarum recurrit, eidem salutem suam plurimum commendans. Non fefellit eum spes sua, nam subitò melius H in vulnere se habere cœpit, unde timor putrefactionis evanescens, secationi locus ampliùs non fuit, & ipse brevi à vulnere sanatus est, & quamvis absque tribus digitis, manum tamen, & brachium ad omnia aptum recepit, ac si nihil in his damni passus fuisset, ideoque demississimas gratias egit magnæ suæ Liberatrici Mariæ.

Sclopo percussus sanatur.

28 Eodem anno, dieque 12. Novembris Bartholomæus Ferrari à Bononia Vincentiæ degens, in altum puteum inopinato quodam accidenti miserè cecidit, quo instanti devotè Virginis Mariæ de Monte præsidium invocavit, & absque ullo nocumento è puteo extractus est, adeoque Tabellam in memoriam benefi-

A casu in puteũ liberat.

neficij ad ejus Aram cum gratiarum actione appendit.

Ab equi calcibus liberat.

29 Die verò 13. Junij anni 1686. recurrente Corporis Christi solemnitate Gaspar Bagattinus præcipitio currentem equum retardare volens decidit in terram, & ab eodem Equo malè calcibus percussus est. At quia Virginis Mariæ de Monte devotioni multum addictus erat, ideò ipsamet auxiliante nullum grave damnum perpessus est, eidemque gratus magis magisque se ipsum obtulit.

A fulmine plures liberat.

30 Anno autem 1684. die 25. Augusti quatuor terrarum laboratores, nempe Stephanus Trigo, Sylvester Sylvestri, Dominicus Facio, & Carolus Regha fœnum in loco qui dicitur *Buendola* concorditer secabant, cum ex improviso nubilum, & horrenda tempestas subijt, undique tonitruis, & igne Cœlo coruscante; quare simul omnes aufugientes sub arbore quadam se receperunt. Ibidem verò fulmen è Cœlo cecidit tali fragore, ut omnes exterrefacti, & ad terram cadentes absque halitu, & quasi mortui facti fuerint, B. Virginem de Monte solùm corde invocantes, à qua speciali dono præservati fuerunt, atque ideo ad ei reddendas gratias insimul ad Ecclesiam nostram advenientes votum obtulerunt.

Puellam mirabiliter sanat.

31 Die verò 8. Augusti ejusdem Anni Puella quædam octennis nomine Paulina Gobbata à validissimo oppressa morbo 26. dies miserè laboraverat ad tantam reducta maciē, ut potiùs Sceletrum, quàm corpus humanum videretur. Accidit autem, ut quadam nocte Aviam suam vocaret puella, rogaretque, ut se ad B. Virginem Montis asportari curaret, ibi namque sanitatem proculdubiò se recepturam. Quamobrem ut puellæ Nepti morem gereret Avia famulo cuidam jussit, ut ad Ecclesiam Montis Berici puellam manibus suis portare vellet at ille reposuit; *ecquidnam! mortuam portabo*! sed magis magisque instante puella, ad Ecclesiam deducta fuit, in quā cum intrasset, ut deponeretur in terram rogavit, & illicò suis pedibus, quæ priùs nec gressum firmare poruerat, ad Sacristiam perrexit, & vocato Sacrista duos obtulit cereos, sacramque Imaginem sibi discooperiri gratiosè rogavit. Voti compos facta brevem habuit orationem, inde sana, & incolumis ad domum redijt.

Infirmi à morte liberantur.

32 De mense verò Octobris 1683., & de Mense Julio 1682 D. Peregrinus Zacharia, & Mathias Secondino gravissimo uterque morbo ad extrema perducti, voventes se B. Virgini, sani, & incolumes omninò facti sunt; quod & idem accidit D. Hieronymo Capovilla de Padua de mense septembri anno 1681.

A sclopi ictu lethali sanat.

33 Andreas verò Bianchi Tridentinus Vicentiæ commorans cùm sclopum haberet pluribus plumbeis glandibus oneratum, ac demisso in terram eidem, quasi quiescendo, brachio adhæreret, en subitò laxatâ rotâ ex accidenti, & accenso pulvere glandes illæ brachium miserè perforarunt, unde se mortuum credidit. Visitatus à peritis ipsum vel morti obnoxium, aut si viveret, ineptum omninò brachium remansurum existimarunt. At ipse viva fide ad Mariam Virginem de Monte recurrens, paulatim sanatus est, neque ullum impedimentum in brachio deinceps pertulit; unde & votum pro tanto beneficio ad Aram ipsius gratus appendit.

A morbo mirabiliter liberat.

34 Anno 1678. Joannes Angeli de Zanin Venetus cùm ægrotaret, ad invisendam Ecclesiam de Monte Berico, ibique pro salute sua ad implorandam B. V. protectionem personaliter se contulit. Oravit, & postea Conventum nostrum ingressus, ibidem super quadam Sede P. M. Fulgentij Bonajuncta præ lassitudine quievit aliquantulum. Ibidem à vehementi simptomate oppressus, omninò mortuus credebatur, sed ope B. M. V. implorata brevi spiritum, & integram sanitatem recepit.

A latronibus servatur Religiosus immunis et alij simil. ser.

35 Religiosus quidam anno 1676 cùm itinerando ad quemdam locum solitarium pervenisset, à tribus grassatoribus aggressus fuit, qui perstrictis gladijs ipsum multis ictibus transverberare conati sunt; at ille nihil aliud quàm nomen, & auxilium B. V. de Monte sæpius inclamabat. Quare obstupefacti latrones, quòd illum vulnerare nullatenus possent, abierunt confusi, & ipse salvus, incolumisque servatus est, unde ad Aram Virginis in gratiarum actionem votum appendit. Idipsum fœliciter contigit diversis temporibus Dominico Temiame, & fœminæ cuidam, nomine Bellasda, qui cùm simili modo à latronibus armis tam ferreis, quàm igneis impeterentur, & B. Virginem de Monte devotè, altâque voce invocarent, nullo modo vulnerari potuerunt, & illæsi remanserunt.

Ad carcerem perpetuam dānatus liberatur.

36 Valerius autem Martiani cùm esset Venetijs ad perpetuam carcerem in compedibus plumbeis, quoad viveret, sententiâ condemnatus, ad Miserorum refugium Mariam de Monte toto cordis affectu confugit, & in oratione perseverans, post paucos dies, inopinatò è carceribus eductus, & à misero illo statu liber dimissus fuit, unde gratitudinis ergo ad Ecclesiam Montis invisendam profectus est, ibique ad Virginis Aram depictam tabellam ad perpetuam memoriam reliquit.

A præcipitio servat immunē.

37 Jo. Maria cognominatus Corbo in Portu Vincentiæ habitans, cùm quamdam proceram Arborem ascendisset usque ad summum, subitò ex ea præcipitanter in terram decidit. Cadens verò invocavit B. Virginis de Monte præsidium, cujus devotionem semper frequentaverat, & nullum ejus ope nocumentum in corpore passus est. Quod etiam B. V. concessit æquali beneficio cuidam puellę trienni, filiæ Justinæ Saraceni, quæ ex præcipitio montis ad terram decidens, à Matre B. Virgini commendata, incolumis servata est, & utriusque beneficium acceptum in depictis Tabellis ad ejus Aram appensis apparet.

38 Paduæ quoque Camillus Maretti Pistor, cùm de more ante Auroram circuiret Civitatem ad assignandam horam domibus pro efformandis panibus, inadvertenter in altam foveam capite inverso decidit, inflicto notabili vulnere, quod Medici lethale judicarunt. Ar ille ad Virginem de Monte Berico vovens, salutem propriam commendavit, & brevi tùm à periculo mortis, tùm à vulnere liberatus ad Ecclesiam de Monte se contulit, & votum ad Aram Virginis appendit.

In altam foveam decidens servatur.

39 Currente pervigilio Omnium Sanctorum hora 22. cùm D. Comes Fulvius da Portia Magister Equitum in domo sua solus reperiretur, ad eum invisendum dolosè advenit Wenceslaus Tribunus militum, ac simulato quodam negocio comiter nihil tale suspicantem aggressus est, parvum sclopum contra eum emittens, quo ignem non concipiente, stylum eduxit, triaque vulnera in pectore illius inflixit; cùm autem secum quoque haberet Tribunus Socium delicti militem armatum, & ipse miles alia tria vulnera Comiti Fulvio impegit, & tamen adjuvante B. Virgine Montis Berici, quam in tali conflictu supplex invocaverat, potuit Comes quamvis vulneratus, et stylum, & ensem de manu aggressoris eripere, & fugiendo se ab eorum manibus eripere. Quin & visitatus à Medicis adinventa sunt vulnera fore mortalia. Quamobrem ad Dei Matrem iterum confugiens, brevi à febri, à mortis periculo, & à vulneribus integrè sanatus est; Sospitatrici autem Virgini, & cor, & Tabellam ad ejus Aram, sempiternam appendit gratitudinem.

A doloso vulnere sanat.

Plurima sunt mirabilia ab eadem S. Imagine ad salutem Fidelium operata Prodigia, quę ex innumeris Tabellis, & votis arguuntur; sed hæc sufficiant ad devotionem erga eamdem Gloriosissimam Matrem nostri Ordinis Patronam magis magisque fovendam.

ANNOTATIONES IN CAP. V.

Quaecumque hic scripta sunt ex præfatis Tabellis, & Conventus Montis Berici monumentis eruta sunt, quorum exemplaria etiam in Archivo Florentini Conventus nostri servantur.

Fundatio actualis novi Monasterij pro Monialibus Reformatis nostri Ordinis in Bavaria, & Gesta primæ Fundatricis Sororis Mariæ Electæ. Rom e approbatur Validitas processuum Tiphernatis, & Foroliviensis formatorum pro Canonizatione B. Peregrini.

CAP. VI.

Quam anno 1706. inivimus, ex pia mente Serenissimæ Dominæ Theresiæ Cunegundæ ex Principibus Poloniæ Uxoris Serenissimi Maximiliani Emanuelis S. R. I. Electoris, ac Bavariæ Ducis, initiatam fundationem Ordinis nostro, E hanc præsenti anno post innumera impedimenta perfectam demonstramus. At verò cùm ea fontis origine unde clarior exhauriri possit, hac de re narrationem eiusdem fundationis ab ipsamet socia Fundatricis ex Obedientiæ merito fideliter descriptam hic apponere satiùs duxi lingua vernacula, prout jacet.

Distinta Relazione del Principio, e Progresso della Fondazione fatta in Monaco, Metropoli di Baviera, dalla Munificenza del Serenissimo Elettore Massimiliano Emanuele Duca di Baviera, e della Serenissima Elettrice Teresa Cunegunda nata Regia Principessa di Polonia, alle Religiose dell' Ordine de' Servi F Riformate Montis Senarii nell' Anno 1716. e festa della Santissima Vergine Annunziata.

SIA sempre, & eternamente benedetta la Divina Providenza, che dopo aver restituita in Germania per la Pietà dell' Augustissima Casa d'Austria il nostro S. Ordine, & Instituto così degli Servi, come delle Serve di Maria sempre Vergine Gloriosissima, e Madre Addolorata di Gesù, abbia anche mossa la gran Religiosità della Serenis. , & Elettoral Casa di Baviera di voler ne' suoi Stati l' Instituto delle Servite Riformate, sicome attualmente se lo vede introdotto nella Città principale di Baviera, e residenza della Sere- G nissima Casa Elettorale; Non si può però abbastanza descrivere, di quanti mirabili avvenimenti fu sempre pieno non solamente il principio, e progresso di quest' opera, ma di quali mezzi anche s'abbia servito Iddio Benedetto, e da quali congiunture sia originata questa Fondazione, tanto che si possa in tutto dirla maravigliosa, ò si cōsiderino le circostanze del tempo, e delle difficoltà superate, o la qualità della Pietra fondamentale eletta da Dio per tal fabrica, cioè la Fondatrice di questo Convento.

E per principiare da questa: Ella fu la Reverendiss. Madre Maria Eletta di Gesù figlia del Convento delle Servite riformate, alusivan ente chiamate le Cappuccine alla Ma- H donna del Pianto sulle fondamenta nuove in Venezia; l' istesso nome datole nel monacarsi già; dico, che con istinto superiore alla volontà umana fu così nominata, poichè veramente fu eletta da Gesù per una grand' opera della sua gloria, e per la Pietra fondamentale di tal fondazione, vedendosi, che dal Divin Maestro con moltissimi stenti, travagli, e politure dolorose fu preparata per essere sempre più soda, e capace, di farne cooperare tutte le contrarietà, come mezzi per ridurla alla perfezione.

Quest' elezzione pare assai manifesta dall' istesso modo, col quale S. D. M. l' ha voluta tirare alla nostra Religione. Lasciò questa nobilissima Figlia la sua Casa Paterna di prima

ma Nobiltà in Sassonia per darsi à Dio; assistita dal suo Angelo Custode passò per diverse Provincie d'Europa, ed informandosi di molti instituti Regolari, ne' quali si suole servir a Dio, cercò in diversi paesi quello, che poteva quietare il suo Spirito; ma come Colomba mandata da Noè, non trovando, ove posare il suo piede, restò sempre inquieta, sino che per sorte venendo a Venezia, & entràta in Chiesa del Convento della Madonna del Pianto senti qualch' avviso interno, che questo dovrebbe essere il termine del suo giro, ove troverà la quiete dell'animo suo: et in verità, quando fu ammessa al Convento, nell'entrare, & essere ricevuta, trovò esserci giusto quello, che fu rappresentato una volta, o sia in sogno, o nella visione, con dire, questo sarà il luogo destinato a te per servire a Dio; anzi l'istesso essersi così facilmente superata la difficoltà di riceverla in Religione, conferma il destino celeste di quest'anima per quell' opera, di cui doveva essere l'istrumento eletto, perchè, sebbene erano incomparabili le gran qualità di quest' anima, grandi le virtù, & il spirito, considerabile anche la dote, e la casa, tuttavia per essere Tedesca, convertita, e nulla pratica della Lingua Italiana, fu tratto della Providenza divina, che le Madri di quel Convento furono mosse così presto a riceverla, e senza più che quattro Mesi d'ospizio, a vestirla del S. abito.

Accresce la prova, che la Providenza divina l'abbia mandata a questo Convento per essere fondatrice d' un altro: poichè ricevuta, e consegnata dalla Reverendiss. Madre Abbadessa Maria Arcangela Matioci religiosa di vita esemplarissima, e di gran virtù [della di cui vita, e virtù sarebbe da dire assai] alla cura della R.Madre Suor Maria Rosa de Incarnatione, come Maestra, si sentì subito tirata da una fervorosa divozione verso il Santissimo, onde essendo un gran bel commodo in quel Convento, che le Novizie per un finestrino aperto sopra il Tabernacolo potevano adorar il Santissimo, ottenuta la licenza di poter visitare più dell' ordinario frequentemente il divinissimo Sagramēto, quest' Anima si prevalse di tal facoltà per sodisfare all' ardore della sua divozione, con avvenimento però assai notabile; mentre dopo li suoi amorosi colloqui col suo Sagramentato Sposo, sentì dirsi nel suo cuore: *Tu sarai fondatrice d' un Monastero, che sarà di molta Gloria a Dio*. E che più? ricorse ben' ella alli piedi della sua Maestra, confidandole con tutta umiltà l'attentato, come lo chiamava, del Demonio, che la voleva distaccare dal suo unico bene amato con quella suggestione fantastica, e veramente Chimerica; supplicando perciò di rimedio opportuno; la riprese pur anche la Maestra, e le disse, che simili tentazioni non possono essere, se non dallo spirito di Superbia, e devono essere cacciate con atti contrarj: ancorche la Maestra avesse motivo di dubitare, se veramente

A fusse più illusione Diabolica, che voce Divina, vedendo ogni giorno quell' anima più da Dio ricolmata di sue Grazie: Ma ritornando la Candidata [perchè non era ancor vestita del S. Abito] alla sua divozione, e allargando il suo cuore avanti il Santissimo, tornò anche la voce interna, *Tu sarai &c.*, nè il ricorrere alla Maestra, l' accusarsi della superbia, l' umiliarsi, et annicotarsi negli suoi propri occhi, et avanti Iddio, e la Superiora, e ricevere umilmente le penitenze, furono quei modi, che potevano impedire detta voce, a tal segno che la povera Figlia ramaricata, travagliata, e confusa non osò quasi più di darsi a questa divozione, finchè la Maestra l' impose per penitenza di prometterle fedelmente, che, se mai Iddio volesse

B prevalersi di ella per farne qualche fondazione, ovunque sarà, la voglia condurre per sua Compagna, se sarà in vita. Maria Eletta sodisfece alla penitenza. Iddio comprovò coll' effetto essere stata la voce sua, che risuonava nel di lei cuore, & attualmente segui, che quella, la quale fu Maestra, diventò compagna, e Vicaria della Fondazione, a cui fu destinata Fondatrice la Novizia.

Non si sapeva questa voce Divina [chiamata sempre tentazione dalla travagliata Maria Eletta] e pure si vedeva confermata da quel Gran Patriarca di Venezia, poi Eminentiss. Cardinale, e sempre stimato santo Prelato, il Gioan Badovario di feliciss. mem.: Aveva

C questo Gran Prelato una vaticida cognizione dello spirito di detta Religiosa, e perciò una sì particolar stima di essa, che contro ogni pratica la volle favorire specialmente, con vestirla in persona del S. Abito, dopo quattro mesi d' Ospizio, e di ricevere anche dopo l' anno di Noviziato compito, e fatto con mirabile fervore, e molti favori celestiali, la di lei Professione, fatta con gran solennità alli 17. di Settembre nell' anno 1703. facendo Sua Eminenza tutta la funzione. Nò in questo però consisteva la conferma della sopradetta voce di Dio, ma bensì, quando, dopo aver favorita la Maria Eletta con frequentissime visite, discorsi, e conferenze spirituali, disse alla Reverendissima Madre Ab-

D badessa: *Madre abbiate gran cura di questa Religiosa* [parlando di Maria Eletta] *e procurate, che non si scordi degli suoi linguaggi forastieri, massime del Tedesco, e Francese, perchè verrà il tempo, che ne averà bisogno per la Gloria di Dio*. Essersi stato questo un Oracolo dettato dallo Spirito Santo, pur troppo fu verificato dopo pochi anni, quando attualmente doveva prevalersi così della lingua Francese, come Tedesca, per effettuare la Fondazione.

Alla voce interna, & all' Oracolo esterno aggiungiamo anche la sentenza definitiva data dal medesimo Cristo nel Santissimo, quando diceva dal Trono del Tabernacolo al

R.Sig.

R. Sig. D. Giuseppe Muti, *Rectè judicasti*: dicendo alla Madre Maria Eletta, che renderà strettissimo conto a Dio, se per mantenere la sua umiltà col vivere ritirata, & incognita, pregiudicherà alla gloria di Dio, che la vuole per ministra dell' opera destinata. Era questo Sig. Muti Confessore Ordinario del nostro Monistero in Venezia Sacerdote, secolare bensì, ma di gran bontà, cognizione, e dottrina, quando già si trattava di tirare in Baviera la Madre Eletta per essere dalla parte del suo Ordine fondatrice del Convento di Servite riformate in Monaco. Ma siccome detta Madre Eletta non poteva mai risolversi d' intraprendere una tal opera, stimandosi da una parte sempre inutile per simili Ministeri, conforme lo diceva continuamète la bassa stima, che aveva di se stessa, e dubitando dall'altra parte della volontà di Dio, il quale non suole eleggere per fondatori, ò Fondatrici degli Conventi gli Neofiti, ma Persone di vita religiosa consummata. Così non voleva la prudente Madre determinarsi in questo senza consiglio, o per dir meglio, senza espresso Oracolo degli suoi Direttori Spirituali, come in tutte le sue risoluzioni voleva dependere da loro, e perciò si consultò anche con d. Sig. Muti, come Confessore Ordinario, apportando le sue ragioni, che la facevano dubitare, allegando la sua incapacità, e manifestando il suo gran timore di perdere la sua santa quiete, e col partirsi dal sicuro porto, d'esser esposta ad un mar tempestoso, conseguentemente al pericolo di naufragio dell'anima sua. Ebbe però da lui dopo varie dimostrazioni, che non sia da dubitarsi della divina volontà; alla fine le diede la risposta, che li pareva dettata dallo Spirito Santo, mentre la proferiva con una serietà da Padre spirituale: *Guardatevi Figlia cara, che la vostra umiltà non pregiudichi alla Gloria di Dio; che se ciò avverrà, voi ne renderete strettissimo conto a Dio.* Ma ebbe anche lui la risposta di Cristo, come sopra s' è detto, poichè nell' andar' a casa, sentendosi nel suo interno gran scrupolo, che forse avesse detto troppo, e con il suo dire come sforzato avesse la Madre d' abbracciar il partito, entrò nella Chiesa di S. Gio. e Paolo, e dopo aver finito le sue solite orazioni, si diede nella Cappella del Santissimo Sagramento ad una profonda meditazione sopra ciò, che disse alla Madre Eletta, temendo sempre di poter essere stato ingannato, et in quella meditazione gli venne la voce sensibile dal Tabernacolo, *rectè judicasti*: la quale lo liberò affatto da ogni scrupolo, e lo rendè tutto consolato.

Poteva pur' anche ben credere non essere stata questa voce imaginaria, & illusiva, così dall' effetto o aver la mente prima grandemente ingombrata, & in un momento dopo tutta serena, come, perchè tant' altri Padri spirituali gran Teologi, & Uomini molto illuminati giudicavano così; e trà questi specialmente la felice mem. del R. P. Francesco Gattadori della Compagnia di Gesù famosissimo per la sua profondissima intelligenza di spirito, e primo Teologo di suo Tempo in Venezia, il quale per molto tempo fu specialmente costituito direttore di Spirito di questa Religiosa, e sempre l' animava di non atterrirsi delle molte, e grandissime difficoltà, che saranno da superarsi in quest' opera, a cui il Cielo la destinava. Di questo tenore furono parimente tant' altri Oracoli di Persone dottissime, illuminate, e sante, che le predissero grandissimi guai, e tuttavia l' animarono a non perdere la fiducia, perchè il Sig. l' ajuterà per modi mirabili, & inaspettati, ordinando le cose in maniera, che molti doveranno cooperare, e participare del merito.

Credendo per tanto, che il detto sin' ora possa dimostrare, che la Madre Eletta à Gesù sia stata veramente la pietra fondamentale preparata, & eletta da Dio per questa fondazione, giacchè nel progresso si vedranno molte altre prove di tal verità, passerò al racconto del modo usato da Dio per principiare questa fondazione, & anche questo non fu meno maraviglioso, movendo il Signore la voglia della Serenissima Elettrice di Baviera giusto in quel tempo, in cui manco si doveva pensare non che trattare di fondar Conventi in Baviera, ove tutto andava sossopra, sicchè doverosi ritirare da suoi Stati il Serenissimo Elettore, fu già da i Vincitori occupata la maggior parte del paese, restando alla Serenissima la sola, benchè pura Reggenza di Monaco, che pur anche le fu levata dopo la morte dell' Augustissimo Leopoldo, mentre la Serenissima si trovò in Venezia, dove, con intenzione di ritornarsene presto, se n'andò per abboccarsi colla sua Augusta Madre la Regina di Polonia.

Andò dunque a Venezia detta Serenissima l' Anno 1701., ora, come fu detto, non già per farne fondazione alla Religione delle Servite riformate, delle quali non sapeva nè il nome, e manco l' instituto; ma per complimentare sua Signora Madre. Quanto profondi però sono gli Consigli di Dio, il quale adopra per mezzo de' suoi fini, anche quelle Persone, come instrumenti, le quali non pensano neanche di far quello, che poi hanno da fare. Era in Brusselles, quando l' Elettore di Baviera governava gli paesi bassi, conosciuta dalla Serenissima la Madre Maria Eletta allora Dama secolare, non fu gran tempo in Venezia d. Principessa, quando venne in cognizione, che la Dama medesima si trovava nella Città, ma nascosta in un Monistero, e fatta Monaca sotto nome di Maria Eletta. Invaghitasi dunque di rivederla, mandò il suo P. Confessore Gesuita facendola benignamente salutare, & avvisare del gran desiderio di rivederla, e di parlarle di cose molto importanti. E se fù questa brama per allora

allora un effetto della curiosità di detta Principessa, fù però convertita da Dio in un tiro della sua inscrutabile Providenza, che da questa notizia, e desiderio voleva principiare l'opera destinata. Alla nostra Madre Eletta fù bensì un colpo degli più sensibili il più fiero, non potendo quest' anima essere più tormentata, che dalle visite di tal sorte, per le quali dall' essere prima sconosciuta, sarebbe stata trasferita ad essere la più inquietata. Ma questo fu destino del Cielo, contro il quale non giovavano le gran lagrime, nè tutte le fervorose orazioni del Convento, che implorava, nè la risoluta risposta, che diede all' inviato P. Confessore dalla Serenissima, supplicando umilmente S. A. E. di volerla lasciar vivere nella sua ritiratezza, avendosi essa voluto seppellirsi in questo Monistero per vivere incognita, e lontana dalle vanità del Secolo, tanto più, che già la Serenissima non poteva vederla, essendo proibito di venire, & entrare nella Clausura a qualsisia Persona del Mondo, che non ha espressa, e specialissima licenza dalla Serenissima Republica, e siccome dimandar tal licenza non sarebbe altro, che gran strepito per la Città, gran disturbo al Convento ed a se povera Suora la più grande inquietudine, così si compiacesse S. A. di supprimere questa voglia di vederla, mentre nulladimeno si troverà obligata la Communità di pregare per ella.

Così rispose la nostra Madre, ma non con altro effetto, se non di veder tanto più accesa la Serenissima dal desiderio di parlar con Ella; onde rimandò il P. Confessore al Convento, e dietro di lui entrava anche la Principessa nel parlatorio, ove sentendo la voce cognita per il passato della Madre Eletta, s' avvicinò alla ruota, e salutolla clementemẽte, dichiarandosi che per tutti i versi procurerà la così necessaria rapporesentata licenza del Senato, acciocchè possa liberamente conferir con lei tutto quanto ne fomentava nel suo cuore. Pareva bensì, che questo tormento della Maria Eletta specialmente, la quale si distruggeva con le lagrime, prevedendo chiaramente le sue sciagure, e poi del Convento, doveva ormai finirsi, mentre venne l'avviso che l' Elettrice era per ritornar in Baviera, e defatto partiva per quella volta, onde si cantò il *Te Deum* con tenerezza di giubilo in Coro. Ma non era vero, che potesse arrivare al termine prefisso, essendole serrati li passi, e proibito di tirar innanzi; perciò convenne di voltar di nuovo la faccia verso Venezia, & aspettar miglior tempo, che per mezzo della pace tornassero gli Stati dell' Elettore al suo Padrone, e l' Elettrice alli suoi Stati. Ora qui si doveva conoscere essere nascosto qualche altro grand' arcano dell' Altissimo, & attendere li disegni della Divina Sapienza, quanto si compiacerebbe di far nascere dalla più infervorata brama della Serenissima di venire alla libera conversazione con la Madre

A Eletta: poichè tornata l' Elettrice a Venezia dopo aver aggiustate alcune sue partite politiche, tornò di nuovo a trovar la nostra Madre nel Parlatorio, e dopo molti discorsi ripigliò di manifestare la sua volontà risoluta di procurare la licenza della Serenissima Republica di poter entrare in Monastero, tacque però il suo pensiero della fondazione meditata, ma lo fece scoprire il giorno seguente per mezzo del suo P. Confessore, a cui la Madre Eletta venendo al Parlatorio prevenne dicendo; *Già mi figuro l' imbasciata, che porta V. R. sarà per progettare qualche fondazione*, ne lo poteva negare il P., e per questo rispose: *e ben, se la Serenissima volesse fondare un Monastero, quando tornerà a' suoi stati, e vi volesse menar seco per Fondatrice, sareste*

B *contenta di venire?* Ma la Madre non voleva per allora dar altra risposta, se non con dire, Rev. P. per imprese di questa sorte ci vuol altri soggetti, che Giovane di 3. anni di Professione, come son' io, nè alla Serenissima mancaranno Religiose di consummata virtù, se pensa di fondar Monasterj, a me certo non potrà venir in pensiero d' esser levata da questo caro Monistero sotto qualsisia pretesto, eccettuata l' ubbidienza. E questa faremo, rispose il Padre, che ve lo comandi; con che finì il primo progetto della fondazione.

Nè si fece altro, fino, che dal Senato venne la licenza per la Serenissima di poter entrare con due Dame nel nostro Monastero a

C suo beneplacito, cosa non costumata da concedersi, se non per grandissimi rispetti, ò in casi di gran necessità: a questa Principessa però tanto più presto si concedette, quanto meno poteva resistere la Republica alle dimande premurose di tal Signora, et alle ordinazioni divine, che voleva incaminar la designata fondazione. Di questa dunque dopo raccontati gli suoi travagli, fece la proposizione l' istessa Serenissima alla Madre Eletta, già che non si tosto ebbe detta permissione, che comparse subito al Monistero per conferire con questa, & esercitar la sua facoltà. Ma neppur allora fu determinata cosa veruna, restando la Madre Eletta più tosto grãdemente afflitta dal pensiero di farsi conto di ella per fonda-

D trice, e di levarla dal suo caro Monistero, il quale stimava il suo Paradiso in terra. Il nome di Fondatrice abborriva la sua grande umiltà, che le suggeriva sempre pensieri di stimarsi incapacissima; et il parlare della traslazione dal Convento di Venezia in Germania l' era un discorso delli più sensibili di tutti. Perciò la Serenissima partiva senza la desiderata risposta, la quale fù solo di tal senso, che proposizioni di questa sorte, siccome sono di soggetto pesantissimo, e d' un negozio importantissimo, così non possono essere risolute, se non dopo gli consigli ben maturati, e dopo ferventissime Orazioni per impetrate il vero lume, o almeno moralmente certa cognizio-

gnizione della vera volontà di Dio, ò questa s'intenda dalle interne ispirazioni, o dall' impulso de' Padri spirituali, e Persone veramente illuminate dallo Spirito Santo.

Così partita la Serenissima per quella volta senza sapere il preciso, stette molte settimane, che non venne, nè mandò più; onde si credette, che tutto fosse andato a monte, e quest' opinione non solamente non contristò la Madre, la quale col prevedere moltissimi guai, che così dal genio già scoperto dell' Elettrice, come dalle difficoltà quasi insuperabili di tal negozio nascerebbero, non potè desiderare molto tal trattato, ma respirava alquanto, rassegnandosi però totalmente alla divina disposizione, per ubbidire alla quale, rinunziava ad ogni sua sodisfazione, fuorchè a quella, che sempre le darebbe, il vedersi promossa la maggior gloria di Dio, unico suo fine.

Per tanto Iddio non lasciò di prefigurare alla Madre, quanto ne doveva seguire, mostrandole, o sia in sogno, o in visione alli 25. Decembre nell' Anno 1706., qualmente si trovava in viaggio intrigatissimo per montagne, e Valli, ove non mancavano nè ardue salite, ne pericolose calate, nè acque de' Laghi, e fiumare, le quali bisognava passare fino alli ginocchi; le pareva poi d'aver due Compagne, una delle quali conosceva, & era la Madre Maria Rosa, che fù sua Maestra, l'altra incognita da lei; dovevano anche caminare sopra il sabbione, che talvolta le affondava a tal segno, che si credettero d'essere affogate, se la Madre con un sforzo particolare non avesse ricuperato e se, e l'altre. Vide poi alla lontana un Villaggio, e le fu detto, che quello era il luogo, ove doveva abitare, ma prima di giongervi, le conveniva ancor passare molti pericoli. Allora sì, che cominciò a' perdersi d'animo, e temette di non poter resistere a tanti patimenti: Ma fra questi batticuori veder parea le aprirsi in un istante una porta, alla quale avvicinandosi le pareva di veder il Signore in quella forma, che a lei fu sempre di tenerissima compagnia, e divozione, cioè come si dipinge *l'Ecce Homo*: il quale facendo cenno di venire a lei, le disse: *La tua fondazione si farà, benchè tu non vi pensi*; confermò quello un Giovane di maravigliosa bellezza, che venne doppo, e diceva: *come sapete voi questo; che non si sà da altri, che da Dio solo?* mantenevalo però il Giovane con replicare, *tanto è, si farà, benchè tu non vi pensi*. Vide poi molti carri, che portavano suppellettili, come accader suole ne' lunghi viaggi, & ella proseguiva il viaggio colle Compagne. Siasi ora o visione, o sogno, il vero è, che in quel molto tempo, che la Serenissima non veniva più, e quando le fu fatta questa rappresentazione, Ella già non faceva più conto, nè pensava d'altro, che d'essere tutto svanito il disegno: il vero parimente è, che la Madre Rosa veniva con Ella, ed alla terza per allora neanche si pensava, perchè questa fu solamente ricevuta alla Religione sette anni dopo, e perciò in quel tempo non poteva ancora esser conosciuta: li stenti poi del viaggio per tante montagne, valli, & acque si verificorono più anche assai, e la fondazione si fece, ancorchè allora non più vi si pensasse.

Dopo tanto tempo, che restò senza venire, si fortificò tanto più il fervore della Serenissima, che venne di nuovo nel Monistero ripigliando con ogni efficacia la propposizione, cui per dare maggiore allettamento aggiunse, che la sua intenzione confermata dalla Regina sua Madre era d'introdurre in questo Monistero, che si fondava, la perpetua adorazione del Santissimo Sacramento in Monaco. Sapeva la Serenissima la gran divozione della Madre Eletta verso questo Santissimo Sacramento, onde per un singolar motivo di renderla persuasa, e tirarla al suo intento palesò ancor questa circostanza. E veramente la moveva assai, mentre la Madre non potè in confessarle esserli ancora a tal divozione molto inclinato il suo cuore, e vorrebbe vederla introdotta con perpetuità; tuttavia non essendo Ella ancor certificata della volontà di Dio, ne persuasa, che S.D.M. la voglia per instromento di tal' opera, non poteva la Serenissima ricavare dalla sua bocca quella determinazione, che era tanto aspettata; onde per non contristar la Madre davvantaggio, tacque pure l' Elettrice, e non volle scuoprirle un altro suo pensiere; ma lo fece dopo proponere dal suo P. Confessore, benchè sarebbe stato meglio di mai motivarlo, tanto stravagante pareva a tutti: La propposizione dunque fatta per via del P. Confessore alla Madre Eletta, chiamata al Parlatorio, non solamente aveva già per mira di trasportare in Germania la Madre Eletta per Fondatrice, ma di trasferirla anche dalla Religione Servitana a quella delle Carmelitane: disse, che S.A. siccome da fanciulla desiderava di fondar un Monistero, così il suo genio era sempre di farlo di Carmelitane, perchè aveva molta stima di quella Religione per essere stata educata in uno degli Monisteri, e di più perchè questa Religione è molto osservante, e finalmente per divozione verso S. Teresa, di cui porta ella il Nome, volendo però S. A. assolutamente, che la Fondatrice fosse la Madre Maria Eletta, avendo per lei molta affezione, e conoscendola capacissima di tal' impresa, bisognava risolversi, e consentire, che prima con una Compagna sia trasferita da Sua Santità alla Religione delle Carmelitane, & al Convento di S. Teresa in Venezia per essere ben informata, e prattica delle loro regole, modo di vivere, ed osservanze; fatta poi la pace verrebbe con S. A. in Baviera per fundar il Monastero destinato in Monaco.

Quanto però restò attonita la nostra Religiosa?

glo so? *Et è possibile*, risposе, *che mi si faccia proposizione di cambiare la mia santa Religione per esser fondatrice del Convento d'un altra? quando fin' ora non mi sono indotta ancora di muovermi dal mio così caro Monistero per essere l' istromento della fondazione d'un altro benchè simile in Baviera? Compatisco bensì la Serenissima Elettrice, se non sapendo la perfezione della Religione Servitana, s' affeziona tanto della Carmelitana; ma quando si tratta dell' Osservanza, della perfezione, e santità di Religiosi, la nostra per certo non cede a nessuna; se le Carmelitane sono dalla Beatissima Vergine chiamate, noi siamo le vere Serve di Essa, e le Figlie de' suoi dolori; onde non poteva S. A. darne una ferita più atroce al mio cuore, se non mostrando di far poca stima della nostra Religione sì santa, e sì perfetta. Ringraziata perciò sia umilissimamente S. A. della benignità verso di me, ma se pensava d'adoperare la Maria Eletta per la fondazione del suo meditato Convento, questo doveva essere per le Serve di Maria Verg. Addolorata, non di Carmelitane, della quale Religione non era Professa, nè vi sarebbe Persona alcuna capace di farla professare, mentre si contentava d'essere più tosto l'infima nella sua Religione, che la più conspicua, e riguardata in un altra.*

O siasi staro questa proposizione un' attentato per conoscere la sodezza della Madre Eletta, o vero pensiero della Serenissima, in fatti dalla risposta di questa forte restò molto edificato il P. Confessore dicendo; che parlava santamente, nè si poteva formar buon concetto di lei, quando l' avesse veduta men salda ne' suoi proponimenti: onde non dubitasse, che l' assisterebbe, e si farebbe che la Serenissima resti persuasa, come poi non fù più fatta parola di tal pensiero. Anzi si vedeva l' Elettrice più tosto turbata, risentita, & alienata dalle Carmelitane, quando dopo qualche tempo fu avvisata, qualmente dette Religiose dovevano essere introdotte in Monaco dalla Prepotenza degli Imperiali, che occuparono detta Città, senza participarne il trattato con S. A. E. Defatto in sentendo che l' Augustissima Imperatrice Maddalena, di felicissima memoria le fece entrare, ed avere la fabrica, e la fondazione dalla lascita di S. A. dal Duca Massimiliano Filippo di Baviera di buona mem. si trovò molto disgustata, & addolorata a tal segno, che si valeva della forza per levarle dalla mente il proponimento di farle passare da Monaco ad un altro luogo del patrimonio di detto Duca, & attribuire alla mia Religione il Convento fabricato per essere in Monaco. Da questo dunque nacque un altra borasca alla Madre Eletta, la quale sentendosi esponere dalla Serenissima questi suoi pensieri, restò ferita all' intimo del suo cuore così dall' improprietà di simili Idee, come per la tenerezza, e compassione delle Religiose innocenti; onde si buttò ginocchione a' piedi di S. A. pregandola per la Pas-

sione del Signore, e per i dolori della Santiss.
A Vergine di desistere da tali pensieri, e che lasciasse quelle buone Religiose vivere in quel luogo, che da Dio li fu destinato, essere questo non solamente il dritto della carità, che non permette si faccia ad altri quello non si vorrebbe esser fatto a se; ma anche di giustizia, essendo le Carmelitane introdotte da chi poteva comandare per il presente in Baviera: e così con ottima fede: Se la Città di Monaco è picciola, la liberalità di Dio è sempre grande, che può mantenere, e provedere alle Carmelitane, & alle Servite, alle quali non mancarà luogo nell' istessa Città; & in somma tanto s' impegnò con lagrime, e preghiere per dette Religiose, che non voleva levarsi da terra, se prima la Serenissima
B non l' accordasse di lasciarle in pace; anzi se l' Elettrice vuole, che venga seco in Baviera, questa grazia deve essere sicura per le Carmelitane. Tanto si voleva per vincere questo nuovo assalto, e quietare la Serenissima, la quale vedendola così fervorosa l' accordò di non far altro contro quelle Monache, e restò persuasa dalla Madre, che per la sua maggior gloria, e per moltiplicare le intercessioni per la Serenissima Casa di Baviera Iddio voleva e l' una, e l' altra Religione in Monaco. Ma restò insieme consolata, che cavò dalla Madre quel tanto, che poteva sperare, cioè esserne ella quasi risoluta di venir seco in Baviera, il che fin' allora non poteva promettersi.

C Perciò infervorata più che mai operando Iddio, che conosce li cuori, e la stimolava di non perder tempo, mentre durava quel fervore, si venne alla risoluzione di scuoprir il segreto così alle Religiose, come al Serenissimo Elettore, non essendo fin' allora consapevole di quanto s' operava, nè persona in Monastero, nè in Corte dell' Elettrice fuorchè il P. Confessore, la Madre Eletta, e Maria Rosa. Dall' Elettore poi ella ebbe benignissimamente risposta con promessa d' assistere a ciò, che sarà di bisogno a questa grande opera. Non così facilmente dal Monistero, quando si trattò di levar la Madre Eletta: si congregò bensì il Capitolo per istanza di S. A. Elettrice fatta alla Madre Abbadessa, e
D quanto ad accettare la fondazione promessa dalla Serenissima tutte le Madri furono d'accordo, ma non si voleva meno, che qualche grandissima rassegnazione alla volontà di Dio per accordare alla Serenissima di poter condurre la Madre Eletta con quelle Compagne, che Ella voleva, essendo in quel tempo la Madre amata da tutte, e stimata dopo Dio l' unico loro rifugio; trattandosi però della Gloria di Dio non doveva essere preferita la particolar loro sodisfazione, ancorchè credettero di perdere la metà del loro cuore; onde sù quel riflesso conclusero anche questo.

Inteso, che ebbe la Serenissima l'essere riuscito il Capitolo conforme ella desiderava

non

noo folamente restò molto consolata, e corse subito per ringraziare le Religiose della concessione fattale, ma primieramente abbracciò con ogni tenerezza la Madre Eletta, e rivoltasi alla Madre Abbadessa le disse, che per l'innanzi doveva mirare la Madre Eletta come cosa sua, raccomandandole con ogni premura, che noo la lasciassero indebolirsi con tante fatiche, dovendosi conservare per la gloria di Dio all'opera destinata: nè si può esprimere l'accrescimento dell'affetto, che se la prese la Serenissima verso questa Madre, il conversar con ella, come sua Sorella, l'esibirle tutto, che era nella sua Corte, con darle la libertà di comandare, e mandar da lei per qualsisia cosa, che poteva occorrere, il sentirla volentieri ragionare delle cose spirituali, e ricevere da lei con ogni prontezza le buone esortazioni, & instruzzioni, dalle quali s'approfittava molto nell'emenda de suoi costumi, e condotta a tal segno, che il suo P. Confessore ebbe a dire, che lui in tanti anni, che governava quest'anima, non arrivò a far tanto, quanto la Madre Eletta in così poco tempo, e che la Corte subito s'accorgeva, quando fù nel Monistero, mentre tornava sempre più divota, e raccolta: il desiderar finalmente di poterla più volte vedere sono manifeste prove del grand'affetto presosi verso d'Ella. Di questo però non solamente non s'abusò la Madre, nè si serviva mai della libertà concessale lontana da ogni distinzione, più fervorosa nell'osservanza, più umile, e benigna con tutte, parendole, che si trattasse d'una altra, e noo di lei, ma con tanto rispetto conversava con S. A. intenta unicamente al ben spirituale dell'anima sua, senza minimo segno d'interesse temporale, o per se, o per altri, a' quali se la Serenissima le dava spontaneamente qualche carità, non lasciava di distribuire con tutta l'allegrezza. Dimandata poi quali sarebbero le compagne elette da lei per la fondazione, benchè vi fossero alcune alla prima, che desideravano di venire, Ella però allora non presentò alla Serenissima alcuna, fuorchè la Madre Maria Rosa ab Incarnatione, come quella, che le fù Maestra, e guida, e custode, e sempre fedele, dichiarandosi di non voler partire senza di questa, di che n'ebbe pure la total approvazione da S.A. che per questa, et a suo tempo per qual vorrebbe altra, le lasciava la libertà di far ciò, che pareva.

Stabilite che furono le cose col Monistero, si venne a trattare di mandar il P. Confessore a Roma, acciocchè S. Santità intenda il pio desiderio, e l'intenzione della Serenissima Elettrice, e benignissimamente conceda la licenza di poter a suo tempo levare le Religiose dal Monastero, e condurle seco in Baviera per la fondazione. Non si poteva però non suggerire a S. A., che non si farebbe cosa alcuna, quando questo affare non fusse prima aggiustato colla Serenissima Republica di Venezia, la quale n'ha il Jus Patronato spe-
E ciale del Convento della Madonna del Pianto, cioè del nostro in detta Città, essendo già state erudite quelle Religiose dal caso successo alla Reverendiss. Madre Maria Arcangela Biondini di felice mem. mentre questa credendo, che dovrebbe bastare il ricorso al Senato di Venezia per la licenza di poter condur seco la sua Sorella Religiosa del nostro Monistero chiamata pure Maria Eletta, quando doveva andare in Arco per fondare un Monistero, dopo avuta la licenza da Roma, si trovò ingannata grandemente, perchè la Serenissima Republica ebbe tanto per male il ricorso fatto a Roma prima di cercar il consenso del Senato, che impedì assolutamente di poter levare la Sorella, e doveva
F accontentarsi della licenza per se. Acciò dunque non succedesse il simile alla Serenissima, la convenienza voleva d'avvisar del tutto la Serenissima Elettrice, la quale mandò perciò subito l'Eccellentiss. Sig. Procuratore Pisani Cavaliere di S. Marco, e suo deputato con quella supplica, che si doveva alla Serenissima Republica, quale, benchè non repugnasse di ciò fare per favorire una sì gran Principessa, volle però prima intendere dal Monistero, e dalle Fondatrici in particolare, se è veramente il consenso del Capitolo, e se noi siamo contente d'andarvi; mandò dunque il Segretario più intimo del Senato, e dopo aver esaminato il Capitolo, e inteso le pie intenzioni di S.A., e come per la maggior Glo-
G ria di Dio si contentavano tutte di restar prive di noi per non impedire il gran bene, che sarebbe risultato da questa fondazione: volle ancora sentire le due destinate; dalle quali pure intese che mai faressimo partire dal nostro Monistero per altro motivo, se non si stimasse essersi questa fondazione per la Gloria di Dio, di che sodisfatto il Segretario portò l'avviso al Senato, il quale poco dopo diede la bramata licenza, benchè con qualche risentimento, poichè [come disse l'Eccellentissimo Procuratore Diedo] mal volentieri la Serenissima Republica si privava di questa gran Madre, di cui ne aveva gran concetto.

Stimava anche la prudentissima Madre, se non necessario, almeno buono di participar-
H ne qualch'avviso di ciò al Reverendissimo P. Generale della nostra Religione, ovvero al M. R. P. Provinciale di Venezia; ma noo le fu permesso dalle Monache a causa, che stando elle sotto la direzione dell'Illustrissimo Monsignore Patriarca, non s'intendono in nissun loro affare con li nostri Padri, non avendo nè Confessori, nè Predicatori dalla Religione, e solamente quando è passara all'altra vita qualche Monaca, li fanno avvisare per gli suffragij, come li Padri mandano le polize degli loro Defonti: & in questo consiste la loro fratellanza. Del resto sicceme comunemente non sono chiamate Servite quelle Religiose, ma Cappuccine, & immediatamen-

tamente sono soggette al Patriarca, così non vogliono dipendere dalla Religione, o dal P. Generale; onde sono governate dagli Preti Secolari. Uno di questi mosso dalla compassione nel vedere nel nostro Convento di Venezia, le Religiose andar scalze l' inverno, ottenne dal Patriarca la licenza di farle calzare, benchè contro la voglia delle Religiose, ma Iddio palesò non essere questa la sua volontà, mentre levò di vita il Confessore nel medesimo inverno, e mosse il Patriarca di permettere che le Monache nuovamente potevano scalzarsi. Così pure si vedeva, qualmente uno di questi Signori Preti allora Confessore straordinario, osservando la Madre fondatrice amalata giacere in un Pagliariccio, come s' ha per Regola, e dichiarandosi, che fatto Confessore ordinario [come sperava] non averia permesso, che le ammalate stiano in tal miseria, fu da Dio avvertito con questo, che venendo l' occasione d' esser esaminato dal nuovo Patriarca, come si costuma, non seppe rispondere una parola circa la Confessione, ancorchè per altro fusse Uomo dottissimo, et esaminato un' altra volta per esser Confessore delle Monache, non già del nostro Convento, esso rispondesse da Maestro: e così restò impedita da Dio la sua poco accorta intenzione di rilasciare quel rigore del pagliariccio per le ammalate, mentre mai più potette arrivare ad essere nostro Cōfessore. E questo sia detto per giustificare il desiderio della zelantissima Madre Eletra d' esser più tosto dipendente, e governata da Persone Regolari, e dall' Ordine, benchè questo suo giusto desiderio, con altri molti di veder levati certi abusi, specialmente quell' essere nominate Cappuccine, quando le regole stesse hanno per titolo d' esser regole delle Servite riformate del Monte Senario: come non furono ben conosciuti dalle Monache, così non furono approvati da loro, e più tosto stimati impropri, quasi che una Giovane volesse introdurre novità, la quale, differo possa riservarsi per la sua fondazione.

Per tanto fu ripigliato il trattato della Serenissima di mandar a Roma il suo P. Confessore per aver da S. Santità la licenza così di fondare il Monistero designato ne' suoi stati, come di poter condurre seco le due Religiose, cioè la Madre Eletra, e la Madre Maria Rosa, non nominò la terza, perchè essendo molte, che pretendevano non solo del nostro Monistero, ma d' altri ancora, e molte figlie secolari, non si sapeva, quale di tante dovevano eleggersi, perciò non furono nominate, se non le due fondatrici, riservandosi la dimanda d'un altra licenza, se fosse stato bisogno: sebbene di questo non ne fu necessità, giacchè dalle molte, che credettero allora di venir alla fondazione, le due sole furono le elette da Dio, giacchè *multi sunt vocati, pauci verò electi*. Andò dunque il P. Confessore a Roma, e fu benignamente accolto dalla Sātità di Clemente XI. di felicis. mem. sentendo questi la causa della sua venuta a Roma, e

A le pie istanze della Serenissima Elettrice si consolò grandemente sentendo la Pietà di sì gran Principessa, ringraziava Dio, che ella avesse scelto un Ordine così santo, come sono le Serve di Maria; ma disse, che gli dispiaceva assai di non poter consolarla per allora, perchè essendosi la guerra più che mai incalorita, nè potendosi sapere il fine di Essa, e per conseguenza quando la Serenissima potrà ritornare agli suoi Stati, non era presentemente tempo di trattare degli Monasterj in un luogo, al quale non si sà il tempo di poter avvicinarsi: subito però che sarà fatta la pace, S. A. potrà mandare chi a lei piacesse, e nè averà ciò, che desiderava più che volentieri, mentre non bramava altro, che di renderla consolata. Così rispose il Papa, ancorchè poi nel caso non ebbe il suo intento la Serenissima, se non con gran difficoltà, come si vedrà appresso: e licenziatosi il P. Confessore con essere favorito di molte Indulgenze, e d' una Croce di cristallo legata in oro con dentro una gran particola della S. Croce mandata da S. Santità alla Serenissima, tornò con detre risposte, e speranze.

B

Fattosi ora tutti gli passi necessarj per la fondazione, si stava solo attendendo la Pace per effettuare gli buoni desiderj, ma non si vedeva mai il fine della guerra, moriva un Imperadore, sottentrava un altro, & in vece di terminare, come si credette, tornava a

C riaccendersi più che mai; s' andava dall' Autunno all' inverno, e poi alla Primavera, all' estate, e mai era fine, nè termine, perciò si porgevan molte preghiere a Dio: si faceva gran limosina, celebrar Messe, & altre opere pie dalla Serenissima, che si diede ad una vita molto divota, conforme l' instruiva la Madre Eletta, la quale più di tutte del suo Monistero si distruggeva in orazioni, penitenze, lagrime, e spargimento di sangue a forza di discipline, cilizj, vigilie, digiuni, & altri castighi del suo corpo per impetrare la Pace: si risolse anche la Serenissima d'andare alla B. V. di Loreto non solamente per divozione, ma per muovere la Madre di Dio alla Pietà d' ottenere la sua desiderata restituzione agli

D suoi Stati, e per accrescere il motivo, volse anche stabilire con voto formale il proponimento di far il Monistero, quando sarà restituita alla Baviera: di che se ne tiene copia della Lettera mandata a Roma alla S. Congr. dai Vescovo di Frisinga: siccome l' Elettrice abbia fatto mettere in dito della Madonna la Vera del suo sposalizio per caparra, che voleva con ogni fedeltà eseguire, quanto le prometteva, purchè la Santiss. Vergine impetrasse la grazia della Pace. Quest' andata a Loreto fu bensì interpetrata quasi s' avesse da dubitare del suo ritorno a Venezia, sapendosi, che la gran Principessa di Toscana sua Cognata, veniva ad incontrarla costì, e si credette,

dette, che potesse andar a Firenze con ella per ritornar poi in Baviera di compagnia, e perciò la Serenissima Repubblica fece a sue spese accompagnare l'Elettrice da due Galere, facendola anche onorare con gli soliti regali, che si fà a Principesse forastiere. Ritornò però l'Elettrice a Venezia, e piena di buone speranze apparecchiava sempre più robba per il suo Monistero ideato allora in quel fervore, che la faceva impaziente della tardanza di poter metterlo in esecuzione, mentre la Pace non voleva compatire.

Ma se la remora della guerra tanto più infervorata la faceva impatiente, la guerra mossasi contro la sua cara Madre Eletta, la rendette mezzo disperata. Vedeva primieramente, che il Cielo medesimo combatteva contro le sue speranze, mentre pareva, che volesse levarla dalla Terra, permettendo, che fosse assalita d'una infermità di punta acutissima, che in poco tempo la ridusse in stato di morte, e gli Medici, che oltre gli due ordinarj del Monistero faceva venire la Serenissima, stimati gli più famosi, la diedero quasi per espedita: Tutta Venezia era sottosopra, parendo ad ogn'uno gran fatalità, che avesse a morir quella, che fu destinata per al grand' opera della Gloria di Dio; le Monache non solo del nostro Convento, ma di molti altri erano afflittissime, e si fecero divozioni grandissime per la di lei salute; sopra tutte non sapeva consolarsi l'Elettrice, che mandò subito a Padova a far celebrare gran quantità di Messe al Santo; era sempre mattina, e sera al letto dell'Inferma, e non poteva contenere le lagrime, che le spremeva il cordoglio, tanto più perchè non si sentiva altro dalla Madre Eletta, che gli gran desiderj d'essere col suo amato Gesù, quel *cupio dissolvi, & esse cum Christo*, & altri segni di godere la vita celeste, quali atti non potevano impedire gli molti, e fierissimi dolori, che la tormentavano, e quanto più crebbe il pericolo di perder la vita temporale, tanto più l'Inferma si vedeva consolata a tal segno, che potè consolar anche S. A. e le circostanti che piangevano. Piacque bensì alla D.M. di mettere la sua mano potente, con cui percoteva, a sanar pure la piaga, mentre al P. Confessore della Serenissima, che disse ogni giorno la Messa nella nostra Chiesa in tempo di questa malatia, inspirò, che dopo aver celebrata la Messa una mattina comandasse alla Madre Eletta per parte di Dio, che in virtù della S. ubbidienza, ella stessa dimandasse da Dio la grazia, che le rendesse la sanità, e prolungasse la vita per sua maggior Gloria. Che quest' impresa sia stata opera di Dio, il successo lo provò: poichè, sebben contro il suo gusto accettò l'Inferma tal' ambasciata, non pensando ella più a niuna cosa di questo Mondo, ma anelava alla Beata Patria, pure per fare la S. ubbidienza gionse le mani, e levò la mente, e gli occhi al Cielo, pregando S. D. M., che se era la sua santiss. volontà, in virtù di quell'ubbidienza, (E) che l'era imposta, le concedesse la sanità per sua maggior gloria, per la quale s'accontentava di far quel sagrificio a Dio, cioè di restar ancora in questa misera vita; e siccome piacque a Dio quest' offerta, così l'effetto di questo gradimento fù, che si migliorò subito, riposò molto bene la notte, & il giorno seguente non solamente si levò dal letto senza mal'alcuno, ma andò in Capitolo a far la sua ubbidienza, & essendo essa la Camarlenga, a cui toccava leggere tutte le spese di quell'anno, e molte altre scritture, le lesse tutte con gran facilità, come se non avesse avuto male alcuno; e benchè la fecero ritornare all'infermeria per attendere alla sua Convalescenza, e la Sere- (F) nissima faceva portar gli più squisiti cibi della sua Corte mattina, e sera, ella però mai se ne serviva di quelli, avendo più care le povere pietanze del suo Convento, e lasciando le preziose vivande della Corte all'altre Sorelle convalescenti, se ne ritornò quanto prima alle sue funzioni più infervorata, e sana che mai, servendo anche all'Elettrice, che frequentava continuamente il Monistero, di buona Consigliera di spirito, mentre da tutte le occorrenze prendeva argomenti di predicarle ora la vanità del Mondo, ora la morte, ora la gravità del Peccato, e con gran profitto di S. A.

Intorbidò di questa le speranze, come s'è detto, il pericolo della morte di Maria (G) Eletta, ma non fu punto inferiore ciò che siegue. In quello faceva la guerra il Cielo, in questo l'Inferno: il Demonio, che non dorme, conosceva facilmente, quanto di bene potesse nascere, se le gran belle qualità di Maria Eletta fussero riguardate dalle Monachè, e queste si risolvessero di farla, anche ad Interim, Abbadessa del suo Monistero, quando doveva finire l'altra; cominciò dunque a prevenire, e si servì della medesima Elettrice per renderla odiata dalla maggior parte del Convento, e giacchè la Serenissima si lasciò indotte di slargar la licenza della Repubblica, fino ad introdurre seco nel Monistero dieci, o dodici delle Dame Veneziane, quādo il Senato non permetteva più di due, co- (H) sa, che dispiacque fortemente alle Religiose, così cominciarono a lamentarsi con la Maria Eletta, parendo loro, che lei doveva impedire tal disordine, benchè dall'altra parte non mostravano risentimento veruno con S. A., onde ancor questa diede la colpa alla Madre Eletta, quasi ella sola volesse zelare, ove nō mostravano niente le Monache, quādo per sodisfare a queste la Madre Eletta esortava l'Elettrice a non recare il fastidio al Convento, che se ne duole, conducendo tante persone secolari.

Oltre questo fece il tristo Demonio non solamente riflettere molte Monache, che Maria Eletta non avesse ancor sei anni di Pro-

Professione, e che il Spirito suo potesse inclinare a troppo rigore, o riforma, che chiamavano novità; e considerando la di lei generosità, e liberalità temevano della prodigalità, e discapito delle sostanze del Monistero: onde, sebbene dall' altra banda la maggior parte non si lasciava tanto accecare dalla passione, che non conoscessero il talento, e la capacità di lei per essere Superiora, non perciò tralasciava il nemico di tutto il bene di seminare sempre più paura, avversione, e contradizione verso questa sì buona Religiosa, acciocchè non fosse eletta Superiora a suo tempo; specialmente sotto il colore di zelo, tirava alla rete le due Madri superiore Abbadessa, e Vicaria a tal segno, che con dolore sentivano le altre discorrere, e trattare d' elegger la Maria Eletta sulla speranza, come fu, che ella avesse fatto gran bene al Monistero, mentre era tanto stimata, & amata da Personaggi di grandissimo rispetto, a che per amor suo vevevano già tante carità al Monistero, & a lei, quanto più potrebbe accrescere il vantaggio essendo Superiora. Onde ingelositesi sempre più si lasciarono indurre fino a questo, che in presenza di molte, prima l' Abbadessa s' inginocchiò avanti un Crocifisso, e con le mani gionte disse: *Signore, io non voglio essere contraria alla vostra Santissima volontà, se voi volete, che dopo di me la Suor Maria Eletta sia Abbadessa, sia alla buon'ora; ma levatemi prima di questa vita, acciocchè non veda questo spettacolo, che una Giovine abbia da reggere questo Monistero*: Seguiva l'esempio la Vicaria, e parimente inginocchiata disse, *Signore anch io confermo questo, e desidero di morir prima di vedere tal cosa*. Gran fatto! Ma che seguì? Esaudisce ben spesse volte quel Dio [che per altro non prende le regole del suo operare dalla volontà degli Uomini, ma dalla sua infinita Sapienza, la quale *attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter*] anche le dimande imprudenti di alcune Persone, per instruire gli altri di non lasciarsi precipitare dalle sue passioni, e dal proprio giudizio, e così fece anche a quelle due Religiose per altro di vita veramente illibata, e, per dir vero, santa. Del caso futuro pare, che Dio ne diede qualche avviso alla Madre Eletta; mentre questa stando una delle notti seguenti inginocchiata sul letto col Rosario nelle mani, si vedeva alla luna plena, e parveli star alla finestra della sua Cella, e sentir la campanella della porta, solita di sonare, quando entrano gl'Operarj, & entrare due Uomini grandi vestiti di bianco fino a terra, con un tonachino negro di sopra fino agli ginocchi con strumenti da lavorare sul dosso, come sono badili per cavar la terra, stanghe, e cose simili; andarono poi sotto le finestre delle due Superiore già dette, e cavarono due gran fosse, poi alzarono un gran palco, come volessero fare una gran fabbrica, si voltarono verso la Madre Maria Eletta, che stava alla finestra dirimpetto a loro, le mostrarono col dito, e le fosse scavate, e l' armatura inalzata, e le dissero queste precise parole: *Renovabitur*; detto questo le parve di sentir sonare di nuovo la campanella, segno, che dovevano uscire gli Operarj, e disparve tutta la visione, e lei si trovò inginocchiata appresso il letto col suo Rosario nelle mani. Non sapeva la Madre il fatto delle Superiore per allora, ma le fu contato solamente dopo, onde non ne fece conto di quella visione; ammalandosi però pochi giorni dopo primieramente la Madre Abbadessa con un catarro così violento, che sputò fino gli polmoni, e la ridusse in otto giorni alla morte, assistita sempre con grandissimo gradimento dell' Inferma dalla per altro sempre cara Maria Eletta, dalla quale anche si faceva velare il capo per l'ultima volta, spirando trà colloquj col suo divino Sposo l' Anima li 7. Marzo 1709, ammalandosi anche la Vicaria la medesima sera, che fù seppellita la Madre Abbadessa, allora si riflette Ella sopra quello, che le fu mostrato in sogno, o visione, perchè, sebbene pareva la malatia un semplice mal di petto, e gli Medici se ne ridevano, credendolo un catarro di freddo, non rideva l' ammalata, ma disse sempre: *di questo male io morirò frà poco*; e così fu, passando anch'ella alla miglior vita con gran sentimento di Pietà verso tutte, e massime della Maria Eletta, la quale pur a lei assisteva con indefessa carità fino all' ultimo respiro, e tanto era il dolore di quest'anima caritatevole di vedersi abbandonata così precipitosamente da ambe le Superiore, che non sarebbe stato modo di consolarla più mai in vita sua, se avesse saputa l'origine di questi casi, e che lei poteva essere detta l' occasione della loro morte, accelerarasi con queste dimande poco prudenti, la quale però doveva servire per un indizio molto chiaro della volontà di Dio, che voleva la Madre Eletta per Abbadessa, ancorchè stimata da quelle ancor immatura per il Governo, e che lo Spirito infernale ne faceva guerra col suscitare le Religiose contro di ella, come s'è detto, e che non si sapeva, quando dovesse partire alla sua fondazione.

Così dunque si vedrà fatta la volontà di Dio: non ostante che il Monsig. Patriarca abbia mandato subito a far una Vicaria, e Presidente, fino fosse il tempo di creare la nuova Abbadessa, e fece quella medesima, che e per proprie opinione già si credette d'esserla, e per istanza d' alcuni secolari, e Preti fu più desiderata, che la Maria Eletta, essendo sempre vero, che *Non est prudentia, non est consilium contra Dominum, nec est qui possit resistere voluntati ejus*, onde venendo il giorno dell' Elezzione, fattasi nel mese d' Aprile dell' Anno 1709. in presenza dell' Illustrissimo Monsignore Patriarca si congregarono tutte al solito, et ogni una diede il suo voto segre-

segreto: & ecco nel primo scrutinio uscì Eletta per Abbadessa, chi già aveva il nome d' Eletta, a cui se ben diede il suo voto anche quella, che era rivale, e lo diede per non fallare, credette però d'aver già voti a sufficienza per se stessa, e così restò tradita dalla sua speranza. Ora quest' Elezzione fu materia di grand' allegrezza a molti, e sopra tutto alla Serenissima Elettrice, la quale sentita tal nuova entrò con giubilo nel Monistero congratulandosi benignamente con l' Eletta, a cui voleva, che l'Anello Abbaziale fosse ornato d'un saffiro, e diamanti, ma non fu ammesso dalla Madre: la quale diede subito grā saggio d' un buon governo, non solamente facendo nel prendere possesso del suo Ufficio un ragionamento così ripieno d'umiltà, carità, e sapienza, che tutte restarono attonite; & eleggendo la Madre Maria Rosa ab Incarnatione per sua Vicaria con pregarci tutte, che non avessero a male, se preseriva questa, poichè siccome l'era sempre sua guida, e custode, così si prometteva, che ora le farà il suo braccio destro, quando più avea bisogno di fedel' assistenza. Ma questo saggio fù più manifesto, quando si vide, che senza dilazione diede un' occhio vigilantissimo così all'osservanza, disciplina regolare, & accrescimento di spirito, come al ben temporale del Monistero, voleva sapere tutte le entrate, & uscite del Convento, e perciò fece chiamar subito il Fattore, che già per dieci'otto anni non renderte mai conto, nè fece saper alle Monache, quanto esso riscuoteva, nè quanto spendeva, e teneva il Conv. in tanta soggezzione, che l'era quasi suddito, e lui Padrone; gli fece dunque render conto della sua villicazione, e subito fu scoperta la sua grand' infedeltà, e come lui era debitore di molti mille Ducati; onde fù bensì subito esentato dall' ufficio, e sostituito un' altro, dalla di cui fedeltà respirò il Monistero, a quello però usò gran carità per non rovinarlo in un colpo, presigendoli alcuni termini successivi al pagamento del suo debito. Accrebbe l'attenzione al bene del Convento, mentre vedendolo aggravato di tanti pagamenti di Dazi, che per il solo vino conveniva pagar annualmente seicento Ducati di Dazio, procurò, che tal Dazio benignamenta fosse levato al Monistero. Così la sua buona condotta era la causa, che se prima venivano a stilla gli aiuti, e le carità, sotto di lei piovevano abbondantemente: onde s' aumentarono gli ornamenti della Chiesa, gli apparamenti della sagrestia, le fabbriche del Monistero, tra le quali fu singolare quella d' Infermeria. Era questa molto scommoda, e poco ben fatta, onde le Religiose supplicavano colle mani gionte, che avesse la bontà di farla di nuovo, e le dicevano: *Monstra te esse Matrem*; vedeva la Madre facilmente di quanti travagli, e spese sarebbe piena quest' impresa, tuttavia per consolare le sue care figlie, che dicevano sempre, *Se*

E *V.R. non ci farà questa carità, mai più l' averemo*; s'accinse all' opera, e la ridusse al fine con meraviglia di tutti, perchè la fece da fondamenti, nobile, soda, commoda, e ben fornita di tutti i mobili a tal segno, che fù stimata la spesa più di dodicimila ducati, quando ella non spese altro, che poco più di sette, e trè questi non fù tolto dalla Cassa del Monistero altro, che tre mila ducati, e trecento in circa, essendole stato donato il resto dagli Benefattori, e supplito da i regali fatti a lei, che generosamente applicò tutti per il bene del suo caro Monistero, non ostante, che doveva in breve partire, e che le persecuzioni s' ingrossavano ogni giorno più.

F Si tralasciano tante, e tante buone, e belle opere fatte da questa Madre nel tempo della sua superiorità, perchè ci vorrebbe un grā libro particolare per descriverle tutte, e si spera, che saranno conosciute a suo tempo; si nota solamente il fine, per il quale v' è da credere, che Iddio Benedetto la voleva Eletta per Abbadessa in Venezia, cioè per pulirla sempre più da Pietra fondamentale della sua fondazione in Baviera; ed acciocchè questa sua superiorità in Venezia le fosse un preludio, & una scuola d' imparare, e d' esercitarsi nel combattere con molte tribulazioni, che a suo tempo l' aspettavano aggroppate nella medesima carica duratura per il resto della sua vita, senza riflettere, che pur anche la voleva per il gran bene del Monistero

G in Venezia, a cui il di lei governo riuscì tanto utile, che lasciò un'eterna memoria della sua beneficenza, carità, e Prudenza.

Quanto amara le doveva riuscire la sua superiorità, e vita, voleva già il Sig. prefigurare alla Madre Eletta, quando essendo Ella in orazione le apparve con aspetto bensì amabile in forma, come vien dipinto risorgente, col manto, che lo copriva tutto, e lasciò solamente aperto il braccio sinistro con la piaga del Costato: ma se con la man sinistra additava la detta Sacratissima Piaga, colla destra però teneva un calice; e quando ella si credette d' essere invitata al suo unico refugio negli suoi travagli, cioè a detta santissima piaga, verso di cui già si sbalzava per ba-

H ciarla col fervore della sua grandissima carità di Dio, parvele di vedersi respinta, ed esibito, anzi applicato alle labbra il Calice con dire: *Devi prima di goder questa, bevere il Calice*: e desatto bevendolo fino all' ultima goccia, trovò il liquore bevuto così amaro, che l'amarezza d'esso le restò sensibilmente in bocca per molti giorni seguenti. Quest'era l'avviso celeste, & in terra ne seguì l' esecuzione, perchè oltre le molte infermità, che le venivano cagionate dalle grandissime fatiche intraprese per assistere a tutte, e specialmente giorno, e notte alle inferme, non vi fu per lei un giorno libero di travagli, fastidj, & afflizioni. Entrò una figlia in Monistero, ma il giorno seguente s'ammalò d'un male

male così grande, che oltre l'essere piena di varole, diventò come rabbiosa, morsicandosi le carni, e gridando dì, e notte, com' una disperata in modo, che ci convenne rimandarla a casa, quando si vide un poco migliorata, acciocchè tutte le Monache, che l'assistevano in giro, non s'ammalassero; da questa nacque una grave infermità alla Madre, che per quindici giorni, e notti l'assistè senza mal riposare, e non solamente nacque la malattia, ma anche una mano di guai, perchè risanata la figlia fece instanza di ritornare in Monistero, e non le fù permesso. V'era poi una Religiosa, che voleva venire con noi alla fondazione, molto ben vista dalla Serenissima, e più obbligata alla Madre Eletta per averle dati molti aiuti spirituali, e ridotta con gli suoi santi avvertimenti in stato, che era già capace, d'esser una delle fondatrici: ma per la sua incostanza non seppe perseverare, parendole troppo duro l'esser sempre ammonita da una più giovine di lei; e perchè la guerra tirava sempre avanti, s'infastidì in modo, che voltandole bruttamente le spalle, cominciò a dir male di lei, non solamente con le Monache, ma appresso li Prelati, e Superiori, li quali conoscevano poi l'innocenza della Madre, e la compatirono dell' ingiuria fattale da quella medesima, che tanto l'era obligata.

Non era ancora passato questo travaglio, che già fu superato da un altro molto più fastidioso, e durevole; di ciò fu causa, ovvero ne diede l'occasione un'altra figlia della Nobilissima famiglia Gritti, della quale erano stati Dogi, Procuratori, Savii, Grandi, e di simili cariche conspicue: Entrò questa, nominata Maria, in Religione, e subito prese sì grand' affetto alla sua cara Madre Abbadessa, che non voleva mai separarsi da lei, li Parenti ancora erano affezionatissimi alla Madre, portandole quel rispetto, e riverenza, che la di lei gravità, e rare virtù richiedevano; ma tutto quel dolce nel principio si conver tì in amarissimo fiele, poichè non sognavano nè anche allora gli Signori Gritti, che la figlia pensar dovesse mai di partir dalla Patria, per andare con una Forestiera ancorchè santa, siccome ella da Patrizia Veneta, che era, non poteva andar contro la sua voglia; tuttavia le venne presto questa volontà, sebbene non la publicava; lasciò prima, che le fusse dato l'abito, acciò li Fratelli avessero questa consolazione di vederla vestita. Si vestì, ricevè il nome di Maria Josessa, fece il corso del Noviziato, ma quando venne il tempo della Professione, si dichiarò, che non voleva fare la Professione, se non nella nuova fondazione alla quale aveva determinato d'andare con la Madre Maria Eletta, essendo di ciò anche contenta la Serenissima Eletttice, la quale l'amava assai, e l'averebbe tolta volentieri per riguardo della sua grã nobiltà. Restarono gli fratelli attoniti di tal pensiero della Figlia, credettero però, che

A tal frenesia sarebbe passata in breve tempo; ma ella sempre più costante diceva, che mai aspettino di vederla professa in Venezia, ancorchè le Monache per gl' interessi temporali del suo Monistero, e per tirar la dote a quello, le volevano persuadere, che pur faccia la professione, e se poi voleva andare in Baviera, se ne vada in nome del Signore, che le sarà permesso così dal Monistero, come dagli Parenti, e dalla Serenissima Republica; nulladimeno non fu caso di muoverla nè con carezze, nè con minaccie degli Fratelli, e Parenti, benchè un suo Fratello Religioso Domenicano per atterrirla le dicesse: voi crederete d'andar a fondar in Baviera, e vi troverete nel profondo d'Inferno: ma non fecero

B altro, che di farla venire a quest' altra dichiarazione: io già non voglio professare, ove non penso di restare, se non volete, che io vada in Baviera; fate che io venga a casa, e questa risposta ebbero così le Monache, come li Fratelli, e questa fù la fucina dalla quale uscivano le furie contro la buona Maria Eletta, alla quale fù imputata tutta la colpa dell' ostinazione di Maria Josessa instruita così da lei, come dissero coloro: onde non solamente gli Parenti, ma anche le Monache le fecero tutti gli affronti, che potero, fino a far venire il Patriarca per mortificare e l'una, e l'altra; nè passò un giorno, che la povera Madre non avesse qualche disgusto, o d'una, o dall'altra parte, benchè non avesse ella

C colpa veruna, siccome non aveva un minimo attacco alla figlia, ed era indifferentissima, che questa venisse con lei in Baviera, o restasse a Venezia. Vedendo poi, che non era possibile allora di far professare la Figlia, pareva bene di dissimularlo, fino che fosse finito il Triennio del Governo di Maria Eletta, credendo di vincere il punto sott'un altra Abbadessa; per tanto s'andava studiando tutti gli modi di screditare la Madre, e d' inventar motivi, acciocchè non fusse giudicata degna d'esser confermata nel governo. Per argomento doveva di nuovo servire la libertà presasi dalla Serenissima d' introdur in Monastero tante Dame secolari, della qual' inconvenienza diedero la causa alla Madre Abba-

D dessa, che poteva impedire, e lasciava passare, e perciò portavano le querele al Patriarca, e Senato, dicendo anche, che dissipava le sostanze del Monistero con troppo larghe limosine, e regali eccessivi; fu scusata bensì la Madre fondatamente, che quanto al primo non era lei in causa, ma più tosto le Monache stesse, che non mostrandosi di nulla attediate in presenza della Serenissima, ma più tosto l'adulavano: e quanto al secondo, che non andavano le limosine dalla sostanza del Monistero, che si trovava più tosto accresciuta, ma dalla carità della Serenissima; tuttavia prese tanto di piede la passione, che non vedevano quasi l'ora, che fosse finito il trien-

triennio per eleggere un' altra Superiora. & il Monsign. Patriarca s'era proposto di farne una risentita, e gagliarda contro la Madre Eletta, se dal Confessore non fosse stato avvertito dell' innocenza di Maria Eletta, con dire, che tutto era instigazione diabolica, non potendo soffrire il Demonio il bene, che procurava nel suo governo, e che la scusa portata a favore della Madre era la pura verità.

Non potevano però nè queste, nè tant' altre ingiurie, persecuzioni, travagli, e tribolazioni fattele stancare la di lei invitta pazienza, nè mai impedire la sua carità verso tutte, e la sua attenzione in promovere il bene del Monistero, perciò trovandosi ivi una Sorella già da tre anni paralitica, e gravata di molte altre infermità, come etisia, apostema nella testa, e stimata per tutto incurabile senza mai potersi muovere; quando seppe essere gionti in Venezia il famoso Padre Lodovico Francescano, che con la Reliquia di S. Diego miracolosamente fece risanare gl' Infermi, incaricò l' inferma Sorella Francesca d' aver ferma fede di guarire, ove sarà segnata dal Padre, che si farà chiamare; ma non ritrovandosi nell' Inferma la fede così viva, impegnò la Madre la sua, fece chiamar il Padre, e portare l' Inferma alla sua presenza tutta tremante, ove appena segnata con la Reliquia, restituì la Sorella totalmente sana al Monistero, a tal segno che ella in un momento si alzò dalla sedia, e caminò così veloce, che non puotero tenerci dietro, senza più sentire quei mali, che aveva; questo miracolo videro S.A., il Confessore, & altri.

Non è poi esplicabile quel dolore, che sentiva la Madre, quando vedeva esserle tolte dalla morte alcune Sorelle, delle quali morirono tre nel suo governo; a tutte assistette con grandissima carità fin' all' ultimo spiriro; ma quando era per morire la Madre Maria Celeste Maestra di tutte, ancorchè ella stessa si trovava gravemente ammalata, non potette restare in letto, ma s' alzò subito, e si strascinava per venire alla moribonda, alla quale parlò non solamente col solito amore, ricevuta anche dalla cara Maestra con segni di allegrezza: ma le disse anche all' orecchio, che le dimandava tre grazie: la prima, che quando sara in Paradiso dal suo Celeste Sposo la mettesse a' suoi Santissimi piedi, e le intercedesse il perdono de' suoi peccati con la grazia di non mai partirsi dalla sua divina presenza in questa vita, per poterlo poi godere eternamente in Paradiso; la seconda che pregasse il Signore, che venisse una Figlia nobile, e di costumi riguardevoli per sollievo del Monistero; la terza, che se era la volontà di Dio, che andasse alla fondazione, le apparisse, e l' assicurasse di ciò dalla parte di Dio. Che perciò non era fastidiosa alla moribonda, quale suavemente chinò la testa mostrando, quanto poteva, e le promise di farlo, come poi lo fece, apparendo dopo breve tempo alla Sorella Francesca l'impose di dire alla

E Madre Abbadessa, che ho fatto a lei il servizio ricercatomi, di che molto si consolava la Madre, e tanto più le parve credibile, quando, fra poco tempo venne per segno della seconda grazia ottenutale una figlia di casa Flangini delle prime nobili di Venezia, che hanno però la loro origine de' Conti Castiglioni, parentata col B. Luigi Gonzaga. Le qualità poi di questa Figlia erano non solamente riguardevoli, ma di più ancora di ciò che s'aspettava, onde attendeva pure la terza a suo tempo, come la vedremo anche fatta.

Tralasciamo tant' altre virtuose azzioni, & opere, che fece nel triennio del suo Governo, tra le quali fu anche la sua attenzione

F di promovere il ben spirituale del Monistero con introdurre publiche divozioni, come fù quella degli sette Sabbati antecedenti alla Solennità de' Dolori di Maria, che fece fare con solenne esposizione del Santissimo, Predica, e Musica col canto del *Stabat Mater*: Procurando per interposizione di S.A. Indulgenza Plenaria da Sua Santità, divozione, che si vedeva molto gradita dalla Santissima Vergine, mentre, & agli divoti Secolari fa grazie spirituali innumerabili, & alle Religiose moltiplica le limosine, onde sempre cresce il concorso.

Dicemmo dunque, che terminò il suo Triennio ripieno di meriti per le sue incessabili fatiche, per la sua inarrivabile vigilanza, e

G per la sua incomprensibile pazienza in soffrire con tanta fedeltà, e coraggio così grandi, & innumerabili travagli; li quali però non terminaronsi col finire la superiorita, ma più tosto accrebbero a modo tale, che la nuova Abbadessa si portò in maniera tutta diversa con la Madre Eletta, mettendola all ultimo luogo delle discrete, così anche le Monache non le fecero altro, che insulti infiniti; e quando fù resuscitato dagli Signori Gritti l' affare della loro Sorella, non è da spiegarsi la tempesta caricata sopra la testa della Madre Eletta, poichè restando la Maria Josessa Gritti sempre salda nella sua risposta, prima le fecero mandare dal Patriarca un Confessore straordinario per altro molto stimato dalla

H Madre Eletta: Credettero per via di lui d' espugnare facilmente il di lei cuore, che il Prete si vantava d' aver nelle sue mani; onde questo e con carezze cominciò ad insinuarsi, e poi con minaccie incaricarla, che lei dovesse sforzare la Novizia a professare in Venezia; ma quando riportò la risposta, che tal cosa non devà esser pretesa da lei, e che non l' averebbe mai fatta, mentre a lei poco importava, ò che la figlia vada, o nò in Baviera, allora inealorirosi il Prete la caricò di tante ingiurie, come fosse la più trista della Casa. Veduto questo, che dalla parte di Maria Eletta non si faceva niente, e che la figlia restava sempre in questo, o in Baviera, o a casa,

ven-

vennero all'altro estremo, & avanti lo spuntar del Sole con una barca, e con gli abiti secolari giunsero al Monister, & ivi fatta chiamar la Madre Abbadessa, e la Novizia, fecero spogliarla dell'abito Religioso, e vestirla da secolare: nè giovò niente chiamar la Madre Eletta, e venuta che era, buttarsi al di lei collo gridando misericordia, e che non l'abbandonasse, mentre dovendo partir dal Monistero fu condotta non già a casa, ma in una Villa, e poi in un Monistero di Francescane con espresso ordine del Patriarca, che non scrivesse mai, ne lei alla Madre Eletta, nè questa a lei, & ancorchè nè meno costì volesse professare, ma si contentò di vestirsi oblata per non perdere la speranza di giongere una volta alla sua desiderata fondazione, non fu però più modo di ecnioiarla. Per tanto tutto il Monistero si levò contro la Madre Eletta rimproverandole, che lei era la causa, che perdettero e la figlia, e la dote, & il Parentado nobilissimo, da cui tanto era da sperarsi, nè finivano gl'improperij ogni qualvolta fù incontrata per il Monistero in modo tale, che per levarle l'occasione d'offendere la carità, bisognava starne ritirata, e consolarsi col suo Dio. Se ne accorgeva anche la Serenissima di questa rivolta contro la sua cara Madre Eletta, e ne fece una gran doglianza risentita con la Madre Abbadessa, mostrando pure essere sua offesa quella di lei, e perciò non solamente mutò la solita cortesia in aperta indignazione contro tutte, ma levò anche le solite limosine alle ingrate, delle quali, se qui si parla manifestando indirettamente le loro imperfezioni, e debolezze, non v'è già altro motivo, che per mostrare, quanto possa il Demonio anche contro le Persone Religiose, quando queste non hanno sempre per fine del loro operare l'amore, e la gloria di Dio, ma si lasciano tirare dall'interesse, e dando mano alla passione, non si guardano bene dalle astuzie del Serpente infernale per non diventar instrumenti della sua malignità. Qui veramente si vedeva, che lo Spirito maligno si servì di queste povere Religiose, ingannandole, per vendicarsi di quella Madre, a cui apparendole una volta in forma d'orribile Dragone, mise le zanne al collo con dire, *volentieri ti strangolerei, ma non mi è permesso*. Si può anche credere esser stata permissione particolare di Dio, che le Monache s'alienassero tanto da Maria Eletta, acciocchè restasse levato quell'attacco del di loro affetto verso di lei, riflettendo sopra li grandissimi beneficj da lei ricevuti, e sopra l'insigne qualità della Madre, che tutto poteva impedire la di lei partenza alla fondazione, come lo confessavano poi quasi tutte.

Non si servì però il Demonio delle sole Monache per mortificare la Maria Eletta, la fece strapazzare anche da alcuni secolari, che non solamente parlavano male di

A lei, ma con lettere piene d'improperj, & ingiurie l'affrontarono al più alto segno: così le fece quel fratello spirituale, che si sdegnò grandemente contro di lei, perchè nel suo governo aveva eletto un'altro Procuratore del Monistero, benchè Iddio non lasciò impunita la di lui malignità, palesando manifestamente l'innocenza della Madre, e che le colpe, e sceleraggini addossatele non erano altro, che invenzioni pessime suggeriteli dal più tristo Demonio della maldicenza. Erano bensì sensibilissimi a questa buona anima cotesti colpi esterni, degli quali non si racconta la centesima parte, ma sopra tutto l'erano amari gl'interni nati dall'aridità dello Spirito, della desolazione del suo cuore, della temuta sottrazione della Divina Grazia,

B e dagli nuovi dubbj, se fusse veramente la volontà di Dio, che ella andasse à quella fondazione, che fu designata, quando questa ogni mese pareva più disperata per li continui progressi della guerra, che resero quasi moralmente impossibile la restituzione della Serenissima a'suoi stati: onde parimente fu sempre beffeggiata dalle Monache, e da altri: il suo amatissimo Gesù oltra ciò le pareva allontanato da lei, mentre se trovava per altro sempre ristoro raccomandandosi nelle sue assizioni alle Sagratiss. piaghe di lui, allora la lasciò secca, e senza le solite cõsolazioni, tutto ciò che per allora le fece, fù il farle vedere una visione intellettuale d'un certo sposalizio suo con una Croce molto grande, dalla quale

C poteva argomentare non essere ella abbandonata dal suo caro Sposo, fin' al termine della sua vita, come si vedde da quel tempo in quà non passò un giorno senza pena, o del suo corpo pieno di dolori, & infermità, ò dalle afflizioni esterne & interne a modo tale, che pare un continuo miracolo il vederla vivere, e vivere con tanta applicazione a tutte le osservanze, penitenze, e modi di ridurre ogni cosa al debito stato.

Dopo tante procelle, che così fieramente agitavano la navicella di quest'anima, piacque bensì alla bontà di Dio di farla un poco respirare, poiche, quando manco si pensava alla Pace, e finimento della guerra, e la Madre Eletta dopo il mattutino stava in occasio-

D ne nella sua Cella con la finestra aperta per causa del gran caldo, che correva, vide in un'istante comparire alla finestra uno splẽdore, da cui spaventata si voltò, e vide entrare coll'istesso abito, di cui era vestita, quando viveva la Madre sua Maria Celeste, dalla quale attendeva anche la terza grazia accennata di sopra, onde conoscendola senza paura le parlò dicendo: *E bene Suor Maria Celeste, venite forsi per assicurarmi, che sia la volontà di Dio, che io vada alla fondazione, come mi avete promesso?* dal che sorridendo quella rispose; *certo, che c'è la volontà di Dio, e come? non finirà quest'anno, che sarà fatta la pace*; con che disparve, e lasciò la Madre alquanto con-

folata, attendendo la verificazione di ciò. Vedeva pure un' altra volta alla marina tra la vigilia, e il fonno, qualmente fi trovava in un campo, ove fi fabricava un Monifteto, e le fu detto, che era il fuo; gli Muratori eranu tanti Angeli vestiti tutti di bianco, che con faccia allegra lavoravano: ma nel fondo appreffo erano millioni di Demonj, con code così lunghe, che facevano fpavento, e tutti s' aggrappavano con le unghie per diftruggere detta fabbrica, benchè gli Angeli, che ftavano di fopra, fi ridevano di loro, mentre in un momento difcefe dal Cielo il Santiffimo Nome di Gesù con raggi più rifplendenti del Sole, e di tanta grandezza, che copriva tutta la fabbrica, dal che in un baleno fparirono tutti gli Demonij.

Con quefti, & altri avvifi fortificata fi raffegnò totalmente alla difpofizione di Dio, e fe vedeva la Sereniffima attediata, per non dir difperata, dalla prolungazione della guerra, Ella procurava d' animarla a fperar bene; & in vero in breve tempo dopo venne l' avvifo, che con ferietà fi trattava la pace, e che s' afpettava prefto la conclufione, nuova, che tanto rallegrava l' Elettrice, che fubito venne al Monifiero per portarla, e per conclude re di mandar fenza dilazione a Roma, acciocchè S. Santità fpediffe la già promeffa licenza di poter levar le Monache deftinate per fondar in Baviera, e per tanto fi preparava il neceffario per li fornimenti del nuovo Monifiero così in addobbi facri per la Chiefa, come in altri mobili, che più comodamente fi trovavano in Italia, che in Baviera. Si mandò dunque a Roma, ma fù trovata anche in quefto la fua remora, poichè la Sac. Congregazione ricordandofi d' effer già ftata delufa con la Regina Madre dell' Elettrice, che pur ella ancora prometteva di fondar in Roma un Monifiero per le Salefiane, fatte perciò venire appofta dalla Francia, ma non facendo niente in due anni, fù obligata di rimandare le Fondatrici in Francia, dopo averle tenute nel fuo Palazzo per quel tempo, onde non voleva perciò fidarfi nè anche della figlia, ma le rifpofe, che ritornata in Baviera faceffe fabbricare il Monifiero con fufficiente fondo per il mantenimento delle Religiofe, & allora le farà permeffo di levare le Monache dalla loro claufura, da dove le vorrà. Fù bensì ribattuta queft' oppofizione, rifpondendo la Sereniffima, che la difparità era grande tra la Regina fua Madre, che già era fuor del fuo regno, Vedova, e fenza ftati, ne' quali poteffe comandare, e tra l' Elettrice, che torna a' fuoi ftati a far ciò, che vuole: onde poteva ftar ben ficura la Sacra Congreg. che non folamente farà una fondazione, e Monifiero per dodici, ma da par fua anche per fei volte tante Monache. Nulladimeno trovandofi fempre altre difficoltà, non s'ebbe la permiffione Apoftolica, fe non ad iftanza del Sereniffimo Elettore tanto benemerito

E della S. Chiefa: fcriffe a quefto la Sereniffima pregandolo di farne la Garanzia, onde, perchè S. A. Elettorale s' impegnò ancor ella d' affiftere in tutto alla fua Sereniffima, avendole già donata una cafa commoda, nella quale poffano ftar ferrate le Religiofe, finchè foffe fabbricato il Monifiero, finalmente fu fuperata l' eccezzione, e fù providenza di Dio di far concedere dalla S.Cong. l'attual traslazione noftra, poichè, ficcome prefto fi vederà, l' arduità dell' imprefa dopo l' effere gionte in Baviera, così fecondo tutte le apparenze fi farebbero raffreddate tutte le cofe, e farebbero andate in fumo, quando la Sereniffima foffe tornata fenza di noi. Prevedeva quefto il Demonio, e perciò fece tutto per ridurre l' affare a tal termine, ma quel Dio, che già
F ab eterno avea deftinata la Religione delle Serve della Santiffima Madre Addolorata alla Baviera, tanto per altro devota a quefta Madonna, annientò le Machine del nemico.

Non sì tofto venne la licenza alla Sereniff. che fù mandato un' altro decreto all'Illuftrifs. Monfign. Patriarca di Venezia con ordine, che veniffe lui in perfona al Monifiero per cercar con gli voti delle Religiofe la Madre Eletta Abbadeffa, e fondatrice della fondazione, e Monifiero in Baviera: e perciò venuto con gli abiti Pontificali affiftito dal Vicario Generale, Segretario, & altri miniftri Ecclefiaftici, conduffe tutte le Monache al luogo proprio di tali funzioni, e le fece ballottare, & eleggere la detta Madre con fom-
G mo onore, e pompa, di che reftò molto fodisfatta la Sereniffima, e regalate le Religiofe, le quali vedendo, che veramente la pace era fatta, la partenza dell'Elettrice ftabilita, e che Maria Eletta doveva andare con la compagna in Baviera a fondare, s' aprirono loro gli occhi, e fi ravvedero dell' inganno, con cui il Demonio le tirava a perfeguitarla, fenza rifpetto del gran bene ricevuto da lei così nel fuo governo, come dalla di lei carità, fempre efercitata con tutte, onde non meno l' Abbadeffa, che le altre Religiofe fi pentirono degli cattivi ufficij, ftrapazzi, et oltraggi fatti a quefta buona Madre, e la fupplicarono di perdono, e tanto crebbe la ftima di lei, che ebbero poi gran fatica nel lafci-
H arla partire.

Avvicinatofi il tempo d' andar in Baviera, & apparecchiato tutto per il viaggio, la Sereniffima volle vifitar la feconda volta la Beatiffima Vergine di Loreto, & ivi in rendimento di Grazie confermare, e ripetere il fuo voto: e fe ben nel ritorno correva gran pericolo di reftar gravemente offefa nel ribaltarfi dalla Carrozza, non effendo con lei, fe non una Dama, e due Signori, tuttavia protetta dalla Beatifs. Vergine tanto più reftò illefa, quanto più le giovò l' effere cafcata fopra la Dama, che era con Ella, e da quefta, benchè non fenza proprio difcapito, foftenuta pazientemente. Voleva poi nafcere un' altro impe-

impedimento della partenza delle nostre Religiose; primieramente perchè s'ammalò gravemente con mal di Punta la Madre Maria Rosa compagna dalla Fondatrice, & il Medico disse, che senza miracolo non poteva guarire per il tempo destinato della partenza, e benchè per singolar grazia si riebbe, le restò però la necessità di sostentarsi col bastone, se voleva caminare. Ma che si fece? le venne la memoria, & il desiderio di quel gran Servo di Dio il P. Lodovico operatore de' Miracoli, di cui di sopra si raccontò il fatto miracoloso della risanazione di Sorella Francesca: Era d. Padre nell' Isola di S. Spirito molto lontano da Vanezia, onde potevano ben desiderarlo, non così facilmente sperare, che venisse a tempo; & ecco la medesima sera venne lui stesso senza esser chiamato, e chiamata, che ebbe la Madre Maria Eletta, e dolcemente sgridata, che senza farglielo sapere pensava di partire, e le disse: *Eccomi quì, che cosa volete da me se mi desideravate?* e rispose, ch'ebbe la Madre, che per se non desiderava altro, che la sua S. benedizione, ma che la sua compagna la Madre Suor Maria Rosa sospirava di vederlo, la fece chiamare, e vedendola disse, *che volete da me?* e rispondendo Ella, *Padre io non desidero già la perfetta santità, sol tanta, che mi sia levato l' impedimento della partenza, e massime il bisogno di questo bastone.* Il Padre replicò; *abbiate fede, che non caminerete più col bastone*: Disse poi alla Madre, che li raccomandava questa sua Compagna, acciocchè per il viaggio non si ammalasse: *Non dubitate; anzi guardatevi pur voi, perchè la vostra Compagna starà bene, ma voi averete da passar gran travagli; fatevi però animo, state costante, che tutto supererete colla Grazia di Dio*; ma la Madre Maria Eletta s'amalò per viaggio gravemente, quando l' altra stava bene, e si verificò, quanto allora disse quel Venerabile Padre, il quale manteneva anche dopo una santa amicizia con noi per via di lettere: In una delle quali scrisse queste parole: *Confidate in Dio, e non dubitate, che un po di quà, e un po di là il Monistero si farà, perchè Iddio vuole, che molti abbiano il merito.*

Stabilita la partenza si mandò a Treviso per levar di là quella figlia, che colà si ritrovava in un Monistero per tanto, che potesse venire con noi alla fondazione. Era questa la Sig. Maria Alvara figlia di Mercanti ricchissimi, e persone, che si gloriavano di vederla destinata per andar colle Fondatrici in Baviera, e giacchè nel nostro Convento di Venezia non era luogo proprio per allora di tenerla per gli molti disturbi, che v' erano, come fù detto di sopra, si risolvette di ritirarsi per tanto in Treviso dalle Francescane Pizzochare, ove fù mantenuta dalla carità della Madra Eletta fin' al tempo di poter andare in Baviera: Era bensì un contrasto sopra questa Figlia, dichiarandosi allora la Serenissima, che

A non vorrebbe per Coriste, se non figlie di prima nobiltà, e convenne perciò di far la proposizione alla Sig. Alvara, che per allora non speri di venire nel numero delle Coriste; essendo però la figlia risoluta d'esser più tosto Conversa, che di non venire in Baviera, vinse la sua Costanza, e l' impegno della Madre Eletta di non voler partire senza di lei alla fondazione la durezza dell' Elettrice.

Venuto poi un grosso cambio all' Elettrice assegnatole da S. A. E. per poter fare il suo Viaggio con quel decoro, che conveniva ad una tal Principessa, s'esibì l' Elettrice di somministrar tutto, che la Madre conosceva necessario per la fondazione; ma credendo la troppo buona Madre, che tal generosità averebbe da durare, e più tosto d' accrescere in

B Baviera, si contentò di quel solo, che faceva bisogno di fare alcuni regali di cose divote a i Prelati, e Principi di Baviera, e per lasciarne qualche memoria al suo caro Monistero in Venezia, a cui anche la Serenissima fece delle gran promesse, benchè a quest' ora aspettano le Religiose di costì l' adempimento. Ma s' era generosa l' Elettrice in prometter molto, la Madre Eletta fu impareggiabile in distribuire tutto, che poteva avere, alli poveri di Venezia, a tal segno, che v' era un continuo flusso, e riflusso di Persone bisognose, che ringraziavano del mandatoli, o venivano per avere qualche porzione di limosina. Al Convento poi non solamente fù lasciata tutta la Dote d' ambedue le Madri, che andavano al-

C la fondazione, non ostante, che fosse molto, e più considerabile di molt' altre, così in capitali fruttabili, come in robbe preziose per la Chiesa, e Sagrestia: ma nemmeno altro portarono seco, se non il semplice bisogno per il viaggio, e qualche provisione di robbe sagre; anzi per le loro Persone non avevano seco altro nel viaggio, se non un picciolo valigetto per il Breviario, libbri di preghiere, e qualche pezzo di biancheria, e ristoro d'acqua di cedro, avendo mandato tutto col bagaglio della Seranissima, febbene poi s' accorgevano d' essersi fidate troppo all' assistenza d' altri nelle necessità occorsele.

Quando si credette, che tutto già doveva essera in ordine per partirsi da Venezia, la

D Madre Eletta fece fare nella Chiesa del Monistero una divozione solenne, e publica con esposizione del Santissimo, canto del *Stabat Mater*, e *Te Deum laudamus*, così per ringraziamento degli beneficj ricevuti da Dio, come per impetrare la Divina assistenza, e tutela della Beatissima Vergine Addolorata nel viaggio, a nell' opera grande, che era da farsi; concorse un popolo innumerabile, e dopo la funzione la Serenissima entrò in Monistero con grandissimo numero di Donne, di che allora nō v' era lamēto imaginabile, essendo già svanito quel zelo, che prima nasceva da qualche passioncella, come fu detto di sopra. Fù avvisato parimente l' Illustriss. Monsign.

sign. Patriarca, il quale non solamente mandò il suo decreto, e la licenza in conformità di quella di Roma, che le Religiose destinate alla fondazione potessero esser levate dal Monistero, ma determinò il giorno, che fù la prima Domenica di Quadragesima, nella quale lui in persona farà per consegnar dette Religiose alla Serenissima per menarle in Baviera: E così venne con molti del Clero, si trattenne nel parlatorio discorrendo, e raccomandando l'una all'altra con ottimi avvertimenti; e già che non voleva contentarsi della Maggiordonna mandata dalla Serenissima, la quale si scusava di non trovarsi troppo ben disposta per venire in persona, le fece dire, che non potendo consegnar le Religiose a qualsisia altra Persona, che a S. A. medesima, più tosto doveva essere differita la licenza fino all'altro giorno. Onde obligata di venire comparse, benchè così tardi, che le Religiose del Convento per ciò potettero recitare il mattutino in Coro, e le due Religiose compite alle opere di carità, visitando l'Inferme, e licenziandosi con esse: siccome prima della cena entrarono nel refettorio con la corda al collo per dir la loro colpa, pregar perdono, e ringraziar tutte di tutto il bene, che ricevuto avevano nel Monistero in tempo di loro dimora, benchè per il dirottissimo pianto, in cui diedero tutte le Religiose, non solamente fu interrotto il parlare, ma presto finita la Tavola. Venuta che era la Serenissima, e sonata la Campanella, si congregarono tutte le Religiose con mantelli, & in modo come se avessero a far Processione: Entrò il Monsignor Patriarca in abito Pontificale col suo Vicario, & il Confessore Sig. D. Pietro Ramondi vestito con Cotta, e Stola, restando il clero con la Croce fuor della Porta del Monistero, e dopo aver fatto un breve discorso, voltato alla Serenissima le raccomandò fervorosamente le Religiose elette per sì grand' opera, di cui, siccome S. A. diede principio con destinar a questa S. Religione un Convento, e fondazione in Baviera, così riporterà un merito eterno adempiendo la sua pia volontà, & intenzione, e riducendo all'effetto la sua promessa, per la quale la Santità Sua ne diede la licenza di poter levar da questo Convento le Religiose. Detto questo, o parole simili, a tutte inginocchiatesi diede la S. Benedizione; e consegnando la Madre Eletta a canto della Serenissima accompagnata da lui stesso, e la Madre Rosa dal suo Vicario, e nostro Confessore s'incaminarono tutte a due fiare alla porta del Monistero.

Arrivate alla porta patve, che il Demonio facesse ancora gl'ultimi sforzi per impedir l'uscita dal Monistero, poichè nel aprir la porta venne una tal buffata di vento, che pareva volesse subbissar tutto il Monistero, perciò non v'era modo, che le Gondole potessero accostarsi alla riva del Monistero, ma bisognò, che venissero in quella di S. Giustina, per dove conveniva, che tutti andassimo a

E piedi un tratto di mezzo miglio. Non contento di questo il Spirito delle procelle, estinse anche tutte le torce, onde nelle tenebre fummo obligate di caminare non senza pericolo di cascare; incontrò ben questa disgrazia la Madre Eletta, e cascò in una fossa, offendendosi gravemente il piede; alla fine arrivate alla riva colla benedizione del Monsign. Patriarca, daraci di nuovo, entrammo nelle Gondole, e fummo condotte al Palazzo dalla Serenissima, ove cominciarono gli dolori dell' offesa gamba, e fece pausa di qualche maggior male, se la Divina Bontà non avesse cooperato agli rimedi che mandavano le nostre Religiose, dopo aver' intesa la disgrazia. Seguì questa nostra uscita dal Monistero alli 16.

F Marzo nell'anno 1715. nel 44. d'età della Madre Eletta, ed il 12. della sua Professione, e siccome fù fatta quasi alla mezza notte, così moltissime persone, che volevano vedere questo egresso, furono deluse della loro spetanza o curiosità, avendosi determinata l'uscita studiosamente nella notte, per non essere sottoposte al gran concorso, che sarebbe stato, se si faceva di giorno.

Non sono ordinariamente così solleciti di partire li gran Personaggi, specialmente da dove hanno da partire con tutto il loro gran bagaglio, ancorchè sia determinato il giorno: e questo si vedeva ancora circa la partenza della Serenissima Elettrice di Baviera; onde a noi conveniva pure d' avere pazienza, &

G aspettare qualche giorno nel Palazzo, ove strettimo ritirate, quanto si poteva; non mancarono però le visite d'alcune Persone così Ecclesiastiche, come Secolari, alle quali per molti titoli non si poteva negare l' accesso: così tra le Dame, che sarebbero state in gran numero, quando la regola del Senato non l' avesse obligate di non frequentar le abitazioni de' Principi forastieri, non poterano contenersi l' Eccellentissime Signore Madre, e Sorella dell' Eminentiss. Cardinale Priuli, che non s' ingegnassero di trovare il modo di poter visitarci; nè a noi conveniva d'escluderle, poichè furono sempre grandissimamente Benefattrici del nostro Monistero, a cui pure la Madre Eletta fece ritornare tutta

H la beneficenza, che a lei esibivano d. Signore supplicate dalla Madre, che se le loro Eccellenze volevano farle cosa grata, continuassero il loro Patrocinio, e le solite carità alle Religiose del nostro Convento in Venezia: di che non solamente restarono edificate le Dame, ma avvisate per via del Confessore allora presente le Monache nostre rendettero grazie alla Madre. Non mancavano si anche molti Monasteri delle Monache in Venezia a fame grand' instanza per vederci: ma tra tanti, che supplicarono le sole Religiose di S. Zaccaria dell' Ordine di S. Benedetto poterono vedersi sodisfatte, con questa condizione, che molto segretamente la sera ben tardi,

tardi, senza lasciarlo sapere a qualsisia persona; con che sodisfazione poi queste Religiose ci accogliessero, lo fecero conoscere non solamente dal grand' apparato del loro Parlatorio tutto ornato con argenteria di candelieri, & altre sontuosità; dall' universale Concorso di tutte le Monache, e figlie educande; ma dagli gran regali ancora, che ci fecero, con assicurarci della continuatione del loro affetto per sempre: come defatto seguitano di comprovarlo, & erano tante le loro carezze, che non si può descriverle, e ci voleva della violenza per staccarsi da noi; atteso però le condizioni, e subito entrate che eramo, chiusero le porte, nè vi fù persona di Mondo ammessa.

Alla fine del giorno dedicato al Glorioso S. Gioachimo Padre della nostra Santiss. Madre Addolorata, cioè alli 20. di Marzo dopo aver fatto le nostre divozioni, e preso un poco di collazione partendosi la Serenifs. Elettrice in una Peotta, partimmo anche noi con lei, e conducemmo con noi la sopranominata figlia Maria Alvara; arrivate a Mestre, ove si fece grandissime esibizioni d'onore a S. A. con trombetti, e cannonate, augurandole buon viaggio, toccò alla Madre Maria Eletta una sedia, che non capiva altra, che la sua Compagna, e fù di mestiere di raccomandare la figlia alla custodia delle Signore di corte: fù data la comitiva da molti tiri a Treviso, e con molti onori trattata la Serenissima: l'altro giorno andammo a Castelfranco, ove pregandoci tanto le Monache molto amiche della Madre, ci convenne andarle a visitare, di cui restarono molto consolate, & edificate. Venute a Primolano trovammo il P. Confessore della Serenissima, che ritornava da Monaco, per dove fù mandato da S. A. per ordinare, e disporre molte cose. Questo Padre intraprese bensì subito la direzione spirituale di noi, ma con modo molto differente del solito, e con poca nostra sodisfazione, perchè non ci voleva permettere la frequenza della S. Communione, restringendola per le sole Domeniche, e Feste: si dissimulano presentemente gli altri cattivi augurj, di quanto doveva seguire a suo tempo: ci basta di contar brevemente le molte afflizioni mandateci da Dio in questo viaggio, nel quale gli primi giorni ci consolamo & orando, e meditando, e discorrendo: tra quali discorsi pareva, che proferasse la Madre Eletta, che non già siano superate le difficoltà della nostra fondazione, ma che le maggiori restavano da vincersi con stenti grandissimi, e travagli senza misura; et una delli più sensibili sarà una grā mutazione dell'affetto di S.A., da che nascevano moltissime remore di ridurre al sospirato fine la fondazione, & il nuovo Monistero.

Il quinto giorno del viaggio fù il principio di quella grand' afflizione, che ci recò la pericolosissima malattia della Madre Eletta, che assalita da una febre molto gagliarda con mal di punta così acuta, che non poteva nè A parlare nè respirare; crebbe col male l'afflizione, mentre non trovandosi in quel luogo nè Medico, nè Chirurgo, la sola santa pazienza era il rimedio; e quando l'altro giorno s'arrivò alla Villa, si trovò bensì un Medico, ma veramente medico di Villa, che non intendeva il male, trovando la febre in declinazione, e giudicò la punta per un effetto di flato traversato, e perciò lasciò l'ammalata senza cavarle il sangue, rimedio pur troppo necessario, senza ordinarle almeno qualche altra medicina, anzi coll'informar sinistramente la Corte di S. A., che l'infermità fosse maggiore in apprensione, che in realtà; da che nacque, che la Madre fù lasciata senz'altro ajuto di medicamenti, e cura di Medici B sino a Diessen, come vedremo, e fù gran Providenza di Dio, che non potendosi più soffrire le percosse della sedia, si trovò una lettica per l'Inferma, nella quale fu portata con la Compagna nel resto di questo viaggio penosissimo per ambe le due, poichè l'una andava consumandosi dagli dolori acutissimi, e spasimi sempre cresciuti, e pericoli di restar quasi ogn'ora soffogata; e l'altra si distruggeva dalla compassione, e sollecitudine di vederla ajutata, senza però mai vedere recati quei rimedi, che sarebbero stati necessarj, onde s'ingegnò ella quanto poteva d'ajutarla, ora con recarle dell'oglio di mandorle molto proprio per tal male, ora con servirle da mezzoletto nella lettica, facendo, che la Madre C mettesse gli suoi piedi nel di lei seno per scaldarsi in quel freddo, che correva in quelle montagne, piene ancor di neve: ma fù sempre miracolo di Dio, che dovendosi seguitare il viaggio con questo pericolosissimo male per cinque giorni, non spirava l'anima la buona Madre, come più volte pareva, non poter non essere; era la Serenissima con la sua corte quasi in tutti i luoghi del Tirolo, e più in Baviera aspettata, e ricevuta con grandissime feste, e strep'tosissimi applausi, onde accadeva più volte, che S.A. o per declinare quei apparati, che non conveniva accettare, passò molti luoghi incognita, e per poste; o se non furono declinati, fù divertita a tal segno, che la corte era in tutt'altro occupata, D che a soccorrere l'Inferma. Era bensì quasi ogni giorno più volte visitata da S.A. anzi invitata suo malgrado a tavole bandite, e sontuosissime, que' cibi però, quelle Musiche, sfarsi di Moschettaria, Timpani, e trombe, non erano per altro all'ammalata, che nuovi spasimi, et accrescimenti del male: e se talvolta erano tutti della Corte a farle da Dottori, e dottoresse, nissun rimedio però fù recato, che toccasse il male, se non per aumentarlo. Era la Madre aspettata dalle Monache della nostra Religione in Inspruch, ma senza, che lo sapesse l'inferma, e giacchè la Serenissima passò quella Città senza entrarvi, neppure costà poterono esser consultati Medici, nè goduta

duta la carità di quelle Religiose. Così si tirava avanti da luogo in luogo: si venne a Murna, & Eral, Abbazia famosa de i PP. Benedettini, fù compatita sì da tutti l'inferma, accolta con molta cortesia, ma le feste fatte alla Serenissima non erano le medicine proprie per l'ammalata. Finalmente dopo aver superato col solo ajuto di Dio infiniti spasimi, terrori, tempeste, & altri malanni, dopo aver passato monti, e valli, boschi oscuri, e pieni d'orrore, viaggiando anche più volte di notte, e senza lume, non potendosi affrettar il camino per non aggravar più i dolori dell'Inferma, arrivammo all'Abbazia di Diessen Convento di Canonici Regolari, o sia Rocchettini, ma prima bisognò soperare un gran pericolo, mentre per le gran pioggie, che cadertero dal Cielo, le strade erano coperte d'acqua, e non si vedevano le fosse, onde succedeva il caso, che gli Muli portatori della Lettica sbigottiti cascarono ambidui ginocchioni entro una fossa d'acqua, e tutto era per ribaltarsi la Lettica, & essere annegate tutte due. Qual fosse il terror nostro è più facile d'immaginarsi, che di descriversi, conveniva anche alla quasi sempre moribonda Madre Eletta sbalzarsi dalla Lettica, ma sempre col mettere un piede nell'acqua, & una volta per la sua estrema debolezza di forze era per cascar longa distesa nell'acqua, e per affogarsi, se non soccorreva il Cameriero datoci per guida in questo viaggio, chiamato Sig. Giuseppe Uomo fedelissimo, e pieno di carità, il quale vedendo passar una sedia vota, mandata veramente da Dio, la fece fermare, portò di peso la Madre per metterla in essa, e tirata anche la Compagna dall'acqua, e collocarala in sedia, s'ingegnò quanto poteva di coprir col suo mantello l'inferma per ripararla dal freddo, vento, e pioggia; eramo tutte bagnate, nè v'eran panni da poter rasciugarci, nè fummo più a tempo per prendere le nostre pianelle, onde stessimo con i piedi nudi nell'acqua, nè tutto il riparo, che ci procurò la carità del Sign. Giuseppe era sufficiente per tener tanto coperta l'Inferma, che non si gelasse in quel residuo di strada: onde arrivammo tutte mal concie, e per essere un spettacolo degno di lagrime specialmẽte la Madre più tosto morta, che viva: nè altrimente fummo ricevute in quell'Abbazia, restando tutti attoniti dal caso, così gli buoni Religiosi, come l'Elettrice, e la sua Corte.

Questo era il termine per allora del penosissimo viaggio, li di cui disastri confermarono la visione di sopra accennata, nella quale furono rappresentate le molte pene, che sovrastavano a noi nel viaggio. Non era però il termine de' patimenti, che sebbene erano in parte mitigati dalla gran carità di que' Religiosi, & altre Persone, furono tuttavia più acerbi per li molti, e continui timori, che la Madre dovesse soccombere all'infermità, e lasciar la vita, come vedremo, se la Divina Maestà non l'avesse particolarmente conser-
E vata per ridurre all'effetto quella grand'opera, per cui l'aveva destinata, e fatta partir da Venezia.

Non si pensava di trattenersi molto nel descrivere quell'Abbaria, li molti beneficij però ricevuti costì ricercano qualche memoria d'essa: era dunque Diessen ne' tempi antichi una Città, la quale diroccata dagli Hunni gente Barbara, passò ad esser poi un picciol Borgo circondato di muraglie, contiguo alle quali fù edificato un Monistero di Monache, o Canoniche di S. Agostino, come si vede ancora nel Coro fatto alla forma usata dalle Monache col suo Altare per communicarle: Fondatrice di questo Monistero era la Beata Metilde Figlia d'un Princi-
F pe di que' tempi, la quale con la sua Sorella parimente di vita santa si fece Religiosa di quel S. Ordine, & ambedue si trovano sepolte nella Chiesa con venerazione. Dopo longo tempo poi si vuotò tal Monistero di Monache, e vi entrarono gli Canonici della medesima Religione, gli quali oltre l'esatta osservanza delle regole, attendono molto all'Ospitalità de' Forestieri, e perciò s'è fatta una grande bellissima Forasteria, poichè di continuo vengono Forastieri non solamente Religiosi, ma Secolari, così d'Uomini, come di Donne, essendo anche detta Abbaria il commun refugio de' Poveri, a' quali si fà liberalissima carità, e sono ben serviti gli Forastieri. Questa Abbazia fù dunque l'asilo della
G nostra Madre Eletta, ove gionte che fummo, questa, giacchè per se non poteva muoversi più, nè stare in piedi, fù portata subito a letto: visitata senza dilazione della Serenissima con grandissima compassione, che non fù inferiore nel Reverendiss. Sig. Prelato, il quale subito ordinò ad un tal P. Agostino Religioso di quella Canonica prattico della Medicina, e speciale famoso, che facesse tutta la diligenza di recar li necessarj rimedj: non così presto d. Religioso provò il polso dell'inferma, che gridò, s'apra senza dilazione la vena; venne il Barbiere, e trovatosi il sangue del braccio destro tutto putrefatto, s'aprì anche la vena del braccio sinistro, di cui parimente il sangue fù dell'istessa cattiva qua-
H lità: perciò non si poteva far altro per quella notte, che ristorarla con cordiali, & ingegnarsi di conservarle la vita, di cui era così poca speranza, che senza miracolo non lo promettevano lungo tempo: Non si tralasciò però di mandar alla Città vicina, chiamata Landsperg, per chiamar il famoso Medico Abramo Brandschofer, il quale pur venne l'altra mattina, e fece di nuovo aprir la vena, benchè neanche questa volta si trovò il sangue di buona qualità, anzi di nissuna consistenza, con altri segni mortali.

Vedeva tutto questo la Serenissima, e stava con grandissimi batticuori, avendo anche determinato di fermarsi per alcuni giorni per

vedere

vedere, che cosa Dio disponeva dell' inferma: ma venuta l' ambasciata dal Serenissimo Elettore, che S.A. era aspettata con desiderio in uno de' suoi Palazzi di Campagna per entrar in Monaco, pianse dolorosamente di doverla lasciare, senza forse più rivederla in questa vita; raccomandandola dunque con tutto fervore così alla carità del Sig. Prelato, come a tutti gli Religiosi, e particolarmente alla cura del Medico, a cui fece mille promesse, e non minori al Convento, lasciò noi con la figlia Alvara, il Sig. Giuseppe, e la di lui Consorte a Diessen, & ella col resto della sua Corte si portò dall' Elettore. Non ci cruciava tanto la sua partenza, poichè così cessarono molti strepiti molto gravosi all' inferma, però crebbe sempre la nostra affizione non solamente col crescere del pericolo della Madre, ma cbe parimente s' ammalò la Consorte del Sig. Giuseppe per male di fiera risipola, che la teneva affissa per quindici giorni a letto; onde servendoci questa molto bene come prattica della lingua Italiana, e Tedesca, la Madre Maria Rosa con la figlia si trovò trà gente ignorante dell'Italiano, quando esse non sapevano una parola Tedesca. In questo mestissimo stato l'unico ristoro era la frequenza della S. Comunione, che senza difficoltà ci averebbero data quei buoni Religiosi ogni giorno, siccome subito fecero un'Altare nella camera nostra celebrando la S. Messa ogni giorno: si fecero anche orazioni, divozioni, e processioni continue per la salute della nostra ammalata, e ci erano moltissimi putti, e putte, anime innocenti, che con la Croce avanti andavano ogni giorno attorno pregando, e recitando il Rosario, Litanie, & altre divozioni in una Chiesetta della B. Vergine. Tuttavia nell' ottavo giorno dopo il nostro arrivo crescendo sempre la malattia, il Medico la dava per spedita, se Dio non metteva la sua S. mano, onde non potendosi subito darle allora il Santiss. Viatico, e l' estrema Unzione, perchè la Madre aveva perso tutti gli sentimenti, s' attendeva con tutta la diligenza, che col rimettere del Parosismo, tornasse in se stessa; così avvenne verso la mezza notte, onde sebbene non poteva parlare senza fatica, premessa la reconciliazione, le furono amministrati tutti li Sacramenti, ricevuti dall' Inferma con tanta divozione, et atti di ferventissimo Amore di Dio, che tutti li Religiosi, circostanti restarono edificatissimi.

Di tutto questo stato della Madre Eletta fù subito dato avviso alla Serenissima, come pure si scrisse alle nostre Religiose di Venezia; e mentre s' aspettava l' ultimo Parosismo trà le lagrime, orazioni, e sospiri ferventissimi mãdati al Cielo, & a quel gran Dio, che *mortificat, & vivificat*, fecero anche tanti atti di fede quei buoni Religiosi per consolar la Madre Maria Rosa attristata fin alla morte, che pareva doversi attribuire alla loro viva fede il megloramento, che seguiva, mentre costoro non dubitavano punto, ancorchè Iddio A lasciasse spirarla per questa volta, la doverebbe risuscitare, acciocchè non restasse imperfetta quella grand' opera, per cui l'aveva destinata. Et in vero in vece del Parosismo fù sorpresa l' inferma da un placido sonno, che conosciuto dal Medico per vero sonno, le fù permesso, dal quale poi risvegliatasi si trovò molto alleggerita a segno tale, che prese, un poco di nudrimento, ripigliò qualche forza, e diede segni di speranza: anzi in breve uscì dal pericolo così evidente.

Qui non si può tralasciare la stima di questa Madre, che non fù minore negli Religiosi, che nella Serenissima. Quelli nel caso della morte di d. Madre trattavano di seppellirla appresso la S. Fondatrice di quel Monistero, B cioè nella sepoltura della B. Metilde: la Serenissima all'incontro inteso che ebbe essersi perdura ogni speranza della di lei salute, mãdò una Lettica con duoi Signori, & ordine preciso di condurre il di lei Corpo a Monaco, volendolo far seppellire nella Cappella Ducale. Venne però la Lettica, quando già il timore era mitigato, onde se ne ritornò coll' avviso lieto alla Serenissima, la quale se ebbe un dolor inesplicabile nel giorno passato, non facendo altro, che piangere, fù rallegrata al sommo sentendo il miglioramento, benchè non totale, mentre la perfetta salute non le fù mai più restituita, e ci voleva molte settimane per ridurla a qualchè stato di poter moversi da quel Monistero per venir a Mo- C naco.

Frattanto non si lasciò di trattare l' affare della fondazione, benchè neppur questo rimase senza nuove occasioni di grandissimi tormenti alla Madre, la quale conobbe benissimo dalle Lettere del P. Confessore di S. A. le idee troppo diverse da quelle, che furono stabilite in Venezia, mentre di nuovo si pensò di variar l'Instituto di Servite in quello di Cappucine, facendosi anche la proposta di mutar le regole. Onde resistendo a tutte le forze generosamente la Madre, fù maltrattata da questo benedetto Religioso: e le cose andavano così male a Monaco, che fù avvisata dalla Maggior Dama la Madre, come stava tutto per essersi disfatto; Ella risolutamente, D benchè, con mano ancor tremante, scrisse alla Serenissima, ricordandole, quanto le aveva promesso in Venezia, e se non si sentiva di esequirlo, si contentasse di lasciarla tornare a Venezia, perchè non sarà mal vero, che essa venga a Monaco, quando non sarà assicurata della certa fondazione nella forma concertata a Venezia; fece bensì tal lettera quell' effetto, che la Serenissima le scrisse di proprio pugno, con espressioni le più efficaci, pregandola, che senza dubitar della sua fedeltà nell' adempire le sue promesse, si portasse quanto prima potesse a Monaco; acciocchè si possa appianare certe cose, che la travagliavano fortemente, e se non voleva venire a Mo-

Monaco, che la farà restare per tanto a Scle-
isheim luogo, e Palazzo di delizie del Sere-
nissimo, fino che possa essere introdotta in
Monaco con le formole proprie, & aggiu-
stato tutto.

Perciò si sforzò la Madre, ancorchè impo-
tente di reggersi in piedi, di partir per quel
Palazzo destinato, e venutale la lettica della
Serenissima, si licenziò con rendimento tene-
rissimo di grazie al Reverendiss. Sig. Prelato,
e tutti gli Signori Canonici, lasciando eterna
memoria così della sua sofferenza religiosissi-
ma, come delle sue gran qualità, e conser-
vando fin'a quest'ora una Fratellanza spir-
tuale con quel Convento, a cui ne fece de i
regali religiosi con tutta quella generosità,
che le permetteva il suo stato. Furono dun-
que per accompagnarla et il Sig. Medico, &
il P. Agostino, le fecero vedere quel Santua-
rio di Monte Santo, ove si conservano insi-
gnissime Reliquie, e stanno li P. Benedetti-
ni, degli quali il Reverendiss. P. Abbate le
fece mille cortesie: Di là proseguendo il vi-
aggio vennero a Schleusheimb, e furono al-
loggiate con decenza: ma mentre s'attende-
va la Serenissima, che promise di venire per
aggiustare tutto, si vedeva succedere tutto
altro di quello, che fù concertato: perchè ve-
nuto il P. Confessore della Serenissima con
Carrozza di Corte, & ordine, che senz'altro
venga a Monaco, ove stava preparato già il
Palazzo donatole dal Serenissimo Elettore,
nel quale potrebbero dimorare fin'a tanto,
che si fabbrica il Monistero formale, s'oppo-
se anche qui la Madre Eletta, dimostrando di
non poter venire, se prima non fosse inteso il
Celsissimo Ordinario, senza di cui licenza,
& approvazione già non si farà mai niente:
ma facendole premura il Padre sotto precetto
d'ubbidienza la vinse: onde misesi di nuovo
in Lettica, e le sue Compagne in Carozza era
per venire a far l'ubbidienza: quando nella
metà della strada fu incontrata dalla Serenissi-
ma con molte Dame, e Cavalieri salutata be-
nignamente, & invitata a venire al suo termi-
ne. Nè le giovò a ripeter le d. proteste, che
la Serenissima promise d'appianar tutto sarà
necessario.

S'arrivò dunque alli 5. di Maggio nella Cit-
tà, e in quella Casa, che fù destinata ad inte-
rim; ove ricevute dalla Serenissima precorsa,
si vedeva bensì una gran casa, ma non addob-
bata in altra maniera, che d'una povertà trop-
po povera, a segno tale, che nè vi fù da se-
dere, se non per cinque, e queste sedie di pa-
glia, siccome tutti gli vasetti, scudelle, e stra-
mazzi, pagliaricci erano più che da Capucci-
ni: Da questi belli principij preparatorij, e
disposizioni si poteva facilmente argomenta-
re quanto vi sarebbe da sperarsi; tuttavia
contentaronsi le Religiose attendendo col
progresso il meglio, tormentate più dalla po-
ca apparenza, che l'affare della fondazione
sia inoltrato col consenso dell' Ordinario,
che da tutte quelle miserie esteriori; mentre
E non v'era destinato, nè Direttore spirituale,
nè si sapeva, chi fosse per assisterle, come
Confessore, a tal segno, che nella Santissima
Festa di Pentecoste dovette la Madre far pre-
gare il P. Preposito de' Teatini di sentire la
Confessione delle Religiose. Nè vi fù caso
di poter ei correre al Celsissimo Vescovo di
Frisinga, giacchè inoltre sù belli principij del
P. Confessore della Serenissima questa voleva
aver tutto il dominio così in temporalibus,
come in spiritualibus, e quello tutta la sopra-
intendenza.

Non fù vano il timor della Madre, che non
si farebbe mai niente senza il Vescovo, poi-
chè appena inteso che ebbe questo l'arrivo di
nuove Religiose senza participargli cosa ve-
F runa, si risentì a tal segno, che minacciava la
scommunica, e subito fece intimare a i Sa-
cerdoti di Monaco, che nissuno celebrasse da
noi, nè potesse amministrare li Sacramenti,
fù necessità dunque inevitabile di farne sape-
re a sua Celsitudine per via di Lettera scritta
dalla Madre Eletta con la dovuta sommissio-
ne, qualmente a lei era interdetto sotto l'
ubbidienza di non ingerirsi col Vescovo, e
che di malissima voglia dovette oprar così
per non irritar maggiormente la Serenissima:
Ma siccome non aveva mai altra intenzione,
che di sottomettersi in tutto, e di dipendere
totalmente in spiritualibus dagli suoi Ordini,
così supplicando di non sdegnarsi contro le
G innocenti, pregare S. Celsitudine Reverendissi-
ma di provederle di qualche Direttore, e
Confessore ad interim, finchè le cose della
fondazione, e Monistero sia ridotto al suo sta-
to. Di che acquietato il Vescovo ordinò su-
bito, che frattanto restassimo servite dagli
PP. Francescani vicinissimi alla nostra Casa,
così delle Messe, come degli Santissimi Sa-
gramenti, e che il Direttor nostro sia il Sig.
Decano della Collegiata, mandando di più il
suo suffraganeo, & insieme Vicario Generale
per informarsi di tutto, e di consolarci, come
fece benignamente restando sempre nostro
specialissimo Padrone, et Avvocato in ogni
occorrenza: il quale anche subito fece serrar
la porta, e stabilir la clausura.

H Quanto però questo ricorso abbia bruciato
il P. Confessore della Serenissima, non si può
esprimere, e ne diede contrasegno nella sua
lettera la più fiera, che potesse essere dettata
d'un spirito infuriato: onde non vi fù fine
della sua persecuzione, fino che poteva: E
contravenendo una volta in questi primi gior-
ni il Serenissimo Elettore con la Serenissima
a vedere, come stavamo accommodate, e
vedendo, che v'erano mancanze da pertutto,
da quel Clementissimo Principe, che l'è, eb-
be subito tenerissima compassione, e ci diede
licenza di ricorrere per ogni bisogno alla Ca-
mera, o sia Consiglio di Finanza, a dove
faremmo proviste del tutto, così per le ver-
tovaglie, come per aggiustar la casa in quella
forma

forma che possa servire per le Religiose, e servizio di Dio. Ma che giova, sia clemente, e prometta tutto il Padrone, se vi sono tanti altri, che sospendono l' esecuzione, come accadette a noi, quando la Madre vedendo troppo improprio il luogo destinato dagli altri per il Coro, lo volle ridurre in quella forma, che potesse servire alle funzioni quando si veste, e si fa fare la Professione delle Figlie, e già dal Cõsiglio Elettorale tutto si era procurato, ma nel più bello fu sospeso tutto per ordine della Serenissima a suggestione del sopradetto, come pure io stesso fece ridurre le vettovaglie, e le provisioni all' infimo a tal segno, che scarseggiammo gran tempo, e specialmente delle legna, ancorchè il freddo di quel Inverno era rigidissimo: Quanto alle provisioni però soppil la Divina Providenza con modi singolari, mandandoci per una persona incognita gran quantità di pesci fumati, salati, formaggi, fichi, & altre simili robbe. Alla fine, doppo aver fatto tutto per mortificarci quell' anima sdegnata sempre più, vedendo e lui, e la Serenissima, che non poteano arrivare ad avere il dispotico dominio sopra di noi in tutto, mentre andava anche fallita la speranza di tirare alla sua parte il Sig. Decano datoci per nostro Direttore spirituale, e dovettero sentire da lui, che si contentasse la Serenissima di quell' autorità, che avrà, se veramente sarà fondatrice, e sarà il Monistero, e provederà le Religiose delle entrate sufficienti; ma quanto all' autorità in spirituale non v'essere altri, che l'abbia, se non il Vescovo, e chi sarà da esso ordinato con autorità delegata. Vedendo, dico, costoro di non spuntare il suo disegno, conchiusero di rimandarci a Venezia. Onde per levar il titolo della nostra Introduzione, cioè della perpetua adorazione del Santissimo, il P. Confessore si portò dalle Religiose Inglesi esibendo ad esse qualche gran Capitale, che rendesse due mille Fiorini annui, se volessero intraprendere quell' adorazione perpetua: di che però lo ringraziarono quelle buone anime, parte per il peso troppo grave di tal divozione, parte per non pregiudicare al nostro diritto, giacchè per ciò fummo condotte di Venezia.

Di tutte queste orditure fatto consapevole l' Eccellentiss. Monsign. Suffraganeo se ne prevalse a suo tempo, quando d. P. Confessore si portò a Frisinga cõ tutto calore per ottenere dal Celsissimo Principe, & Ordinario il consenso di poterci rimandare al nostro Monistero di Venezia, e disfare tutta quest'opera della fondazione, benchè esso stesso era il più grave promotore d'essa sul principio: onde trattando con esso Suffraganeo, e Vicario Generale in assenza del Vescovo detta sua intenzione, che disse essere della Corte, e della Serenissima, il fù lavata la testa, come meritava, e rimandato a Monaco senza effetto, il che non servì ad altro, se non che ajutò

A fortemente la sua relegazione, che gli succedette poco dopo per opera del Serenissimo Elettore di Colonia, e della sua Religione medesima.

Rimosso questo grand' Avversario, benchè la Serenissima n'era gravemente attristata, e sdegnata anche contro la Madre Eletta, che perciò gran tempo non solamente non veniva più, nè si curava di noi, Iddio però mise la sua mano potente, e cominciò operare talmente, che la Serenissima allontanata così dal cattivo Consigliere, doveva volere quello, che meno pensava: primieramente perchè volendo visitarci il Serenissimo Elettore di Colonia, che venne, e stette a Monaco per alcuni Mesi, come fece a tutti li Monisterj, cioè di visita d'onore, fù obligata anche la
B Serenissima a venir con sua A. Elettorale, di tal congiuntura si prevalse la Madre Eletta, & esponendole il troppo, che s'aveva a soffrire, così dalle maledicenze de i Secolari, che pessimamente informati del nostro modo di vivere, ci stimavano tutte salvatiche, come della cattiva fama sparsa per la Città, che il nostro instituto, e la fondazione abbia da essere un ricettacolo di tutte le Figlie povere, e miserabili, di che se ne sentiva l'effetto, non essendo giorno, in cui non veniva una, o due di simili pretendenti per esser ricevute, come se la fondazione fusse fatta per loro, oltre che eramo obligate di vivere in penuria quasi di tutto, di che non v'era altra cagione, se non l' abbandono di S. A.,
C quale non solamente permise fossero introdotte le Monache Benedettine prima di noi, benchè posteriori nella fondazione, e fondate solamente in un Borgo Maestro, ma in oltre appariva di non volerci più, perciò se S. A. non si sente di venire una volta, dopo tanti mesi, all' attuale fondazione, & introduzione nostra, eramo risolte di mettere noi volontariamente in esecuzione ciò, che già fù l'attentato d'altri, cioè di ritornare a Venezia; onde si supplica di darci il congedo. Quì si venne al rossore della Serenissima, & intenerita si fece levar da terra la Madre, buttatasi inginocchione a' piedi di S.A., e con lagrime agli occhi si protestò, che non solamente non permetterà mai tal ritorno; ma che non man-
D cherà d'adempire gli suoi voti, e di far tutto quello, che aveva promesso a Dio, & a noi.

Questo primo colpo riuscì bene, tuttavia non era sufficiente a levarle il suo animo continuamente vacillante, benchè gravemente inquietato dal rimorso di conscienza: onde piacque a Dio di farne il secondo più gagliardo, facendo che la Serenissima due notti, una dopo l'altra, non potendo ben dormire, sentisse sotto il suo letto come da una profonda concavità, cantare a due cori con voce lamentabile il Salmo *Miserere*, di che sbigortita, e tutta tremante venne poi dalla Madre Eletta, e le raccontò il caso, dimandando il significato. Di questo pure se ne servì la Madre

Madre, e disse, che lo tiene per un dolce avvertimento del Cielo, il quale vedendo la costante incostanza dell'animo di S. A. permise, e voleva, che l'Anime del Purgatorio facessero la parte delle povere Religiose poste fuor della loro quiete, e date in abbandono, senza veder il principio, nè fine della fondazione promessa, e così tenute in stato violento. Si risolva dunque da dovero a far quello, che promesso aveva così santamente a Dio, il quale *non irridetur*, ma potrebbe usare de i modi più gagliardi a farla adempire li suoi voti. Toccata così sul vivo la Serenissima subito si risolse di non differire più: onde facendo chiamare il Sig. Decano nostro direttore, si consultò con lui, quanto di capitale si vorrebbe per fondar dodici Religiose, & intendendo, che manco di quaranta mila non doverebbero essere per mantenimento di dodici; per aver dunque d. capitale ricorse dal Serenissimo, pretendendolo da lui, come cosa dovuta a lei per certi frutti non pagati a lei; il Serenissimo Elettore si scusò bensì alla prima, mostrandole, che non era più debitore, tuttavia molestato troppo dalla Serenissima, e consigliato anche a nostro favore dal suo Confessore il R. P. Breragna Agostiniano, si risolse di darlo liberamente, e lo fece investire sopra la Zecca, ordinando di più, che subito ci fosse dato il primo Interesse nell'istesso giorno, che fummo stabilite in Monaco.

Fatto questo, fù determinato di venire alla solenne introduzione nella Festa della Santiss. Annunziazione, di che avvisato il Celsissimo Ordinario, dopo aver dato il suo consenso; approvata la fondazione, e fatto il Diploma in scriptis, mandò il suo Suffraganeo, il quale, siccome non fece mai altro, se non quegli Uffici, che potevano contribuire tutto alla nostra consolazione, così si rallegrò al sommo, & accordò con la Madre tutta la serie di tal'introduzione, onde subito si fece preparar tutto il bisogno, ornar la Chiesetta, ovvero il luogo che deve servir ad interim per Chiesa, essendo per altro una sala terrena: e mettere in ordine, quanto occorreva per tal funzione.

Venendo poi il mese di Marzo dell'Anno 1716. un anno, e quattro giorni dopo la nostra partenza da Venezia, comparve dopo pranzo l'Eccellentissimo Monsign. Suffraganeo, e Vicario Generale, Vescovo Bellinense, a nome di sua Celsitudine del Vescovo, e Principe del S.R.I., e di Frisinga, nostro Ordinario, e significandoci, che saremmo menate alla Chiesa principale della Città di Monaco, e di là solennemente introdotte, e stabilite, ci diede la norma di tutto, e ci menò per la porta interiore della nostra Casa, per la quale si può andare in Corte per li corridori, senza toccar la strada; arrivate alle stanze della Serenissima, che già c'aspettava con le sue Dame, s'andava a montare in Carrozza; erano queste superbissime, e quella che
E fù per la Serenissima Elettrice, e la sua Serenissima Principessa, e noi due, cioè la Madre Maria Eletta, e la Madre Maria Rosa specialmente assegnata dall'Elettrice tutta nuova, e di grandissima valuta: fu parimente ordinata tutta la Corte in gala, tutte le guardie d'Arcieri, Carabinieri, Granatieri, e Svizzeri dovevano accompagnare le Carrozze; che la maggior parte erano a sei, & in gran numero, venendo anche le Dame della Città, gli Cavalieri, e fino gli Serenissimi Principi figlioli di S. A. E. allora quattro, essendo il Principe Elettorale in Italia. Arrivate alla Chiesa principale fummo introdotte con la Serenissima con lietissimo concerto delle Trombe, Timpani, & altri instrumenti: In mez-
F zo della Chiesa stava Pontificalmente vestito con la Mitra, e Pastorale Monsignore Suffraganeo versa facie ad anuam: In faccia sua fù dato a sedere alla Serenissima Elettrice, Principessa, e noi due: dietro di noi era la figlia Maria vestita in quella forma, come vanno le nostre Figlie, non ancor vestire dell'abito, con le Dame ec. Stava appresso Monsign. Suffraganeo il Cancelliere, e Segretario di Frisinga, il quale fatto silenzio lesse la scrittura approbatoria, e confermatoria della fondazione fatta dalla Serenissima, in virtù della quale la Religione delle Servite riformate *Strictioris observantiæ de Monte Senario*, della Santiss. Madre Addolorata per sempre restassero introdotte, stabilite, & assegnate nel-
G la Città di Monaco con tutte le prerogative così della loro S. Religione, come dell'altre Religiose Claustrali ec. Finita che fù la Lezzione, venne il Sign. Decano di quella Collegiata, e nostro Direttore pregando la Serenissima, che si compiacesse di menar seco la Madre Abbadessa, come pur la Principessa di condurre la Madre Vicaria, e venire all'Altare maggiore, dove il Suffraganeo intonò il *Te Deum*, proseguito dalla musica pomposissima, che pure cantò le Litanie Lauretane; dopo la divozione montate di nuovo le Carrozze, come si veniva, si ritornò alla nostra casa, ove già si trovò precorso il Suffraganeo, introdusse nell'atrio la Serenissima, e noi; fece far il giuramento di custodir la Clausura
H perpetua alla Madre Abbadessa solennemente dichiarata per tale, le diede la stola bianca, il Sigillo, e l'anello dicendo: *Accipe annulum charitatis, & sanctitatis*, con che fù finito l'atto, aperta la porta claustrale, intromesse tutte le Altezze, e Dame, e noi con le figlie, che già in numero di cinque erano con noi accettate, ma non vestite, & in ultimo luogo entrato che fù l'Eccellentiss. Monsig. serrò lui di propria mano la porta; e dopo essersi congratulato con noi, e ricevuti li nostri umilissimi ringraziamenti seguitò per le Gallerie li Prencipi, che l'aspettavano in Corte.

Il giorno seguente tutta la Corte venne alla nostra

nostra Chiesola, cantò la Messa solenne il Suffraganeo, e dopo aver messo il Santissimo Sagramento all' Altare primario, e communicate le Religiose, col Canto dell' Inno *Pange &c.* e con la Benedizione fù compita la nostra consolazione d' aver presente il nostro Sposo Sacramentato: mentre gli strepiti, che in tutto quell' anno si sentivano per casa, e continuamente ci spaventavano, sono immediatamente cessati, e più non si sente niente: ma si gode pace, e tranquillità per tutto. Finita questa funzione ci fù assegnato per Confessore ordinario il Sig. Antonio Francesco Vecchietti Sacerdote secolare, uomo letterato sì, ma neofito nella cura d' Anime, e più nella vita regolare, & ascetica, Trentino d' origine, e per altro conosciuto da i Ministri, onde ci serve anche da Procuratore, e sollecitatore nelle cose temporali, e perciò si dissimula il resto, che manca, e fin' a quest' ora è permesso continuare nella Cappellania, e posto del Confessore, contro l' uso d' Italia, ove ogni triennio sono mutati.

Aggiustato anche questo, tutta l'attenzione della Madre si voltò ad ordinar tutto in casa per ridurla in qualchè forma Claustrale distribuendo le camere, e framezzare le sale, acciocchè molte potessero stare separate una dall' altra, e farne delle stanzette; così fece l' Officine, Lavoratorio, Infermeria, Noviziato, Refettorio, Cameron Conventuale, e Capitolare: fino a farne anche la sepoltura in ogni caso. Poi pensò di moltiplicar le Religiose, e farne la scelta trà tante figlie, che le furono esibite, desiderose di farsi monache, e perciò ricorse alla Serenissima per esser presentate alla sua fondazione, e di queste ne furono accettate alcune, alle quali però non fù dato subito il S. Abito, ma dovettero restare nell' abito di Oblate, fù nulladimeno conferito d. S. Abito della Religione a quella figlia Italiana, che venne con noi da Venezia, e la funzione fù fatta con più solennità di quella, che per altro da noi non s' usa, cioè, desiderandolo così la Serenissima, dovevasi vestire la figlia con preziosissima veste di drappo d'oro, con gemme preziose, et altri addobbi, & introdurla con maggior pompa della musica, & assistenza di tutte le Dame, e questo atto seguì la terza festa di Pasqua li 14. d' Aprile dell' Anno 1716. benchè poi d. Figlia non solamente non restò ferma nella sua vocazione, ma attaccatasi alle Cortigiane, che spesse volte venivano colla Serenissima, e sulle false promesse d' essere promossa in Corte ci portò grandissimo travaglio, mentre diventò insolentissima, e voleva scappar dal Monistero coll' abito addosso, ajutata da qualcheduna di fuora; onde volendola ritenere la Madre, la morsicò fieramente nella mano, e diventò, come arrabbiata: perciò fù scacciata poi dalla Madre un altro giorno addietro, dopo averle levato la S. Veste, denegato il bacio della S. Croce, e con autorità di Superiora buttata fuori della porta, come scomunicata

A per quella morsicatura sanguinosa, della qual scomunica stentò poi d' esser assoluta, come pure si trovò totalmente ingannata dalla sua speranza, non essendo più guardata, nè ammessa in Corte, e sarebbe crepata di miserie, se la pietà della Madre Abbadessa non avesse somministrato e vitto, e denaro per tornar a Venezia, ove fù pessimamente guardata, e subito chiusa in un Monistero di Frati cescane per far rigorosa penitenza.

Compito il numero di dodici, si cominciò subito a recitar l' Ufficio in coro, e fu miracolo, che le giovane nulla prattiche del Breviario, in quattro settimane potessero esser ridotte a tal segno, che potevano leggere le lezzioni, certerti, et altre parti dell' Ufficio:

B Tuttavia non potendosi far tutto in così poco numero, consigliareci col nostro R. Sig. Decano direttore fù trovato un ottimo mezzo di poter ottenere l' accrescimento della fondazione, cioè dal gran lascito del Serenissimo Duca Massimiliano di piis. mem. Zio del Serenissimo Elettore, il quale nel suo testamento ordinò gran somma di capitali per collocare le povere Figlie ne i Monisteri; onde siccome furono fondate da questi Capitali le Carmelitane, si potrebbe anche aggiongere dal Serenissimo qualche somma alla foodazione di altre 12. Figlie appresso noi; punto che felicemente fece riuscire la Divina Providenza per via del sopradetto P. Bretagna Confessore del Serenissimo Elettore, che fece tanto, che

C S. A. E. promise, che averebbe accresciuto il Capitale fino a fondare altre quaranta: ma facendo riflessione la Madre Abbadessa di perdere, con accettare la fondazione per tutte, la libertà di poter pigliare le Figlie, che ci portarebbero qualche buona dote, si contentò, che S. A. El. facesse la fondazione per altre tredici, acciocchè restasse luogo per 25 da pigliarsi con la dote, mentre più di cinquanta mai doverebbero essere le Religiose; accordò perciò questo il Serenissimo Elettore, come pure d'aggiungere la fondazione per due Cappellani, e di altri 20 mila per la Fabbrica; quest' ultimo però fù levato da i Ministri, e solamente furono investiti 62 mila, e perciò abbiamo in tutto sulla quecca

D Elettorale, ove anche quest' ultimo fù investito in Capitali 110000 fior., & in interessi annualmente 5000. venendo gli altri 500. agli Cappellani, non potendosi spuntare la paga del Confessore, che restò addossato a noi, oltre le Messe, che abbiamo da pagare, se le vogliamo applicate per il nostro bisogno, avendosi ridotti gli Preti a tal segno, il loro vantaggio, che ad essi resti libera l' applicazione delle Messe, ancorchè dovessero dire ogni giorno la Messa nella nostra Chiesa, e tirino li 500. Fiorini annui.

Fattosi dunque sopra ciò un Diploma solennissimo segnato dalla Clementissima mano di S. A. E. col gran sigillo, nel qual diploma s'es-

s'espresse tutto, a che abbiamo da esser obligate, fra' quali punti vi è anche la perpetua adorazione del Santissimo, e l' obligo di pregar ogn' ora per la conservazione, e felicità della Serenissima Casa di Baviera: per farlo anche autenticare dal Celsissimo Vescovo andò inviato a Frisinga il P. Bretagna, & ottenne tutto in ottima forma; onde siamo ben grandemente obligate a questo amantissimo Padre, per la di cui interposizione arrivammo ad una sufficientissima sostentazione per 25 Religiose.

S'applicò poi la Madre Abbadessa a trasportare dall' Italiano le nostre regole, aggiongendo anche le Costituzioni modificate con quella Prudenza, che si possa pratticarle in questo clima, mentre in molte cose non si può osservare l'usanze d' italia: si stabilì in esse l' astinenza totale dalla carne, già pratticata nel principio del nostro ingresso in Monaco: lasciando però la libertà di somministrare la carne all' inferme, e negli casi di necessità, furono queste regole, e costituzioni sottomesse alla censura dell' Ordinario, approvate, e stampate nella volgare di questo Paese, e ricevute con allegrezza dalle Figlie: le quali, sabbene per la voce fallissimemente sparsa da alcuni malevoli credettero la nostra vita soprarigida, intollerabile, essotice, e stravagante, e perciò abborrita dalla maggior parte, furono illuminate a tal segno, che molte desideravano d' essere accettate nella Religione. Crebbe perciò in poco tempo il numero, e si poteva formare un Coro formale, e farne tutte l' osservanze regolari; nè vi è dubbio, che a quest'ora sarebbe compito il numero di 50 Religiose, se la fabrica del Monistero non fosse differita de anno in annum; impedimento rivocante moltissime Figlie ricche dal venire alla nostra Religione, mentre non vedendosi posto ancor una pietra del Monistero, nè tampoco apparenza di dover essere fabbricato, s' atterriscono di farsi Servite, restando sempre dubbiose, che non dovesse col tempo essere disfatto il tutto, come che non mancavano quelli, che per tirar le Figlie più ricche alli Monisteri da loro favoriti, le denno ad intendere simili dubbi, & anche del peggio. Si sà poi la mala fonte, da che viene questa dilazione della febbrica del Monistero essendosi ritornato a nostro danno, chi machinava la distruzione totale della fondazione, e disobliga la Serenissima d' esser tenuta di far'altro, tuttavia *est Deus in Cœlis*, nelle di cui mani sono i cuori de i Re, Regine, e Principi, nella di cui inesausta providenza chi confida, non resterà senza ajuto nel tempo stimato più proprio dalla sua infinita Sapienza, nè vi sarà astuzia, che potrà più impedire.

Furono bensì fatti diversi progetti per arrivare alla desiderata fabrica del Monistero, e Chiesa, e subito ne i primi anni si trattò di darci la Chiesa Ducale annessa all' Ospitale Ducale, nella qual Chiesa si venera la Santis-
E sima nostra Titolare, e Madre, la Maria Addolorata; che diventò famosa da trent' anni in quà per i miracoli, e grazie innumerabili conferite, a chi ricorre ad esse; ma se il Serenissimo Elettore voleve favorirci, s' opposero all'incontro quelli, che trovano il suo utile da quella Madonna, a cui vengono offerte copiosissime, onde andarono anche a monte le esibizioni fatteci delle case contigue, che con gran facilità potevano essere ridotte alla forme di Monisteto, avendo orti appartenenti, & altre commodità; fù anche progettato un luogo pio, ma vedendosi innumere le difficoltà, fù abbandonato senza venire al principio. Nè mancò chi progettasse di tirar alla nostra Religione le Serenissima
F Figlia dell' Elettore, risoluta di farsi monaca, acciocchè con la sua gran dote si potesse fabricare il Monistero, furono però più potenti li PP. Francescani, e la tirarono con diversi artificij al Monistero di S. Chiara già ricchissimo, benchè mai concio, e fabricato all'antica, scommodo, ma grandemente corredato dalle Figlie ben dotate.

Nacque de tal monacarsi della Serenissima Principessa nõ infimo pregiudizio a noi, perchè in riguardo d'essa si veniva alla risoluzione da coteste Monache d' introdurre nei loro Convento l' adorazione perpetua del Santissimo; Onde fummo obligate noi altre a risolverci anche in questo numero minore d'incominciare attualmente l' adorazione, per la
G quale fù fatta la nostra fondazione, acciocchè non possa nascere maggior danno alla nostra Religione, quasi che volessero mancar all'obligo nostro, quando le Monache non fondate per questo fine, sponteneamente s'aggravano di tal'adorazione. Perciò avendo participato il tutto all'Eccellentiss. Monsign. Suffraganeo, il quale stimò necessario di non differire più la esecuzione dell'obligo, fattasi la proposizione alle Religiose nostre, e trovatele pronte dalla prima all' ultima d' assumere l'attual perpetua adorazione; nella festa di S. Maria Maddalena dell' anno 1721. si diede principio a questa Santa divozione, solennizandola con festa particolare, Messa cantata, esposizione publica, predica, e Litanie can-
H tate: di che si fece prima l' annunciazione dalli Pergami, insinuando la causa, per la quale fin' a quell'ora non s'esercitò tal publica adorazione continua, cioè per esserci state poche Religiose, con le quali non si poteva adempire l' intenzione della Serenissima, che ci introdusse per tal fine, che noi dovessimo esser le vere adoratrici del Santissimo giorno, e notte.

Stabilito questo, era necessario d' assicurarci della proprietà di questa casa, nella quale defatto ci troviamo, poichè sebbene dal Serenissimo sia stata donata alla Serenissima per nostra abitazione ad interim, nulladimeno poteva nascere la disputa a suo tempo, non essen-

essendosi fatta scrittura autentica di tal donazione. Perciò s'impegnò la Serenissima di procurarci l'istrumento necessario, il quale con tutta la prontezza dalla benignità di S.A. E. fù accordato in ottima forma, e spedito. Ma non fù senza la solita turbolenza, perchè sapendosi dalla Camera Elettorale tal donazione, pretesero, che dovesse venire a noi con quegli aggravi, che v'erano sopra la casa, la quale fù impegnata, & hipotecata a molti luoghi pii, e vi furono trovati scritti sopra la medesima fino a dieci mila Fiorini.

Fù dunque arcinecessario di ricorrere di nuovo alla Clemenza del Serenissimo Elettore, il quale però non avendolo saputo prima, subito diede ordine, che detti Capitali de i luoghi pii, e qualsisia altro credito fossero levati da questa casa, e scritti alla Camera Elettorale, e così restò libera, e vendibile a suo tempo per nostro vantaggio.

Di tal casa dunque siamo ora Padrone, benchè la Serenissima per suo commodo si riserva l'uso di qualche gran parte, ove sta, come ritirata tal volta dalla Corte, e perciò si chiama il ritiro, nè si poteva negare alla Padrona tal' uso, benchè a noi servirebbe per poter moltiplicar le Religiose, che per mancanza del luogo non potranno crescere oltra trenta, il qual numero presentemente già è compito essendosi sopra le 25, che sono fondate, accettate altre quattro, & una deve venir presto; si tace la soggezione, che ci porta detto ritiro, perchè domina dalle finestre sue tutto il giardino, e le finestre, onde non possono godere le Religiose la libertà di guardar dalla finestra, manco d'andar al giardino tutto quel tempo, che la Serenissima con gli altri suoi Cortigiani si trova nel suo ritiro: il che succede ora più che mai alla lunga.

Siamo perciò doppiamente ritirate noi altre, & asperriamo la Misericordia di Dio, a cui si procura di servire con quell' attenzione, che pretende da noi lo stato religioso, il titolo di Serve di Maria, & il zelo d'introdurre in questa novella fondazione tal buon fondamento dello spirito, della Regolar Osservanza, e di buona armonia, che possa servire per qualchè scuola delle Religiose venture ne i tempi futuri: e per questo fine non si tralascia d'adoprar tutti li mezzi, come anche di provedere la Communità d'un Padre regolare, che come prattico della Vita Religiosa, e di Teologia ascetica possa supplire il difetto di tal notizia, che possa essere tal volta nel Confessore Ordinario non regolare, onde manco prattico, ancorchè infarinato speculative di tal Teologia ascetica; così sono quattro anni, che fù introdotto tal Confessore straordinario, dal quale due volte all'anno, quindici giorni per volta possono confessarsi, e fare le sue conferenze spirituali le nostre Religiose: Onde si spera dovrà nascere sempre maggior profitto alla maggior gloria di Dio, salute dell'anime, & edificazione del Prossimo. E con questo si termina colla presente il racconto della fondazione in Monaco, per la quale quanto più s'era da patire, tanto più si vede la mano potente di Dio, e quanto più si stentava di r durla a qualche stato, tanto più sia lodata, & adorata la Divina Providenza, sua Misericordia, e Benignità, e pregata d'assisterci per sempre, che speriamo per la potente Intercessione della nostra Santissima Madre Addolorata. Amen.

Ex his, quæ fidelissima hac narratione, simpliciter retulimus, argui de facili potest, cujus spiritus, & perfectionis, cujus patientiæ, longanimitatis, ac prudentiæ virtutibus ornata foret Fundatrix Soror Maria Electa, ejusque ad tantum Opus Socia fidelis Soror Maria Rosa; de quibus majora texere non licet encomia juxta Divinum monitum, *Ne laudes hominem in vita sua*; tamquam si diceret, lauda post mortem; Cùm solùm hic commendanda veniat pietas, & munificentia singularis Serenissimorum Bavariæ Principum, ac Electorum erga nostrum Ordinem, & B. M. V. Dolorosæ cultum.

Hoc anno pariter die 12. Septembris approbata per publicum Decretum S. Rit. Congreg. validitas processuum à Judicibus Delegatis fabricatorum super Gratiis, & miraculis à Deo per intercessionem B. Peregrini patratis tùm Forolivii, tùm in Civitate Castelli, remanente solùm Inquisitione super relevantia actorum suo tempore facienda per d. Sac. Congregationem.

ANNOTATIONES IN CAP. VI.

Fundationis historiam habuimus ex Archivo S. Marcelli de Urbe.

P. Generalis Castelli Neapoli moritur. Succedit Vicarius Generalis de lege P. M. Ottone. P. M. de Valle renuntiat electionem in Vicarium Generalem. P. Magist. Ventura Vicarius Generalis Apostolicus designatur. Obit Florentiæ P. M. Antonius Fabbri, & P. M. Juliani. Indulgentia Ecclesiæ, & Aræ SS. Annunciatæ de Florentia. Mira de B. Peregrino.

CAP. VII.

DUM P. Generalis Castelli mirificè munus suum obit, visitando, pluriamque decernendo, ad mores componendos in majorem Ordinis Observantiam, ad studia promovenda solicitus, in anno secundo sui Generalatus Neapolim profectus, ut ibi Provinciali Capitulo mox celebrando assisteret, inopinato pleuritidis morbo correptus, brevi absorptus est, mortuusque die 15. Mensis Aprilis hujusce anni 1716. dum esset ætatis annorum 57. circiter; & sui desiderium ingens Ordini nostro reliquit; ab eo namque, & ab ejus vigilantiâ, doctri- *P. Gen. Castelli moritur ejusque virtutes*

doctrinâ, & zelo non modicum Religio nostra augmentum in omnibus attendebat, sperabat. Vir fuit in scholis actis ingenij, ac subtilissimæ argumentationis, ac multâ eruditione tum sacrâ, tùm prophanâ ornatissimus, uti demonstrat ejusdem Opus Theologicum [quamvis imperfectum reliquerit] de Sacramentis in specie, quod ab omnibus jure meritò commendatur, & forsan aliquando alicujus operâ perficiendum, & in lucem publicandum. Diversas Ordinis nostri Cathedras regendo tenuit, inter quas egregiè plures annos sustinuit illam Collegij Henrici in Conventu S. Marcelli de Urbe, optimosque educavit alumnos. Suæ Provinciæ Mantuanæ fuit zelantissimus Moderator, ac Eminentiss. D. D. Galeazzo Marescotti inprimis charus, quo consultore Theologo libenter utebatur, in arduis negociis, & operationibus. Demùm [ut suo loco dictum est] ad supremam in Ordine Præfecturam evectus mansuetudinem, vigilantiam, observantiæ Regularis zelum toto sui Officij biennio, quoad vixit, ut certum patrimonium adamavit. Post ejus mortē, cui omnes Religionis Conventus dolentes parentarunt, assumpsit Vicarij Generalis Officium à lege P. M. Nicolaus Ottone Provinciæ Neapolitanæ [in qua Generalis ipse obierat] Definitor Generalis, & muneri suo per sex menses egregiè satisfecit, à summo Pontifice dispensatus ab intimatione Capituli Generalis ex vi nostrarum legum mox faciendæ.

Interim Summus Pontifex Clemens XI. ut Ordini nostro in capite provideret, expedivit Apostolicum Breve de mense Augusti præsentis Anni 1716. Vi cujus Vicarium Apostolicum totius Ordinis Generalem designabat P. M. Joseph à Valle tunc temporis Æmiliæ Provincialem; qui raro exemplo humilitate ductus, omnibus etiam Eminentissimi Jacobi Buoncompagni Card. Archiepiscopi Bononiensis, in cujus manibus ipsummet Breve directum fuerat, suasionibus ad acceptandam ultrò à Summo Pontifice tantam dignitatem oblatam viriliter restitit, etiam in scriptis renunciationem suam, seu melius dixerim, non acceptationem Officij supremi Romam transmittens, id quod in ejus laudem perpetuò cedet, & juventuti nostræ ad arcendam à se omnis ambitionis vel umbram, quæ faciliter etiam intra Claustra subrepit, totamque paulatim destruit spiritus perfectionem, optimum exhibebit exemplum: Nec mora; nam idem Summus Pontifex, acceptatis excusationibus P. M. à Valle, Vicarium Generalem Apostolicum per aliud Breve dat. Romæ creavit P. M. Angelum Mariam Ventura Mantuanum eximiæ doctrinæ Virum Religiosum, qui toto cordis vigore Præfecturæ gubernacula suscepit de mense Octobris huius anni.

P. M. Valle Vic.Gen. à Pont. electus intra humilitate se abstinet.

P.Mag. Ventura Vic.Gen. Apost.

Solemnem Victoriam de Turcarum copijs in Hungaria ductu Serenis. Principis Eugenij de Sabaudia Generalis Imperialium Armorum Ductoris reportatam cum expugnatione plurium Arcium fortissimarum, inter quæ Temesuar, & Alba Græca, vulgò *Belgrado* numerantur, hoc anno, & de mense Octobris per totum Christianum Orbem celebrarunt Fideles, emanato Jubilæo per Summum Pontificem Clementem XI. in gratiarum actionem.

Solemnis victoria Christianorum contra Turcas.

Hac occasione Vallacchiæ Principissa cum duobus filijs è suis Statibus expulsa ab impio Turcarum Imperatore propter suspicionem intelligentiæ cum Romanorum Imperatore, decollatis ob hanc causam Socero, & Marito, quamvis professione schismatica, nostram tamen D. Annunciatæ de Florentia Ecclesiam devotè visitavit, ac jussu Magni Ducis Imago Sanctissima ejusdem Virginis eadem præsente nocturno tempore, januisque clausis discooperta fuit; indeque Viennam petiit, ut Imperatoris Victoris protectionem obtineret.

Vallacchiæ Princeps Ecclesiā nostram visitat Florentiæ.

Ecclesiam eamdem, & Cœnobium nostrum Florentinum decoravit præsenti anno, & in solemnitate Paschatis D. Nuncius Apostolicus D. Carafa Prælatus dignissimus, qui etiā feria 5. 6. & Sabbato majoris hebdomadæ familiariter diu noctuque cum Patribus nostris habitavit, unico solo retento ad sui servitiū famulo, quin etiam in Refectorio communi semper cibum sumpsit, & in die Paschatis ipsis centum Fratribus, qui inibi de familia degunt, adjunxit ex propria liberalitate unum ferculum, & de serò ad propria remeavit.

Nuncius Apost. Carafa Monasterium nostrum Flor. decorat.

Hoc anno pariter obiit Florentiæ octuagenarius P.M. Antonius Fabri Vir omni memoria dignus, & eruditione tum sacrâ, tùm prophanâ apprimè ornatus, adeo ut Excellentissimus ille totique Orbi clarus D. Antonius Magliabecchi Mediceæ Bibliothecæ Custos, ipsummet P.M. Antonium semper plurimi fecerit. Is à prima juventa Philosophiæ Lectoris munus præclaré gessit, deinde plures annos in eodem Florentino Cœnobio moralem Theologiam docuit, Bibliothecæ quoque, & Archivij Florentini usque ad ultimam senectam fidelissimus, ac diligentissimus Custos, & quotidianas memorias adeò exactè descripsit, ut Annalia nostra suis temporibus plurimum illi debere fatendum sit. Eluxit in eo mira legum nostrarum Regularis Observantia; at præ cæteris virtutibus humilitatem, ac paupertatem in omnibus coluit. Numquam adduci potuit, ut Præfecturas, quibus erat profectò dignissimus, in Ordine acceptaret, & ad sui servitium nullus umquam ex Fratribus Conversis laboravit, solitus à se ipso Cellæ pavimentum verrere, & proprijs manibus lecti commoditatem instruere, aquam ad usum portare; qua occasione pluries à Secularibus requisitus ad consilia, nec benè cognitus, interrogabatur ubinam adesset P. M. Antonius, lepidè respondebat; *P. Magister abest, & ego sum Frater Antonius, qui eidem inservio*; id quod maximæ erat ædi-

P.Mag. Fabri obit Fl. ejus virtutes.

ædificationi sæcularibus ipsis, qui eumdem uti optimum Religiosum summoperè venerabantur. Qualibet nocte usque ad extremam infirmitatē ad horas mattutinas surgebat, Sacrosanctum Missæ Sacrificium diluculò celebraturus. Otio perpetuum indixerat bellum, semper aliquid agens, vel scriptitans, semper libros revolvens, vel dubijs conscientiarum respondens eâ brevitate, ac opinionum soliditate, ut mirum in modum solaretur omnes, qui ad se advenissent: cujus rei ipse, qui ejus directione spirituali plures annos perfruitus sum attestari valeo; Missæ Conventuali, & comuni mensæ semper adstitit, solebatque dicere solidum esse personis Religiosis, non subiectum vanæ gloriæ, mortificationis genus, mensæ communis contentum esse absque murmuratione. Quod docebat alios, ipsemet constanter agebat. Denique hydropisi per totum corpus (vocant Medici *Anasarca*) tolerara per longum tempus incessanti patientiâ, sensibus sanus, omnibusque Sacramentis refectus piè in Domino obijt die 24. Augusti hujus anni 1716. Servo fideli Virginis mercedem æternam non denegatam speramus.

Mortuus est etiam è Patribus Florentinis benemeritus P.M. Julius Antonius Maria Juliani, qui postquam Regentis munus egisset, & à secretis inservisset P. Generali Poggi, sacra permittente Episc., et Regul. Congregatione ad instantiam ejusdem P.M. Poggi Episcopi designati, eumdem in Episcopatu Sancti Miniatis in Etruria secutus est, eique ad plurima in gubernatione negocia illius Ecclesiæ perquam utilis plures annos fuit tum in spiritualibus, tùm in temporalibus. Et quamvis extra claustra, & in Palatio Episcopali degeret ex supradicto S. Congregationis beneplacito, sui tamen Florentini Conventus oblitus non est, nam emolumenta omnia, quæ ex suis Officijs retrahere poterat, in utilitatem ejusdem Conventus, & in bonis stabilibus ejusdem nomine reinvestivit. Hydrope correptus hoc anno in d. Episcopali S. Miniatis Palatio, sibi in extremis assistente præfato Episcopo, defunctus est ætatis suæ anno 48. completo; cui PP. nostri solemuiter de more parentarunt.

P.Mag. Juliani moritur.

Interim P. Generalis Ventura, cui studiorum profectus non minus quàm Observantia Regularis, ac maximè in juvenibus Sanctus Dei timor curæ erat, quinque pro his faciliùs assequendis edidit decreta, nempe

Decreta P. Gen. Vicarij Ventura.

1 Omnibus, & singulis in Ordine nostro studiorum Moderatoribus mandavit, ut ubique in anno proximè venturo Tractatus eosdem Theologicos explicent, nempe De Angelis, & de Actibus humanis ad mentem Henrici nostri.

2 Ut antiquior ex Studentibus adnotet dies, in quibus vel lectio habeatur, vel Circulus, aut Conferentia.

3 Regentes omnes invigilent, ut à Lectoribus subordinatis lectiones habeantur debitis temporibus secundùm Philosophiam ab A Ipsomet Generali compositam, ac Typis editam, eorumque Circulis de more faciendis personaliter adsistant.

4 Tempore Quadragesimæ semper, quantum fieri potest, statutis diebus lectiones habeantur, tam in majoribus, quàm in minoribus Studijs; quòd si fortè causa prædicationis P. Regentem abesse contingat per tempus notabile, tunc, & eo casu Regentes ipsi in manu aptioris ex Studentibus ad arbitrium ejusdem Regentis scripta sua deserere, & consignare teneantur, ad hoc ut in ijs exercери possint Studentes reliqui. Si verò nullus ex Studentibus sufficienti meritis, & ingenij habilitate præditus sit, tunc alteri cuicumque ex Patribus Graduatis hanc curam demãB date, & commendare Regens ipse teneatur.

5 Non omittant Regentes studiorum, aut Lectores, quicumque sint, discipulos suos docere timorem Domini, nostrarum legum Observantiam, suisque Superioribus in omnibus promptam obedientiam; cum ex his maximè profectus in scientiis à Deo sperari possit, juxtà Divinum Oraculum *Initium Sapientiæ est timor Domini*.

Decreta hæc typis edita, ac per omnes studiorum Conventus publicata ritè fuerunt.

Florentiæ quoque hoc anno redactæ in unum, ac Typis mandatæ sunt operâ P.Theologi Garbi Antecessoris mei diligentissimi, Indulgentiæ omnes, quæ retroactis temporibus usque in præsens Ecclesiæ, & Aræ SS. C Annunciatæ de Florentia toto Orbe celeberrimæ per diversos Summos Pontifices concessæ fuerunt in perpetuum, quas ad consolationem, & inflammandam devotionem Fidelium illam visitantibus, hic insimul collectas relegere non erit inutile.

Indulg. Ecclesiæ & Aræ SS. Annunciatæ de Floren.

Anno 1280. Indulgentia 40. dierum concessa à Cardinali Latino Sanctæ Sedis Legato præfatam Ecclesiam visitantibus contritis, & confessis feria 6. post primam Dominicam Quadragesimæ.

Anno 1291. Indulgentiam 40. dierum concessit Nicolaus IV. Sum. Pont. Fidelibus verè contritis, & confessis d. Ecclesiam visitantibus, singulis quibusque Festis B. M. V. necnon S. Augustini, & per singulas Octavas D prædictarum solemnitatum.

Anno 1298. Indulgentia 100. dierum concessa à Card. Mathæo Sanctæ Sedis legato Fidelibus verè contritis, & confessis Ecclesiam eamdem visitantibus prima sexta feria Mensis Martij, & in Festis Sanctorum Michaelis Archangeli, S. Joannis, & S. Jacobi.

Anno 1304. Cardinalis Nicolaus S. Sedis Legatus Indulgentiam 100. dierum verè contritis, & confessis Fidelibus eamdem Ecclesiam piè visitantibus in singulis Festis B. M. V. necnon S. Annæ, S. Blasij, & S. Martini, earumque Octavis, & secunda Feria sexta Quadragesimæ.

Anno 1317. Card. Joannes Apostolicæ Sedis

dis Legatus Indulgentiam 140. dierum contulit verè contritis Fidelibus dict. Ecclesiam quoties visitaverint, & 40. dierum, quoties in eadem Verbi Dei prædicationem auscultaverint, quod & ad alias nostri Ordinis Ecclesias in Tuscia extendit. Similem 40. dierum Indulgentiam concesserat Ecclesiam prædictam visitantibus Summus Pont. Clemens IV.

Anno 1361. Innocentius VI. devotè visitantibus Fidelibus contritis, & confessis Ecclesiam prædictam, & Aram in solemnitatibus Natalis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, & Ascensionis D. N. J. C. in Festis Pentecostes, Corporis Domini, Sanctissimæ Trinitatis, Omnium Sanctorum, S. Zenobij Episcopi, & 4. principalioribus B. M. V. nempè Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis, Indulgentiam unius anni, & 40. dierum.

Anno 1514. Leo X. Summus Pontifex verè contritis, confessis, & sacra Communione refectis Fidelibus Aram prædictam Sanctiss. Annunciatæ devote visitantibus septies Pater, & septies Ave &c. recitantibus &c. pro exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ &c. preces fundendo quocumque die Sabbatho mille annos, & totidem Quadragenas Indulgentiarum, & in qualibet ex septem Festivitatibus B. M. V. necnon S. Mariæ ad Nives, in die Nativitatis Domini N. J. C. et Fer. 6. majoris hebdomadæ ac Sabbatho Sancto annos bis mille Indulgentiarum, & totidem Quadragenas concessit, quas postea confirmavit Summus Pont. Gregorius XIII. anno 1578.

Insuper et per modum Jubilæi Summus idem Pont. Leo X. in Festo Nativitatis B. M. V. Indulgentiam plenariam concessit cuicumque Fidelium visitanti per se, vel, si impeditus sit, per alium, Aram prædictam post Cõfessionem, & Communionem septies *Pater, &c.* & totidem *Ave &c.* saltem recitando. Quam Indulgentiam cum alijs confirmavit Anno 1578. PP. Gregorius XIII. Paremque Indulgentiam in die Anniversario Consecrationis ejusdem Ecclesiæ, nempe die 17. Januarij concessit idem Leo X. anno 1516.

Etiam Archiepiscopus Florentinus D. Antonius Altovita conspiravit ad honorandam Ecclesiam nostram, & Aram B. M. V. dictam *del Soccorso* Indulgentiam perpetuam 40. dierum concedendo cuicumque Fidelium, qui singulis sabbathis, ac festivitatibus ejusdem M. V. ad præfatum Altare oraverint pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ saltem semel *Pater noster, &c.* & *Ave Maria &c.* recitando, per rescriptum die 15. Maij 1573.

Pontifex autem idem Gregorius XIII. Anno 1576. Aram perpetuò pro Animabus Defunctorum privilegiatam constituit in Altari Sanctissimi Crucifixi. Insuper anno 1578. Plenariam Indulgentiam omnibus Christifidelibus concessit, qui Ecclesiam eamdem contriti, confessi, & Sacra Communione refecti visitaverint, orando ut supra in festis Purificationis, Annuntiationis, & Assumptionis B. M. V.

Anno verò 1628. Cardinalis Ludovisius centum dierum Indulgentiam perpetuam indulsit pie visitantibus Aram prædictam Sanctissimæ Annunciatæ quolibet Anno die 14. Octobris, quo consecratum est Altare præfatum.

Nostris autem temporibus Summus Pontifex Clemens X. anno 1672. Singulis Fidelibus verè contritis, confessis, & Sacra Communione refectis, qui Ecclesiam prædictam [sicuti, & alias nostri Ordinis] piè visitaverint, orando ut suprà, in die Festo S. Philippi Benitij 23. Augusti plenariam Indulgentiam concessit.

Clemens verò XI. anno 1704. Omnibus Christifidelibus Ecclesiam prædictam [sicut & alias nostras] visitantibus post Sacramenta recepta Confessionis, & Communionis in tertia Dominica Septembris piè visitantibus Indulgentiam Plenariam elargitus est.

Ultra alias Indulgentias ab Alexandro VIII. concessas Altaribus septem, & Novenis observantiam exhibentibus, & cultum, ac præter eas, quæ Confratribus, & Consororibus Habitus Virginis Dolorosæ elargitæ sunt.

Varia Opuscula edita

Has omnes Indulgentias ex permissu Superiorum typis Petri Matini Archiepiscopalis Typographi insimul edidit hoc anno, ut supra dictum est, P. Annalista Garbi. Sicuti & eàdem permissione Meditationes quasdam pijssimas in honorem B. M. V. edidit in lucem occasione solemnis processionis Imaginis Sanctissimæ Virginis dictæ *dell' Impruneta* P. M. Hieronymus Maria Allegri, de quo alibi dicendum erit, & in lucem quoque prodierunt pij affectus super librum Canticorum Tusco metro à me compositi, necnon incisa est Corona 7. Dolorum B. M. V. et typis edita cum pijs meditationibus eorumdem Dolorum adiunctis.

S. Phil. Congr. Senis erecta.

Senis quoque hoc anno in honorem S. Philippi ritè Congregatio erecta est in Ecclesia Cathedrali ejusdem Civitatis.

Gratiæ, & miracula ex intercessione B. Peregr.

At verò Tiphetni Gratias suas impetrare etiam hoc anno minimè destitit ejusdem Civitatis ac Diæcesis habitatoribus B. Pater noster Peregrinus, factus eorum perpetuus Defensor, & Auxiliator, quorum aliquas hic compendiosè narrabimus.

Ab humore maligno sanat.

1 Soror Veronica inter Cappuccinas ejusdem Civitatis Monialis anno præsenti 1716. de Mense Januarij humore quodam maligno in una ex tibijs pessimè affecta, ex quo dolores vehementes, ardensque febris exorta est, adeo tumefacta, inflammata, ac nigro colore affecta pars illa fuit, ut tota plaga futura esse timeretur. Inserviebat eidem Monasterio tamquam Confessarius P. M. sæpè laudatus Carolus Antonius Maria Tassinari Ordinis nostri, quem cùm prædicta Soror Infirma rogasset, ut in honorem ejusdem Beati Missam celebrare dignaretur: Assensit justæ petitio-

titioni Pater, ac eodem tempore, quo Missam eapetitam celebrabat, illicò, stupendo miraculo, tumor omnis, omnisque dolor evanuit. Ea quo mirum in modum gestiens Soror Veronica, ingentes gratias egit eximio Benefactori, ac deinceps quotannis in ejusdem Festo Novendiales preces Altissimo in gratiarum actionem obtulit.

Ab ulceribus liberat. 2 Floridus Cordoni Tiphernas hoc eodem anno de mense Februarii quatuor sæva ulcera in una ex tibiis non sine ingenti dolore, ac molestia gerebat. Adhibuit oleum Beati Peregrini, & preces, ea quibus levamentum non modicum persensit, ac brevi ab omni plaga curatus est. Unde gratitudinis ergo Sac. Communione ad ejus Altare refectus, pluresque missas in ejusdem honorem celebrari mandans, appendit quoque ad ejus Altare argenteum pedem.

A' cicatrice sæva sanat. 3 Jo. Baptista Vetgari Romanus in Civitate Castelli degens magnam, molestamque cicatricem gerebat in dextero pede, quæ jam spatio unius anni vehementer illum torquebat, nil proficientibus adhibitis variis remedijs. Cùm verò die 21. Aprilis anni currentis in honorem B. Peregrini novendialis celebrateturdevotio terminanda ad diem ejusdem festum 30. Aprilis, in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum, & ipse Jo. Baptista supplex comparuit, ac toto cordis affectu se suamque sanitatem Beato commendabat quotidie per id temporis. Cum devotione Novenæ terminavit omne cicatricis molestissimæ malum. Quare die 3. Maij ejusdem anni pro gratiarũ actione sacram Synaxim ad ejus Aram percepit, & candelam in honore Beati libens accendit.

Dolorem brachiorum, & pedum fugat. 4 D. Alba Eugenia Ricci de Tipherno doloribus adeò sævis in brachijs, & pedibus torquebatur, ut nullam diu, noctuque requiem adinvenire valeret. A' P. Joseph Maria Angelini Reliquiâ Beati obsignata in partibus læsis, ac lampadis oleo ijsdem inunctis, ipsemet testatur, quòd ad singulas unctiones mirum in modum à doloribus levabatur, donec brevi ab omni molestia penitus liberata benefactori suo eximias gratias egit.

Puerum à tumore & febri liberat. 5 Fridericus Mariæ Apolloniæ Jo. Lucæ Bonfilius quinquennis, cùm de Mense Majo hujus anni assidua febri laboraret ex quodam pestifero tumore in pectore ejusdem oborto. Mater ejus pro salute filii sollicita ipsum B. Peregrino precibus enixè commendarat, ac postea lampadis oleo puerum inungens, non sine stupore tumorem citò vidit evanuisse, qua de re lætitia plena fubuculam filij in gratiarum actionem ad ejus Aram appendit.

Asthmaticum dolorem sedat. 6 Eadem verò Maria Apollonia Borri de mense Junio ejusdem Anni ab asthmatico pectoris dolore oppressa ad notum benefactorem Peregrinum recurrit, ex ejusdem attestatione, subitò sana facta est; & Beato gratias humillimas agens Missam ad ejus Altare die 19. ejusdem Mensis Junij celebrari curavit.

Tumorē exterminat. 7 Eodem mense, & Anno D. Julia Biccari Manucci subtus brachium sinistrum molestissimum obortum tumorem patiebatur, dolens vehementer; ea de re præsidium B. Peregrini suppliciter invocans, ab omni malo curatur, & ad ejus Aram in gratiarum actionem argenteum votum appendit.

A' præcipitij damnis præservat. 8 Die verò 22. mensis ejusdem, & Anni D. Angela Angeli Tiphernatis filia, & Uxor q. Floridi, circa secundam noctis horam in propria domo per scalam 13. graduum in præceps ruit, & invocato B. Peregrini auxilio ferè absque ulla læsione adinventa est, cum omnes ejus filiæ semimortuam crederent; adeò ut triduo transacto ad nostram Ecclesiam Beato lætissimas gratias redditura, accessit.

Plagam sævam in pede sanat. 9 Neque hic beneficentia Peregrini erga eamdem Angelam stetit; cùm etenim quadam plagâ in sinistri tibiâ pedis malè torqueretur, adeo ut usque ad os illius carnem corrodisset, unctionem olei ejusdem lampadis adhibendo brevi sanata est ab omni plaga, Benefactori suo semper grata.

Monialis ab Angina liberatur. 10 Soror Maria Joanna monialis professa in Ven. Monasterio Cappuccinarum Civitatis Tipherni Anginâ oppressa, ita ut nec deglutire cibum, nec loqui verbum expeditè posset, ad Peregrinum confugit, & à P. M. Tassinari sæpiùs memorato Beati Reliquiâ obsignata, cæpit subitò notabile levamentum experiri, adeò ut spatio 40 horarum ab omni liberata fuerit impedimento, ex quo priùs non parùm de ipsius vita timebatur; atque gratitudinis suæ non parva hoc anno, & de mense Junio documenta dedit.

A' Volvulo sanat. 11 D. Carolus Antonius Alippi Tiphernas de mense Julio intestinorum morbo, quem *volvulum* appellant, agitatus, in evidenti mortis existebat periculo, B. Peregrinum itaque inclamavit, & ejusdem Reliquiâ signatus à P. Joseph Maria Ridolfi nostri Conventus S. Mariæ Gratiarum Priore, statim adeò convaluit, ut non solùm à periculo liberatus, sed et brevi sanatus omninò comparuit, humillimas gratias agens Benefactori suo, cui semper majorem præstitit eainde obsequium.

Parturientem à morte liberat. 12 Maria Angela Uxor Dominici Carboni de Tipherno cùm in lucem edidisset filiam, & adhuc natum alium in utero retineret, nec per biduum illum parere potuisset, cum evidenti mortis suæ periculo, ad afflictorum Asylum Peregrinum confugit, atque ejus Reliquiâ signari se fecit. Eodem temporis momento intus Creatura commota sensibiliter fuit, ac post horam in lucem prodijt masculus inenarrabili matris lętitia, quæ eodem die 10 Augusti hujus anni 1716. summas B. Peregrino peregit gratias.

A' confractione ossiū redintegrat. 13 Paulus Dominici Lucarini de Civitare Castelli de mense Julio præsentis anni 1716. cùm ea arbore procera dictum *Gelso*, *o Moro*, ad terram cecidisset tibia ejus sinistra malè confracta est, adeò ut Chirurgus D. Augustinus Filogeni, sub cujus cura Infirmus degebat,

bat, nonnisi cum sectione Tibiæ vitam ejus servari posse crederet, et ab ejusdem spiritualî Directore P. Lectore Laurentio Quaseimo Ord. Prædicat. jamjam hortabatur, ut se ad mortem præpararet. In angustijs itaque positus Paulus ad Peregrinum toto cordis affectu recurrit, & absque ulla sectione paulò post sanatus est; & ad ejus Altare cor suum unà cum cereo in beneficij memoriam appendit.

14 De mense eodem Augusti Laurentius Josephi Giornelli puer annorum trium erat variolis adeo malè affectus, ut monstro potiùs similis esset, ejusque caro vermibus undique scateret, ac per tres vices omninò mortuus creditus est. Ab ejus Matre Francisca B. Peregrino commendatus, & per manus P. Jo. Prosperi Manfredi signatus ejus Reliquiâ; & oleo ejusdem Beati inunctus obdormivit puer, ac brevi à tam horridâ leprâ mundatus, obtinuit perfectam sanitatem, quod eò magis singulari gratiæ adscriptum fuit, quò eodem tempore talis puerorum pestis ubique grassabatur, & multi ex illa miserè peribant. Vestes Pueri ab ejus matre in testimonium accepti beneficij ad Aram Beati appensæ fuerunt.

Puerum à peste variolis liberat.

15 Franciscus Bitti de Tipherno tertiana febri diù afflictus, quæ reduplicabatur, nullum aliud adiovenit efficacius remedium, quàm potens auxilium B. Peregrini, à quo de mense Augusti omnimodam obtinuit liberationem.

A' Febri tertiana duplici sanat.

16 Fr. Antonius Maria Bugaffi nostri Ordinis Clericus professus, varijsque morbis miserè vexatus, cum audisset insignia prodigia, quæ ad levamen afflictorum operabatur B. Peregrinus Tipherni, commorans ipse in Civitate S. Sepulcri; fiduciâ plenus ad ejus patrocinium confugit, à quo brevi exoptatam reportavit sanitatem. Qua de re ad gratitudinem contestandam ad Altare ipsius pictam Tabellam per manus P. Joseph M. Fancelli ejusdem Ordinis appendi fecit de mense Majo præsentis Anni 1716.

A' vari. is morbis nostri Ordinis Religiosum lib.

17 Doctor Alexander Gaggi Tiphernas cùm à Chiragra in manu sinistra malè vexaretur acerbissimis additis doloribus, & ipsius manus notabili tumefactione, auditâ B. Peregrini erga se invocantes Beneficentiâ ipsum devotè rogavit, ut sibi quoque succurreret, ac ejus Reliquiâ manum sibi signari curavit, quo eodem momento [asserit ipsemet] cessavit intimus dolor, evanuit tumefactio, & à Chiragra liberatus immensas egit Beato gratiarum actiones.

A' Chiragra sanat.

18 D. Ignatius Vangelisti Tiphernas acerbis doloribus in capite vexatus, cum febri quotidiana, B. Peregrinum invocavit, ad cujus Reliquiæ primum contactum, asserit ipse, dolor valdè mitigatus est, adeò ut Ecclesiam nostram adire potuerit, ut gratiarum actionem perageret omnl febre liberatus.

Dolorem capitis sedat, febrem fugat.

19 Antonia Bartholomæi de Muccignano Territorij Tiphernatensis toto corpore infirma, ac leprâ circumdata quatuor menses in lecto languebat omni humana spe destituta; auditis autem assiduis gratijs, & curationibus, quas Deus ex intercessione B. Peregrini passim operabatur, ad eius invocationem se totam dedit; atque ingenuè testata est, quòd quoties Beato se commendaret, toties in se notabile sentiebat levamen, donec ad integram sanitatem perveniret. Quamobrem læta Tiphernum petijt, ac proprias vestes in accepti beneficij testimonium obtulit Aræ Beati die prima Septembris 1716.

A' Lepra mundat.

20 D. Julia Mastani Leandri à Tipherno doloribus undique torquebatur mirificè cum tanta venarum dilatatione, ut brevi moritura crederetur; unde & à Sacerdotibus diù, noctùque custodiebatur. A' Marito nomine Josepho Leandri commendata B. Peregrino, cùm omnia humana remedia inutilia forent, votum vovit se quotidie per mensem Ecclesiam nostram, ejusque S. Imaginem veneraturum, votumque argenteum, si mulier sanaretur, ad ejus Aram oblaturum. Post hæc advertit Uxorem à morbo aliquantisper levatam, adeo ut brevi periculum mortis evaserit, & integra sanitate potita sit. Ipse verò visitationem, & votum exsolvit.

A venæ dilatatione, & mortis periculo liberat.

21 Margarita Caroli Manescalchi è Civitate Castelli cùm tres ipsos menses jacuisset in lecto occasione cujusdam præcipitij è scala suæ domus miseram totius corporis collisionem patiens, à qua Medicorum judicio resurgere vix poterat tùm gravitate ætatis jam provectæ, tùm enormitate casus; humano itaque destituta remedio ad ægrorum Medicum Peregrinum conversa est, ut sanitatem obtineret, nec suo fraudata est desidero; nam in ipso suæ Orationis initio peculiare persensis suæ debilitati adlectum robur, ac non multò post integra obtenta salute, suis ipsamet pedibus ad Ecclesiam nostram se contulit die 19. Septembris hujus anni, & peractis B. Peregrino gratijs, ipsius Aræ pro monumento perenni tabellam votivam appendit.

A' collisione membrorum redintegrat.

22 D. Abbas Alexander Biccati de Tipherno molestissimis Asthmaticis doloribus jam diù vexabatur, adeò ut à Medicis ejus salus omninò desperaretur. Contigit autem, ut die 13. Septembris hujus anni à P. M. Jo. Vincentio Biccari nostri Ordinis ejusdem Alexandri Fratre Germano visitaretur, allata secum B. Peregrini Reliquiâ, cum quâ, postquam Fratrem suum ad fiduciam erga tam beneficum Beatum erexisset, obsignata pectoris parte sinistrâ, in quâ præcipuos, intensioresque patiebatur dolores: attestatur ipsemet infirmus, se ad contactum illius S. Reliquiæ illicò respirasse de morte ad vitam. Verùm quidem est, post aliquam temporis moram iterum redijsse dolorem, sed & iterum sacri pignoris attactu cessabat, donec integrè liberatus est, & expeditè die 20. ejusdem mensis ad Ecclesiam nostram gratias relaturus ascensit,

A' doloribus Asthmaticis lib.

sit, ibique ad Aram Beati Missam devotissimè celebravit.

à Pthysi oppressa liberat.

23 Eodem pariter mense Septembri Elisabeth Uxor Joseph Zabarelli *à Citerna* multos jam menses jacebat in lecto Infirma pluribus oppressa morbis, & quamvis Sanctorum quamplurium auxilium eniaè imploraslet, attamen [sic Deo disponente] non solùm omni remedio derelicta remanserat, quin potius aggravabatur in morbis quotidie, adeò ut in perfectam pthysim verteretur infirmitas, ideoque à Medicis conclamata fuerit. In hoc misero statu desperata ab humanis ad remedia transijt Cœlestia, & toto cordis affectu B. Peregrini opem gemebunda implorans, ab eo salutem repperit, nam emisso voto se transferendi Tiphernum ad venerandam in nostra Ecclesia Beati Sanctiss. Imaginem, ipsamet deponit, quòd ictu oculi, dum voveret, admirabile persensit levamentum, ita ut brevî ac die 27. Septembris hujus anni stupentibus omnibus, qui eam ante prorsùs dest tutam agnoverant, unâ cum Josepho Marito suo, Tiphernum expeditè petere potuerit, & Ecclesiam nostram adiens, ibidem votum persolvit, ac Sacrâ Synaai devotissimè refecta est, tria quoque Sacrificia in honorem Beati curavit offerri.

Puerum trium annorum à varijs languoribus sanat.

24 Veronica Filia Antonij Morelli Florentina, Uxor verò Philippi Pastacaldi Pratensis ambo commorantes Tipherni, cum haberent filiolum annorum trium circiter adeò infirmum, ut nec cibum retinere posset cujuscumque generis, nec verbum proferre septê ipsos dies, & quòd magis angebat Parentes nec videre, nec agnoscere quemquam poterat. Ab Excellentiss. Medicinæ Doctore Hiacyntho Piombi Nucerino visitatus, apertè fassus est, nullum tali morbo superesse remedium naturale. Quo audito Mater de Filioli sui salute sollicitior, in lacrymas profluens ad B. Peregrinum confugit. suasu maximè cujusdam piæ mulieris nomine Angelæ puerum ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum detulit, & ad Aram Beati supplex obtulit, commendavit, votum vovens si gratiam recepisset, se Missam celebrandam in ejus honorem curaturam. Inde lampadis oleo filium inungens per manus P. Josephi Fancelli Sacristæ; ipsamet Veronica deponit, quòd simul ac domum redijsset, oculos puer aperuit, & verba protulit summo Genitorum gaudio; dies erat 15. Octobris 1716. quando hoc accidit, & die 17. ejusdem mensis, & anni puerum omninò sanum ad Ecclesiam reportavit, lætaque votum exsolvit pœnitentiæ, & communionis Sacramentis refecta.

Ab Hernia liberat.

25 Laurentius Angeli Romanelli è Civitate Castelli graviter oppressus ab Hernia seu Ramice, ea qua dolores patiebatur vehementissimos, inspiratus, ut ad B. Peregrinum recurreret, illicò ejusdem protectionem supplex invocavit, & ingenuè fassus est se statim alleviatum sensisse, abijsse dolores, febrimque

quâ torquebatur, cessasse; quare, sicut pro-
A miserat, se contulit ad Aram Beati, & gratias agens candelam in ejus honorem accendi jussit die 17. Octobris hujus anni 1716.

Ab instante morte mulier lib.

26 D. Elisabeth Carboni Uxor Dominici Pialli è Civitate Castelli pregnans, cum devenisset ad partum, Filiamque peperisset, taliter oppressa morbo, & angustijs vexata remansit, ut ex judicio peritorum de salute ipsius desperatum omninò fuerit. Quamobrem Sacrâ Eucharistiâ per modum Viatici refecta fuit, ipsiusque Parochus ad conferendam illi extremam unctionem parabatur, quò temporis momento ab ipsius coniuge Dominico validissimis precibus B. Peregrino commendata, ejusdem Sacrâ Reliquiâ obsignata, & demum oleo ejusdem Lampadis inuncta, illicò ad sen-
B sûs jam deperditos redijt Elisabeth, & brevi ab omni vitæ periculo liberata, ad Benefactorem suum Peregrinum se contulit die 28. Octobris 1716. totum cor suum in humillimas gratiarum actiones effundens.

Sacerdos in femore læsus sanatur.

27 D. Carolus Sylvestrini Sacerdos è Tipherno atrocissimis doloribus in femore sinistro vexatus, adeò ut neque gressum peragere posset, humilitèr ad B. Peregrini præsidium confugiens, Sacrâ ejusdem Reliquiâ die 2. Novembris obsignari se fecit, statimque dolor maximus non parum mitigatus est, adeout in sequenti die ad Ecclesiam S. M. Gratiarum procedens ibidem ad Altare B. Peregrini Missam devotè pro gratiarum actione celebravit.

A Cephalæa mulier lib.

28 Maria Antonia Uxor Petri Antonij Fio-
C relli *à Citerna* octo dies integros adeo vehementes capitis dolores patiebatur, ut Medicus ipsius curam gerens omnis remedij expertem credidisset, prout in examinibus ipsimet deposuerunt, nempe Medicus, & Infirma coniux, in hoc misero statu ad Peregrinum recursum habuit, emisso voto visitandi ejus Arã, & Missam celebrandam procurandi, Sacramque Eucharistiam ibidem accipiendi, deinde oleo lampadis ejusdem Beati devotè inuncta, brevi ab omni malo liberam se persensit, & ambo Coniuges die 2. Novembris ad Ecclesiam S. M. Gratiarum se contulerunt, votumque factum læti exolverunt.

A febre maligna & variolis sanatur.

29 D. Maria Ursula malignâ febri cum variolis, doloribusque vehementibus oppres-
D sa, de ea conclamatum est à Peritis Medicis, quare ad remedia supernaturalia confugiens B. Peregrini S. Reliquiâ per manus P. Joseph Mariæ Ridolfi Prioris S. Mariæ Gratiarum obsignata fuit, & illicò levamen non modicũ experta ab omni mortis periculo immunis, ac demum ab infirmitate sanata remansit, Benefactori suo eximias agens gratias.

A simili febre cũ delirio mulier sanatur.

30 Margharita Joannis è Civitate Castelli eodem morbi genere oppressa delirium quoque Mentis identidem patiebatur, quando invocato B. Peregrini præsidio statim ab omni malo liberata fuit, protestatinque non ab alio vitam superstitem, quàm à B. Peregrino acceptam referre.

Oooo 2 31 Puel-

31 Puella quædam nomine Joanna filia Pauli novelli de Tipherno, cum esset ætatis annorum circiter 5, & infra ulnas matris suæ nomine Annæ degeret repentino casu cecidit in terram, & graviter in sinistra pedis tibia læsa fuit, adeo ut deinceps gressum perficere neutiquam liberè posset, annorum spatio circiter 25. nihil proficientibus quamplurimis adhibitis remedijs: audita verò famâ miraculorum, & gratiarum à Deo mediante B. Peregrini Intercessione concessarum, ad ipsum toto cordis affectu fiducialiter confugit, compromittens se per novem Hebdomadas singulis quartis ferijs ipsius Aram visitaturam, ibidemque sacramenta pœnitentiæ, & Communionis recepturam. Devotionem incæpit, nec dum quarta effluxerat Hebdomada, cum subitò, consolidatâ læsa parte, expeditè gressum dirigere, & ab omni prorsus dolore immunem se esse persensit, quare majori Mentis affectu incæptam novenam prosecuta est, eidemque cor suum in obsequium obtulit, & imaginem ipsius exindè juxta lectum suum appensam retinuit.

A tibiæ læsione fœminam liberat.

32 Soror Maria Gertrudes Valentini Romana, & in venerabili Monasterio S. Ceciliæ in Paradiso Civitatis Castelli Monialis B. Peregrino addictissima, utpote quæ, ut suo loco diximus, quamplures ab eodem gratias obtinuerit, cum hoc anno 1716. de Mense Novembris ab acerbissimis doloribus oppressa fuisset, adeo ut nullum levamen, nullamque quietem experiretur, ad advocatum suum Peregrinum totâ cordis fiduciâ confugit, remedium ab Ipso pro tot malis efflagitans, ipsius Sacrâ Reliquiâ humiliter obsignari petijt, sed cùm eâ nullo modo potiri posset, quæ aberat ad solamen aliorum infirmorum, ad ejus Imaginem, quam appensam juxta lectum retinebat, enixè oravit. Tempus erat noctis, & ipsa obdormiscens sibi videre visa est [ut ipsamet deposuir] præsès esse intus Capellam satis magnificam, in qua, & super Altare ejusdem, residebat multo decore ornata quædam arca continens Corpus ipsius B. Peregrini, & hic elevatâ manu dexterâ benedictionem supra infirmam impartivit, quare videbatur sibi approximare velle quasi propiùs Beatum adoratura, sed eodem momento B. evanuit, cumque ab Altaris Bradella descenderet, Religiosam quamdam Habitu Servorum Dolorosæ Virginis indutam aspexit, quæ eam affata est: *Maria Gertrudes quidnam acturа in hac hora hue advenisti?* Respondit ipsa, *ut meum B. Peregrinum venerari possem advenеram*, replicando respondit Religiosa illa, quæ comparuerat, apprehendens manum Gertrudis, *hæc non est hora competens; sed quare, & tu hic ades in hac hora?* replicavit Gertrudes, *Sorto filia* [reposuit Monialis illa] *me esse Julianam Falconeriam*, et hec dicto ipsa quoque disparuit. Sub hæc à somno excitata Gertrudes liberam se ab omni malo persensit, & adveniente Sorore Rosâ Piâ Moniali Professa ejusdem Monasterij, ut eam visitaret, lætitia plena, & gaudens dixit Gertrudes Sorori Rosæ, *Soror jam sanata sum, & B. meus Peregrinus hanc mihi gratiam impertivit*, complectens interim imaginem ejus, quam manibus devotissimè gestabat, eidemque immensas gratias agere non desistebat.

Comparens in somnis Peregr. Monialē sanat.

E

33 Margarita Uxor Joannis Tiphernatis pleuritide oppressa jacens, cùm in ea humana remedia, à Medicis adhibita, nil proficerent, ad mortem properabat, & receptis Ecclesiæ Sacramentis à Parocho commendationem Animæ juxta ritum Ecclesiæ reciplebat; eo tempore P. Joseph Maria Ridolfi Ecclesiæ nostræ S. Mariæ Gratiarum Prior vocatus ad conferendum Infirmæ Habitum parvum Mariæ V. Dolorosæ, & cum ipso Indulgentiam in articulo mortis à Romanis Pontificibus ipsimet Habitum gestantibus concessam impertiendam, hortatus eandem fuit, ut ad B. Peregrini præsidium pro salute tam spirituali, quàm corporali toto cordis affectu confugeret; quod & libens ipsamet fecit. Sub hæc etiam Reliquiam Beati attulit, & Infirmam obsignavit, quo eodem temporis momento diruptus est intimus tumor pectoris, & sanguinem cum puri ex ore emittens illicò sana facta est, & à Benefactore suo, quem etiam alijs vicibus munificentissimum erga se experta jam fuerat, vitam sibi præservatam confitens, ad gratiarum actionem agendam in Ecclesia nostra comparuit de Mense Novembri 1716.

F

A pleuritidis morbo, et morte imminēte mulier. lib.

G

34 Joannes Simon Baptistæ de Florentia Tipherni commorans cùm eodem Mense Novembri præsentis anni jaceret in Lecto infirmus ex febri putrida cum variolis, adiunctis quoque acerbissimis doloribus in visceribus, cumque nullâ ab humanis remedijs experiretur levamen, ex interna devotione motus erga B. Peregrinum, ipsimet enixè salutem suam commendavit. Exindè verò ejusdem sacrâ Reliquia obsignatus, efficax remedium obtinuit, nam brevi ab omni febre, & doloribus liber evasit, humillimas Beato gratias exhibens, ac duos cereos ad ipsius Altare obtulit.

A febre putrida variolis et viscerum doloribus liberat.

35 Soror Hiacynta in Ven. Monasterio Cappuccinarum Tipherni Monialis, cum infectam ex plagis tibiam dexteri pedis gestaret, ob idque ad exercitia Monasterij corporalia inhabilis omninò reddita esset, doloresque assiduos pateretur, ad B. Peregrinum fiduciâ plena confugit, statimque validum ejusdem auxilium experta est: mox etenim non solùm consolidata comparuit Tibia, sed etiam absque ullo impedimento in ministerijs obedientiæ laborare cæpit, quamobrem læta cum gratiarum actione, candelas aliquas ad ejus Altare offerri curavit.

H

Monialis ex impedimento Tibiæ absolvitur.

36 Maria Joannis Francisci Massi, Famula D. Antoniæ Mariæ Fancelli, à Citerna Diœcesis Tiphernatensis ab ischiadis molestissimis doloribus torquebatur, adeò ut neque in Le-

ćto

ĉo jacere ullatenus posset, nec sedere per integrum annum valeret. Ipsius Domina, quæ pattocinium B. Peregrini in seipsam experta jam fuerat, Famulam suam tam acerbè vexatam commiserans ipsimet Beato eam enixè commendavit, votum vovens curandi celebrationem unius Missæ ad Aram ejusdem Beati. Mirabile dictu! eodem temporis momento Maria ab omni dolore, & impedimento liberam se persensit, nec unquam in posterum tali morbo laboravit, quare læta bunda Tiphernum petens ad Aram B. Peregrini gratias agens Sacramenta pœnitentiæ, & Communionis ibidem recepit, & votum per Dominam suam emissum executioni mandari curavit.

Ab Ischiadis morbo liberatio.

37 Adolescentula quædam nomine Faustina Laurentij Corsi à Citerna Comitatûs Tiphernatensis jacebat in Lecto ardentissima febri putridâ, variolis, colicis doloribus, ac vermibus intus oppressa, adeout à Medicis conclamata fuerit. In hoc misero statu quædam Adolescentulæ ipsimet Faustinæ familiares, dolentes ad Peregrinum pro earum consocia supplicarunt humiliter, emisso etiam voto se celebrationem unius Missæ curaturas ad Altare ipsius Beati in Ecclesia S. Mariæ Gratiarum Tipherni. Vix preces ac vota emiserant innocentes precatrices, cùm Faustina notabile sensit à morbis suis levamentum, ac non multò post perfectam sanitatem recuperavit. Quamobrem voti conscia se Tiphernum contulit, & ad Aram B. Peregrini recepit Ecclesiæ Sacramētis, affectuosissimas gratias reddidit, Missamque in ejus honorem celebrari curavit.

A febri, ac vermibus fœmina liberatur.

38 Dominicus Jacobi de Tipherno ex Ulmo satis procera cecidit ad terram super cumulo lapidum prægrandium, ex quo casu diruptum est os fæmoris, necnon unius brachij; cum humero, & aliquibus costis ea loco suo motis. A' Medicis visitatus absque remedio conclamatus est, & Ecclesiasticis Sacramentis commendatus, quare Dominicus omni destitutus auxilio ad Peregrini opem impetrandam toto cordis affectu conversus est; nec defuit votis Indulgentissimus miserorum Protector Peregrinus, brevi namque et à periculo mortis, & à fractione ossium penitus liberatus est, unde gratitudinis ergo proprias vestes ad Altare Beati obtulit, & Missam pro gratiarum actione ibidem celebrari curavit.

Ab immani ossium fractione sanatio.

39 D. Elisabeth Gasparini è Civitate Castelli vehementer angebatur lumborum doloribus, quem morbum Medici *Lumbaginem rheumaticam* appellant, ac post multa incassum remedia adhibita, ad cœlestia remedia confugit, seque suamque salutem Beato Peregrino suppliciter commendavit, interim verò fiduciâ plena unctionem olei ex eius Lampade in parte læsa adhibuit, post quam unctionem tale persensit levamen, ut mox è lecto surgens, pristinam sanitatem se recepisse cognovit, unde læta ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum se contulit, ibique insigni suo Benefactori gratias agens, novendiales preces in ejus honorem instituere cæpit hoc eodem anno 1716. & omni meliori modo confitetur se nunquam in posterum ab eodem morbo vexatam fuisse.

A lumbagine rheumatica mulier sanatur.

ANNOTATIONES IN CAP. VII.

EX *Regesto Generali, & ex Archivis præfatorum Conventuum omnia supradicta eruta sunt.*

Mirum de Servo Dei Julio Arrighetti. Novocomi solemnitas B. M. V. Dolorosæ. Gesta, et obitus Sororis Mariæ Joannæ del Conte, & Sororis Mariæ Angelicæ Confortini nostri Ord. Servorum B. M. V.

C A P. VIII.

IN Terra de Vailate, Cremon. Diœc; & hoc eod. anno accidit quædā prodigiosa Gratia ex invocatione, ac Reliquiâ adh bita Servi Dei P. Julij Arrighetti in personam venerandi Sacerdotis obtenta, quam sicuti præterire justitia non patitur, ita illam referre, prout jacet, ex attestatione ipsiusmet Sacerdotis, ac contestium, veritas exposcit, & est infrascripti tenoris.

Gratia obtenta ex intercessione P. Julij Arrighetti.

Io Prete Girolamo Morlando de' Parochi di Vailate, e Vicario Foraneo delle RR. Monache dell' Ordine de' Servi di Maria Addolorata del Convento di S. Maria delle Grazie di Vailate colla presente faccio ampla fede con mio giuramento, qualmente nel mese di Giugno dell' anno 1716. fui assalito da dolori renali con retenzione d' orina, che mi sentivo propriamente morire, nè trovavo remedio a sì gran male, quando venutomi in pensiero di raccomandarmi alle Orazioni di Suor Maria Rosalia Grossi nostra Monaca; questa buona Religiosa mi mandò un pezzetto di Camiscia di lana del Servo di Dio P. Giulio Arrighetti, assieme con il libro della sua Vita; l' invocai di cuore, e con buona fede applicai il pezzetto di Camiscia alla parte, che più mi doleva, & immediatamente mi cessò affatto il dolore, e così ricercato ho fatto la presente attestazione in scritto, perchè resti perpetua la memoria di questo miracoloso successo n Gloria d' Iddio, & onore del suo Gran Servo P. Giulio, in fede di che sarà sottoscritta da me, e da quello, che era presente a tal successo. E per fede questo dì 25. Ottobre 1716. Girolamo Morlando de' Parochi Vicario Foraneo delle dd. Monache, e Vicario del S. Offizio mano propria.

Io P. Girolamo Melgazzata fui presente a tale miracoloso successo, e qui con mio giuramento attesto, & affermo quanto di sopra di mano propria.

Io Giuseppe Motio a nome, e commissione di Ante-

Antonio Palosco Servo del sopradetto Sig. Vicario, per non saper lui scrivere, affermo, & attesto qualmente il d. Antonio con suo giuramento fu presente al suddetto successo, quale di proprio pugno ha fatto la presente Croce ✠

Attestatur N. Joseph Caimus filius q. D. Christophori publicus Apostolica Imperiali auctoritatibus, ac de Collegio Mediolani Notarius habit. Oppidi Vailati Giara Abdua Ducatus Mediolani, Cremonensis Diœcesis, vidisse fieri supraseriptas subscriptiones, easque fuisse factas in mei Notarij præsentia manu propria ultraseriptorum A. R. D. Don Hieronymi Morlaadi, ac R. D. Hieronymi Melgazzata, & Joseph Motij nomine, quo altra respectivè, & debitè retroscripto, eisque esse tales quales se subscripserunt, ac fide dignos. In quorum fidem me subscripsi die, mense, & anno suprascriptis, &c.

Ponendum est hoc capite, nec est prætereundum quod sequitur, quamvis re vera pigeat non priùs ad manus nostras pervenisse notitiam solemnissimæ translationis sculptæ Imaginis Beatæ Mariæ Virginis Dolorosæ celebratæ in Ecclesia nostra S. Hieronymi de Como die 16. Sept. anni 1714. In qua D. D. . . . . . Olgiati Episcopus Novocomensis tota concurrente Civitate, atque unà cum D. Abbate D. Aloysio Turcone, Personis quibusque conspicuis ejusdem Civitatis assistentibus, idem D. Episcopus in nostra Ecclesia, celebrato Augustissimo Sacrificio, solemniter Imaginem benedixit, inde coram inoumero populo intereffente de laudibus B.M. V. ejusque Dolorum proficua devotione, necnon de ejus Ordine Servorum pancgyrim eruditissimam non minus quàm piissimam edixit. Post meridiem verò ejusdem diei per nobiliora Civitatis Loca eadem SS. Imago Clero, Societatibus, ac Magnatibus omnibus cum accensis cereis in manibus illam comitantibus, tympanis, tubis, ac musicorum choris canentibus, & psallentibus deducta est; Undique superbissimi apparatus aspiciebantur, undique boatus tormentorum bellicorum perstrepebant; totamque cingebant numerosissimam processionem armati milites præsidij Germanici, lætitia inenarrabili fidelium omnium corda replente.

Dolorosa Virgo Novocomi honoratur

Completa verò solemnitate Imago Sanctissima honorificè reposita fuit in Augustiori Cappella novitèr creata in eadem Ecclesia nostra.

Non prius, quàm hoc anno relata nobis fuere Gesta gloriosa, & pretiosa Mors Sororis nostræ Mariæ Joannæ nuncupatæ *del Conte* [ut mihi supponitur] de Mediolano, quæ accidit die 27. Januarij anno 1715. Ab ineunte Adolescentia sua B. Virgini ultra modum devota fuerat; unde quadam nocte [ut ipsamet pluries asseruit] inter somnum, & vigiliâ sibi audire visa est ipsammet Cœli Reginam dicentem *Teresa* [hoc erat illi nomen in seculo] *veni ad inserviendum Filio meo in domo mea de Vailate; hæc est mea, Filijque mei voluntas.* Expergefacta postmodum cùm nobilium gentium esset locus Vailatæ nesciret [morabatur etenim eo tempore unà cum Matre Vidua in *Mortara*] vocationem suam Genitrici simpliciter aperuit. Consensit illa, ut erat pia fœmina, ne Dei voluntati obsistere videretur, & in dicto Monasterio de Vailate sub titulo Sanctissimæ Conceptionis B. M. V. Ordinis nostri; hodie nuncupato S. Mariæ Gratiarum ob insignes Gratias à Fidelibus B. M.V. intercessione obtentas, Filiam libenti animo adductam dimisit, quæ die 25. Julij anno 1669. Habitum Religiosum B. M. V. assumpsit cum nomine sororis Mariæ Joannæ, & in eodem Monasterio solemnem emisit professionem die 27. Julij anno 1670. Monialis effecta multis clarere cœpit virtutibus, sed præcipuè charitatis, & mansuetudinis erga proximum, resistente non parum ejusdem naturali temperamento satis fervido, sed assiduæ mortificationis studio, sibi vim faciendo ad virtutem redacto, quare nullâ injuriâ quamvis lacessita conturbabatur, adeò ut etiam injuriantes excusaret. Temperantiâ ciborum fuit non parum laudabilis; in eis quippè sumendis non tantùm parcissima, sed etiam si quid insipidum ingratumve foret, id oppidò palato suo suavissimum deprædicabat, & sapidissimum; de nulla re dolebat, Sorores omnes excusabat, nulli particulari amicitiæ addicta, singulas æqualiter reverebatur, alloquebatur, tractabat affabiliter, sed maximè in quolibet genere vel tentatas, vel afflictas, quæ ad eam recurrebant, mirum in modum solabatur; nec tantùm intra domû, sed extra quoque pauperibus, & infirmis omnibus maximoperè compatiebatur. Puerum Jesum ejusque Nativitatis Mysterium præceteris colebat, & ante depictam ejusdem mysterij repræsentationem non raro magnam noctis partem meditando, & contemplando insumebat, quod & ante Divinissimum Sacramentum, & ante imaginem Crucifixi, Virginisque septem plagis in corde sauciatæ devotissimè præstabat. Erga Custodes Angelos mira devotione afficiebatur, adeò ut quoties aliquam ex Sororibus, etiam sibi inferioribus obviam haberet, toties profundè se inclinaret, ejusdem Angelum salutans. A' Deo per annos circiter 25. desolationibus internis, & ariditatibus tentata, ita æquanimiter omnia sustinebat, ut à lamentationibus cunctis alienissima semper eamdem vultus hilaritatem præseferret. In omnibus Actis suis coram Deo simpliciter ambulabat; nihilque de consuetis Exercitijs spiritualibus etiam eo tempore diminuebat; Ex ejus ore nullum umquam verbum prodijt, quòd non ædificaret proximos; de puero Jesu, ac de Beatissima Virgine dulcia ferè semper miscens colloquia. Humilitati maximoperè addicta superioritates omnes summo studio respuebat, se ineptam omninò asseverans, suosque natura-les

Ejus vocatio ad statum Religionis B. M. V.

Ejus virtutes

les defectus in publico Capitulo coram Prælato detegebat, ne assumeretur ad dignitates; nec satis referri potest quantam sui cordis, ac vultus quoque confusionem passa fuerit, cùm Officium Vicariæ subire bis coacta fuit. De singulis Sororibus optimam in mente servabat existimationem; at si quando errantem vidisset, mira dexteritate familiarem cum ea sermonem introducens, illam omni charitate de suo errore admonebat. Singularibus à Deo favoribus illustrata, plura futura prædixit. Cùm esset ætate grandæva, pluribusque diù vexata infirmitatibus, præcipuè morbo articulari, assiduè in lecto detinebatur, eique Soror Maria Fortunata Novati, quæ erat ætatis annorum circiter 48. & Infirmarum curam gerens, diligenter ac summo amore inserviebat, maximè præ magna ejusdem Sororis Mariæ Joannæ pietatis existimatione; Familiares itaque cum præfata Maria Fortunata sermones commiscens eadem Maria Joanna dixit aliquando: *Vidi hac nocte coram me præmultas Cruces, quæ [ut mihi dicebatur] pro Sorore Maria Rosalia destinatæ fuerant. At ipsa Maria Rosalia, cùm ad tantum pondus ingemisceret, accessit Soror Constantia Seraphina Manusardi, & apprehensis crucibus eas singilatim ponebat seorsim, donec arreptâ pro se Cruce ex illis grandiore abiit.* Eodem anno 1715. ac de mense Augusto prædictio Sororis Mariæ Joannæ adamussim verificata fuit; etenim cùm plenis vocibus eadem Soror Maria Rosalia ad Officium Prioratus electa fuisset, nec adhuc præscriptam à sacris Canonibus ætatem haberet, D. Episcopus Cremonensis ejus electionem confirmare minimè voluit. At cum Sorores nullo modo electionem à se factam commutare vellent, ad Episcopum electio pro illa vice devoluta est, qui præfatam Sororem Constantiam Seraphinam Manusardi in Officio illius Gubernationis elegit, confirmavitque. Tunc eadem Infirmarum Custos Maria Fortunata. *En verificatio somnij Sororis Mariæ Joannæ* (ait publicè coram omnibus) *quia Soror Maria Rosalia à multis Crucibus allevìata est, & Soror Maria Seraphina grandiorem pro se tulit Crucem.* Eidem quoque Sorori Mariæ Rosalia dixit Soror Maria Joanna secretò, *Vidi quemdam Prælatum, qui Mariam Rosaliam induebat habitu quodam Reformationis Ordinis, & aliæ circumcirca Moniales adstabant, quæ precibus ad eumdem habitum admitti enixè postulabant, quæ tamen exauditæ minimè fuerunt.* Et alia multa prædixit, quæ per inadvertentiam memoriâ exciderunt. Pluries à B. V. visitata fuit, ac tempore infirmitatis ad recitandum Officium, & preces consuetas adjuta, quam etiam vidit manè Sorores omnibus benedictionem impartientem. At verò cùm ex humilitate cordis opera multa bona, multasque cœlestes consolationes ex industria occultaret, plurima soli Deo, & Angelis nota sunt. Ingravescente autem infirmitate, quam in-

Futura prædicit visionibus illustrata.

Apparitionibus B. M. V. sæpè dignata.

A credibili patientia ferebat, erga Custodem Infirmariæ semper grata, subitò interrogavit quænam dies curreret; ac respondentibus Sororibus adesse diem 24. Mensis Januarij, quæ erat feria 5. *Gratias Deo* [reposuit] *in proximo die Dominica cum ipsa inveniar ad laudandum Dominum, ejusque Sanctiss. Virginem Matrem.* Ad Sororem verò Mariam Fortunatam [utpotè sibi familiarem] dicebat per diem antequam animam Deo redderet: *Vidi Beatissimam Virginem Dei Matrē ornatam veste pretiosissima variis floribus opere phrygio contexta, qui flores viridi colore splendebant omnes, eamque mihi dicentem audivi: Eia Maria Joanna, tu mihi hanc vestem operibus tuis sanctis elaborasti; At tu, amica mea, ne umquam me vel vivam, vel mortuam laudaveris,*
B *obsecro te, contestorque; verè etenim peccatrix sum coram Domino nimis.* Adveniente verò die Dominico receptis jam extremis Sacramentis adeò spiritu, viribusque defecit, ut penè mortua videretur, nec tamen aderat ad huc P. Confessarius, qui celeriter vocatus fuerat. Quare accedens ad aures ejus Priorissa Conventus nomine Soror Laura Isabella Negri; *Soror Maria Joanna* [alta voce dixit] *Sicuti per totam vitam obediens fuisti, ita & nunc obedias non moriendo, priusquam à P. nostro Confessario, benedictionem recipias.* Mirabile dictù! quæ omnibus destituta sensibus apparebat, illicò aperuit oculos, labia movit, ac de morte ad vitam rediisse [omnibus admirantibus] visa est, donec ingresso Cellam
C ejus Confessario, atque ab eodem accepta benedictione placidissimè in Domino obijt die Dominica 27. Januarij anno 1715. statimque os ejus quasi in actu ridentis apparuit, vultum Angeli magis quàm fœminæ præseferens, ita ut Soror Maria Rosalia, quæ ejus corpus lavit, & aptavit ad funus, asseruerit illud omninò tractabile, & absque consueta membrorum rigiditate remansisse: nec de more effectus horroris in illo tractando, sed potiùs devotionis, ac pietatis in se expertam fuisse. Insequenti die Lunæ hora 18 exequiæ de more celebratæ fuerunt, & adnotarunt unà cum P. Confessario celebrante cæteræ Moniales, quòd à tempore incensationis corporis, facies ejus rubicunda maximè in labijs
D conspecta est, nec desijt color ille, nisi postquam horâ 20 ejusdem diei sepulturæ corpus traditum est, semperque palpabile, nec rigidum, uti solet in cæteris, adinventum est; Insuper attestatur Soror Alexandra Teresa Croce, quòd exequiarum tempore ad aures illius accessit ad eam alia Soror, quæ multis à Deo specialibus afficitur illustrationibus, cujus reticetur nomen, eò quod adhuc vivat, & ait illi, *Scito Sororem nostram Joannam, dum nos ei canimus Requiem, illam gaudere in Gloria.*

Etiam moriens obedientiam servat.

Defuncta rubicundum colorem præsefert.

Huic fidelissimæ relationi octo ex præfatis Monialibus cum juramento se subscripserunt, recognitâ manu à publico Notario, ut infra.

Atte-

Attestor ego Joseph de Ponte filius q. Bernardini ex Rectoribus Vailati Diœcesis Cremonensis publicus Apostolica auctoritate Notarius, prædictas subscriptiones singulas factas fuisse manu propria dictarum RR. Monialium, scilicet Suora Constantia Serafina Manusurda Priorissa, Suora Imperia Catharina Donesana Vicaria, Suora Alma Cœlestis Cerra Discreta, Suora Laura Isabella de Nigris Discreta, Suora Apollonia Josepha Bonetti Discreta, Suora Maria Fortunata Novati, Suora Maria Rosalia Grossi, necnon Suora Alexandra Theresia Cruce, & esse tales, quales se subscripserunt; & pro fide Vailate die 7. Maij 1716.

De Fundatione autem hujus Monasterij de Vailate satis dictum est ad annum 1511. Cætera verò, quæ pertinent ad decorem hujus Monasterij, unà cum alijs specialibus favoribus examinata ritè, & approbata fuerunt per plures doctissimos Viros, uti per monumenta, quæ dicuntur extare apud egregium Doctorem Dominicum Tavazzi Rectorem Seminarij Laudensis, ac Directorem amantissimum illius Monasterij.

Inter cæteras verò Sorores, quæ in eodem Monasterio cum fama sanctitatis ex hac vita decesserunt, nominantur.

Soror Paula Theodota Cerri miræ humilitatis fœmina, quæ pluries in Officio Priorissæ Monialibus subditis multarum virtutum specimen dedit, ac demum incredibili animi sui conformitate cum Divino beneplacito obijt in Domino die 5. Januarij anno 1694.

Soror Conversa nomine Maria Annunciata Negroni simplicitatem cordis perfectissimam à Deo consecuta fuerat, adeò ut octo tantummodò annorum spatio, quo vixit in Monasterio, ad apicem perfectionis Regularis ascenderit; & Divinæ Præsentiæ habituale exercitium adeò constanter possidebat, ut etiam dormiens illum minimè interrumperet, ex attestatione sui Confessarij, quam dedit post ejus mortem, quâ obijt die 14. Aprilis anni 1704.

In Monasterio quoque Reformatarum Virginis Dolorosæ Ordinis Servorum B. M. V. dictæ *S. Maria del Pianto* existente in Civitate Venetiarum elapsis annis obijsse mihi refertur hoc anno Monialem quamdam eximiæ virtutis nuncupatam Mariam Angelicam Confortinari; Hujus gesta Sermone vernaculo descripsit accuratè Monialis Abbatissa Monasterij ejusdem non sine Soror Maria Innocentia, quæ profitetur se omnia quæ scribit, oculis suis vidisse, vel in virtute salutaris Obedientiæ ab ipsamet Sorore Angelica rescivisse, mandantibus D.D. Petro Schiavina Vicario Patriarchali, & P. Jo. Baptista Basculo Confessario ejusdem Monasterij, cùm alia permulta de præcipuis à Deo huic famulæ suæ impartitis favoribus ignorentur.

Sororis Mariæ Angelicæ Confortinari gesta.

Orta est igitur Soror Maria Angelica in Montagnana Terrâ conspicuâ Patavinæ Diœcesis anno 1645. Ejus Genitores fuerunt D. Bernardinus Confortinati, & D. Oliva ejus E Uxor. In Baptismo, quem recepit die 27. Junij ejusdem Anni nomen Joannæ Mariæ sortita est, ac pijs moribus educata, excellentis spiritus, ac singularis prudentiæ in ipsamet adolescentia indicia præbuit, adeout ejusdem Genitrix in agendis propriæ domus negocijs sæpesepiùs à filia consilia exquisierit.

Ejus ortus, & Vocatio ad Ord. Servor. B. M. V.

Lectioni spiritualium librorum incumbens accidit aliquando, quòd in ætate puerili perlegendo Sanctarum Virginum Gesta exarserit in ea de repente, non sine Divino afflatu, desiderium vehemens Deo intra Claustra Religionis inserviendi. Quare domo sola exiens ad Monasterium Religiosorum, quod in illa Terra existebat, citato gressu se contulit; at propè Ecclesiam advenientes illam aliqui F ex Religiosis, qui totam ejus familiam benè noverant; *Bella Figliola* [dixerunt ei] *et quò vadis?* At illa, *ut Religioni addicar*. Riserunt Patres, innocentemque puellulæ simplicitatem admirantes, eam blanditijs adductam ad Ecclesiam comitati sunt, atque Amitæ suæ, ibi fortè fortuna existenti, illam consignarunt, quæ domi paternæ eamdem restituit. Mater verò cum filiolam interrogasset, quò tandem itura esset, blandè reposuit „ *a farmi Frate*; quo audito Genitrix nè à domo clàm exeundum assuesceret, aliquantisper eam ferulâ percussit; id quod ipsa postea, Monialis jam grandæva, ridens referebat Sororibus suis, *Videte Sorores*, dicens, *etiam pro voluntate bene faciendi pœnas reportavi*. G Adhuc puella sæpè clàm jejunabat, ciboque assignatos occultans pauperibus dispensabat, quòd si de manè cogeretur aliquoties à Genitore ad sumendum jentaculum matutinum, bellè respondebat: *Ah Pater mi, comedere adhuc non possum, quia consuetas preces non recitavi*: Quin imò etiam in pane, & aqua non semel jejunabat; ac ne Genitores id adverterent, ideoque ab illis impediretur, cum puero fratre pepigerat, ut sæpè in mensa existens ad illam accederet, eique quasi ludens ciborum sibi à parentibus traditorum portionem porrigebat. Audijt aliquando à Matre notæ pietatis fœminâ, quòd ad obtinendam Paradisi Gloriam perveniri minimè poterat, nisi priùs integrum cineris starium comedendo H do; intelligebat utique ipsa per multas tribulationes obtinendam Gloriam. At puella rem materialiter apprehendens [erat enim simplicissima] cinerem inter epulas clàm adhibebat, quem morem usque ad ingressum Religionis constanter retinuit. Adolescentula annorum 14. à Patre in Monasterium prædictum S. Mariæ de Planctu Ordinis nostri Reformati pro educatione collocata fuit, cùmque filiam ipsemet interrogasset, cujus coloris optaret vestes pro Ingressu Monasterij, gratiosè respondit: *Quæso, Pater mi, ut omnia mihi colores viridis accipias; nam spei plena Monasterium ingredi cupio.* Ei verò Monialis jam effecta dicere postea solebat ad pro-

Innocẽtia ejus pueritia.

priam

priam confusionem: *Explicare verbis non possum quantâ consolatione Monasterium hoc in gressa fuerim, mihi certò suadens, illicò me sanctitate pollendam fore; & ecce totum contra meâ culpâ succedit.* In ipsa die pro ingressu destinatâ diluculò surgens se læta composuit, cumque è domo exiret, in ipso limine pulvetem pedum excussit, dicens: *Manete hîc paterne domus, & Mundus, nihil mihi vobiscum deinceps erit, nec ampliùs vos aspiciam.* In Ecclesia S. Fantini, in qua Confessarium fuum Ordinarium retinebat, Sacramenta Confessionis, & Commonionis accepit, ac demum obtenta ab eodem Confessario speciali licentiâ, ac benedictione ad Ecclesiam nostram perrexit, ibique ad Atam majorem iterum accepta Sacerdotis benedictione, necnon aliquibus præcipuis precibus de more recitatis, ipsius Genitrix ad filiam accedens eam in fronte osculata est, & ait, *Vade filia in pace, benè age cum Deo, & hominibus*; interim emittens tenerrimas ab oculis lachrymas in amplexu dilectissimæ Filiæ, quæ & ipsa Matrem Amatissimam deferens, aliquas amori dedit lachrymas; at subitò spiritu confortata, sibique vim faciens ad sponsum suum Jesum conversa est; &, *Tu*, inquit, *Jesu mi solus mihi et Pater, & Mater eris*, atque oculos ad Altare dirigens nullum amplius è mortalibus aspicere voluit; donec consummatis precibus, oculis ad terram defixis, manibusque ad pectus cancellatis versus Monasterii portam petrexit, eamque ingrediendo tantâ mentis constantiâ consuetos versus facros decantavit, ut omnes Adstantes non minus gaudio, quàm admiratione perfunderentur. In ingressu verò D. Petrus Schiavina ejus Confessor, qui postea Vicarius fuit D. Patriarchæ Venetiarum, sic Moniales affatus est, *Hanc vobis trado spiritualem Filiam veluti ceram Virginem, in qua virtutes omnes faciliter imprimi valent.* Quòd accidit die 2. Julij 1661. Visitationi Beatissimæ Virginis consecrato, transactisque ab hoc octo diebus, habitum primum Novitiarum lætissima assumpsit. At verò Satanas hanc Adolescentulam adversariam contra se potentissimam prævidens, illam variis artibus impugnare non destitit; et modò intolerabilem jugum Religionis ei repræsentans, modò Monialibus infirma sanitate præditam esse persuadens, ex eo quòd cibos omnes nausearet, ac ferè miraculosè viveret, à Religione illam abstrahere conabatur. Sed in his omnibus vicit ejus constantia, simplicitas, patientia, et humilitas, quâ numquam se excusabat, vel etiam mortificationibus, quamvis innocenter sæpè sæpiùs affecta, nullum umquam aut indignationis, aut tristitiæ indicium præseferebat. Quare completo primæ probationis Anno die 13. Mensis Julii Anno 1662. Habitum Dolorosæ Virginis Mariæ accepit ingenti cordis sui lætitia, ac demum æquali virtute, modestiâ, constant â, obedientiâ, & humilitate

Monasterium S. Mariæ de plantu ingreditur

Ejus virtutes speciales

A transacto secundo novitiatus Anno ad Regularem solemnem professionem incredibile est quantis affectibus, ptisque spiritualibus exercitiis se præpararet, eamque die 22. Julij S. Mariæ Magdalenæ dicato devotissimè emisit: Post quam permultas ei permisit Deus probationes, ac tribulationes, quas brevitatis gratiâ prætermittimus, sperantes aliquando fore, ut exactiùs hujus Dolorosæ Virginis devotissimæ Filiæ gesta seorsim ad Dei Gloriam, nostratumque Monialium profectum in lucem edantur. Patientiâ fuit semper admirabilis pedum in perferendis injuriis, & imputationibus, in quibus ad Salvatoris exemplum, nec verbum quidem ad sui defensam proferebat, sed etiam in quibusdam symptomatibus, quæ ab anno 1668. per multos B menses eam torquebant adeo vehementer, ut sæpè sæpiùs absque sensuum usu tres fermè vel quatuor horas eam defererent, nullis interea proficientibus remedijs, nullo modo doleret. Accidit autem, ut orando, suamque tribulationem Deo simpliciter exponendo, dolens quòd ex iis symptomatibus exercitia Religionis sibi præpedirentur, audierit intus loquentem; *Obedientia te sola potest liberare*. Quare ad Abbatissam Mariam Innocentiam [quæ multa nobis ad hanc historiam subministravit] recurrens Soror Maria Angelica; *Mater*, inquit, *indubitanter credo, quòd si Reverentiæ Vestræ placeat jubere, nè ampliùs hæc accidentia patiar, immunis ero ab hisce symptomatibus*. Stetit Abbatissa, rem secum C maturius perpendens. At cùm Maria Angelica paucis ab inde diebus ad eam advenisset, significans [ut in more habebat de singulis ad se pertinentibus illam informare] se in proxima dispositione consuetorum accidentium reperiri manifestavit: Tunc Abbatissa occasione arreptâ, *nolo*, inquit, *ut hæc accidentia ullo modo te inquietent, nec solùm in hoc instanti, sed nec ullo umquam tempore deinceps, nisi præcedat expressa obedientia*. Credidit ipsa sermoni, & neque tunc, neque in posterum oppresserunt illam consueta symptomata, et si quando aliquam in se commotionem sentiret, illicò ad Abbatissam recurrens, et audito præcepto, ab omni symptomate præservabatur immunis. Quare ad con-D sueta Monasterij exercitia rediens, accidit die 18. Martij anni 1678. cùm in lecto quiesceret, initia persensit eorumdem symptomatum. Ipsa verò fide plena dixit intra se; si Obedientiæ non placet, nil poterunt hæc accidentia; eodemque temporis momento oculos aperiens, vidit penès lectum suum magnæ molis Capram, quæ sic eam turbulenter affata est, *volens, nolens symptome patieris nil valente obedientia*, at illa in Deo confisa, timoremque repellens omnem; *eh nequam*, reposuit, *non erit, ut vis, Obedientiæ, namque virtus adeò potens est, ut etiam Filius Dei obedierit, factus obediens usque ad mortem*; His auditis Infernalis bellua statim aufugit è Cella,

Obedientiæ vis efficax.

la; Soror verò Angelica è lecto consurgens eam oculis insequebatur, ut videret finem; E aspexitque capram per Domitorium saltantem, quæ cùm ad Cellam Abbatissæ pervenisset, illicò evanuit, adeoque Soror Angelica Victrix in virtute Sanctæ Obedientiæ remansit.

Dæmon eam exterret.

At inimicus eam iterum adorlri tentavit, nam insequenti nocte, cum aliquatenus timeret ad cellam propriam accedere, ab eadem Abbatissa confortata, Imaginem Beatissimæ Virginis in charta recepit, quam secum in Cellam asportavit ad auxilium contra Satanam obtinendum, qui majori ardens invidiâ circa quintam horam noctis ad januam ejus Cellæ iterum comparuit in forma lupi oculis, ac naribus ignem spirantibus. A' somno excitata Soror Angelica aliquantisper inhorruit; at spe B. Virginis confisa, Imaginem ejus, F quam in lecto tenebat, manibus arripuit. Infremuit Dœmon, ac mille maledictiones in Sororem, & in Abbatissam invehens, minitatus est se velle eam incedere, si quando ad stabulum illud [intelligebat impius Oratoriolum, in quo sæpè Dolorosæ Virginis Imaginem venerabatur] accederet. Risit illa, & ad Mariam confugiens exspuit in Dœmonem, qui plenus irâ propriis unguibus accepit ignẽ ex proprio ore, & naribus promanantem, eumque super lectum jaculavit, unde stragulum, & habitus incendi cæperunt; Quod illa videns murum lateralem percutiens, contiguam Sororem accivit nomine Mariam Mansuetam, quæ accurrens, Incendiumque admirata, illud extinguere conabatur, advertitque G ignem illum non comburere, sed tantùm horrendum sulphuris fœtorem patere nedum in Cella, sed etiam per totum Dormitorium, admirantibus Sororibus omnibus, quæ ad horas matutinas surgentes causam hujusce novitatis ignorabant, nec eis aperuit Soror Angelica, cujus admirandam animi constantiam obstupuit Abbatissa, & Confessarius, qui soli certiores hujus rei facti fuerunt; etenim cùm eàdem nocte de more surrexisset ad matutinum, et disciplinam de Cella sumere oblita esset, attamen omni timore postposito, sola ad Cellam perrexit, & ad Chorum rediit imperterrita, & inde post matutinum ad quiescendum, quod in tenerrima Virgine nonnisi ad Obedientiæ virtutem referri potest, H opitulante speciali Divina Gratia. Longum esset omnes astus Dęmonis, & infernales impetus referre contra Servam Dolorosæ Virginis attentatos modò ignem, modò lapides contra eam jaciendo; majores interim internas tentationes ingerendo contra Obedientiam, & simplicitatem in aperiendis Abbatissæ, & Confessario omnibus internis cogitationibus cordis, quibus semper resistentem impellebat eam violenter ad terram prosternere, sed frustra. Et profectò una vice sic permittente Deo, illam super pavimento prostervit, quod ipsa videns, ut inimicum humiliaret, contra eum sandalia projecit; at ipse confusus aufugiens ait, *projecisti? non recuperabis*. Et quidem nullo vel loco, vel tẽpore sandalia illa amplius reperta fuere.

Consueverat Soror Angelica visitare quàm sæpissimè, ut innuimus, Oratoriolum ad venerandam ibi existentem Virginis Dolorosæ Imaginem, id quod Dœmonem summoperè torquebat: Quamobrem mille utebatur artibus ad impediendam hujusmodi devotionem, assumens aliquando formam Matris Vicariæ, aliarumve Monialium, ut eam à tali visitatione vel impediret, vel dissuaderet; at illa Divino lumine malignos astus eludebat: Quod cum una die iterum accidisset, & tamen detectis Inferni machinis ad Oratorium imperterrita pergeret, ad januam Chori, per quam iter ad Oratorium patebat, in forma F horribili Dœmon in limine stratus apparuit, ut ingressum impediret.

Infestum Dęmonẽ sæpe fugat.

At illa depositis sandalibus signo Crucis se munivit & magna fide recitans illud psalmi 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem*, calcato pedibus hoste maligno suę devotioni satisfecit, ex quo Dœmon adeò irâ exarsit, ut quamvis confusus tunc aufugerit, variis tamen artibus illam inquietare numquam destiterit: Sæpè formam Monialis alicujus assumens, Imponebat, ut quædam gravia onera portaret consignanda vel Abbatissæ, vel ejus Vicariæ, quibus non sine proprio Incommodo allatis, id ab iisdem nullatenus fuisse præceptum agnoscebat, sæpiùs tamen illam visibilibus, ac deformibus G speciebus affligebat, sulphureum, tetrumque odorem semper præmittens, & si quando verba formaret, ad destruendam exactam obedientiæ executionem illa maximè tendebant. In cella manens quadam die, illicò comparuit ei formosissimus aspectu veluti Angelus Dei, & blandè sic eam allocutus est, „ *Soror Dilecta Angelica, si cupis illius gloriæ, quâ nos fruimur, esse particeps, oportet, ut tibi persuadeas obesse multum ad tui perfectionem delicatam illam obedientiam, quâ motus omnes tuos internos Abbatissæ, ac Confessario nimis exactè refers. Etenim cùm ex hac imprudenti tua revelatione secretorum cordis consolationem assequaris, ingenti meritorum cumulo te privas, quem certissimè consequereris tacendo, & crucem tolerando*. H At illa cœlesti lumine illustrata „ *Vade retrò Satanas*, ait, *non sunt hæc profectò consilia Angelica, quæ obedientiam destruunt*; quo audito dentibus fremens fictus Angelus evanuit. Alia vice comparuit illi formam sancti ac modestissimi Eremitæ repręsentans, & dixit ei, *Soror Filia, quòd ego vivens Eremum incolui, nec sub alicujus Obedientiâ vixi, nullique Directori spiritum meum aperui, & tamen, vide, quantâ gloria nunc perfruor?* Agnovit ipsa dolum inimici, unde, *O Beate Eremita*, dixit, *quæso te, munda vas illud, existens subter lectum* [erat quippe vas immundum] Hoc modo detecta est superbia Luciferi, qui magno strepitu

pitu

pitu aufugit, solùm dolens Angelica, ne fortè Sorores audito strepitu expavissent. At nulla ex Monialibus, præter ipsam, rumorem audijt. Alia vice cum ex obedientia conclave ignis dealbaret, apparuit illi mœstissimo vultu Genitrix jam defuncta, *Et usquequo filia charissima, in ardoribus Purgatorij me derelinques? cum nihil pro me suffragia pati velis? sed omnem afflictionem internam, ut non substineat, Abbatissæ manifestat, ut solatium accipias!* Substitit illa aliquantulum Matrem commiserans, sed virtute Obedientiæ, quæ tales omnes apparitiones spernere præceperat, superatâ repugnantiâ, penicillo dealbatorio, quem gestabat in manibus, vultum fictæ matris audacter aspersit quare Dœmon confusus aufugit. Alia vice, cum loca communia intrasset, vidit ante se quasi Cœlum apertum, in quo Beatissima Virgo splendoribus undequaque circumdata cum Filio Jesu inter ulnas apparuit, & ad eam dixit: *Soror Angelica nimis felicita et pro tua consolatione, si ad banc gloriam, quam aspicis, aspiras, oportet, ut patiaris internas tuas desolationes, nec omnia Confessario tuo, & Abbatissæ statim detegas, sic immensis meritis te privant.* Quibus istantijs a Deo illuminata Soror Angelica sic reposuit. *Etiam si oporteret, Paradisi gloriæ renunciarem, ut obedientiæ satisfacerem.* Audita responsione totus ille Paradisus disparuit, & ficta illa Domina cum Angelis suis in tetertimos Dœmonum vultus conversi sunt, qui ad terram Angelicam prosternentes, & ululantes omnes aufugerunt, impetuosè illam maledicentes, & improperantes, quòd vilissimum vermem vincere non valerent ij, qui tot homines insignes astu suo devicerant. Innumerabiles profectò erant insidiæ, percussiones, impedimenta cibi, & potus, quibus Dœmones illam occidere tentabant; attamen Obedientiâ Duce omnia vincebat, Interim admirantibus ejus imperterritam constantiam Abbatissâ ejusque Vicaria unà cum Confessario Monasterij, qui multoties de visu testes fuerunt. Unum verò ex posterioribus remedijs, & armis, quibus Soror Angelica hostes facilè vincebat, erat exercitium assiduum Divinæ præsentiæ, quam viva fide in suis Superioribus agnoscebat. Internas verò pessimas suggestiones, ariditates, tentationes, impedimenta in Sacramentis recipiendis a Dœmone procurata dinumerare quis poterit? adeò ut tota illius vita crudele fuerit martyrium à Dœmonibus [Deo sic permittente ad majorem cumulum meritorum] contra ipsam exercitum. Felis aderat in Monasterio mitissimæ naturæ, qui instigante Diabolo sæpiùs in Angelicam horrido aspectu insurgebat, detulit hoc Abbatissæ, quæ [ut ipsamet in harum narratione rerum fidelissimè refert] jussit feli in virtute salutaris Obedientiæ, nè ampliùs Monialem illam vexaret; O magna virtus obedientiæ! numquã deinceps animal illud contra Sororem Angelicam insurgere ausus fuit.

Ejus animi cōstantia emperterrita.

A Aliam addidit Deus huic famulæ suæ gravem exercitationem a Sororibus Monasterij; nam sæpe Dœmon ipsius assumens figuram plura patrabat contra Observantiam Regulæ; Quamobrem sæpiùs accusabatur ab ipsis apud superiores, variasque proinde [quamvis innocens] pœnitentias, objurgationesque subire cogebatur. Fraus hæc Diabolica non semel ab Abbatissa detecta fuit; etenim eodem temporis momento, quo ipsamet Angelica morabatur in Cella Abbatissæ, accusabatur illam deliquisse in alio loco, in quo reverâ non aderat. At illa nequè sic accusata se defendebat, solùm id addens: *Usque pejora merea.* Orabat assiduè pro persequentibus se, omnesque se humiliandi coram illis occasiones

B arripiens, hoc unum dolebat se illis esse, præter suam voluntatem occasionem perturbationis, & molestiæ, in hoc prorsus modum singularis patientiæ, quòd, ut Patres Directores ejusdem attestantur, numquam vel odium, vel aversionem quantumvis minimam contra proximum vel sibi infensum conceperit, quin imò tota ejus sollicitudo in hoc uno occupabatur, quomodo eisdem benefacere valeret, & omnibus quibuscumque se humiliaret.

A' Beatissima Virgine mirificam aliquando consolationem accepit; quod accidit tali modo. Tres integros menses, & ampliùs Inferni persecutiones infensissimas passa fuerat Soror Angelica, cum adveniente fine istius-

C modi terribilissimæ, ac tormentosissimæ probationis, ultimum posse datum est à Deo Satanæ, ut Famulam suam patientiâ exerceret. Appropinquante igitur Festo S. Jo. Baptistæ, die natalitio Sororis Angelicæ molestias adeò graves accrevit Tentator, ut quid sibi agendum esset penitùs nesciret, afflicta, desolata, arida; solùm illi remanente præsidio sanctæ Obedientiæ, vi cujus omnia Superiori suæ fideliter referebat. Aderat ergo in Cella Abbatissæ tertia circiter hora noctis, cùm subitaneo oppressa timore ultra consuetum, deliquium pati videbatur, quare tremula, debilique voce dixit Abbatissæ. *Ab Mater, Dœmonem aspicia, qui tridente adunco ferrea existeus extra Cellam hac nocte me attrahere vult*

D *in perditionem.* Hoc audito jussit Abbatissa afferri Culcitram stramineam, in qua penes lectum suum illa nocte Soror Angelica decumberet, ut factum est, adiectâ illi consocia Sorore altera; vix quietem aliquantulam cæperat, quando repentè pedibus attracta, extra culcitram ei rapta fuit, inde in altum levabatur, postea prosternabatur, absque eo quòd plures Moniales, quæ ad nutum Abbatissæ veloces accurrerant, id ullo modo impedire valerent. Et verò quid tempore raptus illius actum fuerit, potiùs est, ut ijsdem verbis referatur, quibus ipsamet Soror Angelica ex præcepto Obedientiæ præiaudati Vicarij Patriarchalis D. Petri Schiavina retulit Abba-

tissæ nativo sermone: *Quando vi dissi Madre, che il Demonio era fuori della porta della Cella con quel rampino, che mi voleva strascinar via in quella notte; dopo d'averlo detto in un momento mi partiva non essere più in Cella, ma in un luogo grande, scuro, e tutto fuoco, nel quale vi era un gran numero di Demonij in forme orribili, minacciandomi terribilmente, e nell' istesso tempo mi furono tutti addosso, e mi percuotevano, e mi strascinavano, e principalmente m' era di gran tormento, quando mi venivano sotto la schiena, e con loro granfie mi sollevavano alta da terra; non potevo quasi più respirare, mi ritrovavo morta nelle mani di costoro; non avevo cognizione, che ivi fossero le altre Monache, stavo però sempre confidata nel Signor Iddio, e nella protezzione di Maria Vergine, che vedendomi non potevo più resistere, si degnò di sollevarmi allora quando vi dissi* nò li Padre, *incominciavo sentire la consolazione, che mi comparve la Vergine Santissima in Trono di Maestà d' una bellezza, che non posso esprimere quale fosse: vedevo come sotto un lucidissimo velo tutto il suo santo volto: A tal comparsa si atterirono li Demonij, e pareva non sapessero dove fuggire; allora la Vergine Maria si rivolse a loro con grandissimo Imperio, e gli disse* „ Imperat tibi, Satana, dulcissimus Filius meus Jesus Christus, *Oh Madre! a queste parole parve che tutti que' Demoni si precipitassero in una gran caverna oscurissima, in un sosfio non si videro più, e in questa fuga mi minacciarono. Annichilati questi maligni, la nostra Cara Madre Maria m' ha consolata con l' esortarmi alla perseveranza nella S. Obedienza ec. e poi dataci la benedizione a tutte noi sparì, lasciandomi sicura promessa, che mai sarò dal Nemico Infernale così travagliata, anzi che non s' accosterà mai più al Monistero.*

Refert autem Abbatissa multa sibi revelata, mediante Sorore Angelica, concernentia ad Officium suum, quæ subsecuto postmodum effectu non parum profuerunt. Quamobrem in memoriam hujus Divæ Virginis apparitionis instituta fuit quotannis devota processio Monialium usque ad Cellam, in qua talis cōparitio facta est. Insuper addit eadem Abbatissa rem notatu dignam, quòd eo tempore, quo Soror Angelica vehementius à Dæmonibus torquebatur, recitabant aliæ Moniales coram ea sequentiam „ *Stabat Mater dolorosa*, cumque pervenissent ad illa verba: *O quam tristis, & afflicta &c.* elevavit vocem Soror Angelica, quæ prius absorpta erat, oculosque in cœlum fixos retinens, *ob quàm chara! quàm grata sunt hæc verba Dolorosæ Matri! ipsa quoque nobiscum eadem verba repetit.* Plures apparitiones, favoresque singulares obtinuit eadem Soror Maria Angelica à Beatissima Virgine, necnon ab Angelis Custodibus, quæ brevitatis gratiâ omittuntur, & à prædicta Abbatissa latiùs in suis manuscriptis recensentur; hoc addens, quòd si quandoque ipsamet Abbatissa indigeret operâ Sororis

E Angelicæ, cujus Cella non parum distabat à mansione Abbatissæ, rogabat ipsa humiliter unum ex duobus Angelis suæ custodiæ destinatis [quorum nomina propria retulerat ab eadem Sor. Maria Angelica] ut ipsam advocaret, & asserit ipsamet Abbatissa omni validioti modo, quòd mox comparebat Soror Angelica coram se, atque interrogata quisnam eam vocasset, ingenuè fatebatur, se ab Angelo ejusdem Abbatissæ præmonitam fuisse. Neque hac solùm occasione, sed & aliis permultis Angelorum apparitione, & consilio fruebatur, adeò ut ipsamet Abbatissa graviora persæpè evitasse pericula ex ejusdem Sororis admonitione fateretur.

F Unam ex mirabilioribus apparitionibus silere non patitur devotio erga benignissimam Dolorum Matrem nostram. Præcipua cordis præparatione celebrabat Maria Angelica diem Anniversariam, quo Habitum Dolorosæ Virginis assumpserat; quando recurrente die 13. Julij anni 1669. videbatur illi se ad Cœlum elevatam atque in ornatissimam sedem collocatam, quæ dicebatur parari cuidam illius Monasterij electæ Moniali [Abbatissa verò, cui ex obedientia id manifestabat, intellexit paratam sedem eidem Mariæ Angelicæ] Dum autem ibi sederet, videbat præparari omnia necessaria, ut habitu Dolorosæ Virginis eam induerent [erat in Cella ejusdem Abbatissæ, quando hæc fiebant] at illa *O Mater* [ad Abbatissam dicebat extra se rapta] *en*

G *venit ad me Regina Cœlorum Angelorum cætu sociata, ut me ad vestitionis locum perducat; Amoris, & gratitudinis Actibus, quoad potero, Reginam honorabo per viam. His utique ipsa Domina mea non eget ad gloriam; at mihi videor in corde meo illam ipsimet inscribere.* Interrogante autem Abbatissa an alij Sancti adessent in comitatu Virginis reposuit „ *Multitudo Seraphim adsunt, adest & S. Michael Archangelus, qui cor unius ex nostris Monialibus Virgini prædilecta in manu gestat. Insuper et Angelus meus custos, & vestri duo adsunt, ò Mater; S. Jo. Evangelista, S. Maria Magdalena, S. Maria Cleophe, Sancta Maria Salome, & S. Agnes:* hic quievit aliquantulum, et deinceps duobus Asteriscis signabi-

H tur, *O Mater en apparet, quem nunquam vidi, S. Ignatius Loyolæ cum veste alba ex Margaritis contextâ in signum puritatis, quam vivens ipse servavit; ast mihi meus Custos, si quis amat nosse Deum vadat ad Ignatium, in sordo huiusce Sancti aspicio quamdam litteram carbunculi colorem habentem, & in ea sculpta sunt insigniora Gesta Christi Jesu, quæ sanctus imitatus est, at radij, qui ex littera procedunt, Ordinis ejusdem Sanctos alios percutiunt, inter quos gemma pretiosa est Gloriosus Aloysius.* „ Hinc eadem Maria Angelica genibus ante Abbatissam inflexa „ *O mater jam ad Jesum pervenio, qui me interrogat, quid à me vis, sponsa mea charissima? Sanctissima Virgo me cantare docet quid respondeam.* Hoc dicto, alta voce cantare

tare cæpit: at verò Abbatissa metuens, ne à vicinis Sororibus audiretur, jussit, ut depressa voce caneret, quod & fecit obediens ita canens „ *Amantissime Jesu, sanctifica quæsò per sanctissima Membra tua omnia membra mea, & dealba me tu cruore roseo*. Tunc ad me conversa: *Mater præbe mihi cor tuum, ut illud Jesu offeram*? *O Mater dulcedine amoris langueo*; *Resonant omnes, & resonat etiam Ignatius sed ejs caracteribus, qui sunt in ejus corde*; *Vestitu deaurato, & cingulo Adamantibus ornato præcingunt me*: Et rursum cantabat: *Initium omnium Apostatarum est, quoniam dereliquerunt Deum factorem suum nescientes quia radix omnis mali est superbia*. O *Mater recentes hi habitus quàm pulchri sunt! coloris utique violacei, et carulei est Patientia aureis floribus ornata, & ex parte cordis adest subscriptio hæc*: *Jesus solus spes mea fiducia mea, in te solo confido, nunc capillos meos totonderunt, albo que velo caput meum circumdant*: Inde cantum repetens: *In abscondito cordis mei memor ero tui in sæculum sæculi*; *Ab Domine, si amplius ad terram non redirem! fiat tamen voluntas tua*. *Mater, mihi dicit Jesus, non omnia creduntur quæ consolationem ex obedientia producunt*. *Ab Mater langueo; sed oportet ut dicam; qui legerit hæc, Divino Spiritu replebitur*. Interim verò cum signum Campanæ daretur ad Chorum, ex Obedientia præcepit Abbatissa, Sorori Mariæ Angelicæ, ut ad sensus rediret, quod statim obediens adimplevit, & cum aliis Sororibus ad psallendum in Choro perrexit.

Quamplures similes raptus, & locutiones experta est Soror Maria Angelica, de quibus in M.S. in quibus hoc notatum, illam neutiquam recordari post raptum de verbis, quæ extra se posita locuta fuerat; ex quo arguitur illam non virtute naturali, sed cœlesti impulsa afflatu ea protulisse. Præterquam quod nec ullatenus se erigebat pro singularibus his à Cœlo sibi collatis favoribus, nec de his umquam nisi cum Superioribus, id sibi jubentibus, colloquebatur, imò has omnes apparitiones, & delicias spiritus pro nihilò habebat solis innixa virtutibus patientiæ maximè, & humilitatis; & quod est notabil ùs hę mentis alienationes subitò cessabant, quoties illi obedientiæ vacare contingeret. His etiam temporibus, quibus extra se rapiebatur multa futura prædicebat, quæ adamussim verificata fuisse infamet Abbatissa testatur; sicuti, & mortis suæ tempus non obscurè prenunciavit, que accidit die 8. Maii anno 1684. Relictis post se multarum virtutum odoramentis.

ANNOTATIONES IN CAP. VIII.

QUæ hic enarrantur, habentur in Archivio prædictorum Monasteriorum, & ex attestationibus fideli manu vel recognitis à publico Notario, vel collationatis à P. M. Jo. Baptista Chiappi Definitore perpetuo, ac Patre Provinciæ Venetæ nostri Ordinis nota integritatis Religioso, quarum exemplaria recognita extant in Archivo Cœnobij Florentini.

Romę approbatur Cultus B. Alexij. In Senario nova Ecclesia consecratur. Memorabilia pro Ecclesia de Florentia. Nova miracula B. Peregrini; Et Tipbernatum devotio singularis erga nostrum Ordinem.

CAP. IX.

POstquam perplures annos ad diligentissimam trutinam examinatus fuerat Romæ coram S.Congreg. Rituum processus efformatus Florentiæ, super Cultu immemorabili præstito B. Alexio de Falconerijs uni ex septem BB. Fundatoribus Ordinis nostri, pro quo emanaverat Sententia favorabilis lata per DD. Archiepiscopum Thomā Bonaventura ex Comitibus de Gherardesca, tamquam Judicem à S. Sede specialiter Delegatum, uti diximus ad annum 1712. Tandem hoc anno, maxime adjuvante D. D. Alexandro Falconerio S. Rotæ Auditore, & Almæ Urbis Gubernatore, qui & opera, & expensis Avitam domus suæ in Ascendente suo Alealo Gloriam promovere numquam destitit, emanavit approbatio ejusdem Cultus per Decretum speciale tenoris sequentis.

Sententia Cultus B. Alexij confirmatur.

Florentina Canonizationis B. Alexii de Falconeriis ex septem Fundatoribus Ordinis Servorum B. M. V.

SIgnatâ à S. M. Clemente PP. IX. Commissione Causæ Canonizationis B. Alexij de Falconerijs in statu, & terminis, in quibus eadem reperiebatur, & in illius executionem Vigore litterarum remissorialium, & compulsorialium de anno 1700. annuente etiam Sanctissimo expeditarum, constructo Auctoritate Apostolica Processu particulari in Civitate Florentina super Cultu ab immemorabili tempore dict. Beato præstito, & super casu excepto à Decretis S.M. Urbani PP. VIII. in Congregatione Sanctiss. Inquisitionis editis, ac prolata sententia à Reverendiss. Archiepiscopo Florentino Judice à S. Congreg. Delegato, eâque promulgatâ super eodem Cultu ab immemorabili tempore ipsi Beato præstito. Nunc ad humillimas enixasque preces Postulatorum hujusmodi Causæ [attentâ absentiâ Em. & Rev. D. Cardinalis Fabroni Ponentis] propositio per Em., & Rev. D. Cardinalem Ptolomæum dubio in prædicta S. Congregatione „ An Sententia Reverendiss. Archiepiscopi Florentini Judicis Delegati lata super casu excepto à Decretis Fel. rec. Urbani PP. VIII. sive super cultu publico ab immemorabili tempore eidem Beato præstito sit confirmanda in casu &c. & ad effectum, de quo agitur.

S. Rituum Congregatio audito prius tam in scriptis

scriptis, quam in voce R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, rescribendum censuit Affirmativè, si Sanctiss. Domino Nostro visum fuerit. Die 20. Novembris 1717.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctiss. Domino nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die prima Decembris ejusdem Anni 1717.

Fr. Card. de Abdua Præf.

Loco ✠ *Sigilli*

N.M. Tedeschi Ep. Lipar. S.R.G. Secr.

At enim, cum hæc sententia tamdiu ab Ordine nostro in Gloriam Parentum suorum concupita, & alijs sex ritè Beatificandis Fundatoribus inservire possit, ad instructionem posterorum hic addendum censuimus veluti summarium ex ipsomet voluminoso processu desumptum potiorum motivorum, quibus Sac. Congregatio mota fuerit ad approbandam Judicis Delegati sententiam, & sunt infrascriptæ.

Motiva, quæ suavere possunt alijs sex Beator. Fundatoribus.

Præter Cultum immemorabilem, seu centenarium ante Decreta Urbani VIII. quem jam suprà ostendimus; & ex quo firmatur unus ex casibus exceptis ab ijsdem Decretis Urb. VIII. alius etiam occurrit consistens in pluribus concessionibus, quas Apostolica Sedes, & S. Congregatio in confirmationem, & Ampliationem Cultus Beato, aliisque sex Fundatoribus exhibiti, largita est.

Martinus Papa V. in Bulla ad Fratres laicos, & Sorores Fratrum Servorum B. M. V. nedùm inscribit, Alexium titulo Beati, sed etiam ipsum adnumerat inter alios Sanctos, & Beatos ejusdem Ordinis Summar. num. 27. §. 25. pag. 43.

Idem Martinus V. & subinde Innocentius VIII. in tradendo, & confirmando respectivè regulam servandam à Fratribus, & Sororibus Servorum B.M.V. inter alia concesserunt, & approbarunt Orationem recitandam in benedictione indumentorum cum invocatione Beati, aliorumque Fundatorum, titulo Sancti. *Summar. d. nu. 27. §. 70. & 71. pag. 58.*

His accedit Paulus V. qui Anno 1615. per Breve speciale diversas Indulgentias elargitur Confraternitati sub Invocatione S. Mariæ Charitatis Septem Beatorum Fundatorum Ordin. Servorum B.M.V. *Florentiæ erectæ.*

Demùm adsunt Officia propria Sanctorum, & Beatorum ejusdem Ordinis impressa Mediolani anno 1623., & Romæ anno 1629. quæ à Sede Apostolica approbata fuerunt, & in illis habentur binæ Orationes cum invocatione Beati Alexij, aliorumque Fundatorum titulo Sancti, *recitandæ in benedictione habitus Religiosi, ubi etiam expressum habetur nomen Beati Alexij cum titulo Beati Summar. d. nu. 27. §. 80. & seqq. pag. 60. a terge.*

Et hæc omnia pariter leguntur non solùm in ijsdem Officijs impressis Romæ anno 1634. Bononiæ anno 1663. & iterum Romæ 1710. in quibus ex concessione S. Sedis Apostolicæ approbatis lectionibus in Anniversaria solemnitate S. Philippi Benitij leguntur hæc verba „ Cùm plures ex Beatis Fundatoribus adhuc viverent &c. *Sed insuper extat Ritus servandus in impositione habitus Servorum B.M.V. & in professione emittenda à Fratribus Novitijs d. Ordinis cum invocatione pariter Beati Alexij, aliorumque Fundatorum. Qui ritus, & formulæ prædictarum benedictionum, necnon Orationes, ut suprà recitandæ, extractæ fuerunt tum ex prædicto libello Religionis impresso Romæ anno 1634. in Typographia vaticana, tùm ex Breviarijs ejusdem Ordinis à S. Rituum Congreg. approbatis Summar. d. nu. 27. §. 119. pag. 66.*

Cùm itaque inter casus exceptos à Decretis Urbani Papæ VIII. cultus ille recenseatur, qui exhibetur, vel ex indulto Summorum Pontificum, vel ex permissione S. Congregationis, *ut in libello eorumdem Decretorum pag. 20. Cumque ex superiùs dictis comprobatum satis fuerit Cultum Beati confirmatum fuisse à pluribus Summis Pontificibus, & ab hac S. Congregatione, ex his cum alij duo casus ab ijsdem Decretis excepti in præsenti concurrant, faciliùs rescribendum speratur pro confirmatione sententiæ Reverendissimi Archiepiscopi Florentini, pro qua humillimè deprecamur.*

Quare &c.

Franciscus Antonius Fidatus

Revisa.

Jo: Zuccherinus Subpromotor Fidei.

Et quidem ad instructionem nostram facit quod idem Oppofiror D. Prosper de Lambertinis Promotoe fidei in suis Animadversionibus contra jura à nobis in Actis producta, & exhibita ingenuè fatetur: *Tertiò quia non minus hæc Tabula, quàm omnia alia documenta, quæ favent Servo Dei Alexio, favent etiam alijs sex Fundatoribus, & nemo est, qui instet, aut institerit pro approbatione Cultus immemorabilis eorumdem, &c.*

Id sedulò aoimadvertens in Romana Curia Procurator Ordinis nostri, tanta spe fectus, & tam optimo B. Alexij eventu excitatus fuit ad promovendam Cultus approbationem aliorum quoque sex Fundatorum, qui talem actantum in virtutibus, ac rebus præclarè gestis cum B. Alexio propinquitatem, & consortium habent. Hinc comunicato consilio cum D. Francisco Antonio Fidati uti Procuratore Religionis ab ipso electo ad promovendas in S. Rituum Congregatione caosas ad Ordinem nostrum spectantes, petijt, ab eoque obtinuit instructiones in scriptis ad finem conficiendi Processum coram Ordinario super cultu immemorabili aliorum sex BB. Fundatorum; easque ad meas manus transmisit; Cum à P. Vicario Generali electus essem speciali mandato, ut suo, ac totius Religionis nomine præfato cōficiendo processu tamquam causæ Procurator assisterem.

Io Monte autem Senario cum hoc anoo in ampliorem, & ornatiorem formam redacta esset illius Eremi Ecclesia, ex legato aliàs enunciato Dom. Equitis Prioris Donati de An-

Antella, per D. Episcopum Miniatensem P. Jo: Franciscum Mariam Poggi nostri Ordinis olim Priorem Generalem solemniter consecrata fuit, adjuvante maximè hanc consecrationem Serenifs. Cosmo III. M. E. D., qui eundo, & redeundo ad dictum S. Eremum lecticâ, & curribus suis eumdem Episcopum honoravit, & in nostro Conventu de Florentia omni lætitiâ, & pompa receptus fuit.

Ecclesia in monte Senario consecrat. Episcop. Poggi.

Prima vice quoque accessit hoc anno in præfato Conventu Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia P. M. Angelus Maria Ventura Vicarius Generalis Apostolicus totius Ordinis, & à Serenifs. M.D. Etruriæ eisdem honoribus, ac muneribus, quibus Antecessorem P.M. Castelli decoraverat, cumulatus est.

Ab eadem B. Virgine Annunciata pariter hoc anno Ecclesia, et Conventus noster de Florentiâ à maximo periculo immunes redditi sunt; cùm etenim die 26. Junij duo fulmina eodem ferè momento cum ingenti fragore Conventum, & Ecclesiam percusserint in locis maximæ ruinæ expositis, attamen non sine speciali Dei Genitricis Patronæ nostræ adjutorio nullum notabile damnum utraque ædificia passa sunt.

Ecclesia Florent. à fulminibus præservatur.

Ejusdem Beatissimæ Virginis præsidio adscribenda fuit Insignis hoc anno de immanissimo Christianorum hoste Turcarum Tyranno circa festum ejusdem in Coelum Assumptionis obtenta Victoria per Arma Cesareæ Majestatis sub ductu Serenissimi & pijssimi Principis Eugenij de Sabaudia, in quo terribili conflictu acies inimica ducentorum circiter millium pugnantium per paucos ex nostris devicta, cæsa in magna parte, & fugata penitus in reliquo est, acquisitâ omni militari munitione, & subjugata fortissima Arce vulgò *Belgrado* Capitali Provinciæ Serviæ cum alijs Civitatibus, pro quo memorando in æternum Beneficio toto Orbe Catholico Cœlorum Imperatrici humiles à fidelibus actæ sunt Gratiæ; in Ecclesia verò nostra Florentina præsentibus Serenissimis Principibus Cosmo III. M. D. et Jo. Gastonio Magno Principe Etruriæ solemni ritu, ac pompa, detecto Sacratissimo Vultu D. Annunciatæ in gratiarum actionem hymnus *Te Deum laudamus* decantatus est.

Victoria insignis contra Turcas ope B. M. V.

Eodem tempore nec cessavit B. Peregrinus impertiri novas Gratias, novaque patrare miracula, quibus expeditiùs ad palmam formalis Canonizationis pertingeret, quorum aliqua speciosiora hic recensebimus.

1 Quædam puellula nomine Joanna filia Hyacinthi Bellochi, & Floridæ de Tipherno cùm omninò sana, & vegeta degeret, inopinato eventu de Mense Septembri præsentis anni manè evigilans Mater, filiolam non sine magno dolore vidit in humero dextro enormiter tumefactam usque ad totum brachium, in cubitu cujus foramen apertum aliaque vulnera per corpusculum dispersa unà cum duobus veluti morbis in renibus. Quamobrem à Venefica malè affectam filiam fuisse credidit, atque adeò morti proximam ingemuit. Inops consilij Mater ad B. Peregrinum orans confugit, & ad ejus Aram in Ecclesia nostra puellam inter Ulnas mæsta detulit, oleo lampadis innuxit, & promisit per novem dies eamdem puellam quotidie ad eamdem Aram se allaturam, quod & fecit, & ecce in octava die cum stupore, & gaudio non modico vidit eamdem filiolam suam ab omni languore liberam absque ullo tumore, & sanatis omninò plagis, unde exiliens Benefactori gratias egit.

Nova miracula, & Gratiæ B. Peregrini. Puella maleficio laborans sanatur.

2 Non minus stupendum est prodigium à Deo ex intercessione B. Peregrini patratum in persona Nobilis mulieris Lucretiæ Biancotti Uxoris primo loco D. Pauli Ulderici Migliorati, modò verò D. Capitanei Ludovici Fidanzi nobilium Tiphernatum, cujus descriptionem ex attestatione Peritorum deduci potest, quæ talis est.

Nos infrascripti Medici, & Chirurgus hujus Civitatis Tipherni fidem indubitatam facimus cuicumque de jure, qualiter Illustrifs. D. Lucretia Biancotti Florentina Uxor q. Illustrifs. D. Pauli Ulderici Miglioratti Tipbernatis, & hodie Consors Illustrissimi D. Ludovici Fidanzi ejusdem Civitatis, & Capitanei cujusdam loci dicti Petralonga, *cùm in crure sinistro tolerasset plagam quandam juxtà malleolum latitudinis quatuor digitorum, & profunditatis digiti unius, quæ die 13. Octobris proximè præteriti apparere cæperat, adeo dolorosa, ut non solùm impediret eidem incessum, sed somnum quoque, insuper & quietem in lecto reperire nullatenus posset, nec ullam à cujusvis generis adhibitis medicamentis experiretur levamen, quamvis ab ijsdem medicamentis ante septem annos eidem morbo applicatis integram consecuta fuisset sanitatem. Quamobrem tunc reputans omne humanum remedium, ad Cæleste post immensum unius circiter Mensis toleratam dolorem confugit, opem B. Peregrini suppliciter implorans, cujus impressam in charta S. Imaginem apud se retinebat, eidem promittens, ad ejus Aram se Missam celebrari curaturam, & argenteam tibiam pro voto appensuram: Quia verò sub vesperam ejusdem diei dolor in crure plurimùm exacerbatus fuerat, ferventiori quoque affectu eamdem Orationem repetiit. Post hæc somnum cæpit, ac tota nocte dormivit. Mane autem facto, cùm audisset sonitum campanæ nostræ Ecclesiæ pro Sacrificio missæ ad Aram Beati de mandato ipsius Infirmæ celebrando, cor elevans ad B. Peregrinum, sibi visa est intus hanc vocem audire* tolle fascias, jam enim sanata es. *Credidit mulier internæ voci, & cùm locum ulceris discooperuisset, adinvenit ipsum crus consolidatum, & plagam sanatam, quæ jam cicatricem perfectè obduxerat. Quibus reverâ stantibus ex quo sanatio hujusmodi accidit in instanti, ac post invocationem Beati Peregrini, eam omninò miraculosam esse judicamus, etenim hujus generis plaga nullo modo naturaliter in instanti sanari poterat, eò magis, quia in alio transacto*

Attestatio miraculosæ sanationis nobilis mulieris

tem-

tempore tres annos eadem plaga pluribus ac validissimis remediis obstenata restiterat; Unde in attestationem veritatis præsentem hanc nostra propria manu subscripsimus

Horatius Fabbri medicus manu propria.

Hyacinthus Piombi medicus affirmo ut sup.

Augustinus Filogeni Chirurgus manu pr.

P. Mag. Tassinari eadem servatur immunis.

3 P. M. Carolus Antonius Maria Tassinari nostri Ordinis, de quo aliàs diximus, & qui tantum in promovendo B. Peregrini Cultu laboravit, cùm die 10. Mensis Octobris è Conventu ad Ecclesiam nostram S. Mariæ Gratiarum, ad Aram Beati, nescio quid allaturus, accederet, in terram tali præcipitio subitò corruit, ut absque dubio vel tibia pedum, vel lateris sinistri pars plurimùm offendenda foret, at invocato B. Peregrini auxilio, è terra surrexit absque notabili nocumento, solùm decorticata aliquantulum cute capitis, adeò ut insequenti die pro accepto beneficio ad ipsius Aram Sacrificium offerre potuerit.

A' pessima contagione feminam servat.

In loco, qui dicitur *Cisterna* pessima vagabatur influentia putridarum febrium cum variolis, quæ multos ex Civibus infestabat. At verò cum vel titulo pietatis, vel vinculo necessitudinis D. Maria Antonia Fancelli pluribus contagioso morbo hujus genere affectis inservire coacta, Peregrinum enixè orabat, ut sibi in tam periculoso discrimine assistere dignaretur. Voti compos facta fuit, nam incolumis semper ipsa permansit, cum in alijs ex infirmorum contactu tale morbi genus serpere, multosque ex eodem ultimum subire fatum aspiceret. Hac de re præfata D. Maria Antonia personaliter ad Ecclesiam nostram Tiphernum veniens, ad agendas gratias ad Aram Beati Missam in ejus honorem celebrari mandavit, id amplius deponens hac ipsâ die 24. Octobris, quòd eo tempore, quo B. Peregrinum in sui protectionem advocabat, illummet in somnijs ipsa sua specie ipsi comparentem audivit „ *Ne timeas filia, non ægrotabis*, & sic adimpletum est.

Monialē à tumore liberat.

4 Soror Maria Joanna Virginis Dolorosæ, Monialis professa in Ven. Monasterio Capuccinarum Tipherni genu habebat sinistrum extraordinario affectum tumore, timebatque non sine fundamento, ne tumor ille in tibiam descendens, Observantiæ Regularis sibi rigorem impediret. Ea de re solicita ad B. Peregrinum confugit, ejusque S. Reliquiâ obsignari sibi genu curavit, sed neque ad Infirmariā duci, neque ullo medicamentorum genere curari permisit, in solo Peregrino spem habens, nec defraudata est; etenim evanescente tumore omnimodam sanitatem obtinuit, ac per Sacrâ Communione in ejus honorem refici voluit hoc ipso anno 1717. de Mense Novembris.

A' cruris morbo sanat.

5 Antonius Fabbri de Tipherno oppressus de Mense Septembri à morbo atrocissimo in uno ex cruribus, duos menses ex tali morbo vehementibus doloribus laboraverat, cum toto affectu B. Peregrini opem implorans, illicò pristinam ab eo sanitatem se recepisse testatus est, unde gratitudinis ergo Sacrificium Missæ ad ejus Aram celebrari curavit.

A' pessimis humoribus liberat.

6 Testatus etiam fuit hoc anno de Mense Novembri Excellens Doctor Constantinus Constantini de Tipherno, quòd ipsemet plures menses acribus humoribus [vocant Medici *Flemmoni risipolari*] cum tanta materiarum affluentiâ affectus fuerat, ut non minus quàm quindecim mensuras ex ipsis implevesit. Adhibitis in vanum humanis remedijs, ad B. Peregrinum anxius confugit, ac cito per manus P. Prosperi Manfredi, Vicarij Prioris dicti nostri Conventus, ejusdem S. Reliquiâ crure obsignato, tandiù concupitam salutem mox recepit, immensas Benefactori suo gratias agens.

A' febri putrida sanat.

7 D. Lucretia Catharina Bernardini de Terra Citernæ, putrida febre oppressa in evidenti vitæ periculo versabatur, unde ad Protomedicum Peregrinum confugiens, ab ipso meruit exaudiri, nam, ut ipsamet testatur, absque ullo alio adjutorio brevi periculum mortis evasit, & à morbo liberata est. Quamobrem die prima Decembris præsentis anni 1717. læta se Tiphernum contulit, & in Ecclesia nostra ad Aram Beati gratias agens, & cœlesti pabulo recreata, Missæ Sacrificium in ejusdem honorem celebrari curavit.

Ab acerbissimis doloribus liberat.

8 Similiter attestatus Soror Illuminata Monialis in Ven. Monasterio S. Joseph de Tipherno, qualiter ipsa acutissimis doloribus dum torqueretur in corpore, mente ad tam beneficum Protectorem suum Peregrinum, à quo multa jampridem tùm spiritualia, tùm temporalia obtinuerat beneficia, toto affectu confugiens, Sacramque ejusdem Reliquiam malè affecto corpori adhibens, illicò mitigati sunt dolores; moxque penitus sanata est, semper tantis beneficijs gratam se exhibens.

Parturientem à morte liberat.

9 Catharina Uxor Bartholomæi Palmieri cùm esset prægnans, & proxima partui, misero casu accidit, ut partus ipse ex transverso positus nullo modo exire posset ad lucem, quamvis omnia Artis experimēta frustra adhibita forent. A' Medicis itaque Mater proclamata fuit, ac sumptis extremis Ecclesiæ Sacramentis ad mortem properabat, assistentibus eum Sacerdote, etiam Chirurgo, & Obstetrice, ut statim ac exalasset animam, Matris uterum secarent ad salvandam saltem partui vitam. In tam mestissimo discrimine consilium Amici dederunt Marito, ut ad Beatum Peregrinum, ex cujus intercessione tot Deus miracula patrabat, confugeret. Accepit consilium, & omni celeritate ad Aram Beati candelam ardendam mittens, ejusdem Reliquiam uxori morienti applicari fecit. O verè prodigium! A' dira vexatione quiescere statim cępit Catharina, & mox admirantibus omnibus partum fœliciter edidit. Quare gratissimi Conjuges vitam, & Uxoris, & partus Peregrino acceptam retulerunt.

10 Maria Antonia Joannis à *Rivo Sicco* Villâ

Villâ Civitatis Castelli, & Blasius Joannis à *Pormano* Villâ pariter ejusdem Territorij à febri continua cum excessivis capitis, & Stomachi doloribus eodem fermè tempore diù afflicti, intercedente B. Peregrino liberati fuut, prima puellas aliquas ad Aram Beati communicaturas mittendo, secundus vovendo se Missam in honorem Beati celebrandam curaturum, & Sacram Communionem ad ejusdē Aram recepturum.

Febricitantes curat.

11 Cùm esset à morbo Pleuritidis ad extrema perducta Maria Francisca Uxor Hieronymi Moscatelli *de Cacioppa* Villa Territorij Tiphernatensis, refecta Sacram. Ecclesię Viatico, & S. Unctione reperiebatur in manus Sacerdotum, & morti proxima erat, cùm à Patruo D. Joseph Padoni admonita, ut toto cordis sui fervore ad B. Peregrini opem implorandam converteretur; accepit Infirma consilium Patrui, vovitque, si convalesceret, se ad ejus Aram Missam celebrandam oblaturam, cereum accensuram, ac sacram Synaxim recepturam. Eodem fermè temporis momento notabile à tam gravi morbo levamentum experta est, ac brevi penitus convaluit, unde voti memor promissa præstitit, eidem Beato vitam propè restitutam referens.

Morti proxima sanatur.

12 Soror Deodata Monialis in Ven. Monasterio S. Cœciliæ in Paradiso Civitatis Castelli hoc anno præceps per scalæ gradus ad terram ceciderat, & ideo in capite, et in humero graviter offensa fuerat, sed ad B. Peregrinum confugiens, ejusdem S. Reliquiam partibus læsis applicuit, atque [ut ipsamet confitetur] brevi ad pristinam redijt sanitatem.

A collisione membrorum redintegrat.

13 Christophorus Jo: Mariæ Venturelli à Cruce in loco, qui dicitur *Castiglione*, quatuor menses continuos immobilis omninò attractis nervis permanserat, adeout nec cibum sumere à semetipso valeret, atrocissimis intereà doloribus vexatus, nil proficientibus humanis remediis; demum à fama miraculorum B. Peregrini permotus, ad ipsum toto cordis affectu supplex confugit: Exinde oleum ex ejus lampade habere curavit, & eodem inungi. Quo facto [deponit ipse] statim convalescere cępit, & adeò confortatus est, ut qui nec pedem antea movere poterat, ex tunc & illa ipsa die surrexit è lecto, in quo tot menses jacuerat, à se ipso vestes induit, & absque ullo fulcimento gressus faciliter direxit; & insuper adveniente festo B. Peregrini 30. Aprilis hujus anni 1717; ad Civitatem Castelli se contulit. Ibi ad Aram Insignis sui Benefactoris Peregrini immensas eidem egit gratias, ac Missæ Sacrificium in ejus honorem celebrari mandavit.

Ab attractione membrorum sanat.

14 D. Benedictus Fabbri filius Excellentis Doctoris Horatij Fabbri, & D. Cleophæ nobilium Tiphernatum, ex sinistro accidenti os femoris sinistri è suo loco motum gestabat, non sine atrocissimis doloribus. Afflicta Mater, quæ eum summoperè diligebat, ad B.

A Luxatione femoris sanat.

Peregrinum recursum habuit, atque ut effica-
A ciùs obtineret salutem filio, precatrices ad-
didit Moniales Cappuccinas ejusdem Civita-
tis, & multiplicatis intercessoribus à deside-
rio suo non est fraudata Mulier; mox etenim
filius, qui nec gressum dirigere, neque se le-
cto movere poterat, ambulare cœpit, ac
postmodum integram recepit sanitatem. Qua-
re Coniuges ambo unà cum filio gratitudinis
ergo ad Aram Beati duos cereos ardere, &
Missam in ejus honorem celebrari mandarunt
in mense Februarij hujus anni 1717.

15 Petrus Venturæ à *Celle* Terrâ districtûs
Tiphernatensis, Filiolum habebat nomine
pariter Venturam annorum trium, epileptico
morbo sæpiùs oppressum. Ejus Mater nomine
Angela, innocenti filio compatiens non pa-
B rùm affictabatur; sed Pater, & malo filij, &
dolori Matris succurrere desiderans, opem B.
Peregrini gemebundus imploravit, votum
vovens ad ejus Aram, si sanaretur puer, ap-
pensurum se ejusdem vestem, missamque ce-
lebrari curaturum. Asserit ipse, quòd postea-
quàm ex oleo lampadis Beati puer inunctus
est, numquam deinceps à simili morbo vexa-
tus fuit; quare Mense eodem Februarij die
21. præsentis anni lætus votum exsolvit.

Ab epilepsia Puerum liberat.

16 Soror Floralba olim Abbatissa, modò
Vicaria in Monasterio S. Joseph Civitatis
Castelli, cùm eodem mense Februario jace-
ret in lecto dupl ci terriana, seu quotidiana
malè vexata, unà cum vehementi dolore ca
pitis, & pectoris, ex quo respirationis diffi-
C cultas oriebatur; Addebatur tot malis ad om-
nem cibum extrema nausea, ita ut de ejus
vita non parum Medici dubitarent, ac time-
rent. Orabant pro ea Sorores omnes ad B.
Peregrinum, unde & sacra ejus Reliquia in-
firmam benedici curarunt. Ex tunc declina-
tio febrium apparuit, & ipsa plurimum con-
fortata cibum faciliùs accepit, retinuit, ac
demùm non multò post integram sanitatem
obtinuit. Benefactori autem suo gratias egit
unà cum suis Sororibus quamplurimas, &
in posterum majori devotionis affectu Beatum
ipsum venerata semper fuit.

Monialē à quotidiana febre liberat.

17 Maria Angela Uxor Venturæ de Ru-
beis, à Villa *Salci* Territorij Tiphernatensis,
à doloribus partus oppressa de mense Majo
D præsentis anni quinque dies assiduos miserè
laborabat, & virtus pariendi non erat, quare
in maximo vitæ discrimine morabatur. Ad
Peregrinum itaque confidenter recurrit, &
ejus S. Reliquiâ benedici curavit, & ecce de-
victo omni impedimento partum fœliciter
enixa est, ac brevî ad Ecclesiam nostram gra-
tias actura se contulit a B. Peregrino publicè
vitam acceptam referens.

Impedimentum partus aufert.

18 Mense Majo præsentis anni 1717. Do-
minicus Joannis Mariæ à S. *Lucia* Comitatus
Tiphernatensis, à putrida febri deductus erat
ad extremum vitæ, quare Ecclesiasticis Sacra-
mentis munitus de morte solùm cogitabat,
quando venit illi in mentem, ut ad Peregri-

num infirmorum præsidium recurreret. Itaque plenus fiduciâ ipsius exquisivit adiutorium, promittens, si sanaretur, se ad ejus Arã Missam celebrari curaturum, ac in illius honorem Sanctiss. Eucharistiam recepturum: Deinde lampadis ejusdem Oleo inunctus, adeò sublevatus est, ut brevi tùm à mortis jã jam imminentis periculo, tùm ab omni febre liberatus est, & insigni Benefactori suo gratias acturus, ad Ecclesiam nostram Tiphernum se contulit, ubi votum hilariter, devotéque persolvit.

A mortis periculo, & à febre putrida liberat.

19 De mense verò Julio ejusdem anni Sebastianus Torrioli è loco, qui dicitur *Salci* Territorij Tiphernatensis exquisitis doloribus in dextero ex oculis jamdiu torquebatur, adeò ut debilitato organo, & obducto super pupillâ quodam tenuissimo velo, facultatem visus mox perdendam non irrationabilitet metuebat. Solicitus itaque tamquam de pupilla oculi sui, toto cordis affectu Peregrino preces tulit, ipsiusque S. Reliquiâ benedici oculum curavit, & in instanti dolorem sensibiliter minui, impedimentum mox abire, demum ad pristinum statum salutis, & integrè facultatis usum ipsummet oculum reverti lętatus est, nullo adhibito humano remedio; quare lætitiâ plenus Tiphernum petijt, & ad Ecclesiam nostram grates acturus Beato Protectori suo insimul, & Medico, se contulit. Non multò verò post idem Sebastianus inadvertenter ex rami cujusdam Arboris percussione in eodem oculo iterum visus amissionẽ timere cępit, ac gemebundus ad antiquum Medicum suum validumque refugium Peregrinum consugit, atque iterum ab ejus Reliquiâ Sac. benedictus, tumor, qui oculum clauserat, & dolor, qui eum vexabat ferè in instanti [ut ipsemet deposuit] evanuerunt; unde multò magis in ejus corde erga suum Protectorem devotio incaluit.

Oculorũ visum conservat bis.

20 Eodem mense Julio colicis doloribus adeò vehementer angebatur Joannes Maria cæmentarius in Civitate Castelli, ut ferè desperationi obnoxius esset. Ad Peregrinum autem confugiens, quasi de morte ad vitam subito translatus est, cessarunt dolores & ipse è lecto prosiliens, & ad Ecclesiam nostram pro gratijs agendis progrediens, ubique per Civitatem Peregrini virtutem prædicabat.

A colicis dolorib liberat.

21 Joseph Jo: Baptistę Orlandini Tiphernas, & Petrus Antonius à *Buzzigatta* Territorij Tiphernatensis, eodem fermè tempore, à molestissima fluxione ac tumore in uno ex genibus vexabantur, & ambo ex unctione Olei lampadis, quæ ante Peregrini Aram lucet, sanati sunt.

A tumore in genibus binos liberat.

22 D. Elisabeth Mariotti de Civitate Castelli tædiosissimo, ac molestissimo vexata morbo, quo mediante sibi, & alij importuna evaserat, cùm nullum ab humanis remedijs levamen experiretur, ad B. Peregrinum, afflictorum solatium, confugit, & ab eo demum cordis pacem, & corporis obtinuit sanitatem; Quare gratitudinis ergo votum Argenteum ad Beati Aram appendi, et Missas triginta in ejus honorem celebrari curavit.

A molestia corporis, & animæ liberat.

23 Dominicus Joannis à *Teversna*, Villâ Territorij Tiphernatẽsis pestiferà febri, & variol ægrotabat ad mortem, jamque receptis extremis Ecclesiæ Sacramentis ad profectionem disponebatur, cùm à P. Prospero Manfredi nostri Ordinis Sacerdote Sacrâ Peregrini Reliquiâ benedictus de morte ad vitam redijt, ac brevi sanatus est. Quamobrem ad Ecclesiam nostram se conferens à Peregrino vitam se recepisse ubique prædicabat.

A febre pestifera & variolis quis sanatur.

24 Sanctes Jo. Baptistæ a *Nuovole*, villa pariter Territorij Tiphernatensis à colicis doloribus, & à pleuritide subitò miserè oppressus à Medicis conclamatus fuerat, sed ab eodem P. Prospero Sacrâ Peregrini Reliquiâ benedictus, illicò morbus declinavit, moxque Sanctes convaluit, suoque Benefactori gratias egit.

A Pleuritide, & colicis sanatio.

25 Maria Francisca Lucæ Borghini de Tipherno ab atrocissimis Ischiadis doloribus afflicta B. Peregrinum invocans, illicò [non sine prodigio] liberata est, nec deinceps umquam talem molestiam subijt. Unde Novendialem gratiarum actionem celebrans ad ejus Aram Sacram Synaxim pro ejus honore suscepit. Similiter Margarita Fiorucci de Tipherno acerbissimis doloribus in genu jam per 4. menses torquebatur, adeò ut in lecto jacens se movere non posset. B. Peregrino vovit, se per novem dies jejunium servaturam solo pane, ac vino contentam, insuper & Missam in ejus honore celebrandam, sacramque in ea Communionem oblaturam. Voto facto, en paratum Peregrini auxilium! Dolores mitigari cęperunt, ac brevi sanitatem integram obtinuit, votumque persolvit. Ab illa verò domo nec dum recessit Peregrini beneficentia, nam Francisci Fiorucci præfatæ Margaritæ Nepos, cum & ipse duos menses internos vehementes dolores passus esset, nec ullum à medicamentis levamen recepisset, fiducialiter ad B. Peregrinum confugit, & exauditus est; etenim simul ac illum invocavit, meliùs se habere cæpit, donec integram consecutus est sanitatem, ac novendialem habuit ad Aram ipsiusmet Beati gratiarum actionem.

Ab ischiade sanat mulierem, alteram ab acerbissimis doloribus liberat.

26 Petrus Simonis à Monte S. Maria Marchionatus *de' Borbont*, cùm ambo crura varijs plagis affecta non sine maximo dolore gestasset à multo tempore, auditâ famâ percrebrescente miraculorum, quæ Deus ex intercessione B. Peregrini ad salutem Fidelium operabatur, ejus auxilium toto cordis affectu invocare cępit; nec mora; nam subitò plagæ nigrũ mutare colorem cæperunt, dolor mitigatus est, ac nonnullorum spatio dierum crura sanata, et perfectè mundata sunt, itaut liber, & expeditus ad Civitatem, & Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum accedere potuerit, ibique de mense Augusto hujus anni 1717. Beati Imaginem veneratus, votivam Missam in gratiarum actio-

Crura plagis affecta redintegrat.

actionem celebrari mandavit.

27 Bartholomæus Thomæ de Civitate Castelli cùm esset hydropisi simul, ac stranguria malè vexatus, acerbissimos ferebat dolores absque ulla spe medicinę. At verò B. Peregrini opem implorans, & oleo ejusdem lampadis inunctus, dolores illicò cessarunt, & ipse postmodum omninò sanus ad Aram sui Benefactoris votum argenteum appendit, pluresque votivas Missas in honorem Beati celebrari curavit Mense Septembri 1717.

Ab hydropisi simul, & stranguria sanat.

Demum ferè innumeræ sunt gratiæ per Peregrinum obtentæ, quæ brevitatis gratia prætermittuntur. Duas verò prætcrire fas non est, quas in Monast. Cappuccinarum Civitatis Castelli, in quo viget ad summum erga B. Peregrinum devotio, Altissimus operatus est, intercedente B. Peregrino eodem anno de mense Octobris.

Erga Monast. Cappucc. Peregr. beneficus

28 Prima fuit in persona Sororis Annæ, Monialis in præfato Monasterio, quæ ex obstinata humorum fluxione otroque oculo adeò laborabat, ut magnoperè timeret, se facultatem videndi, saltem in uno oculorum perdituram, & tamen invocato nomine Peregrini mox ab omni periculo, & malo liberatam se persensit. Eidemque gratiarum actionem cum Sacrę Communionis perceptione in ejusdem obsequium exhibuit.

29 Altera solemnior, cùm nocte insequenti ad diem 7. Octobris, quæ feria 6. fuit, & hora 6. cum dimidia Chorum ingredientibus Monialibus ad Mattutini horas recitandas pluteum Sacrorum librorum undique flammis circumdatum aspexerunt. At illæ ad B. Peregrinum, & ad Virginem Dolorosam, cujus habitum gerebant, humiliter recurrentes, extinctio igne absque ullo hominum ingressu in Monasterium, evaserunt ingens periculum, ut omnia circumquaque lignea inevitabiliter igne consummerentur. Quod autem notabilius fuit illud est, quòd quamvis incendio consumpta remansissent Brevlaria, diurna, cæteraque papyracea ad canendum in Choro spectantia, quæ in dicto Pluteo reperiebantur, illæsum tamen remansit Officium Dolorum B. M. V. quod in charta papyracea impressum à multis retro annis consignatum eis fuerat à sæpè laudato P. M. Tassinari, & singulis annis ex devotione recitabant in Dominica tertia Septembris juxta morem nostræ Religionis. Intacta quoque remansit ab igne Imago S. Patris nostri Philippi similiter in charta papyracea impressa in frontispicio ejusdem Officij. Quæ res omnibus omninò prodigiosa visa fuit, ac ritè recognita per D. Episcopum D. Alexandrum Codebò, & per nostrum P. Vicarium Generalem Apostolicum P. M. Angelum Mariam Ventura revisæ fuerunt prædictæ Imagines cum veneratione.

Ab horribili incendio Eccles. liberat.

Qua nacta occasione adnotandum est in illa Civitate Castell jampridem invaluisse in omnibus fermè Monasterijs devotionem erga Dolor. B. M. V. cohortante autè, ac promovente maxime prælaudato P.M. Tassinari Moniales omnes prædictæ Civitatis, quamvis diversis temporibus, habitum ejusdem Dolorosę Virginis assumpserint.

Habitum V. Dol. Moniales omnes assumunt Tiphern.

Coronidem addat huic capiti, & anno, pietas cujusdam Nobilis Benefactoris Tiphernatis addicti quamplurimùm devotioni B. Peregrini, cujus nomen ex illius modestiæ præcepto tacetur, qui titulo pietatis erga eumdem Beatum sexaginta scuta Romana deposuit penes nostrum Conventum, eo intuitu, ut adveniente, quæ speratur in brevi, Canonizatione B. Peregrini, expendi debeant in celebratione Octavarij solemnis in Ecclesia nostra S. Mariæ Gratiarum, de quo deposito appatet acceptatio per legit mam deliberationem Patrum habitam die 7. Octobris hujus anni 1717. reg. in lib. deliberationum capitularium fol. 42. & in libro Depositi fol. 204. de consensu, & licentia P. M. Ventura Vicarij Generalis præfati, & P. M. Hippolyti Philippi Fanti Provinciæ Romanæ Præfecti tempore Visitationis ejusdem Conventus Civitatis Castelli.

Pium legatum B. Peregrino relictū.

Nec pigeat pium lectorem, si occasione devotionis Tiphernarum erga nostram Ecclesiā, & B. Peregrinum, hic recenseri opportunum illud ducimus, quod non solùm de recenti, sed ab antiquissimo tempore impigram illius Civitatis erga nos, Ordinemque nostrum peculiarem affectionem demonstrabit. Refertur enim mihi, quòd cùm Anno elapso 1716. è magna Turri deposita fuerit Campana publica, ut ad meliorem usum refunderetur, adnoratum postea fuit per D. Alexandrum Cerbini virum eruditum, ac pium, de quo alibi facta, ac facienda mentio est, quòd in præfato ære campano expressa patebat effigies nedum quatuor Sanctorum Civitatis Tipherni Protectorum, sed etiam S. Mariæ Gratiarum Ecclesiæ nostræ Titularis, hac ipsâ inscriptione appositâ.

Devotio antiqua Tiphernatum erga B. V. Gratiarum.

Dirige Domina vocem meam
Et exaudi Orationem Populi tui,
Et libera eam ab omni malo. 1538.

Sed et insuper consimilem ferè inscriptionem subtus effigiem S. Mariæ Gratiarum appositam aspexit idem Vir diligentissimus D. Alexander in altero Campano ære maximo ad convocandum populum, & Magistratus Civitatis destinato.

Sed inter hæc læta deploranda sanè successit Ordini nostro jactura Viri Excellentis D. Francisci Ignatij Lazzari Nobilis Tiphernatis utriusque Juris Doctoris, ejusdem Civitatis attentissimi Secretarij, cui multum debet Religio nostra, utpotè, qui causam B. Peregrini egregiè adjuvit, & Gesta BB. nostri Ordinis, erutis ab antiquitate luminibus, illustravit, ac prosa, & metro ornavit, Elogia Episcoporum Tiphernatum, & vitam B. Jacobi Philippi de Faventia nostri Ordinis eumposuit, majora in lucem daturus, nisi mors invida hoc eodem anno 1717. die 16. Octobris vitæ

D. Fr. Francisci Ignatij Lazzari mors, & laudes.

vitæ ejus telam præcidisset; à Peregrino tamen, quo protegente in terris plures Gratias consecurus est, in Cœlis ampliores expectat. Ejus domus paternæ pietatis hæres expensis proprijs S. Philippi Festum septenario dierum honore quotannis in Ecclesia nostra celebrando prævenit.

Quæ devotio maximè Nobilium erga nostrum Ordinem non solùm modernis téporibus, sed antiquissimis etiam viguit, cujus rei inter alia permulta beneficia unum illud egregium testimonium extitit donatio facta Anno 1527. a fel. mem. D.D. Julio Vitelli ejusdem Civitatis Episcopo cujusdam Ecclesiæ Parochialis sub invocatione S. Michaelis Archangeli Ecclesiæ nostræ S. Mariæ Gratiarum aggregatæ, mediante persona P. Sebastiani Sellari de Tipherno Ordinis nostri, ut apparet ex inscriptione lapidi impressa supra ejusdem Ecclesiæ Portam tenoris.

Domus Vitellia nostro Ordini benefica

Illustrissima Vitellarum Prosapia
Fratri Sebastiano Servitæ
Templum hoc donavit,
Ipseque
Collapsum restituit
Anno 1527.

Subventiones, vota, plurimaque beneficia, ab antiquissimis temporibus Ecclesiæ nostræ collata, & quæ in dies ab illius Regiminis Magistratibus piè conferuntur longum esset retexere, quæ sparsim in his Annalibus leguntur. Si quis verò majorem eorum notitiam desiderat libellum de Ecclesia S. Mariæ Gratiarum Civitatis Castelli de anno 1693. editum à D. Alexandro Certini, aliàs laudato, viro eruditissimo perlegere poterit.

ANNOTATIONES IN CAP. IX.

N*Arrata omnia eruta sunt ex Regestis Generalis, & Provincialis Archivij publicis Ecclesiasticis, maximè Florentiæ; Ex tabellis, & votis appensis ad Aram Beati, quorum attestationes extant in Archivo Cœnobij nostri Florentini.*

Ordinis nostri profectus in Germania. Collegium pro Sororibus Tertij Ordinis Guastallæ erigitur. Alia mira de B. Peregrino. Mors PP. Insignium ex nostris. Reliquia B. Julianæ à Summo Pontifice desiderata, & obtenta.

C A P. X.

QUamquam in alijs locis de Origine, ac initiis fundationis Ecclesiæ, & Residentiæ Ordinis nostri B. M. V. Weissenstein in Provincijs Germaniæ aliqua transcurrentes tetigerimus; attamen, eò quia propter quamplures in Rom. Curia obortas difficultates, repeta, & assiduo perplures menses labore Procuratoris Generalis postea superatas, pro obtinenda beneplacito
E Apostolico, præsenti solùm hoc anno 1758. stabilem, fundatamque loci possessionem Patres nostri obtinuerint, ideo non absre fore pensamus Epitomen hujus fundationis Almæ Dei Genitricis Dolorosæ, quæ tot in eo Sacro Monte prodigijs fulget, attexere, quam Patres ipsi ad nos miserunt.

Immissio igitur Sacri Ordinis nostri ad celeberrimum Marianę Peregrinationis locum in Monte Weissensteio; non tàm opus hominum, quàm operatio dexteræ excelsi fuisse dignoscitur. In ipso namque hujus Operis limine hoc patuit cœlesti potius consilio, quam humanis suffragijs evenisse, ut Illustrissimi, & Reverendiss. Tridentini Capituli Canonici, quibus Ecclesia illa subetat, unani-
F mi prorsus, ac miro consensu locum hunc Gratijs Deiparæ a Cœlo destinatum Ordini Servorum ejus consignandum esse statuerint. Porrò ipsamet S. Cęsarea, Regiaque Catholica Majestas, Carolus hujus nominis Sextus, Augusto vultu, & ad omnem serenitatem composito cessionem hanc Ordini nostro dispositam libentissimo, ac Clementissimo Annutu confirmavit; & insuper Summus in Terris Christi Vicarius Clemens XI. Apostolico suo Beneplacito stabilivit. Nec defuere tamen adversus opus hoc pijssimum infesta semper Dei Gloriæ Iosemi molimina, diversa quippe in ejus executione se suscitarunt obstacula, prægrandes difficultates, & contradictiones, ita ut omnem Infernalis hostis per
G suos emissarios lapidem moveret, ne ad Album Lapidem, gratiosum, inquam, hunc locum in Weissenstein Ordo Marianus perveniret. Universæ tamen difficultates supernis Altissimi Consilijs demum cedere debuerunt vel invitæ, Agente in Cœlis causam suam pro Servulis suis B. Virgine Patronâ nostrâ, inter quos indefessâ negocium hoc promovit diligentiâ, & labore A. R. P. Romualdus Maria Hueber, tunc temporis Servitanæ Familiæ per Germaniam Vicarius Generalis, donec tandem hoc anno 1718. die 21. Novembris, Præsentatæ Magnæ Virgini dedicato, opus hoc peroptatum finem, felicemque effectum sortitum est; sacerque Ordo noster juxta omnem Facti, & Juris ordinem in possessionem
H Ecclesiæ B. Virginis in Monte Weissenstein solemniter immissus fuit. Euntes igitur novelli Operarij Mariani in electam Vineam hane Domini Sabaoth celeberrimæ fidelium peregrinationi destinata, etsi non cum lachrymis, certè non sine sudoribus impigrè impensis, mittebant semina sua indefessæ prædicationis, necnon continuæ pro Sacro Tribunali per integras etiam noctes operationis. Et ecce! emenso vix anni unius alteriusve curriculo, venientes protinus veniebant cum exultatione portantes copiosos Animarum manipulos, intra unius siquidem anni spatium ultra 24. millia pœnitentium excrevit numerus; quos inter quamplurimi, ac major pars de totius

Stabilis fũdatio in Weissensteín.

Contradictiones superatæ.

Populi concursus.

totius vitæ suæ noxis per generalem [ut vocant] Exomologesin conscientias suas emundare consueruut, iethiferumque scelerum suorum venenum, quod per multorum revolutiones annorum, & non rarò ad senectutem usque, serpentem utique in sinu fovebant, hìc ad conspectum Dei Matris, serò licèt, & seriò per admirandam prorsus conversionem, sinceramque delictorum confessionem eiicere edocti prorsus ab illa Domina, quæ singulariter in excelso hoc monte Weissenstein à Deo electa, & posita est tamquam Esca Sanctissima ad capienda corda hominum, animas præcipuè peccatorum. Mira profectò in cordibus Peregrinantium operatur Thaumaturga Nostra, ejusque magneticam vim in adducendis ad meliorem frugem animabus experti sunt innumeri, qui usque adhuc lætantes veritati perhibere testimonium non cessant. Nec tantùm finitimi populi, qui circum circa montes habitant, sed et longinqui ad audiendas sæpè iteratas Conciones, ad frequentanda ferè singulis diebus Dominicis Sacramenta concurrunt, ita ut adimpletum omninò sit Clementissimi Imperatoris piissimum consilium, quo populos omnes sibi subditos ad Dei Genitricis Imaginem de Weissenstein impensiùs colendam hortabatur. Accessit ad majorem populi devotionem Virginis Dolorosæ Archiconfraternitas noviter instituta, in qua brevissimum intra temporis spatium non minus quàm nongenti spontè adscripti sunt. Cæterum innumeras referre Gratias, quas in mõte hoc Dolorosissima Virgo maternâ planè dispensatione Fidelibus eam invocantibus impartitur, nobis datum non est, cui sola synopsis transmissa est à PP. Germanis, qui diffusiorem utique tempore suo mittendam expromittunt narrationem. Sed & divisionem Provinciarum in Germania, jam ab an. 1714. deinceps stabilitam, à Clementissimo Carolo VI. Imperatore confirmatam novimus hoc anno 1718. per subsequens Diploma.

Archicō-fraternitas Virginis Dolor. de novo erecta.

NOs *Carolus Sextus Dei Gratiâ Electus Romanorum Imperator, semper Augustus Germaniæ, Hispaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Marchio Moraviæ, Lucemburgiæ, ac Silesiæ, & Marchio Lusatiæ.*

Diploma Cæsareū approbās divisionē Provinciarum.

Notum facimus tenore præsentium literarum universis, & singulis, Quòd Pater Fr. Romualdus Maria Hueber Ordinis Servorum Beatissimæ Virginis, Germanicæ, & Bohemicæ Provinciæ pro tempore Vicarius Generalis, humillimè Nobis exponi fecerit. Quemadmodum ipsorum, sis dicta Germanica Observantia, propter Vasti districtus sui latitudinem, in duas Ordinis Provincias (quarum una in Austriâ Tyrolim, Carinthiam, Styriam, & Hungariam; Altera autem in Romanum Imperium, Bohemiam, & Moraviam se extenderet) divisa fuerit, demississimè supplicando, quatenus ipsis super hoc Clementissimum Protectorum in con-

E *formitate alterius olim à Colendissimo Abavo nostro Imperatore Ferdinando II. piissimæ memoriæ Anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo obtento Clementissimè impertiri dignaremur, quæ Clementissimæ Protectionis, & respectivè Concessionis Diplomata tenoris sunt sequentis.*

At enim eadem Diplomata, cùm in Tomo 2. hujus Operis ad annum 1631. per extensum relata fuerint, eadem repetere supervacaneum omninò duximus, ac præsens rescriptum propterea prosequimur.

Nos igitur, prahabitis legitimis informationibus, huic supplicantium demississimæ petitioni Clementissimè inclinati, considerantes, quòd per suprafatam Provinciarum divisionem Observantiæ Religiosæ vigor, propter futuram commodiorem Monasteriorum visitationem, meliùs
F *subsistere, & accuratiùs conservari possit: Ea propter deliberato animo, maturo consilio, & ex certa scientia, prætactam divisionem Clementissimè ratam, gratamque habuimus, & approbavimus, ipsisque supplicantibus super hoc Clementissimum Ordinis Protectorium, & quidem in ea ipsa forma, quâ illud à supradicto nostro Colendissimo Abavo Ferdinando II. Gloriosissimæ Memoriæ duobus tunc temporis in nostro hæreditario Regno Bohemiæ, & in Pragensi Urbibus existentibus Servitarum Monasterijs concessum fuit pariter Clementissimè concessimus, illudque etiam ad cætera jam superaddita Monasteria Clementissimè extendimus, atque ad majorem Nostrarum Cæsarearum, Reginarumque*
G *Gratiarum contestationem Clementissimè indulsimus, ut & illa idipsum à memorato Nostro Colendissimo Abavo Imperatore Ferdinando II. Glor. mem. supra nominatis Pragensibus Monasterijs, & Ecclesijs concessum Cimelium seu insigne in perpetuum futuris temporibus pariter præferre possint, ac valeant. Ratam, gratamque habemus, & approbamus prænominatam Provinciarum Ordinis divisionem factam, eique desuper Clementissimum nostrum Protectorium impertimur, confirmamus pariter, & concedimus superiùs descripti Insignis Cimelium: idque totum ex plenitudine nostræ Cæsareæ, Regiæque Potestatis. Volumus, autem, statuimus, & ordinamus ut supranominata in Nostris Provincijs situata Servitarum Monasteria, seu Ec-*
H *clesiæ, eorumque Conventus cum successoribus suis ex nunc in perpetuum prætinsinuati Insignis Cimelium habeant, præferant, illoque in omnibus, & singulis Contractibus, & negotijs, sigillis, annulis, memorijs, & monumentis, picturis, & quibusvis alijs seu Ecclesiasticis, seu Secularibus Causis pro suo honore indigentiâ, voluntate, & beneplacito utantur, eumque in finem omnibus, & singulis Gratijs, honoribus, dignitatibus, Privilegijs, Prærogativis, Juribus, & probatis consuetudinibus fruantur, eorumque omnium participes, digni, & capaces esse possint, & debeant, prout aliæ Religiosa domus, & Monasteria, quæ similibus Gratijs, & Privilegijs munita sunt, præfatis omnibus,*

seu

seu de jure, seu de consuetudine gaudent, utuntur, & fruuntur. Nec à quoquam super his omnibus turbentur, aut quocumque modo molestentur. Et propterea mandamus omnibus, & singulis Principibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Ministris, Toparchis, Satrapis, Provinciarum Præsidibus, Capitaneis, Vicarijs, Præfectis, Procuratoribus, Administratoribus, Officialibus, Prętoribus, Consulibus, Judicibus, Consiliarijs, Heraldicam profitentibus, Cęremoniarium Magistris, Civibus, Communitatibus, cæterisque omnibus nostrorum hæreditariorum Regnorum, & Provinciarum subditis cujuscumque dignitatis, Status, Officij, aut qualitatis sint seriò, et efficaciter per præsentes literas Nostras; & volumus, ut sæpefata Servitarum Monasteria, seu Ecclesias, earumque Conventus cum successoribus suis in perpetuum futuris temporibus in præscriptis Insignis, aliarumque Gratiarum, Privilegiorum, Prærogativarum, & Juriumusu, quibus ipsos, etiam ad nova superaddita Monasteria ea omnia extendentes, muneravimus, non turbent, neque molestent; sed illos, ut præfertur, ijsdem pacificè uti, frui & pleuè gaudere sinant, non contraveniant, nec à quopiam contravenire ullo modo, aut pacto permittant. Quòd si secùs à quocumque quidpiã attentatum fuerit, indignationem Nostram, gravissimamque animadversionem, ac insuper mulctam sexaginta Marcarum auri probatis, toties quoties, se noverit incurrisse, cujus dimidiam partem Regiæ nostræ Bohemicæ Cameræ, alteram verò dimidiam sæpiùs memoratis Ecclesijs, earumque Conventibus, & successoribus irremissibiliter deponere debeat. In harum literarum plenam, & inviolabilem fidem eas Nostri Cæsarei, Regiique majoris Sigilli fecimus appensione muniri, quas dedimus in Civitate Nostra Viennensi die undecima Mensis Martij, Anno à Nativitate Domini, & Salvatoris Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo octavo; nostrorum Regnorum, Romani septimo, Hispaniarum decimo quinto, Hungarici, & Bohemici etiam septimo.

Carolus

Leopoldus Comes Schlitz.

Regni Bohemiæ supremus Cancellarius.

Franciscus Ferdinandus Comes Kinsky.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ, Regiæque Maiestatis proprium.

Josephus Comes de Wurben, & Freudenthal.

Wenceslaus Gregorius de Hanno

J. A. de Widman.

Sororũ 3. Ord. erectum Guastallæ Collegium.

Hoc anno pariter recensenda latiùs occurrit erectio novi Collegij Sororum Tertij Ordinis B.M.V. Dolorosæ de Guastalla, quam à sui primæva radice retexere lectori forsan nõ erit ingratum; eamque à mirabili sanatione Regnantis Principis, & benignissimi Guastallæ &c. Ducis Antonij Ferdinandi filij Serenissimi Ducis Vincentij & Ducissæ Victorię Gonzaga ortum duxit. Is namque de Anno 1699. ad mortem infirmabatur, illius imminentem jacturam amare deplorantibus Serenissimis Genitoribus, sed & subditis omnibus præcisam tam immaturè in Principe Adolescente humanissimo spem populorum largiter deflentibus. At verò Mater amantissima præ cæteris afflictabatur dolore cordis, & in tanto mærore ad Dolorum Matrem Sanctissimam conversa, ipsius opem affectuosissimis lachrymis exposcebat; interim verò Filius magis, magisque de die in diem ad mortem properabat, Ita Deo disponente suaviter sapientissimèque, ut B. Virginis Gloria clariùs elucesceret. Quare Ducissa Mater ad proprias preces addidit etiam illas Sororis Mariæ Pudentianæ nostri tertij Ordinis, ab eâdem enixè requisitas, ac præmisso ad Aram Dolorosæ Virginis, & in ejus honorem septem dierum præcipuo cultu, in ultimo die Sacram Communionem ibidem summa humilitate, ac Ducali depositâ pompâ recepit, tandemque domum lacrymando recessit, utpotè quæ spem inter metum, an filius interim expirasset, dubitabat. Sed ò prodigium! Adolescens, qui viribus omnibus destitutus nec digitum movere poterat, ad adventum Ducissę Matris à se ipso erectus super lectum sedebat, adeò ut in instanti lacrymæ doloris in lacrymas gaudij conversæ sint, dum redivivum omnes mirarentur Principem suum, quem ferè deplorabant extinctum. Ab illo tempore cogitaverunt unanimiter Pijssimi, ac Serenissimi Coniuges, ut pro gratiarum perpetua redditione, in honorem Dolorosæ Virginis Matris erigeretur de novo Collegium pro Sororibus Tertij Ordinis ejusdem, quas præfata Soror Maria Pudentiana dirigeret, gubernaretque. Sed hujus piæ promissionis effectũ eidem redivivo Principi Deus O. M. reservabat; Nam insequenti anno 1700. ex morte Caroli II. Hispaniarum Regis absque successione, subortis ferè per totam Europam obstinatissimis bellorum calamitatibus, operi tam pio exequendi Serenissimis Principibus viam omnem Deus præclusit, donec ijs defunctis, Serenissimus Filius Antonius Ferdinandus in Dominio successor, ac Insignis Beneficij sibi à Virgine Dolorosa concessi non immemor, emptis aliquibus domibus circa, & propè nostram Ecclesiam existentibus; erectioni promissæ à Parentibus Collegij Sororum Tertij Ordinis Servorum B.M.V. bono omine dedit initium Anno 1715. die 29. Januarij. Delineationem autem ædificij omnium sensu accomodatissimam, perfectissimamque, certè non sine Numinis auxilio, P. Hieronymus Maria Ruffi nostri Ordinis Sacerdos, ultra suam spheram, effecit, qui & ipse primum in fundamentis lapidem jecit, operi incessanter assistens, adeò ut expensis Serenis. Principis omnimodè perfecta pro Sororibus habitatione die 26. Maij præsentis Anni 1718. recurrente solemnitate Ascensionis Domini

Prodigium Virginis Dolor.

nostri

nostri Jesu Christi præfata Soror Maria Pudentiana Chiappini unà cum duabns alijs Puellis à se in reguiari disciplina educatis, Coilegium ingressa est solemniter plaudentibus Civibus. Sed & die 19. Junij ejusdem anni, quo Sanctissimæ Fundatricis Tertij Ordinis B. Julianæ Falconeriæ Anniversaria celebritas recurrit, habitum suscepit ex Aulicis Fœminis Adolescentula quædam pijssima, cujus exemplo, & aliæ septem die 28. Septembris hujus Anni 1718. inspectantn Serenissimo Duce cum Aulicis, & innumeris populis, habitum pariter Tertij nostri Ordinis acceperunt. Locus iste sub protectione vivir ejusdem Serenissimi Ducis, cujus pietas post expensas abundè subministratas in ædificio, ac fundatione Collegij, minimè contenta, etiam dotem addidit, eidem nimirùm donando satis amplam possessionem cum domo necessarijs mobilibns omnibus instructâ, ita ut in vita perfectè communi Sorores ali perpetuò valeant. Earum verò primus Corrector à Definitorio illius Mantuanæ Provinciæ deputatus fuit P.M. Angelus Maria Gherli Exprovincialis Vir omni genere pietatis, ac doctrinæ apprimè instructus; qui et ipse præfatam Sororem Mariam Pudentianam usque sub die 9. Octobris anni 1689. nostri Tertij Ordinis habitu induerat; de cujus mulieris laudibus omninò tacendum est ex monitu Spiritus Sancti quandiù vivat; cùm interim apud illos Cives in magna pietatis existimatione versetur, illius patientiam insignem in assiduis infirmitatibus constanter per viginti et octo annos tolerandis admirantes, & prudentiam singularem cum pietate conlunctam in educandis, & erudiendis in Dei timore, ac Regulati Observantia Virginibus extollentes.

P. M. Philippi Xantir &c. Ep. ad alrā Episcop. Sedem transit.

Cùm ex varijs impedimentis, quæ eidem supervenerant, P. M. Jo. Vincentius Philippi retro actis annis electus, & confirmatus Episcopus in Dalmatia, & Diæcesi Xantis, & Cephaloniæ debitæ Residētiæ personaliter incūbere non valeret, munificentia Serenissimæ R. P. Venetæ electus ad aliam Sedem Episcopalem in Dominio Veneto pertransijt die 13. Maij præsentis anni 1718. loco qui dicitur *Caorle*, Vir profectò, & præ doctrina, morumque integritatn, & præ notitia linguarum præcipuè Græci Idiomaris etiam augustiore Insulâ dignus. Quoque eadam Venetum Serenissima Respublica hoc anno ab ingentibus Belli Turcici curis, & expensis Divina opitulante Gratiâ liberata est, stabilitâ pace inter utramque Potentiam per pnblicum Instrumētum Passatovitij moræ Imperij rogatum die 21. Julij 1718. pluribus adiectis utilibus Reipublicæ Christianæ conditionibus, quæ etiam ad pacem, & immunitatem Ordinis nostri Conventuum in illo Dominio positorum inservire possunt; nnde pro ijs etiam Solemnes Deo à Religiosis nostris gratiæ peractæ sunt.

Pax inter Othomanum Imperiū & Venetā R. P.

Vitam cum morte commutarunt ex nostris hoc anno P. M. Dominicus Baldassarri oriundus à Salarolo Castro Romandiolæ, qui in illo parvo Conventu, qui per Breve Innocentij X. cum alijs suppressus remansit, habitum nostrum acceperat, inde verè ad alium Conventum S. Laurentij de Butrio translatus fuit, in quo, & curam animarum plures annos exercuit summa exemplaritate vitæ, & animarum profectu, eò quia in Morali Theologia versatissimus erat, ac ideo Ravennatensi Archiepiscopo D. Ferretti, dum Prioris munus Ravennæ in Conventu nostro S. Sebastiani obiret, acceptissimus fuit. Provincialis Emiliæ creatus, omnibus omnia factus, omnium in se provocavit affectum. Denique in ætate decrepita Ravennæ spiritum Deo reddidit anno præsenti 1718. In quo pariter non modicâ Religionis jacturâ vivere desijt P.M. Antonius Baraldini de Faventia, qui post laudabilitet exercitas publicas Theologiæ Cathedras tum Cæsenæ, tùm in dicta sua Patria, post completum Emiliæ Provincialis Officium, Postulator electus Romæ in causa Canonizationis B. Peregrini Laziosi plurimùm in ea collaboravit; quo tempore cùm vacaret Officium honorabile Confessarij Palatij Apostolici per mortem P.M. Dominici Franceschini à Senogallia notæ pietatis Viri, qui ætate grandævus in illud Officium substitui curaverat P. M. Deodatum Corradi de Monte Cicardo utriusque Theologiæ Moralis, & scholasticæ professorem egregium, qui et ipse immaturam mortem obierat, ad id muneris præelectus fuerat idem Baraldinus; at non post multos annos apoplexiâ correptus in Quirinali, quo penes S. Sedem degebat, mortuus est, & in nostra Ecclesia S. Marcelli funeris expensis ab Apostolica Camera Sanctissimi D. N. Clementis XI. mandato subministratis, summo Religiosorum, & Curialium dolore sepulrus est. Huic, & in illius Officium successit P.M. Hieronymus Maria Allegri Florentinus Vir notæ pietatis, de quo alibi dicendum erit.

Obitus plurium ex nostris.

Gratitudinis ergo referenda mors est P. Dionysij Bellieri Flor. cui multum debet Insignis Ecclesia hæc Sanctiss. Annunciatæ, quippe qui plurimos annos in ea Musicæ Magisterinm præclarè exercuerit, expensis & labore non modico excellentiorum in Musicis compositorum opera undequaque collegerat, eademque postea præfatæ Ecclesiæ reliquerit. Utpotè mansuetissimus, & ingennus, acceptus fuit, & charus nedum Secularibus, maximè Musicę professoribus, sed etiam nostri Ordinis Religiosis omnibus, cum quibus familiaritatem contraxerat ea ijs temporibus, quibus per annos fermè viginti secundi Secretarij Ordinis munere egregiè perfunctus fuerat, P.M. Arrighetti, & P.M. Poggi supremam in Ordine Præfecturam exercentibus; qno tempore Provinciæ Tusciæ Socius Provincialis etiam per Triennium extitit. Satis provectæ ætatis à morbo gangrænoso in uno

Obitus P. Bellieri.

ex

ex pedibus correptus per mensem ad patientiæ exemplum toleraris molestissimis doloribus, spiritum Deo reddidit die 15. Junii hujus anni 1718. cui Musicæ professores omnes in eadem Ecclesia propriis expensis magnificè parentarunt.

Nova prodigia B. Pereg.

Interim verò neque hoc anno destitit Peregrinus nova patrare miracula, novas conferre Gratias, & beneficia, ut vel sic ad formalem Canonizationem perveniret.

Fœmina à gravissimis liberata.

1 Nam adolescentula quædam, Angela nomine ex familia Tiphernate de Pasquis, cùm variis afflictata gravissimis morbis angustiâ pectoris adeò torqueretur, ut ad extremum vitæ perducta esset! Eo in statu posita auditâ famâ prodigiorum, quæ mediante B. Peregrini intercessione Deus operabatur, spe in illum erecta ejusdem patrocinium imploravit ardenti cordis desiderio, ac ejusdem S. Reliquiâ per manus P. Laurentij Mariæ Fabbri nostræ Ecclesiæ Sacristæ benedici curavit. Nec fefellit eam concepta spes; Stupentibus etenim omnibus adstantibus illicò dolor ingens pectoris cessavit, ac brevi mala omnia fugata sunt, quæ grata pro beneficio de mense Januatij hujusce anni, ad Aram ipsius Beati gratias egit quamplurimas.

Ab horrenda tumefactione quis liberatur.

2 Mathæus Antonij Parrini dictus *della Battaglina* è Civitate Castelli hoc eodem mense, & die 23. Januarij acutissimis oppressus doloribus, & frequentissimis symptomatibus consternatus ad mortem properabat, jamque horrenda tumefactio totum ejus invaserat corpus & usum ferè omnem sensuum amiserat. Talis erat miser ejusdem status à media nocte præfatæ diei, usque ad horam 17. diei sequentis. Fuerat ille non parùm devotus B. Peregrini, quare in tot angustijs recordatus est nominis ejus, ac mentaliter, cùm aliter non posset, ipsius opem imploravit. igitur [ipsemet deponit] invicatus Peregrinus adfuit, eique dicere visus, *ne dubites, citò veniet salus tua;* Et quidem illicò mitigatos sensit dolores, & minori quàm duarum horarum spatio sanus omninò apparuit, obstupescentibus domesticis omnibus, qui mox animam exhalaturum Mathæum credebant; & quod magis prodigium declarat, illud est, quòd nulla penitus adhibita fuerant medicamenta, cùm illorum omninò incapax foret infirmus.

Tres Moniales à varijs lāguoribus sanantur.

3 Tres eodem fermè tempore, & mense Februario Moniales Peregrini ope liberatæ sunt in Monasterio Cappuccinarum Civitatis Castelli. Prima Soror Christina, quæ cùm esset ætatis supra septuaginta à vehementi febre oppressa, de propria vita solicita Peregrinū inclamavit, & ad ejus Aram, ut Missa celebraretur, curavit. Eodem tempore [deponit ipsa] febris illicò cessavit, nec ampliùs deinceps comparuit. Secunda fuit Soror Maria, quæ reuthmaticis, ac lumbaribus vexata doloribus nullum habuit Medicum, nisi B. Peregrinum, cui devotè se commendans, & de mense Februario illius lampadis oleo se inungens, ab omnibus doloribus sanata est, adeò ut Regulares observantias perfectè prosequi valuerit. Tertia fuit Soror Antonina, quæ stomacho pessimis humoribus affecto pejora non irrationabiliter metuebat. Unde spe plena S. Imaginem Beati Peregrini, quā apud se retinebat, ad partem læsam applicuit; atque [ut ipsamet testatur] adeò brevi tempore dolores, & humores omnes in pectore evanuerunt, ut nec eadem infirma tam subitæ sanationis modum intelligeret.

A pleuritide sanat.

4 De Mēse verò Martio ejusdem anni 1718. Franciscus Tenaccioli de Tipherno ab acuta febre cum pleuritide oppressus actum de eo erat. At ille in B. Peregrino spem suam omnem reponens, ipsius adjutorium contrito corde invocavit, & ejusdem S. Reliquiâ signari se fecit. In eodem instanti cessavit dolor, evanuit febris, ita ut adveniens Medicus obstupuerit, quomodo tam cito convalescere Infirmus potuerit.

A Tibiæ plaga Monialē sanat.

5 Eodem verò mense Martio hujus anni in Venerabili Monasterio S. Claræ Mercatelli loci Diœcesis S. Angeli in Vado Soror Anna Maria Geltrudes Juliani tibiam adeò malè affectam gerebat, ut nec supra pedes consistere, multò minus gressum movere nequiret. A Monialibus Cappuccinis de Tipherno transmissa fuerat quædam Sacra Imago B. Peregrini: Hanc infirma Beatum invocans ad tibiam læsam applicuit, statimque vigorem antiquum recipiens, ad motum aptari cœpit, nec diu post integram obtinuit sanitatem; quod utique veluti prodigium admiratæ sunt cæteræ Sorores, quæ conjunctim gratias Deo ac B. Peregrino egerunt quammaximas.

A plaga super costas Abbatissa liberatur.

6 Abbatissa Ven. Monasterij Cappuccinarum Tipherni mense Martio hujus anni, cùm diu quadam insanabili plaga laborasset super costis, ex qua nec requiem in lecto capere poterat, nec omnibus regularibus Observantiis interesse, enixè rogavit B. Peregrinum Matris Dolorosæ filium, ac servum fidelem, ut sibi in tanta necessitate succurreret. Audivit supplicantem Peregrinus, & instantaneè plaga disparuit, ac brevi ab omni impedimento liberata est, unde & affectuosissimas Liberatori suo gratias exhibuit.

Febrem malignā fugat.

7 Succedente verò Mense Aprili Joseph Petri Matthæi de Civitate S. Sepulcbri cùm febri maligna adeò malè tractaretur, ut præ nimio capitis dolore extra se raperetur, ab Avunculo suo D. Dominico Graffi B. Peregrino commendatus, ac Oleo ejusdem lampadis inunctus, statim convalescere cæpit, & febris ita eum reliquit, ut eum adoriri amplius ausa minimè fuerit, mirantibus domesticis, ipsoque Joseph tanto Benefactori gratias agente quammaximas.

8 Hydropisi pectorali maximoperè laborabat D. Franciscus Piotti Prior S. Mariæ Novæ Civitatis Castelli, & eò processerat morbus, ut à Medicis jam jam conclamatus foret. Peregrino itaque potentissimo Medico salutem

suam

suam unicè commendabat, ac proinde ejus Sacra Reliquia se signari obtinuit: Post quæ decrescere cœpit pectoris tumor, & respirationis difficultas imminui; ac post nonnullorum dierum cursum ad primævam integram sanitatem lætus rediit: unde pro gratiarum actione Missæ Sacrificium ad ipsius Aram obtulit.

Ab hydropisi pectorali Sacerdos curatur.

9 Duæ Mariæ Antoniæ una Bartholomæi à Selci Tipherni commorantis, altera Pauli Giglioni Tiphernatis, Beneficentiam Peregrini eodem fermè tempore decantarunt. Prima namque cùm in sinistro genu tumorem ferret infensissimum, utpotè horrendæ magnitudinis, ad Peregrinum confugiens, oleoque pluries inuncta, testatur ipsamet, quod brevi sanata est. Altera cùm excessivam in gutture tumefactionem pateretur, atque diversa, plurimaque remedia naturalia in vanum expetta fuisset, ad Oleum lampadis B. Peregrini confugiens, ab ipso tantummodo levamen consecuta est, illumque laudibus prosequi non desistebat.

Duæ mulieres eodem tempore sanantur.

Non obstante pendentiâ Causæ Canonizationis B. Julianæ de Falconeriis, in qua disputabatur acriter articulus; An procedendum esset ad ulteriora super inquisitione miraculorum novissimè patratorum, vel an iterum super virtutibus efformandus esset processus; ad instantiam tamen Postulatorum causæ adnitente maximè D. D. Alexandro Falconerio Urbis Gubernatore, & instante nostro P. Procuratore Generali, prodiit Decretum elevationis cultus ejusdem Beatæ, tenoris sequentis.

Florentina Canonizationis B. Julianæ de Falconeriis Fundatricis Tertii Ordin. Servorum B. M.V.

AB Eminentiss. et Reverendiss. D. Card. Fabrono in S. Rit. Congregatione iterum propositis instantiis RR.PP. Vicarii Generalis, & Procuratoris Generalis Ordin. Servor. B. M.V. nomine etiam Postulatorum Causæ Canonizationis B. Julianæ de Falconeriis prædictæ pro elevatione Officii ipsius Beatæ à Ritu semiduplici ad duplicem in universo præfato Ordine humillimè supplicantium, Sac. eadem Rit. Congregatio, audito prius tam in voce, quàm in scriptis, R. P.D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, & ex noviter deductis, petitum Officium B. Julianæ, tamquam Fundatricis Sororum B. M. V. in Universo Ordine Servorum B. M.V. utriusque Sexus in posterum sub Ritu duplici recitari, & Missam respectivè celebrari posse censuit, si Sanctiss. Dom. Nostro visum fuerit. Die 10. Septembris 1718.

Elevatio Cultus B Julianæ.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctiss. Dom. Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 24. ejusdem mensis, & Anni.

Fr. Card. de Abdua Præfectus.

Loco ✠ Sigilli

M. N. Tedeschi Ep. Liparit. S.R.C. Secr.

A Obtento [ut supra innuimus] favorabili Decreto à S. Sede emanato approbationis Cultus B. Alexii Falconetiis unius ex septem Ordinis nostri Fundatoribus, hoc anno præcisè introducta fuit coram Ordinario Florentino D. Thoma Bonaventura ex Comitibus Gherardeschæ Causa Cultus immemorabilis aliorum sex Fundatorum me ipso Postulatore nomine totius Religionis electo, ac deputato per P. M. Angelum Mariam Venturam Vicarium Generalem Apostolicum, ut ad annum 1717. relatum est.

Cùm verò Sanctiss. in Christo Pater Clemens XI. in quadam publica perorat one coram se facta occasione publici Consistorii de laudibus B atæ Julianæ Falconeriæ non modicam Sanctitatis ipsius intra se existimationem concepisset, desiderium mox suum
B habendi penès se Reliquiam aliquam ipsius Beatæ D.D. Alexandro de Falconeriis Urbis Gubernatori vigilantissimo patefecit, qui tanus occasionem hanc esse opportunam ad magis magisque promovendam ipsius Beatæ Canonizationem, ipsemet D. Alexander mediante Perill. na D. Archiepiscop Florentini de Gherardesca enixè postulare dignatus est à Patribus Discretis nostri Cœnobii Florentini, ut sibi servatis servandis aliquam ex ossibus dictæ B. Julianæ partem Sanctiss. Clementi XI. donandam extraherent, & ad se mitterent. Cui petitioni f ci è assentientibus Patribus, præsente Cancellario Archiepiscopali, Perito Anatomico D. Francisco Folchi,
C P. Theologo Petro Antonio de Rubeis Priore, aliisque Testibus, visitatum, ac recognitum fuit Sacrum Corpus ipsius Beatæ de nocte, clausis Ecclesiæ foribus, ac præmissis factis precibus, extracta fuit ex parte dextra septima costula pectoris, quæ reposita in custodia lignea perpolita, ac sigillis obsignata, Romam transmissa fuit.

Causa introducta sex aliorum Fundatorum.

B. Julianæ Reliquia donata SS. P. Clemen. XI.

ANNOTATIONES IN CAP. X.

OMnia eruta sunt ex Archivis præfatorum Conventuum.

D *Festum B. Alexii solemniter celebratur. Mors, & laudes Episcopi Miniatensis P. M. Poggi. Honorifica pro Ecclesia Florentina. Missionarii Apostolici ad Sinarum Imperium ex nostris. Officium nominis Jesu. Erectio novæ Eremi, & alia memorabilia.*

CAP. XI.

OBtento, ut supra diximus, à Sancta Sede favorabili Decreto Cultus immemorabilis præstiti B. Alexio de Falconeriis uni ex 7. BB. Fundatoribus Ordinis nostri, atque jam introducta coram Archiepiscopo Florentino causâ ejusdem cultus pro aliis Sex: Hoc primum Anno die 17. Februa-

Februarij Beati ejusdem Festo adveniente, maximâ pompâ per Ecclesias Ordinis celebrata festivitas fuit; maximè verò Florentiæ, quæ felix ipsius extitit Patria, summæ lætitiæ ac erga eumdem Beatum Pietatis publica fuot populo Florentino exhibita testimonia. Nam per excellentem pictoriæ artis Peritum D. Antonium Puglieschi coloribus delineata historia Beati illius ad cœlestem Gloriam Transitus, quæ super Aram Principem Ecclesiæ Sanctiss. Annunciatæ variis circumquaque ornamentis decorata perbellè residebat per biduum, musicis concentibus, innumerisque luminaribus tam intus, quàm extra Ecclesiam, ac per plateæ circuitum adhibitis, ignibus etiam fabrefactis, ac boatibus, & tubis lætitiæ signa propalantibus, cùm innumera populorum advenientium multitudine decorata solemnitas est, eam illustrantibus quoque præsentiâ suâ Illustrissimis Præsulibus D. D. Cajetano Stampa Nuncio Apostolico D. D. Thoma Bonaventura de Gherardesca Archiepiscopo Florentino, ac Serenissimis Cosmo III. M. E. D. cum cæteris Etruriæ Principibus Florentiæ tunc temporis existentibus. Ad Ecclesiæ ingressum aderat in eminenti loco cubitalibus literis inscriptio tenoris.

Festũ B. Alexij magnâ pompâ celebratur.

Deo in Sanctis admirabili,
Quod Alexium de Falconerijs
Hujus Urbis Civem Clarissimum
B. Julianæ Patruum, & Præceptorem
Unum ex septem Fundatoribus
Ordinis Servorum B. M. V.
Eterni Regni
Domesticum effecerit,
Ejus Cultu
Apostolicis Oraculis confirmato,
Hujus Cœnobij Patres
Hostiam laudis offerunt.

Cantato verò hymno *Te Deum laudamus* ab exquisitis Musicis, & à facundia Oratorum enarratis pleniùs laudibus Beati, maximo populorum gaudio solemnitas expleta est.

Tantum verò lætitiam non multò post consecutus est non modicus dolor in morte P. Jo. Francisci Mariæ Poggi, nostri Ordinis olim Generalis, modò verò zelantissimi Ecclesiæ Miniatensis Præsulis, quæ accidit in eadem sua Civitate die 13. mensis Aprilis hujus anni 1719. postquam per annos 16. Ecclesiam illam, & Diœcesim sanctissimè gubernasset. Is ab ineunte ætate pietati ac literis deditus Ordinem nostrum puerulus adhuc ingressus est, ubi cùm esset acri ingenio, fortisque viribus, in scientiarum studijs plurimum profecit, primariasque dignitates usque ad Generalatum obtinuit, quem per 12. annos magna prudentiâ, & zelo administravit. Innumera sunt beneficia, quæ Conventibus suæ Religionis præstitit, vel fabricas promovendo, vel Ecclesias ornando, vel disciplinam Regularem instaurando, sed maximè in suo Cœnobio Sanctissimæ Annunciatæ de Florentiâ insignia præbuit sui Amoris monumenta, ibi

Obitus, & laudes Episcopi Poggi.

E namque præter ornatissimam Bibliothecam emolumentorum suorum sumptibus ædificatam, ac magnificentissimum Dormitorium de novo suo consilio à fundamentis excitatum, aliasque præfati Conventus publicas mansiones exornatas, in eodem perfectam vitam communem juxtà præscriptam methodum ab Innoc. XII. feliciter introduxit. Ingenij sui acumen jampridem demonstraverat in publicâ Achademiâ Pisanâ, in qua S. Theologiæ Cathedram multos annos egregiè sustinuerat; donec à Clemente XI. Summo Pont. postquam in servitium peculiare Sanctæ Sedis plurimùm insudaverat, ad Episcopatum Miniatensem spontè promotus, postquam Episcopatum Civitatis Castellanæ jampridem recusaverat, incredibile est quantum in illa Domini Vinea fidelis Operarius laboraverit, visitando, prædicando, corrigendo, loca pia

Ad Episcopatũ assumitur.

F instituendo, Ecclesias ornando, ac de novo excitando, Seminarium augendo, factus omnibus omnia, ipse solùm in se pauper victu, & vestitu, in alios totus erat dives. Cathedralem Ecclesiam adeò ornavit, ut novum ædificium, alterumque Templum videri possit. A' fundamentis in prærupto colle Sanctissimi Crucifixi Ecclesiam ornatissimam, quæ nunc admiratione visitur, erexit, in qua non minus quàm sexdecim millia aureorum ex proprijs, & aliorum suâ industriâ collectis largitionibus expensa fuerunt. Donec post annos 16. sui Pontificatus relictis pluribus doctrinæ, ac pietatis monumentis, præcipuè in

G Actis Synodi, quæ edidit in lucẽ Anno 1707. & quæ merito ab omnibus collaudantur, & ad exemplum omnium Episcopatuum proponi posse creduntur; & in extendendis Gestis Venerabilis P. Julij Arrigherri, olim sui Præceptoris Amantissimi, in quibus lectorem instruendo movet ad pietatem. Anno 71. suæ ætatis expleto, maximo omnium mœrore, pectoris hydropisi oppressus inter manus nostrorum Religiosorum P. M. Aloysij Mariæ Garbi mei in Annalium constructione Antecessoris dignissimi, qui illuc vocatus è Pisis, ubi Lector manebat, advolaverat, & P. Callisti Carani nepotis Callisti Senioris digni Sacerdotis, & ejusdem Episcopi Secretarij, multis editis eximiæ pietatis signis, expiravit

H inter lacrymas assistentium. Corpus suum, non ut ipse disposuerat vivens, sed uti tantum Prælatum decebat, à Canonicis suis in Ecclesia Metropolitana insigni pompâ expositũ fuit, cui etiam aliquot post dies iidem magnificentiùs veneratissimo Pastori suo parentarunt Canonici non solùm, sed etiam Seminarij alumni distinctis diebus; in breviloquio tamen, quo consepeliri voluit, ipsius voluntati morem gesserunt, quod est infrascripti tenoris insculptum in lapide ante Altare S. Philippi Benitij ab ipsomet Præsule de novo erectum, ornatumque in eadem Cathedrali.

Ossa
Miserrimi Peccatoris

Fr.

Fr. Jo. Francisci Mariæ Poggi
Ord. Servor. Deiparæ Alumni,
Et Episcopi Miniatensis
Hic requiescant in pace.

Audita ejus morte PP. Florentini Exequias eidem pararunt insignes, ante fores Ecclesiæ prægrandibus literis apposita inscriptione composita per P. Theologum Julium Antonium Mariam Roboredo, excellentis eruditionis Virum, qui successerat eidem Episcopo in Cathedra Pisana.

Fr. Jo. Francisco Mariæ Poggi Florentino;
Cui virtus omnia promeruit.
Religio Servorum B. Mariæ Virginis
In Pisana Cathedra Doctissimum Theologum,
In arduis negocijs fidelissimum Filium,
In supremis dignitatibus Amantissimum Patrem
Experta est,
Civitas Miniatensis
Vigilantissimum Pastorem habuit,
Lugent Cives publicæ tranquillitatis Assertorē,
Pauperes Adjutorem Liberalissimum,
Plura Monumenta Pietatis
Divini Cultus Amplificatorem maximum
Testantur.
Conventus D. Annunciatæ
Alumno suo æternâ Memoriâ digno
Parentat.

Idem Poggius publicæ Universitatis Florentinæ alumnus, & in publica Universitate Pisana stipendiatus lector fuerat, Consultor S. Officij Inquisitionis Florentiæ, & Disciplinæ Regularis Romæ designatus, ac Serenissimi Principis Cardinalis Leopoldi Medices Theologus præcipuus; Provincialis Etruriæ, Secretarius Ordinis, ac Generalis Præfectus, ut dictum est postquam Castellanam infulam ex humilitate recusaverat, ad Pistoriensem nominatus, demum ex jussu Pontificis Clementis XI. Miniatensem acceptare coactus est, honoris Dei, ac salutis Animarum semper zelantissimus, in Episcopatu simplicitatis, ac Religiosæ paupertatis numquam oblitus est. Eidem mortuo Serenissimus Etruriæ Magnus Dux Cosmus III. Successorem nominavit P. M. Petrum Antonium Rossi Ex Generalem ejus Intimum Theologum, qui exemplari constantia dignitatis illi humilitas renuntiavit, cujus præclarum exemplum in recusando Episcopatu Massæ Senensis eidem oblato secutus hoc eodem anno est P. M. Petrus Maria Peri notæ eruditionis Vir.

Hoc Anno Conventum eumdem Florentinum decorarunt mansione sua Serenissimus Princeps Clemens è Bavaria Monasterij, & Paderbonæ Episcopus; ac postea Nuncius Apostolicus D. D. Caietanus Stampa. Sed & Florentiæ solemni pompa, ac totius populi Florentini concursu totius Tusciæ Protector electus fuit hoc anno Sanctissimæ Dei Genitricis Sponsus Joseph. &

Princeps Bavariæ & Nuntius Apostolicus Ordinē honorāt.

Florentiæ quoque hoc anno è sepulchro in medio Ecclesiæ, qua per modum depositi locata fuerant anno 1713. Ossa Sororis Catharinæ Bonfrizieri Tertiariæ nostræ, translata A sunt pluribus P.P. præsentibus, & reposita in proprio sepulchro Sororum ad Altare Sanctissimæ Conceptionis ejusdem Ecclesiæ D. Annunciatæ, in qua Corpus B. Julianæ pro veneratione Fidelium asservatur.

Transfertur Ossa Sororis Catherinæ de Flor.

In præfato quoque Conventu, & in Oratorio Sculptorum, ac Pictorum celeberrimæ Academiæ designato, collocata fuit Statua Davidem Regem, Prophetamque repræsentans, summo studio elaborata à P. Josepho Maria Florentino nostri Ordinis Sacerdote, et eidem Academiæ meritò adscripto, qui & alia edidit suæ ingeniosæ Artis monumenta. Inter alia verò Opera nedum in gypso, sed et in marmore sculptam perfecit ad vivum repræsentantem effigiem Ven. Servi Dei B P. Julij Arrighetti, olim Ordinis nostri Generalis, quæ in nostro Conventu de Florentiâ asservatur. Ex quibus non modicam sibi laudem à Peritis in Arte promeruit.

P. Salvetti Sculptor

Hoc anno pariter à Summo Pontifice Clemente XI. pro Sinarum Imperio Missionarij Apostolici electi sunt ex nostris P. M. Sostenes Maria Viani Pedemontanus, & P. M. Jo. Dominicus Fabris Venetus, sed oriundus ex Vienna Austriæ, qui conspicuæ hujus Missionis Apostolico Legato D. D. Carolo Ambrosio Medio Barba vulgò *Mezzabarba* Patriarcæ Alexandrino adjuncti sunt primus ut Cōfessarij Theologi, secundus ut Secretarij munere eidem Prælato inservire deberent; itque cum omnibus aliis hujus arduæ peregrinatio- C nis Socijs ab Ipsomet Summo Pontifice propria manu die 29. Septembris Sacrâ Communi ne fuerunt refecti, & ad osculum pedis admissi, gravi postea, ac efficacissima Concione ad Opus hoc Evangelicum tanti ponderis inflammati sunt.

Missionarij nostri ad Sinēses.

Sopolicationibus quoque nostri Ordinis in Romana Curia Procuratoris Generalis S. Rituum congregatione porrectis obtentum fuit hoc anno, ut Officium proprium Sanctissimi Nominis Jesu in tota Religione à Fratribus nostris recitari, & Missa respectivè celebrari valeat; cujus Decreti tenor talis est

Officium SS. Nominis Jesu.

Ordinis Servorum B.M.V.

Ad humillimas preces P. Procuratoris Gene- D *ralis Ordinis Serv. B. M. V. Sac. Rituum Congregatio benignè indulsit, atque concessit, ut in posterum die 14. Januarii Officium proprium Sanctissimi Nominis Jesu, ab omnibus Fratribus aliorum Conventuum supradicti Ordinis, quibus hujusmodi Indultum minimè concessum fuit, recitari, & Missa respectivè celebrari possint, & valeant. Die 15. Julij 1719.*

Fr. Card. Paulutius Pro Præfectus.

Loco ✠ Sigilli

N. M. Tedeschi Ep. Liparitanus
S. R. Congregationis Secr.

Quandoquidem non cessat B. Peregrinus nova semper Civibus Tiphernatibus præstare beneficia, æquum non est, ut nobis pigeat all-

à B. Peregrino Gratiæ obtentę.

qua ex ijs referre, quæ hoc anno 1719. patrata sunt.

1 Antonia Uxor Francisci Marinelli Tiphernatis in genu sinistro Erisipelâ malè torquebatur, adeò ut per totam tibiam diffunderetur enormis tumor cum gravi periculo ipsius vitæ: Quare in tanto discrimine B. Peregrini S. Reliquiâ partem læsam obsignari curavit, & illicò [ut ipsamet testata est] vehementes dolores cessarunt, somnum, quem amiserat, recepit, ac brevi ab omni malo sanata est de mense Julii hujus anni 1719.

2 Eodem Anno de mense Augusto in latere sinistro apostemate pessimo vexabatur Francisca Lucæ Uxor Joannis Matthæi Tiphernatis, cui nullum à doloribus levamen obtinuerant humana medicamina. At illa ad Peregrini opem implorandam conversa, ex lampade illius Oleo inungi devotè curavit; & in eodem instanti disrupto apostemate dolores mitigati sunt, ac brevi optatam salutem recuperavit. Unde gratitudinis ergo ad ejus Aram per novem dies egit humiliter gratias Benefactori suo.

3 Æquale à Peregrino beneficium accepit Barbara Uxor Francisci Lautucci de Tipherno, quæ similem in genu dextro tumorem cum atrocissimis doloribus tolerabat absque requie. Ad Peregrinum itaque spei plena confugiens, & à P. nostro Carolo Josepho Maria ejusdem S. Reliquiâ obsignata, tumor illicò disruptâ carne abundanter profluere cœpit, ac brevi omnimodam recuperavit sanitatem, adeo ut ad Ecclesiam nostram faciliter pergere valuerit, ibique ad Aram Beati Sacrosanctis Confessionis, & Communionis Sacramentis receptis, pro gratiarum actione specialem Novenam instituit in ejus honorem.

4 Maria Antonia Bartholomæi à *Selci*, modò Tipherni commorans, quæ anno elapso virtutem, ac beneficentiam in se B. Peregrini primùm experta fuerat, iterum à molestissimis in latere dextro doloribus oppressa ad Advocatum suum fidenter confugit, atque eodem, quo priùs oleo lampadis partem læsam inungens, asserit ipsa pro veritate, quòd statim absque alio medicamine dolores omnes evanuerunt; unde tantam Olei virtutem ubique celebrans, ipsum et ad omnes morbos efficacissimum remedium deprædicabat.

Eremitis quoque Senarij Montis Ordinis nostri adjectio notabilis facta est hoc anno in acquisitione alterius Eremi sitæ in Sutrina Diæcesi. Locus est hic dictus *Monteruno* pertinens ad Feudum Excellentiss. Principis D. Hieronymi Altieri, in quo b. m. Princeps Angelus Altieri Avus præfati D. Hieronymi, ac Nepos fel. mem. P.P. Clementis X. usque de anno 1677. Ecclesiam sub titulo S. Bonaventuræ cùm Monasterio, & Officinis necessariis pro aliquo Ordine Claustrali, ea intentione piissima fundaverat, ut Religiosi inibi manentes ad salutem Animarum eo loci de-

Nova Eremus Ordini adjecta.

E gentium attendere commodè possent: cumque debitis obtentis à S. Congr. Episcop. & Reg. facultatibus, ac exemptionibus ab Jurisdictione Ordinarij, annuente maximè Innocentio XI. Summo Pontifice sub die 16. Martij 1677. rem egisset cum PP. Scholarum Piarum varijs hinc inde conditionibus interpositis; nescio qua de causa res infecta remansit; utrâque parte à promissis concorditer recedente, uti constat ex instrumentis publicis manu Cancellarij Emin. Card. Vicarij Ser . . . . de Rubeis die 22. Augusti, & die 7. Septembris ejusdem Anni 1689. Hinc loco PP. Scholarum Piarum in eundem locum Augustiniani Patres Discalceati suffecti sunt, instrumento publico desuper confecto die 20. Januarij 1690. approbante eâdem S. Congre- F gatione per decretum die 17. Februarij emanatum, et usque ad annum 1710. ijdem Patres in eodem Conventu permanserunt, donec ignotâ nobis causâ illum omninò deserentes, à Præsbyteris secularibus Ecclesia ipsa administrata fuit. Anno verò 1718. de Cura ejusdem loci, ac de spirituali profectu suorum subditorum sollicitus idem Princeps re communicata cum Procuratore Generali Ordinis, eamdem Ecclesiam, & Conventum, mediante ejus Ministro D. Antonio Antonelli à Viano, curavit offerri nostris Eremitis Montis Senarij, qui de familia degunt in Eremo Ciboniæ, seu Montis Urbani Sutrinensis Diæcesis, adjectis aliquibus arduis conditionibus, G quæ die 27. Decembris anni 1718. moderatæ, ac stipulatæ fuerunt à P. Petro Maria Rectore dictæ Eremi Ciboniæ unà cum P. Hilarione Maria Eremita Sacerdote, assentiente præfato Excellentiss. Principe in ejus Palatio de Viano; reservata tamen facultate obtinenda à Generali Ordinis nostri Præfecto, qui postea illam concessit his verbis.

Cùm ab Excellentissimo D. Principe Hieronymo de Alteriis Romano requisiti fuerint R. P. Rector, & PP. Eremitæ Ordinis nostri Servorum Mariæ in Sacra nostra Eremo B. Virginis de Cibona propè Sutrium degentes, ut dignarentur se conferre ad habitandum, et commorandum in Conventu, & ad Divina Munia exercenda in Ecclesia sub titulo S. Bonaventuræ po- H *sitis propè, sed extra Oppidum Montis Rani de Ditione præfati Excellentiss. D. Principis de Alteriis, Sutrinæ, & Nepesinæ Diæcesis cum quibusdam pactis, & conditionibus, de quibus in Positionibus existentibus in Sacris Congregationibus Episc. & Regular. & super disciplina Regul. Cùmque prædicti PP. Eremitæ per preces nobis porrectas nostrum exquisiverint consensum super præmissis, ut scilicet adire possint, & valeant exhibitam sibi præfatam habitationem. Nos igitur dictorum PP. Eremitarum nostrorum precibus inclinati benignè assentimur, ut ipsi servatis de iure servandis, & prout in supradictis positionibus exprimitur, & non aliter. nec alio modo, adire possint, & valeant Conventum, & Ecclesiam respectivè, de*

Licentia P. Gen.

quibus

quibus supra. In quorum fidem &c.
Datum Romæ in Conventu nostro S. Marcelli A
3. Julij 1719.
Fr. Angelus Maria Ventura Vic. Gen. Ap. Serv. B. M. V.
Loco ✠ Sigilli.
Fr. Sebastianus Togninus Secr.

Successivè ac eodem mense Julio 1719. PP. Eremitæ insimul cum eodem Principe supplicarunt S. Congregationi Ep. & Reg. pro confirmatione rerum præfatarum. Quæ S. Congregatio audità optimà informatione Ordinarij, totum negocium remisit in manibus Episcopi Surrini, & Nepotis D. D. Vincentij Vecchiarelli, qui sub die 22. septembris ejusdem Anni 1719. favorabili decreto concessionem prædicti Conventus, & Ecclesiæ PP. Eremitis factam approbat, confirmatque, vi cujus decreti stipulato publico instrumento rogato manu Ser Martij Carosi die 23. Novembris currentis Anni; Tandem die 25. Novembris 1719. solemni memoriæ S. Catharinæ V. & Martyris dedicato in possessionem loci actualem immissi fuerunt PP. Petrus Maria Lucensis Rector præfatæ Eremi de Cibona, & P. Hilarion Eremita Sacerdos, nomine P. Generalis, Congregationis Eremiticæ, ac totius Ordinis Servorum B. M. V. ex rogitu ejusdem D. Martij Carosi Notarij, & Cancellarij præfati Excellentissimi Principis. Functio hæc solemnissima populis omnibus circumquaque accurrentibus cum lætitia magna peracta fuit in eadem Ecclesia, consignatâ Patribus Clavi Tabernaculi, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum asservabatur, & decantato hymno *Te Deum laudamus*. Idem P. Hilarion Eremita è Corsicæ Regno oriundus Missam majori, quâ potuit solemnitate celebravit pro salute Principis, & augmento Congregationis Eremiticæ, ac totius Servitanæ Religionis, assistentibus ad omnia suprascripta tamquam Testibus DD. Dominico Mancinelli Sutrino MontisRani Archipresbytero, & D. Joanne Mecatelli ejusdem loci. P. Verò Vicarius Generalis adveniente mense Decembri ejusdem Anni Vice Rectorē usque ad proximam futuram electionem Conventualem deputavit in eadem Eremo præfatum P. Hilarionem, assignavitque pro familia P. Amadeum de Prato, P. Sosteneum Mariam Genuensem, P. Ferdinandum Mariam similiter de Prato, P. Bernardum Mariam Gallum, & P. Uguccionem Mariam à Cremona Sacerdotes omnes Eremitas professos. Plures ex Patribus etiam Eremitis hujusmodi acquisitionem loci minimè commendabant, tùm ex qualitate loci, in quo contra Institutum Eremitarum cogebantur P.P. neglecta solitudine, & assidua Cœlestium contemplatione, ad communicationem Sæcularium utriusque sexus in administratione Sacramentorum, tùm ex infœlicitate aeris, quòd æstivis temporibus inhabitabile dicebatur. Sed hæ difficultates superatæ per alios fuerant, quoad primam ex spe, quod aliquando ad perfectam Eremiticam Observantiam locus ille reduci posset; quò verò ad secundam, ex simili spe, quòd in vicinijs ejusdem loci obtineri posset aeris fœlicioris situs ad perfectam Eremum fundandam; Quænam ex his opinionibus melius jus foveret, non est nostrum decidere, tempus ipsum demonstrabit.

Licentia S.Congr. Ep. & Reg. B

Nec est prætereundum id, quod acciderat paucis ab hinc annis in loco dicto *le Crete* in Villa *Canalis*, in quo, ut ad annum 1722. dicetur, facta fuit donatio cujusdam possessionis, seù petij terrarum pro construendo hospitio, non longè à prædicto loco, dum fodereretur terra, quidam adinventus est lapis, in quo optimè sculpta apparebant Insignia Sacræ Eremi Montis Senarij, quasi forent cœleste præmonitum illic de proximo Patribus Eremitis nostri Ordinis habitationem fore destinandam. Ast re melius consideratâ sciendum pro curiositate Lectoris, quòd prædictus locus adjacet à tergo Monti Virginio ad Occidentem versùs, quem incolunt hodie Patres Carmelitæ Excalceati Reformationis S. Teresiæ, olim verò ab Eremitis Senarij Montis habitabatur, ut suo loco dictum est. Cumque prædictis Patribus Eremitis nostris Oblatus quidam è dicta Villa *Canalis* inserviret, nomine Antonius *Frabozzo*, Patres verò nostri ob aeris intemperiem, quâ modico tempore quinque ex eis successivè mortui sunt, ut ex lapide illic insculpto apparet, locum deserere coacti fuerunt; unde præfatus Antonius habitu Oblatorum dimisso matrimonium contraxit, ex quo terrenum suprascriptum, quod erat Cameræ Ducalis feudale, accepit in dotem, ibique lapidem cum Insignibus Eremi forsan à semetipso asportatum sepelivit, quoad usque veniret, qui de lapide illo responderet, prout & factum est, etenim, ut suo loco dicemus, lapis iste super fores Ecclesiæ pro hospitio ædificandæ locatus est in signum Eremitarum nostri Ordinis, illuc quasi postliminio reversorum.

Factum notabile

C

Approximante verò Capitulo Generali celebratione per P. Theologum Angelum Mariam Ventura Mantuanum expeditæ fuerunt hoc anno literæ citatoriæ, quibus convocabantur PP. Vocales ad illud celebrandum in Conventu nostro S. Marcelli de Urbe pro die 18. Maij sequentis Anni 1720. Atque interim ad implorandam Divinam assistentiam præceptum fuit, ut qualibet feria 6. in singulis Conventibus, & Ecclesijs nostri Ordinis Missa Septem Dolorum B. M. V. solemniter caneretur.

Literæ citatoriæ pro Cap. Gener. D

Hoc anno pariter ab Eminentissimo Cardinali Fabritio Paulucci Forolivienfi, ut afferrum fuit, ab Urbe transmissa fuit ornatissima quædam Tabella, in qua coloribus egregiè depicta erat imago Beatissimæ Virginis, quā ab igne Cives Forolivienses appellant, & colunt, appendenda utique de mandato Offerentis ad Aram B. Peregrini, positam in Ecclesia

Votū ad Altare B.Peregrini.

clesia Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia: Creditur ob aliquam singularem Gratiam à B. V. per intercessionem ejusdem B. Peregrini obtentam ab eodem Eminentissimo.

In honorem quoque Beatissimæ Virginis per decretum S. R. Congregationis expeditum Romæ sub die 13. Maij 1719. Offic. proprium recitandum cũ Missa pro ejus Nazarena domo Lauretum ope Angelorum translata totius Tusciæ Ecclesijs benignè concessum fuit, cujus decreti tenor talis est.

Officium pro domo Laureta na alijs Ecclesijs concessũ.

Ætruriæ

REmissis à Sanctiss. D. N. Clemente PP. XI. ad S. Rit. Congreg. non minus pijs, quàm enixis Serenis. M. D. Etruriæ precibus Sanctitati Suæ porrectis, illisque per Em. & Rev. D. Card. Gualterium relatis, Sac. eadem Rituum Congregatio benignè indulsit, atque concessit, ut in posterum in festo B. M. Virginis Lauretanæ Officium proprium ejusdem, jam pro Provincia Picena approbatum in Universo Dominio ipsius Serenissimi M. D. Etruriæ à Clero tam Sæculari, quàm Regulari utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur recitari, & Missa respectivè propria celebrari possint, & valeant, si Sanctissimo Domino Nostro Placuerit. Die 13. Maij 1719.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 17. ejusdem mensis, & Anni 1719.

Fr. Card. Paulutius Pro-Præfectus

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Ep. Liparitanus S. Rituum Congr. Secr.

Obitus P. Celsi.

Hoc anno pariter vitâ functus P. M. Celsus Viccioni de Brixia notæ virtutis, & singularis prudentiæ Vir, qui post exercitas diversis in Urbibus, & Cęnobijs Cathedras, ac non sine laude Prælaturas in Ordine administratas, ob pręciara merita Serenissima Venetorum Respublica Coadiutorem illum P. M. Emo Consultori Theologo destinavit publico decreto diei 13. Septembris 1680. Cessante verò propter ætatem et mortem ab Officio præfato P. M. Emo, suffectus absolutè fuit idẽ P. M. Celsus alio decreto diei 26. Maij 1685. Cui propter exantiatos non modicos labores, & optimum servitium Reipublicę præstitum, cùm esset ætate grandævus, electus eidem adiutor fuit die 31. Maij 1704. P. M. Odoardus Maria Valsecchi pariter de Brixia, datusque ab Excellentiss. Senatu per decretum diei 28. Aprilis 1708. socius eidem P. Valsecchi Consultori Theologo P. M. Paulus Celotti ab Udine multæ eruditionis Vir. Mortuo P. M. Celso insigni pompâ sui Conventus Patres eidem parentarunt in Ecclesia nostra S. Alexandri, magnificamque de præclaris ejus Gestis Orationem funebrem dixit Orator insignis P. Carolus Fregoni Clericus Regularis *Somasco*. Sepulchro addita fuit inscriptio „ *Hic jacet Reverendissimus P. Celsus Viccionus Ordinis Servorum B. M. V. Serenissimæ R. P. Venetæ Theologus, & Consultor, qui in Domino occubuit die 21. Martij 1719. ætatis suæ anno 87.*

Mors P. M. Guasco.

Mortuus quoque fuerat Alexandrię in Cõventu nostro S. Stephani die 2. Aprilis 1707. P. M. Thomas Maria ex antiquissima non minus quàm nobilissima Familia de Guaschis ejusdem Civitatis, qui postquam Officio Provincialis egregiè functus fuisset, ac per multos annos publicam Theologiæ Cathedram in celebri Universitate Papiẽsi summa cum laude sustinuisset, summæ exemplaritatis apud Seculares, necnon multarum virtutum Religiosis omnibus vestigia sectanda reliquit, cujus nullo modo prætereundam memoriam hic solùm adnectimus, ex eo quia ejusdem notitia nonnisi hoc anno ad manus nostras pervenit.

Vita B. Julianæ typis Romæ impressa.

Romę hoc anno prodiit vita B. Julianę de Falconeriis docto calamo descripta etiam ordine Sanctissimo, ut asseritur, ab erudito Viro D. Francisco Lorenzini, qui fatetur se pauiò ante typis quoque mandasse vitam B. Alexij Falconerij, patrui ejusdem Beatę; utramque verò Beatissimo Patri Clementi XI. dedicavit, qui Sanctissimus Pater, ut erat utriusque devotioni satis addictus, utrumque munus hilari, gratoque animo benignissimè excepit.

ANNOTATIONES IN CAP. XI.

EX Regestis, & Archivis Florentino, & Romano omnia quæ hîc retulimus eruta sunt.

Officia, & Missa B. Alexij de Falconeris. Conventus Beneventanus ex munificentia Cardinalis Ursini Religioni redditus. Romæ celebratur Capitulum Generale. Germanicæ Observantiæ profectus. Mors aliquorum ex nostris. Multa alia notatu digna, unà cum Gratia sanitatis obtenta Liburni ex invocatione P. Julij.

CAP. XII.

B. Alexij officium, & Missa conceditur.

HOc anno S. Rituum Congregatio Ordini nostro benignè indulsit recitationem Officij, necnon Missæ in honorem B. Alexij de Falconerijs unius ex septem Fundatoribus, ut ex sequenti ejusdem Congregationis decreto.

DECRETUM

Florentina Canonizationis B. Alexij de Falconerijs:

COnfirmata à Sac. Rituum Congregatione die 20. Novembris 1717. cum subsecuto Sanctissimi Domini Nostri benigno assensu sub die prima Decembris ejusdem Anni prestito, Sententia per Reverendiss. Archiepiscopum Florentinum à Sacra Congregatione Judicem delegatum lata super casu excepto à Decretis san. mem. Urbani PP. VIII., sivè super cultu imme-

immemorabili B. Alexio de Falconerijs exhibito: Et modò R.P.D. Alexandro de Falconerijs Sac. Rotæ Auditore, & hujusmodi Causæ Postulatore, necnon P. Procuratore Generali Ordinis Servorum B. M. V., nomine etiam totius suæ Religionis pro concessione Officij sub ritu dup., & Missæ in honorem ejusdem Beati tamquam unius ex septem Fundatoribus dicti Ordinis ad universum præfatum Ordinem Sac. Rituum Congregationi non minùs enixè, quàm humillimè supplicantibus, Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentiss., & Reverendiss. D. Cardinalis Fabroni, audito priùs tàm in scriptis, quàm in voce R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, omnibusque benè perpensis, ac maturè consideratis, censuit, posse concedi, ut de prædicto Beato Alexio Missa, & Officium de Com. Confess. non Pont. sub ritu semidup. juxtà Rubricas Missalis, ac Breviarij Rom. quot Annis in posterum die 17. Februarij, qua idem Beatus in Domino obdormivit ab universa Religione Fratrum Servorum B.M.V. liberè, & licitè celebrari, ac respectivè recitari possint, & valeant, quibuscumque Decretis in contrarium minimè obstantibus, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit.

Die 2. Martij 1720.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 20. Aprilis ejusdem Anni 1720.

F. Card. Paulutius Pro Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Episcop. Liparitanus Sac. Rit. Congreg. Secret.

Celebrem annum hunc Ordini Servorum B. M. V. reddidit etiam Augusta, & indefessa Pietas Eminent ss. Fr. Vincentij Mariæ Cardinalis Ursini Archiepiscopi Beneventani, qui præ ingenti sua devotione, quam Beatiss. Virg., ac Servorum suorum ab eadèmet Institutæ Religioni semper professus est, Cœnobium extra muros Beneventi à se ipso ferè in totum magno Ære à fundamentis reædificatum Ordini nostro hoc anno libero jure donavit; cujus rei successum, brevi tali confulentes, enarrabimus summaria methodo.

Summa pietas Cardin. Archiep. Ursini erga Ordinem nostrum

Introducta Beneventi nostra Religione anno 1556. [ut suo loco innuimus] operâ P. M. Ambrosij Platina Placentini, tunc temporis Neapolitanæ Provinciæ Præfecto, & in eadem Civitate Zelantissimi Prædicatoris tempore Quadragesimæ, Ecclesiam subinde titulo S. Mariæ Angelorum extra Civitatem trans flumen Sabbati obtinuerunt, ubi fabricato Cœnobio, concurrentibus undique populis ob loci venerationem, Patres habitarunt usque ad annum 1688. quo tempore ex horrenda terræmotu dirutâ unà cum Monasterio Ecclesiâ, Patres nostri illinc discedere coacti sunt, atque ex beneficentia ejusdem Eminentissimi Card. Archiepiscopi Ursini intra mœnia Civitatis se recepere in Ecclesia S. Jacobi, quæ olim ad Monasterium Montis Virginis jampridem suppressum pertinebat;

A quo loci iterum ædificatis ædibus, & restauratâ Ecclesiâ, ad juvante eodem Card. Archiepiscopo, à quo die 11. Martij 1702. præcedente solemni benedictione lapis fundamentalis positus est, & instrumentum publicum talis concessionis manu D. Canonici Paduani confectum fuit. At eùm nonnisi post tres dies inscrutabili Dei judicio iterum à terræmotu fabrica illa S. Jacobi labefactata foret, cogitarunt Patres omnia renunciare in manu ejusdem D. Archiepiscopi Cardinalis, qui cum undique curis, & immensis sollicitudinibus Ecclesiarum, quæ similem ruinam ex terræmotu passæ fuerant, circumdatus esset, nec pateretur ejus devotio, ut Ordo Servorum B.M.V. è suæ Diœceseos Principe

B Civitate discedere cogeretur, acceptis aliquibus induciis, tandem anno 1713. de reædificanda Ecclesia in pristino loco, & extruendo Monasterio pro Fratribus nostris sedulò cogitavit, oblatis in hanc rem scutis duobus millibus, & insuper annuo aucto redditu pro manutenendis in eo sex Religiosis usque ad summam scutorum tercentum, concurrente maximè cum annua oblatione scutorum 190. Conventu nostro S. Mariæ in Hierusalem Capuæ; de qua re duo extant publica instrumenta, unum de die 6. Martii manu Ser Petri Peregrini Neapolitani, alterum de dia 11. ejusdem mensis manu Ser Nicolai Hunuphrij Santillo de Capua ambo de eodem anno 1715. Quare stabilitâ reædificatione antiquæ Ecclesiæ, & Conventus in eodem loco,

C quo prius erant ante ruinam primi terræmotus, anni videlicet 1688. & imposito primo lapide benedicto per manus ejusdem Cardinalis Archiepiscopi die 29. Aprilis 1717. Tandem currenti anno 1720. completa fabrica fuit omnimodè etiã cum ampla supellectili tàm pro servitio Ecclesiæ, quam pro usu Fratrum ascendente in totum expensâ ad summam scutorum septem millium centum, & septuaginta. Hinc applaudente tota Civitate postliminio regressi sunt Patres nostri in numero non modico eos ducentibus P. M. Angelo Nappi Præfecto Provinciæ Neapolitanæ, & P. M. Deudato Maria Petrarca Priore novi Conventus, & Ecclesiæ S. Mariæ

Patres nostri postliminio Monasterium Beneventanum repetunt.

D Angelorum solemni disposita processione totius Cleri, ac Populi Beneventani, quam hesterna die Sabbati idem Eminentissimus Pastor in suo consueto Sermone Mariano specialiter invitarat pro hac subsequenti dia Dominica, in qua congregatis omnibus in Ecclesia Metropolitana post Vesperas, è suo Pontificali suggestu habuit Eminentissimus eruditissimam Orationem Panegyrim super illud Isaiæ c. 62. 6. *Super muros tuos constitui Custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* quæ verba sensibus peregrinis, Cronologicam temporum historiam adnectens, applicavit ad Patres Servos Mariæ eorum commendans attentionem, vigilantiam,

tiam, amorem in contribuendis ad opus pluribus largitionibus, & ab eorum Opera spiritualem omnium Civium incrementum, adspirante Deo, prævidens accessurum, demum erga tales Operarios omnium obsequium, & reverentiam expostulans. Peroratione verò completa, Processio incæpit à præfata Metropolitana ad Ecclesiam S. Mariæ Angelorum toto comitante populo Eminentissimum Archiepiscopum & Patres nostros, recitando Coronam Septem Dolorum B.M.V. quam ab ipsomet suggestu, intonaverat Archiepiscopus singulari devotione. Ut autem ipsemet ad fores Ecclesiæ primùm pervenit illicò prostratus, vultu super pavimentum posito, Deo, & B. Virgini gratias humillimas peregit, inde super Faldistorio residens, ad populum iterum Sermonem habuit, Beatissimæ Matris erga populum Beneventanum affectionem singularem exprimens, quâ in eo loci ab incolis venerationem exposcere dignabatur. Inde Ordinis nostri Decretum, quo Superiores, ab Operis ineundi difficultate exterriti, illius loci liberam cessionem in manibus Archiepiscopi statuerant, à se tamen numquam acceptatam, utraque manu conscidit, ac postea genibus flexis à Beatissima Virgine, cujus illic aderat simulacrum, per manus Provincialis nostri expetitam benedictionem recipiens, apprehensâ manu Provincialis illum unà cum Socijs in Conventum pro adipiscenda possessione introduxit, intonans hymnum *Te Deum laudamus*; à Patribus, & ab omni populo decantatum usque ad finem, recitatisque ab eodem Archiepiscopo versiculis, & orationibus pro gratiarum actione, P. Priori Conventus Mag. Perrarca omnia consignavit unà cum Inventarijs supellectilium recipienti pro se, & successoribus in perpetuum, rogato desuper instrumento publico per manum D. Bartholomæi Pellegrini Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ Canonici, ac Protonotarij Apostolici hac ipsâ die 28. Aprilis 1720.

Dum hæc læto omine Beneventi agerentur; approximante die 18. Maij currentis anni 1720. Romæ congregati sunt ex omnibus ferè Provincijs Patres Vocales ad electionem Præfecti Generalis totius Ordinis; cujus Acta necessariæ brevitati consulere coacti, summatim recensebimus, eadem per extensum in Regesto Generali perlegere facultatem cuicumque relinquentes.

Capitulũ Gener. Romæ celebratur.

In his ergo Comitiis, in quibus Præsidente Eminentiss. Cardinali Laurentio Corsini Ord. Protect. triginta quatuor PP. Vocales tantùm convenere, deficientibus ex justis impedimentis Vocalibus ex Provincijs Germanica, Bohemica, Narbonensi, & Hispanica;

Primo loco publicatum fuit privilegium Pontificium, quo P.M. Petrus Maria Pieri profundæ scientiæ Vir, qui undecim annos in Conventu S. Marcelli Collegij Henrici studiorum Regens, Definitor Generalis Tusciæ, & Vicarius Generalis à lege totum Ordinem gubernaverat, ac insuper Sacrarum Congregationum Rituum nempe, & Indicis Librorum Consultor, necnon Sanctissimæ Inquisitionis Romæ pariter qualificator, à S. Sede tanquam Ex Generalis haberi mandabatur, & omnibus Ex-Generalium privilegiis, & immunitatibus perfrui posse declarabatur.

Secundo loco Breve similiter Pontificium Clementis PP. XI. publicatum fuit, quo [titu non multoties in Ordine nostro usitato] perstringebatur facultas Vocalium eligendi nempè unum tantùm ex quinque Patribus Magistris in præfato Brevi nominatim expressis, qui fuerunt P.M. Angelus Maria Ventura Vicarius Generalis, Petrus Antonius Rossi Ex Generalis, Aloysius, seu Ludovicus Garbi, Sosteneus Maria Cavalli, & Petrus Maria Pieri, irritum insuper, & inane decernens Summus Pontifex si alium quempiam ad Generalatum PP. Vocales eligerent, uti per dictum Breve Romæ expeditum die 17. Maij præsentis anni 1720.

Quibus literis Apostolicis perlectis devenerunt Patres ad electionem Prioris Generalis, factoque scrutinio, repertus fuit P. M. Cavalli Definitor Generalis Mantuæ majori suffragiorum numero electus in Priorem Generalem totius Ordinis, Vir sanè doctrinâ, zelo, ac pietate insignis. Decretum postea fuit ad petitionem Provinciarum Tyrolis, & Bohemiæ nulla ratione concedi debere à P. Generali pro tempore facultatem, seu permissionem Religiosis earumdem Provinciarum manendi extra Claustra, sive apud Seculares, sive apud Ecclesiasticos absque consensu earumdem Provinciarum Superiorum respectivè, juxta earum Constitutiones. Qua occasione, & ad majus robur confirmata fuerunt Acta Capituli Provincialis Bohemici anni 1714. in quo prima vice ad praxim deducta fuerat divisio Provinciarum; excepto puncto alternativæ deputationis Vicarij Generalis pro universa Germania diligentiùs discutiendo; deputatusque interim fuit Vicarius Generalis P. Romualdus Maria Hueber.

Acta Capit. Gener.

Supplicarunt item Patribus Vocalibus Moniales nostri Ordinis Terræ Portariæ, vulgò *Porcaria*, ut iterum sub gubernio Religionis adigerentur; & hilari animo se promptos exhibuerunt PP. si opportunæ facultates accederent.

Item proposita fuit promotio Cultus erga 60. Martyres Pragenses; & remissa fuit ad arbitrium, & facultatem P. Generalis agenda Causa hæc.

Cùm verò per P. Provincialem Tusciæ proposita fuerint nonnulla dubia circa intelligentiam nostrarum Constitutionum; electi fuere P. M. Philippus Hyppolitus Fanti Definitor Generalis Provinciæ Romanæ. P. M. Phillppus Maria Bertini Definitor Generalis Provinciæ Januensis, P. M. Franciscus Franceschi Definitor Generalis Provinciæ Corsicæ, & P. M. Aloysius Maria Garbi Provincialis

cialis Etruriæ, qui declarationem ab ipsis emittendam referant ad P. Generalem, cui data facultas eamdem declarationem approbandi, seu reprobandi omni meliori modo. Acta fuerunt omnia supradicta diebus 28. 29. & 20. Maii præsentis Anni 1720.

Die verò 21. ejusdem Mensis iterum convocatis PP. in loco Capitulari, decreta fuere nonnulla satis utilia, si observentur, pro manutentione, & melioratione studiorum, quæ cùm sint eadem fermè in aliis Capitulis emanata, brevitatis gratiâ prætermittimus.

Post hæc devenerunt PP. ad electionem Procuratoris Generalis Ordinis, ac facto suffragiorum scrutinio electus remansit P.M. Petrus Maria Pieti. Quare pub icatis Actibus Capitulum Generale feliciter absolutum fuit.

Hac verò occasione novi Ex-Generalis P. M. Pieti, supplendum arbitror, quod promissum fuerat ad annum 1686. & memoriâ excidit: Controversiam nempe præcedentiæ decisam ad favorem Ex-Generalium contra Procuratorem Generalem Ordinis ex infrascriptis Decretis.

Præcedentia Ex-Generalium declaratur.

In Causa Ordinis Servorum B. M. V. vertente inter P. Jo. Vincentium Lucchesinum Ex Generalem ex una, & P. Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis partibus ex altera.

SAC. Congregatio Eminentiss. S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regular. præposita, partibus ipsis auditis, referente Eminentiss. de Laurea, censuit, ac declaravit, Ex Generalem deberi extra Capitulum Generale præcedentiam supra Procuratorem Generalem, proindeque dictum P. Lucchesinum præcedere debere Patri Procuratori Generali. Romæ 25. Januarii 1686.

Secunda Decisio votis omnibus favorabilibus.

Et die 21. Martii ejusdem anni Causâ iterum, auditis partibus, propositâ, referente itidem Eminentiss. de Laurea censuit, ac decrevit persistendum esse in decisis sub prædicta die 25. Januarii. Necnon committendum prout præsentis Decreti tenore committit, P. Generali ejusdem Ordinis, ut supradicta Decreta executioni mandet, & Causam amplius non proponendam. Romæ &c.

G. Card. Carpineus

Locus ✠ Sigilli

B. Panciaticus Secr.

Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. confirmavit suprascripta Decreta S. Congregationis in forma Brevis sub die 5. Aprilis 1686.

Romæ Typis R. Cameræ Apostolicæ 1686.

Declaratio dubiorum Constitutionibus.

Completis Actibus Capitularibus suprascripti quatuor PP. Consultores, quibus à toto Capitulo cura demandata fuerat solutionis nonnullorum dubiorum circa intelligentiam nostrarum legum, insimul pluries congregati votum suum responsivum aperuerunt

infrascripti tenoris.

A Primum dubium fuerat. An Provinciales in suis Provinciis approbare valeant Confessarios, cum in Constitutionibus cap. 5. id solùm habeatur *ex approbatis à Generali &c.*

R. Servetur consuetudo, quæ fundatur etiam in jure communi, ut possint in suis Provinciis etiam Provinciales approbare Confessarios p o nostris Religiosis.

Secundum dubium fuerat. Quomodo intelligatur reservatio casus revelationis secretorum Religionis, quæ in cap. 5. dicitur reservata Provinciali, cum in cap. 36. earumdem Constitutionum de gravissima culpa dicatur ad solum Generalem spectare facultatem absolvendi ab excommunicatione ob revelationem talem incursa.

B R. primo casu in cap. 5. loquitur lex de revelatione in foro conscientiæ. In secundo verò casu c. 36. in qui de foro fori, quando nempe res deducta fuit ad forum contentiosum.

Tertium dubium fuit: An facultas absolvendi à reservatis, quæ dari solet activè, & passivè pro una vice tantùm in Capitulis, & in Visitationibus, restringatur ad peccata commissa ante, vel extendatur ad commissa post concessionem, & an semper duret.

R. Standum esse intentioni Concedentis, quam debet exprimere.

Quartum dubium circa cap. 8. Utrum possit Superior Conventualis expellere à Religione Novitium absque consensu PP. Discretorum durante anno Novitiatus.

C R. Non posse absque consilio Discretorum, & absque approbatione Provincialis, qui causam agnoscere debet ejectionis.

Quintum dubium erat circa cap. 23. de Infirmis: An dispositio illa, *quando autem contigerit quemquam in itinere ægrotare*, extendatur ad Prædicatores, ita ut expensæ pro eorum infirmitate fieri debeant à Conventu, in cujus Ecclesia concionantur, an à Conventu, de cujus familia sunt.

R. Si prædicatores ægrotare contingat in itinere, expensæ debeantur à Conventu, in quo tunc temporis sunt de familia; si verò infirmitas eis accidat in Conventu, in cujus Ecclesia actu concionantur, vel in Ecclesia

D qualibet ejusdem loci, & Civitatis, fiant ab eodem Conventu, in quo censeantur esse de familiâ à die eorum primi Adventus in illum.

Sextum: Dubium erat circa intelligentiam verborum in eodem cap. 23. de Infirmis, ibi, *Si quis obierit extra claustra in itinere, &c.*

R. ad ly „ *bona illius ad usum concessa* sub intelligenda esse hæc verba, *Sc licet indumenta cujusque generis, & alia non pretiosa, excepta tamen peculiari ejus supellectili, spectent ad eum Conventum &c.* Insuper post verba, *fiant d Conventibus, in quibus decedunt*; addantur hæc: *res preciosa. atque supellex particularis sint Conventus filiationis; inter pretiosa &c.* Denique post verba, *Etsi ad*

 Usum

usum sint, & non secum detulerit, addatur, sint ejusdem domus filiationis.

Septimum: Erat dubium in verbis cap. 27. ibi *Si Socius intra Triennium obierit, Provincialis assumat sibi Prosocium primum Definitorem Provinciæ non Magistrum*; quæ verba videntur obstare alijs verbis positis in cap. 28. ibi „ *Si Socius obierit, Provincialis tamquam Prosocium habeat, usque ad futurum Capitulum proximè celebrandum, secundum Definitorem non magistrum.*

R. Cùm de iure antinomia, seu contrarietas verborum præsumenda nullatenus sit; in allatis duobus textibus duo diversi casus intelligendi sunt, nempe in cap. 27. casus est de Socio Provinciali electo per vota, vel per Breve Pontificium, quo decedente succedit primus Definitor non Magister; in cap. verò 28. casus est de Rectoris Provincialis Prosocio à lege, quo casu Socius in Regimine Provinciæ succedit secundus Definitor non Magister.

Octavum dubium fuerat: *An præsente Generali, vel Provinciali* ad electionem Officialium, possit Prior Conventualis ipse confirmare Officiales à se mox electos, adhibito signo crucis, cùm scriptum sit in cap. 29. quòd Prior Conventualis præsente Generali, vel Provinciali fratribus non benedicat.

R. Stante firmo decreto cap. 29. quo loci de propria, & sola benedictione spirituali loquitur, potest Prior etiam præsente Provinciali, aut Generali signo crucis confirmare Officiales suos; sicut & benedictionem exeundi à domo, vel aliam petitam à suis Fratribus impertiri: quia hæc non dicitur benedictio pura spiritualis, sed vel confirmatio à Superiore immediato Capituli, qui solus est Prior, vel licentia pro gubernio domus, quod gubernium immediatè pertinet ad Priorem, etiam præsente Generali vel Provinciali.

Nonum dubium erat. An Definitores Provinciæ non Magistri, sicut et Priores Conventuales pariter non Magistri, post electionem novorum Definitorum Provincialium, vocem habebant activam in eodem Capitulo Provinciali usque ad terminum ejusdem.

R. affirmativè quoad utrosque. Primi namque jam sunt per literas citatorias vocati ad Capitulum, quòd consistit in electione Provincialis, Socij, & Definitorum Provinciæ, necnon præsentandorum ad Gradus supremos Ordinis; Secundi vocem habent, usquequò renuncient Prioratus Officio, quæ renunciatio non fit nisi completis actionibus Capituli. Pro quibus primò notandum electionem Priorum, & Officialium nimirùm Magistrorum Novitiatus, & Professatus, Lectorum, Correctorum &c. non esse propriè actionem Capituli, sed Definitorij, quamvis occasione Capituli factam. Secundò notandum, quòd quamvis in cap. 41. de Capitulo Provinciali expressum non legatur, quando

nam, & quomodo facienda sit electio Provin-
E cialis, Socij, & Definitoris Generalis, ea prorsus electio facienda est immediate postquam ijdem Priores, Provincialis, & Socius renontiaverint Officijs suis.

Decimum, & ultimum erat dubium ex cap. 39. de Ordine servando, in quo præscribitur, quòd „ *Reliqui Baccalaurei non præcedant quinquaginta annis majores*: An Sacerdos sæcularis qui Religionem ingressus post annum profitetur, præcedat eosdem, quos reperit jam Baccalaureos.

R. Non præcedit nisi postquam per decem annos post professionem in Ordinem permanserit, uti definitum fuit per Decreta Capituli Generalis Anni 1646.

Cottonæ hoc anno succrevit maximoperè
F devotio Civium illorum erga Beatissimam Virginem in Ecclesia nostra. Cùm etenim ibi moraretur de Familia P. Joseph Maria Salvetti Sacerdos Florentinus aliàs laudatus in arte sculptoria egregiè peritus, exercitationis gratiâ congruæ magnitudinis Imaginem Sacram ex luto compositam perfecerat, quam Dei Matrem Sanctissimam Jesum è collo gestantem, & manu quasi populum benedicentem repræsentabat, eamque in Refectorio publico pro devotione Fratrum collocare statuerat. Hanc Imaginem jam absolutam forrè fortuna viderunt aliqui ex Nobilibus illius Civitatis Personis in specie Eques Lapetelli, cumque eis plurimum placuisset, instantet à P. Priore illius Conventus petie-
G runt, ut Simulacrum tam devotè elaboratum in Ecclesia nostra ad publicum Cultum exponeretur. Tam piæ petitioni benignas aures præstitit P. Prior, & adhibito fratrum consilio, Sacram illam Imaginem ad Altare quoddam in eâdem Ecclesia olim à P. Antonio Zefferini erectum collocare constituit. Quare præparatis omnibus, & ad solemnissimam translationem faciendam hilari animo concurrente D.D. Jo. Baptista Puccini Episcopo Cortonensi, ab eo magna pompa, currente Dominica die in Albis hujus anni 1720. Benedictum fuit Simulacrum prædictum B. M. V. sub titulo *della Madonna delle Grazie* dicatú, cùm in Civitate eâdem altera non adesset Imago sub tali titulo, excepta Ecclesiâ posi-
H ta extra portas Civitatis, nuncupata *del Calcinaio*. Deinde solemni Processione, exquisito Musicorum concentu, & in Laudibus ejusdem B. M. V. erudita satis Oratione recitata, summo innumeri populi plausu, maximè cunctarum Personarum Nobilium Cortonensium in prædicto Altari collocata fuit Imago prædicta Sanctissimæ Virginis Gratiarum, quo loci plures eam invocantibus Fidelibus favores, & Gratias in dies elargitur.

Devotio Cortonensium erga B. Virg.

Nullo modo prætereunda silentio succedit hoc pariter anno indefessa Germanorum Patrum in augendo decore Ordinis nostri Vigilantia, qui postquam [ut supra innuimus] Monasterium, & Ecclesiam in monte Sanctissimæ

ctissimæ Dei Matris propè Krulichlum obtinuerant, accreverant, exoenaverant; postquam Virginis Dolorosæ cultui Fideles omnes adeò mancipaverant assistentiâ Confessionum, ac Prædicationum, ut ab anno 1702. ad præsentem annum 1720. exclusivè, Communicantes in eadem Ecclesia fuisse dicantur nongenties quinquies mille quingenti & tres. Eotum verò numerus, qui in necessitatibus suis voto ad eamdem B. V. facto se exauditos fuisse testati sunt, dicitur termille ducenti octoginta septem. Tandem hoc eodem anno 1720. Confraternitatem Septem Dolorum Beatissimæ Virginis sub habitu nigro Ordinis nostri, superatis ingentibus difficultatibus in eadem Ecclesia erigi curarunt, tanto devotionis incremento, ut brevi numerus eorum, qui huic Societati nomen dederunt, ascenderit ad trigesies septies mille septingentos novemdecim. Et ne hoc testimonium domesticum ab aliquo forsan minoris fidei, ac credulitatis nota imputari possit, confirmant hæc eadem respectivè, quæ Inclyti Domini D. Joannes Adam Episcopus Reginæ Hradecensis, ac totum Episcopale Consistorium in suis die 8. Augusti hujus anni 1720. publicis testimonialibus datis Reginæ Hradecio, devoto calamo scribunt, ut infra.

Vigilantia PP. Germanorum nostri Ordinis.

Fidem facimus, & attestamur, in Monasterio Ordinis Servorum B.M.V. in Monte Matris Dei nuncupato, Krulichij in hac Diœcesi Reginæ Hradecensi tantam vigere devotionem, ut peregrinantis ad gratiosam Iconem B. M. V. devots populi ex hoc Regno Bohæmia, & conterminis Moravia, & Silesia Provinciis, intra anni spatium numerus ultra sexaginta millium excrescat, quod nobis quam optimè notum.

Non erit forsan ingratum Lectori, si renatâ Synopsim hic apponamus omnium Conventuum, quibus in illis Regionibus adaucta Religio est ab anno 1667. quo res gestas in Germania scribere desiit accuratissimus Historiographus aliàs laudatus P. Augustinus Maria Romer usque ad hæc tempora, ut magis magisque illius Observantiæ Patrum solertia in Ordine dilatando detegatur.

Primus igitur Conventus adiectus Ordini nostro anno 1668. fuit *Rabenstein* in Bohemia sub titulo Dolorosæ Matris à Comite Dom. Sebastiano de Pocling, cujus fabrica nonnisi anno 1676. ad omnimodam sui perfectionem redacta est; & in eodem loco Confraternitas pariter Dolorosæ Virg. erecta est anno 1679.

Secundus Conventus anno 1669. in Austria conquisitus est in loco dicto *Sconpichl* sub titulo S. Sepulchri Domini, quem expensâ non modicâ funditùs erectum unà cum Præsepe, quod in petra mira arte incisum est, Ordini nostro donavit magnificentissimus D. Comes Conradus Balthassar à Starembergh. At verò quia necdum fabrica Conventus ad omnimodam perfectionem pervenerat, usque ad annum 1675. habitarunt PP. nostri in Arce loci illius.

A Tertius est Conventus, & Ecclesia Divæ Lauretanæ Virginis *Jaromaritz* in Moravia anno 1675. Ordini nostro donata ex singulari devotione à D. Joanne Antonio Libero Barone de *Quastenperg*. Quoad verò fabrica Monasterij ad perfectionem habitationis consummaretur, cui negocio tota diligentia P. Simeonis M. Vinschger incumbebat assiduè, habitarunt Patres nostri in hospitali domo Lauretanæ Cappellæ contigua, usque ad annum 1679. Porrò cùm locus amplissimus sit, ac præ cæteris opportunus apparuerit ad Novitiatum erigendum, accedente amplissima Beneficentia Clementissimi Imperatoris Leopoldi I. qui ad incrementum tam pij Operis obtulit Ordini nostro Capitale quoddam à DD. Comitibus de *Walckenstein* debitum in

B summa decem millium florenorum, à Superioribus nostris, Patribusque Cœnobii Viennensis cum tali assignatione Novitiatus ibidem fœliciter apertus, firmatusque fuit.

Quartus verò Conventus ad SS. Apostolos Petrum, & Paulum Neo-Castri in Bohemia Religioni nostræ obvenit anno 1676: quem ex specialissimo erga Marianum Ordinem amore à fundamentis erexit D. Comes de Buquoy D. Ferdinandus de Languetall, illumque unà cum Ecclesia Parochiali pleno jure nobis tradidit instructum omnibus necessarijs supellectilibus tùm sacris, tum usui Patrum accomodatis in Monasterio; Parochiãque servatis solemnitatibus de jure cum omnibus pertinentijs tam oblationum, quàm le-

C gatorum quorumcumque consignavit.

Quintus Conventus de novo quæsitus anno 1679. fuit ad S. Sepulcbrum M.B.V. in Froniciften Oppido Carinthiæ, quem ex Munificentia D. Christophori S.R.J. Comitis de Abele Patres nostri obtinuerunt.

Sextus est Conventus, & Ecclesia ad S. Montem Thaumaturgæ Virginis Auxiliatricis in Guettenstain Austriæ Oppido. Ejus prodigiosam Fundationem mirabilia quædam præcesserunt, omnibus inhabitantibus satis nota, quæ hic brevitati consulentes omittimus. Sanè ex prodigioso beneficio B. Virginis Dolorosæ Fundatio hæc ortum habuit; Fundator namque piissimus, ac Donator Comes D. Balthassar de Hoyos ad opus hoc tam sanctè me-

D ditandum, perficiendumque ex singulari motus fuit beneficio, quod à S. Scapulari Confraternitatis Dolorosæ Matris jampridem receperat, cùm filius ejus Ernestus ætatis quinque annorum periculosè decumbens à morte per Beatissimam Virginem non sine prodigio liberatus est.

Septimus est Conventus, et Ecclesia ad S. Carolum in Valderz loco à Civitate Oenipontana semialtero milliari dissito. Ecclesia quidem præceteris venustissima, multò ante dicitur ædificata à prænobili Viro D. Hippolyto Guarrimonio natione Tridentino, professione verò Medico Physico, S. Caroli Borromei [ut asseritur à fide dignis] discipulo.

A' familia postmodum Gnartimonia [cujus filius unus è nostris fuit] incæptâ, & completâ Monasterij Ecclesiæ contermini structurâ, die demùm 24. Martij Anni 1694. coram legitimis Commissarijs, & Testibus utriusque Fori cum omnibus annexis Juribus Ecclesia, & Monasterium Patribus Servitis consignata fuerunt.

Octavus Conventus est Divæ Mariæ Virginis in Fortenar vulgò *Frakna* Hungariæ Oppido, qui Ordini nostro Germanicæ Observantiæ unà cum Ecclesiâ Parochiali, & juribus annexis à Celsissimo Principe Paulo Estoras Hungariæ Palatino clementissimè traditus fuit anno 1695. addita dote pro substentatione 12. Religiosorum, & iis unita alterâ Ecclesiâ sub titulo S. Rosaliæ in adiacente monticulo intra limites Parochiæ positâ.

Nonus est Conventus Dolorosæ Matris in Jeidendorf Austriæ Pago, quem Nobilis Vir Maximilianus de Sala Dom. in Stolberg memor multarum Gratiarum, quas à Magna Dei Matre in suis necessitatibus acceperat frequêtius, in tesseram gratitudinis Servis Deiparæ obtulit anno 1695. Pagus autem Jeidendorf in Dominio Fundatoris à Vienna per septem circiter milliaria Germanica distat.

Decimus est Conventus, & Ecclesia in monte Matris Dei Krulichij in Bohemię finibus Marchionatum Moraviæ attingens, à D. Tobia Joanne Metropolitanæ Pragensis Episcopo die 16. Augusti 1696. pro Ordine nostro Germanico designata fabrica fuit, & ab eodem postquam Reginæ Hradecensi Episcopus à Gloriosæ mem. Leopoldo I. constitutus fuerat, ornata deinde Imagine SS. Dei Matris Thaumaturgæ ex Praga allata, quam in Ara Maiori publicæ peregrinantium Venerationi die 22. Augusti Anno 1700. collocavit, ac demum Ecclesiam ipsam die 4. Julij Anno 1706. solemniter idemmet consecravit; apposita inscriptione in lamina sculpta tenoris.

Ave Maria
Ad majorem
Dei Ter Optimi Maximi Gloriam
Cælitumque honorem,
ac in primis
Sanctissimæ Deiparæ Cultum
In Diæcesi sua Regina - Hradecensi
Lapidem fundamentalem posuit,
Monasterium, & Ecclesiam
Hìc in Monte Matris Dei propè Grulichium
Tobias Joannes Episcopus
Servis
Dolorosæ Matris extruxit,
Et
Piè visitari optavit.

Tanta verò succrevit erga Dei Matrem populorum devotio, ut spatio decem annorum nempe ab anno 1702. ad annum 1713. exclusivè numerus in eadem Ecclesia Communicantium fuerit centum & viginti septem millia sex centum septuaginta tres. Vota afferentes tredecim millia septingenta triginta

E quinque. Gratias obtentas narrantes mille nongenti & viginti sex. Aich confraternitatis Albo adscripti viginti sex millia octingenti septuaginta octo. Descripti verò in alteram Confraternitatem Passionis Domini duomillia ducenta nonaginta novem. Qui Sacramentum confirmationis in Eadem Ecclesia receperunt quinquemillia ducenti ac decem septem. Quinque verò ad Fidem Orthodoxam conversi in eadem Ecclesia hæresim abjurarunt.

His adeò feliciter in Germania Ordini nostro succedentibus, infanda prorsùs & lacrymabilis Massiliæ pestis omninò advenit mentio facienda de enormi jactura, quæ accidit Ordini nostro in Gallia, in qua sæva, horrendaque pestis Narbonensem Provinciam nostrâ

F devastavit, & præcipuè Massiliæ, & Aquis Sextiis insigniores ex illis nostris Patribus interemit; inter quos celebriores sunt P. M. Hieronymus Meiffrez Prior Massiliæ, P. M. Ambrosius Harnaud Ex Provincialis, P. M. Philippus Maria Chienese, P. Michael Bonel Prior Aquis Sextijs, plurimique allj.

Porrò infelicissimas illas vicissitudines, Urbium desolationes, infinitum penè non solùm hominum, et civium, sed familiarum quoque extinctarum numerum, quatuor, & non ultra mensium spatio Numinis horribili flagello executam, non sine lacrymis perlegere datum est in Pastorali Edicto, quod ubique Massiliæ die 22. Octobris hujus anni 1720. expeditum per zelantissimum illius Urbis

G Episcopum Henricum Franciscum Xaverium Belzunte, postea typis publicè per totum ferè Orbem Christianum disseminatum fuit.

Mirandum profectò est quantâ nam B. Peregrinus noster Tiphernates Cives beneficentiâ prosequatur, cùm neque hoc anno 1720. novas Gratias eisdem impartiri destiterit. Harum aliquas ad continuandam populorum erga Beatum devotionem brevi calamo describam. *Nova B. Peregr. prodigia.*

1 Erat quidam Civis Tiphernas nomine Floridus Francisci Matteucci, qui de Mense Julio hujus Anni pravum tumorem in Coxendice cum magno dolore gerebat, ex quo adeò vehementer affligebatur, ut toto corpore tumefactus enormiter appareret; nec *A tumore mortifero liberatio.*

H pedem extendere, nec gressum ullo modo movere illi permitteretur. Remedia plura, sed incassum adhibuerat, unde à Medicis insanabilis tumor judicatus fuerat, & vita ipsius conclamata. Quare Sacramentis extremis monitus mortem in dies expectabat, cùm Divino, ut creditur, impulsu ad Peregrinum fidenter confugit, & ipsius S. Reliquiâ benedici curavit; eodem temporis momento meliùs insperatò se habere cœpit, ac brevi tumor evanuit, et ad perfectam salutem pervenit. Ipse verò quò gratus foret, ad Ecclesiam nostram suis pedibus perrexit, ibique septem assiduos dies Visitationem ejus Altaris pro gratiarum actione repetiit.

2 Mag-

A pleuritide febrique maligna sanat. 2 Magdalena Uxor Cajetani Mazzoli Tiphernatis febri malignâ labotabat adeò gravitet, ut, adjectâ pleuritide cum inflammatione pulmorum, de ejus vita actum existimarent Medici, ipso mense Julio hujus anni decurrente. At ipsa toto corde ad Peregrinum confugiens, ejusdem S. Reliquiâ benedici curavit: quo facto, prima nocte adveniente, se aliquantulum melius habere cœpit, paucisque transactis diebus ad pristinam sanitatem pervenit. Quamobrem læta se contulit ad Ecclesiam nostram, ibique ad Aram Beati genuflexa, & non sine lacrymis in gratiarum actionem totam se effudit.

Duæ Moniales B. patrocinium experiuntur. 3 In Monasterio noncupato S. Cæciliæ præfatæ Civitatis Castelli duæ aderant Moniales nomen Judith Pazzagli, alteri nomen Agatha Muccioli, quæ in Monasterio Vicariæ Officio fungebatur, ambo à pluribus retro mensibus in lecto gravi pressæ infirmitate detinebantur, ambo ad Beati Peregrini præsidium piè confugerant, & ipsius S. Reliquiâ benedici obtinuerant, & ambo diversimodè liberatæ fuerunt. Prima namque statim post benedictionem adeò melius habere se cœpit, ut brevi perfectam salutem consecuta fuerit. Altera verò nullum à morbo levamen experta, magnam tamen animi quietem adinvenit, ac non minori cum Dei voluntate conformitate non diù post animam Deo placidissimè reddidit, ut piè creditur à Peregrino in Cœlum perducta. Et quidem hoc pluries observatum fuit in iis infirmis, qui devotè ac fidenter ad B. Peregrinum recurrunt, ut nisi brevi convalescant, citò ad mortem properant, sed summâ cordis pace, quod utique B. Peregrini tribuendum esse intercessioni non est dubitandum.

De mense Augusti in solemnitate S. P. N. Philippi emanavit decretum SS. D. N. PP. Clementis XI. in Causa Canonizationis ejusdem B. Peregrini, prout sequitur.

Forolivien.

B. Peregrini Canonizationis.

Cùm in S. Rituum Congregatione propositum fuerit dubium.

An constet de virtutibus ejusdem B. Peregrini tum Theologalibus, scilicet Fide, Spe, & Charitate, quàm Cardinalibus, scilicet Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque respectivè annexis, in gradu Eroico in casu de quo agitur.

Decretũ super Causa Canonizat. B. Peregr. *Super quo Sanctitas Sua auditis tam Consultorum, quàm Reverendissimorum DD. Cardinalium suffragiis, distulit ea die resolutionem, ut prius Cœlestis luminis opem, tum suis, quàm aliorum precibus in tam gravi deliberatione de more imploraret.*

His peractis præfatus SS. Dominus noster in frascripta die S. Philippi Benitio, eximio ejusdem Ordinis Propagatori, Sacrâ, accitis coram se R. P. D. Lambertino Fidei Promotore, ac me infrascripto supradictæ Congregationis A *Secretario ad premissum dubium de virtutibus dari, et promulgari jussit responsum affirmativum sequentibus verbis, scilicet, Ita constare de virtutibus prædictis, ut tutò in præsenti casu procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem miraculorum; & ita &c.*

Hac die 23. Augusti 1720.

Fr. Card. Paulutius Pro-Præfectus.

Loco ✠ Sigilli

N. M. Tedeschi Ep. Liparit.

S. R. Congr. Secr.

Hoc anno petentibus PP. Hispanis nostri Ordinis mediante P. M. Laurentio Remundinez de Barcinona Ex Provinciali Reliquiâ S. P. nostri Philippi locandam in Ecclesiam nostram præfatæ Civitatis: Patres nostri de Florentia benignè annuerunt, ac servatis de B jure servandis fragmentum albæ lanæ subuculæ ejusdem Sancti concesserunt, edito super hoc recognitionis, & donationis instrumento de die . . .

Sanatio prodigiosa ex intercessione Servi Dei P. Julij. Dignam huic Capiti coronidem imponat exposita nobis singularis omninò Gratia sanationis hoc anno obtenta Liburni ab honesta Muliere Agatha Joanna Pasqualetri meritis, & invocatione Ven. Servi Dei P. Julij Arrighetti, telata à Religiosissimo summæque pietatis, ac doctrinæ Viro nobis amicissimo P. Ambrosio Catharino Spannocchi nobili Senensi Ordinis Prædicatorum Congregationis Reformatorum, quam enarrabimus eâdem methodo, quâ nobis, adjectis testibus Sacerdotibus omni exceptione majoribus, C descripta fuit tenoris

Usque ab anno 1715. sub die 21. Octobris oppressa fuit à quadam infirmitate præfata Mulier Agatha Joanna, quæ infirmitas à Medicis nedum diuturnæ durationis recognita fuit, sed insuper succedentibus reiteratis sympromatibus, ac motibus convulsivis in capite, brachijs, alijsque corporis partibus insanabilis omninò conclamata fuit, adeò ut nullum in posterum ab arte medica levamen morbus experiretur; nisi quod pluribus elapsis mensibus, Veris beneficio, aliquatenus à doloribus, convulsionibusque requievit; sed adveniente Autumno rursus ægrotare vehementiùs incæpit, adjectis intensione nervorum, difficultate respirationis, & asthmate; D sic perdurantibus varijs symptomatibus ad annum 1719. die verò 5. mensis Septembris accessit quidam *Tenatas*, ut medici vocant, seu nervi, qui in Cervice est convulsio, quæ caput assiduè in motu retinens, extremum dolorem, debilitatemque illi causabat, & quòd omnem ferè spem abscindebat hoc fuit, quòd appropinquante vere, & æstate, nullum omninò, uti priùs assolebat, à morbis suis levamentum experta est, obstinatioribus semper magis evadentibus symptomatibus, quare die 2. Augusti præsentis anni extremo Viatico, jam jam desperatâ salute, piè refecta est. Audierat infirma gratias alibi à Deo reportatas ab ægrotis ex invocatione Servi

Dei

Dei Julij Arrighetti: quare spe erecta ipsimet se, vitamque suam commendavit, tribusque vicibus in reiteratis ter accidentibus lethalibus ejus Imagine papyraceâ obsignata fuit, paucisque interjectis momentis habere se melius cœpit. At verò die 19. ejusdem mensis in multum deteriorem statum devenit, adeò ut neque erigere caput valeret, neque pulsus arteriæ nisi interpolatè sentiretur: Ad Servum Dei itaque preces, ut meliùs poterat, ingeminavit, & hora 4. ejusdem noctis somnum cœpit, illumque usque ad horam nonam cum dimidio prosecuta est. Tunc autem expergefacta non ampliùs assuetos tremores experta, sibi videbatur caput à quadam invisibili manu premi ne moveretur, eidem tunc cogitatus quidam obrepsit P. Julium, cui se prius enixè commendarat, à Beatissima Virgine Gratiam sanitatis obtinuisse; quare spe intus accensa cum vires adjectas sentiret, etiam corpus super lectum erexit, & surrexisset profectò, pedibus rem tentatura, ni à domesticis præpedita foret. Die autem insequente vestibus induta è lecto protinus prosilivit, & ita liberè ambulare cœpit, ac si numquam ægrotasset, adeò ut die 30. ejusdem mensis Augusti ad Ecclesiam vestibus cærulei coloris, ex voto facto, induta, pergere potuerit. Addit ipsa Mulier circumstantiam quamdam, quam reticere non convenire; judicio tamen prudentum illius examinationem relinquentes; et fuit hæc. Soror infirmæ, postquam Dei Servo Julio Sororem piè, constanterque commendaverat, obdormiscens, sibi videbatur constare de obtenta Gratia, illamque, prout evenerat, describere, quo temporis momento sibi comparere videbantur duo Religiosi nigro habitu induti; unus tamen altior staturâ, quàm alter, cum ipsam adeò lætam aspexisset, interrogavit, quidnam ei accidisset, & quid ageret. Repofuit illa „ *Describo*, o Pater, *mirabilem sanationem d mea Sorore Agatha ex intercessione Servi Dei Julij obtentam. Optimè facis*, replicavit ille, *prosequere*; & hoc dicto cubiculum infirmæ intravit; in illo instanti expergefacta à somno, pulsavit horologium, horamque nonam signavit, & prorsus eadem hora nona cum dimidia Agatha obtinuit, ut supra, sanitatem. Hanc autem sincerissimam narrationem approbarunt, uti testes optimè informari, infrascripti Sacerdotes manu propria.

Ego Fr. Ambrosius à S. Eusebio Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum Discalceatus, & Novitiorum Magister affirmo omnia, quæ in hujusmodi relatione describuntur, & in fidem manu propria.

Ego Presbyter Jo. Chrysostomus Silvestri Cappellanus in Ecclesia Misericordiæ Liburni affirmo, quæ in dicta narratione continentur, & in fidem manu propria.

Ego Presbyter Dominicus Vecchi Cappellanus in Ven. Confraternitate Sanctissimi Sacramenti, & D. Juliæ affirmo omnia quæ E suprascripta sunt, utpotè qui pluries Agathæ infirmæ prædictæ assistentiam præstiti.

Ego Fr. Ambrosius Catharinus Spannocchi Ordinis Prædicatorum, ex quo multoties infirmam tempore narratarum agitationum, & infirmitatum visitavi, vera esse, quæ exponuntur, attestor, in fidem manu propria.

ANNOTATIONES IN CAP. XII.

Singula quæ narrata sunt ex Regestis Generali, & Provinciali Neapolitano; et firmatis attestationibus, & aliis documentis in Archivo Florentino existentibus, eruimus.

F *Officia Patrocinij B. M. V. & ejusdem solemnis Expectationis Partus pro nostro Ordine. Obitus Papæ Clementis XI. cui succedit Innocentius XIII. Officia Sanctiss. Nominis Mariæ, ejusque Immaculatæ Conceptionis. Alta mira de B. Peregrino. Obitus PP. Germanorum. Libri eduntur. Fabricæ meliorantur. Devotio populorum erga B. Virginem de Marradio.*

C A P. XIII.

Ntentissimus Ordinis nostri Procurator Generalis in Romana Curia ad augendam Religionis Gloriam, & promovendam populorum devotionem erga Beatissimam Virginem Patronam nostram, obtinuit G à S. Sede Officia recitanda à Fratribus nostris Patrocinij B. M. V. ejusdemque solemnis Expectationis Partus per Decretum infrascripti tenoris.

Ordinis Servorum B.M.V.

Non minùs ad augendam venerationem erga Beatissimam Mariam Virginem, uti Patronam, & Titularem Ordinis Servorum, quàm ad satisfaciendum maximè omnium Religiosorum devotioni P. Petrus Maria Pierius Procurator Gen. Ord. Servor. pro concessione Officiorum proprii Patrocinij B.M.V. ejusdemque Expectationis Partus universo præfato Ordini Sac. Rituum Congregationi enixè supplicavit. Et S. eadem Rit. Congregatio hujusmodi Oratoris H *instantiæ benignè inclinata concessit, ut singulis annis tertia Dominica Novembris Officia Patrocinij B. M. V. ejusdemque Expectationis Partus die 18. Decembris ab omnibus Religiosis totius præfati Ordinis, qui ad horas Canonicas tenentur, recitari possint, & valeant.*

Decretū Officij Patrocinii, & Expect. Partus B.M.V.

Die 15. Februarii 1721.

Fr. Card. Paulutius Pro Præfectus.

Loco ✠ *Sigilli*

N. M. Tedeschi Ep. Lip. Sac. Rit. Congr. Secr.

Eodem die, & anno Patre Provinciali Etruriæ supplicante, & eodem Patre Procuratore Generali solicitante, ad augendum honorem B. M. V. Annunciatæ, cujus Imago San-

Sanctissima in Ecclesia nostri Cœnobij de Florentia à toto Christiano Orbe Summa devotione colitur, & ibidem S. Gabrielis Archangeli Virginem annunciantis Effigies depicta apparet Sacra eadem Congregatio Rituum expedivit infrascriptum Decretum.

Florentina

Ad enixas, supplicesque preces P. Provincialis Ordinis Servorum B. M. V. Conventus Sanctissimæ Annunciationis Civitatis Florentinæ in S. Rituum Congregatione relatas. S. eadem Congregatio benignè inclinata indulsit, ut à PP. supradicti Conventus Officium S. Gabrielis Archangeli die 18. Martij sub ritu duplicè majori, prout in Regnis Hispaniarum recitatur, in posterum recitari possit, & valeat.

Officium S.Gebrielis Archangeli.

Die 15. Februarij 1721.

F. Card. Paulutius Pro Præf.

Loco ✠ Sigilli

N.M. Tedeschi Ep. Liparit.Sec.

Extrema fuerunt hæc à Sanctiss. D. N. PP. Clementis XI. nostro Ordini collata beneficia; cùm etenim Ecclesiam Dei per annos viginti, menses tres, & dies 27. præclarè, sanctissiméque gubernasset, die 19. Martij præsentis anni 1721. in quo festum S. Joseph Spōsi Virginis Sanctissimæ Patronæ nostræ celebratur, cujusque Officium proprium ex magna devotione ipsemet composuerat, & ab omnibus Ecclesiasticis ad id obligatis recitari mandaverat, plenus dierum ætatis suæ completo anno 71. devotissimè receptis Sacris Mysterijs, assistentibus sibi pluribus ex diversis Ordinibus PP. Generalibus die mediante placidissimè obijt. Vir fuit magnæ modestiæ & mansuetudinis, necnon eximia literatura, & eruditione præditus, staturâ procerus, & vultu Majestate plenus. Huic omnes Ordines solemnissimo ritu parentarunt.

Obitus PP.Clementis XI.

Ad eligendum in Petri Cathedra successorem DD. Cardinales Conclave mox intraturi elegerunt in eorum Confessarium ex nostris P.M. Hieronymum Mariam Allegri de Florentia in publica universitate Florentina Theologum, qui jam per biennium, & ampliùs [ut suo loco innuimus] Sacri Palatij Apostolici Confessarij munere præclarè fungebatur.

Adunatis autem in Conclavi 55. DD. Cardinalibus, & postquam seriò tanti ponderis electionem Dom.solicitis precibus per plures hebdomadas commendarant, unanimi consensu elegerunt in summum Pontificem D. Card. Michaelem Angelum de Comitibus Romanum in ipso festo S. Michaelis Archangeli die 8. Maij præsentis Anni 1721. appellatus nomine Innocentius XIII. summæ prudentiæ, ac pietatis Virum, 54. Suffragiis omninò concordantibus; de qua electione universus Orbis Christianus summoperè lætatus est.

Innocent. XIII. creatur.

At verò solicitiores Ordinis nostri Superiores P. Generalis, & Procurator ejusdem Ord. eidem electo Summo Pontifici pro augendo cultu Patronæ nostræ, supplicarunt, ut nostris Fratribus Officia Sanctiss. Nominis Mariæ, & Sanctiss. ejusdem Conceptionis semel in mense celebrare in perpetuum liceret. Quę preces obtento infrascripto Decreto exauditæ benigne fuere.

Ordinis Servorum B.M.V.

Sec. Rituum Congregatio ad supplices enixasque preces P. Sostenes Mariæ Cavalli Prioris Generalis, & P. Petri Mariæ Pieri Procuratoris Generalis Ordinis Servor. B. M. V. ec Sacræ ejusdem Rituum Congregationis Consultoris, benignè inclinata concessit, ut in posterum semel in mense die non impedita, & exceptis Adventus, Quadragesima, Quatuor Temporum, ac vigiliarum tempor bus, Officia Sanctissimi Nominis B.M.V. ejusque Sanctiss. Immaculatæ Conceptionis ab omnibus Religiosis utriusque sexus universi præfati Ordinis, qui ad horas Canonicas tenentur, sub ritu semiduplici recitari possint, & valeant, dummodo eadem Officia non recitentur in Sabbatho, ne impediatur illud S. Mariæ in Sabbatho.

Officia SS. Nominis Mariæ, ejusque Immaculataæ Cōceptionis.

Die 7. Junij 1721.

F. Card. Paulutius Pro Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Ep. Lipar.

S. Rit. Congr. Secr.

Plurimum utique debet Ordo noster affectioni singulari Eminentiss. D. Cardinalis Emerici Chacki Hungari duarū unitarum Ecclesiarum Colocensis, & Bonsiensis Archiepiscopi, necnon Varadini Episcopi, Comitis Biariensis, & Bassensis, necnon intimi Consiliarij S. M. Cæsareæ Catholicæ, qui tam Romæ, quàm Florentiæ, & alibi præsenti anno Conventus nostros inhabitare personaliter dignatus est, ubique sui erga nos amoris, & beneficentiæ testimonia relinquens.

Cardin. Tecki Hūgeri dignatio erga Ordinem nostrum.

Hoc anno pariter Summus Pontifex Innocentius XIII. ad avertendam luem, quæ in pluribus Galliæ partibus miserrimè grassabatur, ab omnibus Fidelibus Orbis Christiani singulares preces, et alia pœnitentiæ Opera exequenda, quibus Ira Dei compesceretur, mandavit:additis ex Thesauro Ecclesiæ Indulgentijs in forma Jubilæi. Sicuti & Officium S. Rochi contra Pestem Pr t-ctoris ad ritum duplicem elevavit, & Officium proprium Sanctissimi Nominis Jesu ad preces Augustissimi Caroli VI. Imperatoris à toto Orbe Catholico Dominica secunda post Epiphaniam sub ritu duplici secundæ Classis celebrari pręcepit.

Ad avertentiam luē Indulgentiæ, & Offic. S.Rochi & SS. Nomin. Jesu.

Mortuus est et hoc anno die 21. Septembris Archiepiscopus Florentinus D. Thomas Bonaventura ex Comitibus de Gherardesca Vir egregię pietatis, cui plurimum debet Ordo noster, quippe qui in fabricandis processibus super immemorabili Cultu tum B. Alexij, prō quo etiam favorabilem sententiam tulit, tum aliorum sex BB. Fundatorum Ordinis Servor. B.M. V. insudavit non parùm, quamvis morte præventus Causam hanc [ut in

Obitus Archiepiscopi Flor.

in ejusdem Votis erat] terminare minimè potuerit, quod, Deo dante, complebit successor.

Neque hoc anno destitit beneficentia B. Peregrini erga Tiphernates amantissimos Cultores ejusdem Beati, nam, ut aliqua mira narremus.

1 Soror Gertrudes Valentini Monialis, aliàs nominata, in Monasterio S. Cæciliæ de Paradiso præfatæ Civitatis Castelli, cùm ex loco eminentiori præceps ad terram cecidisset, invocato nomine Protectoris sui Peregrini, à quo plura beneficia jampridem obtinuerat, nedum ab evidenti vitæ discrimine liberata est, sed cum ex eodem casu pes ejus dexter luxatus remansisset, ex quo dolores non modicos tolerabat, iterum ad Medicum suum confugiens, ejus S. Reliquiâ partem læsam obsignari curavit, & illicò ab omni dolore libera perfectam quoque sanitatem recuperavit; ex quo magis magisque succrevit in illa devotio erga Insignem suum Medicum, & Advocatum Peregrinum, qui eam de mense Majo hujus anni 1721. tam gratiosè liberaverat.

Monialis à casu refervatur immunis.

2 D. Catharina Guidelli Biccari ab assidua febri, variisque languoribus in pessimum deducta statum, post adhibita, sed inutiliter, innumera remedia, ad potentiorem Medicum confugit, nec sua spe frustrata remansit, nam pluribus ad ejus Aram Missis suo nomine à Patribus nostris celebratis, ac deinde Sacra ejusdem Reliquiâ obsignata, salutem unicè à Peregrino recepit eodem mense Maii 1721.

Ab assidua febri mulier liberatur.

3 D. Casimirus Uberti Vir Nobilis è Tipherno multas hebdomadas in latere sinistro dolores atrocissimos unà cum obstinata febri toleraverat absque requie, nullisque remediis adhibitis proficiebat ad salutem. Quamobrem in solo Peregrino spem suam reponés à P. Angelo Maria Monticelli nostri Ordinis, ejusdem B. Reliquiâ obsignatus de mense Junio hujus anni 1721. prorinus cessantibus doloribus [ut ipsemet deposuit] & fugata febri, numquam deinceps à tali morbo molestiam ullam passus est.

A lateralibus dolorib. Infirmum sanat.

4 Laborabat in pede dextro graviter Maria Antonia Leonardi à Civitate Castelli, ex quo superveniente in tibia ejusdem pedis Erisipola, facta est apostema dolores patienti vehementiores afferens. At illa plena fide ad Peregrinum conversa, cujus imaginem propè lectum appensam venerabatur, de repente sensit cessasse nimium dolorem, ac mox admirans perfectam ab Insigni benefactore sanitatem recepit. Quare grati animi ergo ad Ecclesiam nostram se contulit, ibique ad Aram Beati S. Communione recepta, tibiam argenteam in æternam accepti beneficij memoriam appendit.

Ab erisipola cum apostemate sanat.

5 Soror Angelica Cappuccina de Tipherno plagam in tibia sinistra gerebat adeò sævam, ut eam Chirurgus in gangrænosum morbum degeneraturam non sine fundamento timeret. Ipsa verò infirma periculum agnoscés ad Beatissimam Virginem Infirmorum salutem confugit, atque ut ejus opem facilliùs inveniret, intercessorem adhibuit servum suum Peregrinum, neque spes illam fefellit, nam obtentâ Sacrâ ejusdem Reliquiâ, statim convalescere cæpit, ac brevi ab omni malo, & periculo prorsùs liberam se sensit, unde gratias Matri, & fideli Servo suo Peregrino peragere non desistebat.

Monialis à plaga in tibia liberat.

6 Jo: Franciscus Topai de Tipherno cum esset ætatis anno nono circiter incedebat per viam publicam, quando Vir quidam è fenestra suæ domus eminentiore stramineam culcitram satis ponderosam projiciens, nihil advertens quisnam per viam tunc temporis transire posset; unde factum est, ut culcitra illa supra puerum cadens, illum opprimeret adeò sævo casu, ut ad terram prosternens, ambas ejus pedum tibias, & coxarum ossa confringeret, ex quo puer, amissis loquela, & sensibus, ad mortem pergebat præproperè. At verò Pater ejus Jacobus Topai, & Maria Magdalena pueri Ava illum ferventioribus precibus B. Peregrino commendabant, quamvis Chirurgus Filogeni, notæ experientiæ Vir, omninò ad obtinendam sanitatem puerum incapacem existimaret propter ingentem viscerum contusionem. Deo autem in Sanctis suis nihil est impossibile, quare post reiteratas à Parentibus ad B. Peregrinum preces, puer habere se melius cæpit, ac non multo post ad integritatem sanitatis pervenit. Quamobrem ad agendas gratias, ac in perpetuam obtenti beneficij memoriam, ad Aram Beati Votum argenteum hilares appenderunt.

Puer ab evidenti mortis periculo servat.

Porrò nimis longum esset gratias omnes, & sanitates infirmis obtentas non sine prodigio ex invocatione B. Peregrini, cujus Oratio deprecatoria hoc anno iterum ex jussu, ac licentia Superiorum impressa, & publicata fuit ad solatium, & juvamen Miserorum, necnon ad dilatandam ejusdem Beati Gloriam, & Cultum inter Fideles; quam hic addere non erit inutile, ut omnibus ubique locorum prodesse valeat, eam super ægros, maximè ulcerosos, Paralyticos, Apoplecticos, aliisque pessimis affectionibus nervorum oppressos devotè recitando.

Formula Invocationis B. Peregrini.

JESUS ✠ MARIA ✠ PEREGRINUS ✠
JESUS CHRISTUS CRUCIFIXUS
Salus nostra.

✠ ✠ ✠

In nomine meo super ægros manus imponent, & benè habebunt.

Dominus Jesus Christus Crucifixus, Dei & B. Mariæ Virginis Filius, Mundi salus, & Dominus sit tibi clemens, & propitius, ac per merita, & intercessionem ejusdem B. M. V. Matris suæ, B. Patris Peregrini Confessoris, ac Servi sui, totiusque Curiæ Cælestis, liberet te ab omni Plaga etiam Gangrænosa, Paralysi, Apoplexia, Paroxismo, Contractione nervo-

nervorum, detque tibi salutem mentis, & corporis; Ad laudem, & Gloriam sui Sanctissimi Nominis. Amen.

Non prius quàm bis diebus è Germania pervenit ad nos notitia rerum gestarum per P. Hyacinthum Mariam Grandl, magnum profectò Provinciæ illius ornamentum, & decus, quarum enarratio, quamvis ad annum 1701. quo is obierat, exponenda fuerit; fatiùs est tamen ut vel hic non prætereatur. Ortus est Giazburgi Sueviæ urbe haud ignobili, honestis parentibus anno 1639. cumque studia humaniorum literarum Oenipouti perfecisset, annos natus 17. Divinæ Matris piæ servituti in Ordine nostro seipsum mancipavit. In ipso sui Novitiatus exordio aliquid magnum tùm in pietate, tùm in scientijs portendere visus est. Vix etenim effectus Sacerdos, studijs nostris in Germania ex commissione Superiorum præfuit cum ingenti Studentium Juvenum utilitate, quotquot enim postea in scientijs maximè Theologicis ibidem floruere, ejusdem se fuisse discipulos gloriati sunt, utpotè cujus scripta pervulgato encomio appellabantur aurea, ex preciositate nempe doctrinæ, sacræque eruditionis. Ex his motus Ordinis nostri Superior Generalis illum Romam accersivit, ut studentibus in præclaro Henrici Collegio apud S. Marcellum tamquam Regens studiorum præesset; ubi laudes eximias à sapientibus magnæ illius Urbis, præcipuè à P. Martino Esparza famosissimo Soc. Jesu Theologo promeruit. Nec tantùm in scientijs, sed maximè in ratione adipiscendarum virtutum, etiam daris copiosissimis scriptis, juventutem nostram erudiebat, exemplo suo scriptis ipsis profectò eloquentior, & efficacior. Officium Divinum, quamvis ætate grandæva, semper genibus flexibus persolvebat. Imo ad horas matutinas intempesta nocte, quamvis in docendo maximè occupatus esset, surgebat. Addebat, & quotidie pro Fidelibus defunctis consuetum Officium mortuorum, unde fertur aliquando animas piacularibus flammis adstrictas illi vel gratulantes pro liberatione obtenta, vel suffragia petentes comparuisse; cujus rei testimonium afferunt fide digni casum in specie individuantes in personam P. Laurentii Mariæ Trapp, qui cùm Pragæ non sine pietatis laude vità excessisset, Hyacintho tunc Novitiorum Magistro cum suis degenti, sellam ejusdem vacuam in alterum latus convertens discessum suum è mortali carcere significavit, ut suffragia reportaret. Par ejusdem in viventes Charitas extitit, à confessionibus omnibus petentibus, etiam cum proprio maximo incommodo inserviens, sui quoque corporis flagellationibus Divinæ Majestatis alienas offensas expiare satagebat, adeò in seipsum crudelis, ut post ejus mortem observatum fuerit ex reiteratis identidem flagellis ossa carnibus nudata patere. Sapidiores cibos palato subtrahere, sitim in omnibus pervigilijs festivitatum B.M.

Gesta, & obitus P. Hyacinthi Mariæ Grandl.

A V. nonnisi frigidâ extinguere, nocturnam quietem vigilijs abrumpere in more habuit. Observantiæ Chori, & Sacrarum cæremoniarum diligentissimus exactor fuit, adeò ut cùm esset Prior, errorem proprium, quo Chorum Fratrum Divinas laudes canentium aliquatenus exturbaverat, in semetipso severè castigans, humi in publica comestione coram subditis admissam culpam exsolverit. Prioratus sui Officium Deus benedictionibus præcipuis illustrasse perhibetur, nam cùm Cellarij Custos in vase vinum usui Fratrum necessarium minimè adesse P. Hyacintho renuntiasset, illeque se ad orandum contulisset, factum est, ut redeunte Custode ad exercendum ministerium suum vas adeò plenum adinvenit, ut summa non minus admiratione, quàm gaudio

B perfunderetur; unde ad P. Priorem accurrens rei novitatem eidem significavit; cui ille subridens, *Unum istud* [ait] *fine quandiù Deus, at sufficiat, dederit.*

Erga Divinissimum Altaris Sacrificium, quod singulis diebus prolixa præparatione præmissa celebrabat, devotione tali afficiebatur, ut non sine lacrymis mysterium ageret; testem hujus venerationis evulgatum habemus à P. Hyacintho libellum, in quo excellentiæ Dignitatis Sacerdotalis olim B. Alano, & S. Hugoni Carthusiano divinitùs revelatæ devoto calamo describuntur. Non modico Marianæ familiæ incremento præter diversos solerter exactos Prioratus, bis etiam Provincialis egregiè munere functus est tanta mode-

C stiâ, & mansuetudine, ut zelans quoque, & castigans amaretur; tantâ verò cordis fortitudine Monasteriorum suæ curæ commissorum jura tuebatur, ut neque propria pericula, neque Potentium minæ animi sui constantiam ullo modo labefactarent.

Tantis demum laboribus, studijs, voluntarijsque castigationibus, nec minus ingravescente ætate consumptus, ut augeretur ipsius meritum, biennio antequam vita excessisset, prout accidit B. Alberto Magno, memoriam omnium scientiarum amisit, ac denuò puer factus est, addito ei extremi supplicii validissimo tremore; & ex hinc præparatio studiosior ad mortem subeundam, tametsi teste Viro integerrimo, qui pluribus annis eidem à

D Confessione fuerat, animam suam nullâ umquam graviori labe inquinasset. Quare jam benè dispositus, & extremo morbo oppressus, ac factis mysterijs specialiori devotione receptis, cùm pervigilium festivitatis Sanctissimæ Trinitatis advenisset, & ad ejus aures P. Rupertus Maria Gapp, vir multis nominibus memorandus, suggereret: *P. Hyacinthe, ò quam benè feliciterque tecum ageretur, si crastina die ad intuendum inscrutabile Divinæ Trinitatis mysterium in Paradiso esses?* Ad hæc Hyacinthus occlusos ex vi morbi oculos aperuit, arrisitque; & in ipsa die tantæ solemnitati dicata 22. Maij 1701. spiritum Deo quietissimè reddidit.

Obitus Patrum Insignium Germanorum.

Allatis documentis à Germania mihi diebus hisce transmissis, adnexę quoque fuerant nonnullæ notitiæ, ac egregia monumenta de quibusdam alijs Viris in nostra Religione insignibus, qui præteritis jam annis laudabilem vitam compleverant, quos silentio præterire nec veritas, nec justitia multò minùs posterorum utilitas patitur.

Gesta, & obitus P. Michaelis Mariæ Rauscher.

Primus sit ordine inverso P. Michael Maria Rauscher, de quo transeunter adhuc vivente speciosam mentionem facit accuratissimus nostrarum rerum Germanarum Scriptor aliàs laudatus P. Augustinus *Maria* Romer histor. lib. 10. cap. *6.* P. Michaeli Mariæ igitur natale solùm Hala fuit, Civitas posita ad Oenum flumen, anno 1602. Annum agens decimum sextum à Serenissima Anna Juliana Ordinis nostri per Germaniam reparatrice receptus ad habitum Dolorosæ Matris fuit. Emissa professione solemni Rhethoricam didicit à P. Joachimo Maria Aver eruditissimo Viro, post hanc sanctiora Theologiæ studia perfecit; at cùm scientijs uniretur in eo singularis morum pietas, & amor Observantiæ Regularis, illum eodem tempore Superiores & Tyronibus in virtute educandis, & S. Theologiæ Lectorem præfecerunt. Oenipontanis postea Claustralibus Ordinis nostri Sororibus annos fermè viginti, & amplius à S. Confessionibus fuit, decies in diversis Cænobijs Prioris Officio, & bis in tota Provincia Germaniæ Provincialis munere egregiè functus est; inter omnes tamen honorum Gradus idem semper mitis, & humilis. Observantiam legum, quàm alijs efficaciter insinuabat, ipse in se diligentissimè custodiebat, exemplo magis, quam verbo suadens. Maxima in eo eluxit silentij custodia, ingens paupertatis studium. Ad posteriorum quoque instructionem servantur aurea monita, et documenta, quæ in Epistolis suis Pastoralibus ad omnes præstabat. Patientiæ et charitatis insignia quidem testimonia, maximè cùm à quodam in itinere vulneratus, eidem mox ab Judice, capitali pœna plectendo, Vitam precibus ab eodem Judice impetravit. Tandem octogenarius in extremum incidit morbum, & in ipsa die obitus sui, quæ fuit feria sexta, meditans, quæ Christus in Cruce tormenta passus fuerat, in Crucifixi imaginem defixis oculis, levatisque simul in altum manibus, quamvis viribus destitutus, *O bone Jesu* [suspirans ait] *Tu propter me tanta passus fuisti, & mihi peccatori ingratissimo parcis?* post hæc in lacrymas profusus reliquos affectus cordis in se meditabundus explevit. Ad æternitatem sic properantem interpellavit eum Oenipontani Cænobij Prior, rogans, ut quæ ad sui memoriam in affectibus illa hora suscitandis in quadam charta propria manu subscripta ad aliorum instructionem sibi donaret. Diu restitit ægrotus, ac nonnisi reiteratis precibus eam chartam consignavit hac lege, ut quoties eorum oculis nomen Michaelis occurreret, toties in eorum exercitijs spiritualibus miserrimi
E peccatoris meminisse deberent. Tandem extremis refectus mysterijs, postquam adstantes omnes ad Dei, Deiparæque amorem, & ad legum nostrarum diligentem custodiam cohortatus fuerat, anno 1691. 4. Novembris ipsa die feria sexta, quâ Christus in Cruce mortem subierat, animam Creatori suo placidissimè reddidit; eam lethali culpæ nunquam obnoxiam fuisse asseruit is, qui in S. Tribunali vitæ suæ rationes optimè noverat. Ejus verò effigiem ut Marianæ posteritati commendaret, coloribus expressam Conventus Oenipontanus hoc elogio decoravit.

P. Michael Maria Rauscher mundo natus à Partu Virgineo 1602. Orbi Mariano
F *1618. Primò ad Aram stetit 1626. Quinquagenarius Neomysta 1676. Per Germaniam Provincialatus munere bis functus, plenus dierum, & meritorum vixit sibi, et Mundo Mariano, tandemque supremum diem clausit 4. Novembris, anno Reparatæ salutis 1691.*

Gesta, et obitus P. Bernardini Mariæ Wenzl.

Secundus, ordine pariter inverso, est P. Bernardinus Maria Wenzl, de quo tunc temporis adhuc vivente, ac totam Germanicam Provinciam nostram Vicarij Generalis munere gubernante, simplicem facit mentionem prælaudatus P. Romer in ultimo libro, & cap. suarum historiarum, quare narrando ejus dotes, & virtutes, quas laudare in vita sua præpediebatur à Spiritu Sancto P. Romer,
G juxta illud, *ne laudes hominem in vita sua*: Sciendum ipsummet P. Bernardinum Mariam ex nobilibus, opulentisque Parentibus ortum duxisse Bruneggæ, quæ est Civitas Comitatus Tyrolensis, anno 1621. at ille annus natus 19. mundanam spem, fortunasque despiciens servituti Marianæ solemnibus in Ordine nostro emissis Votis se addixit, ac tunc ab exordio sui Novitiatus se ad magna natum esse monstravit, itaut annos natus non plus quam 30. quamvis summopere renitens, Auretani Monasterij Prior creatus fuerit, ac biennio post itidem Prior ad D. Michaelem Vetero-Pragæ, postea Socius Provincialis, inde Provincialis, ac demum Vicarius Generalis renunciatus est, quod Officium per annos 25.
H circiter summa vigilantia, nec minori prudentia administravit, adeò ut plura Monasteria Ordini accreverit, Neo-Pragensem, Rabesteinensem, Neocastrensem, Schonpichlensem, Guttesteinensem, Jarometizensem, Lauretanum in Moraviam, Fronleithensem in Styriæ Ducatu, tantus erat ardor propagandæ Religionis, & Dolorosæ Virginis devotionem disseminandi.

Verùm non ista duntaxat P. Bernardino cura fuit ampliandæ Provinciæ Germanicæ, sed potior illa semper extitit, ex qua tantùm sincera procedit felicitas, augmentum nempè Virtutum, quas nobilissimis exemplis, efficacibusque adhortationibus in se, & in subditos

ditos excitabat, promovebat. Hinc animi singularis demissio, quâ etiam superior legumina legenda, vasa, & indumenta sua propriis manibus abstergenda, & lavanda suscipiebat; accusatus propterea, quòd ista Officio suo minimè convenirent, & per ludibrium appellatus *Fullo Religiosus*, hosce tamen contemptus hilaris, & cum risu excipiebat, nec umquam authoritate suæ dignitatis ad compescendas hujusmodi verba contumeliosa usus fuit, tanta erat in eo animi constantia, & moderatio. At in laborum, & adversitatum indefessa tolerantia vigor animi ipsius magis emicuit; complures namque annos, calculorum, podagræ, stomachique languoribus dirè vexatus, denique Turcicas irruptiones, Monasteriorum devastationes expertus, omnia tranquilla mente, hilarique cultu sustinuit in Dei providentiam cuncta referens, donec annis, & laboribus oppressus ad extrema deductus est; Stranguriæ namque morbo, alijsque, qui malum istiusmodi comitari solent, acutissimis oppressus doloribus, tametsi morbi levandi spem aliquam medici darent, si pharmacis expelleretur semen corruptum; absque morâ P. Bernardinus mortem potius, quàm ejusmodi consilium admittere statuit. Quare Sacramentis extremis refectus inter subditorum gemitus, & suspiria pijssimam mortem oppetiit die 24. Octobris anni 1683. relictâ copiosâ librorum supellectile, qua Oenipontana S. Josepi Bibliotheca plurimùm succrevit.

Tertius itidem, ordine inverso, fit P. Angelus Maria Fieger de Cronburg, qui anno 1651. defunctus est. At verò cum ejus actiones refert eruditè sepè laudatus P. Romer lib. 7. cap. 25. Ad quart., & ultimum ex transmissis, nempè P. Hieronymum Mariam Stauber gradum facimus, qui ex nobili Stauberorum de Mitterhasth familia natus anno 1596. ad S. Fontem Marci nomen accepit. In seculo liberalibus disciplinis, et Jurisprudentiæ operam dedit; at dum honorum sublimem gradum ascendere cœpisset, à Serenissimo Tyrolis Archiduce sui Regiminis electus Consiliarius, ad altiorem servitutem Cœlorum Reginæ præstandam in Ordine nostro pertransire statuit; quare contemptis omnibus terrenis honoribus, ac superatis impedimentis quibusque, die 26. Mensis Novembris Ordinem Marianum Oeniponti ingressus est. Et profectò nisi brevitati consulere coactus essem, injucundum lectori non foret ejus diffusam epistolam ad quemdam ex nostris transmissam super vocatione ad Ordinem periegete, qua ejusdem pietas, magnanimitas, eruditioque comprobatus; quæ propria manu conscripta in Archivo S. Josephi etiamnum servatur. At re melius consultâ, ponamus loco narrationis gestorum epistolam ipsam, quæ mores illius demonstret, & gesta; talique modo narrandi laborem ad alia reservabimus. Ait igitur sic.

Obitus P. Angeli Mariæ Fieger.

Gesta, et obitus P. Hieronymi Mariæ Stauber.

PAX CHRISTI.

A PRæter omnem spem meam Reverentia Vestra citiùs hinc discessit, quàm credebam discessuram; quæ quidem causa fuit, cur eidem vale dicere non potuerim. Ut ut sit, salutare saltem Reverentiam vestram hisce literis meis volui, & quoniam in arduo versor negotio, quod nulli hominum velim patefieri, nisi quibus planè necesse est indicare, obtestor Reverentiā Vestram per omnia Divina, & humana rem omnem apud se retinere, neminique factum sibi hujus esse indicium significet, solummodo cum quibus necesse erit hac de re agere, agat quàm confidentissimè; & quoniam de salute animæ agitur, rem quæso per amorem Dei, quantum fieri potest, maturet, ne quid cacodæmon contrarij molitur, cujus fraudibus postmodam omnia
B turbentur, & in nihilum redegantur.

Epistola Stauber pro sua vocatione.

Noverit itaque Reverentia Vestra circa status eligendi negotium [vix credibile videatur] annos omnino decem versatum, tandem conclusisse cum bono Deo, ac firmo proposito decrevisse mundum relinquere, perfectionisque tramiti insistere. Fateor, arduum hoc est, & difficultatis plenum, charos, parentes, propinquosque deserere; divitias contemnere, & abijcere, despicere patrium, omnesque voluptates planè excludere, vitam monasticam degere, tribulationes perferre, pauperem esse, continenter vivere, obedientem in omnibus alteri sese exhibere, propriam voluntatem prorsus abdicare: *sed* Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; & sanè non coronabitur, nisi
C qui legitimè certaverit. *In parentibus quid hærendum? Patrem habemus in Cœlis, qui nos salvare potest. Isti nostri Parentes in hoc mundo vitam nequidem ad unicum momentum nobis protrahere possunt, animam autem æternum perdere, hoc est quod possunt. Et uh! quoties dum videntur amare, faciunt perire? Multò autem minus de Cognatis cuiquam cura esse debet; Deus Abrahamum de cognatione sua exire jussit: Et Regius Vates, numquid animam Christianam valdè solatur compellando!* Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. *Et Christum Dominum minantem audimus*: Qui diligit Patrem, aut Matrem plusquam me, non
D est me dignus. *E' contrario autem promittit liberaliter*: Omnis, qui reliquerit Domum, vel Fratres, vel Sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut Uxorem, aut Filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Divitijs deinde, quis nisi insanæ mentis inhiabit? Beati pauperes spiritu, *nusquam Divites Beati à Christo dicuntur, sed hoc benè de Divitibus, pronuntiatum lego*: Dives difficilè intrabit in Regnum Cœlorum, & faciliùs est Camelum per foramen acus transire, quàm Divitem in Regnum Cœlorum. *Verùm quidem est*, divitiæ si affluant, nolite cor apponere, *sed hoc tàm difficile est, quàm necessarium*,

um, si Apostolo credimus, dicenti: qui volunt divites fieri, incidunt in laqueos, & tentationes Diaboli. *Certè enim, ut hi tales ulteriores, & ampliores divitias conquirere cessent, partas tamen tueri volunt, & ne perdant conquisitas, timent, atque ita impletur illud,* timuerunt perdere temporalia, & vitam æternam non cogitaverunt, & sic utrumque amiserunt. *Profectò de his talibus, qui se divites esse putant in hoc mundo, verissimè pronuntiatur illud Apocalypsis 3.,* Nescis, quia tu miseres, & pauper, & miserabilis, & cœcus, & nudus? *& quidquid sit de divitijs,* Homo nudus egreditur de utero Matris suæ, & nudus revertitur. Si alimenta habemus, & quibus tegamur, his contenti sumus, *nam planè* Divites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.

Voluptatibus autem omnibus vale dicere velit, & tribulationes hujus seculi sustinere, durum erit? Certè, si à voluptatibus terrenis ad Cœlestes transire liceret, si nulla alia sequeretur æternitas, aliquid his talibus indulgendum esse, credi forsitan posset. Sed Christi verba terrent, in sacris enim Litteris sic lego: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, *& ob hoc solùm bellnoni, quia epulabatur splendidè, quia voluptatibus modum non ponebat, negata est aquæ unica etiam guttula; sequitur porrò,* Lazarus autem similiter mala. *Vide tribulationum mercedem,* portatus est ab Angelis in sinu Abrahæ. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Discipulus non est supra Magistrum. *Quòd si omnes molestias ferre recusavero, quo jure cœlestes olim delicias sperabo?* Multæ tribulationes justorum; sed de his omnibus liberabit eos Dominus. *Et hoc est, quòd jugum Domini suave, & onus ejus leve facit, quia modicum est, quod patimur, & tamen æternam mercedem speramus, & quòd brevi liberandi sumus, non ignoramus. Namque id,* quod in præsenti momentaneum, & leve est tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in Nobis. *Pauperem vitam delegisti? aget, qui sustinere poteris. Contemptus proximus es, contumeliosè tractaberis? Ah! Divitiæ cui cordi non sunt, facilè paupertatem spondebit. Et Christus beatos illos pronuntiat, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, & copiosam eorum mercedem fore in Cœlis affirmantissimè asserit, cujus mercedis intuitu meritò dives videri potest, qui sic pauper est. Ita enim Angelus Smyrnæ Ecclesiæ scribi jussit Apoc. 2.* Scio tribulationem tuam, et paupertatem tuam, sed dives es, & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ. Nihil horum timeas, quæ passurus es. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi Coronam vitæ.

Continentiam fortè Juventutis ætas non promittit, Deus bone! quotquot Sanctissima Virgines in ipso Adolescentiæ flore mori, potiùs voluerunt potiùs quàm violari, & potuerunt
E *hoc ille sexus adeò debilis? nunquid non* potens est Deus omnem gratiam abundare facere in nobis? In Deo faciemus virtutem, *sine quo nihil, & in quo possumus omnia, qui nos confortat. Tum deinde sancti Patres:* Ambrosius lib. 1. de Virginibus, Basilius de vera Virginitate, & alij *Vitam castam, vitam esse Angelorum affirmant. Nec puto, falluntur:* Nam omnis ponderatio non est digna continentis animæ, Eccles. 26. *Quisquis igitur olim cum Sanctis Angelis beatè cupit vivere, castè inter homines vivat, requiritur. Ultimum restat, obedientia; & propriæ voluntatis, ac suimet ipsius abnegatio: sed omnis Christi actio nostra est instructio.* Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem
F autem Crucis. *Ah! Tolle, quisquis es, Christiane homo, crucem tuam, & abnega temetipsum, & sequere Jesum: Considera, quid ad Philippenses Apostolus scribit* cap. 3. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis est interitus. *Denique, ut verbo unico concludam, omnem hujus mundi felicitatem pro nihilo æstimabis, quisquis consideraverit illud:* Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? *omnia verò adversa, & difficilia facilè sustinebit, qui cogitaverit,* quòd non sint condignæ passiones hujus seculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

Quare, ut dixi, mundum relinquere, &
G *ad meliorem vitam aspirare decrevi, & quoniam in Patria Parentibus renitentibus, & omnem lapidem moturis, id fieri posse desperavi, extra Patriam hujusce propositi exequendi viam quærere cogito, per tale exilium Patriam, sed meliorem, & perennem quæsiturus. Et quia jampridem Ordo Servorum Beatissimæ Virginis Mariæ præ reliquis placet, eundem ingredi unicè desidero: Id quod in Patria hac mea, & cum præscitu Parentum fieri sanè non potest: Parentes enim Filium habere me unicum aiunt, non velle se Familiam interire, & bona ad extraneos pervenire. Uxor mihi quæritur, etiam de conditionibus matrimonij ineundi utrinque cogitant pacisci. Princeps quoque Serenissimus Consiliarium me suum deinceps esse jussit, salario constituto, omnia demum conspirant; perij, nisi in tempore prævenïamus. Igitur cum*
H *palam mederi huic malo nequeam, clam mihi hinc discedendum erit, sic ut nemo intelligat, neque quando, neque quorsum, neque quare? ubi eousque devenero, quò adspiro, scribi tandem poterit, me Religionis sanctissimæ amore Patriam deseruisse, idque Parentibus consolationis ergo insinuari. Simul admoneri poterunt, erga Religiosos præcipuè, & Pauperes ex bonis, quæ olim mihi obtingerent, ut sint liberales, nondum tamen, neque Religionis, quam intrassem, neque loci, in quo degerem detecto nomine, quoadusque anni spatium intercessisset: sum enim emisso Religionis voto, cùm nullum amplius*

obijs

obijci obstaculum, neque timeri ab ipsis posset periculum, de omnibus speciatim fieri possent certiores. Nullus dubito ipsis tunc gratissimum fore futurum, quòd ab initio cum summo animi dolore ægerrimè passurus essent.

Obtestor proinde, Reverentiam vestram per summi Dei, perque Beatissimæ Virginis amorem, hac in re opem suam, & auxilium mihi non deneget, cum Superioribus agat, ut me in sanctissimum Ordinem recipere dignentur; id, quod eò faciliùs obtinere posse confido, quò magis Reverentiam Vestram animum meum antehac nosse scio, & testimonio esse poterit, quòd nulla alia de causa me Religioni obstringere desiderem, quàm quòd interioribus perpetuò stimulis agitatus extra Religionem servari me posse diffidam; quod desiderium meum, ut magis testatum facerem, jam itineri me accingerem, imò jam in itinere essem, si certò mihi sperare licuisset, repulsam me non esse passurum. Salus animæ meæ agitur, Charissime Pater, plura non addo. Spero, imò obsecro, negotium hoc sibi habeat quàm commendatissimum, atque ut spatium responsum, ne quid in mora peccemus, omniaque corruant, & ego peream, quàm citissimè fieri poterit, habeam, procuret; quod ubi accepero, nihil dubitet, quàm velocissimè, favente Deo, itineri me accingam, Patriæ, Civibus, Parentibusque, si Deus volet, æternum vale dicturus; valeat, & Deum pro me exorare meminerit.

Datæ Oeniponti pridie Kal. Septemb. 1624.

Hucusque ipse de se Marcus Stauberus, & præstitit sanè, quas animo concepit, Vitæ pijssimas rationes nunquam non ad Dei, Proximique gloriam, paratissimus. Ecclesiastes certè fuit ætate illa adeò disertus, & vehemens, ut à peritissimis Viris Evangelica tuba diceretur. Scripsit complura, germanico stylo, pro Religionis propagatione, et fovenda erga Sanctissimam Dei Matrem, pietate opportuna. Vegetis etiamnum annis, & pari pietatis sensu è vivis excessit ætatis 48. Christi 1644. 28. Septembris, sepultus Oeniponti ad D. Josephum.

Libri editi à P. M. Roboredo.

Ultra opera diversa Orbi literario cognita hoc anno pariter in lucem prodijt altera pars Lucernæ Propheticæ, seu Dissertationum in Isaiam Prophetam Auctore P.M. Julio Antonio Maria Roboredo Lusitano Ordinis nostri Exprovinciali, ac Lectore publico sæpiùs laudato, semper laudando; cujus merita agnoscens Sacra Majestas Joannis V. Portugalliæ &c. Regis ipsum apud Regiam Etruriæ Aulam, à Negotijs jampridem honore singulari constituerat.

Fabrica diversorũ Conventuũ ornationes.

Vigilanti curâ, & zelo Patrum nostrorum de Mantua maximè P. Ex-Generalis Angeli Mariæ Ventura in angustiorem formam, & ornatum redacta est Ecclesia illa S. Barnabæ. Pergulæ quoque in Provincia Romana Patres in illo Conventu nostro, S. Mariæ Ecclesiam illam, ornamentis additis, satis venustè decorarunt. In insigni verò Conventu Servorum de Parma fabrica illa non parùm excrevit operâ, & industriâ Patrum illorum, maximè A vero Patrum Magistrorum de Comitibus, & Tessieri, qui ad talem tantamque magnificentiam Cœnobium illud evexerunt, ut se quando [prout brevi speratur] ad omnimodam sui perfectionem devenerit, ad invidiam egregiæ formæ Conventus nostri Servorum de Bononia forsan adduci poterit.

Sermo in Cappella Pontificia.

In libro cæremoniarum Paris de Grassis existente penès Em. Card. Corsini O. N. Protectorem extat notitia nobis solùm hoc anno cõmunicata, super sermone in Festo Epiphaniæ habito in Cappella Pontificia anno 1508. à Procuratore Gen. O.N. super quo tali tempore faciendo, ortæ aliquæ controversiæ, remissæ ab Julio II. tunc temporis P. M. Magistro S. Palatij Apost. fuere; qui decrevit *Sermonẽ pertinere* B *ad Fratres prædictos Ord. Ser. B.M.V.* et sic semper inposterum servatum est.

Devotio erga B. M. Virg. Imaginem de Marradio.

Nonnisi hoc anno [recolenda quidem prius] allata est mihi memoria præcipuæ devotionis populorum erga Sanctissimam Imaginẽ Virginis Mariæ, quæ colitur in Ecclesia nostra D. Annunciatæ de Marradio Faventinæ Diœcesis; occasione namque horrendi Terræmotus, qui plures Terras, & Castella ferè penitus à fundamentis subverterat, inter quæ Arx S. Cassiani, Civitella; S. Sophiæ Porticus, Tredotij S. Miniatis, & Dovadulæ Castra. Quæ verò non tam sævè devastata, sed ingentes ruinas domorum, & Ecclesiarum subierunt, illa fuerunt S. Petri in Balnea, Fognani, & Modilianæ; Marradium autem ex po- C tenti [ut piè creditur] B. M. V. intercessione minora damna toleravit, & in specie Ecclesia nostra D. Annunciatæ incolumis omninò servata est, quamvis Monasterij fabrica non parùm luxata fuerit. Quamobrem innumerus undique populus processionaliter plorans, & nudis pedibus ad Ecclesiam nostram confugit, & contritissimo corde peccata sua, quibus iram Dei meruerat, confitendo, sacramque Eucharistiam percipiendo, oblationibus, & Sacrificijs opem Beatiss. Virginis implorare non desistebat. Insuper eamdem S. Imaginem solemni indicata Festivitate, in qua quindecim hominum millia convenerunt. magno luminum, & musicorum concentuum apparatu, pro gratiarum actione, coronarũt: D Nec solùm, sed etiam quot annis Anniversaria pietate usque in præsens ipsa die liberationis à subversione Terræmotus, die nimirùm 22. Martij plures ex vicinijs Parochiæ processionaliter invisunt eamdem nostram Ecclesiam Virgini Sanctissimæ laudes, & gratias agentes, & qualibet occurrente publica necessitate ad eamdem tota fiducia recurrunt, ejusdem S. Imaginem solemni pompa per aliquod temporis spatium discooperientes.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII.

EX *Archivis Romano, & particularium Conventuum omnia, quæ hîc describuntur, eruta sunt.*

Obi-

Obitus Annalistæ nostri P.M. Garbi. Iterum mira de B. Peregrino. Sententia Cultus immemorabilis sex ex septem BB. Fundatoribus, & Oratorium denuò ornatum. Privilegium Ecclesiæ de Weissenstein. Reformatio, & ampliatio Sororum Tertij Ordinis Florentiæ. Novum Hospitium, & alia memorabilia pro Eremitis, & pro Conventibus Romano, Et Florentino.

C A P. XIV.

Obitus P. M. Garbi Annalistæ.

DEplorabilissimam, & nimis quidem præproperam Auctoris sui jacturam exhibent hoc anno Annales nostri in subito, inopinatoque obitu P. Theologi Aloysij Mariæ Garbi, qui die Dominica, postquam illa nocte cum alijs suis Religiosis [uti de more assolebat] matutinas preces in Choro hilariter persolverat, & immediatè sacram Exomologesin receperat, quin & ad Missæ celebrationem de proximo in die illo Festo perficiendam devota præparatione se disposuerat, hora circiter undecima illius diei Festi, forti apoplexiâ correptus, ac receptis tantùm extrema unctione, & in articulo mortis absolutione Generali Habitus nostri, hora circiter 14. diei ejusdem è vivis sublatus est anno ætatis suæ circiter sexagesimo immenso omnium mœrore. Vir equidem fuit omni pietate, ac studio literarum, scientiarumque apprimè deditus ab ineunte ætate. Vix etenim Baccalaureus creatus, electus fuit ad sustinendam Philosophiæ cathedram in publica Universitate Pisarum, ac post annos quindecim ad illam S. Theologiæ M. D. Etruriæ Cosmi III. honorifico decreto translatus est. Varia deinde Munia Prioratuum tùm Pisis, tùm Florentiæ singulari zelo, ac prudentiâ obivit. Bis Provincialatus Officio in Etruria decoratus est; et anno 1714. ad prosequendos Annales Ordinis publico decreto præelectus; in quo laborioso munere incredibile dictu est quantum insudaverit, quartosque per Italiam circuitus, diversaque itinera ad investiganda specialia Conventuum Ordinis monumenta, non modicis expensis, curis, & periculis peregerit; Annales ipsos à P. Gianio conscriptos, & in duos Tomos æque redactos, notis, additionibus, & castigationibus à se factis illustravit, & emendatiores in lucem denuo protulit; Tertium verò Tomum ab

Ejus munera

anno 1609. [in quo desijt Gianius] à se ipso diffuso, docto que calamo compositum, editum reliquit usque ad annum 1658. quamvis ejus perfecta compositio redacta fuerat ad annum 1698. additis etiam diversis manuscriptis ad annum 1705. & alijs imperfectis usque ad annum 1708 [quidquid errore amanuensium in approbationibus additis initio primi Tomi dictum fuerit] omnia profectò perfectissimè completurus, nisi mors invida telam vitæ suæ inopinato recidisset, Ordinemque nostrum tam insigni lumine privasset. Alias

E quoque tam intra, quàm extrà Claustra, dignitates obtinuit, Definitor perpetuus, Vicarius Generalis, Examinator Synodalis in pluribus Diæcesibus, & Consultor Theologus Officij Sanctissimæ Inquisitionis Pisarum. Observantiæ Regularis amantissimus eam in se ipso diligentissimè custodiebat, in subditis zelantissimè curabat, in frequentia chori assiduus, in gravitate cantus, in modestia vestium, in candore morum admirandus. Otij infensissimus hostis, præter observantias publicas, quibus præsto semper erat, & præter

Ejus laudes

moderatissimam regulatumque somnum, semper vel legendo, vel scribendo, vel orando reliquum omne tempus absumebat. Ejus autem devotio maximè enituit in promovendo

F Pisis Cultu B. Julianæ de Falconerijs, obtentà singulari Reliquià ejusdem Beatæ, ac publicæ venerationi expositâ; qui cultus longè latèque diffusus per circuitum ejus operâ fuit, in tantum, ut ejus suasu D. Alexander Salvetti J. U. D. & Cancellarius Archiepiscopalis, insignis ornatus Cappellam ad ejusdem Beatæ honorem in Ecclesia nostra proprijs expensis fundaverit. Ex quo Cultu cùm plura magni nominis miracula Deus patrasset in eàdem Civitate Pisarum ad ejusdem Beatæ intercessionem, ex speciali Sanctæ Sedis Delegatione per effirmatos subinde processus operâ, & assistentiâ vigilantissimâ ejusdem P. Garbij recognita fuere, ex quibus formalis ejusdem Sanctificatio brevi sperare licet. Plu-

G ra Monasterijs Florentino, & Pisano contulit beneficia; inter quæ non modicum illud est, quod scuta quatuorcentum ex stipendijs suæ Cathedræ, addita S. Congregationis approbatione, in bonis stabilibus investiri curavit, ex quorum fructibus Insignium tùm Florentini, tùm Pisani Conventus Bibliothecarum indigentijs in dies provideretur. Defunctus est eo tempore, quo Provincialis munere fungebatur, & publicæ Florentinæ Theologorum Universitati Decanus præerat, unde solemnibus ejusdem Exequijs Theologi omnes in veste propria adstiterunt, & ejus Cadavere per totam plateam Ecclesiæ Sanctissimæ Annunciatæ Theologorum manibus circumducto, facundissima Oratione laudes tanti Viri

Ejus funera solemnia.

H celebravit eruditissimus P.M. Julius Antonius Roboredo nostri Ordinis in eadem Universitate S. Scripturæ, & Controversiarum publicus Professor,.

Tristibus his lætiora succedunt; et mirandum porrò est, quantâ gloriâ, & quam incessanter Deus hisce quoque in terris mirificare contendat Servum Matris suæ Peregrinum, ut vel sic impellere videatur Oraculum Sanctæ Sedis ad proferendam ejus Sanctificationis sententiam ab Orbe Christiano tam anxiè concupitam. Etenim neque hoc anno cessant continuata prodigia Sanctitatis ejusdem famam longiùs proclamare, quorum aliqua hic breviter enarrabimus.

1 Joseph Egidij Cortonensis, Tipherni commorans, Pleuritidis morbo ac pestifera febri dirè vexatus ad extrema pervenerat, jamque desperata salute à Medicis, Sacramentis munitus, animæ quoque ultimam commendationem receperat, cùm ab ejus Uxore Beatrice B. Peregrino enixè commendatus, & ipsius Sacra Reliquiâ benedictus, præter omnium spem illicò cœpit convalescere, ac brevi dierum intervallo pristinam recuperavit sanitatem; adeò ut ad Aram ejusdem Beati suis pedibus pergere valuerit, ibique eximio suo Benefactori tenerrimas egerit gratias.

A pleuritide, ac maligna febri liberat.

2 D. Jo. Jacobus Rossi à *Trestina*, Territorio Diœcesis Tiphernatensis, de mense Februario hujus anni carcinomate oppressus in digitis pedis dexteri, quod non sine fundamento extendendum ad totam tibiam timebatur fore, id opinante judicio Peritorum. Solicitus itaque Jo. Jacobus, ad Beati Peregrini opem confugit, ejusque S. Reliquiâ partem læsam obsignari curavit, quòd et obtinuit manu P. Caroli Josephi Sifredi; plaga verò deinceps nullo modo excrevit, quin etiam paulatim adeò imminuta est, ut ipsemet Rossi recuperata salute ad Ecclesiam nostram liberè conferre se potuerit, & ad Aram ejusdem Beati in gratiarum actionem Missam celebrari curaverit.

A Carcinomate sanat.

3 Hieronymus Jo. Lucæ Valenti de Civitate Castelli Nephriticis doloribus acerrimè vexatus nullam die, noctuque requiem adinvenire poterat, unde sæpe dolorosis clamoribus aerem implebat, donec ad Beati Peregrini auxilium confugiens, & ab ejus Sacra Reliquiâ benedictus, imminutionem dolorum illico sensit, ac brevi duo post ab omni morbo liber ad Aram ipsius Beati gratias acturus accessit, & ejus lampadem proprio oleo repletam suis ipse manibus accendere voluit.

A Nephriticis dolorib. curat.

4 Puer quidam sexennis Julius nomine Francisci Boccadoro, & Magdalenæ ejus Uxoris filius, acutissima febri ac pulmonum dira inflammatione prostratus adeo erat, ut Medicus D. Parpagli, postquam illum visitaverat, morti proximum judicaverit, ac ventura mane in Paradisum iturum fore certò prædixerit. Ad parentum insinuationem, seu potiùs ad Angeli sui Custodis internam motionem, puer toto simplicis devotionis impetu B. Peregrinum invocavit, & ardens desiderio deosculandi ejus Imaginem, quam propè lectum appensam retinebat, Matrem advocavit, atque ut eum è lecto erigeret, & ad Imaginem approximaret, ad hoc ut illam exosculari valeret, obtinuit. Quo facto, & iterum in lecto maternis brachiis collocatus, mox ex ore magnam putredinis quantitatem sanguine tinctam emittere cœpit, inde quietem, & somnum capere, quem quatuor ipsos precedentes dies omninò amiserat, ac demû ab omni malo liber protinus evasit, stupentibus omnibus, qui aderant, et maximè præfato Medico Parpagli, qui et in apotheca aromataria D. Thomæ Fabbri, & alibi, sanitatem hanc prorsus prodigiosam deprædicabat, & ipsimet Genitores ad Aram Beati Missam pro gratiarum actione celebrari curarunt.

Puerum ab imminenti morte liberat.

5 Maria Angela Brixlarelli Tiphetnas arteticis doloribus sex menses, & ultra dirè vexata, pluribus in vanum adhibitis remediis; ad Peregrinum denique supplex confugit, ejusque opem humiliter imploravit, & oleo lampadis ejusdem inungi se fecit. Quo facto se meliùs habere cœpit, ac brevi sanata plura sacrificia ad ejus Altare celebrari curavit, & argenteum votum appendit, & quæ nonnisi aliorum manibus sellâ gestatoriâ locomovere se poterat, suis ipsamet pedibus ad Ecclesiam nostram per novem dies in honorem Beati conferre se potuit.

Ab arteticis doloribus oppressâ liberat.

Compilato non modicis laboribus, ac expensis processu in casu excepto per Urbanum PP. VIII. super Cultu immemorabili præstito Servis Dei Bonfilio Monaldi, Bonajunctæ Manetti, Manetto de Antella, Uguccionio de Uguccionibus, Amideo de Amideis, & Sosteneo de Sostegnis, Sociis B. Alexii de Falconeriis, & Confundatoribus Ordinis Servorum B. M. V. in quo processu, me postulatore, plurimum collaboraverat f. m. Archiepiscopus Florentinus de Gherardesca, quamvis morte præventus causam absolvere minimè potuerit; ipsius Successor D. D. Joseph Maria Martelli visis videndis, & consideratis considerandis hoc anno 1722. die 14. Mensis Septembris infrascriptam tulit, & promulgari fecit sententiam.

Sententia in favorē BB. Fundatorum

Christi nomine repetito, pro Tribunali sedentes, & solum Deum, & Justitiam præ oculis nostræ mentis habentes, pro declaratione termini prorogato habiti usque sub die prima currentis Mensis Septembris, & Anni 1722. dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus & declaramus, constitisse, & constare de Cultu, & Veneratione semper exhibita d. d. Servis Dei Bonfilio Monaldi, Bonagiuntæ Manetti, Manetto Antellensi, Uguccione de Uguccionibus, Amedeo de Amideis, & Sosteneo de Sosteneis, und simul cum B. Alexio de Falconeriis Fundatoribus Ordinis Servorum B M.V. non solùm de præsenti, sed etiam ab immemorabili, & supra centum annos ante prædicta Decreta S. M. Urbani Papæ VIII. edita de anno 1625. in S. Congregatione Generalis Inquisitionis super non Cultu &c. idque scientibus, & tolerantibus Illustriss. & Reverendiss. DD. Ordinariis Florentinis, & proinde dicimus hujusmodi causam versari in casu excepto à prædictis Decretis, neque illis Ullo modo contraventum fuisse, sed sufficienter paritum, & obtemperatum, & ita dicimus, declaramus, & definitivè sententiamus, & non solùm modo, & formà præmissis, sed & omni alio meliori modo. Ita dicimus, & pronunciamus nos Joseph Maria Martelli Archiepiscopus Florentinus Judex Ordinarius.

Inte-

Interim verò ad honorem, & Cultum præfatorum 7. BB. Ordinis nostri Fundatorum magis in dies augendum, dum Florentiæ processus fabricarentur, in Claustro Insignis illius Cœnobij P. M. Petrus Antonius Rossi Ex-Generalis aliàs laudatus, ex stipendiis Cathedræ Pisanæ nullo parcens sumptui, celebrem Cappellam, & Aram adornari fecerat marmoribus, picturis, Plastice, auroque, adeo mirificâ pompâ, ut ab omnibus commendaretur, cunctisque profectò in admirationem cedat; cui P.P. illius Cœnobij, ad æternam rei gestæ, beneficijque accepti memoriam apponi sub aram fecerunt in marmore inclsum monumentum infrascriptum.

Celebre Oratoriū pro BB. Fundatoribus.

D. O. M.

Sacellum hoc BB. Septemviris Ord. Servor. B. M. V. Fundatoribus dicatum, & à Magnifico Viro D. Zenobio de Macignis extructum Anno MCCCLXXXVIII. postmodum eorumdem BB. PP. Vetustis Imaginibus ab Artifice de Græca Schola depictis, & huc translatis Anno MDCLXXXXI. Petrus Antonius Rossi Ex-Generalis, hujus Cœnobij Alumnus in hanc nobiliorem formam redegit Anno MDCCXXII.

Ut verò Cultus eorumdem Beatorum Fundatorum latiùs expanderetur, ad instantiam ejusdem P. Theologi Rossi die 21. Septembris ejusdem anni præfatus D. Archiepiscopus Florentinus Martelli idem Oratorium, & Aram denuò ornatam, solemniter, & magnâ pompa, duobus Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ assistentibus, & innumero populo præsente, secundùm formam præscriptam in Rituali Romano solemniter benedixit, ac invocatis nominatim eisdem BB. Fundatoribus, eorum præcipuo Cultui ilterum addixit.

Oratoriū præfatū ab Ordinario cō secratur.

Subinde processus, ut supra efformatus unà cum sententiâ declaratoria Cultus immemorabilis eisdem BB. præstiti, Romam transmissus fuit cum debitis solemnitatibus, ut ibi Sanctæ Sedis omnimodam approbationem obtineat.

Germaniæ quoque propagabatur in dies erga Beatissimam Virginem operâ nostrorum PP. devotio in Ecclesia de Weissestain Ordini nostro paucis ab hinc annis acquisitâ. Quare PP. ijdem, ut devotioni Fidelium magis magisque consulerent, Sanctæ Sedi humiliter supplicarunt, ut in eâdem Ecclesia quatuor Pœnitentiarios constituere perpetuò dignaretur. Quæ preces cùm Sacræ Pœnitentiariæ fuerint remissæ, DD. Vincentio Petra commissum fuit, quatenus informationem Episcopi Tridentini exquireret. Ab eodem autem D. Episcopo talis exijt informatio, digna quæ registretur

Privilegiū Eccl. de Weissestain

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

AB humanissimis Dominationis V. Illustriss. intellexi, quæ PP. Servitæ B. M. V. de Weissestain meæ Diœcesis exposuerunt Sanctissimo Dom. Nostro. Obediens igitur [uti par est] altissimis Sanctitatis Suæ Ordinationibus, attentè, diligenterque petitionem, narrationemque factam expendi, illamque omnimodæ veritati subnixam reperij. In illa Ecclesia publicæ venerationi exposita est quædam prodigiosa Imago Dolorosæ Dei Matris magno populorū tum viciniorum, tùm è longinquo peregrinantium concursu, qui ad illam accedunt, ut Deo per contritam confessionem reconcilientur, adeo ut spatio unius anni non minus quàm viginti quatuor millia pœnitentium absolutorum annumerentur. Unde meritò sperari potest, ut in dies magis, magisque populorum devotio succrescat, ex eo quia tribus ab hinc annis, accedente Sanctæ Sedis assensu, Ecclesia eadem præfatis PP. assignata fuerit, qui fabricam amplianntes, novum exinde Monasterium extruere cœperunt, & in d. Ecclesia nova suggesta pro absolutione pœnitentium erigere non desistunt. Horum Institutum Religiosorū strictissimæ Reformationis est, ipsique [ut mihi constat] omni majori exemplaritate convivunt clausbri solitudine addicti, singulari zelo Divino servitio, & animarum saluti unicè attendunt. Sanctuarium verò illud perquam celebre est in tota Provincia, positumque est in altissimo solitarij montis cacumine per duas Dietas longè ab ista Cathedrali, & per totidem dietas distans à locis Heresi infectis. Quare præmissis omnibus opportunis animadversionibus existimo non parùm expediens Dei Gloriæ majori, profectui Animarum, & decori illius Ecclesię, si à S. Sede concedatur eisdem PP. amplior absolvendi facultas, & potestas; eò magis quia ex tali concessione sperari possit ad Ovile Catholicum conversio facilior Hereticorum absque ullo timore vel æmulationis, vel damni aliarum Ecclesiarum. Id solùm addens, quòd crederem hujusmodi facultatem optimè posse concedi P. Romualdo Mariæ Hueber, qui cum singulari virtute, ac spirituum discretione præditus apprimè sit, atque jam septem annos Vicarij Generalis officium præclarè administret, discernere utique poterit, quibus maximè ex suis subditis ea potestas absolvendi utiliùs exhibenda sit. En quantum in hujusmodi negocio ingenuè referre valeo, id orans Dominationem V. Illustrissimam ut ad Suæ Sanctitatis pedes meos sensus, & obsequia humiliare dignetur, manus vestras exosculans.

Ordinarij Tridentini Informatio.

Dom. V. Illustriss. Tridenti 23. Janu. 1722.

Addictissimus, & obsequentissimus Servus

Jo: Michael Episcopus Trident.

A quâ præsentatâ diligenti Informatione favorabilis omninò prodijt concessio, & Indultum infrascriptum.

Bernardus Maria Miseratione Divina Tit. S. Bernardi ad Thermas S. R. E. Presbyter Card. de Comitibus SS. D. N. PP. & Sedis Apostolicæ Major Pœnitentiarius.

CUm nuper pro parte Prioris, & Fratrum Ord. Servor. Mariæ V. de Civitate seu loco, vulgò Weissestain Tridentinæ Diœcesis supplicatum humiliter fuerit SS. Dom. Nostro

pro

pro facultate concedenda quatuor Confessarijs ipsius Ordinis, & Monasterij absolvendi Christifideles omnes in obsequium, ac devotionem ad ejusdem Dolorosæ Virginis Mariæ Sanctuarium confluentes [sicut etiam à Ven. in Christo P. Episcopo Tridentino accepimus] à casibus Sedi Apostolicæ reservatis. Nos hujusmodi petitioni annuentes, ut salubriter in Domino Fidelium Animabus provideatur, infrascriptas facultates in eadem Ecclesiâ tantùm, & non aliter utendas, concedimus Tibi dilecto in Christo Religioso Viro Vicario præfati Ordinis in Germania Generali, cum potestate easdem communicandi quatuor Confessarijs ejusdem Ordinis, & Conventus, quos Tu prudentiâ, doctrinâ, ac morum probitate [in quibus conscientiam tuã oneramus] dignos, & idoneos, ac ab eodem Ordinario ad audiendas Confessiones utriusque sexus Fidelium approbatos esse noveris; plurimùm in Domino confidentes, facultates hujusmodi magna cum circumspectione in Animarum salute exercituros, ac ita, ne debeant eas cuiquam specificè manifestare, præterquam pœnitentibus, quando necessitas id exegerit, aliter concedere nolumus, & in futurum earum usum interdicimus.

Pœnitẽtiarij cõstituti in Weissestein.

Primò. Absolvendi ab excommunicatione ob manus violentas injectas in Clericos, in casibus non deductis, nec de facili deducendis ad Forum Ordinarij, dummodo non sit secuta mors, vel mutilatio, aut ossium fractio.

Facultas absolvẽdi à quibusdam reservatis.

2. Absolvendi à Censuris contra duellantes inflictis, dummodò casus non fuerint deducti, nec de facili deducendi ad Forum Ordinarij.

3. Absolvendi à Censuris ob hæresim occultam, de qua Pœnitens cum nemine fuerit locutus, seù respectivè locuta.

4. Absolvendi à censuris contra retinentes, & legentes libros prohibitos emanatis, consignatis ijsdem libris Ordinario, vel Sanctæ Inquisitioni.

3 Absolvendi Religiosos [exceptis semper Monialibus] cujuscumque Ordinis, seu Religionis, etiam in casibus in sua Religione reservatis.

6. Absolvendi ab Excommunicatione incursa ex violatione Clausuræ Monialium, etiam ad malum finem, in casibus tamen occultis, cum gravi Pœnitentia salutari, & prohibitione in futurum accedendi ad Monasterium, & Ecclesias earumdem Monialium ad reincidentiam in Censuras.

7. Commutandi omnia vota simplicia in alia pœnitentiæ, seu pietatis opera [exceptis votis Castitatis, & Religionis, ac Peregrinationis ad limina Apostolorum] ac etiam pœnalibus ad se arcendum à peccatis, & insuper voto non ludendi.

8. Commutandi idem votum Castitatis mulieribus, tantùm causâ incontinentiæ, ad effectum dumtaxat nubendi [quando tamen nec scribi S. Pœnitentiariæ, nec expectari responsum possit, ob periculum aliquod imminens scandalorum] in Sacramentalem Confessionem semel in mense, &

in alia pietatis, & pœnitentiæ Opera unditù **A** *duratura, quandiù Commutationi hujusmodi locus erit. Inter quæ fiat etiam aliqua, quæ quotidie faciat, ad finem, ut ea adimplens, meminisse semper possit obligationis, quâ hujusmodi Voto adstringebatur, prout, secundùm Deum, ipsius pœnitentis Animæ saluti expedire judicatum fuerit, monendo eundem extra usum matrimonij, teneri ad servandum idem votum, ac etiam si marito supervixerit; aliter contra votum facturam.*

9. Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum trasgressore voti Castitatis, contrahendo matrimonium cum d. voto, monendo pariter pœnitentem teneri ad servandum idem votum extra usum Matrimonij, etiam si marito, sive respectivè Uxori, supervixerit.

B *10. Dispensandi cum incestuoso ad petendum debitum Conjugale, cujus jus amisit per carnalem copulam habitam cum Consanguinea, sivè in primo, sive in secundo gradu, vel in primo, et secundo gradu suæ Uxoris, seu respectivè Mariti, cum gravi pœnitentia salutari, ac Confessione Sacramentali semel in mense per tempus arbitrio dispensantis statuendum, remota occasione peccandi.*

11. Dispensandi super impedimento primi, & secundi Affinitatis gradus occulto, provenïente ex Copula illicita, quando agatur de matrimonio jam contracto cum tali impedimento, imposita gravi pœnitentia salutari, ac Confessione sacramentali semel in mense per tempus arbitrio Dispensantis statuendum, remota occasione **C** *peccandi, & monito de renovatione consensus, cautè tamen, ne delictum pœnitentis detegatur.*

12. Dispensandi super impedimento criminis, quando fuit absque ulla mortis machinatione, & agatur de matrimonio jam contracto cum simili occulto impedimento.

13. Item dispensandi super occulta irregularitate contracta ex violatione Censurarum dumtaxat, tam cum Sacerdotibus sæcularibus, quàm cum regularibus.

Volumus autem, ut supradictis facultatibus uti valeant tantummodò in supradicta Ecclesia, ac pro foro Conscientiæ, & in casu Sacramentalis Confessionis tantùm, & non aliter, nec alio modo; et solummodo per quinquennium; at- **D** *que abstineant à Reservatis Ordinarij absolvere absque illius permissione.*

Datum Romæ ex habitatione nostra in Palatio Apostolico die 3. Februarij 1722.

Bernardus Maria Card. de Comitibus
Major Pœnitentiarius.

Loco ✠ Sigilli.

Jo. Baptista Antonius Cecchius
Sac. Pœnit. Secr.

Florentiæ autem hoc eodem anno magis magisque stabilita remansit, reformatio Sororum nostri Tertij Ordinis, cujus Fundatrix olim extitit in d. Civitate B. Juliana de Falconerijs, cujus Sanctificationis causa pen-

det in S. Rit. Congregatione. Hujus reformationis initium paulò altiùs repetendum est ad veritatem Historiæ. Vivebant utique collegialiter hæ tertij nostri Ordinis Sorores à tempore earum Legislatricis præfatæ B. Iulianæ, regulis à S. Sede, nempe Martino V. Innocentio VIII. alijsque Summis Pontificibus approbatis, à Superiorum Ordinis nutu pendentes. At cum amplam domum [uti necessitas Observantiæ melioris requirebat] minimè adhuc possiderent, exactissimam vivendi regulam adimplere datum illis minimè fuerat. Anno verò 1706. cùm earum P. Corrector, & Moderator ab Ordinis Superioribus constiturus adesset P. Ferdinandus Maria Paulucci Florentinus, oriundus de nobili Perusina familia, & sanguine coniunctus Venerabili Servæ Dei Angelicæ de Perusio, qui cùm ampliorem habitationem pro Sororibus eisdem conduxisset, etiam de reformanda Regulari earumdem Observantia cogitare cœpit ad formam Instituti primævi à B. Juliana introducti, motus eaemplo Reformatarum ejusdem Ordinis tum Venerorum, tum Arcensis Monasteriorum, Institutum amplectendo in ploribus Eremitarum nostrorum Montis Senarij, de quo alibi dictum est. Quare nt erat, & adhuc est fervidi ingenij, ac zelo animarũ mirificè præditus, aliquas illi Instituto aptissimas regulas extendit, atque ab Ordinis Superioribus easdem approbari curavit, deinde septem una vice devotas, honestasque puellas à Dolorosa Virgine Dei Matre proculdubio ad Ordinem suum vocatas, & electas, Habitu Virginis ejusdem solemni pompa vestivit, atque insimul cum alijs veteranæ militiæ Reformationis opus aiacriter aggressus est, anaillante nimirum, & benedictiones suas adaugente Dolorosa Virgine Matre famularum suarum amantissima. Non solùm etenim introductio eaactissimæ observantiæ feliciter incæpta est, & hilari, promptoque animo à Sororibos omnibus recepta, quin insuper empta domo satis ampla in via, quæ dicitur *della Crocetta*, ibidem erectum fuit authoritate Superiorum Ordinis virtute Privilegiorum Oratorium quoddam privatum satis decens; & solemni, quamvis pilvata, pompâ benedictum à P.M. Aloysio Maria Garbi Provinciali tempore actualis Visitationis dd. Sororum, & data opportuna facultas celebrandi Missam, & in eodem Oratorio Sacramenta Confessionis, & Communionis administrandi præfatis omnibus Sororibus. At cum earumdem Sororum numerum excrevisset, de consensu Superiorum Ordinis addita fuit etiam nova f brica constructo Dormitorio, Cellis, & Officinis ad usum perfectæ vitæ communis, quæ ibi diligenter asservatur, accommodatissimis, & hoc præsenti anno fœliciter consummata est, aliquatenus reluctante Parocho S. Michaelis vice Dominorum, qui Conservatorium illud unà cum Sororibus in eo conviventibus, omninò sibi subiectum

Tertiariæ nostri Ord. Florentiæ proficiunt.

prætendit, non obstante quòd ad tuendam E earum exemptionem à jure Parochi, & omnimodam sobiectionem Ordinis nostri Superioribus, videantur favere decisiones S. Rotæ Romanæ allatæ ad annum 1634. & relatæ in part. 5. recent. dec. 546. & dec. 566. per tot. Et nuper in Causa exemptionis Sororum Tertij Ordinis S. Dominici decreverit S. M. Clemens IX. in suo Brevi anni 1667. tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA IX.

AD futuram rei memoriam. Alias propositis pro parte Dilecti Filij Plebani Ecclesiæ Parochialis Sancti Martini Civitatis Venetiarum nonnullis dubijs, Dilectas in Christo F *Filias Mulieres Conservatorij sub Habitu Sancti Dominici ejusdem Civitatis, vulgò Pizzocheras nuncupatas, concernentibus, Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita tres ex ejsdem Cardinalibus ad examinanda, & resolvenda dubia hujusmodi deputavit, d quibus emanavit Decretum tenoris, qui sequitur.*

Sac. Congr. Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Negotijs, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, cui d Sac. Congreg. Concilij remissus fuerat supplex libellus nomine Plebani Ecclesię Parochialis Sancti Martini Civitatis Venetiarum pro resolutione infra- G *scriptorum dubiorum porrectus.*

Primò. Nimirùm, an Mulieres Conservatorij sub Habitu Sancti Dominici ejusdem Civitatis, vulgò Pizzochere nuncupatæ dr Servanda regula Fratrum, & Sororum de pœnitentia votum emittentes, ad formam constitutionum dictorum Fratrum, & Sororum, licitè utantur velo supra caput, quod supraiectum nuncupant, necnon pectorali, quod vulgò dicunt fottogola, *ac Patientiæ Habitu.*

Secundò. An liceat ad earum hujusmodi Habitum Mulieres recipere, quæ saltem quadraginta annorum ætatem non attigerent.

Tertiò. Quatenus hoc non liceat, cumque de facto in consortio earum Pizzocherarum receptæ fuerint aliquæ adolescentulæ tenerioris æ- H *tatis, ex quibus exoritura scandala pertimesci potest, utrum eædem adolescentulæ ab earumdem Pizzocherarum cœtu dimitti debeant.*

Quartò. An dictis Pizzocheris liceat propriam Cappellam, Seù Oratorium habere, in qua Missæ Sacrificium offeratur.

Quintò. Utrùm interdicenda sit Cappella hujusmodi, quam sibi adstruxerunt ædem Pizzocheræ, & ex eo potissimùm, quod vergat [ut asseritur] in præjudicium viciniæ Parochialis prædictæ, & indecenter maneat.

Sextò. An, quatenùs liceat dictam Cappellam retinere, liceat parvam Fenestram ad Sacrum è Domo ipsarum Pizzocherarum absque Sedis Apostolicæ Indulto, audiendum, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipiendum apertam retinere. Sep-

Septimò. Demùm, an eadem Pizzochera Cratibus, Parlatorijsque, ac Rotis ad instar Sanctimonialium Claustralium licitè uti valeant? Pro ijsdem insertis dubijs examinandis, & resolvendis, deputavit sub die 5. Julij proximi Congregationem particularem. Eminentissimi Cardinales Brancatis, Sanctacrucis, & Carafæ, qui attenta informatione D. Patriarchæ Venetiarum, reque diligenter examinata, visis videndis, & consideratis, responderunt.

Ad primum. Licere.

Ad secundum. Licere post 18. annum, juxta prædictas Constitutiones à S. M. Clementis VII. confirmatas.

Ad tertium. Esse dimittendas illas, quæ hujusmodi ætatem decem, & octo annorum non expleverint, ad formam dictarum Constitutionum.

Ad quartum. Licere, in casu, de quo agitur.

Ad quintum. Negativè.

Ad Sextum. Licere, salvis juribus Ecclesiæ Parochialis.

Ad septimum denique. Remittendum esse, prout harum vigore remittitur arbitrio, & prudentiæ ejusdem Patriarchæ.

Romæ 30. Augusti 1607.

M. Card. Ginettus.

Cùm autem sicut Pizzochera præfatæ nobis nuper exponi fecerunt, Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderent, Nos ipsas exponentes specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & earum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Jure vel homine, quavis occasione, vel causa latis, in quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsens insertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, Salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Card.; decernentes præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari, & definiri debere ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 10. Decembris 1667. Pontificatus Nostri anno primo.

F. G. Slusius.

In eodem Conservatorio non desunt nota-
A tu digna, inter quæ antiqua sanè adest Imago, seu simulacrum Sanctissimi Pueri Jesu pulchrè fabrefactum, & summa devotione custoditum, ab Infirmis ad solamen sæpè expetitũ, à quo etiam plures sanitatum obtentæ gratiæ enarrantur a P. Joseph Antonio Patrignani Soc. Jesu in suo libro cui titulus *Il piccolo Santuario* Faventiæ typis edito anno 1721. Altera est Imago Sanctissimi Crucifixi, quæ Sororibus anno 1709. donata à D. Constantia Vasoli, Uxore D. Francisci Pitti Nobilis Florentini, olim fuisse dicitur apud Em. Cardinalem Nicolaum Ridolfi, & sanguinem aliquando prodigiose sudasse refertur. Quare anno insequenti 1710. ad implorandum in publicis necessitatibus auxilium Divinum so-
B lemnissimâ pompâ exposita fuit in Venerabili Oratorio publico Confraternitatis D. Annunciatæ, ad quam venerandam accessere nedum innumeri Populi, sed ipsi quoque Serenissimi Principes, addito spirituali lucro Plenariæ Indulgentiæ visitantibus a Summo Põtifice concessæ. Cum autem super enarrato prodigioso sanguinis sudore commota nimium esset populi devotio, Archiepiscopus Florentinus, tunc temporis de Gherardesca, illam Imaginem visitare personaliter instituit, & advocatis Peritis Pictoribus eamdem recognovit, publicoque super dictis testium Instrumento rogato, decrevit, ad compescendum populi tumultum, Imaginem eamdem sub clavi custodiri, nec nisi magnis Principi-
C bus, aut Prælatis eamdem referari, & ostendi, solâ relictâ facultate singulo quoque triennio publicæ Venerationi per triduum illam exponendi.

Imagines prodigiosæ in eodem Conservatorio.

Ex legato quoque D. Alexandræ Paolucci Matris ejusdem P. Ferdinandi Correctoris, quæ seculo defuncta est die 20. Septembris 1712. pervenit ad præfatas Sorores altera Imago, seu potius exemplar Imaginis Beatissimæ Virginis dictæ *de Imprunneta* loco in totâ Etruria celeberrimo ob ingentes ab eâdem B. V. reportatas Gratias à Republica Florentina, maximè occasione pestis.

Die verò 24. Decembris 1712. quiddam accidit in domo earumdem Sororum nostrarum utique silentio minimè prætereundum.
D Eâdem die publico decreto statutum fuerat, ut in d. loco *all' Imprunneta* per quinque milliaria ab Urbe Florentia distanti, præfata S. Imago publicæ venerationi exponeretur ad grave quoddam imminens Civitati avertendum malum. Cum verò Sorores nostræ [nihil tale sibi suadentes] in Choro adessent ad Vesperas decantandas, hora circiter 23. intonato Cantico *Magnificat*, en repentinus rumor ex loco, in quo eminenter pendebat eadem S. Imago, resonuit, unde naturali quodam impellente metu, oculos ad rumoris locum attollentes eædem Sorores, non fine admiratione, disco-pertam imaginem conspexerunt, quæ ligneâ custodia claudebatur, ac nonnisi diffi-

cuiter aperiri poterat. Ex quo datum fuit in-
telligi Beatissimam Virginem eodem modo
coli se velle apud Sorores ijs diebus in exem-
plari, quibus adorabatur in suo prototypo
dell' Impruneta. Absolutis itaque horis Cano-
nicis, cum jubilo Sorores omnes festinarunt
ad ornandam, quo melius modo poterant,
Imaginem Sacram, duo interim lumina ante
eam accendentes, precesque sacras recitan-
tes. Interim de rei novitate certior factus
P. Corrector, & ipse credidit id esse indici-
um Divinæ voluntatis, ut tribus illis diebus
Imago specialiùs inibi adoraretur. In ultimo
vero trium dierum, nempe 27. Decembris in
meridie, sicuti fiebat publicè in loco *dell'Im-
pruneta*, ita privatim & coram Sororibus om-
nibus Litanijs devotè recitatis, Ijsdem Bene-
dictionem impartivit, ac Imaginem cooperu-
it idem P. Corrector. Fertur autem ex tradi-
tionibus quamplures sanitates Infirmis jam-
pridem concessas fuisse ex invocatione Vir-
ginis ad prædictam Sacram Imaginem. Ejus
rei indicium faciunt appensa vota, sed et in
posterum personæ plures attestantur ab eâ-
dem se diversas gratias esse consecutas, una-
que ex ijs personis fasciculum capillorum vit-
tâ sericâ ligatum ad ipsam imaginem appen-
di curavit, eò quòd ejus intercessione à mo-
lestissimo habituali capitis dolore liberata fu-
erit.

Adest etiam in eâdem Regulari Sororum
domo altera B.V.M. imago puerum Jesum si-
nistro brachio retinens in marmore sculpta,
quæ de anno 1708. volens jubens apud Soro-
res remansit; cum etenim è priori domo po-
sita in via d. *Casaggrolo*, In alteram domum
positam in Via S. *Sebastiani* retro, & propè
Ecclesiam Sanctiss. Annunciatæ commigrare
sorores oporteret, D. Maria Magdalena Fi-
lippini pijssima Mulier domum prædictam in-
habitaverat, & eamdem Imaginem cum ali-
qua veneratione in parvo Oratorio retinebat,
secummet illam transferre cogitabat; unde
quatuor Vectoribus, qui eam diligenter trās-
ferrent, illuc transmissis, accidit, ut quan-
tovis nisu eam dimovere, ac portare cona-
rentur, duobus transactis magno labore cubi-
culis superioribus, cùm ad tertium, à quo per
scalas descendere debuerant, nimiùm lassati
omnes quasi uno ore dixerunt „ *Ah Mater
Sanctissima! quidnam istud est quòd tanti pon-
deras?* & illic, eâdem relictâ, recesserunt. Cō-
pos eventi facta Maria Magdalene cogitabat
in corde suo, quomodo Imaginem transfer-
ret, at dormienti visa est sibi Virgo Maria lo-
qui „ *Sine me ut maneam apud istas Sorores,
quæ mei præcipuam curam agent*. Expergefacta
ipsamet adijt Sorores, eisque somnium ape-
riens, Imaginem Sacram ipsismet libens do-
navit. Quamobrem gaudio repletæ Sorores
ante Virginem se prostraverunt, illi gratias
humillimas agentes, quòd apud eas remanere
tam benignè dignaretur; quia verò marmorea
candidaque Imago fuerat, eam à Nive Virgi-

nem appellandam censuerunt, eamque in No-
E vitiatu locantes, Novitiarum Matrem, ac
Magistram deinceps illam constituerunt. Ad
emptam ære communi domum postea com-
meantes in viam *della Crocetta* Imaginem
præfatam secum asportarunt anno 1717. faci-
li ope duorum tantùm vectorum, quæ nunc nec
quatuor validiorum nisu dimoveri potuerat,
eamque rursus in Novitiatu collocarunt. Quò
loci cum ex maxima Novitiarum devotione,
duarum ex illis præcipuè ornatui Sanctæ Ima-
ginis nulla cura deesset, eò solum dolore an-
gebantur, ex paupertate loci nullatenus ac-
censam assiduè lampadem ante eam posse
manutenere. Quamobrem una ex illis fer-
ventior ad Virginem eamdem simpliciter re-
currit, obsecrans, ut ad complendum desi-
F derium suum viam, modumque adaperiret.
Audijt Maria orationem Ancillæ suæ; & inu-
sitata ratione illam exaudivit: Etenim ap-
paruit Imago deinceps vultu adeò mæsta, ut
idipsum advertens Novitia, id alijs patefa-
ceret, & omnes tùm Matri Præfectæ, tum P.
Correctori hoc idem indicarunt, adeoque fa-
cta insimul observatione verè ita èsse compe-
rerunt, unde in tenerrimas lacrymas solutæ
pijssimam earum Matrem enixè deprecaban-
tur, ut ex quo illarum defectu tantam mœsti-
tiam concepisset, ostendere dignaretur. In
eam causam novem dierum indicta fuit sup-
plicatio, quâ singulis diebus ante illam Lita-
niæ manibus extensis recitarentur. In medio
verò Novenæ inspiravit in cor Præfectæ, vel-
G le Mariam, ut sibi lampas accenderetur. Qua
de re, Decreto facto, sancitum est, ut quoli-
bet die Sabbathi lampas ante Imaginem ar-
deret, & Litaniæ in ejus honorem ab omni-
bus recitarentur. Quod factum quantum Ma-
riæ placuerit, illicò manifestavit: Etenim
tempore Adventus deficiente oleo in vase
destinato pro usu Sororum, Novitia illa, mox
professa, nomine Maria Crucifixa, cum es-
set destinata in administratione olei, illud am-
pliùs attingere non poterat, adeo in vase de-
creverat, unde & ad Magistram suam, quæ
longioribus erat brachijs, ut illam adjuvaret,
recurrit; Renuit Magistra, & ait, vade,
confide Filia, & in nomine Sanctissimæ Vir-
ginis oleum hauri. Fide excitata Soror, &
H prius invocato auxilio Mariæ ante ejus præ-
fatam Imaginem processit ad hauriendum
oleum, & illud adeo crevisse reperit, ut jam
manus quâ in vas immiserat, oleo madefieret,
Itaque admirabunda, & præ lætitia gestiens
advocavit omnes Sorores, quæ prodigiosam
olei multiplicationem stupentes, ejusdem B.
M. Virginis prodigam bonitatem magnifica-
re, lacrymis etiam obortis, non desistebant, de
quibus omnibus ritè facta fuit recognitio per
eumdem P. Provincialem Garbi, uti per Acta
ejusdem de die 24. Aprilis hujus anni 1722.
Sed et aliàs Gratias diversis infirmis concef-
sas fuisse perhibetur ex invocatione ejusdem
B.M.V. vel oleum ejus lampadis, vel flores
ante

ante ipsius Imaginem appositos adhibendo, quarum rerum apud ipsasmet Sorores referentes fides sit. Harum Sororum spiritum perfectiorem alere non desinit laudatus P.Ferdinandus Pauluccius earumdem Corrector, novis subinde in lucem editis exercitijs spiritualibus.

Hoc eodem anno Excellentissimus Princeps D. Hieronymus Altieri nostris Eremitis de Monte Rano jam destinatam perfecit donationem unius petij terræ in Villa Canalis, loco perfectissimi aeris, in quo extrui posset hospitium ad habitandum tempore æstivo, adhibito publico instrumento manu D. Martij Carosi Cancellarij Principis ejusdem, de mense Augusto præsentis anni 1722. & eodem prorsus anno de mense Octobris incœpta est nova Fabrica Hospitii tanta solicitudine, ut eodem Anno absoluta fuerit, assistente præcipuè indefessâ curâ, & vigilantiâ P. Hilarionis Mariæ de Corsica, olim in eodem nostro Ordine Conventuali P. Joseph Maria Marchesi nuncupati; qui ut semper fuit Dolorosæ Virginis Mariæ non solùm Servus fidelis, sed etiam Operarius industriosus ad disseminandam ejus devotionem in Regno Corsicæ, & alibi, hoc eodem anno pariter illam invexit etiam in finitimis populis de Monte Rano, allatâ ex Urbe Roma Sanctissimæ Virginis Dolorosæ sculptâ Imagine devotissima manu primarij Artificis perfectiùs elaboratâ. Imo & ipse P. Hilarion ejusdem Eremi Rector insequenti Anno Ecclesiam novi hospitij benedixit, ac eidem Beatæ Virgini Dolorosæ solemni pompâ dedicavit, & perantiqua insignia S. Eremi Montis Senarij mox [ut suo loco diximus] in agro eiidem BP. donato non sine mysterio reperta, supra portam Ecclesiæ præfatæ apponi curavit.

In Fremo quoque nostra Montis Urbani vulgò *di Ctbona* vitam cum morte commutavit hoc anno Fr. Michael Maria Clericus professus in seculo Benedictus Rodriquez natione Lositanus. Is habitum nostræ Religionis acceperat anno 1685. in prædicta Eremo, in qua obtento Breve speciali solemnem emiserat insequenti anno professionem. Inter alias egregias animi sui Virtutes, illa fuit eximiæ profectò charitatis in proximos testimonium, ut numquam alienorum defectuum, vel errorum coram se narrationem admittere vellet; at si quando sermonem de iis aliquis fortè introduceret, ad alia prudenti quadam arte divertebat. In adversitatibus autem, calumniis, & injurijs invicta erat ejus patientia, adeò ut ad exemplum Christi, & Sanctorum pro persequentibus, & calumniantibus assiduè oraret. Afferunt autem ii, quibus conscientiæ suæ recondita cuncta aperiebat, adeo delicati cordis fuisse, ut etiam minima cavendo magni faceret. In humilitate verò fuit admirabilis; Toto tempore, quo vixit inter Eremitas Officium pulsandi Campanas exercuit tantâ diligentia in convocandis etiam media nocte Fratribus ad Divinas Laudes concinendas,

A ut sibi videretur non hominis, sed Angeli Officium gerere; unde & gloriabatur quanimaxime. Sicuti numquam ad majores Ordines quamvis spontè a P.Generali Poggi transmissis eidem literis Dimissorijs accedere præ sua humilitate ausus est, ita omnibus obsequi mos ei fuit. Austeritates Eremi lætanter amplexabatur omnes, nec nisi Obedientiâ coactus ab illis umquam abstinuit, in se severissimus, comis tamen, & multum misericors cum alijs, quibus maximoperè compatiebatur, maximè erga egenos, pro quorum substentatione de licentia Superioris, plura sibi subtrahebat. Orationi addictissimus Divinam in se præsentiam assiduè fovebat, quâ mirabiliter adjutus nephriticos, & calculorum

B acerbissimos dolores, inguinis etiam ex utraque parte fracturam, quæ postea causa mortis ei fuit, adeò constanter pertulit, ut numquâ ex horum causâ Officij sui onera prætermiserit. Sanctissimæ Eucharistiæ fuit devotissimus, & ad Mensam Angelorum singulis ferijs quartis, festis, & Dominicis ea compositione, & attentione accedebat, ut extra se rapi quodammodò videretur. Denique suis habitualibus oppressus infirmitatibus in cœlestium gaudiorum desiderijs accensus, persæpè repetebat illud Apostoli *Cupio dissolvi, et esse cum Christo*, quòd tandem obtinuit hoc anno 1722. die 30. Aprilis B. Peregrini solemnitati dedicato.

C Denique hoc anno, & per Breve speciale die secunda Septembris expeditum Romæ, Innocentius PP. XIII. P. M. Gerardum Capalli Florentinum Virum aliàs laudatum, ob præclara merita, & præcipuas in Ordine dignitates obtentas, prudenterque administratas, Ex Generalis honore, privilegijs, Indultisque omnibus meritò decoravit.

ANNOTATIONES IN CAP. XIV.

EX Regesto Archivi nostri Romani: necnon ex monumentis Archivi nostri Florentiæ, aliorumque Conventuum relata in supradicto Cap. eruta sunt.

D *Plura mira de B. Juliana. Officia SS. Archangelorum Gabrielis, & Raphaelis. Missionarij ab Indijs revertuntur. M.Ducis Etruriæ mors. Dolorosæ Virginis prodigium, & alia notabilia pro Eremitis, et pro BB. Fundatoribus.*

CAP. XV.

NON sine Divino consilio factum arbitror, ut quædam notitiæ, quæ circa mira per intercessionem B. Julianæ de Falconerijs à Deo pro Infirmorum salute operata, & quæ per improvisam à nobis Annalistæ nostri Antecessoris mortem deperditæ fuerant, ad meas manus his potissimum

ſimum temporibus inſperato, imo fortuitò pervenerint, quando ejuſdem Beatæ cauſa Canonizationis, quæ aliquandiù ſiluerat, iterum incaleſcere cæperat, Inſtantibus apud Sacram Rituum Congregationem Poſtulatoribus, ne denuò ad fabricandum novum proceſſum [qui jam exactiſſimè factus, & ritè per eamdem S. Congregationem approbatus fuerat] ſuper virtutibus, prout decreverat eadem S. Congregatio, cogereotur, ſed potius ad olteriora procederetur ſuper miraculis, uti pluries in alijs conſimilibus Cauſis, maximè in illa B. P. N. Philippi, & mox in illa B. Agnetis de Monte Politiano, decretum fuerat. Et id maximè Deo placere in Cœlis ex inopinata reperitione infraſcriptorum prodigiorum viſum eſt in Tertis, & ita protinus eveniſſe ſuo loco videbimus.

Prodigia, & Gratiæ ex invocatione B. Julianæ.

Poſt conſtructos igitur proceſſus authoritate Apoſtolica ſuper plura miracula Piſis ex invocatione B. Julianæ à Deo patrata, uti ſuo loco diximus, aceiderunt & infraſcripta.

1 Puer quidam nomine Bartholomæus filius Rainerij de Campoſa à S. Andrea *in Peſcajola* ſecus pontem Serchij, cum eſſet jam ætatis annorum quatuor, mutus omninò apparebat, adeò ut ejus Parentes omnis conſilij expertes ad B. Julianam miſerorum auxilium recurrere ſtatuerint. Voto facto, puer admirantibus omnibus loqui cœpit, unde Piſas ſe contulerunt ejuſdem Genitores pro gratijs agendis in noſtra Eccleſia S. Antonij ad Aram ejuſdem Beatæ.

Muto loquelam reddit.

2 Aloyſia q. Franciſci Anſani Cenini *de Pettori* Comitatus Piſarum diuturnam, moleſtiſſimamque contraxerat infirmitatem ex acrimonia ſanguinis, quæ inter alia ſymptomata eam vehementiſſimo in latere dextro dolore cruciabat, adeò crudeliter, ut totum adhærentem Coxendicem peſſimis humoribus repleverit; A' D. Petro Franciſco Tempeſti Chirurgo Piſano, ſed habitante in communitate *di Riglione* viſitata de Menſe Martio anni 1712. plurimiſque adhibitis medicamentis ſemper in caſſum uſque ad menſem Auguſti ſubſequentis anni 1713. quo tempore facta ſuppuratione materiarum, quæ totam femoris cavitatem horrenda deformitate repleverant; deſtinata dies ad inciſionem fuerat. Non ſine fundamento timebat Chirurgus ne Infirma tempore faciendæ operationis viribus cederet, ac moreretur, quare Sacramentis eam reſici curavit, & aſſiſtentiam Parochi voluit. Facta inciſione inſimul cum ſanie fragmenta nervorum, & tendinum corruptorum apparuerunt, unde cum abſque ligaturis remaneret articulatio femoris, à peritis exiſtimata fuit omninò impoſſibilis ſanatio Infirmæ, aut ſaltem, ſi forte ſupervixiſſet, inutilem prorſus ad motum remanſuram. Invocato autem auxilio B. Julianæ, illicò, & præter omnium expectationem adeò viribus conſolidata corpore, ut abſque adiutorio ferularum motum facere, et greſſus dirigere facilè

A' tumore Fæminam ſanat.

potuerit, quamvis luxata in femore, & ſine E ligamento, unde propria atteſtatione in ſcriptis fatetur d. Chirurgus Tempeſti, quòd *neque ars medica, neque ipſa natura præſtare ullo modo poterat*. Teſtes hujus Inſtantaneæ, ac ſtupendæ ſanationis fuerunt D. Marcus Antonius Saviroſi Parochus dictæ Communitatis *di Pettori*; item Germaous frater ipſius Infirmæ, & Maria Catharina Uxor Jo: Baptiſtæ Cenini, necnon Eliſabeth Deſiderij ejuſdem Communis aſſiſtens.

3 Magdalena Cittadelli *Uxor* Doctoris . . . . . Spina Piſani cùm jam quinto menſe prægnans eſſet, adeo ſævis oppreſſa fuit afflictionibus, & calamitatibus, ut alteratis humoribus naturalibus, indicibiles pateretur viſcerum convulſiones, nervorum contractio- F nes, cordis, & anhelitus defectus, & deliquia quamplurima, quæ omnia cùm tres ipſos menſes illam miſerrimè cruciaſſent, abſque dubio ſe in partu morituram crederet; cum animo ſubijt securſus ad B. Julianam, cui etiam votum vovit, ſe per annum, ſi periculum adeò terribile ſuperaret, ejuſdem habitum geſtaturam. Afflictiſſimæ Magdalenæ nova ſupervenit, majorque afflictio præceteris. Etenim triduo ante partum adeo vehementi Symptomate aggreſſa fuit, tantâque cordis, & corporis anguſtiâ premebatur, ut nullam prorſus requiem adinveniret, tandemque viribus omninò deſtituta, cum jam jam moritura crederetur partum emiſit, ſed mortuum, inter ingentem ſanguinis effuſio- G nem, & mortalia deliquia; Dein verò præter omnium ſpem ſe melius habere cœpit, moxque ab omni mortis periculo immunis evaſit, id quòd non ſine ſpeciali prodigio evenire potuiſſe Medici teſtabantur, tùm quia imminutis omninò viribus illam ad emiſſionem fœtus inhabilem crederent, tum quia fœtus in utero per triduum ante mortuus, viſcera matris infeciſſe debuerat, tum denique ex eo quia fœtus contra morem pedibus primùm ex ventre prodierat. Ipſa verò parturiens voto ſatisfecit, ac ſui Liberatricem omnibus prædicare non deſiiit.

Prægnantem à morte liberat.

4 Maria Magdalena filia Coſmæ Venturi, Uxor verò Pauli Antonij Caraſſali Civis Piſani de menſe Septembri anni 1713. detine- H batur in lecto atrociſſimis uteri doloribus affecta, qui illam plures dies ſomno, & quiete privaverant. Emiſſionem ſanguinis Medicus D. Alexander Fabbretti, ſed abſque notabili fructu adhibuerat; quare die 22. Menſis ejuſdem, ut hora 23. è vena pedis dextri denuò ſanguis emitteretur, ordinaverat, & inſuper, ut hora prima noctis potio quædam Infirmæ porrigeretur, ut aliquam ſaltem illa nocte requiem experiri valeret. Interim petijt illa à Filio ſuo Jo. Baptiſta Altudillo, ut ab aliquo ex Patribus noſtris S. Antonij Reliquiam B. Julianæ ſibi afferri curaret, uti obediens fecit, & hora 24. ejuſdem diei comparuit in ejus cubiculo P.M. Joachimus Corteſi ſecum affe-

Ab uteri doloribus ſanat.

afferens expetitam S. Reliquiam, eo prorsus tempore, quo magis Infirma doloribus cruciabatur, ex quibus respiratio quoque illi præpediebatur. At ipsa, quæ jam eidem Beatæ voto se obstrinxerat gestandi illius habitum, ut potuit devoto corde S. Reliquiam exosculata est, & eandem supra læsam partem collocari ad momentum obtinuit. Quo facto, & post octavam circiter unius horæ partem, voce magna statim infirma exclamavit, & unà cum lætitiæ lacrymis advocavit conjugem suum, omnesque filios, dixitque eis, pœnam, quam hucusque atrociter adeo passa fuerat, veluti vi extractam è pectore persensisse, remanente sibi in illa parte quadam solùm stupiditate. Hinc cessavit omnis dolor, & omnis anxietas animæ, & corporis, ita ut absque ullo jam præparato medicamine quieti, & somno illa nocte, & deinceps liberè vacare potuerit, omnibus Deo, & B. Julianæ gratias agentibus innumeras. Facti hujus narrationem scripto confirmarunt, & testificarunt Presbyter D. Christophorus Provasi de Liburno, & Paulus Antonius Caraffali præfatæ Mariæ Magdalenæ maritus, & attestationem eorumdem, adhibito juramento, formiter recognovit D. Bernardinus q. Marci Antonij de Castellinis J. U. D. & Not. pub. Flor. ac recognitionem ritè factam approbavit D. Archiepiscopus Pisarum D. Franciscus Frosini Patritius Pistorien. sub die 23. mensis Septembris 1713. more Pisano 1714.

5 Altera Maria Magdalena Joannis Bernardi P fani de anno 1714. cum abortum fecisset, adeò nervis omnibus attracta remansit, ut neque ferulis adjuta pedibus consistere valeret. Impos consilij ad B. Julianæ opem totâ fiduciâ confugit, & illicò se melius habere incœpit, ac non mul ò post prorsus convaluit. Anno verò insequenti cum denuò ægrotasset, & malè se haberet, ad Advocatam suam Julianam iterum confugit, iterumque ab ejus meritis, & intercessione sanata est. Quâobrem pictam tabulam in perenne grati animi monumentum ad Altare Beatæ appendendam obtulit die 5. Junij 1716. omniaque prout gesta fuerant Antecessori meo narravit, qui et illa in scriptis redegit.

Nervorum attractionem sanat.

6 Sed & Soror præfatæ Mariæ Magdalenę Dominica Joannis Bernardi B. Julianæ munificentiam persensit; cùm etenim de mense Septembri 1715. oborto circa os carbunculo lęthaliter ægrotaret, nil proficiente assidua curâ, & diligentiâ Medicorum, B. Julianæ voto se obstrinxit, promittens, quòd si salutem deperditam recuperasset, se illius S. Habitum per annum gestaturam. Emisso voto se statim meliùs habere cœpit, nec moltò post omninò liberata est; quare et ipsa voto satisfecit, & pictam tabulam in accepti beneficij memoriam ad Altare Beatæ appendit.

7 Jo. Baptista Fanucci Pisis commorans à colicis doloribus per triduum adeò malè vexatus fuerat, ut quantociùs moriturus crederetur, in vanum omnibus artis medicæ remedijs adhibitis. Ipse verò tot inter cruciatus afflictissimus ad miserorum solatium Julianam confugit, eique in precibus se adjunxit Uxor ipsius, emisso voto habitum gestandi per annum; nec mora; quin subito à tam diris doloribus sanatus, immensas Liberatrici suæ grat as agens, ad ejus Aram appendit votum, & Antecessori meo tunc Pisis degenti beneficium acceptum enarravit die 7. Junij 1716.

A colicis dolorib. liberat.

8 Maria Cathatina q. Michaelis Tosani N. Placentini Uxor, die Sabbath ante Dominicam in A bis, hora 18. circ ter oppressa de repente a morbo apoplectico sensuum omniū illicò facultatem amisit, adeò ut brevi moritura crederetur. Ejus Frater, B. Julianæ satis devotus, ad ipsam pro remedio recurrit, aliquot oblatio ibus singulis ferijs sextis in ejus honorem per notabile tempus promissis. Inde sub horam primam noctis obtentâ S. Reliquiâ ejusdem Beatæ, in instanti, & non paulatim ad primævum liberumque sensuum usum rediit, & viribus receptis, omninò sana facta est, cu ct s qui aderant Deum benedicentibus, qui mirabilis est in Sanctis suis; Ipsa verò Maria Catharina Voti per ejus germanum emissi consc a, plures annos iu ejus adimpletione transegit.

Ab apoplexia sanat.

9 Andreas Petri Matthæi ex repentino casu cruris fracturam passus fuerat, ex qua, quāvis operâ medicorum sanatus dici posset, attamen vel quia disruptum os minimè fuisset loco suo convenienter aptatum, vel quacumque alia de causa, gressum facere absque ferularum ope non poterat. Subiit Interea dies 19. Junij 1717. quo B. Julianæ solemnitas celebratur, ad quam e ſdem ferulis adjutus, & ipse comparuit in Ecclesia nostra S. Antonij Pisarum. Ibi humillimas preces B. Julianæ ante ejus Altare porrexit, post quas interiori fiduciâ co lortatus ipsasmet, quibus sustentabatur, ferulas projecit, & innumero populo spectante ambulare liberè cœpit, absque eo quòd nusquam deinceps ferulis indigeret; quas ad Aram ipsius Beatæ cum gratiarum actione in accepti beneficij memoriam appendit.

Fracturam cruris irremediabilem redintegrat.

10 Dominicus Augustini, Octavij Nencioni Pisanus, puer annorum circiter trium de mense Septembri anni 1715. more Pisano, internum tumorē in osse Ischio patiebatur adeo sævum, ut in fœmore quoque contractio extenderetur; plura fuere adhibita medicamina, sed frustrà, ut ad suppurationem tumor ipse perveniret, nec audebat Chirurgus ad incisionem progredi, timens ne immaturo vulnere puer omninò sideratus remaneret. At Pater ejus Augustinus omnem spem suam in B. Julianæ meritis, & intercessione firmaverat; quare internâ fiduciâ motus eidem B. Julianæ filium suum vovit, & ablatis à læsa parte unguentis omnibus, Oleo lampadis ejusdem tan-

Sevum tumorē expellit

tantùm uti voluit, & illicò tumor ad suppurationem venit, & fœliciter curari, & sanari omninò potuit. Ipse verò Augustinus ad Voti adimpletionem, puerulum habitu Servorum B. M. V. per annum induit.

11 Maria Anna Antonij Josephi Paperoni Pisani filia ætatis annorum 12. per biduum à die 15. ad diem 17. Januarij anni 1716. graviter angebatur doloribus in oculo sinistro ex causa emissionis sanguinis è vena temporali, additis etiam convulsionibus, & iteratis deliquijs; quæ angustia usque adeò processerat, ut brevi puella moritura timeretur, nisi dolor cessasset; ordinarunt itaque Medici ad levandum dolorem emissionem sanguinis è brachio; at illa, cùm esset B. Julianæ devotissima, ad eam totâ cordis fiduciâ securrit, ejusque Sacrâ Reliquiâ signari curavit die prænarrata 17. Januarij, quo facto illicò cessavit dolor, deliquia, & convulsiones evanuerunt, emissionemque sanguinis amplius noluit, & soli B. Julianæ restitutam salutem retulit gratulabunda, & laudans.

Oculum sanctum sanat.

12 Soror Maria Candida Berti Monialis in Monasterio S. Benedicti Civitatis Pisarum ætatis annorum 27. circiter, postquam quatuor ipsos menses in lecto diris oppressa capitis doloribus, & implacabili stomachi nauseâ affecta decubuerat, quamvis ea vi medicamentorum aliquod experta fuisset levamen circa medietatem Aprilis anni 1717. in fine tamen ejusdem mensis iterum decubuit, atrocioribus vexata doloribus, & convulsionibus adeò molestis, ut nec cibum retinere amplius valeret. Adhibita rursus fuere cuncta Artis medicæ remedia, sed incassum, etenim die noctuque per dies quinque nullam requiem inveniri poterat, eaque fuit constans Medicorum sententia, neutiquam illam sic posse diutiùs vivere. Confugit itaque Infirma ad implorandum auxilium B. Julianæ, cujus Reliquiam sibi allatam humiliter deosculari datum est; quo facto pluribus præsentibus, inter quos P. Annalista Garbi Antecessor meus, qui totam rei seriem fideliter in scriptis redegit, ipsamet Soror Maria Candida prosilijt è lecto, se prorinus sanam testificans, & gratias agens Julianæ sospitatrici, nusquam deinceps talia passa fuit, id quod accidit mediante die 2. Maij 1717.

Monialis à dolore capitis curat.

13 Superest à diro maleficio prodigiosa liberatio in personam Catharinæ filiæ D. Georgij Majoli Pictoris Pisani, quam cum earenso calamo retulerit ad Antecessorem meum Annalistam P. Hyacinthus Martini Ordinis Prædicatorum, ipsammet narrationem prout jacet, exponere placet.

Adm. Rev. P. Magister.

Taumaturga Ordinis vestri B. Juliana Falconieri non oblita in Cœlis illam Nobilis Virginis, affabilem benignitatem, quâ in terris affecta fuerat, etiam meipsum, licèt immeritum, eligere dignata est uti instrumentum unius ab ipsa non sine prodigio collatæ

A diro maleficio obsessam liberat.

E Gratiæ puellæ Catharinæ filiæ D. Georgij Majoli Pictoris, ad quam in lecto jacentem gravi febri correptam ex diro maleficio benedicendam advocatus fui die 23. Julij 1717. quæ fuit feria sexta, in quâ ex voto puella jejunabat in honorem ejusdem B. Julianæ solo pane, & aquâ contenta. Infirmam igitur sacrâ Exomologesi præparatam, additis ferventibus actibus fiduciæ erga Beatam, adjuravi spiritum nefarium, ut ad gloriam ejusdem Beatæ cessaret à torquenda tam acriter puella. Nec mora quin subito coactus Demon aufugeret, & adstantibus infirmæ Genitoribus, alijsque Testibus, illicò fervor febrilis in vultu puellæ dispatuit; quare lætus è cubiculo discedebam, cùm illa se è lecto extollens, & hilari voce me appellans; *O Pater* F [ait] *jam sana sum*, nec multò post proprijs induta vestibus ad Ecclesiam Sancti Antonij, & ante Aram ipsius Beatæ stetit, ibique ad confirmandam obtentam Gratiam, & ab omni reditu coercendum Dæmonem, iterum adhibitis aliquibus ex Rituali Romano exorcismis, & supra Puellam positâ S. Reliquiâ Virginis Taumaturgæ, quæ flagellum Dœmonum est, cujus fragrantissimum odorem ter dignatus sum haurire, ipsa verò Patiens emisso devotissimo suspirio, libera omninò surrexit, indèque cum suis Genitoribus humillimas egit Gratias eidem Beatæ, quam oro supplex, ut ad Deum pro me intercedat, & culparum mearum veniam à D.O. M. impetret. Hæc est facti syncera narratio, quam ante purgatum G judicium P. V. pono, ut videat, an ad Gloriam ejusdem Beatæ in Fastis suæ Religionis registrari mereatur, & ex corde, humilique obsequio me subscribo.

P. V. Ad. Rev.

E' Conventu S. Catharinæ.

Humillimus & obsequentiss. Servus Verus.

Fr. Hyacinthus Martini Ord. Præd.

Sequuntur & alia prodigia B. Julianæ utique adscribenda, quæ nulla clariori methodo narrari posse censui, quàm si verbis ipsis, quibus vel à testibus, vel ab ipsismet, qui ea setuleront, expressa fuerunt, quamvis Italico sermone in latinum verso exprimantur.

14 Ego Franciscus Parabosco professione Chirurgus in hac Civitate Pisarum ad Dei H Gloriam, & B. Julianæ Falconieri expono in hac charta qualiter veritas fuit, & est, quòd de mense Julio, die Dominica versus finem hujus anni 1711. ad littus maris me contoli, ut in eo lavarer; Cum verò fluctus maris intumescerent, ferè per jocum, videns undas versus me magno impetu venientes, eas curvo capite excipiebam, & sic in tali luctà per spatium unius horæ circiter perseveravi. Post hæc domum rediens accidit, ut insequenti feria tertia hora somni, cum deponerem vestimenta, ut cubitum irem, è futura capitis coronali quasi guttam gelidam intus in cerebrum descendere sensi, quam fore apopleiam suspicatus tunc fui. Quamobrem per cubiculum

A pessimo capitis, & oris humore liberatio.

biculum deambulare cepi, nec quidquam Uxori meæ patefacere volui, ne illam, quæ jam in lecto jacebat, conturbarem; cumque membra corporis agitare adhuc possem, vires resumpsi, sperans meliora, lectumque ad dormiendum ascendi circa quartam horam noctis. Circa verò sextam ejusdem noctis horam à somno expergefactus, alias materias è capite ad pectus descendere sensi, quæ & motum, & respirationem impediebant. In hoc misero statu Uxorem à somno excitavi, cumque verba efformare vix possem, signis instrumenta artis meæ petij, quibus allatis, ipsamet uxore adjuvante brachium sinistrum alligavi, & à vena sanguinem eduxi pondere decem & octo unciarum, quâ sanguinis emissione peracta, & dilatato non parùm pectore, verba proferre valui. Mane facto visitatus ab Excellentissimo Doctore Medico Fabbretti, iterum ex pedibus ejus jussu emissio sanguinis facta est, sed incassum; etenim præter loquelam, & hanc difficulter, neque liberam respirationem, neque amissum cibi appetitum recuperare valui, faucibus adeò perstrictis, ut non nisi liquida, & ea maxima cum difficultate deglutire possem, fortem meam infelicissimam omnibus deplorantibus. In eo miserrimo statu viginti novem dierum curriculum tantâ cum pœna pertransieram, ut sola pelle, & ossibus constare viderer: & quamvis Medicus prædictus me consolaretur, Uxori tamen meæ proclamatam salutem meam aperiebat. Interim ipse, cum in exercitio meæ artis inservirem Monialibus S. Benedicti, Moniales illæ, quæ me ipsum in tam destituto statu videbant, suaserunt mihi, ut ad B. Julianam recurrerem, ac ejus Reliquiâ, quæ in Ecclesia S. Antonij servatur, benedici curarem, ad quod animum, omnemque fidem protinus contuli, atque insequenti die, quæ fuit feria tertia, Ecclesiam præfatam unà cum Uxore mea sub sero adij, & à P. Sacrista, qui tunc temporis erat P. Davanzati, eâdem S. Reliquiâ devotè signari obtinui. Ut autem S. Reliquia gulam tetigit, illicò salivam, quæ ante difficultèt ex ore ad stomachum descendebat, pertransire facilitèr persensi, fauces verò, & pectus eodem instanti quasi dilatata sunt, unde gaudio repletus integram sanitatem sperare cœpi. Inde P. idem Sacrista Davanzati ite ad sacristiam persuasit, ibique scyphum aquæ cum eâdem S. Reliquia benedictæ porrexit, ut biberem. Rogabam autem illum, ut non in tanta quantitate bibendam porrigeret, quippe qui maximam in deglutiendo difficultatem bene noveram; At ipse, *non sic* [ait] *sed fidem habe, totamque hilariter sumat, nec dubites*. Obedivi, & miro mei ipsius stupore totam aquam perbibi absque minima ulla difficultate; Inde ad Uxorem meam in Ecclesia reversus; *an nescis* [inqui] *quia perfectè sanatus sum per Dei Gratiam, & B. Juliana intercessionem?* quo audito illa in tenerrimas lætitiæ lachrymas persusa est, & ambo humillimas gratias Deo, & B. Julianæ egimus; inde domum repetentes; ipse panem coctum in notabili quantitate facilitèr sumpsi, & altero mane similiter absque ulla difficultate Pultem ovinam sumere valui, & ad primævam salutem perfectè redij.

Hi qui possunt infirmitatem meam testari sunt.

Leonarda Orlandi mea Uxor.

Doctor Fabbretti Medicus prædictus.

D. Antonius Franciscus Chirurgus, qui me curavit.

Cammilla Catamuri familiatis in mea domo.

P. Davanzati supradictus.

15 Sequitur, & altera Insignis Gratia per Nobilem Virum Jo: Baptistam Bartolini Florentinum obtenta Pisis, quam ipsemet sic describit.

Ego Jo. Baptista Bartolini Salimbeni nobilis Florentinus cùm essem in Civitate Pisarum ratione meorum negociorum, domi Illustrissimorum DD. de Ricciardis manebam, quando die 17. Januarij ab Incarn. 1712. postquam S. Missam in Ecclesia D. Antonij PP. Servitarum auscultaveram, parvam Rhedam omninò sanus ascendi, ac Liburnum versus iter arripui; in medio verò itineris en subitus dolor in regione hepatis adeò me vehementer oppressit, ut ferè intolerabilis esset; ad Civitatem dolens ægrè perveni, ac rectâ viâ ad publicum hospitium ductus diversa doloris lenimenta, sed incassum adhibui, quare moræ impatiens illicò Pisas versus redij, atque in itinere dolor maximè succrevit. Ad eamdem domum perductus lectum petij, & advocatis Medicis D. Fabbretti, & D. Taddei me in pessimo statu repererunt non tam ex acerbitate dolorum, quàm ex accessione febris, quare concordi unio replicatam bis emissionem sanguinis ordinarunt, aliaque opportuna morbo medicamenta adhibuerunt, omnia tamen frustra, nam febris, nedum non cessavit, sed imò adaucta est eò usque, ut me ad delirium, & stupiditatem perduceret, sed neque in dextro latere præ doloris magnitudine quiescere poteram. Iterum die insequenti 21. Januarij prædicti Medici ijdem me summoperè à morbo gravatum reperientes de nova sanguinis emissione cogitabant pro venturo mane diei 22. mensis ejusdem. In hoc misero statu cecidit in mentem id quod à D. Equite Priore Dominico Bracci mecum in eâdem domo cômorante audieram super miraculis, quæ ad intercessionem B. Julianæ, cujus Reliquiam in Ecclesia D. Antonij PP. Servitæ conservant, operabatur Deus; & quamvis mente offuscatus, ab eodem D. Priore Bracci petij, utrum hæc S. Reliquia ad me deferri posset. At ipse incunctanter à quodam ex dictis PP. afferri eam curavit; quâ præsente, cum verba difficulter efformare possem; *Tace*, inquit Pater ille, *nec allabores; habeto fidem tantum*; Cæteri verò Adstantes pro me rogabant, adeò ut

Ab hepatis dolore sanat.

or quadam cordis teneritudine statim affectus in uberes lachrymas profusus fuerim. Eodem momento vix ab illâ S. Reliquiâ Crucis signo benedictus, instantaneus me calor quidam insolitatus invasit, excessivoque sudore perfusus, dolor adeò imminutus est, ut in parte læsa verti, & multa pace quiescere potuerim, menti consueta claritate restituta. Summo mane prædictæ diei advenientes unà cum Chirurgo Medici me prorsùs absque febri reperierunt admirantes, & quidnam novi accidisset, interrogantes, omnia illis aperui. At illi, *Si Sancti curam morbi susceperunt, nil nobis restat*; oportet tamen attendere temporis tractum, utrum morbus ipse redire contendat; sed nusquam [Deo Gratias, & B. Julianæ] dolor comparuit, unde absque alijs, F quæ jam destinaverant medicaminibus, perfectam adeò salutem consecutus fui, ut post humilitèr in Ecclesia S. Antonij B. Julianæ peractas Gratias, ad Patriam meam die 31. ejusdem mensis Januarij sanus, & incolumis perveni; ac deinceps eamdem Beatam in omnibus meis necessitatibus Advocatam dilectam, electamque expertus sum.

Ego Jo. Baptista q. Jo. Baptistæ Bartolini Salimbeni affirmo, & attestor omnia, quæ supra in hac scriptura continentur, & in fidem manu propria.

Quæ scriptura, & subscriptio ritè postea recognita fuit manu publici Notarij Florentini D. Sebastiani olim Caroli de Galitiolis, et adhibita quoque recognitione legali Reverendissimi D. Horatij de Mazzeis Vicarij G Generalis Florentini per manus Valeriani Vergelli Curiæ Archiepiscopalis Florentinæ Actuarii.

16 Visum quoque amissum recepit ex invocatione B. Julianæ quædam filia D. Augustini Canini Monialis professa in Monasterio S. Pauli Civitatis Pisarum, quamvis [ita procuidubio conducente ad salutem æternam, uti non semel accidit] post aliquot dies in eamdem reinciderit cœcitatem; cujus facti synceram narrationem à D. Maria Anna Cœlesti Baldinotti tunc temporis in eodem Monasterio forsan Abbatissa manu propria exaratam, & P. Garbio Annalistæ missam ad latinum Idioma redactam hic apponemus.

Adm. Reverende Pater. H

Pisis 28. Aprilis 1711.

Æquali confidentia Paternitati Vestræ refero, quòd nota Monialis D. Augustini Canini filia omni sinceritate verè per quatuor annorum spatium perfectam cœcitatem pertulit. Quæ cœcitas tale initium habuit. Acutissimus quidam dolor in utroque oculo eam subitò invasit, unde Medici advocati ad illius curam fuere, quos inter primus D. Boccacci, qui ut eam invisit, illam insanabilem prorsus judicavit, ex eo quòd humore pessimo laboraret, quem vulgò *Gotta serena*, dicunt: his non obstantibus aliquas illi adhibuit aspersiones, & collyria, sed frustra; alii, nempè D. Martini, D. Zambeccari, & quidam E Gallus ipsius infirmæ consanguineis solùm notus, alia varia adhibuerunt medicamenta, sanguinis scilicet emissionē, in renibus plausticū, laqueolum, & pastillos ad aures; at ex his operationibus nullum Profectum infirma persensit, quin imo post hæc medicamina pejus habere se cœpit, ita ut ante luminis aliquod vestigium retinens, post remedia verò etiam illo privata omninò remanserit; donec ultima vice, quâ per Patres vestros allata B. Julianæ S. Reliquiâ in nostrum Monasterium adstitit ante illam, orantibus cæteris Monialibus, & ipsa infirma, quæ de genu per plures horas Orationem suam protraxit, quâ peractâ lumen oculorum recepit, adeo ut singolas quasque Consorores suas agnosceret, vasa quædam, quæ pro usu Refectorij inserviunt rectè distingueret, & cætera quæcumque obiecta. At novem diebus post hæc transactis ad pristinam cæcitatem redacta est. Plures ex his Monialibus cum duabus Adolescentulis educandis asserunt mihi, quòd eo toto tempore, quo S. Reliquia in Monasterio permansit, ipsæmet odorem suavissimum quasi ex floribus Citrinis, & Violaceis mixtum persenserunt in Claustro & in Porticu. Et hoc totum est, quod omni ingenuitate Paternitati vestræ testari possum, ac pluribus in rebus obtemperare desiderans me exhibeo.

P. V. Adm. Reverend.

Devotissima Famula addictiss.
Soror Maria Anna Cœlestis Baldinotti.

Sunt & aliæ quamplurimæ prodigiosæ sanationes ex intercessione B. Julianæ diversis Personis collatæ, quarum narratio brevitatis gratiâ prætermittuntur, & in libris ejusdem Conventus S. Antonij Pisarum registratæ sunt, si quando contingeret, & opus fuerit ad ipsius Beatæ Canonizationem ritè obtinendam à S. Sede novos processus conficere, latiùs extendendæ; Cùm interim credamus ad id assequendum allatos processus abundanter sufficere

Pergulæ consecr. Ecclesiæ

Hoc anno, quamvis tardè, refertur nobis consecratio nostræ Ecclesiæ de Pergula peracta ab Episcopo Eugubiensi DD. Fabio Mancinforte sub die 8. Octobris 1719. Ecclesia hæc decora valde est cum septem Altaribus in honorem septem Dolorum B. M. V. cujus Simulacrum in Ara majori magnificentissimè residet. Omnia plasticè, varijsque ornamentis mirificè decorata oculos cunctorum sua pulchritudine attrahunt, sumptu quidem magnifico plusquam octo millium scutorum ex parte majori piarum largitionum illorum Fidelium incolarum, qui devotioni Virginis Dolorosæ supra modum addicti sunt.

Reginæ Angelorum Coltum in dies augere Studentes Ordinis nostri Superiores à S. Rit. Congr. obtinuerunt Officia recitanda in honorem SS. Archangelorum Gabrielis, & Raphaelis ab omnibus Ordinis nostri Religiosis per infrascriptum Decretum.

visum oculorū restituit.

Ordi-

Ordinis Servorum B. M. V.

Officia Archangelorum Gabrielis, et Raphaelis.

Non minùs enixè, quàm humiliter Sacræ Rituum Congregationis supplicantibus PP. Sosteneo Mariæ Cavalli Priore Generali, & Petro Maria Pierio Procuratore Generali Ordinis Servorum B. M. V. quatenùs Universo præfato Ordini Officia SS. Archangelorum Gabrielis sub ritu duplici majori die 18. Martij, & Raphaelis sub ritu duplici minori die 24. Octobris concedere dignaretur. Sac. eadem Rituum Congregatio hujusmodi instantijs benignè annuendo indulsit, ut prædicta Officia ab omnibus Religiosis utriusque sexus totius præfati Ordinis, qui ad horas Canonicas tenentur, in posterum recitari possint, & valeant. Die 3 Julij 1723.

F. Card. Paulutius Præfectus

Loco ✠ Sigilli

N. M. Tedeschi Archiep. Apamenus S. R. Congr Secr.

Missionarij nostri ab Indis revertuntur.

Hoc anno PP. nostri Missionarij P. M. Jo. Dominicus Fabris, & P.M. Sosteneus Maria Viani, qui ad Sinarum Imperium, & Indias Orientales unà cum D. Patriarcha Alexandriæ D. Carolo Antonio Mezzabarba Legato Apostolico perrexerant, postquam illius Imperij Metropolim Peckinum scilicet, & postea Brasiliam lustraverant, Italiam redeuntes applicuerunt. In itinere verò Ulisipponem pertranseuntes, ibi Reginæ Lusitaniæ, quæ Imperatoris Leopoldi I., Ordini nostro addictissimi, filia fuerat, Inductus precibus P. M. Fabris in Regali Cappella septem Dolorum B.M.V. Congregationem fundavit.

Reductio onerum Missarū à S.Sede impetrata.

Ordini nostro gratificare volens Innocentius XIII. Pontifex Maximus, ad preces Procuratoris Generalis Ordinis nostri benignè Indulsit P. Generali unà cum aliquibus assistentibus PP. ut in omnibus Ordinis ejusdem Ecclesijs onera Missarum habita ratione diminutionis redituum, licitè moderari valeat, per suum Breve Romæ expeditum die 10 Septembris 1623.

Moritur Cosmus III. M. E. D.

Nedum toti Etruriæ, sed etiam Ordini nostro luctuosa valdè occurrit hoc anno mors Cosmi III. Magni Ducis Etruriæ, qui Religionem nostram, & Ecclesiam Sanctiss. Annunciatæ adeò coluit, ut quoad vixit, nisi præstantissimâ aliquâ causâ præpediretur, quotidie illam visitare numquam intermiserit, atque ut erat Princeps omni pietate instructus plura in dies, nec modica beneficia in nos conferre non destitit; cui defuncto in anno 82. suæ ætatis PP. nostri Florentini solemni pompâ parentarunt.

Diarium sacrum editur.

Prodijt hoc anno Diarium sacrum à me cōpositum jussu P. Generalis M. Sostenei Mariæ Cavalli, in quo dietim Vita alicujus ex nostris Insignioribus Patribus in publica mensa quotidie legenda continetur.

In quo profectò plura menda, quàm ipsemet prævidere potuissem, irrepserunt. At duo maximè, quæ veritati historiæ contradicunt, tacenda non sunt. Primum nempè circa ætatem nostrorum septem Beatorum Ordinis Fundatorum, qui in die 15. Augusti, quo primum à B. Virgine vocati fuerunt an. 1233 à viginti ad triginta annos ætatis extiasse dicuntur, & erat dicendum à viginti ad 35. Secundum verò P.M. Callistum Lodigieri Priorem Ordinis nostri Generalem ex votis omnibus concordibus electum fuisse; cum re ipsâ per Summi Pontificis Breve promotus ad supremam Dignitatem fuerit. Cætera menda, spero, supplebit Amor Lectoris, qui me citato calamo ex impulsu Obedientiæ, sine lima, scripsisse non ignorabit.

Menda Diarij.

Detrimenta Authoris.

Duplicem quoque jacturam hoc anno recensere dolori meo permittat idem benignus lector; quâ & uno oculo corporis in concitata præfati Diarij compositione, & altero mentis oculo, nempe amantissimi Fratris Francisci Mariæ Bonfrizzieri Sacerdotis piissimi solatio destitutus sum. Is mihi posthumo non tam Frater maior, quàm Pater in educatione morum, Magister in studio literarum extitit: Siquidem ab ipso tantum didici, quidquid in humanioribus facultatibus didici; qui per duos supra quadraginta annos publicè juventutem docendi mira facilitate munus exercuit. Alumnos plures in literis tùm Græcis, tum latinis, & in eloquentia dicendi præstantiores numeravit, inter quos est numquam satis laudatus Excellentissimus Doctor, & in Florentina Achademia Lector primarius, & Nobilis, Orbi literario notissimus Abbas Antonius Maria Salvini, cui Græcæ, & Latinæ linguæ [quibus eximiè præpollet] primus præcepta dedit, & alta mente impressit. Veteris Ecclesiasticę Disciplinę Amator in se, in discipulis exactor fuit diligentissimus. Numquam sericis vestibus indutus; numquam succincto habitu per Urbem incessit, numquam deposita veste Sacerdotali spoliatus, nec in domo propria coram aliis comparuit, quippe qui hæc, & similia Clericali Dignitati minus convenire opinabatur. Si quando molesta, vel periculosa res, inopinatò eidem accideret, exclamare solitus erat *Maria*! cui Sanctissimo Nomini addictissimus erat. Adeò verò puritatis severissimus fuit exactor, ut si quas inter discipulos suos liberiores familiaritates deprehendisset, acriter increpabat; et sui corporis contactum, etiam tempore infirmitatis, ægerrimè Medicis Viris, fœminis numquam permiserit; quarum omnium rerum oculatus ipsemet longissimo tempore testis fui. Mortuus est hoc ætatis suæ 86. anno, die 13. Novembris, & in Ecclesia nostra Sanctissimæ Annunciatæ, ut Sorori Suæ Catharinæ nostri Ordinis Tertiatiæ proximior esset, ex testamento sepultus. Gratitudinis debitæ loco sit monomentum istud.

Gratia specialis B. M. V. Dolor.

Gratiarum Matri Dolorosæ adscribenda venit hoc ãno liberatio ab imminenti terribili Incendio, quod parum abfuit, quin totam consumeret Ecclesiam nostram toto Orbe celeberrimam Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia. Quod horrendum factum accidit ut

Infra. Currebat solemnissima dies Dominica tertia Septembris, in qua per totum Ordinem omni majori pompa celebratur gloriosa non minus, quàm dolorosa Commemoratio Septem Dolorum B. M. V. quæ fuit hoc anno dies 19. Septembris. Ea die propè Altare majus exponitur excelsa machina, super qua pretiosis indutum vestibus eminet Simulacrum B. M. V. septem gladijs transverberatum, cor in manu gestans; floribus, luminibus, & omni ornatu paramentorum Ecclesiæ aspectus per circuitum devotam implet Fidelium curiositatem. Sub vesperam, tota concurrente ad factum spectaculum Civitate, fit per nobiliores vias numerosissima Processio, Patribus, devotisque Confraternitatibus, & nobilioribus Viris cereos accensos in manibus gestantibus. Dum autem in Choro accenderentur cerei pro ineunda processione pars incensæ bombyeis in capsulam ad expuendum destinatam casu, & inadvertenter cadit: absoluta deinde totius diei solemnitate recedunt omnes; interim clam dilatatur ignis ad sedilia Chori usque ad horam noctis circiter quintam, in qua Patres omnes cubitum ierant nonnisi hora octava circiter ad matutinas laudes decantandas surrecturi, in qua procul dubio ignis, qui semper duplo major invaluerat, & jam ferè octavam Chori partem incenderat, ad totam Ecclesiam paramentis, ligneisque ornamentis ad combustionem aptissimis repletam pervenisset, eamque facilè absumpsisset; cum eâdem hora quinta fit fonitus vehemens ad campanulam portæ Monasterij, & inde clara vox, *Eja Patres, surgite ad extinguendum Ecclesiæ incendium*. Tremens Ostiarius ad Sacristam seminudus accurrit, infandum nuncium affert; surgunt PP. & festino gradu aperto interiori Ecclesiæ Ostio suscitatam mox flammam cum terrore aspiciunt, totamque Ecclesiam horrendo fumo repletam: Hinc adjuvantibus omnibus, Matremque Dolorosam, quæ non procul in suo Simulacro aderat, invocantibus, ignis Divino auxilio extinctus est, absumptis tantummodo quinque vel sex Chori sedilibus. Facta perquisitione repertum est, quòd in illa hora noctis intempesta, nonnisi Divino impulsu motus aliquis Incendium videre potuerit, cùm Fenestræ Chori, quæ viam respiciunt, sint a soli plano multo eminentiores, ita ut mediantibus illis intus in Ecclesia quid agatur nullo modo conspici valeat. Quamobrem Angelus à sua cœlesti Regina missus creditur ad suscitandum nuncium illum, ut averteretur tantum malum, & ne solemnitas adeò celeberrima septem eius Dolorum funestaretur à mœrore totius Ordinis nostri, seu potius sui, cum iactura Principis Ecclesiæ B. M. V. ex qua meritò dici possunt omnes Ordinis ejusdem Ecclesiæ prodijsse. Pro tanto Beneficio Dolorosæ Matri Patronæ nostræ vigilantissimæ solemnes à PP. peractæ sunt Gratiæ.

Recolenda quoque venit hoc anno super- eminens pietas Eminentiss. Card. Vincentij
E Orsini Archiepiscopi Beneventani, mox Benedict. XIII. qui cum eximio amore Ordinem nostrum prosequatur eique renovatum suis expensis Beneventi Conventum magnificentissimè donaverit, ibique studium scientiarum erexerit, studentibus necessaria suppeditando, & à Conventu nostro Florentino juvenes advocarit, extremum in illo Eminentissimo statu [majora mox Pontifex collaturus] amoris erga nos pignus exhibuit; cùm etenim in præfato novo Conventu ad mortem infirmaretur juvenis noster Fr. Lotaringus Maria Carlieri Florentinus Clericus professus optimæ expectationis, eidem Cardinalis ipse Archiepiscopus extremam Unctionem, absolutionemque in mortis articulo impertiri dignatus est, nec prius ab ejus Cella discedere voluit, quam mortuo adolescenti oculos piè clauderet. *Emin.ᵐⁱ Orsini benignitas erga Ordinē nostrum.*

F Romæ fervente Causa Canonizationis B. Peregrini triduanæ supplicationes ad Deum per singulas Ordinis nostri Ecclesias ex insinuatione P. nostri Generalis peractæ sunt. *Preces indictæ in causa Canoniz. B. Peregr.*

Interea prætereunda nullo modo est memoria P. M. Bernardi Fantij ab Utine Civitate Capitali Fori Julij. Pater ejus D. Florianus Fantius ex primarijs Civibus illius Urbis fuit. Natus est anno 1657. die 3. Septembris, ac post laudabilem in studijs peractam adolescentiam, habitum Servorum B. M. V. induit anno ætatis suæ 22. in illo Conventu nostro S. Mariæ Gratiarum. Emissa professione ad
G conficienda studia Theologica Romam in Collegio nostro Henrici nostrus fuit, quò loci à P. Generali Julio Arrighetti ad lauream magistralem ritè promotus fuit. Inde varias in Religione Cathedras sustinuit; & Conventuum aliquorum Prioratus, Provinciæ quoque Præfecturam egregiè administravit. Vocatus ad arctiorem vivendi formam, per plures annos vocationem maturavit, ac denique renuntiato sui Conventus Prioratu, se ad Eremum Senarij Montis contulit ætatis suæ anno 62. die 4. Octobris 1719. ibique flexis genibus ante P. Rectorem illius loci habitum petijt Eremiticum, ut in eo peccatorum suorum [aiebat ipse] pœnitentiam agere sibi liceret. Voti compos factus, & murato nomi-
H ne Fr. Bernardi in illum P. Manetti Matiæ ab initio sui Novitiatus tanto fervore maioris perfectionis iter arripuit, ut non solùm Patribus, & Socijs suis admirationi foret, sed etiam ab ipsius Magistro quandoque cohibendus esset. Orationi præcipue addictus, extra horas communes in Cella consueto somno se privabat, ut diutius oraret, quod advertens P. Magister eidem præcepit, ut post matutinas horas ad quiescendum rediret, ne tanto rigori proveda illius ætas cederet cogeretur. Humilitati studens, nedum viliora Monasterij munia, nimirùm solùm verrendi, hauriendi aquam pro usu Fratrum, lucernas ad usum Chori præparandi, & similia læto vultu *P. Fantij gesta et obitus*

exci-

exercebat; sed etiam pluries ad pedes superioris in genua flexus: *Ab Pater* [ajebat] A *ego ad Eremum veni, ut meæ mentis superbiam humiliarem, ac deprimi obtinerem, & Charitas Patrum nimio me afficit honore. Rogo Pater, ut eminentiam cordis mei etiam adhibitis flagellis ad terram abjicere dignetur Rev. Vest.* Sæpe in Medio Refectorij, & coram Patribus apparebat genuflexus fune ad collum alligato, vel alijs instrumentis abiectionem signantibus, sæpiùs ad portam Refectorij prostratus pertranseuntibus Patribus, & Fratribus accusabat seipsum in multis, & veniam petebat, singulorum pedes exosculans. Et tamen nec ijs mortificationibus contentus duriora postulabat, & dicere solebat: *Ah! vereor ne me Deus in futuro sæculo castigationi reservare decreverit; in hac quippe vitâ nimis molliter tractat, & in hac Eremo, in quâ duram adinvenire pœnitentiam credideram, deliciarum Paradisum expertor.* His permoti Patres Eremi Novitiarum suum obtentis opportunis facultatibus ad sex tantùm menses redigi curarunt, post quos etiam ad vocem passivam habilitantes, illum directioni Novitiorum omnibus votis favorabilibus assignarunt, quod munus annos tres egregiè administravit ingenti cum profectu Novitiorum admiranda eisdem virtutum præbens exempla solitudinis, & Orationis amator perpetuus. Modestiâ fuit admirabili; numquam enim cum quopiam alloqui visus est, nisi vel clausis, vel ad terram defixis oculis. Observantiæ ac rigoris Eremitici, qui non parum gravis est, rigidissimus cultor, nullas epicheyas in se, vel consuetas aliquando eum alijs dispensationes, admittebat patiendi cupidus, nec umquam [dictu mirabile] in loco hyemis tempore gelidissimo ad ignem accedere visus fuit. Mortem propinquam prævidisse piè creditur, etenim cùm aliquos Census activos ex ejusdem persona exigeret Conventus noster Utinensis, quos ad Eremum pro illius substentatione quotannis remittebat, etiam ex hac cura expoliare se curavit, ut pauperior, & expeditior ad obitum se præpararet, quadam conventione reciprocè inita; postquam ferè incontinenti febri correptus est. At verò Imperterrita constantiâ quamvis viribus fractus, neque sic lecto decubuit, sed singulis diebus per totam hebdomadam ad Altare celebravit usque ad diem 19. Januarij, in qua peracto Sacro de more, cum omninò viribus prostratus esset, decumbere coactus est. Insequenti die Sanctissimam Communionem per modum Viatici extrema devotione, & humilitèr ab omnibus petitâ veniâ, suscepit erectus super lectum, & adeò teneros exprimens affectus, ut in lacrymas omnes diffluerent. Denique recepta extrema Unctione, et gratias quamplurimas Deo agens, qui tam misericorditer illum, in Eremo titulis omnibus, & vanissimis prælationibus expoliatum mori concesserat, altissima cordis tranquillitate psalmum recitans *In te Domine speravi*, ad illa verba, *in manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis*, assistentibus omnibus Religiosis Eremitis placidissimè obijt die Dominica 23. Januarij præsentis anni, quo celebrabatur ab Ecclesia B. M. V. Sponsalitium.

Vita, & Mors Fr. Joannis Eremitæ oblati.

Hoc anno quoque veluti Martyrij lauream affecutus est in Eremo nostra Montis Urbani Fr. Joannes Eremita Oblatus. Is in Eremo Senarij Montis ad habitum receptus fuit ab aliàs laudato P. Francisco Maria Ghinetti Rectore die 11. Januarij anni 1677. cumque Patres agnovissent ipsius industriam, diligentiam in rebus agendis, & motum pietatem, illum destinaverunt ad exigendos Eremi introitus, ac providendas res necessarias B pro Eremitarum substentatione. Hoc officium charitatis in Hospitio Capnagij Sanctissimæ Annunciatæ de Florentia per annos fermè 18. tantâ exemplaritate vitæ peregit, ut omnes propemodum nedum Religiosos, sed & Cives Florentinos ædificaret, cujus rei testimonium ipsemet de visu reddere valeo, qui tunc temporis in Habitu Eremitico ad ardua Eremi negocia Florentiæ ab Obedientia in eodem Hospitio detinebar. Admirabilis profectò semper ejus vitæ tenor invariabilis fuit. Ad horas matutinas singulis noctibus indispensabiliter assurgebat, atque ad Altare Sanctissimæ Annunciatæ incredibili devotione, pluribus Sacrificijs quinque, vel sex, quandoque septem inserviebat, illaque singula C pro diversis à se ipso designatis Benefactoribus offerebat; completis deinde proprijs Orationibus ad negocia Eremi vacabat; solitus dicere, tunc demum exitum eorumdem favorabiliorem experiri, cum pluribus inserviisset Divinis Sacrificijs. Facilè autem illi fuit assurgere festinanter singulis noctibus ad inserviendum Dominæ suæ; numquam enim vestimenta deponebat, vel in lecto decumbebat, sed supra capsam ligneam breve somnū capiebat. Jejunijs adeo addictus erat, ut quamvis aliter suaderet assidua ejusdem defatigatio in laboriosis obedientiæ negocijs suæ curæ commissis, attamen jejunia omnia, quæ à Constitutionibus Eremi quater in hebdomada præcipiuntur, exactissimè servabat, quin D etiam singulis ferijs sextis, quibus, ex vi Constitutionum earumdem, Eremitæ pane tantum, ac frigidâ pro cibo & potu utuntur, ipse severiori disciplinâ nihil omninò vel cibi, vel potus illa die sumebat; quod et in omnibus vigilijs festorum B.M.V. observabat, itaut si fortè dies ille vigiliæ, vel præcessisset, vel sequeretur feriam sextam admirabili potiùs, quàm imitabili exemplo per biduum integrum nullo prorsus cibo corpus recreabat; animam verò sæpe iterato Pane Angelorum ter saltem, aliquoties quater per hebdomadam reficiebat. Ac sicuti laboris, & jejunij patientissimus, ita & injuriarum constantissimus erat dissimulator. Ad Eremum Urba-

Urbani Montis vulgò dictam *di Cibona* ex obedientia missus est anno 1688. ibi cujusdam parvi Oratorij dicti *la Madonna delle Grazie* custodiam suscepit. Locus est non longè distans ab Eremo, positus supra montem, ex quo alumina fodiuntur, quò loci prædivitem Præfectum *della Torre*, cæterosque Officiales, ac ministros humilitate, charitate, ac morum pietate adeò in sui benevolentiam devinxit, ut non multò post in unum collatis eleemosynis Oratoriolum illud in Ecclesiam satis ornatam, ut in præsenti visitur, redigere potuerit. Ibi quoque austerissimam Vitam, & omnibus exemplarem per triginta, & amplius annos ducens in maximam sanctitatis existimationem devenit. At cum eximiæ suę devotioni, quam erga Divinissimum Sacrificium ab ineunte ætate nutrierat in corde suo, satisfacere pleniùs in dicta sua solitudine non posset, Ecclesiam commune adibat, ibique pluribus inserviendo missis pium desiderium suum complebat. Reliquum verò diei in sanctis exercitationibus, ac manuum labore solitarius insumebat, horas Canonicas quotidie recitando, & media nocte ad matutinum indispensabiliter surgendo, quem vitæ rigorem in jejunijs quoque servandis etiam octogenarius constanter retinuit. Erga Beatissimam Virginem apprimè devotus, non contentus, quòd eidem à fundamentis Ecclesiam ædificasset, ingenti tenebatur æstu pietatis, ut ad ejusdem honorem in pręfata nova Ecclesia quolibet die Sabbathi, ac singulis ejusdem Festis Missa celebraretur, & ante eius Imaginem perpetuò lampas arderet. Hinc omni solicitudine eleemosynas undique quæritans, non modicam summam collegerat ad tam pium opus fundandum necessariam; quæ res ejus morti causam dedit. Etenim cum impius quidam Vir hoc rescivisset, & collectam pecuniam apud Fr. Joannem Eremitam existere crederet [quod verum non erat, sed à benevolis personis detinebatur] eumdem in proprio Oratorio, & cubiculo adorsus est, & pluribus inflictis vulneribus mortuum dereliquit; at infœlix facinus quidem admisit, sed pecuniam non reportavit, quam repetire non potuit. At incolæ loci cum assueta Campanæ signa minimè audirent, ad Oratorium properantes illum jam mortuum, vulneribusque confossum lacrymantes, ac pro amore, quo illum prosequebantur, maximoperè dolentes repererunt; Id affirmantibus omnibus illum pro Cultu Virginis obijsse, cui per quinquaginta, fermè annos fidelem præstiterat servitutem. Accidit ejus Mors die 19. Januarij anno 1723. ab Incarnatione, in quo cummodo scripturæ describitur, quamvis reverà pertineat ad annum 1724. à Circumcisione Domini.

Romæ hoc anno facta fuit translatio Depositi unà cum ossibus in eo existentibus Ven. P. Angeli Mariæ Monturfi è Capella posita in Ecclesia nostra S. Marcelli propè Sacristiam sub tit. S. Antonij de Padua in Choro ejusdem Ecclesiæ ad latus Evangelij. Quæ translatio accidit ex eo, quòd Patres Discreti Conventus illius eamdem Cappellam olim ad nobilem familiam Ursinorum de Toffia, modò extinctam spectantem, Emin. Cardin. Paulutio ornandam concesserint in honorem B. Peregrini, & hujusmodi concessionis confirmationem à S. Episc., & Regul. Congregatione per Decretum diei 11. Martij 1723. obtinuerint. Quare die 5. Maij ejusdem anni ad explendam hujusmodi translationem ad Ecclesiam nostram DD. Marcus Antonius Boideßus Sacrarum Reliquiarum Custos, & Canonicus S. Mariæ Transtyberim, necnon Cajetanus Jo. Promotor Fiscalis Eminentissimi Urbis Vicarij, & S. Congr. Visitationis Apostolicæ unà cum Claudio Rota Notario, & testibus adhibitis se contulerunt, ibique effossa humo reperta sunt ossa Servi Dei cum parte cinguli, & quadam lamina plumbea, in qua legebantur hęc verba *Roma translatio Depositi P. Angeli M. Monturfi.*

Ossa P. Angeli Mariæ
Mont. Floren. Ord. Serv. Hic
Posita Ann. D. MDCXX. die VIIII. Martij
A F. Greg. Alasia ejus Discipulo.

Præfata Ossa cum Inscriptione reposita fuere in capsula cypressina recepta in capsa plumbea, super qua adest inscriptio,, *Hic jacent Ossa R. P. Angeli Mariæ Montorsi Ordin. Servor. B-M.V. quæ reposita fuerunt An. 1723. die V. Maij:* Dicta verò capsa plumbea munita fuit cum stanno, & sigillis quatuor, cum Stegmate Eminentissimi Paulutij Urbis, & D. N. Innocentij Papæ XIII. Vicarij, confecto etiam super his omnibus publico Instrumento manu præfati Notarij ad æternam rei memoriam.

Insignitus etiam fuit hoc anno per Sanctam Sedem Ordo noster ex infrascriptis Decretis.

FLORENTINA

Beatificationis, & Canonizationis sex ex septem Fundatoribus Ord. Serv. B.M.V. nempe Bonfilij Monaldi, Bonajunctæ Manetti, Manecti de Antella, Amidei Amadei, Uguccionis Uguccioni, & Sostenei Sostegni Beatorum nuncupatorum.

SAc. Rituum Congregatio, *instante P. M. Sebastiano Tognini Ord. Servor. B M.V. Postulatore Causæ Beatificationis, & Canonizationis supradictorum Servorum Dei, censuit, Processus, auctoritate ordinaria super Cultu ab immemorabili tempore, præfatis Servis Dei præstito, sive casu excepto in Decretis Sanctiss. Inquisitionis jussu S. M. Urbani PP. VIII. super non Cultu editis, in Civitate Florentiæ constructos, & in Actis Sac. Rituum Congregationis clausos, ac sigillatos nuper exhibitos Serv. Serv. Aperiri posse, si Sanctiss. Domino Nostro visum fuerit. Die 23. Januarij 1723.* *Decr. de aperitione processuum in causa B.B. N. O. Fundatorũ.*

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctiss. Dom. Nostro Relatione, Sanctitas

ctitas Sua benignè Annuit. Die 27. ejusdem Mensis, & Anni 1723.

Fabritius Card. Paulutius Præfectus.

N. M. Tedeschi Archiep. Apamen.

S. R. C. Secret.

FLORENTINA

Alind Decretũ in eadem Causa.

Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei sex ex septem Fundatoribus Ord. Serv. B.M.V. nempe Bonfilij Monaldi, Bonajunctæ Manetti, Manecti de Antella, Amidei Amadei, Uguccionis Uguccioni, & Sostenei Sostegni, Beatorum nuncupatorum.

AD humillimas preces Postulatorum Causæ Beatificationis, & Canonizationis supradictorum Servorum Dei Sanctissimus D. N. Innocentius PP. XIII. ad effectum referendi pro introductione Causæ, & signatura Commissionis contenta in Processibus, auctoritate ordinaria in Civitate Florentiæ constructis super Cultu ab immemorabili tempore eisdem Servis Dei exhibito, & casu d Decretis Sanctiss. Inquisitionis jussu S. M. Urbani PP. VIII. editis excepto, eum omnibus, & singulis facultatibus necessarijs & opportunis, Eminentissimum, & Reverendiss. D. Cardinalem Zondadarium in Relatorem, seu Ponentem benignè nominavit, ac deputavit. Die 27. Januarij 1723.

F. Card. Paulutius Præf.

N. M. Tedeschi Archiep. Apam.

S. R. C. Secret.

Hoc eodem anno sub die 11. Martij ad preces P. nostri Generalis Sac. Congr. Episc. & Reg. referente Eminentiss. Salerno concessit eidem Generali, & successoribus facultatem præmiandi illos, qui per decennium laudabiliter exercuerint munus Magistri Novitiorum, hoc modo videlicet: Si fuerint Magistri in S. Theologia, vel Regentes, Prædicatores, seu Lectores, peracto munere prædicto per decennium, ut supra, possit P. Generalis pro tempore existens illos decorare titulo & charactere Ex Provincialium, computando savore ipsorum annos, in quibus legerint, vel prædicaverint cum annis dicti muneris Præfecturæ Novitiatus. Si verò non fuerint Magistri in S. Theol. & per decennium laudabiliter d. munus Magistri Novitiorum exercuerint, habeant vocem in Capitulis Provincialibus, & denominentur *Reverendi*.

ANNOTATIONES IN CAP. XV.

EX *Archivis Romano, & particularium Conventuum erutæ sunt singula, quæ in hoc Cap. describuntur.*

A *Innocentius XIII. moritur. Succedit Benedictus XIII. Indulgentiæ nostris Coronis concessæ. Drepani in Sicilia fervet devotio 7. Dolorum B.M.V. Approbatio Miraculorum B. Peregrini per S. Sedem. Mira B. Thomæ. Moritur P. M. Giunta. P. M. Pieri Examinator Episcoporum Romæ constituitur.*

CAP. XVI.

Innocẽtius XIII. moritur

DOloris insimul & lætitiæ præsens annus nedum toti Orbi Christiano, sed & universo nostro Ordini singularia motiva præbet. In hoc etenim Gloriosus Pontifex Summus Innocentius XIII. postquam Ecclesiam Dei duos annos, & menses decem Sanctissimè non minus, quàm prudenter gubernasset, oppressus à molestissima pectoris infirmitate, quam admirabili patientia sustinuit, in anno 68. & mensibus decẽ ætatis suæ placidissimè Deo animam reddidit hora 23. cum dimidia diei 7. Martij præsentis anni 1724. Vir profectò fuit præcipuæ æquanimitatis, & prudentiæ, quam in pluribus Legationibus apud Helvetios, apud Lusitaniæ Regem, & alibi demonstraverat; egregiè quoque administratâ Cathedra Episcopali Viterbiensi. Suprema Verò Dignitas Pontificalis fermè Gentilitia sua esse in antiquissima non minùs quàm nobilissima De Comitibus Domo videtur, quæ numero decem electos Pontifices ex Arbore sua designat; nimirum Sergium III. Joannem XI. ac XII. Benedictum VIII. Joannem XVIII. Benedictum IX. Innocentium III. Gregorium IX., Alexandrum IV., & Innocentium XIII. glor. mem. Nostræ Religioni non parùm benevolentiâ addictus fuit, quippe qui non solùm è nostris P. M. Gerardum Capassi Florentinum sibi Theologum, dum esset in Purpuratorum Collegio, adscivit, quo etiam Pontifex Maximus electus in privatis consilijs usus est, & Ex Generalis titulo omnibus privilegijs eumdem decoravit; sed et quamplura Indulta eidem nostro Ordini concessit, unde in singulis Ecclesijs nostris eidem Summo Pontifici solemniter parentatum fuit.

Creatur Romę Pontif. Benedictus XIII.

Completis autem Romæ Novendialibus Exequijs, Eminentiss. Cardinales die 20. Martij Conclave concorditer petierunt, ibique quamplurimis præmissis præparationibus, ac scrutinijs, post quam D. Petri Cathedra per duos menses, ac dies 22. vacasset, tandem aliquando die 29. Maij præsentis anni 1724. concordi suffragiorum omnium consensu apertissimo Divini Numinis afflatu successor Pontifex electus est Card. Fr. Vincentius Maria Ursini Romanus Ordinis Prædicatorum, nuncupatus Benedictus XIII. Incredibile est quantum ipsemet electioni jam factæ restiterit adhibitis precibus, clamoribus, & lacrymis; ne se omninò indignissimum [uti præ insigni sua humilitate dicebat] ad Altissimum

adeo

adeo fastigium exaltarent, ita ut omnes etiã circumstantes ad lacrymas provocarentur, sed incassum, cum omnes omninò constantes in ejusdem electione permanerent. Vir erat Ursinus ex antiquissima, nobilissimaque Principum Ursinorum Familia toto Orbi Christiano notissima natus, qui quamvis esset Primogenitus Filius Ferdinandi Ursini Ducis Gravinæ, & Joannæ Frangipani è Tulpha Romæ procreatus die 2. Februarij 1649. ad Sacrum Fontem vocatus Petrus Franciscus, cùm esset ætatis annorum 18. prætextu visendi Italiam, Venetijs Habitum Regularem in Ordine Prædicatorum, etiam invitis Parentibus, assumpsit, quippe qui eo amoto absque descendentia remanebant. Quare habito ad Summum Pontificem Clementem IX. recursu, illum Romam revocarunt, ut evidentiùs ejus voluntas exploraretur. At verò cum magis, magisque constans in vocatione permaneret, eum Summus Pontifex à molestia suorum exemit, eidemque tempus Novitiatus ad sex menses tantùm reduxit. Emissa solemni professione ad studia Neapolim missus est, ibique peractis studijs, ac nobilibus perspicacis intellectus sui publicè factis experimentis, Neapoli, Bononiæ, ac Venetijs; lector Brixiæ creatus est, quò loci ex motu proprio Summi Pontificis Clementis X. S. R.E. Cardinalis renuntiatus est; quam Eminentissimam Dignitatem ne acceptaret, quantum potuit restitit; sed Obedientiæ impulsu ad illam coactus, mox ab eodem Pontifice Præfectus Congregationi Concilii, nec multò post Manfredoniæ Archiepiscopus renunciatus est. Anno postea 1680. ab Innocentio XI. Cæsenæ Episcopus factus, amoris sui erga nostrum Ordinem jam tunc argumenta dedit, cum ab illa Metropolitana Chori sedilibus antiquis valde honorificis amotis, Ipsamet, Conventui nostro, qui illis egebat, liberè donavit. Inde ad Archiepiscopatum Beneventanum translatus, indicibile prorsus est, quanta fecerit, quanta scripserit, quanta docuerit per annos 44. circiter, quibus Ecclesiam illam sanctissimè administravit. In terribili illius ferè totius Beneventi ruina ex vi terræmotus anni 1688. in qua et ipse sepultus, ac ferè mortuus remansit, à S. Philippo Nerio Advocato suo, non sine miraculo, ad totius Orbis Christiani columen à morte præservatus, etiam Ecclesia, & Monasterium nostrum extra Beneventi muros propè posita diruta sunt. At ipse paternum in nos amorem minimè oblitus, locum habitationis, & Ecclesiam S. Jacobi intra mœnia Civitatis nobis attribuit; & profectò perpetuam ibi mansionem etiam donasset, nisi ad antiquum domicilium insequentibus annis remeare nobis placuisset, quod utique consilium an rectius fuerit, maximè dubito ex his, quæ postea evenerunt. At ipse D. Cardinalis, se ipso semper in dies major, ingentes expensas in reædificando Conventu, & Ecclesia nostra munificè contulit;

Beneficia à Card. Ursino nobis collata.

E nec solùm hanc, sed & omnes fermè Urbis illius Ecclesias à terræmotu dirutas expensis proprijs reaptavit, unà cum Archiepiscopali Palatio, quod pariter dirutum fuerat. Magis verò disciplinæ Ecclesiasticæ Restitutor fuit zelantissimus, annis fermè singulis egregias Synodos sanctissimis editis legibus celebrando, aliaque utilissima Opera publicando, quę omnia à P. Jacobo Ecardo edita sunt in Tomo II. Scriptorum Ordinis Prædicatorum Parisijs edito anno 1721.

F Hanc electionem ut audivit Orbis Christianus mirum in modum gavisus est, quippe qui pietatis ejusdem, magnificentiæ, ac doctrinæ clarissima viderat jampridem argumenta, ejusque ad Pontificatus apicem evectionis vaticinia prænoverat. Ordo verò noster summoperè præceteris est lætatus, quippe qui sub tanto Pontifice omnia sibi decora, utilia que sperat in sui augmentum, & decus.

Neque nos fefellit opinio, & spes. Non enim multò post ad augendam erga Beatissimam Virginem in Fidelibus populis devotionem, idem Pontifex Benedictus XIII. omnibus ubiquè locorum, qui ad sonitum Campanæ manè, aut meridie, aut vespere devotè, ac contritè flexis genibus recitaverint Versiculos *Angelus Domini &c. Ecce Ancilla Domini &c. Et Verbum Caro &c.* cum tribus *Ave Maria* totiès centum dies Indulgentiarum, & insuper una vice ad arbitrium cujuslibet in quolibet mense confessis, & Sac. Communione refectis Indulgentiam plenariam con- G cessit, ut ex suo Brevi die 14. Septembris hujus anni 1724 Romæ expedito, quòd Servos Deiparæ ejus honori procurando addictos multum exhilarare debet.

Indulg. recitantibus Ave Maria mane, meridie, & vespere concessa.

Sed multò uberioris lætitiæ pondus attulit Ordini nostro Pontifex idem aliquibus post transactis diebus, cùm die 26. ejusdem Septembris præsentis anni 1724. aliud Breve Romæ expedivit, quo Coronæ nostræ Septem Dolorum B. M. V. easque recitantibus Indulgentias plurimas concessit, ut ex ejusdem Brevis expressis verbis apparet tenoris.

Coronis nostris elargitur Pontifex Indulg.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

H *Redemptoris Domini Nostri Jesu Christi vices, licèt immeriti, gerentes in Terris, spiritualium munerum Thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, libenter, erogamus; sicut ad fovendam, & incitandam Fidelium devotionem salubriter expedire, in Domino arbitramur; Cùm itaque, sicut dilecti Filij moderni Prior Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virg. Nobis nuper exponi fecerunt, in dicto Ordine juxtà illius Institutum, & laudabilem, ac antiquissimam consuetudinem in recordationem Septem principalium Dolorum, quos Beatissima Virgo Maria Patrona, & Advocata*

nostra

nostra in Unigeniti sui Filij orta, & obitu passa fuit, Corona eorumdem Septem praecipuorum dolorum è septem septennarijs Angelicarum salutationum, septemque Dominicis Orationibus, und cum tribus aliis Ave Maria, in honorem lacrymarum ejusdem Beatæ Mariæ Virginis composita, recitari consueverit, eâque occasione præfati etiam dolores explicentur, & meditentur; nos ad augendam Christifidelium devotionem, & Animarum salutem Cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus eorumdem Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis, Nobis, super hoc, humiliter porrectis benignè inclinati: omnibus, & singulis, utriusque sexus Christifidelibus, qui verè Pænitentes, & Confessi, seù firmum confitendi propositum habentes, in singulis ferijs sextis cujuslibet Hebdomadæ, Quadragesima, & Festivitate septem Dolorum ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, ejusque tota octava, necnon in Ecclesijs Ordinis prædicti, Coronam septem Dolorum hujusmodi devotè recitaverint, ducentos dies pro qualibet oratione Dominica, & totidem pro quavis Salutatione Angelica; in reliquis verò totius Anni diebus centum dies; iis autem qui per se ipsos, aut cum Socio, vel Familiari, ejusmodi Coronam integrè itidem recitaverint, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seù aliàs quomodolibet debitis pænitentijs, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præterea prædictis Christifidelibus, qui quotidiè per integrum annum memoratam Coronam pariter recitaverint, & subinde verè Pænitentes, & Confessi, ac Sacra Communione refecti pro Christianorum Principum Concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam semel in Anno, die, per unumquemque ex eis eligenda, lucrifaciendam, omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem, quam etiam Animabus Christifidelium, quæ Deo, in charitate coniunctæ, ab hac luce migraverint, per modum suffragij applicare possint, misericorditer, in Domino, concedimus, & elargimur. Præsentibus, perpetuis futuris temporibus, valituris: volumus autem, quòd Superiores Conventuum, seù Religiosi prædicti Ordinis, qui ab illis, ad id specialiter deputati fuerint, Coronas hujusmodi benedicendi facultatem habeant; & ut supradictæ Coronę nemini possint vendi, nec commodari; & si secus fiat, Indulgentiæ supradictæ cessent, nulliusque sint roboris, vel momenti; sed circa eas decretum à fel. rec. Alexandro PP. VII. Prædecessore nostro die VI. Februarij MDCLVII. editum omnino servetur. Utque earumdem Præsentium Litterarum transumptis, seù Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarij Publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis Præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVI. Septembris 1724. A *Pontificatus nostri Anno primo.*

F. Card. Oliverius.

Ita est pro D. Francisco Maria Lorenzinio Cur. Cap. Notar.

Angelus Pichius Aud. Deput. in Fid.

✠ *Loco Sigilli*

Etiam in Regno Siciliȩ maximè in Insigni Civitate Drepani mirum in modum augetur hoc anno devotio erga Beatissimam Patronam nostram Virginem Dolorosam; Cùm etenim paucis retrò elapsis annis, assentiente, & facultatem in scriptis dante P. nostro Generali erecta fuisset eò loci Societas septem Dolorum, & in eâdem aggregata, & descripta fuerint plura millia Confratrum, plurimique ex Nobilioribus; etiam publicum illius Civitatis Gubernium eamdem Dolorosam Dominam in Patronam, & Protectricem Urbis adscivit, & in ejus solemnitate quotandis exultat Civitas, quæ tributum Devotionis ad ejus Ecclesiam ex integro à fundamentis erectam offerendo, processionem ejusdem Imaginis per celebriora loca Civitatis circumducit, tantâ pompâ luminum, apparatuum, & concentuum Musicorum, ut appareat profectò nihil magis illis Civibus cordi esse, quàm ut se totos eidem Virgini Dolorosæ mancipatos devotione esse testentur? Quamobrem hoc eodem anno Cives ijdem Trapanenses Emin. Protectori, ac Ordinis nostri Generali P. M. Sosteneo Mariæ Cavallì enixas porrigunt preces, ut in d. Civitate Fratres Servorum B. M. V. mittere dignentur, Ecclesiam, Habitationem, & annuos redditus offerentes, cum in illa Regali feracissimaque Insula nullum usque adhuc, nescio an incuriâ nostrâ, vel temporum calamitate pedem fixerit, quàvis, ut audio Messanæ, & alibi celeberrima sit populorum devotio erga Sanctissimam Dolorum Matrem Dominam nostram.

Devotio 7. Dol. augetur in Sicilia.

Eminentis. Cardinalis Joseph Gozzadini Imolæ Episcopus è Conclavi rediens Ecclesiã nostram Sanctissimæ Anounciatæ de Florentia visitavit, ibique ad Aram septem BB. Fundatorum novissimè ornatam Missam celebravit.

Eminen. Gozzadinus Eccl; & BB. Fundatores nostros invisit.

Incalescente in dies itidem Causa Canonizationis B. Peregrini, & intimata per Sac. Rituum Congregationem novissimâ sessione ad obtinendum finale decretum, iterum jussu P. Generalis in toto Ordine supplicationes triduanæ indictæ, ac celebratæ fuerunt.

Eodem jussu P. nostri Generalis, electus in Protectorem nostrorum studiorum B. Alexius Falconieri unus ex septem BB. Fundatoribus, ea eo quia is fuit, qui magnâ curâ, & expensis adiuvit mirificè studia, locumque pro scientijs apprehendendis Parisijs obtinuit.

B. Alexius Protect. Studiorum.

Die verò 28. Mensis Novembris hujus anni prodijt demum expectatissima toti Ordini nostro, imò universis Christifidelibus lætissima decisio S. R. Congregationis approbantis tria, ex pluribus, miracula patrata per B. nostrum Peregrinum, approbata, firmataque à Summo Pon-

Pontifice die 4. subsequentis Mensis Decembris per infrascriptum Decretum.

FOROLIVIENSIS

Canonizationis B. Peregrini Latiosi Ordin. Serv. B.M.V.

Approbatio per S.Sedem miraculorum B. Peregr.

PRoposita per Reverendiss. D. Card. Barberinum Ponentem in Congregatione Generali Sacrorum Rituum coram Sanctiss. Dom. Nostro Benedicto XIII. die 28. Novembris 1724. Causa Canonizationis B. Peregr. Latiosi Ord. Serv. B.M.V. super Dubio, An, & de quibus Miraculis constet post indultam à S. Sede Apostolica eidem Beato Venerationem in casu, & ad effectum de quo agitur; audítisque tùm Consultorum, tùm Reverendiss. Cardinalium suffragijs, Sanctitas Sua ea die resolutionem distulit, ut priùs de more in tam gravi deliberatione Cœlestis luminis opem imploraret. His verò peractis idem Sanctissimus Dominus noster accitis coram se infrascripta die R.P.D. Prospero de Lambertinis Archiepiscopo Theodosiæ fidei Promotore, & me infrascripto ejusdem Congregationis Secretario, ex septem propositis Miraculis tria in tertio genere approbavit, videlicet. Primum instantaneæ sanationis Alexandri Boccadori pueri à paralysi: Secundum instantaneæ sanationis Francisci Armigioni Sacerdotis ab ulcere gangrænoso: Et tertium instantaneæ sanationis Sororis Mariæ Gertrudis Valentinæ Monialis in Monasterio S. Cæciliæ Civitatis Typherni ab ulcere pariter gangrænoso. Et ita &c. die 4. Decembris 1724.

F. Card. Paulutius Præf.

Locus ✠ Sigilli

N. M. Tedeschi Arch. Apam. S. R. C. Secret.

Attento tam favorabili Decreto totus Ordo noster in gratiarum actione fuit. Ubique per omnes Ecclesias nostras, concinentibus Organis, hymnus *Te Deum &c.* cum ingenti solemnitate luminum, apparatuum, & innumeri populi concursu decantatus est. Et profectò Sanctissimi Dom. Nostri pietas in hoc mirabiliter enituit erga Ordinem nostrum, quippe qui simul ac ad Pontificatus apicem evectus est, curam hanc tanta benignitate in se admisit.

Tipherni Civitas tota in signis lætitiæ pro B. Peregr.

Majora tamen præ cæteris lætitiæ præcipua dedit argumenta Tipherni Civitas addictissima B. Peregrino: Simul ac etenim ad Conventum nostrum ibidem pervenit fœlix nuncius, approbata fuisse tria ex multis miraculis, à Deo per invocationem B. Peregrini Civibus illis concessa, dato signo lætitiæ cum sonitu Campanarum, quamvis esset hora noctis circiter tertia die 9. Decembris, tota subitò Civitas commota est, ac gestiens continere se non valuit, quin ignibus, boatibus, cæterisque lætitiæ signis, amorem, devotionem, ac desiderium suum pro augmento Gloriæ ipsius Beati publicè patefaceret. Adveniente autem die 10. ejusdem mensis exquisito musicorum concentu, omnium Civitatis Campanarum sonitu resonante, Missa pro Gratiarum actione decantata est. Circa verò 22. horam ejusdem diei Vexillifer Civitatis D. Horatius Marchesani unà cum DD. Prioribus accessit magno comitatu ad Conventum prædictum, ibique PP. nostris obviam procedentibus nomine totius Civitatis congratulationis magnifica verba expressit; inde Patribus ijsdem illum associantibus ad Ecclesiam omnes perrexerunt, & ad Aram Beati supplices, & lætabundi orarunt, interim perstrepentibus tubis, & toto populo insimul exultante præ gaudio.

Imagines BB. Fundatorum in Eccl. S. Angeli in Vade, & Conv. adauctus.

In Conventu quoque nostro S. Angeli in Vado ad honorem BB. nostri Ordinis Fundatorum egregij Pictoris tabula efformata in illa Ecclesia collocata fuit ad publicam venerationem opera, & industria amantissimi nostri P. Anastasij Bernardini Galli S. Officij Inquisitionis Consultoris, qui totam illam Ecclesiam mirificè ornavit, additis S. Imaginibus S. P. N. Philippi, & B. Peregrini ad eorum Aras; sedilibus Chori perbellè fabrefactis, & Arâ Principe magnificentiùs decoratâ. Quin etiam ante fores Ecclesiæ Plateam dilatavit, ornavit, & pro habitatione Fratrum novas Cellas extruxit; adeò ut insignis ejusdem Conventus Benefactor nuncupari meritò valeat.

Prodigia B. Thomæ in Urbeveteri.

Sed et in Civitate Urbeveteri B. Thomas ejusdem Civitatis glorificatus est ex duobus portentosis eventibus, occasione ornandi thecas ejusdem Sacrarum Reliquiarum, in Ecclesia nostra existentium. Quæ acciderunt tali modo. Observaverat P. M. Callistus Maria Lazzarini Exprovincialis, olim amantissimus, & fidissimus Socius meus in Officio Secretariatus Ordinis, qui sui Conventus maximè decori, & utilitati invigilat, quòd duo pulvinaria, in quibus Beati prædicti Sacræ Reliquiæ asservantur, & quæ super capita fidelium magno numero die 3. Paschatis ad nostram Ecclesiam affluentium imponuntur esse adeò obsoleta, & antiquitate temporis maculis obnoxia, ut devotioni non parùm detraherent. Quare inito cum peritis consilio, illa in omni meliori forma restaurare decrevit, ac Sororem quamdam in texendo serico benè versatam, nomine Reginaldam Cœlestem, in Monasterio S. Ludovici ejusdem Civitatis convenit, pepigitque cum illa, ut Holosericum ad prædicta duo pulvinaria conficienda sufficiens exquisita arte fabricaret; eique materiam sericam, aurumque textile providit. At verò cum ferveret opus advertit Reginalda deesse plusquam unciam auri textilis, quare illud requisivit à quodam Mercatore ejusdem Civitatis nomine Petro Pila, qui rotulum auri majoris ponderis ad ipsam Sororem transmisit; & illa unicam unciam cum altera dimidia ex eo in dicto Holoserico adhibuit; Opere autem omninò completo rotulum cum reliquo auro ad Mercatorem remisit, qui facta ponderis jam signati rescontratione, reperit non sine magna admiratio-

ratione, nihil prorsus auri deesse, quare nec aliquod pretium acceptavit, asserens ex meritis B. Thomæ proculdubio aurum illud multiplicatum fuisse. Cujus prodigiosæ rei ne periret memoria, curavit idem P. M. Lazzarini, ut Judicis authoritate desumeretur in scriptis attestatio infrascripta, quæ ad Judicis competentis interrogationem emanavit.

Possum dicere Dominationi vestræ pro veritate requisitus, qualiter de mense Martio proximè præterito consignavi Sorori Reginaldæ Cœlesti Moniali in Monasterio S. Ludovici hujus Civitatis Urbis veteris rotulum auri textilis ad ornandas Reliquias, vel, ut dicunt, pulvinaria B. Thomæ Urbevetani Ordinis Servorum B. M. V. qui rotulus erat ponderis unciarum quinque ita à me ipso numero signatus, & ad librum meum descriptus. Monialis eadem, postquam aurum ad texturam necessarium adhibuerit, ipsum rotulum mihi remisit eodem numero signatum, quem cum omni diligentia appendissem, illum reperi non solùm in pondere non decrevisse, sed insuper octavam unciæ partem accrevisse, quare nullum pretium recipere volui. Et omne id mediante juramento depono coram Deo, eò quia totum hoc negocium ipsemet proprijs manibus egerim, & mercatoris exercitium in vendendo, ac emendo auro textili quotidie ago, neque in hoc errare consuevi &c. Qui testis in fidem hîc se subscripsit.

Ego Petrus Pila affirmo prout supra m. p.

Hìc autem non stetit mira Dei dignatio ad propalandam B. Thomæ Gloriam; etenim cùm de mense Augusto anni 1723. approximante Festo S. Ludovici Episcopi Tolosani titularis Ecclesiæ prædicti Monasterij, eadem Soror, quæ sericum texebat insimul cum alijs Monialibus ad pulsandas pro festivitate Campanas in arce sacra detineretur; en tibi subitò pluvia grandis cum impetu ventorum è Cœlo cecidit; At Soror Reginalda audijt interno impulsu „ *Festina ò Reginalda, quia opus tuum Holosericum madefit*: Cucurrit itaque ad cellam, & cum de nocte esset, manibus telam auream tentans, omninò madefactam ab imbre persensit, quare tacta cordis dolore alta voce auxilium expostulavit; ad cujus voces accurrit proximior Monialis Maria Olimpia Lazzarini neptis præfati P. M. Lazzarini, lumenque afferens ambo cum maximo mœrore telam ex aqua è tecto manante sordidatam aspexerunt, adeò ut cum notabilibus maculis remanserit usque ad tempus, quo ex eâdem tela Holoserica pulvinaria confecta sunt, & in his repositæ Sacræ Reliquiæ fuerunt; tunc etenim maculæ omnes disparuerunt, prout in præsenti quoque ab omnibus conspici potest. Cujus rei pariter, ut memoria semper ad honorem Beati permanere posset, in scriptis attestationes infrascriptæ ritè recognitæ fuere. Prima est Sororis Reginaldæ Cœlestis, quæ equitur ad interrogationem Judicis competentis.

Dico, ac pro veritate depono coram Dominatione Vestra, qualiter de mense Martio proxi- A *mè præterito mihi allatus fuit à Petro Pila publico Mercatore hujus Civitatis Urbisveteris rotulus auri textilis ponderis unciarum quinque cum dimidia circiter, ut ornarem Reliquias seu texerem Holosericum, ex quo conficienda essent pulvinaria pro Reliquiis B. Thomæ Urbevetani Ord. Servor. B.M.V. & ex illo rotulo, & non aliunde accepi & intexui unciam unam auri cum dimidia circiter, & quia videbatur mihi expensam crescere supra id quod credideram, in simplicitate mea ipsimet Beato Thomæ pluries dicebam*; O Sancte nimium aurum occupas: *Absoluto opere rotulum cum reliquo auro eidem Mercatori remisi eodem numero signatum, qui cum ejusdem pondus rescontrasset reiteratâ diligentiâ, mihi asseruit pondus pri-* B *mum non solùm non decrevisse, quin insuper accrevisse octavam unciæ partem, unde nec volebat, nec justè poterat ullum pretium recipere.*

Eodem modo testificor coram Dominatione Vestra, qualiter dum sericum rubeum texerem auro ornandum ad præfatum effectum conficiendi pulvinaria B. Thomæ superiùs dicti, cùm paulò ante festum S. Ludovici anno elapso 1723. de serò adessem in Arce sacra nostræ Ecclesiæ ad pulsandas de more Campanas, imber nimius è Cœlo cecidit, quo tempore audivi vocem interloquentem, Curre Soror Reginalda, quia tela tua madefit. *Obediens ad Cellam cucurri, sonitum Campanarum deserens, ibique in obscuro telam manibus tentavi, eamque ex aqua turbida, quæ à tecto ceciderat, madefactum persen-* C *si, quare impetu doloris*, Ah me miseram! *exclamavi. Querelas meas fortè audijt, quæ de proximo erat, Soror Maria Olimpia Lazzarini, & festina cum lumine accurrens, ambo dolentes aspeximus telam enormiter in parte commaculatam, & cum ijsdem maculis usque ad tempus, quo in usum deducta est tela permansit, uti eadem Soror Maria Olimpia testari potest. Quando postea absolutâ telâ pulvinaria proprijs manibus confeci, partem ejusdem telæ sericæ maculis prædictis obnoxiam subtus collocans, ex improviso maculæ omnes disparuerunt, aliquibus minimis earum vestigijs remanentibus, quasi indicia miraculi. Totum hoc asserere possum cum juramento ante Deum, ex eo, quia manibus meis omnia supradicta peregi, & quia in* D *opere textili aureo benè versata sum, cùm sit hoc proprium meum exercitium ab ineunte mea ætate.*

Ego Soror Reginalda Cœlestis Carcari attestor ut supra manu propria.

Sequitur attestatio Sororis Mariæ Olimpiæ Lazzarini Monialis in Monasterio S. Ludovici Urbeveteri.

Attestari possum pro veritate coram Dom. Vestra qualiter Soror Reginalda Cœlestis Monialis professa in hoc Monasterio S. Ludovici cùm fabricaret Holosericum rubei coloris, ut illud auro intexeret, ad componenda pulvinaria pro Reliquiis B. Thomæ Urbevetani Ordinis Servorum B.M.V. quadam nocte paulò ante

festum S. Ludovici anno elapso 1723. magna imbrium copia è Cælo cadente penetravit cellam dictæ Sororis Mariæ Reginaldæ super telarium, & aqua turbida à solutte cellæ dimanans enormiter telam ipsam in parte maculis offendit, uti egomet oculis proprijs perspexi, cum ad clamorem ejusdem Sororis Mariæ Reginaldæ Cælestis accurrissem. Et præfatum boloser icum ita maculis obnoxium permansit usque ad tempus consummationis Operis; Quando autem ab eadem Sorore Reginalda Cælesti aptatum fuit in Pulvinaribus à parte inferiori, tunc ex improviso maculæ disparuerunt, & sola vestigia remanserunt, quasi indicia miraculi. Et hoc totum asserere possum cum juramento coram Deo, cùm omnia proprijs oculis inspexerim.

Ego Soror Maria Olimpia Lazzarini testor ut supra manu propria.

F Tres attestationes prædictæ Italico Sermone compositæ, præmissis congruis interrogationibus, ritè recognitæ fuerunt per manus D. Francisci Mariæ Gatti Not. publ. & actualis Cancellarij Generalis Episcopalis Curiæ Urbevetanæ die 11. Aprilis hujus anni 1724. ad perpetuam rei memoriam.

Non sine notabili Ordinis nostri jacturâ Venetijs obijt hoc anno dum actu, & à pluribus annis ex voluntate Magistratus illius Civitatis exerceret Officium Prioris in Convento nostro S. Jacobi de Judaica, P.M. Franciscus Maria Giunta Siculus de Messana. Is ab ineunte ætate studijs deditus, eloquentiæ arte summopere instructus, Religionem Cruciferorum primùm professus est; in qua altioribus scientijs operam dedit sub disciplina P. . . . . . . Salvetti Theologi celebertimi unà simul cum P. Pantaleone Dolera facundissimo Concionatore, ac per totam fermè Europam celeberrimo. At verò cùm ex actuosæ vitæ operibus illi Instituto proprijs, eloquentiæ exercitiis, uti vehementer optarat, attendere diutiùs non valeret, ad Ordinem Servorum B. M. V. pertransiit, in quo & Magister in S. Theologia creatus est, & Verbum Dei per Insigniores Urbes etiam extra Italiam facundissimè usque ad senectam dissemi navit innumero Auditorum, in specie doctiorum concursu, qui elegantiam Sermonis, eruditionem tùm sacram, tùm prophanam, soliditatemque rationum demirati semper fuerunt. Eloquentiæ præcepta juvenes nostros ex obedientiâ Superiorum docuit Bononiæ, & alibi, cum ingenti eorum fructu. Apud Principes Viros, & Magnates in magno pretio fuit, ab iisque favores plurimos, & dona reportavit, inter quos munificentiam suam præclariùs demonstrarunt Leopoldus I. Imperator, & Ferdinandus Magnus Etruriæ Princeps, qui præcipuâ & insuetâ in alijs familiaritate cum eo libentissimè conversabantur. Denique Septuagenarius obdormivit in Domino in suo Conventu S. Jacobi de Venetijs, cui actualiter præerat Prior.

Obitus, & laudes P. M. Giunta.

Romæ verò noster Ordo non parum decoratus est à Benedicto XIII. Summo Pontifice, E qui sub die 19. Julij Episcoporum Examinatorem P.M. Petrum Mariam Pieri Procuratorem Ordinis, & jam Exgeneralem benignè declaravit.

ANNOTATIONES IN CAP. XVI.

Plura ex prædictis ex Archivo nostro Romano, pleruque à monumentis particularium Conventuum deducta fuere.

Solemne Jubilæum Romæ. Beneficia in Ordinem nostrum per Summum Pontificem collata. B. Julianæ, & B. Peregrini Decreta super rubilita. Synodus Lateranensis Romæ celebratur, & in ea Theologi ex nostris. Confirmatur sententia Cultus immemorabilis BB. Fundatorum. Honorifica Florentiæ B. M. Virginis dolentis prodigia. Decretum pro BB. Fundatoribus.

CAP. XVII. Et Ultimum.

Prodit hic annus undique Sanctus, Orbi Catholico, & Ordini nostro jucundissimus, in quo præmissa de more per Sanctissimum Pontificem Benedictum XIII. (uti à quinque retrò lustris vaticinium præcesserat) intimatione persuasiva omnes Christifideles ad peregrinationem, ac visitationem Ecclesiarum Urbis pro lucrifaciendi. In-
G dulgentiarum innumerabilibus Thesauris in aperitione Portæ Sanctæ suis Apostolicis Literis invitavit. Propterea suspensæ remanserunt extra Romam Indulgentiæ omnes. Interim commota est devotio Fidelium ubique è Terris proprijs commigrantium, & S. Peregrinationem Urbem versus suscipientium; quotquot verò ultra numerum per Florentiam transierunt, vel turmatim, vel præeunte S. Vexillo processionaliter, Sanctuarium nostrum Sanctissimæ Annunciatæ visitarunt, in quo præcipuæ laicorum Confraternitates, etiam Musicis instrumentis, & psallentibus Organis receptæ solemniter fuerunt. Interim verò summoperè collaudanda venit Sanctissimi Pontificis pietas æmulata suorum è Domo
H Ursina, præcipuè Cardinalis Jo. Cajetani Ursini amorem erga nos, & benevolentiam. Etenim non obstante generali Indulgentiarum suspensione, Ordinem nostrum sic adamavit, ut Jubilæum Generale, quòd omnibus Christifidelibus ex indulto PP. Leonis X. concessum fuerat in solemnitate Nativitatis B.M.V. Ecclesiam nostram illa die Visitantibus, hoc anno minimè suspensum fore per suum Breve declaravit. Sed et insuper in omnibus Ordinis nostri Ecclesijs Aras B. Virgini Dolorosæ dedicatas, vel dedicandas munere quotidiano Altaris privilegiati perpetui decoravit, etiamsi in eâdem Ecclesia aliod Altare quotidie privilegiatum reperiatur, adeo

Romæ solemne Jubilæum.

Beneficia in nos Benedicti XIII.

adeò ut in Ecclesia nostra de Florentia tria usque modò Altaria Privilegiata quotidiana reperiantur.

Addidit & aliud suę erga nos beneficentiæ pignus idem Summus Pontifex. Nam cùm hoc eodem Anno Decanatus Dignitate in publica Universitate Florentina Theologorum præclarè fungeretur alias laudatus noster P. Theologus Julius Antonius Maria Roboredo Lusitani Regis Minister attentissimus, ad ejusdem preces insusitatum honoris decus toti Universitati concessit, ut Galero, seu Protonotariatus Insigni Pileo in publicis functionibus Collegialibus uti possent Doctores in eadem universitate descripti; quin etiam eisdē in Gratiarum actionem pro tanto beneficio Ecclesiam S. Mariæ Novellæ Ordinis Prædicatorum visitantibus, cunctisque Fidelibus eosdem associantibus Indulgentiam plenariam per suum Breve Romæ expeditum die 8. Junij præsentis Anni 1725. benignissimè dilargitus est. Quare die 12. ejusdem mensis Junij 60. numero Doctores, inter quos 12. ex nostris Pirleati eodem Galero processionem, ac visitationem præfatam ad lucrandam Indulgentiam iniere, cunctoque eo populo, Patribusque ejusdem Ecclesiæ obviam procedentibus, luminibus, apparatu, & Organo celebritatem hanc undique decorantibus. Quam eamdem visitationem idem Collegium Galeratum, eâdem magnificâ pompâ reiteravit insequenti die 15. Junij ad Ecclesiam S. Marci ejusdem Ordinis Prædicatorum, in qua jacet incorruptum Corpus S. Antonini Præsulis Florentini, quem Decreto publico Comprotectorem suum Universitas ipsa præeligerat.

Privilegiū Universitatis Florentinæ Theologorum.

Prima vice hoc anno solemnis est celebrata per omnia studiorum Ordinis loca memoria B. Alexij Falconerij tamquam eorumdem studiorum electi Protectoris, & præcipuè in Patria ejusdem Beati, in qua die 22. & 24. publicæ Theses tam Theologiæ B. Alexio, quam Philosophiæ B. Julianæ ejus Nepti dicatę publicè disputatæ fuerunt, addita in die media 23. celebri Achademia, in qua primores Urbis literati seculares, & Ecclesiastici recitarunt carmina doctissima super excitato problemate,, *An B. Alexius commendabilior sit ex promotis scientiarum studijs, vel ex dilatata per Orbem erga B. Mariam Virginem devotione*: In ea quoque perfectiores ex Urbe Cantores adstiterunt, Auditorum mulcentes aures dulcisonis carminibus in laudem Beati decantatis, & typis etiam editis.

B. Alexius Protect. Studior.

Pro Canonizatione autem B. Julianæ ad evitandam iterati processus constructionem super ejus Virtutibus, ex Decreto Congregationis Generalis Sacrorum Rituum præcedente ad petitionem D.D. Alexandri Falconerij, qui mox ad S. Purpuram promotus fuerat, Summus Pontifex cum jam particularem Congregationem quinque Eminentissimorum Cardinalium Paulutij, Fabroni, Pico, Ptolomæi, & Belluga destinasset, tandem die 5. Februarij prodijt Decretum infrascriptum.

Pro B. Juliana Decretū.

A

DECRETUM.

FLORENTINA CANONIZATIONIS

B. Julianæ de Falconerijs Fundatricis Tertij Ordinis Servorum B. M. V.

Signata per fan. mem. Clementem PP. IX. de Anno 1667. Commissione Introductionis hujusmodi Causæ, & constructo vigore Literarum Remissorialium, & Compulsorialium, à Sac. Rituum Congregatione die 14. Maij 1672. concessarum, in Civitate Florentiæ Processu particulari super Cultu Immemorabili B. Julianæ prædictæ præstito, sive super Casu excepto à Decretis fa. m. Urbani PP. VIII., prævio dicti Processus examine, fuit ab eadem Sacra Congregatione sub die 9. Julij 1678, annuente etiam Sanctissimo, confirmata Sententia ab Archiepiscopo Edessæ Nuncio Apostolico Florentiæ super eodem Cultu Immemorabili, & casu excepto lata. Successivè item, ad formam Decretorum Generalium, concessis de Anno 1692. novis literis Remissorialibus, & Compulsorialibus, ad effectum construendi in Civitate Florentina Processum Apostolicum super Virtutibus, & Miraculis in specie ipsius Beatæ, dùm præfatus Processus conficiebatur, Sac. Rituum Congregatio 10. Januarij 1693. ad instantiam Postulatorum Officium sub ritu semiduplici, & Missam dictæ Beatæ de com. Virg. Religioni Servorum B. M. V., & Civitati Florentinæ, cum approbatione fan. mem. Innocentij PP. XII. concessit: Completa interim dicto Processu, ac illius validitate in Sacra Congregatione sub die 2. Martij 1709 annuente etiam Sanctissimo approbata, eadem Congregatio ad preces Superiorum Religionis Servorum B. M. V. nomine etiam Postulatorum die 10. Septembris 1718. cum subsequuto fan. mem. Clementis PP. XI. assensu, Elevationem Officij ipsius Beatæ tanquàm Fundatricis Sororum B.M.V. sub ritu duplici concessit. His stantibus Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIII. ad cujus Reverendiss. D. Cardinalis Falconerij preces, ut eadem Causa ad examen Virtutum prosequi valeret, Congregationem particularem quinque Reverendiss. DD. Cardinalium ipsius Sacræ Congregationis, nempè Paulutij, Fabroni, Pici. Ptolomæi, & Belluga deputavit, in qua per Reverendiss. D. Cardinalem Fabronum Ponentem propositum, ac discussum fuit infrascriptum Dubium - An constet de Virtutibus ejusdem B. Julianæ de Falconerijs tàm Theologalibus, scilicet Fide, Spe, & Charitate, quàm Cardinalibus, Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque respectivè annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum, de quo agitur. *Relatis tandem per me Secretarium Sanctissimo D. N. prædictæ Congregationis particularis suffragijs, imploratque ad plures*

B

C

D

plures dies à Sanctitate Sua de more Divino Auxilio, accitisque infrascripta die R. P. D. Prospero de Lambertinis Archiepiscopo Theodosiæ Fidei Promotore, & me Secretario, ad Dubium propositum sequens responsum dari, & promulgari mandavit -- Ità constare de Virtutibus prædictis Theologalibus, & Cardinalibus, ut tutò procedi possit ad discussionem Miraculorum *: Et ita &c. Die 5. Februarij* 1725.

F. Card. Paulutius Præf.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiep. Apamen. Sac. Rit. Congreg. Secr.

Finale Decretū pro Canonizat. B. Peregrini.

Sed et pro B. Peregrino emanavit hoc anno finale Decretum ab eadem S. Rituum Congregatione præsente Summo Pontifice, quo ejusdem solemnis Canonizatio quandocumque facienda stabilita fuit, ut infra.

DECRETUM

FOROLIVIEN. CANONIZATIONIS

B. Peregrini Latiosi Ordinis Servorum B.M.V.

D*Udum, nempè die 28. Novembris 1724. per Reverendiss. D. Cardinalem Barberinum Ponentem in Congregatione Generali Sac. Rituum coram Sanctissimo D.N. Benedicto PP. XIII. proposita Causa Foroliviien. Canonizationis B. Peregrini Latiosi Ordin. Servorum B. M. V. super Dubio* -- An, & de quibus Miraculis constet post indultam à Sancta Sede Apostolica eidem Beato Venerationem, *ex iisque à Sanctitate Sua die 4. Decembris ejusdem anni tribus Miraculis tamquam tertij generis, approbatis, nimirum: Primo instantaneæ sanationis Alexandri Boccadori Pueri à Paralysi: Secundò, instantaneæ sanationis Francisci Armigioni Sacerdotis ab ulcere gangranoso: Et Tertiò, instantaneæ sanationis Sororis Mariæ Gertrudis Valentinæ Monialis in Monasterio Sanctæ Caeciliæ Civitatis Typherni ab ulcere pariter gangranoso*; *Novissimè die 30. Januarij 1725. in Generali item Congregatione coram eodem Sanctissimo Domino Nostro per memoratum Reverendissimum D. Cardinalem Barberinum facta, juxtà Decretorum præscriptum omnium in hac Causa hucusque gestorum plena, ac distincta relatione, propositoque Dubio* -- An stante approbatione Trium Miraculorum ut supra, tutò procedi posset ad solemnem ejusdem Beati Canonizationem. *Omnibusque unanimi sensu affirmativè respondentibus, Sanctitas Sua eo die resolutionem distulit, ut priùs tàm suis, quàm aliorum precibus Divinam opem in tàm gravi deliberatione imploraret. His verò jam impletis, idem Sanctissimus Dominus Noster accitis infrascripta die R. P. D. Prospero de Lambertinis Archiepiscopo Theodosien. Fidei Promotore, & me prædictæ Congregationis Secretario, præsens Canonizationis B. Peregrini quandocumque faciendæ Decretum expediri, & publicari mandavit. Die 5. Februarij 1725.*

E *F. Card. Paulutius Præf.*

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Archiep. Apamen. Sac. Rit. Congreg. Secr.

Antequam verò prodiret in lucem præfatum Decretum, quod in dies ab omnibus sperabatur, at maximè à Civibus Tiphernatibus, qui jampridem (ut suo loco innuimus) ad S. Sedem legationem immiserant ad favorem Beati, volentes iidem Tiphernates [quod jamdiù mente conceperant] eumdem B. Peregrinum ritè in Protectorem Civitatis eligere, sub serò diei 8. Januarij præsentis anni 1725. adunatis Comitijs, factoque scrutinio votis pleonè concordibus statuerunt, ipsummet B. Peregrinum in Protectorem Suæ Civitatis eli-
F gere. Publicæ hujus, honorificæque Deliberationis illicò D. Vexillifer D. Ludovicus Restori Patres nostros certiores reddere dignatus est, insimul Populi totius approbationem lætissimam aperiens. Ad hæc die 10. ejusdem mensis ipsemet Urbis Gubernator D. Aloysius Maria Torrigiani Patritius Florentinus illum comitantibus D. Vexillifero, ac Urbis Prioribus, unà cum omnibus ferè Nobilibus Personis, Tubis, campanisque ad publicam lætitiam resonantibus, ad Ecclesiam nostram advenit, ibique ad solemnem Missam exquisitâ Musicâ condecoratam assistens, ignibus quoque, & boatibus totam Civitatem implenti-
G bus, elargita solemniter cum Venerabili Augustissimo Sacramento benedictione, plenus jubilo Populus ad propria remeavit. Sed neque hìc stetit communis lætitia; nam die 14. ejusdem Mensis, quæ Dominica fuit, Sanctissimo Nomini Jesu dicata, DD. Alexander Codebò, zelantissimus Urbis Episcopus dono præmissis duobus Cereis librarum octo ad Aram Beati succendendis venit ipsemet ad Ecclesiam ad Altare B. Peregrini Missam celebraturus; quâ devotè absolutâ suâ præsentiâ Conventum nostrum condecorans, electionemque ab Urbe factam summoperè collaudans, Ipsis nostris Patribus ex corde congratulatus est.

Devotio singularis Tiphernatum erga B. Peregr.

Non obstante Generali præsentis Anni San-
H cti indulgentiarum suspensione, postquam S. Rituum Congregatio per Indultum speciale concesserat recitationem Officij Septem Dolorum B. M. V. Romæ perpetuò faciendam feria 6. post Dominicam Passionis; placuit etiam Sanctitati Suæ Plenariam Indulgentiam concedere contritis, confessis, et S. Cōmunione refectis Fidelibus, visitantibus Ecclesiam nostram S. Marcelli de Urbe præfata feria 6. quæ fuit hoc anno dies 23. Martij, Idque ex speciali Decreto Romæ expedito.

Indulg. concessa S. Marcelli.

Ut autem devotioni Fidelium, maximè Ecclesiasticorum quoquo modo contribueret P. M. Hieronymus Maria Allegri Palatij Apostolici Confessarius librum edidit hoc anno satis efficacem ad renovandum spiritum maximè Ecclesiasticorum in præsenti Anno

P. M. Allegri librum edidit.

Jubi-

et Synodo Lateranensi Theologus cum aliis nostri Ord.

Jubilæi in duos Tomos divisum, quem Summo Pontifici Benedicto XIII. dedicavit; & qui cum plausu exceptus fuit.

Romæ itidem aperta Synodo Lateranensi per Summum Pontificem Benedictum XIII. deputati sunt in illa Theologi assistentes ex nostris P. M. Petrus Maria Pieri Exgeneralis, Procurator Ordinis, prælaudatus P. M. Hieronymus Maria Allegri, P.M.Jo. Petrus Fancelli studiorum Regens in Conventu, & Collegio S. Marcelli, & P. M. Joseph Maria Nardi. In ea Synodo plurima ad reformationem morum, & Ecclesiasticæ disciplinæ sanctissimè constituta dicuntur, quæ hucusque ad nostram notitiam minimè pervenerunt. Pœnitentiarij quoque in Basilica S. Petri ex nostri Ordinis Religiosi destinati sunt.

P. Mag. Capassi Florentiam repetit.

Florentiam rediit hoc anno P. M. Gerardus Capassi Florentinus Exgeneralis, postquam decem & octo annos Romæ permanserat aliquibus Eminentissimis Cardinalibus, præcipuè Eminentiss. Imperiali, & Eminentissimo de Comitibus, qui postea glor. mem. Pontif. est electus nomine Innocentius XIII. tamquam Theologus inserviens. Optimo autem exemplo nullum Conventui S. Mariæ in Via, in quo habitaverat, attulit præjudicium, cum ex honorarijs suis suimet victus expensas largè subministraverit, quin etiam laqueare seu fornicem illius Ecclesiæ suismet honorarijs eximiâ picturâ plastice, & auro magnificè ornari curavit, expressâ historiâ primi Sacrificij per D. Philippum nostrum in S. Eremo Montis Senarij celebrati, in quo Cantus Angelici Trisagium illud dulcissimis vocibus repetebant *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Sed et Conventui Florentino beneficium insigne contulit, illius bibliothecæ redditus pinguis hæreditatis assignando.

Ad Portum verò laboriosi hujus itineris in complemento hujus tertij Tomi Annalium Ordinis nostri properanti, ne mihi contingat, quòd Antecessoribus meis, imperfectio nimirum Operis, supervenit epistola, quamvis aliena manu [propter infaustam ejus cœcitatem] conscripta per P.M.Jo.Paulum Sacchi Bononiensem in pluribus, sed in mathematicis benè versatum, cui multùm debet fabrica in Conventu nostro de Florentiâ noviter erecta; qui quamvis luminibus ex morbo privatus, zelo tamen benè videns, cùm occasione nuper concessarum Coronæ nostræ 7. Dolorum Indulgentiarum in suo Conventu S. Joseph de Bononia recitationi publicę in pręfata Ecclesia ejusdem Coronæ septem Dolorum, & Fidelium devotioni fovendæ per brevem exhortationem, addita narratione alicujus Gratiæ per Virginem Dolorosam obtentæ destinatus fuerit, appositè mihi suggerebat, aptissimum fore nostro Instituto [maximè cum ex nova Indulgentiarum concessione mos præfatus Coronam recitandi ferè in omnibus Ordinis nostri Ecclesijs receptus sit,] ut in hoc Annalium nostrorum Opere recen-
ferentur abundantiùs individua miracula Vir-
A ginis Dolorosæ invocatione a Deo concessa; sic etenim apparatus major Annunciantibus Dolores Virginis suppeditaretur. Ut igitur Amico meo meritissimo non minus, quàm piissimo morem geram, in calce Tomi hujus, quamvis & sparsim in ipso non pauca Dolorosæ Virginis recensuerim prodigia; attamen et alia pauca brevitati consulens annectam ad excitandum magis magisque Fidelium erga tam piissimam Dominam nostram amorem, & ejus devotionem [uti nostro convenit Instituto] latiùs propagandam.

Devotio 7. Dol. B.M.V. commendatur.

Compassionem hanc, seu compassivam devotionem erga Dolorosam Matrem initium ab ipsamet Evangelij prima promulgatione desumpsisse nullus inficiari potest, qui atten-
B tè perlegerit illud Jo. 19. 25. *Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus, &c.*

Quis enim Matri Virgini, quæ unicum, Sanctissimumque Filium suum tempestate dolorum demersum, & in cruce pendentem mori conspiciebat, non compateretur? Placuit tamen eidem Dolorosę Matri Ordinem Servorum suorum instituere, quibus męstitiæ habitum porrigendo, nedum ab illis erga se, suosque Dolores compassionem meritò exigeret, sed etiam compassionis ejusdem veluti propagatores præcipuos destinaret. Hanc ipsam Devotionem plures Sanctissimi Pontifices commendarunt, inter quos antesignanus extitit PP. Innocent. IV. qui mediante Card. Petro Capocci Legato Apostolico Sectatori-
C bus Apostatis impij Friderici II. Imperatoris ad obtinendam à Deo veniam, & à S. Sede reconciliationem, Habitum Sacrum Dolorosæ Virginis assumendum concessit. Inde cæteri Beatissimi Petri successores quotquot Ordinem nostrum approbarunt, confirmarunt, tot Dolorosæ Matris à Fidelibus jure compatiendæ veluti præcones fuere. Benedictus verò XIII. fœliciter Regnans adeo compatiendæ Virgini addictus est, ut nedum ipse constanter à multis retrò annis hujusmodi devotionem quotidie practicare voluerit, sed insuper anno elapso [uti innuimus] Fidelium corda ad tam piam, salubremque Dolorum B. M. V. meditationem, Indulgentijs pluribus munificè elargitis, excitare per Bullam
D specialem dignatus sit. Ipsa verò Dei Mater Dolorosa ipsosmet Fideles novis subinde miraculis, & Gratiis ex ejus Invocatione concessis allicere in dies non cessat; quarum seriem ex notitijs undique accersitis, quamvis hucusque minimè receptis, vel in calce Tertij Tomi hujus apponerentur, vel quatenus tardaverint, in 4. Tomo à successore nostro [ne à multis expetitam editionem differamus] exponi valebunt, aliqua tamen ea notis Gratiis ad Amicorum zelantium solatium hic afferamus.

Gratiæ per Dolorosam Matrē concessę

1 Inter quas primùm exponenda videtur ex quorumdam pia relatione prodigiosa Conversio D. Pauli, de quo meditantur illum

inter

D. Pauli Conversio piè creditur ex intercessione Virgin.

intes Judæos Christi neci assentientes in Monte Calvario adfuisse, ibique Matrem Jesu E stantem juxtà Crucem spectasse, intimamque illius afflictionem, affectu quodam [naturali tantùm] compassum fuisse, ex qua compassione piè autumant aliqui B. Virginem talem, tantamque conversionem eidem à Filio obtinuisse, ut ex sævissimo Persecutore, fieret Ecclesiæ nascentis egregius Apostolus, & Doctor.

Peccator induratus convertitur

2 Ex hac valida Protectione salus æterna orta est etiam Diviti illo, quem refert *P. Jo. Baptista Manna Soc. Jesu in suis Exercitijs pro bona morte ex revelat. S. Birgitta lib. 6. cap. 96.* Induratus iste tempore mortis suæ peccata sua confiteri renuebat, eò quòd cum Dæmone pepigisset. At intercessione B. M. V. tandem compunctus ad pœnitentiam se præ- F paravit, & mortuus ad Purgatorium deductus est. De quo Christus ad famulam suam Birgittam, *Sed potes quærere quare meruit contritionem homo, qui tantis sceleribus involutus erat? tamen quia, consuetudo sua fuit compati Dolori Matris meæ, quoties eam considerabat, & audiebat nominari, ideo compendium salutis invenit.*

Diaboli versutiæ eludit.

3 Stupendum verò est, & dignum quòd ab omnibus Genitoribus pro educatione filiorum non ignoretur, beneficium illud in Vita S. Philippi relatum, sed Dolorosæ Virginis devotioni procul dubio tribuendum. Quædam Mulier Virginis Dolores assiduè recolens, ipsiusque habitum gestans Virum habebat absentem, qui unà cum Socio fidelissimo ad G bellum processerat, Uxore ad tempus relicta cum parvo filiolo: Accidit, ut ambo Socij milites in bello perirent. At invidus Dæmon pietati mulieris, ac innocentiæ filij, quem ipsa sanctissimis imbuebat moribus, præcipuè in devotione erga Dolorosam Virginem, assumpsit figuram Socij eidem mulieri satis noti; & de mariti morte certiorem eam reddens, adiunxit, quòd moriens amicus eidem curam Uxoris, & filij supra modum commendarat. Quare solatium eloquentissima Oratione mœstissimæ mulieri afferens, se ipsum totum ad ejus, & filij tutelam obtulit, eâ quidem pessima intentione, ut si quando eos à devotione Virginis avertere posset, utrumque pessumdaret. Hinc in illa domo H habitans Dæmon sub specie Socij, & Tutoris, ut poterat, Matrem divertebat, ne consuetis attenderet Orationibus, & Filium fictè invitabat ad frequentandas Ecclesias, at impius ad omnia alia loca, præter Ecclesiam, illum ducebat, adeout brevi pluribus repletus vitijs adolescens, orationem, sacramenta, cæteraque pietatis exercitia abhorreret. Studebat pia mater ad primævam Innocentiam filium reducere, sed frustra, nam si quando ipsum ad recitandas in honorem Dolorosæ Virginis antiquas preces hortaretur, insultabat ei protervus filius & verbis, & factis. Afflictissima proinde Mater, & omnis humani consilij

inops ad Virginem amantissimis lacrymis re- E currit, eamdem enixè rogans, ut se à tantis malis, quæ & à filio, & à Tutore tolerabat, liberaret: Audijt Afflictorum Consolatrix humiles illius mulieris preces, quare domum reversa quemdam gravem Virum ad ostium invenit, qui salutata muliere, & *quidnam triste versatur in mente*, dixit, *o afflicta mulier!* Restitit illa aliquantulum, sed blandis verbis illecta, *o si scires afflictionem meam bone vir!* reposuit illa; narravitque omnia, quæ sibi cum Filio, & Tutore sibi succedebant. His auditis Vir ille ait, voca Tutorem istum coram me in nomine Domini. Vocatus Dæmon in nomine illo coactè accessit ad virum Dei in altas interea erumpens voces: *Quare me persequeris ò Philippe, quid mihi, & tibi, qui sem-* F *per hostis mihi fuisti?* Tunc Vir ille: [et quidem erat B. Philippus Benitius] *Adiuro te in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut aperias mihi, quisnam es tu, & quid muneris in hac domo prætendas.* Reticuit aliquantisper Dæmon, sed Divina compulsus virtute; *huc veni mentita specie*, dixit, *ut puerum, & Mulierem, si forte à Virginis protectione absolvere possem; malè perderem. Ah scelestè!* subjunxit Philippus, *fuge hinc, neque amplius ad domum hanc accedere audeas, sed in profundum abi.* Irrugiit Dæmon ad hæc verba, & horrisono strepitu emisso fugam inijt, extinctum corpus ficti Socij in terram ibi relinquens. Viso prodigio mulier ad pedes Viri procidit, eum rogans, quisnam esset: *Ego sum Philippus ille,* G *respondit, Dolorosæ Virginis Servus. cujus Corpus Tuderti servatur. Illa me misit ad te, ut ab infestatione Dæmonis te, filiumque tuum liberarem, idque pro mercede obsequij tui, & compassionis erga Dolores suos.* Quibus dictis evanuit.

4 Quidam Clericus, cujus nomen ignoratur, adeò afficiebatur erga Dolores B. M. V. tenerrima compassione, ut quoties ejusdem Imaginem gladijs [ut depingi assolet] septem sauciatam aspiciebat, simplici pietate dicere consueverat: *Ah Mater! quare tanto mœrore consumeris! Regina Cœli lætare, Alleluja, quia quem meruisti portare, Alleluia, Resurrexit, sicut dixit, Alleluja.* Pijssimi adeò mentis affectus, quo devotus Clericus Divi- H næ Matris mœstitiam consolari satagebat, nullatenus oblita est Benignissima Virgo; Cùm etenim plures post annos infirmatus ad mortem Clericus, sævissimis oppugnaretur tentationibus, usque ad desperationem; en in tanto periculo adfuit afflictorum Consolatrix Maria, quæ læto vultu Clericum consolata gaudio spirituali cor ejus perfudit, quo cum magna spe lætissimè vitam finivit.

Clericus à desperatione revocatur.

5 Prædicabat in loco, qui dicitur *Galeata* Romandiolæ P. M. Jo. Vitti nostri Ordinis Florentinus, ibique in honorem Virginis Dolorosæ Congregationem ejusdem Habitus excitaverat. Inter alios autem, qui Sac. assumpserant Habitum, Vir fuit Lapicida, qui

post-

postquam singulari devotione tali clypeo munitus fuerat die secunda Paschatis, ipsamet die Cesenam versùs iter arripuit. Magna imbrium copia diebus præteritis è Cœlo effluxerat, undè flumen quoddam aquis redundans trasmeare coactus, in medio aquarum casu cecidit, ac in vitæ discrimine cōstitutus, Matris Virginis Dolorosæ, cujus habitum illo mane receperat, memoriâ confortatus, ad ipsam toto corde recurrit, septies *Pater*, & *Ave &c.* recitare incipiens. In ipso recitat onis actu sibi videre visus est Matronam quandam, quæ ipsum capillis arripiens ad ripam citeriorem unà cum sacculo instrumentorum Artis suæ, quem in humeris gerebat, facilè traduxit; cujus rei testimonium dedit, & ipsa Uxor lapicidæ, quæ in adversa ripa fluminis remanserat, reversura in locum Galeatæ, pro ut et fecit, postquam Virum in tuto positum conspexit.

Lapicida à naufragio eripitur.

6 Stupendum verò magis accidit anno 1621. prodigium in Civitate Perusij, quo B. Virgo Dolorum suorum devotionem defendit, & ampliavit. Eo namque anno (quo ductus spiritu nescio) D. Episcopus illius Civitatis jurisdictionis suæ forsan nimis zelotypus, Ordinis nostri Patribus inhibere tentaverat solemnem processionem, quæ de more quotannis à nostris Patribus assolet fieri, ducto per Urbem cum Insigni pompa Simulacro Dolorosæ Virginis Mariæ: Quare, facto recursu Romæ ad S. Congregationem Episc. & Regular. favorabile nobis rescriptum emanaverat die 20. Julij 1621. *servari solitum, & nihil innovari*. Eò propter apparatu sumptuosiore celebrata fuit anno prædicto solemnitas Dolorum B. M. V. & Processio S. imaginis Dolorosæ Matris per insigniores Urbis vias deducta est, innumeris fermè comitantibus populis. Interim verò secùs Arcem pertranseunte S. Simulacro Virginis in medio populi innumeri, Custodes milites ejusdem Arcis, ut majore quo poterant honoris, & lætitiæ signo ferventissimam hanc solemnitatem decorarēt, tormenta bellica solo pulvere pyrio instructa explodere cæperunt. Contigit verò, ut absque ulla prævisione unum ex tormentis illis nedum pulvere, sed & globo quoque ferreo præparatum jampridem fuisset, forsan ad exercitium militare præstandum. Quare incenso Pulvere globus ingenti omnium terrore è tormento emissus est, ita, ut per medium illius multitudinis in altitudine à solo unius brachij pervolaret, attonitis omnibus, ex horrore; sed oh portentum! nec unus quidem aliquod minimum in corpore nocumentum expertus est, cunctis interea Dolorosæ Virginis admirabilem, potentissimamque Protectionem collaudantibus, & benedicentibus.

Populum innumerum à bombarda immunem facit.

7 Etiam addito jurejurando testatus fuit unus è nostris Patribus, cujus nomen justis de causis reticetur, habitum nostrum ex voto se suscepisse, quo B. Virgini Dolorum Matri se jampridem obstrinxerat ob innumera beneficia singularia, quæ diversis temporibus à Dolorosa Virgine reportarat. Inter quæ primum fuit, cum falsò de gravissimo accusatus crimine, & in carcerem constrictus, in quo propediem mortis sententiam expectabat, ad Dolorosam Matrem confugiens, insperato detecta calumnia fuit. Secundum, cum non obstante sua innocentia porrecto eidem veneno ab æmulis, ac inscie propinato, eodem facto recursu ab omni vitæ, sanitatisque periculo immunis remansit. Tertium, cum tandem è carcere eductus tribus sociis, qui eum extra confinia ducere promiserant, vitam suam committens, ab iis in medio itinere armis aggressus ad occisionem, ex eorum manibus prosiliens in altum flumen aquis redundans se præcipitavit, quo tempore unus ex illis in eum sclopum explosit, sed neque ab ictu, neque ab aquis ullatenus læsus fuit. Insuper per octo vices impetitus ab insidiantibus hostibus, incolumis semper evasit; atque ut ipsemet asseruit, in dies à Matre Sanctissima, cujus lugubrem habitum gerit, & sæpè gratulabundus osculatur, eximias, novasque recipit gratias.

Plures Gratiæ à Religioso nostro obtentæ.

8 Romæ Hyppolita Marcelli in Ecclesia nostra S. Marcelli orabat pro nepte sua nomine Anna Maria, quæ triennis eò ab infirmitate redacta fuerit, ut jam triduo agonizaret nullo cibo pœnitus, vel potu recreata; pertebatque Amita ut vel citò muri, ne tandiù pateretur, vel citò sanari eam videret votum vovens se Dolorosæ Virginis habitu, si viveret, illam induituram. Emisso cum lacrymis voto domum rediens invenit neptem, quæ non solum cibum petierat, & sumebat, sed etiam brevi omninò sana facta est, unde & in die Assumptionis B. V. votum in ea exsolvit.

Puella morteni sanatur.

Alia ejusdem Virginis Dolorosæ prodigia in Lucavia Germanicæ Provinciæ, & alibi perpetrata subnectere hic placet, quæ recensita mihi hucusque non videntur, ut magis, magisque afflictissimæ Matris compassio inter Fideles augeatur.

9 Margarita Pilgin ex Altas, haud procul Brixiâ in Tyrnii dicto Pago, nescio quo ex sinistro fato duarum hebdomadum spatio omni prorsus oculorum visu destituta remansit, capitisque doloribus durissimis excruciata. Interim omnia Medicæ artis remedia adhibuit, irrito tamen prorsùs effectu, donec omni humano consilio posthabito, animum, & cor ad Deiparam Dolorosam, quæ in Lucavia colitur, erexit, votoque eidem Virgini facto peregrinationem eò loci instituenda spondet. Vix votum animo conceperat, cum opem Deiparæ Dolorosæ in se experta fuit, nam illicò lux quædam, quamvis aliquantulum suffusa in oculis apparuit, quæ lætitiæ non modicæ causam ingessit, undè alacris facta statim votivæ peregrinationi se accinxit. Ipso verò in peregrinationis itinere lux oculorum accrescebat, itaut non priùs ad Eccle-

usum oculorū restituit.

fiam nostram Lucavienfem pervenit, quin integerrimè priftinum oculorum ufum receperit; quamobrem hilaris, ac venerabunda cum lacrymis Virgini Dolorofæ, quæ fibi tantum gaudium fecerat, debitas gratias perfolvit vigefimo fexto Septembris die, anno 1683.

10 Præfentem quoque eadem Thaumaturga dolorofa Lucavienfis opem contulit D. Chriftophoro Wenger, quem fternax, & cefpitans equus, capite in terram fuper lapidem illifo, deturbaverat, fimulque eundem gravi mole oppreflerat, adeòut omni motu privatus remanferit; cumque prædictus Chriftophorus unà cum aliis equitaret, accurrerunt illicò ex equis fuis fefe dejicientes Socii, ut Chriftophorum ab equi mole obrutum liberarent; quòd & fecerunt, fed adeò conquaffatum Socium repererunt, ut vitæ fuperftitis indicium nullum præftaret. Quare in tanta remediorum inopia fodales pro amico chariffimo votum eidem Dolorofæ Matri Lucavienfi nuncuparunt, vifitandi nempè Ecclefiam Lucavienfem, ibique votivam Tabellā in ejus honorem [fi vita amico fuperfuerit] appenfuros. En fubitò ter admirabilis dolorum Mater adfuit, et opem moribundo contulit, nàm pufillo temporis intervallo Chriftophorus, qui motum omnem, pulfumque amiferat, fibi redditus quodammodo revixit, capitis quidem doloribus aliquantò infeftatus, e quibus tamen non diù poft integrè liberatus eft, & grati animi ergo obtentam gratiam fcripturâ conteftatus eft ad Dei Gloriam eodem anno 1683.

Ab illifione capitis in cafu præfervat.

11 Faffus etiam fuit Gafpar Lottethofer Neocellæ habitans, haud procul Brixinâ in Tyrolicos Comitatu dîfito Vico, quod ad opificium Doliarium addifcendum animum, & ftudium quidem omne adjunxerit, fed ob ingenii tarditatem, & hebetudinem, illud numquam addifcere potuerit. Voto verò ad Deiparam facto, documenta omnia faciliimè deinceps apprehendiffe, adeout perfectus in arte evaferit, acceptumque beneficium retulit eodem anno 1683. die 21. menfis Martii.

Addifcendi facilitatem concedit.

12 Æquale præfidium Virginis Thaumaturgæ expertus fuit Paulus Bauhoffer ex Bavaria oriundus, fed tunc temporis Romæ Pontificiarum Efcubiarum miles, qui periculofo quodam ex lapfu capite graviter offenfo, vitæ difcrimen non modicum incurrerat, fed Thaumaturgæ Virgini, quamvis indiftans, votum vovit, quo emiffo ejufdem opem illicò præfentem perfenfit, nam capite non diù poft integerrimè fanato, difcrimen omne effugit, votumque factum pro gratiarum actione tenerrimo cum animi fenfu die 11. Aprilis exfolvit eodem anno 1683.

13 Eandem opem Benigniffimæ Matris experta eft hoc eodem anno 1683. die 6. Maij Clara Urthlerin ex vico *Merling* nuncupato à Civitate Meravenfi medio milliari diftante

Ab hydrope fanat.

E in Waldraft, quæ hydrope perfectâ laborans, & omni humano auxilio deftituta ad Divam Auxiliatricem tota fiducia confugit, & voto facto ab eàdem liberata integræ fanitati reftituta fuit.

14 Paulus Stgimayr ex *Frins* cum continua febre correptus, & periculo vitæ expofitus appareret, ad Thaumaturgam Virginem confugit, ac meliùs re confulta fe ad Ecclefiam ejufdem Virginis perduci fecit, ibique facta oratione, & pœnitentiæ Sacramento recepto, atteftatus eft, fe illicò à febri relevatum, ac non multo poft abfolutum omninò remanfiffe.

A febre liberat.

15 Dolorofæ item Virginis infigne perfenfit auxilium quidam Wolffgangus [cognomi-
F ni confultò parcitur ob famam] ex *Preleberg* Pago Auftriaco, qui feductus à Diabolo animam, & corpus fuum malo Genio oppignoraverat, hoc pacto, ut in omni difcrimine Bellorum fibi præftò adeffet, ipfumque per difrupta Montium, quotiès oporteret, fuaque onera transveheret, quod & malignus præftabat diligentiffimè, etiam plauftro, & bobus adhibitis fupra Montium cacumina, hocque fervitium per triginta annorum curriculum duraverat: pro cujus impiæ conventionis robore firmiori, juffu ejufdem cacodæmonis mifer ille majorem Pedis digitum fibi incidere, effluentemque eo ex vulnere Sanguinem linteo exceptum [cum effet literarum ignarus] Syngraphe ioco tradere coactus fuerat; quam incifionem etiam tractu tempo-
G ris innovare juffus fuerat, Sanguinifque in idem linteum expreffionem repetere. Anno igitur impiæ conventionis trigefimo vertente, ad Dæmonis impia juffa ex manus quoque dexteræ digito medio vulnere fibi ipfi faciendo fanguinem emittere, eidemque linteo imprimere ab eodem cogebatur infelix homo: quin, & infuper eodem tempore ftygius hoftis, modò fuavibus, modò minacibus verbis illum terrefaciendo Imperabat, ut Uxorem fuam unà cum filia duodecim circiter annorum jugulando fibi facrificaret, promittens pactum fuum illum in omnibus adjuvandi, ulteriùs, pluresque in annos productūrum. Ex quibus mifer ille in tàm arduas anguftias devenerat, ut metu gelido, ac terrore nimio
H conftrictus, quo fe verteret, quidve ageret in tam extremo difcrimine nefciret, nec latentem animi mœrorem adeò celare valebat, quin ex torvo ejufdem vultu, atque terrifico afpectu turbationem internam demonftraret. Addebatur ad terrorem, quod Tartareus hoftis fub nigrefcentis Equi terribili forma ante Ædium limina vifendum fe præbebat, quæ tamen infernalis larva adhibito pane benedicto in honorem S. Patris noftri Philippi protinùs evanuit. Advertit hæc omnia ipfius Uxor, quæ cuncta remedia intra fe mente verfabat, quibus afflictiffimum Virum fuum fublevare poffet, maximè cum afflictionis extremæ caufam omninò ignoraret, interim Dolo-

A Dæmonis captivitate mãcipatum redimit.

Dolorosam Virginem, cujus devotioni maximè addicta erat, deprecans, ut quid sibi in tanto discrimine agendum foret, inspiraret. Illud tandem occurrit, ut Virum ipsum ad Religiosos nostros adduceret, quod et Virgine auxiliante, non sine difficultate eidem Marito suadere contigit. Quare die 15. Decembris anni 1683. Conventum nostrum ad Gloriosum Domini Sepulcrum in *Schonpichl* accessit, quò ubi deventum, mœsta Uxor oculis inter lacrymas perfusis, voceque supplici Patres rogabat, ut virum suum admitterét ad familiare colloquium, eique suaderent, ut omnia sui cordis arcana eisdem patefaceret. Precibus tàm humilibus inclinatus illius Conventus Prior, maritique inīquam sortem miseratus, studium omne impendere decrevit, ut Wolffgangum ad bonam frugem reduceret. Itaque remotis arbitris eidem blandis, ac efficacibus verbis in Domino persuasit, ut ulcus suum deregeret, Divinum Numen peccatorem quantumvis enormem non rejecturum, si verè pœniteret, maximè advocante Dei Matre Dolorosa, eidemque suasit, ut nigro habitu ejusdem se muniret, clypei loco contra omnes infernales insultus illum habitum obijceret. Hac discreta, fidelique suasione perculsus Vir, artubus omnibus contremiscere cœpit, ac discrimen extremum, in quo versabatur, perpendens, in lacrymas doloris erupit, ac confessionem suam contritissimo corde recipi postulavit. Voti compos factus intima cordis sui, suæque conscientiæ latebras omnes aperuit, iterumque Sacrum Dolorum Habitum à Patre Priore benedictum exosculans, suscepit, Deiparæ Dolorosæ se, suamque salutem commendabat, voto vovens se cunctis diebus festivis in Ædibus Sacris Conventus nostri Schompichlensis peccatorum sordes deponere, & Sacro epulo reficiari se curaturum. Tali pacto recreatus Wolffgangus domum cum Uxore revertitur, sed eadem nocte [quæ fuit ultima iniqui fœderis] in extremum propemodum terrorem conjectus fuit, nam ei in lectum composito Infernalis Hostis horrida sub specie visendum se præbuit, & minacibus verbis animam ejusdem, & corpus ex conventione sanguine firmata se abrepturam mox jactabat. At miser Mariæ nomine invocato, vim omnem Hostis repellebat, adeòut in rabiem versus Dæmon, brachio ignito in altum extenso, linteum sanguine tinctum exhibens, in hæc ipsa verba prorupit. *Vah! scelerate, & datæ fidei refractarius*; horrendos exindè ejulatus emittens linteum ipsum in mille frusta discerpsit, & disparuit, nec unquam deinceps Wolffgangum molestare ausus fuit. Quamobrem omni terrore deposito, Deiparam Dolorosam laudare, & Sacrum ejusdem habitum osculari non cessabat. Voti deindè à se emissi non immemor, primo festivo die, qui fuit Annunciatæ Deiparæ Sacer, unà cum Uxore, ac filia Ecclesiam nostram in *Schonpichl* invisit, clementissimæque suæ Redemptrici grates debitas A genibus agens, insigne beneficium, ac portentosam suam liberationem omnibus patefaciebat, maximè verò Patribus nostris, quorum opera ex tàm funesto discrimine erutus fuerat, vicem reddidit.

16 Insigne quoque Augustissimæ Dolorum Reginæ beneficium singulare impetravit anno 1691. Nobilis, ac strenuus Dominus Joachimus Thomas Litzer Præfectus in *Stall* unà cum Uxore sua, dum ad Divam Matrem Dolorosam Lucaviensem peregrinaretur. Etenim cum itineri illuc se jam commisisset die decima octava Mensis Januarii accidit, ut non nisi sub occiduo Sole *Tibiacum* [pagus est, vulgò *Tilrais* nuncupatus] pervenerit, quare spe fraudatus ex inopia temporis, B & rigescente præ multitudine nivium Cœlo, ibidem remanere nocte illa decreverat. At variè suasus, ut milliare illud, quo Tibiacum Lucavià distat, eò adhuc vespere absolveret, tandem invitus licet, acquievit consilio, ac propterea denuò se ad iter disposuit, non sine grandi discrimine, nam via confecto medio milliari, obscurissimo Cœlo, & cæca nimium caligine noctis obvolutus à recta via per errorem discedens, inaccessum solum, nivibusque altissimis obsitum, unà cum Uxore sua depulsus de curru, quo vehebatur, descendere coactus fuit; reliquumque iter pedibus ob nimiam nivium copiam ægerrimè ambo agere compellebantur; sed quò magis pergebant, eò magis errabant cum C Servo suo, donec lassitudine fracti animo cadere jam ceperant, ac sub Jove frigido mediis in Nivibus sibi pernoctandum, imò potiùs moriendum timebant. In tanto vitæ discrimine Coniuges ambo ad Dolorosam Matrem Lucaviensem precibus confugerunt; Et ecce auxilium desuper ab afflictorum Matre: Insperatò namque, quamvis remotissimè, lumen quoddam apparuit: quare animo iterum erecti lumen illud pro signo itineris accipientes, illuc versus citato gradu pergebant, multoque confecto itinere, tandem propè Lucaviam se existere compererunt. At verò disparente lumine, factisque diligentijs, ac exquisita perquisitione nusquam illius luminis Auctor adinventus fuit, undè piè creditum est, D immissum fuisse ab ea, quæ lumen æternum Mundo effuderat, Virgine nimirùm Sanctissima, cui devoti Coniuges tenerrimas Gratias mane egerunt, ac Sospitatricem suam laudibus ubique prædicabant.

Ab itinere evidenti periculo liberat.

17 Georgius quidam Koch Hungarus Vinearum Custos à paralysi adeo malè per longum tempus torquebatur, ut omninò immobilis remanserit, in hoc misero statu cum nihil ei humana remedia profuissent, quærebat cœlestia. Quo tempore igitur nocte quadam obdormiscens quiescebat, videre sibi videbatur Matronam multò decore præfulgentem, quæ sic alloquebatur, *Georgi, si sanitatem consequi vis, habitum Dolorum in Ecclesia* Lau-

A Paralysi sanat.

Lauretana Servorum assume ; Prima vice merum hoc vanumque somnium ipse credidit; At cum secunda vice eadem Matrona eumdem sermonem repetens comparuisset; obediendum illi fore protinus censuit; et assumpto habitu 7. Dol. B. M. V. & dato suo nomine inter Confratres ejusdem Congregationis in præfata nostra Ecclesia erectæ, omnimodam sanitatem consecutus est anno salutis 1649.

18 Sed longè diligantior in exequendis B. M.V. mandatis fuerat Philippus Ermaniger Trastorffensis, qui cum acutissimâ febri à solemnitate Pentecostes usque ad festum Divi Bartholomæi vehementer angeretur, cui levandæ nullum proderat medicamentum : Paulò ante prædictum S. Bartholomæi Festum obdormiscens, videt Philippus Imaginem B.M.V. quæ Filium Sanctissimum extinctum plangebat, & ea duce sibi videbatur vovere peregrinationem, imò & eam aggredi ad Virginem Lauretanam nostri Ordinis in Hungaria, ut ibi Congregationi 7. Dolorum B. M. V. jampridem erectæ nomen daret. Expergefactus cum meliusculum se haberet, eâ quâ potuit majori celeritate illuc iter arripuit, & adorata Magna Matre, habitum humiliter expostulavit, & obtinuit, quo assumpto brevi omninò convaluit anno salutis 1644.

Ab acuta febri liberat.

19 Joannes Wolchmayn Pistor ab intimis doloribus, & symptomatibus convulsivis per spatium viginti quatuor fermè horarum cùm dirissimè torqueretur; & ad mortem adigaretur, in mentem subijt, ut ad Virginem Dolorosam de Lucavia recurreret, in cujus Cõgregatione 7. Dolorum jam descriptus fuerat. Quare postulans, ut ad se Habitus prædictus 7. Dolorum afferretur, eoque ad latera cinctus, per dimidium horæ spatium ad ipsam Virginem clamore valido, ac lacrymis oravit; post hæc in instanti disparuit dolor, & ipse Joannes, admirantibus omnibus, pristinæ restitutus est sanitati anno sal. 1662.

A doloribus convulsivis sanat.

20 Dolorosæ quoque Virginis prodigiosa beneficia persensit quidam Vir nobilis cum sua Coniuge, qui cum quodam die hyemali cum canibus venaticis foras ad venationem progressus est, filiolam vidit in atrio domus cum canibus ludentem, eosqua foras insequentem usque ad quamdam sylvam, sed inadvertente Patre longiùs abiit, ac deinde per varios anfractus, & ambages reditum adinvenire amplius non valuit. Tribus autem emensis horis sollicita Mater exquirebat filiam, neque ullo loco repertam anxio animo deplorabat. Huc illuc famulos ad eam perquirendam immisit, at numquam illam invenire datum fuit. Ad hæc nox ingruebat rigidissima, & cum quid ageret mœsta Mater non inveniret, ad Dolorosam Matrem, quæ Filium perditum similiter ingemuit, se convertit. Votum vovens, si filiam reperisset vivam, se proprijs brachijs illam ad montem S. Crucis in Belgio propè Bonnam Virgini Dolorosæ ibidem existanti delaturam. Ingravescente autem nocte, nec repertâ filiâ, præ tenera, & delicata ætate utique gelu morituram mœsti Coniuges timebant, vehementer dolebantque, unde & noctem totam insomnes duxerunt, donec illucescente die, tandem ab exploratoribus puella adinventa fuit omninò hilaris, uno circiter milliario à paternis laribus distans. Cumque interrogaretur, utinam nocte illa dormivisset, asseruit constanter, se à Joanne famulo suo è sylvis reductam, ad fænile paternum pervenisse, ibique commodè pernoctasse, quod utique Mariæ Dolorosæ patrocinio adscribendum Coniuges ambo claré agnoverunt; etenim idem Joannes ad exquirendam filiam missus, sæpiùs ad domum insperato conatu redierat, nec usquam invenerat; unde Dolorosæ Matri gratias quammaximas agentes Coniuges, Antoninam suam [talis erat Filiæ nomen] in Montem S. Crucis ad Deiparam Dolorosam, quæ ibi excolitur, ex voto contulerunt anno salut. 1686.

A gravi periculo filiolam liberat.

21 Georgius Glangel Piscator, probitate Vir commendandus, ex sua devotione in Cõgregatione Septem Dolorum B.M.V. jampridem adscribi nomen suum fecerat, at quadam inadvertentia, vel mentis socordia Habitum sacrum nullatenus suscipere curaverat; ea qua negligentia piè creditum est, illimet accidisse, quòd infrà describitur. Mos ei fuerat omni ad noctem vertente die [Sabbatum si excipias] æstiva tempestate piscandi causâ ad lacum se conferre, quò loci extructâ casâ, somnum sufficiens capiebat, ut opportuno tempore piscationi vacare posset. Currebat dies 28. mensis Julij anni 1686. quando Georgius sub sero ad destinatum rugurium se contulit, ibique de nocte ex more bis recitatâ Coronâ septem Dolorum B.M.V. flexis genibus, quietam capturus ad somnum se composuit. At cum adverteret ignem, quo ad lumen excipiendum sequenti mane opus habebat, extingui, iterùm surrexit illum resecturus; et cum carbones, et ligna in camino admoveret, ecce horroris materia; varias ad ignem hominum manus persensit, alias teneras, at molles, alias duras, & rusticas, quæ manus suas deprehendebant cum violentia, & brachia corripiebant, quasi fracturam minantes; cumque se timore oppressus defendere vellet ad angulum illius tugurij vi depulsus est, adeò ut vox omnis illi præ horrore deficeret, nemine interim se conspectui suo exhibente, solum extra Casam voces quasdam audiebat, quasi colloquentium cum his qui intus aderant, sed vocum sensum nullo modo percipiebat. Rebus sic in arcto positis, impos consilij Georgius cultrum venatorium, quem præcinctum ad latera portabat, eximit, & quâ versus impetus irruebat, transfigere satagebat, ictus vibrando; sed eodem momento suscitata in camino lignorum flammâ, & irradiante, nullum omninò vidit, impetusque ces-

A larvis nocturnis oppressum liberat.

cessarunt; horrore solum in corde Georgij remanente; qui facto mane domum rediens, omnia retulit Uaori suæ, quæ S. Habitum, quem secum gerebat, ad mariti collum statim aptavit, Virum de sua negligentia commonefaciens: Quo devote sumpto Georgius ab omni deinceps infestatione larvarum liber evasit. Quare proximo Veneris die Coniuges ambo mane diluculò se ad Ecclesiam nostram de Lucavia contulerunt, ubi Georgius omnia Patribus nostris, ut supra, contestatus est, atque iterum, S.Habitu cum benedictione recepto, Dolenti Matri Sanctissimæ gratias egit quammaaimas.

Puerum morti proximũ sanat.

22 Eodem anno Margaritæ Hackboferin Toblacensi filiolus erat prædilectus, qui ex Variolis decubuerat, & per quatuordecim dierum spatium phrenesi continua adeò excruciabatur, ut deperdita jam loquendi facultate de ipsius vita conclamatum esset à Medicis, ipsismet Genitoribus dulcissimi nati mortem imminentem perpetuis lacrymis deplorantibus. Anaia tamen piæ omnibus Parens ipsum filium Dolenti Deiparæ commendans pro ipso votum vovit, ad Ecclesiam nostram Lucaviensem, si superviveret puer, nudis pedibus se peregrinaturam, & ecce statim habere se melius puer cæpit, loquendi facultatem recepit, quam per septem hebdomadum intervallum amiserat ac non multò post integerrimæ sanitati restitutus est. Quare lætabundi Coniuges ad Ecclesiam nostram Lucaviensem ad agendas Gratias sospitatrici Virgini Dolenti profecti sunt.

Conscientiæ pax redditur

23 Anonyma quædam persona nobilis per diuturni temporis interc pedinem, annorumque plurium intervallum ob gravia in Deum commissa delicta diu noctuque pessimæ conscientiæ morsibus dilaniabatur, quibus ut se eximeret, varia peregrinationum loca subiit, irrito tamen effectu, enorme siquidem scelus reticendo, malum non diminuebat, sed aggravabat; usquequo ad D. Dolentis Matris Delubrum in Lucavia se conferret. Ibi namque tactus dolore cordis intrinseco, suum errorem agnovit, & in tenerrimas lacrymas solutus detestatus fuit: indè Sacra Exomologesi expiavit crimina, quæ prius clavibus subjicere renitebat. Inde perditæ rediit conscientię quies, & gratitudinis ingens affectus erga benignissimam Dolorum Matrem, cui se totum obtulit eodem anno 1686.

Concordia inter Coniuges donat.

24 Conjux fuit nobilis ex spectabili Carinthiæ oppido, quæ cum suo Marito per quatuordecim annorum circulum pacem habere non poterat, eumque à perditæ salutis semita reducere quibusque artibus minimè poterat [nomina Coniugum ex legitima causa reticentur.] Omnis humani consilij impos Uaor ad Dolentem Deiparam Lucaviensem ex animi devotione Voto nuncupato confugit, & indè inopinatò Maritus ad meliora conversus est, pax, animorumque concordia inter Coniuges stabilita est; undè & eidem Dolenti Matri in Ecclesia nostra humillimas egit gratias hoc eodem anno 1686. die 11. Augusti.

Incendiũ extinguitur.

25 Portentum insigne accidit anno 1687. per lugubrem habitum dolentis Matris operatum in Oppido vulgò *Paternion* [novemdecim circ ter leucis à Conventu nostro ad Matrem Dolorosam de Lucavia distito] cujus in districtu de mense Aprilis ferramentaria domus unà cum molendino repentino incendio correpta fuit, adeò ut flammæ ingentes indè manantes ad ædes illius ædificii Administratoris haud procul distantes pervenerint, extremum illis exitium minitantes. Omnibus quidem viribus elaborabatur, ut flammarum insana rabies diverteretur, sed incassum; etenim ignis magis, magisque crescebat, donec Georgius Graber ea ætate administratorius Officialis fiduciam omnem in Dolorosam Matrem collocavit, lugubremque ipsius Habitum inter flammas, & ædes Administratoris, quasi cœleste, antemurale projecit. Mirum prodigium! illicò flammarum voracitas innumero populo spectante cohibita fuit, & prodigio prodigium additum, inter flammas erênim Sacer Habitus integer remansit, quem uno tantum stigmate notatum vivos inter carbones inventum, Georgius idem tamquam monile perpetuum in sua pretiosa recepit, minimè diffidens, eumdem alia quoque contra pericula scutum inexpugnabile futurũ, quòd & eventus demonstravit verissimum, ut infra.

Vehemẽtem inundationem coercet.

26 Nam anno 1688. fluvius quidam, Germanis dictus *Mobl* adeo exundantibus undis excrevit, ut omnibus superatis obicibus ferramentarias ædes demoliri minaretur, & sicut elapso anno ignis pericula subierunt, ita hoc anno naufragium imminens viderent. Præstò aderat Georgius, beneficij olim per Sacrum habitum obtenti non immemor: unde maximâ spe fretus, periculosissimo quodam in loco, quò major torrentis impetus irruebat, Habitum ipsum ad arbusculum ibi existentem appendit. Et ecce reiteratum prodigium! fluctus, qui invasionem minabantur, ab ędibus illicò abstinuerunt, impetum eundem molendino inferre tentantes, sed æquali fide Georgius S. Habitum à fruticeto apprehendens, illum primæ molari rotæ imposuit, & subitò, admirante ipsomet Georgio prodigiosam lugubris habitus virtutem, undarum fluctus non sine miraculo divertit etiam à molendino. Quarè grati animi ergo ad admirandam Dolentem Dominam in Ecclesia nostra Lucaviensi gratulabundus se contulit, ibique Gratiarum actione peractâ, Sacrum Scapulare in æternam acceptorum beneficiorum memoriam ad ejus Aram appendit, & omnia Patribus nostris singillatim narravit.

Puerulũ à gravi æstu incolumem servat.

27 Memoratu quoque dignum est singulare, ac portentosum beneficium per eumdem Sacrum lugubrem habitum obtentum *Mellitij* in Austria, quòd propriâ Syngraphe testatus est D. Fridericus Hoffer ludimagister sequentis

quentis tenoris „ *Decimo quinto Mensis Augusti die, anni 1689. ipsa in festivitate Virginis Deiparæ in Cœlum Assumptæ à meridie horâ circiter media sextâ, dilectus meus filiolus* Wolffgangg Antonius, *necdum tertium ætatis annum egressus inter conorum lusum à globo justi ponderis jacto ex incurso cujusdam Indentiæ impetu, in ipso pectore percussus fuit, adeò ut omnibus vel mortem puerulus, vel discrimen sanitatis non modicum incursus jam videretur. Quia tamen clypei loco pectus pueri Sacro Doloroso Scapulari Benedictissimæ Deiparæ Mariæ munitum erat, integerrimè illæsus conservatus fuit, præsentibus cunctis admiratione tam prodigiosi eventus raptis. Quam conservationem miram ego Parens ipsius Thaumaturgo Amstlui in acceptis unicè refero, ac ad majorem Dei Gloriam propria manu, ac sigillo testatum facio. Actum Mellicij die 15. Augusti, anno præfato.*

28 Thaumaturgæ Matri Dolorosæ in Lucavia acceptam tulit Uxoris suæ Dilectissimæ sanitatem D. Leonardus de Rivo, cum Helena Uxor ipso in puerperio magicis artibus fascinata, diutinam, periculosamque contraxerat infirmitatem, quæ omnibus frustratis remedijs in annum pertinaciter eidem inhæsit. Tandem ad salutem Infirmorum Dolentem Matrem de Lucavia conversa, se, desperatamque suam salutem commendavit, ac 28. Septembris die ad Ecclesiam nostram ægerrimè licèt adducta, consuetis exorcismis ante Aram Deiparæ mane, ab omni fascinatione de repente liberata, pristinam recepit incolumitatem. Quarè in grati animi monumentum uterque Conjux satis prætiosam Casulam eidem Virgini Liberatrici obtulerunt.

Fascinatam in puerperio liberat.

29 Agnolettæ de Managlo ex *Ampezo* [patria voce *Daidan* appellât] Privigna erat nomine Maria, quæ de repente adeò mente capta fuit, ut per integrum anni circulum eam vinculis constringi necesse fuerit. Hoc sinistrum Privignæ fatum summoperè dolebat Agnoletta, & remedijs humanis quibuscumque elusis, supernum auxilium implorabat, Dolorosæ Matri Lucaviensi votum vovens, se, si Privigna denuò deperditum usum rationis recuperasset, ad ejus Ecclesiam nudipedem peregrinaturam. Vix votum emiserat, cum Privigna non sine miraculo sibi perfectè reddita fuit. Undè voti non immemor Agnoletta nudis pedibus Ecclesiam nostram invisit die 14. Septembris anno 1693. plurimas eidem Dolenti Matri gratias agens.

Mente captæ sanitatem recuperat.

30 In eodem Vico, *Ampezo* nuncupato, duo erant Conjuges, quorum nomen justa de causa siletur, qui cum pecunijs omnibus destituti forent, Hero suo censum annuum da bonis locatis debitum exsolvere minimè poterant, unde ab eodem ab affictu expellebantur, ea quo ad extremam mendicitatem deventuri procul dubio forent. Arctis hisce in rebus ad Thaumaturgam Dolorum Matrem Lucaviensem afflicta Conjux, omni humano destituta auxilio inclamare cœpit, præsentemque ejusdem opem sibi, & conjugi suo vehementer implorabat; quandò, non sine interna Virginis motione, Vicinus quidam afflictorum Conjugum angustiam miseratus, tot pecuniarum sponte mutuò dedit, quot ad dimittandum cum Hero debitum sufficerent. Ipsa verò Conjux tanto obstricta beneficio nudis pedibus ad Ecclesiam nostram peregrinata est.

Providet de pecunijs ad debitum exolvendũ.

31 Insigne quoque retulit Beneficium à Dolente Matre D. Maximilianus de Sala Dom. in *Stolberg* S. C. M. Consiliarius, & inferioris Austriæ Excelsi Regiminis Cancellarius, qui in Pago Jeindorff sui Dominij filiam habebat dilectissimam natu majorem, Mariam Annam nomine, quæ absente Patre gravi correpta fuit infirmitate, et in lethalem denique degenerans, omnem propemodum ulterioris vitæ spem præcidebat. Funestâ hâc Viennam delatâ famâ Paternum animum insolito perculit mœrore, & quo se verteret, quidve ageret ignorans, ad Asylum suum confugit, ac imagini Dolentis Virginis, quam in cubiculo appensam retinebat pro filiæ suæ dilectæ vita periclitante ferventissimas preces porrexit. Mox in lectum ad somnum se componens, cumque præ animi sollicitudine quietem capere non posset, ignotam quandam, sed intelligibilem vocem audijt, *Melius se habet.* Obstupuit ad hoc afflictus Parens, spe, metuque inter se certantibus; donec insequente mox altera die nuncius alius exoptatissimus advenit, qui filiam imprimis dilectam, eâdem circiter horâ, quâ vox audita est, salutis spem jam deperditæ dedisse affirmabat; quin etiam non multò post, integram sanitatem consecuta est, & uterque Parens nempe, & Filia grati animi ergo ad ampliandam Ecclesiam nostram, & Dolorosæ Matri dilatandum cultum in Jeidendorff auxilium, & opes applicuerunt.

A' lethali sanat morbo.

32 Lugentem quoque Deiparam in Lucaviæ Conventu nostro impensè cultam, Benignam erga se prænobilis Domina Anna Barbara Waltherin persensit in sanatione apprimè dilecti Consortis sui D. Ignatij, qui vehementibus Calculorum doloribus multo tempore laborabat, & tandem in avidentem vitæ periculum inciderat, quibuscumque adhibitis medicamentis illud minimè avertentibus. Qua de re sollicitissima Uxor Conjugem suum in tanto periculo constitutum Dolorosæ Virgini Lucaviensi tenerrimo cum animi affectu devovit; nec mora, quin ope sua præstò adesset Afflictorum Mater morbum omnem citissimè avertendi. Ex quo grati Conjuges Divæ Sospitatrici Casulam ex panno holoserico cærulei coloris argento contextam non modici valoris donarunt anno 1696.

A' calculi doloribus eripuit.

33 Parochus quidam nomine Franciscus Ober Wiser in Austria inferiore supra Ovasum Dominij Dietrichstain brumali tempore

Paro-

Parochianum adversa valetudine laborantem Sacramentis provisurus, super glaciem nivibus coopertum cecidit, & infausto fato medium poplitem fractum reportavit. Vocatus illicò Chirurgus consulta remedia celeriter adhibuit, finistro tamen eventu, per etenim livore, & sanguine adeò suffusus intumuit, ut vel mors timeretur, vel ad functiones suas inhabilem omninò Parochum remansurum. Attamen nequaquam animo despondit optimus Sacerdos, sed ubi defierant humanae vires, ad auxilium se convertit supernum, Taumaturgam Dolorosam Virginem invocando; nec sua eum pietas fefellit; nam insperatò tumor subsedit, inde livor omnis citò disparuit, & ad integram sanitatem, usu pedum minimè impedito, restitutus est. Quamobrem ne ingratus tanto accepto beneficio existeret, cum per se non posset ex obligatione Parochiae impeditus, ad Virginem Lucavienſem pro gratiarum actione Nuncium cum rei narratione expedivit die 26. Maij anni 1696.

A' fra Ctura poplitis liberat.

34 Veronae quoque anno 1702. die 24. Julij stupendum accidit à B. V. Dolorosa miraculum. Aderat in sua domo Antonius Corte Pictor egregius, qui pro suae Artis ministerio supra ignem in vase quodam praeparabat oleatium pigmentum, quod vocant *lustro di vasu*; aliquibus guttae interim illius olei decidentibus in ignem, in flammas illicò vas totum exarsit, & alia circum circa materialia incendebat, adeò ut flamma nulla arte extinguibilis, longè lateque vagaretur, accurrentibus vicinis, et dato signo Campanae, etiam aliis de longè accurrebant; at verò nulli remedium tanto incendio afferre contigit. Appensum è collo gerebat Antonius parvum Habitum 7 Dolorum, cui non parum devotus fuerat; Unde omni alia spe frustratus, ad Virginem Dolorosam recurrens, ipsius Habitum praedictum è collo ablatum in ignem fidenter projecit. Tunc ignis de repente stetit, & incendium stupentibus innumeris, qui aderant, extinctum est utique non sine stupendo prodigio. At multò magis admiratio succrevit, cum idem Sacer Habitus inter flammas illaesus repertus fuit, solis cordiculis, quibus annectebatur, ab igne consumptis. Idem autem Habitus ad P. nostrum Vectoretti tunc temporis Provincialem, & Congregationis 7. Dolorum Correctorem allatus fuit, praesentibus ijsdem qui subscripserunt, ut infra, testibus.

Incendii extra gnit.

Ego infrascriptus attestor verissimum, quòd supra narratum est, miraculum in omni sui parte, & ego ipse fui, qui S. Habitum 7. Dolorum B. M. V. in ignem projeci, & postea illaesum ut supra reperi, & ad Adm. R. P. Provincialem Conventus Scalae illum attuli, notumque prodigium feci.

Ego Antonius Corte Veronae propè S. Quiricum die 24. Julii 1702.

Ego infrascriptus attestor, me conspexisse ingens incendium ut supra expressum, & postea vidisse S. Habitum intactum ex igne non sine maxima mei ipsius admiratione extractum. Ego Andreas Felippi.

Attestor ego infrascriptus me praesentialiter adfuisse, quando S. Habitus parvus Mariae Virginis Dolorosae intactus ex igne detractus fuit. Ego Ventura Moroni.

Alia similia prodigia [praeter ea, quae in secundo Tomo Annalium horum Centur. 4. lib. 9. cap. 4. referuntur] videri poterunt in satis devoto libercolo, cui Titulus „ *Tesoro delle grandezze spirituali della Santissima Compagnia dell' Abito de' Servi di M.V.* aedito in Lucem per Ven. P. Philippum Dragoni de Lucigniano nostri Ordinis. Toderti anno 1645. Plures autem sunt, qui D. Annunciatae de Florentia miracula quoque in hoc tertio Tomo annecti cuperent, quae sub anno tantùm 1698. [praeterita enim ab anno 1612., quo desiit eadem transcribere Joan. Angelus Lottini, exceptis paucis jam descriptis, nobis ignota sunt] usque ad praesens, 460 prodigia numerantur, quamvis revera major pars gratiarum, quae sanctissima Virgo ab Angelo Annunciata Fidelibus eam invocantibus in dies elargitur, nos lateat propter recipientium negligentiâ. Quibus ipse promitto, si Deus vitam, uniusque residui oculi lumen servaverit; alterum enim, ut dixi, in compositione Sacri Diarij Servorum suorum Virgini Patronae meae sacrificavi, continuationem operis à praelaudato P. M. Lottinio incepti ad solatium Fidelium, & ad magis magisque promovendam Amantissimae Protectricis nostrae, ac Reginae gloriam, cui vitam vires, labores meos, meque totum, Servum licet indignissimum, offero, & commendo nunc, & in aeternum.

D. Annunciatae miracula promittuntur edenda.

Post varias difficultates egregiè per causae Postulatores apud S. R. Congregationem superatas in causa B.B. nostri Ordinis Fundatorum, die tandem septima mensis Julij praesentis anni favorabile decretum emanavit ab eâdem S. Congregat. Em. Zondario referente, quo confirmata fuit sententia Ordinarij, nempè Archiepiscopi Florentini super cultu immemorabili praestito sex ex septem BB. Ord. nostri Fundatoribus Bonfilio Monaldi: Bonajunctae Manetti, in saeculo Joanni: Manecto de Antella, in saeculo Benedicto: Uguccioni de Uguccionibus, in saeculo Recupero: Amadeo de Amadeis, in saeculo Bartholomeo: & Sostheneo de Sostegnis, in saeculo Gherardino, declarando *constare de cultu immemorabili, & casu excepto &c.* Juxtà tenorem decreti, ut infra, quae res tandiù desiderata, & concupiscenti animo quaesita, nedum inenarrabilem toti Ordini nostro laetitiam peperit, sed et universis Civibus Florentinis, praecipuè nobilibus Viris, qui ferè omnes BB. Fundatoribus vel sanguine, vel affinitate conjuncti sunt, gloriam sempiternam allatura est; inaudito namque exemplo factum est, quòd septem Nobiles Viri conspiratint in Patrio solo ad Fun-

Confirmatio Cultus B. B. Fundatorum.

Fundationem Religionis Virgini Dolorosæ adeò acceptæ, ut per eam Urbs Florentiæ protectionem assiduam ejusdem B. M. V. absque dubio prometeatur, & sentiat.

Æquissimum procul dubio mihi videtur hoc in loco coronas adnectere capitibus nostrorum B. B. Fundatorum, qui Religioni nostræ gloriosum Caput, & initium tam nobile dedere, per extensum Postulatorias apponendo literas, quibus approbatio cultus eorumdem ad Dei majorem Gloriam obtenta est.

Literæ postulatoriæ ejusdem Cultus.

Prima sit in ordine, quæ prima in tempore, & potior in efficacia fuit Epistola commendatitia Eminentissimi Cardin. Ursini Archiepiscopi Beneventani, modò Dei Omnipotentis gratià pro totius Orbis Christiani sainte Summi Pontificis Benedicti XIII. felicitèr Regnantis, quæ talis est tenoris.

BEATISSIME PATER.

Litera commendatitia Cardin. Ursini.

ARdentissimo Sanctitatis vestræ zelo, quo Catholicæ Religionis Gloriam, & profectum promovere numquam desistit, audeo & ipse pro mei muneris, ac dignitatis à Deo mihi collatæ officio commendabilissimam occasionem præstare Sanctitati Vestræ quâ magis, magisque Dei Gloria ubique dilatari possit.

Quinque fermè sæculorum curricula propemodum transierunt, Beatissime Pater, ab eo tempore, quo per manus non minùs, quàm septem gloriosæ memoriæ Virorum inclyta Servorum B. M. V. Religio fundamentum sumpsit. Hi nimirum ab ipsamet Deipara electi, & ad tantum opus vocati, non solùm nomen Servorum Suorum, sed & habitum Regularem, & vivendi Regulam susceperunt. Indè præclarus hic Ordo decoratus fuit amplissimis Diplomatibus à quatuordecim successivè Romanis Pontificibus, ex quibus adeò crevit hæc vinea fructifera in Domo Domini, ut ab eàdem Ecclesiasticæ Hierarchiæ innumeri promanarint Episcopi, & Archiepiscopi, qui Populos exemplis, & verbis sanctificarant; Vaticano verò duodecim Purpuratos pepererit, qui Eminentissimam illam dignitatem illustrarunt; Achademijs quampluri-mis absque numero Doctores adjunxerit, qui scriptis eruditissimis Orbem illuminarunt; Fidei Catholicæ plusquam septuaginta Martyres adjecerit, qui eam sanguine proprio fæcundarunt; H *Cœlo demum centum, ac duodecim Beatos utriusque sexus, qui vacantes Angelorum Sedes repleverunt, unus usquemodo huic nobilissimo Ordini defuit splendor, ut à Sancta Sede primos omnes Beatos septem Fundatores ritè Canonizatos aspiceret, ac veneraretur.*

Et tamèn [vel modò considerando Sanctitatem Filiorum totam in Patres, qui spiritum eisdem transfuderunt refunde debere] unusquisque de præfatis septem abundantioribus meritis præditus est ad tantum honorem assequendum, Beatus Bonfilius Monaldi, qui ad instar Cygni cœlestis obijt divinas laudes decantando, celebriorem apud nos Sanctitatis Famam dereliquit in peccatoribus ab eo emendatis, Apostatis, & E *Hereticis ad Ecclesiæ gremium reductis. B. Bonajuncta Manetti, qui Deo incruentum Sacrificium offerens, expiravit, Spiritu Prophetiæ potissimùm rutilit. B. Manettus dell' Antella in virtute mansuetudinis, & Charitatis æqualem temporibus suis non vidit. B. Uguccio de Uguccionibus, & B. Sosteneus de Sostenei post eumdem Sanctissimum vitæ tenorem, insimùl ab Angelica voce de proxima eorumdem futura morte admoniti, eàdem hora felices animas Creatori suo reddiderunt, quas S. Philippus Benizzi Florentiæ commorans, eas in similitudinem geminorum candidissima specie liliorum in Cœlum transferri conspexit. B. Amadeus Amadei eò usque dum viveret Divini Amoris incendio exarsit, ut suo respondens ignito nomini, totus Sena-*F *rius mons in ejus morte, velatis flammis ardere visus fuerit. De Beato Alexio Falconerio non loquor, qui cum adhuc viveret, meruit in præmiam Sanctorum Operum, laborumque suorum à puero Jesu, lætantibus Angelis, florum Coronâ blandè capiti ejus coronari, jam enim ejusdem causa Canonizationis introducta sub Pontificatu Clementis IX. glor. mem. reperitur.*

Hos nimirum Heroas Cœlestes, adeò præ Sanctitate venerabiles, virtute miraculorum celebres, & Ecclesiæ Catholicæ pro institutione tàm Sancti Ordinis adeò benemeritos, convenit profectò, Beatissime Pater, ab eâdem Ecclesia recognosci, ac remunerari solemni adoratione, publicisque Aris. Ipse quidem ego majori quâ possum efficaci postulatione Sanctitati vestræ G *preces humilitèr porrigo, quatenùs Orbi Catholico consolationem hanc tandiù expetitam, avidèque speratam, clementèr indulgere dignetur; id equidem confidens fore, ut Honor iste hisce Beatis elargitus, eosdem Gratitudinis causâ, ad impetrandam Divinam Protectionem in difficillimis, calamitosisque temporibus, quibus versamur, egregium, fortemque motivum allaturus sit; Interim ad Sanctissimos Pedes Beatitudinis Vestræ prostratus, ejusdem Apostolicam Benedictionem expecto.*

Sanctitatis Vestræ

Beneventi 5. Decembris 1722.

Humillimus Addictissimus, & obsequentiss. Subditus, & Creatura

F. Vincentius Maria Episcopus Portuensis Cardin. Ursinus. H

Sequitur & alia Epistola non minus efficax D. Archiepiscopi Florentini ad D.D. Cardinales S. Rituum Congregationis, infrascripti tenoris;

Eminentiss. & Reverendiss. Domini, Domini, et Patroni Colendissimi.

Epistola Postulatoria D. Archiepiscopi Flor.

INter ardua, & magni ponderis negocia, Eminentissimi, & Reverendissimi Patres, quæ in susceptione Regiminis huius Ecclesiæ competij, unum illud erat Processus authoritate ordinaria coram Antecessore meo fabricatus, super cultu immemorabili præstito Servis Dei Bonfilio, Bonajunctæ, Manetto, Uguccioni, Amideo,

deo, & Sosteneo, qui unà cum B. Alexio Falconerio Ordinis Servorum B. M. V. Fundatores extiterunt, pro cujus Processus absolutione solummodò sententiæ pronunciatio deficiebat, quam servatis servandis instante Postulatore causæ „ promulgavi, declarando, Constitisse, & constare de cultu eisdem præstito, non solùm de „ præsenti, sed etiam ab immemorabili, & supra centum annos ante decreta San. mem. Urbani Papæ Octavi super non cultu, scientibus, & tolerantibus Ordinarijs, Causamque prædictam versari in casu excepto, dictisque Decretis nullatenùs contraventum, „ sed sufficienter paritum &c. Quam meam sententiam ex actis sustineri pro certo habui; & primitùs quoad validitatem apparet fuisse servatam formam decretorum S. Congregationis in totius Processus constructione, etenim in principio Causæ, tam Dominus Judex, Promotores, Notarius, & Nuncij Solemne præstiterunt Juramentum de fideliter eorum munere exercendo; ad singula acta citati fuerunt dicti Promotores, vel saltem eorum alter, Testes legitimè inducti, & Jurati, & priùs super Interrogatoriis, deindè super articulis examinati, & in qualibet Sessione intervenit apertura, & clausura sigillo dicti Domini Judicis, prout in cæteris actis, Ordinem Judiciarium, & dictam formam servatam fuisse conspicitur. Qua stante validitate Processus, motus fui ad ita Judicandum, non tantùm ex depositionibus Testium omni exceptione majorum propter qualitatem, & excellentiam Personarum, sed etiam ex documentis compulsatis, & registratis in actis in copioso numero, & eorum plura excedentia cursum centum annorum ante supradicta decreta Urbani Papæ Octavi, in quorum numero tres sunt antiquissimi libri manuscripti, primus de anno 1314. cui titulus incipit „ Legenda B. Philippi Ordinis Servorum B M. „ *Alter de Anno 1325. per venerabilem Patrem Petrum de Tuderto compositum, qui fuit Generalis Ordinis, & erat Religiosus tempore, quo adhuc vivebat B. Alexius de Falconeriis ex Fundatoribus eisdem, a quo præcipua intellexit circa initium Religionis, & eius incrementum, ac etiam gloriosa præclara gesta, & pretiosam mortem cæterorum Fundatorum, & ut latius in dicto libro. Tertius scriptum de anno 1382. à fratre Nicolao de Pistorio, ubi inter cætera ipsorum Fundatorum vitæ in summa registrantur, in quibus libris, & aliis vetustis codicibus, & recentioribus, semper nuncupantur titulo Beati, & de eorum, & cujuslibet eorum heroicis virtutibus testificatur, sicuti de continuata fama Sanctitatis usque ad præsens commemoratur: Quibus probationibus accedunt visitationes factæ pro recognitionibus Imaginum dictorum Servorum Dei depictarum, & sculptarum, & tam insimul, quàm separatim cum Radiis, & laureolis, etiam venerationi expositarum in Ecclesiis, & Oratoriis publicis, pariter & privatis domibus, & præcipuè ad Sacram Eremum Montis Senarii, ubi eorum capitibus similis veneratio præstatur candelis accensis, occasione maximè alicujus Prælati, aut Magnatis, vel alterius spectatæ Personæ illuc ex devotione accedentium. Constat insuper in actis, ex autenticis attestationibus exhibitis, eumdem cultum dari Imaginibus dictorum septem Fundatorum à tempore antiquissimo, & immemorabili in variis Italiæ Civitatibus, in Ecclesijs collocatis, & pariter depictis cum radijs, laureolis, ac titulo Beati. Ex istis, & alijs resultantibus in Processu dictam sententiam protuli, quam sano Judicio E.E.V.V. libenter subjicio. Insuper non omittam significare, quòd occasione præsentis Processus, & causæ hujusmodi pendentis ab anno 1718. R. C. piissimi Magni Ducis nostri, [quæ prima in actis suum in scriptis testimonium super cultu dd. Fundatoribus exhibito cum titulo Beatorum benignè consignavit] sicuti cæteri Principes isti, & generalitèr cujusvis status, & conditionis Gens hujus Urbis, ardenti desiderio exoptant dd. venerabilium virorum, & Concivium solemnem Canonizationem, pro quibus supplicitèr ego etiam gratiam hanc expeto, & unà simul cum præsentibus dictum Processum collationatum, subscriptum, benè clausum, & sigillis munitum per Dominum Josephum Rossi Portitorem electum, deputatum, & Juratum E.E. V.V. transmitto, quibus in obsequentissimi animi mei testimonium, & ad obediendum paratus, humillimam exhibeo reverentiam.*

E.E. V.V. R.R.

Florentiæ ex Archiepisc. Palatio
Die 4. Decembris 1722.

Humillimus Addictiss. & Obsequentiss. Servus
Joseph Maria Archiep. Florent.

A tergo „ *Emin., & Reverendiss. Dom. Dom., & Patronis Colendiss.*
Dom. Cardinalibus Sac. Congr. Rituum.
Romam.

Sed, & Serenissimus Magnus Ætruriæ Dux Cosmus III. præ singulari erga Ordinem nostrum benevolentia has dedit Sanctissimo Domino nostro Innocentio XIII. commendatitias Epistolas.

BEATISSIME PATER

Epistola Commēdatitia Cosmi III. M. E. D.

R*Eligio Servorum B. M. V, quæ in hac ipsa Civitate usque ab anno 1233. ortum felicem duxit, operâ maximè septem suorum Concivium piissimorum, inter quos B. Alexius Falconerius, cujus cultum Sancta Sedes mox approbavit; modò verò cùm ad Urbem istam Sanctissimam hæc eadem Civitas, & pro cultu immemorabili cæterorum sex compilatos Processus transmiserit, humilem, enixamque Sanctitati Vestræ & ipse postulationem porrigo, quatenùs Clementissima eadem Sanctitas vestra sententiam super cultu eorumdem sex Beatorum Fundatorum ab hoc D.D. Archiepiscopo Florentino prolatam, auctoritate suprema confirmare dignetur. Quod si (ut spero) consequi potero, ex nunc pro tunc devinctissimas pro tanta Gratia meas obligationes profiteor Sanctitati vestræ, cujus veneranda Jussa expostulans, ad osculum*

osculum Sanctissimorum Pedum profundè inclinatus, & majori quo possum filiali obsequio E *Benedictionem Apostolicam attendo.*

Sanctitatis vestræ

Florentiæ 20 Januarij 1722 ab Incarn.
Humillimus filius, & Servus
Magnus Dux Ætruriæ.

Vota Civitatis cumulavit etiam Capitulum Florentinum Metropolitanæ Ecclesiæ Nobilium Canonicorum, qui conjunctione Sanguinis cum iisdem nobilibus BB. Fundatoribus gloriantur, ut infra.

Capituli Florentini Commendatitia.

BEATISSIME PATER.

VEnerabilis sanè, & perantiqua Servorum Sanctæ Mariæ Virginis Religio, Beatissime Pater, ortum habuit Florentiæ, F *quadringentis plus minùs ab hinc annis à septem pijssimis Viris, hujus nostræ Urbis Civibus egregijs, qui generis splendorem, facultatumque copiam negligentes, thesaurizaverunt sibi Thesauros in Cœlo, & urbis strepitum, & Seculi illecebras fugientes, in Senarium Montem pœnitentiam agentes, & sine intermissione orantes, unanimiter secesserunt, considerantes scilicet quàm bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.*

Verùm, sicut non potest Civitas abscondi supra montem posita, ita eorum fama se longè, latèque diffundens, & usque ad Thronum Sanctissimi Prædecessoris tui pertingens, introivit in aures ejus, itaut ex eis Alexium Falconerium publico, ac solemni cultu dignum esse pronuncia- G *verit, Tibi forsan relinquens, Beatissime Pater, alios illi comites jungendos, ponendosque quasi lucernas super Candelabrum, ut luceant omnibus. Igitur sub Throno Dei omnes alij clamant ad Te, ne pereat memoria eorum cum Sonitu, & ut scribantur in libro vitæ. Recordare, Beatissime Pater, ut Septem hi flores apparuerunt in Terra nostra, & fructus eorum fructus honoris, & honestatis. Inclina Domine aurem tuam precibus nostris, & benedic hæreditati tuæ, sic Sancti Tui florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante Te. Sic Tuam Sponsam dulcissimam Sanctam Ecclesiam solaberis, dolentem quotidie, & clamantem, fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, sic enim ipsa sitienter expetit à suis San-* H *ctis coronari. Non solùm igitur nos obsequentissimi Filij tui, non solùm tam Religiosi Ordinis Patres, sed omnes Cives nostri, omnesque florentissimæ, ac tibi devotissimę Ætruriæ Populi à Te expectant, ut des illis escam in tempore opportuno; escam scilicet publici cultus, & venerationis erga hos domesticos Dei, quæ pietatem foveat, devotionem nutriat, augeat Religionem; ut exultantes, & in Domino gaudentes dicere possimus Beatis Civibus nostris: Lętamini Justi in Domino, & confitemini memorię Sanctificationis ejus, cujus nos in perpetuum sumus.*

Sanctitatis Tuę

Florentię; Calendis Januarij 1723.
Humillimi Servi, & Obsequentiss. Filij
Archidiaconus, Dignitates, & Canonici
Metropolitanæ Florentinæ.

à tergo *Sanctiss. Dom. nostro Innocentio XIII. Pontifici Maximo &c.*

Nec defuit universitas publica Theologorum ejusdem Civitatis pro B.B. Concivibus efficacissimis verbis, à docto Calamo Excellentissimi Doctoris Lucæ Joseph Ceracchini ejusdem universitatis pro-Cancellario tali methodo extensis, apud S. Sedem Causam agere.

Universitatis Florentinæ Epistola Commēdatitia.

BEATISSIME PATER.

ALma Florentina Theologorum Universitas F *quadringentis ferè ab hinc annis, Clementis hujusce nominis Sexti, universalis Ecclesiæ Pontificis diplomatibus erecta, ac perindè Caroli Quinti Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Eugenij Quarti, & Leonis Decimi, aliorumque Pontificum privilegiis aucta, inter plerosque doctrinâ, morum candore, ac sapientiâ præfulgentes viros, qui à primæva ejusdem Universitatis Institutione ipsi nomen dederunt, præcipuâ illuxerunt, & fulgenti gloriâ innumeri penè Viri, ex Sacrosancta Servorum Beatæ Mariæ Virginis antiqua, ac venerabili exorti Familia Theologali coronâ celebres, quorum doctrina, non universitas solum in dies gloriosior excrevit, verùm etiam sævissimâ Florentiæ grassante lue, penè mortua* G *revixit, ac splendidior apparuit, quorum sanè non recedet memoria, sed requiretur à generatione in generationem, enarrantibus gentibus Sapientiam, ac eorum laudes annunciante Ecclesia, qui à Patribus exorti Sanctissimis, Parentum suorum decus fuere simul, & Gloria; Eorum, inquam, Patrum Illustrium, Septem nempè Florentiæ Civium, qui Mundi spretis illecebris, ac in Cœlestes Thesauros per manus pauperum deportatis divitiis, fugientes elongaverunt, & in solitudine Senarij mansere Montis, mel de petra sugentes, oleumque de saxo durissimo, ibique in Innocentia cordis pœnitentiam agentes, Deo solummodo noti in justificationibus Domini exercebantur. Verùm enim verò de die in diem crescente fama virtutum, la-* H *tèque totum diffuso per Orbem Sanctitatis odore, non ampliùs sub modio, sed suprà septem aurea Ecclesiæ Candelabra positi, Clementis Undecimi, cujus memoria in benedictione est, Sanctissimam præoccupavere mentem, ut eos Sanctorum fastis adscribendos censeret, quòd uni soli, Alexio nempè Falconerio, morte præventus, præstare potuit; Tibi Beatissime Pater, Divinæ Providentiæ consilio, ac imperscrutabili Divinæ voluntatis arcano, cæteros sex publico, ac solemni cultu dignos pronunciare reservans. Exaudias igitur, Beatissime Pater, universalis Ecclesiæ tuæ clamores, & vocem, quæ clamat quotidiè, Justi in perpetuum vivant, & sicut scintillæ in arundineto discurrent; sic enim*

ipsa

ipsa novis augeri, ut totum ejus lucidum sit Corpus, ac ornari syderibus expetit. Non solum igitur nos obsequentissimi filij tui, non solum ejusdem Ordinis tam Religiosi Patres, sed etiam Florentiæ Cives, & Etruriæ Populi, Tibi, ac Apostolicæ Sedi undequaque devoti, à te expectant, ut Coronam aureum expressum signo Sanctitatis, Gloriæ, & Honoris super istorum caput ponas, & nos gaudentes in Deo, & exultantes in Christo Jesu, qui Corona est Sanctorum omnium, dicemus ad invicem: Filiæ Jerusalem venite, & videte Sanctos cum Coronis, quibus coronavit eos in die solemnitatis, & lætitiæ ille ipse, cujus nos in perpetuum sumus.

Sanctitatis Tuæ

Florentiæ Pridie Idus Januarij 1723.

Humillimi Servi, & obsequentiss. Filij Decanus, & Theologi Universitatis Florentinæ.

Coronet modò hæc omnia, & huic Tertio Tomo; in quo rerum ad Ordinem Nostrum Servorum B. M. V. spectantium Series ad totum Julij Mensem hujus anni 1725. perducta est, finem imponat supramemoratum expeditum Decretum, & Romæ publicatum, annuente S. S. D. N. P. P. BENEDICTO XIII., approbationis præfati Cultus immemorabilis BB. Nostri Ordinis Fundatorum: Cujus tenor est.

DECRETUM

FLORENTINA CANONIZATIONIS

Sex ex Septem Fundatoribus Religionis Servorum B. M. V. BEATIS nuncupat.

Discusso in Sac. Rituum Congregatione, ad instantiam Postulatorum hujusmodi Causæ, Dubio -- An constet de Cultu ab immemorabili tempore eisdem Beatis exhibito, & casu excepto à Decretis fa. niem. Urbani PP. VIII. ita ut Sententia Reverendiss. Ordinarii Florentini sit confirmanda in c. .u &c. *Sac. eadem Rituum Congregatio ad relationem Eminentiss., & Reverendiss. D. Cardinalis Zondadarij, Reverendiss. D. Prospero de Lambertinis Archiepiscopo Theodosiæ Fidei Promotore in scriptis, & in voce prius audito, rescribendum censuit, Constare de cultu immemorabili Sex, ex Septem Fundatoribus Ordinis Servorum B. M. V. si San.tissimo D. N. visum fuerit, Die 7. Julij 1725.*

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctissimo D. N. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 30. ejusdem Mensis, & Anni 1725.

F. Card. Paulutius Præf.

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Maria Tedeschi Archiepisc. Apamenus S. Rit. Congreg. Secr.

A Jam ca'amum deposueram, ultimo huic rerum hucusque gestarum ad nostrum Ordinem pertinentium capiti finem imponens, cum eximijs in nos beneficijs Sanctissimus Pontifex Benedictus XIII. finem nullatenus fecit. Quare calamum jam depositum aliquatriper reassumere coegit ejusdem Clementissima Beneficentia, ut nova in nos munera collata nullo modo præterirem. Etenim hoc ipso præsentis anni 1725. mense Septembri die 26. idem Summus Pontifex in Sacro Consistorio P. Generalem nostrum Sosteneum Mariam Cavalli Episcopum Eugubiensem subitò præconizavit, ac non multò post paternâ urique benevolentiâ die 30. ejusdem Mensis in Quirinali Pontificio Sacello suis ipsemet manibus eumdem solemniter consecra-
B vit. Interea ne Ordo noster Suo Pastore privatus remaneret, in suprema ejusdem Præfectura ad Sexennium proximè incipiendum duratura sufficit eximium Virum P. M. Petrum Mariam Pieri ejusdem Ordinis in Romana Curia Procuratorem Generalem, cui in eodem penès Curiam Romanam Ministerio P. M. Josephum Mariam Curti Provinciæ Mantuanæ alumnum, probitate, ac scientia conspicuum per idem temporis spatium substituit. Præcipuas verò honoris hujusce circumstantias breviter referre libet. Expedito namque sub die 27. Septembris Brevi Pontificio pro General Præfectura in manus Emin. Protectoris Ordinis D. Card. Corsini transmissum illud fuit; idem verò D. Cardin. die
C 4. Octobris suâmet præsentiâ Cœnobium nostrum D. Marcelli condecoravit, ibique convocatis PP. ac pro tribunali sedens, in proprias manus à D. Episcopo, ac Generali Cavallo Sigilli, necnon Constitutionum nostrarum renunciationem factam recepit. Post hæc clara voce publicato Brevis tenore, paucisque interjectis utrinque Verbis, in recognitionem supremæ potestatis ad osculum Sacræ Purpuræ, ac manus novi Generalis Fratres, ac PP. omnes respectivè admissi fuere.

Cùm verò post diutinam, nec modicè laboriosam infirmitatem hisce diebus è Vita migrasset Emin. Franciscus Card. del Giudice Neapolitanus eidem uti S. Collegij De-
D cano meritissimo Purpurati omnes solemnissima funebri pompa parentarunt in Ecclesia nostra S. Marcelli, in qua & ipsemet Summus Pontifex adfuit, & suæ in nos Beneficentiæ numquam oblitus ad Solium suum Pontificium Assistentem advocavit Episcopum Eugubinum P. M. Cavallo mox à se consecratum. Quin etiam ad Aram Principem ejusdem Ecclesiæ nostræ Sacra Mysteria peragere idemmet Summus Pontifex voluit, & incontinenti Altare ipsum pro Suffragijs Animarum perpetuò Privilegiatum declaravit; id nobis gratantibus tacitè insinuans, numquam forè terminandum hunc tertium Annalium nostrorum Librum, si nova subinde Sanctita-

tis

tis Suæ erga nostrum Ordinem beneficia attendere voluerimus. Quæ quidem, & majora sub tanto Beneficentissimo Summo Pastore Amantissimo, ac tantæ vigilantiæ Præsulibus Ordini nostro in futurum sperare procul- E dubio licebit. Quod faxit Deus ad maiorem sui Nominis Gloriam, & Sanctissimæ Dolentis Matris decus æternum, cui Servos suos, à se ipsa Institutos, adeò condecorare placuit.

ANNOTATIONES IN CAP. XVII. & Ultimum.

Omnia, quę in hoc ultimo capite notata sunt, & descripta, ex Archivis Romano, & diversorum Conventuum, & ex probatis Authoribus eruta sunt, ad Laudem Dei, ejusque Sanctissimæ Genitricis Virginis Mariæ Gloriam, Servorumque Suorum Philippi, Peregrini, Joachimi, BB. Fundatorum, cęterorumque Ordinis Nostri Beatorum Cultum, & honorem sempiternum.

F I N I S.



INDEX

Rerum notabilium, quæ in hoc Tertio Tomo Annalium Ordinis Servorum B. M. V. continentur.

Prior Numerus Paginam, Secundus Columnam, Litera Versum indicat.

A

B

Alta-

Bonnæ

E

F

dona-

D.

L

obtinet

M

N

O

P

Spel-

ADDITIO.

Commemorandus fuerat anno 1724. obitus P. M. Thomæ Morelli multigeæ, & amœnissimæ eruditionis viri, qui cùm duarum suc- A cessivè Provinciarum, Emiliæ nempè, ac Tusciæ filius fuisset, in illa Provincialatus Officio, & in Civitate Faventiæ publica Theologię Cathedra decoratus fuerat, cum ante Secretarius Ordinis P. M. Generali Soggia acceptissimus extitisset; donec ut quietiùs Musis vacaret, Pisas reversus, in Conventu S. Antonij, cuius jampridem filius fuerat, Astronomicis studiis, quibus ab adolescentia addictus erat, ac spirituali Sanctimonialium Urbis illius directioni attendens, annum agens ætatis suæ supra septuagesimum vitam cum morte commutavit, nullatenus prætereundus, quamvis amanuensis incuriâ suo loco exciderit.

PROTESTATIO REPETITA AUCTORIS.

Quod ab Operis hujus initio dignissimus Antecessor meus protestatus ingenuè fuerat, idipsum in fine protestor et ego ipse, uti filius obsequentissimus Apostolicæ Sedis; nempè omnia, quæ in laudem Insignium aliquorum Virorum, & utriusque Sexus Mariæ Servorum referuntur, quæque Sanctitatem aliquam redolere videntur, ea proculdubio nonnisi humano fundamento inniti, solamque narrationem historicam, non verò approbationem, quæ Sanctæ Sedi meritò reservata est, continere; idque in executionem, & obedientiam Decretorum S. Romanæ Universalis Inquisitionis Anni 1625. 1631. & 1634. sub Pontificatu Sanctiss. P.P. Urbani VIII. felicis recordationis emanatorum. Sic me Deus adjuvet &c.



Errata	Corrige
Pag. 1. col. 2. Lit. C. initum	irritum
14, 2. G. restricta	restincta
13, 2, C. recuperandæ	recoperandæ
19. 1. A, Epitaiphia	Epitaphia
20, 2, A. Carinthæ	Carinthiæ
21, 2. A. concullus	concussus
40. 1. F, diu	die
44. 1. E. alienare	alienæ
56. 1. F. ad D. Annunciatæ Aram facit	ad D. Annunciatæ Aram Sacrum fecit
64. 1, E. Marsiliæ	Morsiliæ
70, 2. G. Petrum	Patrum
84. 1. D, nobilis or-	nobilis ortus
104. 1, G. fulmentum	fulcimentum
107. 1. D, Auctor	Auctrix
ibid. ille	ille
109, 2. A. parasas	paratas
ibid. infirmum	infirmam
116. 2. E. quiotam decinam	quintadecimam
126. 1. H. incensu	in censu
151, 2. B. Item subcipt.	Item subscript.
ibid, cum sequentibus	cum sequentibus
142. 1 E. allequuta	assequutura
167, 1, A. Ann. J. C. 1615.	1651.
170, 2. G. invita	iotta
171, 1. D. effrænas	effræni
179. 2. B. perfectis	perfectionis
ibid. seges aruperit	segetes eruperint
182, 1 E. ære	aere
20., 1. E. miserabile	mirabile
208, 1. H, Arnalphi	Amalphi
211. 1. C. de Petcognano	de Petrognano
213. 2, C. Sandiani	Scandiani
ibid, D, de Beniveriis	de Benivienis
224. 1. G. Bnnoniensis	Bonnensis
223. 1. C. in suo districti	in suo districtu
230. 1. H, per æream	per aerem
245. 2. A Concionator	concionator
250, 2. F, ex pretonui ponte	ex præcipiti ponte
ibid. 1, G. poculo	populo
260. 2. H. ad molam prieumaticam	ad molam pneumaticam
261, 1. A. locum	lacum
263 1, C, eligitur Segoniæ	Erigitur Segoviæ
272. 2. H, Item eundem Ludovicum	Item Ludovicum
275. 1. B. Aliodosio	Alidosio
281. 1 F. Fedinandi	Ferdinandi
296. 1. E. cohoptati	cooptati
297, 1, C, Angeln	Anglo
ibid. Albitius	Albitius
319. 1. C. extentione	attenfione
326. 2. E, Imolensiom	Imolensium
ibid. G. Cadi	Cani
327. 1. C. exdeditioni	expeditioni
329. 1, A. Acatholocorum	Acatholicorum
330, 1, E. Regulares	Regularem
331. 1. D. ut minimam	ut minimùm
334. 1. F, velis	velit
336. 2, E, Caus	Cani
337. 2. C, in eadem Civitate	in Civitate Senensi
344. 1, E. Pupilli	pusilli
348. 1 E. Alumnus	Alumnis
353. 2, A. à	ac
354. 2. G. Sulianæ	Julianæ
355. 1, B. tonerentur	teneotur
361. 1, D, Tridertinæ	Tridentinæ
ibid. 2. D. absolutione	à solutione
368, 1. H. Destarassi	de Estherassi
371, 1. C, dexterè	dextræ è
378. 2. E, fatis	statis
379. 2, C. ingenua	in genua
388 1, H. consecuturum	consecuturam
391. 1. B tantam	tantum
392. 1, H. precedebant	præcedebant
393, 1. D. evaderant	aderant
ibid. 2. H, ignoscera haud solebat	ignoscere solebat
401. in Tit, Cap: 1699.	1599
402. 1, E. eodemianno	eodem anno
406, 2. E, Diomira Gualterotti Catharios &c,	Diomira Gualterotti, & Catharina &c.
ibid. affecta doloribus brevi condaluit	affectæ colicis doloribus brevi convaluerunt
ibid. H. apud Marchionis	apud Marchiones
407. 1. C. ardeoter	ardentis
416. 1. G. notatus	notatus
417. 1. B. diem	die
418. 1. G. rasarcinatas	resarcitas
422. 1. F. planissimè	plenissimè
424. 1. H. da Peco.	de Recho
429. 2, D, sclemni	solemni
436 in Tit. Cap. detentæ	detenta
446. 2, E. quos ipse	quos ipsa
464. 2. F, Hartridide	Arthritide
470, 2, H. salatio	solatio
471. 1, H, intta	intra
477, 1. D, Bartazzoli	Bettazzoli
480, 1. E. quæsicans	quæritans
ibid F. unus	onius
ibid. H. Quo brevi	Qua brevi
ibid. di Berattoli	di Beretoli
481. 1, B, creari	creati
482. 1, H. à Rev, P, Ex-Gen. Regiæ &c.	à R P. Ex-Gen. Petro Antonio Rossi Regiæ
487. 2. B. protrahebant	protraxerint
ibid. agnosceret	agnoverit
501, 2. C. fætiora	lætiora
502. 1. E, Clem. IX.	Clem. XI.
503. 1. C. asservabat	asservaverit
ibid. D. protrahebat	protraxerit
505. 1, D. Arthrisidem	Arthritide
554 1. A, medius	media
555. 2, D, adeo debilitata viribus Ilia fuit	adeo debilitata viribus Ilia fuere,
556. 2. E. aspasma	spasma
ibid, F. pervanit	pervenerit
557. 2. A, dobitarent	dubitaverint
ibid. tinfacti	transfacti
558, 1. G. sansit	sanserit
559. 1. B, lineamentum	linamentum
560, 1. H. Sacristia	Sacrista
ibid, 2, G. contra mortem	contra mortis
563. 1, D. qua	qua
574, 1, G. Quarum prima ea erat	Quorum primum id erat
577. 1. A. Olomutio	Olomucio
587, 1, D. Sclop bus	Sclopis
588. 1. C. coniutatures	coniuratores
589. 2. A. laxatis babenis equus curreret	laxatis habenis equo curreret.
ibid. 1. C, ipe	ipse
595. 1. C, Scuplo	Sclopo
599. 1, B. disparet	dispareret
ibid, D, Synal	Synaxi
603, 2. C, secutum	secatom
605. 1, B. Peregino	Paregrino
608. 1. E. extra calcatia	extra stapedes
613. 1. D, Sanati	Sanasi
615, 1. D. Uranie	Urbaniæ
619. 1. A. amisit virum	emisit vivum
ibid, 2 D. Pharinaceam	Farinaceam
621. 1. B. idem minus	non minus
622. 2. E. adinventa est	adinventa fuerit
ibid. habita	habito
623. 2. C. expasticè	ex-piasticè
633. 1. A. Raligioso	Religiosi
ibid. nai	noi
ibid. ciuscito	riuscito
648. 2, E, ei correre	ricorrere
ibid. H. E contravenendo	E contra venendo
631 2 D. Quecca	Zecca
652. 2. A, adestant	adsistant
656. 1, E contitis	contritis
ibid. 2. H. gratias suas impetrare	gratias suas impartire

Errata	Corrige
657. 1. D. Bonfilius	Filius
ibid. accessit	accesserit
ibid. comparuit	comparuerit
658. 2. F. posita sit	posite fuerit
ibid. G. desideroo	desiderio
659. 1. A. verteretur	versa fuerit
ibid. C. fassus	fassus
ibid. 2. B. celebravit	celebraverit
ibid. D. protestatinque	protestotutque
660. 1. E. posset	potuerit
663. 1. D. Sosores omnibus	Sororibus omnibus
664. 1. H. Confortinari	Confortini
665. 2. D. quiescera	quiesceret
678. 1. B. probetis	probati
681. 2. B. concessisset	concepisset
682. 1. G. tantum	tantam
683. 1. D. dignitatis	dignitati
ibid. humilitas	humiliter
ibid. Peri	Pieri
ibid. 2. C. congregatione	congregationi
ibid. D. nobis pigeat	nos pigeat
684. 1. E. Erisipola	Erisipila
687. 1. D. horrenda	horrendo

Errata	Corrige
691. 1. C. qued	quoad
693. 1. A. pulmorum	pulmonum
ibid. 2 C. intensione	tensione
697. 1. C. genibus flaxibus	genibus flexis
698. 1. F. Thenlogiæ	Theologiæ
ibid. 2. G. auretani	Lauretani
715. 1. B. mximè	maximè
ibid. D. destitit	destiterit
696. 1 H. facte est aposteme	fectum est apostema
715. 2. B. Reg næ Lusitaniæ &c. inductus	Regina Lusitaniæ &c. inducta
716. 1. F. Bombyci	Bombacij
716 1. H. Beneficiu	Beneficio
719 1. D. erute	eruta
721. 2. C. nullom usque adhuc pedem fixerit	nu lus ex Ordine nostro usque adhuc pedem fixerit
ibid D. alectus	electus est
724. 2. G lucsifeciendi	lucrifeciendis
725. 1. B. Pirleati	Pileati
729 2. C. Brixia	Brixina
733 1. C. tectus	tacta
ibid. totum	totam

Advertat insuper Lector

Pag. 106. 1 H. quòd post illa verba: *insuper mirari satis non poterat quomodo tanta panis copia* deest *necessaria foret.*

Pag. 144. 2. H. in Tit. Cap. XV. *Serenissimæ Sororis . & aliorum Virorum* , loco *aliorum virorum* : subiungi debet : *nec non virorum*.

Pag. 134. in Tit. Cap. X. *Sororis Hyacinthæ, & aliorum Virorum* : corrigatur ut supra.

Pag. 286 in Tit. Cap. I. *Notariorum Eccl sia nostra* : legatur *Notariorum in Ecclesia nostra*

Pag 3,6. in Tit. Cap. XVIII. Verba : *Dirimitur controversia precedentia pro Ex Generalibus* : omnino superfluunt, quorum loco apponantur sequentia : *Transfertur Senis B. Francisci Patritii Corpus, atque ibidem solemni pompa circumducitur B. Ioachimi Piccolominei Sac. Cadaver*,

